tuū ſuꝑ tranſeuntes aquas. i. ſuꝑ effundentes cōpun
ctionis lachrymas. De ꝯfeſſionis ſonitu ſeu vomitu
quo ſcꝫ debemus expellere oīa peccata. Exemplo ſci
licet lupi qui fame artatꝰ ꝛ terra ſatiatus. ſolet ipām
terram euomere. quando tandem vult inuenta bona
ꝛ recentia cibaria manducare. Et de hoc poteſt dici il
lud Gen̄. iij. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.
Confeſſio enim nihil aliud eſt ꝙ quedam vitiorū vo⸗
mitio ꝛ ſedatio: ꝛ quedam vultus verecundia ꝛ cōfu⸗
ſio. ❡ De timoris vero ꝛ mortis conſiderationis ha
bitu pōt dici illud Ezech. xij. Panem tuum in cōtur⸗
batiōe comede. Et in pſ. Cinereꝫ. i. mortis memoriā:
tanꝙ panē manducabā: ꝛ potū meū cuꝫ fletu miſce⸗
bam. ❡ De bone autē operatiōis ſtrepitu pōt dici il⸗
lud Prouer. xx. Operare terram tuam ꝛ ſaturare pa
nibus. Et ſic ꝓculdubio cariſſimi: ſi iſtis quinꝗ mo⸗
dis iſtum panem ſumpſerimus ꝑ ipſum vitaꝫ gratie
ꝛ glorie habebimꝰ ſicut dictū eſt. Iſte eſt panis viuꝰ.
Et ideo bene dictum eſt ꝙ iſte habet notabileꝫ pote⸗
ſtatem: quia. ſ. res viua poteſt ire. viuere ꝛ opari. Ui⸗
ta enī de ſe virtutem deſignat. Et ideo quādo iſte pa
nis viuus dicitur bene dico ꝙ eius virtus ꝛ efficacia
deſignatur. Iſte enim eſt panis efficax.

Ad nutriendum ꝛ vegetandum.
Ad delectandum ꝛ reficiendum.
Ad roborandum ꝛ ſuſtentandum.
Ad ſaturandum ꝛ replendum.

❡ Iſte enī eſt panis nutritiuꝰ ꝛ vegetatiuꝰ Sap. xvj.
Angeloꝝ eſca nutriuiſti populū tuū: ꝛ panē de celo p⸗
ſtitiſti eis. ❡ Itē iſte eſt panis refectiuꝰ ꝛ delectatiuꝰ
Prouer. ix. Panis abſcōditꝰ ſuauior. ❡ Itē iſte eſt pa
nis ſuſtentatiuus ꝛ roboratiuus pſ. Panis cor hoīs
confirmet. Et ſic iſte bene figuratur. iij. Reg. xix. in il
lo pane ſubcinericio panem inuenit helyas ad caput
ſuum: in cuius fortitudine ambulauit vſꝗ ad montē
dei oreb qui ſignificat paradiſuꝫ. ❡ Itē dico ꝙ iſte eſt
panis repletiuus ꝛ ſatiatiuꝰ Prouer. xx. ꝛ. xxviij. Qui
operatꝫ terraꝫ ſuā ſaturatꝫ panibus. Ideo de forti mu
liere dicitur Prouer. xxxj. Panē ocioſa nō comedit.
Patet igitur cariſſimi ꝙ iſte panis vt dictum eſt hꝫ
F notabilem poteſtatē. ❡ Tertio dico. ꝙ iſte panis ha⸗
bet durabilem firmitatem: quod oſtenditur cū dicitꝫ.

Ego ſum. Alij enī panes corrūpuntꝫ: iſte aūt incorru⸗
ptibilis eſt. Quāuis enī ſpecies ille que nobis appa⸗
rent: ꝛ accidentia illa quādoꝗ corrumpantur: natu⸗
ra tamē ꝛ eſſentia corporis xpi nullotiens alteratur.
Ego ſum inquit. q. d. Ego nō deficio: imo ꝑpetuo pſe
uero. Unde illud Jo. vj. Ego ſuꝫ panis vite. Et ibidē.
Panis enī verus eſt q de celo deſcēdit. Et nota ꝙ di⸗
cit verꝰ. Quia ꝓcerto ꝙuis corporis xpi veritas ocu⸗
lis noſtris nō appareat: ꝛ ꝙuis ſub accidētibꝰ abſcō⸗
datꝫ ꝛ lateat iſtud tn̄ verum eſt ꝙ ibi eſt vera natura ꝛ
eſſentia corporis xpi. Nō vtiꝗ poſſet ꝓbari autorita
tibus ꝛ miraculis īfinitis. Pone hic ꝛ dic ꝛ narra q⸗
cūꝗ volueris miracula ad aſſertionē veritatis iſtius
ſacramenti: quia quaſi infinita poſſunt inueniri. Ad
ꝓbandum ēt iſtam veritatem faciunt ſctōrum autori
tates. vnde dicit Ambro. in oratione. O quāta lachry
marū contritione. quāta reuerentia ꝛ tremore. quāta
corporis caſtitate ꝛ animi puritate hoc ſummuꝫ my⸗
ſterium celebrandū: vbi veruꝫ cōficitꝫ corpus xpi. vbi
adeſt pſentia angelorum. vbi etiaꝫ ipſe xps ſacrificiū
ꝛ ſacerdos eſt: nemo ad hoc dignus eſt niſi ipſum di⸗
gnum effeceris. Patet ergo ꝙ bene dicit. Ego ſum.
Si vis dilatare de iſto ego. Uide ſupra de Ego. Et no
ta ꝙ iſtud verbum. Ego ſum ſignat.

Eſſentie veritatem.
Durationis firmitatem.
Prelationis autoritatem.

❡ Dico eſſentie veritatē Exo. iij. Ego ſum qui ſum.
Dico etiaꝫ durationis firmitatē Apocal. j. Ego ſum
alpha ꝛ o. principiū ꝛ finis. Dico inſuper ꝑlatiōis au
toritateꝫ Eſaie. xlj. primus ꝛ nouiſſimus ego ſum. Et
ſic igitur patet quomodo iſte eſt panis firmitate val⸗
de durabilis. Ego ſum. Poteſtate valde notabilis.
Panis viuus. Dignitate valde mirabilis: quia deſcē
di de celo. ❡ Aduerte tamen hic ꝙ dicit Apo. j. Cor. G
xj. Quicūꝗ manducauerit panem hunc aut biberit
calicem indigne: reus erit corporis ꝛc. Quia ꝓcerto
ſicut carnes ꝛ vinū ſane ſunt ſanis. Infirmis tn̄ ꝛ fe⸗
bricitantibꝰ ſunt nociue ſic panis iſte bonis ꝛ dignis
eſt vtilis ꝛ virtuoſus. pctōribus tn̄ ꝛ indignis eſt inu
tilis ꝛ venenoſus. Narra ſi vis hic exēpla ꝛ miracula
de indigne ſumentibus. Sicut enī amigdalum bonū
eſt homini. mors tamē vulpi. Ferula eſt medicina ho
mini mors autem eſt murenis. Coriandrum etiaꝫ ho
mines reficit: ꝛ tamē canes occidit. Sic iſte panis bo
nis ꝛ dignis proficit. malis vero nocet ꝛ officit. ꝛ eter
ne mortis iaculis eos ledit. Et potiſſime eos qui ſūt
vulpes ideſt malicioſi: quia iſte panis debet eſſe ſine
fermento malicie. Numeri. vj. Offerat tortam panis
abſꝗ fermento. Illis etiam qui ſunt murene ſeu lani
prede id eſt carnales ꝛ delicioſi. Illis inſuper q ſunt
canes id eſt auari inſatiabiles ꝛ ambitioſi. Sicut enī
dicitur Mar. vij. Non eſt bonum ſumere paneꝫ filio⸗
rum ꝛ mittere canibus. Iſte enī panis qui debet dare
vitam. talibus confert mortem. Iuxta illud Job. xx.
Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidū in⸗
trinſecꝰ. Et eſt ratio: qꝛ tales indeuote ꝛ indigne ſu⸗
munt iſtum panem Job. xxxiij. Abhominabilis fit ei
in vita ſua panis ꝛ cibus ante deſiderabilis. Non ſic
ergo: ſed digne ſumamus iſtum panem. Sicut paneꝫ
ſumme durabilē ꝛ virtuoſum. Sicut panem ſumme
vtilem ꝛ fructuoſum. Sicut panem ſumme notabilē
ꝛ glorioſum. Iſtud eſt ergo primum genus panū quo
xps nutrit fideles ſuos in huiꝰ mūdi deſerto. Et hoc
eſt primum principale. Oſtenditur ergo ꝙ deus nu⸗
trit fideles pane ſacramentali qui panis dicitur an⸗
gelorum. ❡ Secundo dico ꝙ ipſe nutrit bonos pane H
ſpirituali qui eſt panis deuotorum ſeu perfectorum.
Et iſto modo per panes intelliguntur virtutes que
ſunt panes ꝛ nutrimenta anime xpiane. Et ſm̄ iſtuꝫ
modum in ſcriptura inueniuntur duodecim panes.
tres panes. quinꝗ panes. ꝛ ſepteꝫ panes. Duodecim
panes ſunt duodecim articuli fidei: q in menſa ꝓpo⸗
ſitionis

Ayuntamiento de Madrid

ſitionis.i.in mēſa ſacre ſcripture cōtinue cōſiſtebāt.
De quibus Leuiti.xxiiij.Accipies ſimilam ⁊ coques
ex ea duodecim panes.Tres panes ſunt tres virtutes
theologice.ſ.ſpes:fides.charitas.Uel fides beate tri
nitatis.Uel debitum regimen trium potentiarū.ani
me.ſ.Memorie.Intellectus ⁊ Uolūtatis.Et de iſtis
dicitur Luce.xi.Quis ex vobis habet amicū ⁊ tibi ad
eum media nocte ⁊ dicet ei.Amicus meus de via ve-
nit ad me ⁊ non habeo quod ponam ante eum: acco-
moda mihi tres panes.Quia enim amicus. i. animꝰ
noſter.quādoqꝫ de via.i.de ſtrepitu mundanoꝝ nego
ciorum venit ⁊ redit ad nos.Et ideo tūc neceſſe eſt ꝙ
ad amicū noſtrum xp̄m recurramꝰ:⁊ ꝙ ab ipſo ꝑ de-
uotionē tres panes predictos mutuo accipiamꝰ: ⁊ ꝙ
exinde amicū hoſpitē.i.animum ſatiemus. Quinqꝫ
panes ſunt conſcientie ⁊ noticie quinqꝫ librorū legis:
vel diſcreta cuſtodia quīqꝫ ſenſuum.quibus.ſ.dominꝰ
ſatiat turbam ſuam.de quibus dicitur Johan.vi.Eſt
puer vnꝰ hic qui habet quinqꝫ panes ordeaceos.Se-
ptem vero panes ſignant ſeptē dona ſpiritusſancti.
Uel ſeptem virtutes morales.Septē orationis dñice
petitiones.Septē ſacramēta.Septē eterne glorie do
tes.Et de iſtis dicitur Matth.xv.ꝙ ieſus accipiens
ſeptē panes dedit diſcipulis ⁊c.Et ſi vis ꝑ iſtos ſeptē
panes potes accipere illos ſeptem qui ſunt ſupra in
principio huius tituli enumerati. Patet ergo ꝙ deꝰ
I nutrit bonos pane ſpirituali qui eſt panis deuotorū.
¶ Tertio principaliter dico ꝙ ipſos nutrit pane ſcie
tiali:q̄ eſt panis diſcretorū.Sciētia enī ſacre ſcriptu
re dicit̄ panis:qr.ſ.grana.i.ſemīa huiꝰ panis in agro
paradiſi creuerūt ipſum tandē ꝓphe ⁊ apoſtoli tri-
uerūt atqꝫ coxerūt:ſed poſtea ipſū doctores paraue
rūt ⁊ expoſuerūt.⁊ ſic ꝑdicatores ip̄m comedendum
adhibuerūt Exo.xvi.ecce pluam vobis panes de ce-
lo ⁊c.¶ Quarto vero dico.ꝙ deus nutrit ſuos pane
materiali:qui eſt viatorum:qr.ſ.deus dat oībus crea
turis ſuis bonis.ſ.atqꝫ malis panē ſuū quotidianum
i.ſuſtentationē corporalem.Iſtum enī panē cōmittit
deus diuitibus vt erogent pauperibus. De quibꝰ dr
Prouer.xxij.Qui ꝓnus eſt ad miſericordiam bñdice
tur.de panibus enī ſuis dedit pauperibꝰ.Quāuis de
multis videamus ꝙ libentius panē iſtū pauperibꝰ
ſubtrahāt quā concedāt.De quibus Job.xxij. Aquā
laſſo nō dediſti:⁊ eſurienti ſubtraxiſti panem .Et iō
hodie poſſumꝰ dicere illud Nume.xxi.Deeſt panis:
⁊ nō ſunt aque. Quia ꝓcerto ſicut dicitur Treñ.iiij.
Paruuli petierūt panē ⁊ non erat qui frangeret eis.
Nō ſic.Sed frange eſuriēti panē tuum ⁊ egenos va-
goſqꝫ induc in domum tuam ⁊c.Eſa.lviij.¶ Quinto
vero dico ꝙ deꝰ nutrit bonos pane ſempiternali . Et
iſte eſt ille panis quo deꝰ nutrit beatos in patria.Fi-
guratus.ij.Regū.ix.vbi de miphiboſeth dicitur.Tu
comedes panem in menſa mea ſemper.Et de iſto pa
ne etiam dicitur Luce.xiiij. Beatus qui mādicabit
panem in regno dei.Et ſic ergo patet quomodo ſunt
quinqꝫ genera panum quibus deꝰ nutrit ⁊ ſatiat ple
bem ſuam ⁊c.Uide.ſ.de Cibo de Conuiuio de Come
dere . Et de Manducare de Eſca ⁊c. Et hec de pane
deſiderabili ⁊ fructuoſo ſufficiant. ¶ De pane vero
vituperabili ⁊ vitioſo vide vbi in hoc libro agitur de
caſtrimargia Gula.Crapula ⁊ ſimilibus . ¶ Sed de
pane exterminabili ⁊ doloroſo.Uide vbi agit̄ de pe-
nis inferni ⁊ de miſeria damnatorum:⁊ de cibare vbi
ſunt autoritates Hiere.ix. Cibabo populū iſtū ab-
ſinthio.Et eiuſdem.xxiij.Cibabo eos abſinthio ⁊ po
tabo felle.⁊ illud ꝑdictū iob.xx. Panis in vtero illiꝰ
vertetur in fel aſpidum intrinſecus ⁊c.

A **Parabola.** Nota ꝙ parabola idē eſt quod
prouerbium.et eſt parabola ſer
mo ſub figuris metaphoris ⁊ enigmatibus pallia-
tus , Et inuenitur in ſcriptura multiplex parabola.
videlicet Parabola.
Subtilitatis.
Fatuitatis.
Uerboſitatis.
¶ Primo mō ſapiētes in parabolis loquunt̄.Antiq̄
enī ꝓphete ⁊ etiam antiqui ph̄i.xp̄s ēt ⁊ ſui diſcipuli
in parabolis ſolent loq̄:⁊ dicta ſua q̄buſdā figuris ⁊
enigmatibꝰ ſolent inuoluere: vt dignis ⁊ ſapientibꝰ
veritas meliꝰ oſtēderet̄.fatuis vero ⁊ inſipientibꝰ ce-
laret̄ . Et ideo ſalomon fecit librum parabolarum .
Quia ſicut dicitur Eccl̄.xij.Ipſe cōpoſuit parabolas
multas . De ſapiente etiam dicitur eccl̄.xxxix.ꝙ oc-
culta prouerbiorum exquiret:⁊ in abſconditis para-
bolarum conuerſabitur . De xp̄o etiam dicit̄ Mar.
iiij.ꝙ ſine parabolis nihil loquebat̄.Quia proculdu
bio ſermo qui in figuris ⁊ parabolis dicitur cordi de-
lectabiliꝰ imprimitur.⁊ auri gratioſius exprimitur:
⁊ memorie etiam facilius cōmendat̄ pſ̄.Aperiā in pa
rabolis os meū lo.ꝓpo.a prin.pſ̄.lxxvij.⁊ pſ̄.xlviij.
Inclinabo ī parabolā au.meā.⁊c.¶ Scd̄o dico ꝙ eſt
parabola fatuitatis.⁊ ſic loquit̄ eccl̄.xx.vbi dicit̄. Ex
ore fatui reprobat̄ parabola eo ꝙ nō dicit eā in tem
pore ſuo.¶ Tertio dico ꝙ eſt parabola verboſitatis.
⁊ ſic parabola idem eſt quod deriſio opprobriū ⁊ vi-
tuperiū.⁊ ſic loquitur Michee.ij.Sumetur ſuꝑ vos
parabola.⁊ in pſ̄.Factus ſum illis in parabolam ⁊c.
Uide de prouerbio ⁊c.

**Paradiſus.** Quia de paradiſo inquantū A
ſignificat glīam eternam iam
in multis titulis ſatis dictū eſt.⁊ cū pauce ſint de pa-
radiſo auctoritates vocales.Hinc eſt ꝙ ſub breuita-
te trāſibo.Nota ergo ꝙ eſt Paradiſus.
Interior.
Exterior.
Superior.
Inferior.
Paradiſus interior eſt cōſciētia vir-
tualis:⁊ ſic quelibet anima ſancta dr
paradiſus:qr.ſ.ibi eſt pax ⁊ tranquil
litas ſempiterna.Ibi enim eſt deꝰ ꝑ
deuotionē.Ibi ſunt angeli per gratiarū actionē.Ibi
ſancti per feruorem ⁊ orationē.Talis paradiſus fuit
beata virgo.De qua dicit̄ Geñ.ij.Plantauerat dñs
deꝰ paradiſum voluptatis a principio:in quo poſuit
hominem quem formauerat.¶ Paradiſus exterior
eſt eccleſia militantis.Et de hoc dicitur Geñ.iij.Q̄d
lignū vite erat in medio paradiſi:quia.ſ.in nullo lo
co eſt vita gratie niſi in eccleſia militante.Et nota ꝙ
etiam ad literam mali ſtatus eccleſiaſticos reputant
paradiſum:⁊ maxime ſtatus magnorum bñficiorum
⁊ dignitatum.Et ideo iſti cum magnis laboribꝰ iſtā
paradiſum ſolent querere ⁊ per ambitioſam diligen
tiā procurare.Narratur enim ꝙ in partibus Indie
ſeu Ethyopie vltra egyptum eſt crux riſus in quibuſ
dam montibus arduis ꝯſtituta.Que ſic pro eo dicit̄:
qr quicūqꝫ locum illum aſcēdendo tranſierit . ſtatim
ridere compellitur:⁊ ridēdo ſenſim trahitur:⁊ ad ca
cumina montis amplius nō rediturꝰ violēter aſcen-
dere comprobatur.Extimāt aūt fatui ꝙ ibi ſit para-
diſus terreſtris.⁊ tñ ꝑm rei veritatē illi montes ſunt
de natura cuiuſdam generis adamātis ſeu magnetis.
q̄ attrahit carnes humanas:ita ꝙ iſti ſic tracti para-
diſum nō inueniūt ſꝫ infernū.ſ.duriciam adamantū:
vbi.ſ.detēti cōpellunt̄ realiter mori fame.Reuera ca
riſſimi rupes iſte ſignificāt eccleſie dignitates: quas
certe fatui reputāt paradiſum.qđ ex hoc pꝫ:quia per
crucem riſus:hoc eſt dictu ꝑ placidum cruciatū illuc
aſcēdere cōprobant̄.Cōſtat enim ꝙ ꝑ multos crucia-
tus.cū riſu tñ ⁊ complacētia aſcenditur ad honores.
Ideo bene dicunt iſtorū ꝑdeceſſores illud euangeli-
cū.Qui vult venire poſt me abneget ſemetip̄m ⁊ tol-
lat crucem ſuā ⁊ ſequatur me.Sed quid? ꝓcerto iſti
miſeri in iuſto dignitatum monte non inueniunt pa-
radiſum ſꝫ potius duriciā infernalē ⁊ tribulationē
infinita.⁊ qđ peius eſt famē ambitionis ⁊ auaricie q̄
non ceſſat.Quod certe ſatis figurat̄ Luc.xxiij.vbi ſci
licet latroni crucifixo ſolum legitur chriſtus dixiſſe.
Hodie mecū eris in paradiſo.Ad denotandū ꝙ ꝑci-
pue latrones ⁊ mali:dū tamē cruci laborioſe diligē-

tie ſint affixi.ad iſtum paradiſum admittunt:⁊ ibi ēt
cū violētia attrahunt.Sicut de illo nequiſſimo aſſur
dicit Ezech.xxxj.Quod cedri nō fuerūt altiores illo
in paradiſo voluptatis:imo ſicut ibidē dicitur.Om=
ne lignuꝫ paradiſi nō eſt aſſimilatū ei.Uide ibi qua=
lis erat iſte ſic ꝓmotus in iſto paradiſo. Circa qd tñ
nota ꝙ iſte paradiſus nō admittit homines nudos:
ſed ſolum diuitijs ⁊ muneribus coopertos. Nōne de
Adam legitur ꝙ cum audiſſet dominum deambulan
tem in paradiſo ad aurā poſt meridiem timuit ⁊ ab=
ſcondit ſe eo ꝙ nudus eſſet.Et nōnꝗ etiam ibidem le
gitur ſcilicet Gene.iij. Quod etiam iſte nudus fuit
inde eiectus:⁊ cherub cum gladio verſatili ibidē po=
ſitus ⁊ murus etiam igneus adhibitus ne ſcilicet ali
quaſi ſubintraret.Quia reuera de iſto paradiſo nu=
di ⁊ pauperes potiſſime repelluntur:⁊ ne ibi intrent
cum diligentia precauetur.O diceret iſti. Amice quō
huc intraſti non habens veſtem nuptialeꝫ:eijcite eū
in tenebras exteriores Matth.xxij. Et certe aliō mō
deberet eſſe:quia ſcilicet nudi virtutibus ⁊ ſcientijs
nō diuitijs deberent repelli:⁊ ad hoc cherub ignis ⁊
gladius adhiberi.Quia reuera cherub qui interpre=
tatur plenitudo ſcientie.i.prelatoꝝ prudentia ⁊ ſcien
tia.gladius.i.ipſorum rigor ⁊ iuſtitia.ignis.i.ipſoruꝫ
feruor.zelus ⁊ diligentia.ſumme deberent cauere ne
homines nudi virtutibus poſſint in iſtum paradiſuꝫ
intrare:nec ſi intrauerint remanere.Bonos ꝟo ⁊ vir
tutibus ⁊ ſcientijs indutos illuc deberent trahere et
leuare exēplo ſcilicet Enoch de quo dicit Eccl'.xliiij.
Qd enoch placuit deo ⁊ tranſlatus eſt in paradiſum.
Iſte eſt ergo paradiſus exterior videlicet eccleſia mi
B litaris.¶ Paradiſus ſuperior eſt eccleſia triumpha
lis.Et iſte eſt ille ad quē beati transferuntur poſt mi
ſerias huius vite ſicut dicitur de Enoch Eccli.xliiij.
Placuit deo ⁊ tranſlatus eſt in paradiſuꝫ.Et de pau
lo etiam legit ꝙ raptus eſt in paradiſum ⁊ vidit ibi
ſecreta que non licet homini loqui.ij.Coꝝ.xij.Latro=
ni etiam dictum fuit Luce.xxiij.Hodie mecum eris
in paradiſo Apoca.ij.dicitur Uincēti dabo edere de
ligno vite qd eſt in paradiſo dei mei. ¶ Paradiſus
inferior eſt gloria vel affluentia temporalis:quia ſci
licet proſperitas mundana eſt paradiſus maloꝝ cuꝫ
non ſint alium obtenturi.Sicut enim ponitur in li=
bro de hyſtoria terre ſancte ſenex.i.īperator aſſiſinoꝝ
quendam locum delitiarum habet cum fontibus la=
ctis ⁊ mellis.quem vocat paradiſum.vbi pueros nu
trire facit:⁊ diuerſis linguis doceri quos tandē exin
de extrahit.⁊ ad diuerſas terras pro occidendis prin
cipibus mittit.quos eos iterum in paradiſuꝫ ſuū mit
tet.ſi illos quos vult occiderint promittit.Ad quod
anhelantes miſeri legationē ſuſcipiunt:⁊ illos quos
ille deſignauit ⁊ petiuit adeunt ⁊ occidunt:⁊ pro illo
paradiſo habendo mortem alijs tribuunt ⁊ ab alijs
incurrunt.Talis eſt paradiſus mundane proſperita
tis.Quia vere ſenex dyabolus pro iſto habendo ho=
mines decipit:⁊ eos alios occidere et ab alijs occidi
facit.Exemplo Loth de quo dicit Gene.xiij.Quod
ipſe videns regionem circa iordaneꝫ que vniuerſa ir
rigabatur ſicut paradiſus domini ibi habitauit.Sꝫ
ſicut dicitur Gene.xiiij.Chodorlaomor ipſum ſatis
cito poſt captiuauit.⁊ ideo ſuperbo regi tyri in ſuper=
na cherub lucifero dicitur Ezech.xxviij. Tu cherub
extentus ⁊ ꝓtegens in delitijs paradiſi dei fuiſti ⁊c.

## A Paraliſis. Paraliticus.

Quia para=
liticus eſt ille qui membrorum perdidit vſum:⁊ qui
pre contractione neruorum perdidit motum et ſen=
ſum.⁊ tamen adhuc videtur viuere:⁊ in rebus inue=
nire ſaporem ⁊ guſtum. videtur ꝙ proprie paraliticꝰ
eſt peccator:qui ſcilicet caret ſenſu deuotionis ⁊ com
paſſionis:⁊ motu bone operationis ⁊ tamē per ſpem
penitētie future videtur viuere:⁊ in futuris paradiſi
bonis guſtum aliquē retinere. Quia tñ in exemplis
pluribus de paralitico fuit actuꝫ.tranſeo gratia bre
uitatis maxime:quia pauce ſunt auctoritates.

## Parare.

A Nota ꝙ parare idē eſt qd diſponere
aptare ⁊ ornare.Et poteſt ſumi in bo
no.⁊ in malo.In bono enim ſignat.ſcilicet.
Promptitudinem voluntatis interne.
Aptitudinem ſanctitatis externe.
Plenitudinem voluptatis eterne.
Significat dico ꝓmptitudinē interne voluptatis.Et
ſic parare ſignat obedientiam:quia.ſ.obedietes ſunt
ꝓmpti ⁊ parati ad faciendū oē bonū.Et de hoc dicit
j.Mach.xij. Precepit ionathas ſuis vigilare ⁊ eſſe
in armis paratos ad pugnam tota nocte. ¶ Item ſi=
gnat aptitudinē ſanctitatis externe.Et ſic pameta ni
hil aliud ſunt ꝙ̄ virtutū ſpiritalia ornamēta pſ.Pa
ratꝰ ſuꝫ ⁊ nō ſuꝫ turbatꝰ vt cuſto.mā.tua.Et Apo.xxj.
⁊.xix.Uxor agni parauit ſe. ¶ Itē ſignificat plenitudi
nē voluptatis ſupne.Et ſic ſignat illā eterne glie vo=
luptatē quā deꝰ ſe diligētibꝰ pparauit.De qua in pſ.
Paraſti in cōſpectu meo mē.aduer.eos q̄ tribu.me.
Quia.ſ.deus ibi parat nobis.
Locum ad habitandum.
Menſam ad conuiuandum.
Sedem ad quietandum.
Lucem ad illuſtrandum.
Regnum ad imperandum.
¶ Locū dico ad habitandū Joh.xiiij. Uado parare
vobis locū.Menſam dico ad cōuiuanduꝫ Mat.xxij.
Lu.xiiij.Oia parata ſunt:venite ad nuptias.Sedem
dico ad qeſcēdū pſ.Dñs in celo parauit ſedē ſuaꝫ.Et
alibi.Parata eſt ſedes tua extunc.Lucē inſup ad mi=
niſtrādū pſ.Paraui lucernā xpo ⁊c.Regnū ēt ad im
perandū Matth.xxv.Uenite bñdicti patris mei poſ
ſidete paratū vobis regnū. ¶ Dicamꝰ ergo aliqd de
paramēto virtuali ⁊ morali.ō illo.ſ.quo hō ſpūaliter
diſponit ⁊ parat ad voluntatē dñi exequēdaꝫ.q̄ nihil
aliud eſt ꝙ̄ voluntatis.ꝓmpta diſpoſitio.⁊ virtutum
ornatꝰ ⁊ adaptatio.Sicut.n.milites q̄ ſunt in exercitu
diligēter ſe parāt ad ꝑliādū.Regine dñ ſunt in cōui=
uijs diligēter ſe parant ad ſuā pulcritudinē oſtendē=
dū vel ſaltē turpitudinē abſcōdēdū.Seruitores regū
⁊ principū dū ſunt in curijs.diligēter ſe parant ad ſer
uiendū.Curſores vero ⁊ pedites dū ſunt in vijs:dili=
genter ſe parant ad ambulanduꝫ.Sic vere cariſſimi
nos dū ſumꝰ in mūdo ⁊ in eccleſia debemꝰ nos para=
re ſicut.milites in exercitu ꝑ ſtrenuitatē ⁊ audaciaꝫ.
Quia ſicut dr Job.vij.Militia eſt vita hoīs ſup ter=
rā. ¶ Itē debemꝰ nos parare ſicut regine ꝑ honeſtatē
⁊ mūdiciā. ¶ Itē ſicut ſeruitores ꝑ hūilitatē ⁊ obediē
tiā. ¶ Itē ſicut curſores ꝑ ſedulitatē ⁊ diligentiā. Et
de hoc.j.Mach.iij.Apuit rex erariū ſuū.dedit ſtipen
dia militibꝰ ſuis:⁊ mādauit eis vt eēnt parati ad oīa.
Et hoc eſt qd p̄cipit Exodi.xix.Lauent inqt veſtimē
ta ſua ⁊ ſint parati. In quibꝰ ꝟbis aduerte ꝙ hō qui
vult ſe bñ parare.dꝫ aliqd dponere.aliqd apponere.
aliq̄d diſponere.Sic ꝓculdubio ſpūaliter ſi bñ volu
mus eſſe parati nos debemus.Deponere culparum
vilitatē. Lauēt inqt.Apponere virtutū venuſtatem.
Ueſtimēta inqt.Diſponere cordiū volūtatē.Sint pa
rati inqt.Debet eñ deponi culparū turpitudo. De=
bet ēt apponi virtutū pulcritudo.Debet inſup diſpo
ni cordiū ꝓmptitudo. ¶ Dico ergo primo ꝙ ſi volu B
mus eſſe bñ parati nos debemꝰ deponere culparum
turpitudinē.Lauēt inqt. Quia.ſ.hō nūꝙ̄ pōt eſſe bñ
paratꝰ:niſi primo quotidianis veſtibꝰ ſit exutus:⁊ a
cūctis feditatibꝰ lotus.Quotidianos ergo ⁊ inuſita=
tos malos mores deponere debemus:⁊ a cūctis cul=
parū maculis nos lauare.Lauent inquit Eſaie.j.La
uamini.mūdi eſtote.auferte malū cogitationum ve=
ſtrarum ⁊c.Sicut enim videmus ꝙ homines in feſti
uitatibꝰ procedere volentes nouis veſtibus ſe parare
ſolēt:antiquas veſtes deponere:⁊ eas gartionibꝰ ſuis
dare.Coluber etiam veteris pellis deponit indumē=
tū.ad hoc

Ayuntamiento de Madrid

tu3:ad hoc ꝙ noue pellis recipiat paramentum. Sic τ nos debemus deponere:quicquid in moribus noſtris antiquum videm⁹:τ inhoneſto τ garcioni noſtro dyabolo omnia dimittere:vt in conſpectu dei poſſim⁹ nonis virtutum veſtibus nos parare. Quod ſatis poteſt figurari Apocal.xxi. vbi dicitur. Primum enim celum τ prima terra abijt τ mare iā non eſt. Et ſequitur. Uidi ciuitatem ſanctam hieruſalem nouam deſcendentem de celo: a deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. q.d. neceſſe eſt ꝙ primum celum. i. prima altitudo veteris ſuperbie:τ elationis: prima terra ideſt prima terreitas veteris auaricie τ cupiditatis: primum etiam mare. i. prima fluxibilitas carnalis inmundicie τ toti⁹ voluptatis a nobis trāſeat τ abeat: ad hoc ꝙ ciuitas anime noſtre ſponſo ſuo xp̄o parata τ ornata appareat τ exiſtat. Debemus ergo deponere culparum turpitudine3. ¶ Secundo dico:ꝙ ſi volum⁹ eſſe bene parati:nos debemus apponere virtutū pulcritudinem. Et hoc oſtenditur. cum dr̄. Ueſtimenta. Ueſtes enim noſtre:ſunt virtutes que nobis date ſunt in caloris fomentum. In carnis tegumentum. Et in honeſtatis paramentum τ ornamentum. Sine veſtib⁹ enim non poteſt homo eſſe bene paratus:nec ſimiliter ſine virtutib⁹ poteſt homo eſſe bene ſpiritualiter adornatus. Sicut enim flores dati ſunt a natura in paramentum arboribus. ſic virtutes paramenta ſunt animabus. Nam ſicut altaria pannis τ vaſis τ reliquijs parantur. Iuxta illud Mac.v. al's. ij. Eſdre.v. Parauerāt altare vt offerent holocauſtum. Sacerdotes etiam et epi diuerſis indumentis ſe parant:vt digne deo ſacrificent ſicut debēt. Sic τ nos ſpiritualiter debem⁹ deo diſpoſiti eſſe τ ornati. Ueſtimenta inquit ſua. Quod bene figuratum eſt Apoc.xix. vbi dr̄. Quia vxor agni parauit ſe:τ datum eſt ei ꝙ operiret ſe byſſo ſplēdenti τ candido. Byſſinum enim iuſtificationes ſanctorum ſunt ideſt virtutes. Ideo de iſtis veſtibus poteſt dici illud Ezech.xvi. Sum. veſti. tua multico. τc. Sic ergo p3 ꝙ nos debem⁹ apponere pulcritudinē. Ueſtimēta inquit.

¶ Tertio dico ꝙ ad hoc ꝙ ſim⁹ bn̄ parati debem⁹ diſponere cordiū promptitudinē qd̄ oſtendit dū dr̄. Sint parati. i. animo prompti τ ad obediēdū diſpoſiti. Null⁹ enim

D pōt eſſe parat⁹ ad aliqd bonū niſi cor habeat diſpoſitū atq3 promptū. Ideo pcipit. j. Reg. vij. Preparate corda vr̄a dn̄o τ ſeruitute illi ſoli. Et poſſum⁹ hic notare ꝙ ſicut Iuxta illd. j. Machabeorum. iij. Rex mādauit exercitib⁹ ſuis ꝙ ipi eſſent parati ad oīa. Sic nos debem⁹ eſſe parati ad mādatū nr̄i regis xp̄i nō ad vnū bonū ſolū ſed ad oīa τ ad multa. Et ideo breuiter notandum eſt ꝙ nos debemus eſſe prompti et parati. ſcilicet Ad

| | |
|---|---|
| Celum aſcendendū. | Simus ex- |
| Iter peragendū. | parati ad |
| Clare relucendum. | ſurſū aſcē- |
| Hoſtem expellendum. | dendū per |
| Penas ſuſtinendum. | cōteplatio |
| Grates ſuſtinendum. | nem. Exo. |
| Tute confitendū. | xxxiiij. Eſto |
| Bellum commitēdum. | parat⁹ ma- |
| Pacem faciendum. | ne vt aſcen |
| Simul permanendū. | das ſtati in |
| Fratres adiuuandum. | montē. Et |
| Mortem tolerandū. | Nume.xiiij. |
| Caute vigilandum. | Parati ſu |
| Xp̄m expectandum. | mus aſcen |
| Celum ſubintrandum. | dere ad lo |

cum quē dn̄s deus datur⁹ eſt nobis. ¶ Itē ad iter peragendū p morū cōtinuationē Iudith.ix. Oēs el vie tue parate ſūt. Et Tho.v. Paratis oib⁹ q̄ neceſſaria erāt in via:fecit thobias vale pr̄i ſuo. ¶ Itē ad clare relucēdū p honeſtā cōuerſationē Iob.xij. Lāpas contēpta apō cogitatiōes diuitū pata ad tp̄s ſtatutū. ¶ Itē ad hoſtē expellendū feruidā orōnē vel etiā p pdicationē

De quo. Iob.iij. Maledicāt ei qui maledicūt diei:qui parati ſunt ſuſcitare leuiathā. ¶ Item ad penas ſuſtinentie per patiētie roborationē ps. Quā ego in flagella paratus ſum τ dolor meus in cōſpectu meo ſemper Et alibi. Parat⁹ ſum τ nō ſum pturbatus. ¶ Item ad grates referendū per laudē τ confeſſionē ps. Paratū cor me. de. para. cor. me. can. τ pſal. di. ¶ Item ad tute confitēdum per ſpem τ affectionē ps. Paratū cor ei⁹ ſperare in dn̄o cōfirmatū eſt cor eius τc. ¶ Itē ad bellum committēdū per vitiorū impugnationē. j. Mach. iij. Cōgregatus eſt cōuentus vt eſſent parati in prelium. ¶ Itē ad pacē faciēdū p concordiā τ vnctionē j. Macha.xij. Parati ſumus facere vobiſcum pacem ¶ Itē ad ſimul permanēdum per pſeuerantiā τ durationem Luce.xxij. Paratus ſum tecum in carcerem τ in mortem ire. ¶ Itē ad fratres adiuuādū per clementiam τ cōpaſſionē Heſter.iiij. Quis nouit vtrum idcirco ad regnū venieris vt in hoc tēpore parereris. ¶ Item ad mortē tolerādū ſcʒ pter fidem xp̄i τ dilectionem Uꝝ. ij. Macha. vij. Parati ſumus magis mori ꝙ patrias dei leges preuaricari. ¶ Itē ad caute vigilādum per diligētiam et diſcretionē. j. Macha. xij. Precepit Ionathas ſuis vigilare τ eſſe in armis paratos ad pugnam tota nocte. ¶ Itē ad xp̄m expectādū per prompte voluntatis preparationem Mathe.xxiiij. Et vos eſtote parati:quia qua hora nō putatis filius hoīs veniet. Et ſic ſequit quintūdecimū ſcʒ ꝙ nos erimus parati ad celū ſubintrādū per felicē glorie adeptionē τ fruitionē. Uñ Math.xxv. Que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias. Sic ergo patet quomodo boni debent eſſe parati ad dei beneplacita faciēda Iuxta illud Tytum. iij. Admone inquit illos principibus et poteſtatibus ſubditos eſſe:deo obedire. τ ad oīne op⁹ bonum paratos eſſe. Et ſic oſtēditur ꝙ ſi beneuolum⁹ in conſpectu dei apparere parati. Diſponenda eſt mētis aptitudo. Apponenda eſt morū pulcritudo. Deponenda eſt culpe turpitudo. Et ſic ſi homo ſe taliter parauerit:ipſe de ſe faciet dn̄o viam Iuxta illud Lu.iij. Parate viam domini:rectas facite ſemitas eius. Et erimus ſicut ille eſdras de quo. j. Eſdre.v. dr̄ ꝙ eſdras parauit cor ſuū vt inueſtigaret legem domini τ doceret τ faceret. Et ſic dico ꝙ pare accipit in bono. ¶ Sʒ E adhuc dico ꝙ parare accipit in malo:q2. ſ. dyabolus τ membra ſua ſemp ſunt parati ad malū alijs faciēdū. Sicut enim videmus ꝙ ſcorpio ſemp h3 aculeū tenſū τ occultū. τ erectū τ paratū ad venenum infundendū Sic dyabolus cū corpore ſuo aculeum malicie ſemp habet paratum. τ ad nocendum hominibus adaptatum Pſal. Suſceperunt me ſicut leo paratus ad predam. τc. Et nota ꝙ mali ſunt ſemper parati.

Ad diuitias acquirendum.
Ad inſidias faciendum.
Ad diſcordias generandum.

Dico ad acquirendum diuitias ſicut patet de auaris qui ſemper ſunt parati accipere et acquirere:nihil autem concedere vel largiri. Iſti enim ſunt ſicut hombix qui de filiis ſuis preparat ſibi domum. Sic iſti de diuitijs ſibi faciunt habitaculum. De quibus dicitur Prouerbiorum.x. Manus autem fortium diuitias parat. Sed iſtis accidit ſicut illi cui dicit domin⁹ Luce.xij. Stulte hac nocte repetent animam tuam a te: que autem paraſti cuius erunt. ¶ Item iſti parati ſunt ad faciendū inſidias ſimiles catto qui ſemper eſt paratus inſidiari muribus et ipſas capere et predari. Sic malicioſi ſemper ſunt parati ad alijs inſidiandum:et ſi potuerint ad nocendum primi Machabeorum.vij. Ubi dicitur. Quod hoſtes parati erāt capere iudam. ¶ Item parati ſunt ad generandum diſcordias vel ad inferendum moleſtias. Iudith.vij. Medi omnes parauerunt ſe pariter ad pugnam contra iſrael. Iſti ergo parati ſunt ad omne malū culpe. Et ideo deus parat eis omne malum pene:quia ſcitz ipſe parat eis.

Ayuntamiento de Madrid

Tenuitatem temporalis ſucceſſionis.
Obſcuritatem cordialis diſcretionis.
Aſperitatē eternalis damnationis.

Nõ deus ergo parat talibus temporaliũ tenuitatē ptꝫ Jone.iiij.vbi dicitur. Nõ deus parauit vermem qui aſſumpſit ederam ſub cuius vmbra Jonas iocundabatur.quia ſcilicet deus vermem idest mortem prepa rat eis ⁊ vmbram bonorum temporalium eis aufert: ꝙ etiam paret eis cordialem obſcuritateꝫ:patet Job. xv.vbi de imperio dicitur.Nouit ꝙ parata ſit in manu illius tenebrarum dies:ꝙ inſuper paret eis infernalem ſeu eternalem aduerſitateꝫ. patet Prouer.xix. vbi dicitur ꝙ parata ſunt deriſorib⁹ iudicia:⁊ mallei percutientes ſtultoꝝ corporibus. Patet ergo:ꝙ parare ſumiť in bono ⁊ in malo. Uide infra de preparare.

A **Parcere.** Nota ꝙ parcere idē eſt quod indulgere:miſereri ſeu clementiam exhibere.Et poteſt breuiter notari ꝙ in ſcriptura inuenitur vnum parcere:qđ eſt.

Appetendum.
Exequendum.
Execrandum.
Formidandum.

Primum eſt quo parcit deus: ꝑ culparum indulſionem.Secundũ quo parcit homo per iniuriaꝝ dimiſſionem.Tertium quo parcunt mali:per perſonarum acceptionem.Dicam⁹ ergo: ꝙ eſt vnum parcere mirabile ⁊ glorioſum.Et iſtud ſignificat miſericordiam diuinam:ꝑ quam miſeretur omnibus que quodãmodo ſua ſunt. Et ideo orat eccleſia. Deus cui ꝓprium eſt miſereri ſemper ⁊ parcere.Proprium em̃ eſt dei parcere:verũtamē humilibus nõ ſuperbis.Sicut enim videmus:ꝙ fulgur multotiens edit loca alta ⁊ fortia vbi locis humilib⁹ nihil nocet. Unde etiam de fulgure ꝓbatuꝫ eſt: ꝙ aliquando per archam tranſiens.metalluꝫ ſeu pecuniam liquefacit: lignum vero ⁊ ſacculum nunꝗ͂ ledit.Altas etiam turres ⁊ arbores deſtruit:vbi domos depreſſas ⁊ arbores nunꝗ͂ tangit.Quod etiam de forti vento videtur:ꝙ cõtra fortia ⁊ magna magis impelliť ꝗ͂ contra parua et debilia.Cuius ratio eſt.Quia ventus ⁊ fulgur magis nituntur contra id quod eſt fortioris reſiſtentie.Quia omne quod eſt naturaliter fortius agit in reſiſtẽs magis ꝗ͂ in non reſiſtens. Sicut etiam patet de igne:qui tunc temporis fortius agit ⁊ ardet: quando aqua ſibi reſiſtente ⁊ contraria irrigatur.Sic ꝓcerto deus:q̇ dicitur ignis:fulgur ⁊ ventus propter rigorem ſue iuſtitie:debilibus ⁊ humilibus per peccata non reſiſtentibus voluntati ſue: nec voluntati ſue obuiantibus: conſueuit parcere:ipſoſq; nocere non videtur nõ ledere:nec virtutem ſue ſeueritatis ⁊ iuſtitie cõtra eos declarare:quod bene figuratur.ij.Regum.xxj.vbi diciť ꝙ dauid pepcit miphiboſeth qui erat claudus pedibus ꝓpter iuſiurandum quod fecerat Jonathe patri eius.Alios vero de genere ſaul qui erant fortes ⁊ non claudi ſuſpendit in ligno:ſicut dicitur.ij.Regum.xxj. Quia.ſ.deus qui dauid diciť manu fortis: claudis et debilibus ⁊ egenis ſolet parcere:⁊ eos miſericorditer ab inferni incẽdio ⁊ ſuſpendio preſeruare. Sed alios fortes ⁊ preſidentes:duros:obſtinatos ⁊ reſiſtẽtes ſolet fortiter impetere:⁊ contra eos potentiam iuſtitie ſue oſtendere:⁊ tam temporaliter ꝗ͂ eternaliter ſolet ipſos funditus eneruare. Deus eniꝫ ſuperbis reſiſtit humilibus dat gratiam:ſicut diciť.j.Pet.v.pš. Parcet pauperi ⁊ inopi:⁊ aĩas pauperuꝫ ſaluas faciet.Et ideo Job videns ꝙ deus eſt ad parcendum naturaliť inclinatus ſupplicabat. Job.vij.dicens.Parce mihi

B domine:nihil enim ſunt dies mei. ¶ Ubi aduerte:ꝙ iſte petit ſibi parci ꝓpter tria.ſ.Propter.

Nobilitatem preſidentis.
Neceſſitatem requirentis.
Fragilitatem delinquentis.

Iſta em̃ tria ducunt dñm ad parcendum.ſ.Nobilitas ſue plature. Parce inq̇t dñe.Neceſſitas nr̃e iacture. Mihi inq̇t.Fragilitas nr̃e nature.Nihil em̃ ſunt ⁊c. Dico ergo ꝙ deus parcit ꝓpter ſuam nobilitatē: que oſtenditur cum dicitur.Dñe:qđ eſt nomen poteſtatis ⁊ nobilitatis.Teſte em̃ Senc.li.de quatuor virtutib⁹ Ad nobile cor ⁊ magnificum ꝑtinet libenter parcere Sufficit enim:vt dicit:poteſtatem vindicandi habuiſſe:quia:vt dicit: nobile genus vindicte eſt ignoſcere. Et quia ergo deus ſumme nobilis eſt ⁊ magnanimus:hoc habet ex animi generoſitate:ꝙ libenter indulgeat atq; parcat. Similis leoni:qui ex animi nobilitate ꝓſtratos ledere non dignatur:ſed eis parcere comprobatur.Domine inquit.Quia.ſ.dominus libẽter parcit rebus ſuis nec ipſas libenter deſtruit ſine cauſa.Ideo de eo dicitur.Sapiē.xj. Parcis enim omnibus quoniam tua ſunt domine qui amas animas. Parcit ergo deus:vt dictum eſt:ꝓter ſuam nobilitatem. ¶ Deinde dico ꝙ ipſe parcit ꝓpter noſtram neceſſitatem:quod oſtenditur cum diciť. Mihi.q.d.mihi in neceſſitate poſito parcere.Exemplo regum iſrael ⁊ iuda:qui regi moab pepcerunt:quando ipſum ꝓpter nimiam neceſſitatem filium ſuum primogenitũ inmolare ⁊ occidere viderunt.ſicut ponitur.iiij.Reguꝫ.iij.Ideo bene ſupplicat Joelis.ij. Parce domine parce populo tuo ⁊ ne des hereditatem tuam in opprobrium vt dominentur eis nationes.Et in pš. Parcet pauperi ⁊ inopi ⁊c.Mihi inquit.pš.Eſto mihi in deum ꝓtectorem. Sapiē.xij. Hijs tanꝗ͂ hominibus pepercisti. ¶ Deniq; dico:ꝙ ipſe parcit ꝓpter noſtrã fragilitatem.Nihil enim ſunt dies mei Magis eniꝫ eſt parcendum debili ⁊ infirmo ſi vincať ꝗ͂ forti. Sic quia deus ſcit nos eſſe debilis ⁊ fragilis conditionis ita ꝙ tentationibus noſtris reſiſtere nõ valem⁹. Ideo libenter ⁊ miſericorditer nobis parcit.Exemplo leonis qui paruulis ⁊ mulieribus dicitur parcere: eo ꝙ impotentis ⁊ fragilis nature quodam naturali inſtinctu ꝑcipit ipſos eſſe. Nam quia deus hominem fragilem ⁊ ad reſiſtendum debileꝫ eſſe nouit:libenter ſi penituerimus nobis parcet:⁊ ſemper nobis: citra cõdignum puniens niſi in nobis deficiat: veniaꝫ libenter tribuit ⁊ cõcedit.Quia iuxta verbuꝫ Senece. Pudet fortem bellum gerere cum homine vinci parato. Et iſtud allegatur cum dicitur. Nihil em̃ ſunt dies mei pš.Ad nihilum redactum ſum ⁊ neſciui.Unde dominus dicit peccatori illud.j.Regum.xxiiij.Cogitaui vt occiderē te: ſed pepercit oculus meus. Et ideo de eo tam benigniter parcendi ⁊ tam miſericorditer indulgenti loquiť beatus Bern.In odoreꝫ manſuetudinis tue currim⁹ bone Jeſu audientes:ꝙ nõ ſpnas paupeꝫ: nõ abhorreas pctõreꝫ: nõ horruiſti cõfitentē latroneꝫ nõ peccatricē lachrimantē:nõ chananeã ſupplicanteꝫ nõ deprehenſaꝫ in adulterio:non ſedentē in theloneo nõ ſupplicanteꝫ publicanũ.nõ negonteꝫ diſcipulũ nõ ꝑſecutorē diſcipuloꝝ:non crucifixores memboꝝ.Hec Bern.ſuꝑ Can. Sic igiť ptꝫ: quõ dei miſcďia diuerſimode parcit diuerſis. Sꝫ ꝓcerto chariſſimi ꝗ͂uis dei ſit ꝓpriũ miſereri ſemꝑ ⁊ parcere:illud tñ intelligiť reſpectu penitentiũ:q2.ſ.deus non parcit illis q̇ in pctõ volunt ꝑſeuerare: ⁊ q̇ nolũt humiliter penitere. Aq̇la em̃ nõ parcit ꝓprijs pullis:qñ videt eos degeneres ⁊ ab aſpectu ſolis oculos auertentes:imo de nido ſuo expellere ⁊ eijcere eos ſolet.Sic ⁊c:nec deus pctõribus degenerib⁹:⁊ a luce ꝟitatis ⁊ grẽ oculos auertẽtib⁹ parcet imo de nido paradiſi eos eijciet ⁊ expellet ſicut de angelis malis apparuit.Jõ dř.ij.Pet.ij.De⁹ peccãtib⁹ angelis nõ pepcit ⁊c.Ideo etiã de quolibet peccatore diciť.Eſa.xxvij.Qui formauit eũ nõ parcet ei.Et circa hec nota ꝙ deus non parcet finaliter.

Obſtinate delinquentibus.
Judicium expectantibus
Carnalia diligentibus.
Ueritatem ſimulantibus.

De obſtinate delinquentibus dicitur Job.ix. Uerebar oĩa opera mea ſciens ꝙ nõ parceres delinquenti. De morte ſeu iudiciũ expectantib⁹. diciť Prouer.vj.

Zelus

Ayuntamiento de Madrid

Zelus ⁊ furor viri non parcet in die vindicte ⁊c. De
carnaliter cõuerſantibus. dicit. Ezech. xvj. vbi mulie-
ri meretrici loquens dñs dicit. Non parcet ſup te ocu
lus meus. De ypocritis vero ⁊ veritatem ſimulanti-
bus dicitur. Job. xlj. Non parcam ei ⁊ verbis potenti
bus ⁊ ad deprecandũ compoſitis. Non ſic ergo chariſ
ſimi: non ſimus tales: quia ꝓ certo deus non parcit tali-
bus ſed penitentibus ⁊ humilibus. Et ſi vis ſcire qui
bus modis parcit. Nota ꝙ eis parcit.

Culpam indulgendo.
Penam remittendo.
Minus debito puniendo.
De miſeriis eruendo.

Culpã dico indulgendo pſ. Ab occultis meis munda
me dñe: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. Penam dico re
mittendo. ſ. eternã. Vñ Job. xiiij. Tu quidem greſſus
meos dinumeraſti: ſed parce peccatis meis. Item cir
ca cõdignum puniẽdo. Ezech. xx. Pepcit oculus me⁹
ſup eos vt nõ interficerẽ eos. ſupple q̄uis eẽnt digni
Item de miſeriis eruendo. Vñ illud pſ. Parcet pau-
peri ⁊ inopi ⁊c. Et ſic ptȝ quõ generaliter eſt vnum ꝑ
cere mirabile ⁊ glorioſum. ¶ Sed ſecundo principa- C
liter dico: ꝙ eſt vnum parcere: laudabile ⁊ virtuoſum
Et iſtud eſt parcere miſcdie humane: qua. ſ. hõ parcit
homini delinquenti. qđ potiſſime virtuoſum eſt i po
tente vindicare: quia. ſ. hõ vindicans victis debet facili-
ter parcere ⁊ iniuriantib⁹ indulgere. Iuxta illud Se-
nece in ꝓuerbiis Alteri ſepe ignoſcito: tibi nunꝗ. Nã
ſicut dicit idem de moribus magnaꝝ viriũ eſt contem
nere ledentem. Et iõ dicit Petrus Rauen. in ſmone
lxxviij. Quantum ⁊ quotiens tibi vis dimitti: tantuȝ
⁊ totiens tu dimitte. Dimittendo eñ alteri tibi par-
cis. Sicut eñ membra corporis ſi inuicem ſe leſerint
ſolent ſibiinuicem parcere. nec vnꝗ alterum ab alte-
ro vindictam ſumere. Sic ⁊ nos cum ſimus alter alte
rius membra: ſm apſm. Parcere debemus delinquẽ
tibus ⁊ iniuriam dimittere nocentibus. Iuxta illud
Eccli. xxviij. Dimitte ꝓximo tuo nocẽti te ⁊c. Ideo di
cit Caſſiodor⁹ ammonitiõe. ij. Si quis inq̄t paupes
pauerit: captiuos redemerit: odiũ dimiſerit: ⁊ ꝓ ſuis
inimicis orauerit: ante tribunal xpi dicere poterit cõ
ſcientia libera. Dñe da: quia dedi: dimitte quia dimiſi. Et
iſtđ eſt ꝯtra multos: ⁊ maxime pñcipes ⁊ tyrãnos vſu
rarios ⁊ balliuos: qui ſcȝ nulli pauperi parcunt: nulli
delinquenti ſubueniũt: nulli miſero cõpatiunt: nullũ
depreſſum auxiliant. Iſtud potiſſime patet in iuris
iudicibus ⁊ ꝑlatis. qui ſine quacunqȝ miſericordia cõ
tra miſeros debachant. cum tñ dicit Seneca. Nõ cul
pa eſt totam culpam proſequi. Unde videt ꝙ iſti ſunt
crudeliores pardis. draconibus: leonibus. ⁊ leenis. mã
ticoris ⁊ hyenis. Iſta eñ animalia ſaltem filiis ſuis
parcunt. Iſti autẽ ſubditis qui ſunt filii ſpirituales nõ
parcunt: ſed per rapinas ⁊ alias multipliciter eos le-
dunt. zach. xj. ca. Paſce pecora occiſionis: que q̄ poſſe
derant occidebant ⁊ non dolebant. Sequitur. Paſto
res eorum non parcebãt eis. Unde iſti videntur dice-
re illud Sap. ij. Opprimamus pauperẽ iuſtum ⁊ non
parcam⁹ vidue. Eſai. ix. Erit popul⁹ quaſi eſca ignis
vir fratri ſuo non parcet. Declinabit ad dexteram et
eſuriet: ⁊ ad ſiniſtram ⁊ nõ ſatiabitur. vnuſquiſqȝ car
nem brachii ſui comedet. Expone ergo bene quomo-
do tales raptores ſunt contra pauperes ⁊ famelicos.
Non ſic autem de malis diuitibus: quia ꝓcerto tali-
bus bene parcunt: nec puniunt vt deberent. Teſte eñ
Pli. Orix eſt auis pinguiſſima intantum: ꝙ pingue-
do hebetet gladium vel cutellum. Quia ꝓcerto cutel
lus ſeu gladius iuſtitie maloꝝ iudicũ ſolet hebetari
qñ inuenta pinguedine diuitũ ſolẽt donis ⁊ munerib⁹
cõfricari. Nã. ſ. tales q̄uis malos nõ cõſueuerũt lede-
re: ſed corrupti muneribus ſolent eis contra iuſtitiaȝ
indulgere. Figurati i ſaule: q̄ agag pinguiſſimo ⁊ me
lioribus gregibus ꝯtra dei mãdatũ pepcit: quicq̄d vo
fuit vile ⁊ reꝑrobũ extirpauit. ſicut ponit. j. Regũ. xv.

Quia. ſ. mali iudices diuitibus ⁊ pinguibus parcunt
Paupes autẽ ⁊ miſeros dure ledunt: cõtra illud Hie-
re. l. Non parcatis iaculis quia dño peccauit. Et ibideȝ
Nolite parcere iuuenibus ei⁹. Non ſic ergo: ſed par-
camus pauperibus ⁊ nos iniuriantib⁹: ſalua tamẽ iu
ſtitia: quia iſtud eſt vnum parcere laudabile ⁊ virtuoſuȝ
¶ Sed tertio principaliter dico: ꝙ eſt vnum parcere D
perſonaꝝ acceptionis. Et de iſto vide ſupra in titulo
ſuo. Iſtud etiam eſt parcere carnalis dilectiõis: ⁊ etiã
negligentie ⁊ remiſſiõis: quo ſcȝ hõ parcit ⁊ indulget
ſibiipſi penitẽtiaȝ fugiendo: nec ſe nec ſubditos corri-
gendo. De quo Prouer. xiij. Qui parcit virge odit fi-
lium. ¶ Quarto dico. ꝙ eſt vnũ etiã parcere diuine i-
dignationis: quo. ſ. deus ad pñs mundi pctõribus ⁊
diuitibus: vt ipſos puniat i eternum. Similis carnifi
ci q̄ boui quẽ impinguat videt parcere: ⁊ tñ hoc facit
vt eum poſſit melius trucidare: ⁊ quanto ſibi plus a
laboribus parcitur: tanto magis inſoleſcit: ſupbit. re
calcitrat ⁊ erigit. Et ſic loquit dñs Hiere. xlvj. Caſti-
gabo te: nec quaſi innocenti parcam: ne tibi innoxius
videaris. Iſti ſunt illi q̄bus ad horam deus parcit: de
quibus Job. x. Si ad horã pepceris mihi: cur ab iniq-
tate mea mundũ me eſſe nõ pateris? Et ſic ergo patet
quõ eſt quadruplex parcere. ſ. quoddam appetibile:
quoddã ꝯmendabile: quoddã deteſtabile: quoddã for
midabile ⁊c. Vide de miſericordia ⁊ miſereri.

## Parere. parturire. partus. A

Nota ꝙ cũ parturire nihil aliud ſit ꝙ fetũ vel fructũ
emittere ⁊ ꝓducere. Poſſumus notare ꝙ in ſcriptura
inuenit multiplex partus. Eſt eñ partus.

Honoris ⁊ nobilitatis.
Ualoris ⁊ vtilitatis.
Doloris ⁊ mortalitatis.
Pudoris ⁊ virginitatis.
Horroris ⁊ iniquitatis.
Laboris ⁊ penalitatis.
Meroris ⁊ confuſionis.
Clamoris ⁊ predicationis.

Partus honoris: ſignat mundi ꝓmotionẽ: quia. ſ. ꝑlat⁹
⁊ eccſia tunc pariunt: qñ de vtero clauſtri ſui aliqueȝ
exterius ad aliquẽ ſtatũ ꝓmouent ⁊ emittũt. de quo
Eſai. lxvj. Parturiuit ſyon filios ſuos. Et iſte partus
qñqȝ eſt bonus: qñ. ſ. boni prelati exaltant pariũt ⁊ ꝓ-
mouẽt bonos ſubditos. Alalia eñ nõ pariũt niſi ſilia
ſibi. Equa eñ nõ parit porcũ: nec porca parit aſinum.
Sic in eccleſia q̄libet ꝓmouet ⁊ parturit ſibi ſimile ꝑ
poſſe ſuo. Et inde eſt ꝙ boni ꝓmouent bonos: ⁊ mali
ſimiliter malos. ⁊ ſicut alalia guloſa ⁊ rapacia filios
pariunt imꝑfectos. ſicut canis: lupus: ⁊ vulpes cecos
viſus informes. ⁊ leo mortuos. Sic mali ⁊ ambicioſi:
guloſi: auari: ⁊ ſymoniaci atqȝ prelati ſubditos pari-
unt ⁊ ꝓmouent peſſimos ⁊ iniquos: quia ſcȝ hodie pro-
mouent quoſdam cecos: per ignorantiam: quoſdam i
formes: ꝑ omnium virtutũ carentiã: quoſdã etiã mor-
tuos ꝑ torporem ⁊ negligentiã. Iſti ſunt illi q̄ pariunt
abortiuũ. i. homines imꝑfectos. De quib⁹ dr. Hiere.
xiiij. Cerua in agro pepit: ⁊ onagri ſteterunt in rupi-
bus. Quaſi diceret. Dũ cerua. i. imꝑfectus ꝑlatus pa-
rit: ꝑ beneficiorum collationeȝ onagri aſini ſilueſtres
ideſt male perſone obtinent rupes dignitatũ: ꝑ inde-
bitam ꝓmotionẽ. Vide ſupra de ambitione ⁊ in pluri
bus aliis locis. ¶ Partus valoris ſignat bonoꝝ ope- B
rum ꝓductionẽ. Sicut eñ arbores pariunt fructus:
ſic hõ parturit ſuũ opus. Nã ſicut fetus in matrice cõ
cipitur: ⁊ tandẽ emittit ⁊ parturit. Sic bonũ opus pri
mo eſt in matrice cordis: per cogitationem: ⁊ deinde
parturitur per bonam executionem ⁊ operationem.
Ezech. xxiij. Habui eas tanꝗ vxores: ⁊ pepererunt fi-
lios ⁊ filias. Sicut eñ lepus ita eſt fecundum animal
ꝙ qñ parturit vnum fetum: ſemper remanet pregnãs
de alio. Quod etiam de arboribus citronoruȝ dicit ꝙ
quando vnus fructus maturus colligitur: ſemper ali⁹

Ayuntamiento de Madrid

floret ⁊ alius generatur.Sic ⁊ nos fructus bonoꝝ ope
rum debemus parere:⁊ tamen de alio bono opere de
bemus ꝑgnantes per bonum deſiderium remanere.
Can̄.vij.Videamus ſi vinea noſtra floruit ſi flores fru
ctus parturiunt.Mō̈ eſt contra multos: q̄ non conti-
nuant nec multiplicāt partus bonoꝝ operꝝ:imo ſi quā
doq; eos contingat bona opera parere:ſtatim volunt
deficere ⁊ ceſſare.Similes panthere q̄ non dicitur pa
rere niſi ſemel.Similes etiam leene:que primo anno
parit ſex catulos:ſed tandē omni anno diminuit nu-
merus ꝑtus ſui:ita ꝙ ſexto anno penitus ſterileſcit.j.
Regum.ij. Sterilis peperit plurimos ⁊ que multos
habebat filios infirmata eſt. Non ſic ergo:ſed habea
mus partum valoris ꝑ bonaꝫ operationem.¶ Par-
tus doloris ſignat noſtraꝫ naturalem ꝓcreationeꝫ:qꝛ
ꝓculdubio nos in fetore concipimur:⁊ in dolore par
turimur.⁊ in labore miſerabiliter enutrimur. Unde
in Eue maledictione continetur:ꝙ in dolore debebat
filios parere:⁊ erumnas multiplices ſuſtinere.Quia
ſicut dr̄.Joh.xvj.Mulier cum parit triſtitiam habet
¶ Partus pudoris: ſignat dei filij incarnationeꝫ:qꝛ
ſ.ſicut hyena dicitur parere ſine maſculo. Sic iſtū pe
C perit virgo ſine viro.Eſai.vij.Ecce virgo ꝯcipiet ⁊ pa
riet filium.¶ Partus horroris:ſignat maloꝝ actuuꝫ
executionem.Quodlibet em̄ malum opus eſt vn⁹ ma
lus fetus.Nam ſicut ſerpentes ⁊ alia animalia vene
noſa:fetus pariūt venenoſos:ſic vitioſi homines act⁹
faciunt vitioſos pſ.Ecce parturit iniuſtitiam:⁊ con-
cepit dolorem:⁊ peperit iniquitatem.Mō̈ etiā de ma
lis verbis verum eſt: que.ſ. in vtero cordis contineri
non valent:ſed exterius emittunt: ſicut patet de ſecre
torum relatoribus detractoribus. adulatoribus ⁊c.
qui.ſ.mala verba parturire nō ceſſant.Eccli.xix.A fa
cie verbi parturit fatuus.Et Eſai.xxxiij.Concipietis
ardorem parietis ſtipulaꝫ.¶ Partus laboris:ſignat
eternam damnationem.Mundus em̄ eſt mater om-
nium reproborum.Iſtos ergo de ventre ſue ꝓſperita-
tis parturit:quā ꝑ mortem in infernum eijcit ⁊ emittit
Unde pſ.Ibi dolores vt parturientis:in ſpiritu vehe
menti cōteres naues tharſis. ¶ Partus meroris:ſi-
gnat cordis cōpunctionem: vel oris confeſſionem:qꝛ
ſ.per confeſſionem vitia parturiunt.⁊ mali fet⁹ quos
in corde noſtro dyabolus genuerat exterius emittun
tur.Roma.viij.Omnis creatura ingemiſcit ⁊ partu-
rit vſq; adhuc. Elephas enim libenter iuxta flumina
parturit.Sic ⁊ homo debet per confeſſionem parere
iuxta lachrimarum fluenta. Et nota ꝙ iſte partus de
bet fieri ſcilicet.
Cum contritionis dolore.
Cum compunctionis merore.
Cum conturbationis timore.
Dico cum dolore cōtritionis.Ezech.xxx.Quaſi partu
riens dolebit. Dico etiam cū merore compunctionis
Hier.xlviij.Cor fortiū moab quaſi cor mulieries par-
turiens.Dico inſuper cū cōturbationis timore.Deu
tero.ij. Audito nomine tuo paueant:⁊ more parturiē
tium cōtremiſcant.Et ſi vis ponere:quomodo acha-
tes iuuat aquilaꝫ parere:diptannus ceruuā ⁊c. ſupra
inuenies titulo de ala. ¶ Part⁹ clamoris:ſignat do-
ctrinam ⁊ ꝑdicationem . Predicatores em̄ clamori-
bus ⁊ doctrinis homines in fide ꝑturiunt ⁊ cōuertunt
ſicut dicit apoſtolus Gal.iiij.Filioli mei quos iteruꝫ
ꝑturio donec informetur in vobis xp̄s.Vn̄ de iſtis po
teſt dici illud.Job.xxxix. Incuruant ad fetū: ⁊ pariūt
⁊ rugitus emittūt. Iſtis ergo octo modis accipit ꝑt⁹
Et iſta poſſent multipliciter dilatari: ſed tranſeo ⁊c.

## Parentes.

Nota ꝙ ſunt parentes.Supna-
A les.Spūales.⁊ Corꝑales. Sup-
nales ſunt deus angeli ⁊ ſancti.de q̄bus dr̄ Eccli.xliiij
Laudem⁹ viros glioſos parētes nr̄os.Spūales ſunt
viri iuſti ꝑdicatores ⁊ ꝑlati. de q̄bus Col.iij.Filij obe
dite parentib⁹ vr̄is.Corporales ſunt p̄r ⁊ mater ⁊ no-
bis ꝑ ſanguinitatis lineā colligati. De q̄bus.ij.Coꝝ.
xij.Nō debent filij theſaurizare parentibus.ſꝫ paren
tes filijs.De primis duob⁹ nihil ad p̄ſens. De tertio
vō ſupra de filijs aliq̄d dictū eſt.Sꝫ vt breuiter aliq̄d
dicā.Notādū eſt ꝙ corporales parentes ſunt.
Honorandi cū reuerentia.
Educandi cum diligentia.
Supportandi cum patientia.
Primo ergo dico ꝙ parentes ſunt cuꝫ reuerentia ho-
norandi:qꝛ ſicut dr̄.Eccli.iij. Qui timet deū honorat
parentes.Teſte em̄ Ariſt.viij.ethicoꝝ.Retributio dꝫ
eſſe poſſibilis:ſi non pōt eſſe cōdigna:vt ptꝫ de deo et
parentib⁹:q̄bus nō tenemur ad equiualēs ſꝫ ad poſſi
bile.q.d.Parentib⁹ ⁊ deo non poſſum⁹ equalenter re
compenſare:⁊ ideo ſaltē illud qđ eſt nobis poſſibile.ſ.
honorē ⁊ reuerentiā gratiarūactionē ⁊ amicitiā tene-
mur humiliter exhibere. Honorem⁹ ergo eos eis ob
ſequendo:⁊ eis obediēdo:qꝛ ad hoc inducunt nos.
Preceptum ſcripture.
Inſtinctus nature.
Exemplum bonorum.
Tormentum malorum.
Dico ꝑceptuꝫ ſcripture:qꝛ.ſ.iſtud ꝑcipit nobis. Exo.
xx.Honora p̄rem tuū ⁊ matrē tuā.⁊ Col.iij.Filij obe-
dite parentib⁹ vr̄is . ¶ Dico etiā inſtinctus nature:
qꝛ inſtinctu nature oīa mouent honorare illum a quo
bn̄ficia ſuſceperunt:ſicut de elephante q̄ liberat⁹ a fo
uea obedit liberatori ⁊ domeſticus efficitur. ⁊ ptꝫ in
multis brutoꝝ aīalium exēplis:ſicut ſupra in plurib⁹
titulis eſt oſtēſuꝫ.Et qꝛ ergo a parentib⁹ poſt deū ma-
iora beneficia ſuſcepimus. ipſos merito poſt deū pre
ceteris honorari ⁊ revereri debemus.Ab ipſis em̄ ha
bemus eſſe:documentū ⁊ nutrimentuꝫ. Et ideo ſicut
cōiter oēs rami arboꝝ inclinant ⁊ pendent verſus ra
dicem:⁊ maxime quādo ſunt fructibus onerati ſicut
verſus ſuum originale principiū a quo habent eſſe nu
trimentū ⁊ ſuſtētamentuꝫ.Sic ⁊ nos ad radices nr̄as
ſ.ad parentes nr̄os a q̄bus.ſ.ſumus ⁊ viuim⁹ ⁊ nutri-
mur debemus ꝑ reuerentiā inclinari:⁊ ꝑ honorē ⁊ obe
dientiam famulari.Teſte em̄ Apoſt.Ro.xj. Tu nō ra
dicē portas ſed radix te.Et ideo iuxta verbū ſcripture
Eſai.lj.Attendite ad petrā. vn̄ exciſi eſtis.attēdite ad
abraā p̄rem vr̄m ⁊ ad ſarā que pepit vos.¶ Dico ad-
huc:ꝙ ad honorandū parentes debet inducere exem-
pum bonoꝝ.⁊ maxime exēplū Thobie p̄rem honorā
tis.Exēplū heſter mardocheū auunculū venerantis.
Exemplū etiā Decij ob honorē parentū dyadema im
perij refutātis.Teſte.n.Vale.dū Deci⁹ imꝑator ꝓpriū
filiuꝫ ſuū voluit imꝑiali dyademate inſignire:renuit fi
lius dicens.Timeo ne ſi fiam imꝑator dediſcā eſſe fi-
lius. ¶ Ad hoc etiā facit tormentū maloꝝ:qꝛ.ſ.illi q̄
nō honorāt ꝑentes: in hoc mūdo ⁊ in alio puniunt.ſi
cut de multis irreuerētib⁹ poſſet narrari:niſi eſſet lō
gū:qꝛ ſicut dicit idē Valeri⁹.Juſtiſſime parentū ⁊ deo
rum violentia pari vindicta expiāda eſt.In lege etiaꝫ
Deut.xxj.Fili⁹ ꝓteru⁹ q̄ p̄ri ⁊ matri obedire noluerit
iubet lapidari. Et ſic ptꝫ:quō parētes cum reuerētia
ſunt honorādi. ¶ Scđo dico.ꝙ ꝑentes cum diligētia B
ſunt educādi.ſ.ſi indiguerit.ſicut de gruibus dr̄.ꝙ pa
rentes ſuos cōfectos ſenio ſolēt nutrire:⁊ eiſdē victua
lia miniſtrare. De falconib⁹ etiā ꝓbatū fuit:ꝙ circa
quendā falconē antiq̄ſſimū multitudo alioꝝ iunioꝝ
fuit repta:que illi antiquo cibaria intulerāt: ⁊ que oī
die ipſum cibis recentioribus nutriebāt.Quid de natu-
ra arboꝝ dicemus vbi videmus:ꝙ rami qui cōtinue
humorē hauriūt a radice in forti hyeme vidētes radi
ceꝫ indigere:humorē ſuū iterū ad radicē mittūt:⁊ ne
radix indigeat humorē ꝓpriū vt filia tūc dimittūt.In
quib⁹ q̄deꝫ a natura docemur ꝙ nos q̄ a radice.i.a pa
rentib⁹ humorē bonoꝝ temporaliū recepimus ⁊ ipſos
tali humore multotiēs depauperauimus . debemus
vice reciproca quando inſtat hyems alicuius aduer-
ſitatis ⁊ indigentie humorem noſtrum ipſis impen-
dere:⁊ pro ipſis nutriendis humore ⁊ folijs bonorum
temporalium

Ayuntamiento de Madrid

inſtruunt ꝙ q̄to in altiori gradu in eccl'ia ſunt locati
tanto plus ⁊ ꝓfundius debent eſſe in fide ⁊ in mori-
bus per eternā perſeuerantiam radicati.Et quanto
ſunt inter ceteros ſuperiores tanto in perſeuerādo in
bono debent eſſe pre ceteris firmiores. Unde de rege
Salomone dr̄.j.Paral.xxviij.Firmabo regnū eius
ſi perſeuerauerit facere preceptum meum ⁊ ꝓculdu
bio qñ iſti per gratiam cum domino perſeuerant re-
gnum ⁊ ſtatum ſuum ſtabiliunt ⁊ confirmant.Sicut
de Petro qui fert imaginem omnium prelatorū dicit
Actuū.xij.petrus aūt perſeuerabat pulſans.Prela-
tus enim debet eſſe Petrus:dictus a petra.ꝓpter cō
ſtantie fortitudinem.Debet perſeuerare ꝓpter per-
manētie longitudinē Debet pulſare ꝓpter correctio
nis ſollicitudinem.Et tamen iſta ſunt cōtra multos
qui q̄uis ſunt in dignitatis altitudine collocati:non
tamen ſunt in ſtabilitate perſeuerantie confirmati.
quinimmo qđ dolendum eſt iſti ſolent quandoq; tur
piſſime cadere ⁊ a ſoliditate perſeuerantie vacillare
Res enim que ſunt alte nō ſemper ſunt ſtabiliores.
immo vt in pluribus ſunt agiliores.Nam ⁊ arbores
que ſunt in montibus.ſunt ventis ⁊ turbinibus am-
plius agitate.Nubes que alte ſunt continue ſunt in
motu.Stelle etiā que comete dicunt.q̄uis alte ſupe-
riusſituent.ibi tñ perpetuo non morant immo infra
breue tempus aut conſumi ⁊ deficere;aut in priſtinā
materiam cadere certiſſime comprobantur Sic vere
multi ſunt qui in virtute perſeuerantie non ſunt fixi.
quinimmo q̄uis in alto loco eccleſie.ſ.in gradu pre-
lationis collocent.pre ceteris tamē ventis vanitatis
⁊ inanis glorie agitant.⁊ a ſtabilitate boni ꝓpoſiti cō
mouent.Sicut de multis pt3 qui tot mundijs tot ma
licijs tot rapinis ⁊ moleſtijs ſunt impulſi ꝙ recte nō
vident prelati vel eccleſiaſtici eſſe.ſed in priſtinā ma-
teriam videntur ſecedere.id eſt in conditiones homi
nū ſeculariū retroire.et breuiter dico.ꝙ tales ſunt na
ti de muliere.id eſt prelati creati a ſymonia vel a car-
nali affectione breuiviuentes tempore.qui multis re
plentur miſerijs:qui nunq̄ in eodem ſtatu permanēt
Iob.xiiij.Nam ſi a deo ⁊ dei ordinatione promoti eſ-
ſent cum deo vtiq; per gratiam permanſiſſent.Quia
ſicut dicitur Eccl.iij.Didici ꝙ omnia opera que fecit
deus perſeuerent ineternum. Non ſic ergo chariſſi-
mi.ſed peſeuerent in bono illi qui ſunt in ſublimita-
tis celſitudine.Perſeueraui inquit in monte: hoc eſt
dictu perſeueraui in bono exiſtens in prelatione Un-
de dominus videtur talibus dicere illud dictū moy
ſi Exo.xxiiij.Aſcende ad me in montem ⁊ eſto ibi.hoc
C eſt dictu perſeuera in bono ibi.¶Secundo dico qđ
in bono debent perſeuerare illi qui ſunt in proſperi-
tatis plenitudine.Et hoc oſtenditur cum dicit.Qua
draginta diebus.Dies enim in ſcriptura proſperita
tem deſignat Luc.xix.Et quidem in hac die que ad
pacem tibi eſt.Numerus vero quadragenarius vitā
preſentem ſignat quia ſcilicet ſicut filij iſrael quadra
ginta annis in deſerto fuerunt ⁊ deinde terram pro-
miſſionis intrauerunt:ſic in deſerto huius mundi ꝑ
quadraginta annnos.i.per ſpacium iſtius vite mane
mus ⁊ tandem terram promiſſionis paradiſi iuuan-
te domino introibimus. Quadraginta igitur dieb9.
id eſt exiſtendo in huius vite proſperitate ſemper de
bemus in bono perſeuerare. ⁊ nunq̄ propter mundi
aſpera debemus mentem noſtram a domino elonga
re Unde Luc.j.dicitur Seruiamus illi in ſanctitate
⁊ iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris.Quod
eſt contra multos qui q̄diu ſunt in proſperitate nun
q̄ perſeuerant in bonitate Carbunculus enim qui de
nocte rutilat ſicut ignis:de die dicit palleſcere.fons
etiam in ydumea eſſe dicitur:qui de nocte feruet ⁊ de
die infrigidatur.Serpentes etiam de nocte parū aut
nihil nocent.de die calore ſtimulantur ⁊ ad nocendū
faciliter ſe inclinant.Sic vere chariſſimi dico ꝙ dies
⁊ ſplendor ꝓſperitatis virtuti perſeuerantie contra-
rius exiſtit.Sepe enim fit ꝙ illi qui in nocte aduerſi-
tatis ſunt rutilantes per honeſtatem feruēt per cha-
ritatem: ad nocendum alijs torpent per conſcientie
bonitatem:ſi ad diem proſperitatis venerint ſtatim
ceſſant in bono perſeuerare.Nam in eis pallor inho-
neſte conuerſationis introducitur:frigus indeuotio
nis intromittitur:venenum malicie eorum per calo-
rem auaricie ſtimulatur.⁊ ſic homo diuerſimode ad
nocendum alijs excitatur.Unde de talibus diebus di
citur.ij.Thimo.iij.In nouiſſimis diebus inſtabunt
opera periculoſa.Et Mat.xxiiij.Niſi breuiati fuiſ-
ſent dies illi non fieret ſalua omnis caro Et bene ab
breuiati:quia vere vtile eſt quandoq; homini ꝙ dies
proſperitatis erga eum breuientur. qꝛ pro certo pro-
ſperitas ſolet homines eneruare: ⁊ ipſos a perſeue-
rantia impedire ⁊ mutare.Eſt enī3 proſperitas ſicut
ille locus ybernie in quo lignum poſitum in ferrum
⁊ in lapidem mutatur.Eſt inſuper ſicut ille fons qui
ab Ouidio dicitur li.xv.Fab.xix.ſalmacis.in quo om
nis qui balneatus fuerit eneruatur ⁊ effeminatur: et
a viri fortitudine commutat totaliter:⁊ in mollicie3
⁊ debilitatem femineam alteratur:ita ꝙ ſemiuir ſeu
ſemimaſculus appellatur. Et inde eſt ꝙ ſm fabulas
poetarum primo hermofroditus ibi factus fuiſſe di
citur qui primo vt aiunt puer erat.ſed dū3 in illo fon
te ſe balnearet ⁊ cuidam nymphe in carnali copula
contradiceret illa nympha rogatu deorum fecit ꝙ ip
ſa cū ipſo puero vnū fuit;ita ꝙ vt dicūt due ꝑſone in
vnū cōfuſe fuerūt ⁊ de vtroq; ſexu aliq̄d retinuerūt:ſ3
in neutro ſexu ꝑfectionē plenariā habuerūt: Iſtud a
poetis fingit ꝓ eo qđ i illo fonte ōīs q̄ ſe balneat trāſ
mutatur.Reuera chariſſimi quicquid ſit de fabula:
iſtud tñ verum eſt qđ mundi proſperitas videtur eſſe
talis fons.Iſte enim poſſeſſores ſuos eneruat ⁊ effe-
minat ⁊ virili perfectione perdita in molliciem fe-
mineam id eſt in conditionem inconſtantem ⁊ fragi-
lem eos mutat Quod potiſſime videtur in multis ec
cleſiaſticis:qui procerto videntur eſſe hermofroditi.
quia ſc3 ratione gradus ⁊ ſtatus ipſi deberent eſſe vi
ri.id eſt virtuoſi ⁊ perfecti.⁊ tamen ipſi ratione deli-
cate cōditionis feminee:feminei ſunt effecti.Utrum
q; enim ſexum habent.qꝛ iſti ſunt viri in naturali cō-
plexione ⁊ ſunt femine in delicata conditione.Sunt
viri loquendo naturaliter.⁊ ſunt femine loquēdo ſpi
ritualiter.Sunt viri ratione ſtatus.⁊ ſunt femine ra-
tione effectus:quia ſcilicet more feminarum ſunt im
perſeuerantes:⁊ in bonis operibus inconſtantes.Et
ſic de illis poteſt dici illud Geneſis.j Maſculum et
feminā creauit eos.Ecce ergo quomodo proſperitas
tollit a

Ayuntamiento de Madrid

tollit a talibus virtutem perſeuerantie. Unde Seneca
loquens lucillo: dicit epiſtola.xix. Tulit te longe a con
ſpectu vite ſalubris rapida proſperitas. Ingenioſus in
quit fuit vir ille ſcilicet Mecenas magnum exemplū
eloquentie daturus niſi ipſum proſperitas eneruaſſet.
Non ſic igitur chariſſimi non decipiat nos mundi pro
ſperitas. ſed perſeueremus in bono etiam exiſtētes in ꝓ
ſperitatis plenitudine. quadraginta inquit diebus ⁊c.
¶ Tertio ſim⁹ in bono perſeuerantes. Et hoc in aduer
ſitatis meſtitudine. Et hoc oſtendit per noctes quadra
ginta inquit noctibus. Numerus enim. quadragena-
rius vt dictum eſt ſignat vitam preſentem. Nox vero de
ſignat tribulationem et aduerſitatem. Iuxta illud Iob
iij. Noctem illam. tenebroſus turbo poſſideat. Et ideo
quando dicit ꝙ ipſe perſeuerauit cum domino quadra-
ginta noctibus bene innuit quod in omni aduerſitate
vite preſentis in bono perſeuerare debemus. Sunt enī
multi qui bene perſeuerant in proſperitate: ſed nunꝙ in
aduerſitate ſimiles ſalicibus que ſunt arbores valde de
biles atq molles que tamen in eſtate virent ⁊ florent in
hyeme autem areſcunt et deficiunt atq pallent. Sic ve
re multi ſunt qui i eſtate proſperitatis bene perſeuerāt
virent ⁊ florent in virtutibus et abundant qui tamē in
hyeme. id eſt in tempore aduerſitatis a bonorum perſe-
uerantia deſiſtunt. ⁊ ab omni virore virtutum deficiūt
et areſcunt ſicut ſunt falſi amici qui bene perſeuerant
cum homine dum proſperatur ab ipſo autem fugiunt
dum tribulatur. Figurati in apoſtolis qui cum chriſto
in cena fuerunt: ⁊ ſtatiꝫ paſſione adueniente ab ipſo fu
gerunt vel receſſerunt De quibus Eccleſiaſtici. vi. Eſt
amicus: ſocius menſe: ſed non permanebit tempore ne
ceſſitatis. Sed non debemus eſſe tales quia ſcilicet nō
ſolum in proſperitate. immo etiam in aduerſitate perſe
uerare debemus ſimiles arboribus aromaticis que vi-
rorem ſuum ſeruant in hyeme et eſtate Sicut enim abe
ſton lapis ſemel accenſus: nunꝙ amplius extinguitur
nec de die nec de nocte. Sic nec iuſtus homo ſemel per
gratiam illuminatus: debet amplius deficere. ſed in lu
mine ſpiritalis gratie perpetuo permanere. Eccle. xliiij
Cum ſemine eorum perſeuerabunt bona. Noctibus in
quit. vnde Luce. xxi. dicitur de chriſto. Quod noctibus
exiens morabatur in monte qui dicitur oliueti. ⁊ breui-
ter iſtud eſt verum ꝙ in ſtatu ſublimitatis. et in ſtatu ꝓ
ſperitatis ⁊ in ſtatu aduerſitatis virtus perſeuerantie
eſt habenda. quia ſicut dicit Bernar. in epiſtola capitu
lo. xxxix. Perſeuerantia eſt ductrix ad meritum. media
trix ad premium. ſoror patientie. filia conſtantie amica
pacis. amiciciarum nodus vnanimitatis vinculum et
propugnaculū ſanctitatis. Tolle inquit perſeuerantiā
et tūc nec fortitudo laudem nec obſequium mercedem.
nec beneficium gratiarum obtinebit. Per hanc enim ſo
lam homo eternitati redditur pugnator vincit ⁊ victor
etiam coronatur quia qui perſeuerauerit vſq in finem
hic ſaluus erit. Et ſic breuiter patet quomodo virt⁹ per
ſeuerantie eſt habenda in triplici ſtatu noſtro. ſcilicet
In celſitudine ſublimitatis.
In plenitudine proſperitatis
In meſtitudine aduerſitatis.
Et hoc eſt qđ dicit apoſtolus Hebre. xij. in diſciplina ꝑ
ſeuerate. Et hec de ꝑſeuerantia bona ſufficiant. De ꝑſe
uerātia xo in malo vide vbicūq agit de mala ꝯſuetudie

## Pertinere.

Nota ꝙ pertinere in bono ſumit
et in malo. Et primo quidem i bo
A no dico ꝙ ad hominem pertinent.
Quedam naturaliter.
Qedam temporaliter.
Quedam ſpiritualiter.
Qedam eternaliter.
Prima ſunt ſuſtinēda cū patia. Scđa ſunt miniſtrāda
cum moderantia. Tertia ſunt conſeruanda cum ſapien
tia. quarta ſunt procurāda cū diligentia. Primo igitur
dico ꝙ ꝑtinēt ad hoīeꝫ quedā que ſūt naturalia Et iſta
ꝓcerto ſunt corpis neceſſitates. ſ. comedere bibere. in-
firmari. ſanari. viuere mori. triſtari letari. laborare ⁊ ad
uerſa ſeculi tolerare. Iſta enim omnia pertinent ad nos
ſicut quedam ſeruitutes et tributa: quib⁹ humana na-
tura onerata eſt in hac vita. et iđ illa que ad nature ſu-
ſtentationem pertinebant: excipiebantur in lege ꝓpter
incuitabilem neceſſitatem Exod. xij. Die inquit ſeptia
nil operis facietis exceptis his que ad veſcēdū pertinēt
Et procerto pertinentia naturalis neceſſitatis preferē-
da eſt vniuerſis. Unde etiam diſcipuli chriſti pericliran
tes in mari dicebant ſibi Marci. iiij. Magiſter. nō ad
te ꝑtinet quia perimus. Ideo reputabantur crudeles. ꝙ
nihil ad vitam pertinens relinquebant: ſed omnia de
uaſtabant. Iudicum. vi. Sicut etiam de illis quinq re
gibus dicitur Geñ. xiiij. Quod ipſi tulerunt vniuerſa
que ad cibū pertinent Pertinent igitur ad nos quedā B
que ſunt naturalia. ¶ Secundo dico ꝙ ꝑtinent ad nos
quedam que ſunt temporalia. Et iſta ſunt noſtra nego
cia tam priuata ꝙ publica. que certe quilibet debet iu-
ſte diligenter et debite miniſtrare De publicis patet
Leui. xxviij. vbi dicitur. ꝙ oīs poſſeſſio conſecrata ad
ius pertinet ſacerdotum. Et ſic dico ꝙ ad prelatum ꝑti
net populum regere. paceꝫ fouere. hoſtes arcere ſuos in
quit regere. ſicut ſcilicet paſtor ad quem pertinet regere
gregem. quod eſt contra multos ſimiles mercennario.
ſicut dicitur Iohan. x. videns lupū venientem dimittit
oues et fugit. quia non pertinet ad eū de ouibus. ¶ Itē
pacem querere. Unde de Mardocheo dicitur Heſter. x
Quod ipſe fuit acceptabilis plebi fratrum ſuorum. lo
quens que ad pacem ſeminis ſui pertinent. ¶ Item doꝫ
hoſtes arcere. ſcilicet contra tyrannos pugnādo. Iſta
enim ſunt prelia que pertinēt ad mathathiam. id eſt ad
principem vel prelatum contra antiochū. i. tyrannū. de
quibus fit mentio. i. Mach. ii. De malis tamen ſuperio-
ribus ad quos ſcilicet non videtur de domo eccleſie: vel
patrie ſibi commiſſe aliquid pertinere. dicitur Iob. xxi.
Quid enim ad eum pertinet de domo ſua? quaſi di. vi-
detur ꝙ nihil. De rebus etiam priuatus que ſcilicet ad
nos perueniunt conſtat ꝙ de ipſis debemus curare. Ex
emplo. ſciliꝫ iacob De quo dicitur Geñ. xxxij. c. Quod
traductis omnibus que ad eum pertinebant remāſit ſo
lus et dicitur ibi quomodo omnia ſua prudenter ordi-
nauit propter timorem eſau fratris ſui. Patet igitur ꝙ
ad nos pertinēt quedam que ſunt temporalia. ¶ Ter- C
tio dico ꝙ ad nos pertinēt quedaꝫ que ſunt ſpiritualia
que primo et precipue ad ſacerdos pertinent. Et aduer
te ꝙ ad nos ſpiritualiter pertinet. ſ.

| | |
|---|---|
| Deum orare. | Deum inquit orare vnde cuilibꝫ di |
| Fidem ſeruare | citur Exod. iiij. et. xviij. Eſto tu po |
| Noſtros iuuare | pulo in his q ad deū ꝑtinēt. ¶ Itē |

fidem ſeruare. Unde Numeri. xviij. Que ad cultum al-
taris pertinet per ſacerdotes miniſtrabuntur. Unī et
de rege dicitur. i. Eſdre. vij Quod ipſe ſcilicet preceperat
ꝙ quicquid ad cultum dei celi pertinet tribuat. ¶ Iteꝫ
ſuos iuuare. vnde de Salomone dicitur ꝙ edificauit fi-
cos qui ad ſe pertinent. ¶ Quarto vero dico ꝙ ad nos
pertinent quedam que ſunt eternalia. ſcilicet gloria pa
radiſi et etiam ipſe deus que ſcilicet ſunt hereditas nr̄a.
quam ſcilicet ſumme debemus cauere ne eam per pecca
tum perdamus. De deo enim poteſt chriſtianus dice-
re cuilibet infideli illud. ij. Reg. xix. Magis ad me per-
tinet dauid ꝙ ad te. De animabus etiaꝫ q̄ ſunt in pr̄ia
et de gloria eterna poteſt dici illud Heſter. ij. quod quic
quid poſtulabant ad ornatum pertinens accipiebāt ſic D
ergo patet quomodo pertinere ſumitur in bono. ¶ De
his vero que ad malos pertinent. ſcilicet de bonis terre
nis et etiaꝫ de animalibus ſuis poſſumus dicere. ꝙ iſta
omnia finaliter diſſipabuntur et ad nihilum deducen-
tur. In mundo enī iſto omnia que ad eos pertinēt val
de ſunt in tuto. ſicut de nabal fatuo dicitur. i. Regum.
xxv. ꝙ ſcilicet non periit quicꝙ de cunctis que ad euꝫ ꝑ
tinebant. Dauid tamen iratus contra eum dicit. viuit
dominus ſi reliquero de omnibus que ad eum pertinēt
vſq mane mingentem ad parietem. De illis etiam qui

abſorpti ſũt a terra dı Nu.xvj. Notũ faciet dñs q̃ ad eũ ꝑtineant. Sequitur nolite tangere que ad eos pertinent. Et dicitur ibidem ꝙ ipſi cum ſuis rebus omnib⁹ ſunt abſorpti. Sic ergo patet quomodo pertinere ſumitur in bono et in malo. Unde de pronominibus me⁹ tu⁹ ſuus. noſtra. ſua. veſtra et vbi proprium ſeu proprietas. Hec omnia ad noſtram pertinentiam ſpectant

a **Pertranſire.** Nota ꝙ pertranſire idem eſt quod perfecte tranſire. i. vltra tranſire. Unde breuiter nota ꝙ pertranſire nihil aliud eſt q̃ de vno termino ad alium perfecte ſe mouere Et id homo poteſt dici pertranſiens. ſ. propter

Carnis fragilitatem
Uite labilitatem.
Rerum mobilitatem.
Mortis neceſſitatem
Morum mutabilitatem'
Locorum diuerſitatem.
Cordium ꝑuerſitatem.
Inferni penalitatem.
Paradiſi felicitatem.

Facit ergo hominem pertranſire ⁊ nunq̃ in eodẽ ſtatu ꝑſiſtere carnis fragilitas Ps. Uerũtamẽ in imaginez pertrãſibit homo: ſed et fruſtra cõturbat. ¶ Item vite labilitas. De qua Job. xxx. dicitur. Uelut nubes pertrãſit ſalus mea. ¶ Item rerũ mobilitas Unde pſalmiſta Inter medium montium pertranſibunt aque. ¶ Item mortis neceſſitas. vnde pſalmiſta. Spiritus pertranſibit in ipſo ⁊ non ſubſiſtet. ⁊ non cognoſcet amplius locum ſuum. ¶ Item morum mutabilitas. Unde in pſalmo. dicitur Illic naues pertranſibũt. ¶ Item locorum diuerſitas. vnde in pſalmo. pertranſierunt de gente in gentem: et de regno ad populum alterum. ¶ Itez cordium duricia ſeu peruerſitas. Unde de paupere ſauciato dicitur Luce. x. c. Quo a leuita videns cum pertrãſijt. ¶ Item inferni penalitas. vnde. pſal. forſitã pertrãſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem. ¶ Item paradiſi felicitas. Unde de homine dicitur. Job. xiiij. Roboraſti eum paululum vt perpetuo pertranſiret. Et breuiter iſti ſunt tranſitus et pertrãſit⁹ boni et mali: quos inuenio in ſcriptura. Sed de iſtis vide magis plene infra titulo de tranſire.

a **Peruerſitas.** Nota ꝙ perſeueritas idem ẽ ꝙ per contrarium verſus Et ideo peruerſus homo idem eſt ꝙ ex certa ſcientia malicioſus obſtinatus et iniquus. Unde breuiter notandũ ꝙ inuenitur peruerſitas et malignitas.

In cognitione.
In intentione.
In affectione.
In locutione.
In operatione.
In obſtinatione
In cogitatione
In conuerſatione
In ordinatione.
In eſtimatione

Eſt dico peruerſa cognitio ſeu intellectio. vnde Deute. xxxij. Generatio praua atq; peruerſa vtinam ſaperent ⁊ intelligerent ⁊c. ¶ Item eſt peruerſa intentio. et iſtam habent peruerſi et malicioſi hypocrite. ⁊ de hoc Prouer. xvij. qui peruerſi cordis eſt non inuenit bonũ. ¶ Item eſt peruerſa affectio. Deutero. xxxij. Generatio enim peruerſa eſt ⁊ infideles filij. Infidelitas enim nihil aliud eſt q̃ affectionis peruerſitas. ¶ Item peruerſa locutio prouer. ij. vt eruaris a via mala et ab homine qui peruerſa loquitur Quia ſicut dicitur. prouer. x. Labia iuſti conſiderãt placita os impiorum peruerſa Et Actuũ. xx. Exurgent viri loquentes peruerſa ¶ Itez eſt ꝑuerſa operatio. Et iſta in ſcriptura intelligitur ſub nomine vie. Uie enim noſtre ſunt operationes noſtre Et de iſtis dicitur. prouerbij. ij. Quorum vie peruerſe et infames greſſus eorum. ¶ Itẽ eſt peruerſa obſtinatio. De qua Eccleſiaſtes. j. peruerſi difficile corriguntur. ¶ Itẽ eſt peruerſa cogitatio de qua Sap. j. peruerſe cogitationes ſeparãt a deo. ¶ Itẽ eſt peruerſa cõuerſatio vnde bene conuerſantibus dicit philip. ij. Inter quos lucetis ſicut luminaria i medio nationis praue atq; peruerſe. ¶ Item eſt peruerſa ordinatio et iudicatio ſcilicet inter malos ſuperiores Abacuc. j. propterea egreditur iudicium peruerſum. ¶ Item eſt peruerſa fides et eſtimatio Luce. ix. O generatio infidelis et peruerſa vſq; quo patiar vos ⁊c. vide ſupra de iniquo et impio

**Pes. pedes.** Cum pedes ſint in congerie membrorum corporis animalis ſicut finis et complementum. ſicut baſis ⁊ fundamentũ ſicut axis et apodiamentum. ideo videntur habere diuerſa officia in corpore et per conſequens videnẗ diuerſis et varijs proprietatibus abundare hinc eſt ꝙ ꝑ pedes ſpũaliter loquendo ſicut diuerſimode poſſunt ſumi. ſic multa et varia poſſunt deſignare in bono ſcilicet et in malo. Quia enim pes eſt pars corporis. magis infima. magis vltima. in motu multuz occupata. in actu multum onerata: Notare poſſumus ꝙ per pedes intelliguntur in bono ſignificatio. ſ. A

Affectus interiores.
Effectus poſteriores
Subditi inferiores.
Perfecti ſolidiores.

Affectus enĩ ſunt pedes anime portatiui. Effect⁹ ſunt pedes anime completiui. Subditi ſunt pedes infimi deiectiui. perfecti ſunt pedes laborum ſuſtentatiui. Inuenitur ergo in ſcriptura pes.

Interioris affectionis.
Poſterioris finitionis.
Inferioris ſubiectionis.
Solidioris perfectionis.

Primo igiẗ dico ꝙ in ſcriptura inuenitur pes interior. ⁊ iſte ſignat noſtraz mobilẽ affectiõẽ Affectiões eñ ſunt pedes anime qui ſcilicet de re ad rem. de cogitatione vel cognitione ad cogitationem. de deſiderio ad deſiderium ipſam portant Pes enim meus affectus me⁹ eo feror quocunq; feror dicit Auguſti. Nã breuiter anima de dilectiõe vnius rei nunq̃ ad dilectionez alteri⁹ ſe moueret: niſi ipſã affect⁹ aĩmi illuc ꝓueheret. ⁊ deferret Eſa. xxiij. Ducent euz pedes ſui longe ad peregrinãdũ Et ſic videmus ꝙ alique ſunt aues que pede vtunẗ loco manus. ſicut ſunt porphirion et pſitacus. Sic vere multi ſunt quibus affectus pro operibus computãtur. quia ſcilicet cum manus non habeant ad operandum. i. cum careant potentia operandi. ipſi tamen pedes habent. i. potentiã volendi ⁊ affectandi ⁊ qꝛ talibus bona voluntas pro facto reputatur. idcirco vti pedibus loco manuũ reputantur. Quia ſicut dicit. Auguſtinus ſuꝑ pſ. lvij. Quicquid vis et non potes: factum de⁹ computat. Sicut enim videmus ꝙ aues non ſolum habent alas ad volandũ immo etiam habent pedes ad ambulandum qꝛ generaliter omnis auis habet duos pedes. ſicut generaliter habet duas alas Sic proculdubio homo ſpiritalis non ſolum debet habere alas contemplationis. immo etiam pedes amoris et affectionis. Nam ſicut per contemplationem ſuperius tollitur. ita neceſſe eſt ꝙ per affectionem ad aliud gradiatur. Et ideo ſicut homo duas debet habere alas contẽplationis vnã ſ. q̃ contempleẗ bona paradiſi et aliam qua mediteẗ tormẽta inferni. Sic ꝓculdubio duos pedes duplicis affectiõis dꝫ hẽre vicꝫ vnũ quo feratur ad bona ſpiritualia ⁊ moralia alium vero quo feratur ad petendũ bona eternalia et ſupernalia. Unũ etiam quo diligat deũ. alium quo diligat proximum. vnũ inſuꝑ quo cõtẽnat mũduz. alium vero quo diligat paradiſu Eſt eñ quedam ſpẽs aquilarum que in aquis natat more auium fluuialium. Et iſta vnum pedem habet clauſum more anſeris: vt ipſo i aqua velut remige ſe poſſit dirigere: ⁊ aquã ſicut cum pala retro ſpargendo poſt ſe pellere Alium vero habet diuiſum et acutũ more auis predalis vt ſurſuz in aere poſſit p̃dã rape et raptã fortiter retinere. Sic vere hõ ſpiritalis duos pedes. i. duplicẽ affectionẽ dꝫ hẽre vnũ vicꝫ clauſum alterũ apertũ. qꝛ ꝓculdubio pes. i. affectio nr̃a quo vti debem⁹ in aqua hui⁹ fluxibilis vite debet eſſe clauſus per diſcretionẽ. vt. ſ. aquã bonorũ ⁊ paliũ repellẽs ⁊ ꝯtẽnẽs ad anteriora. i. ad bona ſpũalia ⁊ moralia ꝑ

ralia ſeꝫ affectionē trāſferat ⁊ꝯuertat ꝑs.i flumie ptrā ſibūt pede dicēs cū apſo illō phi.iij.q̄ retro ſunt obliui ſcēs ad ea vero q̄ anteriora ſunt extēdens meipſum deſti natum perſequor ad brauiuꝫ. Pes vero affectionis quo ſurſum in aere paradiſi debemus volare debet eſſe aper tus et acut⁹ vt toto appetitu illa bona deſiderem⁹. ip ſa per deſideria capiamus. ⁊ etiam in memoria fortiter teneamus qꝛ ſicut dicitur Math. xj. Regnū celorū viꝫ patitur et violenti rapiunt illud Iſti ſunt ergo pedes in teriores. Et de iſtis pedibus poteſt dici illud qđ de ſan ctis animalibus dicitur Ezech. j. Quod pedes eorū pe des recti. et planta pedis eorum tanꝙ planta pedis vi tuli. Quia ſcilicet illi qui ſancta animalia volunt eſſe: debent habere pedes affectionū rectos per iuſtitiaꝫ plā tatos per conſtantiam: vitulinos per moderantiam et prudentiam. Et ſic quilibet talis poterit dicere de deo illō pſ. Perfecit pedes meos tanꝙ ceruoꝝ: et ſuꝑ excel ſa ſtatuens me. In quibus verbis aduerte: ꝙ ſicut pe des bene debent.

Diſponi naturaliter.
Cito debēt moueri actualiter.
Tute debent locari corporaliter.
B In ſe debent firmari ſtatualiter

Sic dico ꝓ certo ꝙ pedeſ affectionū de bent Moraliter di ſponi. ꝑfecit inquit pedes meos Agiliter exponi Tanꝙ ceruoꝝ. Sagaciter reponi. ſ. ſuꝑ excelſa. Stabiliter ꝯponi ſtatuēs me inq̄t.

Pedes diſponit morum ſanctitudo.
Pedes exponit mentis promptitudo
Pedes cuſtodit ſpei certitudo.
Pedes roborat mentis fortitudo.

Dico igit ꝙ pedes af fectionum noſtrarum debent diſponi per moralem ſanctitudinem qđ oſtendi tur in verbo perfecit. Perficere enim moraliter loquen do idem eſt quod complementum in re aliqua adhibe re. Nam ſicut tunc pedes ſunt in ſe bene diſpoſiti ⁊ per fecti quando habent omne illud quod eſt neceſſarium ad eorum compoſitionem: ⁊ ad eorum ornatum et adia centem conditionem. Sic vere affectiones noſtre tunc ſunt ꝑfecte quādo virtutibus ſunt ornate: ⁊ neceſſarijs conditionib⁹ premunite. Et ideo poſſumus notare ꝙ ſicut ad perfectionem pedum naturalium ⁊ diſpoſitio nem requirtur ſ. Quō lauent. Nudent. Ungant. Tegant Sic proculdubio ad hoc ꝙ pedes affectuum noſtrorū ſint bene perfecti et diſpoſiti nos debemus ipſos.

Lauare per compunctionem.
Nudare per confeſſionem.
Ungere per deuotionem.
Tegere per diſcretionem.

Dico ergo ꝙ pedes affectuum ꝑ ꝯpunctionē debem⁹ la uare. Pedes eñ faciliter contrahunt puluerē ⁊ fetoreꝫ lutum etiam et immūdiciā ⁊ ſudorē. Et ideo ſepe debēt pedes lauari. vt poſſint ab omni immundicia ea pur gari. Et inde eſt ꝙ antiquitus ſtatiꝫ quando hoſpites veniebant pro primo ferculo ſtatiꝫ pedes eius lauabāt Sicut de abraham legimus Geneſis. xviij. Quod ange los quos homines credebat. primo ad lauanduꝫ pedes ante omnia inuitabat dicens. Lauentur pedes veſtri ⁊ requieſcite ſub arbore. Et iſtud ideꝫ dicitur Loth. eiſdē angelis obtuliſſe. ſicut dicitur Gen. xix. Sic proculdu bio chariſſimi cū pedes affectionum noſtrarū in ſe reci piant multas ſordes. ideſt multas criminum corrupte las. neceſſe eſt ꝙ per compunctioneꝫ et lacrimarum irri gationem ſepe lauentur. vt ab omni immundicia emū dentur Cant. v. laui pedes meos quomodo inquinabo eos: Unde Leuiti. j. figuraliter dicitur. Quod non ſolū caput hoſtie et inteſtina: immo etiam pedes lauari de bebant. Quia non ſolum caput intentionis: vel inteſti na delectationis; imo etiam pedes cordialis affectiōis ſunt lauandi et ab omnibus vitijs expiandi In ſignuꝫ cuius chriſtus pedes diſcipulorum ſuorum lauit. et ad eos lauandū alterutrum informauit dicens Joan. xiij. Si ego laui pedes veſtros dominus et magiſter: et vos debetis alter alterius lauare pedes Cameli enim valde teneres habēt pedes. et ideo ne ledantur ſolent calciari et quando fatigati ſunt ſolent lauari. Debiles igitur af fectiones noſtras corio mortui animalis de quo fiunt ſotulares. i. mortis memoria calciemus. ⁊ in aqua com punctionis ipſos lacrimabiliter balneem⁹. Unde Gen. xxiiij. dicitur. ꝙ deſtrauit camelos et dedit eis fenum et paleas. et aquam ad lauandum pedes camelorum ⁊ vi rorum. Iſtos ergo pedes per compunctioneꝫ debemus lauare Sicut enim dicitur. ij. Reg. xix. Miphiboſeth. qui illotis pedibus et intonſa barba regi dauid occur rit: medietatem hereditatis ſue perdidit. ¶ Item dico ꝙ iſtos pedes per confeſſionem debemus nudare vñ. ij. Regū. xv. dicitur. Quō dđ flens et plorans cooperto ca pite et nudis pedibus incedebat. Quāquis nuditate ꝯfeſ ſionis dyabolus prohibeat dicens Hier. ij. Cuſtodi pe dem tuum a nuditate. ⁊ gutt tuū a ſiti Potiſſime autē pedes affectuum nudare debemus ab amore terrenorū Iuxta mandatum ſaluatoris dicentis. Mat. x. Excuti te puluerem de pedibus veſtris. Iſtos ergo pedes per cō feſſionem debemus nudare. ¶ Item ipſos per deuotio nem debemus vngere ſeu linire. vt ſic ſimus ſicut Job q̄ dicebat Job. xxix. lauabam pedes meos butyro et petra fundebat mihi riuos olei. Quod eſt cōtra multos quo rum pedes affectuum non videntur per deuotioneꝫ vn cti: ſed magis per auariciam inflāmati et combuſti. Fi gurati in illa beſtia Apoca. xiij. que de abyſſo exiens ha bebat pedes vrſi qui eſt animal auidum et guloſum in tantum ꝙ cibos quos comedit nulli condiuidere im mo ſolus vult eos conſumere et vorare. ſignificans aua ros et guloſos qui bona ſua alijs non condiuidunt: ſed ipſa ſoli deuorant et conſumunt. Pedes eñ hominū ſunt valde plani pedes etiam benignorum animaliuꝫ ſunt valde recti. ita ꝙ iſti pedes nihil poſſunt capere. et ſi aliquid acceperint illud nequeunt retinere. Sed pro certo pedes ferarum et auium rapaciuꝫ ſunt valde cur ui et acuti ⁊ ideo faciliter poſſunt aliquid cape: ⁊ firmi ter quod ceperint retinere. Sic vere chariſſimi pedes af fectionuꝫ ſunt in hominibus. i. in ꝑſonis rōnabilibus plani ſuaues. miſericordes et benigni. in feris vero ra pacibus. i. in perſonis rapacibus et crudelib⁹ ſunt cur ui. rapaces. tenaces ⁊ acuti. et ideo boni ⁊ ꝑfecti viri bo na aliena non rapiunt. Illa vero que habent libenter alijs largiuntur et condiuidunt. Mali vero alienuꝫ fa ciliter diripiunt. et illud quod habēt ita tenent ꝙ nul li aliquid partiuntur aut diſtribuunt vnde de malis di dicitur Treno. j. Sordes eius. i. diuitie. in pedibus eius i. in affectiōus ei⁹. nec recordata eſt finis ſui. Et de aua ris etiaꝫ dicitur. Job. xviij. immiſit in rete pedes ſuos tenebatur planta eius laqueo. iſti igitur non habent pedes nudos ſed inuolutos ſ. in amore terrenorum vn de. Job. xviij. Undiqꝫ terrebūt eū formidines et inuolu uēt pedes eius. attenuet fame robur eius et inedia inua det illius coſtas. Non ſic: ſed vngent pedes iſti ꝑ com paſſionem. Unde de bonis deuotis ⁊ miſericordibus di citur Deutero. xxxiij. Tingat in oleo pedem ſuum. fer rum et es calciamentum eius. Pedes igitur affectuum per deuotionem ſeu per compaſſionem debemus vnge re. ¶ Iteꝫ dico ꝙ iſtos pedes per diſcretionem debem⁹ tegere. Honeſti eñ viri diuites et nobiles ſolent calcia re: et tegere pedes ſuos. Sic et nos debemus pedes affe ctionuꝫ tegere ⁊ occultare et ipſos calciamentis que fi unt de pellibus animalium mortuoruꝫ. ideſt exemplis precedentium ſanctorum ⁊ viroꝝ perfectorū debemus per imitationem nobiliter calciare. Sed de iſtis calcia mētis vide ſupra in titulo ſuo vnde de iudith dicitur iu dith. x. Quod ipſa induit ſandalia pedib⁹ ſuis Et ſic di co ꝙ ſi pedes affectuum noſtrorum.

Sint recti
Sint vncti.
Sint nudati.
Sint mundati.

Bene dico ꝙ ipſi erūt pedes bñ diſpoſiti ⁊ ꝑfecti Perfe cit inquit pedes meos. et iſtud eſt qđ petebat ipſe dauid in pſ. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis. igitur dico ꝙ pedes affectionū noſtrarum debent diſponi ꝑ mora

D ſem ſanctitudinem Perfecit inquit pedes meos. ¶ De inde dico. q̄ iſti pedes debent moueri per mentales ꝓm ptitudinem. Et hoc oſtenditur cũ dicitur. Ceruorum. q2 ſcʒ ſicut pedes ceruorũ ſunt valde leues ⁊ agiles ad am bulandũ: ſic affectus noſtri debent eſſe prompti ⁊ mo bilcs ad obediendum. et ad bene operandum. Abacuc. iij. dominus fortitudo mea: et ponet pedes meos quaſi ceruorum. Et iſtud eſt contra multos qui habẽt pedes affectuum veloces ad malum et non ad bonuʒ. Quib9 dicitur. Prouerbio. j. Pedes eorum ad maluʒ currunt et feſtinant vt effundant ſanguinem. Eſt etiam cõtra multos qui ita pigri ſunt q̄ ad nullum bonum opus volunt mouere aut dirigere pedes ſuos figurati in ſta tua nabuchodonoſor que pedes teſteos et ferreos. ideſt tardos ⁊ immobiles dicitur habuiſſe Dani. ij. capi. vn de Sapien. xv. Pedes eorum pigri ad ambulanduʒ. Et in pš. Pedes habent et non ambulant. Non ſic: ſed de bent moueri ꝑ mentaleʒ promptitudinẽ. ¶ Deniq3 di co q̄ iſti pedes debent locari per vtilem certitudineʒ. ſu per excelſa inquit. Quia ſcilicet ſicut homo bene cauet vbi ponet pedem corporaleʒ q2 ſcilicet ſi pedem in aquã vel in mare vel ſuper rem putridam poneret in precipi tium ſtatiʒ iret. Sic ⁊ nos ſumme cauere debem9 ⁊ vbi ſituamus et ponamus pedem ſpiritualem ſcilicet affe ctum. q2 ſcilicet ſi pes iſte rebus mundi corruptibilib9 innitatur. neceſſe eſt q̄ in varia crimina dilabatur. Et ideo iſte pes firmandus eſt ſuper rebus perpetuis atq3 firmis. ſ. ſuper dei amorem et celeſtium gaudiorum. Sup excelſa inquit Abacuc. iij. Super excelſa deducet me vi ctor ⁊c. vñ in pš. Statuiſti i loco ſpacioſo pedes meos. Quod eſt contra multos qui neſciunt vbi ponunt pedes affectuũ ſuorum q2 ſcʒ nõ attendũt in quibus ponũt affect9 ⁊ deſideria cordis ſui ſicut potiſſime ſunt ceci peccatores q̄ indebite affectant et deſiderant mundi bona quib9 dici tur. Hiere. xiij. c. Date domino deo veſtro gloriam ante q̄ contenebreſcat ⁊ antequã offendant pedes veſtri ad mõ tes caliginoſos. Non ſic. ſed debent locari ꝑ vtilem cer titudinem. ¶ Inſuper dico q̄ iſti pedes debent firma ri ꝑ ſtabilem fortitudinem. Statuens inquit me. pedes enĩ ſuſtinent totum corpus. quapropter indigẽt q̄ ſint ſtabiles atq3 fortes: ſunt enim corporis fundamenta ſic vere affectiones cũ ſint fundamenta et ſuſtẽtamẽta to tius corporis moralis. i. totius congeriei morum ⁊ vir tutũ. neceſſe eſt q̄ iſte in bono ſint fortificate ⁊ in bono propoſito ſtabilite. Statuens inquit me Ezech. ij. In greſſus eſt i me ſpiritus ⁊ ſtatuit me ſuper pedes meos ⁊. Ezechiel. ij. Sta ſuper pedes tuos vt loquar ad te. Quod eſt contra multos qui non habent pedes ſtabiles. im mo claudos. Exemplo lupi ⁊ vulpis qui pedes dextros habent. breuiores q̄ ſiniſtros. Uide ſupra de Dextra. Et ideo iſti ſolent continue claudicare ſic etiaʒ iſti figurati In filio. Jonathe qui erat debilis pedibus. ſicut dicitur ij. Reguʒ. iiij. Non ſic ergo chariſſimi: ſed habeant iſti pedes noſtri fortitudinem. certitudinẽ. promptitudinẽ ⁊ ſanctitudineʒ. Et ſic patet q̄ in ſcriptura inuenit̃ pes

E interior. Et hoc eſt primũ principale. ¶ Secundo dico q̄ in ſcriptura inuenitur pes poſterior. Et ſic per pedeʒ in ſcriptura intelligitur virtus perſeuerantie. Pes eniʒ finis eſt ⁊ complementuʒ corporis. ⁊ perſeuerãtia finis eſt ⁊ complmẽtũ operis. Nam ſicut corpus ſine pedib9 eſt deforme ſic ſine ꝑſeuerantia eſt opus enorme. Et idẽ ſicut aues fluuiales que longũ habent collum. habent generaliter longos pedes. Sicut patet de cygnis. gru ibus et multis alijs. quod ſcʒ neceſſarium fuit ꝓ eo q̄ tales aues cum natare neſciant. et tamen piſces come dant. in litoribus piſcando ꝑ pedes et roſtra cibuʒ que rant. Sic vere iſtud verum eſt generaliter. q̄ illi qui lon gum collum habent. ideſt longã in ſe deliberationeʒ. ⁊ longã ad deum orationẽ. habẽt vt cõmuniter lõgos pe des. i. lõgã et ꝑſeuerantẽ in ſuis operib9 durationẽ. Col lum enim quod eſt medium inter cor et os. inter caput et pectus. inter ventrem et gulam. virtutem delibera tionis ſignat. que inter cor et cogitationem ex vna par te ⁊ os ⁊ locutioneʒ ex altera debʒ eſſe media colluʒ etiã quod caput ſurſum eleuat: orõneʒ et affectionẽ ſignat. que caput intẽtionis ad deuʒ ſurſuʒ leuat. Illi ergo qui talia colla habent. i. q̄ altam ad deũ orationẽ vel longã in ſuis actib9 deliberationẽ ſeruãt longos generaliter habent pedes. i. longam ꝑſeuerantiã ⁊ continuationeʒ ſicut de illis reſuſcitatis dicitur Ezech. xxxvij. c. Quod ingreſſus eſt in eos ſpiritus et vixerũt. ſteteruntq3 ſuper pedes ſuos. Stare enĩ ſuper pedes nihil aliud eſt q̄ in fi nalibus bonis operibus ꝑſeuerare q2 ſcilicet ſicut pedib9 ſublatis totum corpus cadit. Sic ꝑſeuerãtia amota oẽ bonum opus deficit. Quod bene figuratum fuit Dañ. ij. in illa ſtatua que percuſſa in pedibus. fuit in omnib9 alijs ſuis ꝑtibus diminuta. Quia ſcilicet qñ pedes ꝑſe uerantie deficiunt alia mẽbra aliarum virtutum neceſ ſario pereunt atq3 cadunt. Et ideo dauid in pš. regra tiabatur dño q̄ ipſe eruat oculos eius a lacrimis et pe des eius a lapſu. Ut ſic de qualibet bona anima vel ꝑſo na poſſit dici illud Eccli. xxvj. Colũna aurea ſup' baſes argẽteas. pedes firmi ſup plantas ſtabilis mulieris ſic ergo patet q̄ in ſcriptura inuenit̃ pes poſterior. ¶ Ter cio dico q̄ i ſcriptura iuenit̃ pes iferior ⁊ ſic ꝑ pedẽ ſub diti inferiores ⁊ pauꝑes deſignant̃. Q2 ſicut pedes ſunt ꝑtes inferiores in corꝑe q̄ imediate terrã tangũt et que in luto et in alijs vilibus imponuntur et terre ꝑcuſſio nibus ⁊ ictibus exponuntur ⁊ q̄uis vilius teneant̃ q̄ alie corꝑis ꝑtes ab ipſis tñ moles totius corꝑis ſuſtinet̃ ſic ꝓcerto pauꝑes et agricole inferius in gradũ et ſtatum minimum ſunt deiecti ⁊ circa terraʒ ꝑcutiendã et extol lendã immediatius occupati. ⁊ vilius inter mẽbra in ec cleſia reputati. Et tamen iſtud eſt verum q̄ oẽs alij ho mines ſunt per iſtos ⁊ per eorum agriculturaʒ et labo reʒ tꝑaliter ⁊ corꝑal'r ſuſtentati. Iſti ſunt ergo pedes ec cleſie ⁊ pedes etiã xp̄i. figurati Apocal. x. vbi dicitur q̄ angelus habebat vnum pedem ſup mare. ⁊ aliũ ſup ter ram. Et ſicut dr̃ ibidem. Amictus erat nube et iris erat in capite eius ⁊ facies ei9 erat vt ſol et pedes eius ſicut colũna ignis. ⁊ in manu ſua habebat librum Angelus enim iſte eſt xp̄s myſtice. ſ. q̄tum ad corpus ſuũ qđ ẽ ec cleſia q2 ꝓcerto caput ei9. i. prelati debent habere yrim i. arcum celeſtem. perſeuerantem ⁊ iuſtitiam Amictus eius. ideſt religioſi debent habere nubem. ideſt caſtita tem et mundiciam. Manus eius. ideſt doctores ⁊ cleri ci debent habere librum. ideſt diſcretionem ⁊ ſcientiaʒ Pedes vero. i. pauperes et ſubditi debent eſſe colũna ꝑ firmitatẽ ⁊ patientiam. Ignis ꝑ caritatem ⁊ amicitiaʒ. Pes eorum vnus ſup mare ꝑ aſperitatem ⁊ penitentiã Pes vero alius ſup terrã ꝑ laborioſitateʒ et ſuſtinenti am. et ita videt̃ dominus dicere illud Luce. xxiiij. Uide te manus meas et pedes meos. ¶ Circa quod nota. q̄ deus vult q̄ nos iſtos pedes ſuos.

Ungamus ꝑ cõſolatiuã cõpaſſionem. Pedes enim
Lauemus ꝑ puratiuam confeſſioneʒ. ſ. ſubditos et
Oſculemur ꝑ charitatiuã dilectionem. pauꝑes vngit
Calciemus ꝑ informatiuã inſtructionẽ. cõpaſſio cõ

ſolatiua vnde de Maria magdalena dicitur Joã. xij q̄ accepit libram vnguẽti nardi piſtici precioſi. ⁊ vnxit pe des ieſu Maria enim ſignat queliḃ virũ pium: qui vn guento dulcis elemoſyne et nutritionis. vnguento dul cis eloquẽtie et verbalis cõſolationis. vnguento etiã dul cis miſericordie ⁊ compaſſionis debet vngere pedes ie ſu. ideſt. chriſti pauperes ⁊ egenos. Uñ Joan. xj. Ma ria erat q̄ vnxit dñm vnguento. et extersit capillis ſuis pedes ieſu Capilli enĩ bona tꝑalia deſignãt. ¶ Itẽ iſtoſ pedes lauat confeſſio depuratiua. q2 ſcʒ ad prelatos et ſuperiores ꝑtinet pedes eccleſie. i. ſubditos a ſuis crimi nibus emundari exemplo xp̄i qui ſicut dicitur Joã. xiij. Mittens aquã in peluiʒ. lauit pedes diſcipulorum ſuo rum ¶ Item dico q̄ iſtos pedes oſculatur dilectio cha ritatiua. vnde Luc. vij. dicitur q̄ maria non ceſſauit oſ culari pedes ieſu. ¶ Item dico q̄ iſtos pedes calciat in ſtructio informatiua. quia ſcilicet ſpiritualia calciamẽ ta pauperum ſunt exẽpla et documenta iuſtorũ Exodi

F xij Calciamenta

Ayuntamiento de Madrid

xij. Calciamenta habebitis in pedibus. Et ſic patet ꝙ in ſcriptura inuenitur pes inferior. Quarto principali
B ter dico ꝙ in ſcriptura inuenitur pes ſolidior. Et iſte ꝓculdubio ſignificat viros ꝑfectos: qui reuera ſunt pes ⁊ fundamentum totius eccleſie militantis. ſicut de ſeipſo dicebat Job. xxix. cap. Oculus fui ceco et pes claudo. Et nota ꝙ in ſcriptura inueniuntur pedes.

Aurei.
Ignei.
Erei.
Marmorei.
Ligati.
Rigati.
Artati
Regulati.
Calciati.

Iſti pedes ꝓculdubio ſunt viri ſancti qui ſunt aurei per ſapientiã. Eccleſia. xj. Aurum ⁊ argentum eſt cõſtitutio pedũ. ¶ Item ſunt ignei ꝑ amiciciam. Apoca. x. Pedes eius velut columna ignis. ¶ Itẽ ſunt erei ꝑ eloquentiã Apoca. j. Pedes eius ſimiles auricalco. ¶ Itẽ ſunt marmorei ꝑ cõſtantiã. vnde illud. Eccli xxvj. Columne marmoree ⁊c. ſicut ſupra. ¶ Item ſunt ligati per obedientiam pſ. Humiliauerunt in compedibus pedes eius. ¶ Item ſunt rigati ꝑ immundiciam j. Tiṁo. v. Si pedes ſanctorũ lauerit. ¶ Itẽ ſunt artati ꝑ penitentiam. Act. xvj. Pedes eorũ ſtrinxit ligno. ¶ Item ſunt regulati ꝑ iuſtitiam. pſ. Ab omni via mala ꝓhibui pedes meos. ¶ Item ſunt calciati ꝑ mortis memoriã vñ luce decimo quĩto. Date calciamẽta in pedibus eius. Calciamenta enim q̃ ſunt de pellibus mortuorũ aĩaliũ ſignificãt mortis memoriã vel carnis mortificationẽ. Et ſic ergo bñ apparuit quõ in ſcriptura inueniuntur Pedes ſolidiores. Inferiores. Poſteriores. ⁊. Interiores. ¶ In malo vero ſignificato poteſt inueni
b ri multiplex pes malus. ſ.

Pes elationis et laſciuie.
Pes preſumptionis ⁊ ſupbie.
Pes turbationis ⁊ diſcordie.
Pes deceptionis ⁊ fallacie
Pes inuaſionis ⁊ ſeuicie.
Pes carnalitatis et immundicie
Pes mobilitatis ⁊ incõſtãtie.
Pes cupiditatis ⁊ auaricie.

Iſti enĩ ſunt pedes hominũ peccatorũ Animalia. n. nobilia ſicut ſunt aues ⁊ homines duobꝰ pedibꝰ. i. duabꝰ affectionibus ſunt cõtẽta. ſicut ſuperius eſt oſtenſũ Animalia vero bruta ad minus q̃tuor habẽt pedes. Animalia etiã vilia et inertia. ſicut ſunt vermes. eruce ⁊ ſimilia non ſolum quatuor. immo multos et multiplices habent pedes. Ad denotandũ ꝙ mali et peruerſi innumerabiles habent malas affectiones modo ſcilicet ad vnum peccatum. modo ad aliud nõ aduertentes ꝙ aĩal quod pectore et pedibus terrã tangebat: ⁊ qđ multos pedes ⁊ malas alas habebat in lege dicebatᷣ immundum ſacrificijs interdictum et etiã eſui populi denegatũ. Sicut dicitᷣ leuiti. xj. Et deutero. xiiij. Quia vere chariſſimi illi qui pectore. i. mente ⁊ cogitatiõe. pedibꝰ. i. amore ⁊ affectione. terrã. i. terrena tangũt ⁊ amplectunᷣ et q̃ multis alis. i. multis elationibus. multis pedibꝰ. i. multis malis affectionibus vtuntur tales apud deum immũdi iudicantur et apud homines inepti ⁊ inhabiles reputantur. Iſti enim habent pedem vt dictum eſt elatiõis et laſciuie. Eſaie. iij. c. Filie inq̃t ſyon eleuate ſunt ⁊ ambulauerunt extento collo et nutibus oculorum ibant. ⁊ pedibus ſuis compoſito gradu incedebant. ¶ Item habent pedes preſumptionis ⁊ ſuperbie. De quo in pſ. nõ veniat mihi pes ſupbie. ¶ Item habent pedes turbationis ⁊ diſcordie. De quo Ezechi. xxxij. Conturbabas aquas pedibus tuis. ¶ Item habent pedeſ deceptiõis et fallacie. Job. xxxj. Feſtinauit in dolo pes meꝰ. ¶ Itẽ habent pedem inuaſionis et ſeuicie vnde Dañ. vij. dicitᷣ Quod beſtia quatuor dẽtes ferreos habebat comedẽs et cõminuens et reliqua pedibꝰ concalcans. ¶ Itẽ habent pedem carnalitatis ⁊ immundicie. Hiere. xxxj. capi Viri pacifici tui demerſerunt in ceno ⁊ lubrico pedes tuos. ¶ Itẽ habent pedem mobilitatis et incõſtantie. Hiere. xiiij. Dilexit mouere pedes ſuos ⁊ domino placuit. ¶ Item habẽt pedẽ cupiditatis et auaricie. Et de iſto dicitᷣ. Eſa. xxxvij. Siccauit veſtigio pedis ſui omnes riuos aggerũ. Et ſic igitur patet quomodo pes ſumitur in ſcriptura tam in bono q̃ in malo. ⁊c.

## Peſſimus.

Cum peſſimus ſit ille qui in ſummo gradu eſt malus. Et ſic illi dicuntur peſſimi. qui magnis ⁊ maximis criminibus ſũt repleti. Et iõ nota ꝙ in ſcriptura dicuntur peſſimi. ſcilꝫ A

Homicide flagicioſi.
Sodomite luxurioſi.
Preſumentes ambitioſi.
Proditores malicioſi.

De flagicioſis ⁊ occiſoribꝰ dicitᷣ. Actuum. xix. c. Inſiliens homo ĩ quo erat demonium peſſimum. inualuit cõtra eos. De luxurioſis. infectoribus dicitur. Geneſis. xiij. Viri ſodomite peſſimi erant ⁊ peccatores nimis. de ambitioſis preſumptoribus dicitur Ezech. xxxviij. c. Cogitabis cogitationem peſſimam et dices. Aſcendam ad terram abſq; muro de malicioſis vero proditoribus dicitur prouer. vj. vbi inter illa ſex q̃ odit deꝰ numeratur cor machinans cogitationes peſſimas. Judas etiam in eccleſia dicitur mercator peſſimus Ezech. xj. Viri iſti tractant conſiliũ peſſimum in vrbe hac. ¶ Sed ſi adhuc velis aliquid dicere de peſſimus Nota ꝙ illud peſſimũ dicitur: quod in ſummo gradu malum in ſuo genere reperitur Et ſic dic ꝙ eſt dare peſſimitatem perſonarum locorum ⁊ rerum perſonarum dico. ⁊ ſic dico ꝙ peſſimi dicunᷣ. ſ. illi qui. B

Seuiunt crudeliter.
Rugiunt verbaliter.
Pruriũt carnaliter.
Ambiunt inaniter.
Rapiunt mordaciter
Sentiunt fallaciter
Diſcutiũt diſcorditer.
Conſentiunt maligniter.
Eſuriunt ſteriliter
Cecutiunt mentaliter.
Deficiunt moraliter
Diſcutiunt venaliter.

Dicamuſ ergo ꝙ peſſimi reputari debent illi q̃ crudeliter ſeuiũt ſicut ſũt homicide publici: potiſſime q̃ ſub colore guerrarum et armorũ crudelius ſeuiunt in alios q̃ fere beſtie vel leões Illi enim parcunt pueris. mulieribꝰ. et ꝓſtratis. ſed iſti non. Vñ tales beſtias ſeu feras minatur dñs Ezec. v. Mittã in vos famem ⁊ beſtias peſſimas. iã enĩ hodie ꝓdolor videnᷣ iſte mine cõplete ⁊ iam verificatum illud Geñ. xxxvij. Fera peſſima deuorauit filiũ meũ ioſeph. Et illud Ezec. xxx. Tradã terrã in manus peſſimorũ. Ergo peſſimi ſunt illi qui crudeliter ſeuiunt. ¶ Itẽ illi q̃ verbaliter rugiunt. ſcꝫ detractores ⁊ ſuſurrones. Draco enĩ peſſimꝰ dicitᷣ eo ꝙ flatũ venenoſũ ⁊ corruptiuũ emittit ſic ille q̃ flatu verborũ ſuoꝝ famã alienã corrũpit vt de quolibꝫ tali dicat hõ illud. iij. Re. ij Maledixit mihi maledictiõe peſſima. Et. iiij. Reg. xvij. fecerunt verba peſſima irritantes dominũ. Quia ſicut dicitur Eccleſiaſtici. quinto Denotatio peſſima ſuper bilinguem. ¶ Item peſſimi ſunt illi qui carnaliter pruriunt. ſcilicet luxurioſi. Iſtud eſt enim vlcus peſſimum quod fecit fetere ⁊ putreſcere carnem. Job. i. ꝑcuſſit iob vlcere peſſimo. qñ fit contra naturã. Illa enĩ eſt infirmitas peſſima De qua dꝛ. ij. para. xxj. c. Egrotabis peſſimo lãguore vteri ¶ Itẽ peſſimi ſũt illi q̃ inanit ambiũt. i. ſupbi ⁊ elati. ⁊ dignitatũ et mũdi vanitatũ cupidi vnde Eccleſ. iiij. Hec eſt inq̃t vanitas ⁊ afflictio peſſima. ¶ Itẽ illi q̃ mordaciter rapiũt. ſicut mali principes et prelati maliq; iudices ⁊ balliui. q̃ non curant niſi ſubditos excoriare ⁊c. vt ſic ſubditi dicere poſſint domino illud Dañ. iij. Tradidiſti nos in manus inimicorũ iniquoꝝ ⁊ peſſimoꝝ. ⁊ regi iniuſto ⁊ peſſimo. ¶ Itẽ illi fallaciter ſentiunt. ſ. hoĩes deceptores et fraudulenti Eſa. xxxij. fraudulenti vaſa peſſima ſunt. ¶ Itẽ illi qui diſcorditer diſſentiunt ſcilicet brigoſi et litigioſi. q̃ inter ſe nunq̃ poſſunt habere pacem Prouerbiorum. xxiiij. Ne contendas cum peſſimis: nec emuleris impios. Et iſti ſunt illi vicini de quibus dicitur. Hieremie. xij. Non eſt pax inquit vniuerſe carni. Sequitur. Hec dicit dominus aduerſum omnes vicinos meos peſſimos. ¶ Iſti etiam figurantur in illa ciuitate contradictoria et rebelli. De qua. j. Eſdre. iiij. dicitᷣ. Quod iudei venerunt in hieruſalem ciuitatem rebellem et peſſimã ¶ Item illi qui maligniter conſentiunt ſcilicet illi qui in malo ſunt concordes et vniti contra bonos De qui



Ayuntamiento de Madrid

bus dicitur Prouerbio.ij. Quod ipſi relinquent iter rectum et ambulant per vias tenebroſas qui letantur cũ malefecerint et exultant in rebus peſſimis. ¶ Item illi qui ſteriliter ⁊ mentaliter eſuriunt. qui ſcilicet ſatiari nequeunt bonis terrenis. ſcilicet auari. Unde de auara acquiſitione rerum dicitur Eccleſiaſtes.j. Quod hanc occupationem peſſimã dedit deus hominibus. auaricia eñ intelligit per ſagittas famis peſſimas De quib⁹ fit mẽtio Ezec.v. Fames eñ eſt q̄ inſatiabiliter appetit ſagitta q̄ ſtimulat atq̃ pungit. ¶ Item illi peſſimi ſũt qui mentaliter cecutiũt. ſcilicet heretici qui in via moꝝ et fidei non vidẽt clare. De quibus dicitur Eccleſiaſtes x. Nouiſſimum oris illius erroꝛ peſſimus. Iſti enim ſũt qui ambulant poſt prauitatem cordis ſui peſſimi. Hiere.iij. ¶ Item illi qui venaliter diſcutiũt ſcilicet cauſas et iudicia: ſicut ſcʒ ſunt mali iudices et aduocati qui .ſ. nihil faciunt niſi pecunia mediante q̄ ſcilicet ſunt malorũ conſiliorum machinatores ⁊ maliciarum et fraudum inuentores. Iſte enim ſunt ad inuentiões peſſime De quibus dicitur Deute.xxviij. Perdet te domin⁹ velociter ꝓpter adinuentiones tuas peſſimas. vnde Prouer.vj. Iſti dicuntur habere cor machinans cogitationes peſſimas. et breuiter de iſtis peſſimis dico ꝙ ipſi in loco peſſimo ſtatuuntur. ſ. in mundo. De quo.iiij. Regũ ij. dicitur. Quod aque huius ciuitatis peſſime ſũt et terra ſterilis. ¶ Item termino peſſimo concludũtur ſcilicet mala morte. ps. Mors peccatoꝝ peſſima. ¶ Itẽ vulnere peſſimo puniuntur. ſ. pena eterna. Hiere.xxx. Inſanabilis eſt doloꝛ tu⁹. peſſima plaga tua. Et hec de peſſimitate ſufficiant quo ad preſens ⁊c.

**Perſona.** Perſonarum acceptio. Nota ꝙ perſona dicitur quaſi per ſe ſonans Eſt

A enim perſona idem ꝙ indiuiduum vel ſuppoſitum. Et pro tanto pro ſe ſonare dicitur ꝙ natura et ſpecies in cõfuſo ſignificare videntur. Quando vero natura ad perſonam. ſpecies ad indiuiduũ aut ſuppoſitum. eſſentia vero ad eſſe ſeu ad exiſtentiam contrahitur tũc per ſe ſonare: ſeq̃ demonſtrare et oſtendere et clarius ſignificare videtur ſed quia iſta magis tangunt materiaʒ theologicam et phyloſophicam q̃ moralẽ ideo nihil ad me. ¶ De hoc autem ꝙ perſona vt communiter accipit̃ ꝓ homine ſeu etiam pro ſtatu certo ſicut cum dicitur ꝙ in mundo ſunt diuerſa genera ꝑſonarum ſcilicet iuſti. impij. religioſi. clerici. prelati. ſubditi ⁊c. Uiſuʒ eſt particulatim in titulis ſingulorum. et ideo tranſeo quo ad preſens maxime quia pauce ſunt autoritates ſm̃ iſtud ſignificatum. De perſonarum autem acceptione que eſt materia multum pregnans. de qua multe autoritates inueniuntur vocales multa poſſent dici. Sed ſupra in litera. A. ſcripſi de hoc valde plene et etiam de hoc agit̃ in titulis valde multis. De hoc autem quod perſonaliter oportet beneficijs ſeruire. Uide vbicunq̃ fit mentio de preſentia ⁊c.

**Perſonare.** Uide infra vbi. ſonare. Sonus.

**Perſpicere.** Infra vbi reſpicere. Et. ſupra de Aſpicere.

**Perſuadere.** Uide vbi. Monere. Inducere. Suadere.

**Perterritus.** Uide infra vbi Terroꝛ.

A **Peruenire.** Nota ꝙ peruenire idẽ eſt quod perfecte ſeu ꝯplete venire ſeu terminum ad quod itur attingere vel ad finem vie ſeu terminum pertranſire. Dicaʒ ergo loquendo moraliter ꝙ in bono ſignificato reperitur in ſcriptura peruenire q̃ eſt ad terminum.

Conuerſionis.
Perfectionis.
Coꝛruptionis.
Saluationis

Igitur dicam ꝙ iuſti perueniunt ad quadruplicem terminum videlicet: Primum eſt incipientium et inchoãtium. Secundum eſt proficientium et gradientiũ. Tertium eſt hic militantium et morientiũ. Quartum vero eſt perficientium et triumphantium. Ad terminum

Uitalis inceptus.
Moralis profectus.
Carnalis defectus.
Finalis receptus.

Primo ergo dico ꝙ iuſtus peruenit ad terminũ cõuerſionis. Et iſte terminus nihil aliud eſt q̃ penitentia. ſicut enim videmus ꝙ flumina nũq̃ ceſſãt a fluxu ⁊ a motu: quoaduſq̃ perueniant ad mare. Sic homo poſt q̃ ſe ſenſerit eſſe in peccato: nunq̃ debʒ ceſſare quoaduſq̃ ꝑueniat ad amaritudinem penitentie. Uiatoꝛ eñ nõ q̇eſcit in via. ſed tunc quieſcit quando peruenit ad hoſpitium ⁊ quando redit ad propꝛium dominum ⁊ magiſtrũ Sic vere peccatoꝛ poſt q̃ a magiſtro ſuo chꝛiſto per peccatum receſſerit: nunq̃ quieſcit quouſq̃ ad hoſpitiũ penitentie peruenerit et quouſq̃ ad magiſtrum ſuum reuertitur quem dimiſit. Expone bene quomodo in pctõ non eſt requies. et quomodo bene comparat̃ vie ſeu peregrinationi. vbi ſunt tot pericula et angentia. Ideo de tali peruentione poteſt dici illud. Hiere.xlviij. De planctu. Iazer ploꝛabo tibi vinea ſabania. ꝓpagines tue trãſiuerũt mare. vſq̃ ad mare Iazer peruenerunt. Iazer interpꝛetatur adiutoꝛium. vinea ergo eſt anima que de ſe eſt nobilis ⁊ excelſa propagines eius ſunt iterioꝛes motus et affectiones. mare iazer eſt penitentia vbi. ſcilicet vera ſalus ⁊ adiutoꝛium inuenitur. Quia reuera iſta vinea ſabania non debet ceſſare a plãctu quouſq̃ ad mare iazer. ideſt vſq̃ ad adiutoꝛium amare penitẽtie ſit reuerſa. Peruenerunt inquit ad mare. Nam ſicut dicit̃. Iudith.ij. Holofernes confregit omnes ciuitates munitas vſq̃ quo perueniatur ad mare Nihil enim ita eſt munitum quin holofernes ideſt dyabolus ipſum conterat: niſi homo ad mare penitentie perueniat ⁊ attingat. Primo ergo peruenit iuſtus ad terminum conuerſionis. ¶ Secundo dico ꝙ peruenit iuſtus ad terminũ B perfectionis. Sicut enim vas paulatim guttas retinẽdo creſcit et peruenit ad plenuʒ homo per gradus aſcẽdendo paulatim peruenit ad ſũmum arboꝛ et fructus proficiendo et creſcendo peruenit ad complementuʒ ſic iuſtus de virtute in virtutem proficiſcendo. paulatim ⁊ finaliter peruenit ad perfectum et ſic cuilibet tali dicatur illud Danie.iiij. Magnificatus es et inualuiſti et magnitudo tua creuit et peruenit vſq̃ ad celuʒ ideſt vſq̃ ad ſtatum nobilem et perfectum. Que tamẽ ſunt cõtra multos qui nunq̃ perueniunt. ſ. ad terminos

Uere iuſticie.
Clare ſcientie.
Tute conſtantie.

Iuſtitie dico Unde Roma.ix. dicitur iſrael ſectando legem iuſtitie. in legem iuſtitie non peruẽit. Sciẽtie etiã ij. Thimoth.iij.ca. Semper diſcentes et nunq̃ ad ſcientiam veritatis peruenientes Conſtantie auteʒ vnde de foꝛtibus dauid dicitur.ij. Reg.xxiij. Quod illi vſq̃ ad tres foꝛtes pꝛimos non peruenerant. Non ſic iuſtus. ſʒ peruenit ad terminuʒ ꝑfectionis. ¶ Tertio dico ꝙ peruenit iuſtus ad terminum ſolutionis. hoc eſt dictu ad terminum moꝛtis. in quo ſcilicet vitaʒ moꝛtuo receptã ſicut quoddam debitum perſoluimus quando ad eum peruenimus. Omnes enim ad iſtum terminum ꝑuenimus Exemplo lapidis deſurſum iacti qui ſcilicet propꝛia grauitate non ceſſat deſcendere quouſq̃ ipm̃ contingat terram. Scut ſuum finalem terminum inuenire et ad eum peruenire Sic vere nos continue a vita cadimus et deſcendimus quouſq̃ ad moꝛtis terminũ perueniamus vt de quolibet dicatur illud.ij. Eſdre.j. Perueniens hieroſolymã vita functus eſt. ¶ Quarto vero dico ꝙ peruenit iuſtus ad terminum ſaluationis ſcilicet ad gloꝛiam paradiſi Thobie.v. Saluus perueniet filius noſter. Et ſic nota ꝙ finaliter iuſtus peruenit ad.

Deitatem ꝑ quam ꝑimatur.
Dignitatem ad quam ſublimatur.



Ayuntamiento de Madrid

Fraternitatem in quo confirmatur.
Peruenit dico ad ſummam diuinitatem vt premictur ſicut ſcilicet miles et operarius poſt laborem perueniunt ad illum qui perſoluit ſtipendia. Dani. vij. Filiꝰ hominis veniebat ſcꝫ de terra ad celũ. ⁊ vſqꝫ ad antiquum dierum ꝑuenit. et in conſpectu illius obtulerũt eum. i. in conſpectu dei. ¶ Item ꝑuenit beatus ad ſummã ſublimitatem vt honoretur. dicens ſcilicet illud Danie. iiij. Ad honorem regni mei decoremqꝫ ꝑueni. ⁊ optimates. et magiſtratus requiſiuerũt me. hoc eſt dictu. angeli et ſancti. ¶ Item peruenit beatus ad ſummam eternitatem vt ꝑpetuo conſeruet. De quo põt dici illud Danie. xij. Beatus qui expectat ⁊ ꝑuenit ad dies mille. Millenarius em̃ vltra quem non eſt alius numerus eternitatem ſignat Et ſic patet quomodo ꝑuenire ſumit in bono. ¶ In malo vero ſignificato dic ꝙ pctõr dicitur peruenire. in q̃tum ſcilicet in malo ꝑſeuerando ad malum finem. ad malam concluſionem noſcitur attingere. et male ſe et ſua opera terminare. Unde nota ꝙ mali perueniunt et attingunt ad.

D

Altos dignitatum ſtatus
Letos voluptatum cultus.
Duros miſeroꝝ queſtus
Diros tormentorum eſtus.

Perueniunt ergo mali ſcilicet ĩ hoc mũdo ad altos dignitatum ſtatus. Joſue. ij. Peruenerũt ad mõtana ⁊ mãſerunt ibi. ¶ Itẽ ad letos voluptatum cultus. Unde perſone voluptuoſe et culte dicitur Ezechi. xvj. Grandis effecta es ad mũdum muliebrem vbera tua intumuerunt. ⁊ eras nuda ⁊ confuſione plena. ¶ Item ad duros miſerorum queſtꝰ ſicut ſcꝫ ſunt tyranni qui de modico ſtatu ꝑuenerunt et veniunt ad magnaꝫ nocendi et rapiendi potentiam. ſicut de illo legitur. j. Macha. xv. Peruenit cendebiꝰ irritare plebem et conculcare iudeaꝫ captiuare populuꝫ et interficere. ¶ Iteꝫ finaliter ipſi ꝑuenũt ad diros tormentorum eſtus ſcilicet ad ignem et eſtum patrie infernalis Unde de ethyopia patria feruida. i. de inferno ⁊ de nuncijs. nabuchodonoſor. i. de peccatoribus nũcijs dyaboli dicitur Judicum. j. ꝙ ipſi ꝑagrati ſunt terrã. mandata ipſius exequendo quouſqꝫ ꝑueniatur ad montem ethyopie. Iſta igitur ſufficiant de ꝑuenire in bono ⁊ in malo ſignificato: q̃tũ ad ꝑſonas. ¶ Sed vere q̃tũ ad res ſpirituales q̄ ſcilicet diuerſimode ꝑueniũt ad diuerſos poſſumus notare ꝙ eſt ꝑuentio. ſ. Que fit ad deum Que fit ad iuſtum. Que fit ad impium. Naꝫ procerto.

E

Ad deum peruenit miſerorum feruens oratio.
Ad iuſtum ꝑuenit preceptorũ mouens indictio.
Ad impium ꝑuenit tormentorũ grauans afflicto.

De miſerorum feruenti oratione quomodo ſcilicet perueniat ad deuꝫ patet. ij. Parali. xxx. Peruenit oratio in habitaculũ ſanctum celi. vnde Eccleſia. xxj. Deꝑcatio paupis ex ore vſqꝫ ad aures ꝑueniet. De ꝓceptoruꝫ vero monitione ſeu ꝑdicatione quõ ſcꝫ ꝑueniant ad iuſtum ptꝫ Jone. j. Quomodo verbum ione ꝑuenit ad regeꝫ niniue et penitentiã egit ⁊c. Et Actu. xj. Peruenit autem ſermo ad aures eccleſie De tormentorum auteꝫ crudeli affictione quõ ſcilicet finaliter ꝑuenit ad impiũ. ptꝫ. i. Theſſalonic. ij. vbi dicitur Peruenit ira dei ſup illos. ⁊ Miere iij. Peruenit gladiꝰ vſqꝫ ad animã. vnde anime peccatrici dicitur Treno. iiij. Ad te quoqꝫ ꝑueniat calix inebriaberis atqꝫ nudaberis. Hec igitur de ꝑuenire ſufficiãt. Uide ſupra de aduenire. Et ĩfra de venire ⁊ ſiſibꝰ

a **Peſtilentia. peſtis.** Nota ꝙ peſtilẽtia generatur ex aeris diſtemperantia ſeu corruptiõe. Et accipitur pro culpa criminali ꝓ pena temporali. pro pena eternali. Uſi breuiter nota ꝙ in ſcriptura fit mentio de peſte ſeu peſtilẽtia. ſcilicet.

Interiori
Exteriori
Poſteriori

Prima eſt peſtis cordialiuꝫ iniquitatum. Et de iſta dicitur Ezechi. vij. ira mea ſuper populum eius gladius foris. peſtis et fames intrinſecus. Secunda eſt peſtis tꝑalium aduerſitatum. Et de iſta dicitur Luce. xxi. Terremotus magni erunt per loca et peſtilẽtie ⁊ fames. Tertia eſt peſtis infernalium penalitatum. Et de iſta dicit Deuterono. xxviij. adiungat tibi dominus peſtilentiã donec conſumat te. Omitto q: pauce ſunt autoritates. Et de iſtis in locis varijs eſt tractatum ſupra et infra.

**Petere.** Cum petere nihil aliud ſit q̃ aliquid rogare. requirere vel ſupplicare poſſumus dicereqꝫ in ſcriptura inuenit multiplex petitio. ſ. petitio A

Uana et fruſtratoria.
Mala et nocitoria.
Sancta et neceſſaria.

Prima eſt petitio hominuꝫ peccatorum qui ſcilicet inuanum petunt dominum quia deus peccatores non audit ioan. ix. Et de iſta dicitur iacobi. iiij. petitis et nõ accipitis eo ꝙ male petatis. ¶ Secunda eſt petitio hominum infirmorum qui ſcilicet petunt a deo bona tꝑalia: que tamen ſibi ſunt magis nocitura q̃ profectura. Et iſta quandoqꝫ dantur homini in vindictam ſicut facit medicus qui infirmo de quo deſperat petenti vinuꝫ et carnes ſolet ea ſibi dare. figurati in filijs iſrael. De q̃bus dicitur in pſ̃. Quod petierunt eſcas animabus ſuis. Et alibi. petierunt et venit coturnix ⁊c. Et bene ſequitur ꝙ adhuc eſce erant in ore ipſorum ⁊ ira dei aſcendit ſuper eos. iſti petunt ſicut pheton filius ſolis q̃ puer et ignarus petijt ꝙ duceret currũ patris qui tamen propter huiuſmodi petitioneꝫ fuit poſtea fulminatus ſicut dicit Ouidiꝰ li. ij. fa. i. Stulti em̃ ea que ſibi ſunt noxia cupiũt: ſicut dicitur prouer. i. vnde de talibus dicitur. i. Re. xij. Male feciſtis petẽtes vobis regẽ. ¶ Tertia eſt petitio hoim̃ ꝑfectoꝝ Et iſta ẽ illa quã faciũt illi q̃ digni ſunt aliq̃d petere: q̃ petũt rẽ quã dꝫ petere. ⁊ ab illo a quo dꝫ petere. iſta em̃ ſũt tria neceſſaria ĩ oĩ petitiõe ſ. Quis. Quid. ⁊ A quo. Quis ſcilicet gratus et amicus et non odioſus nec inimicus. Quid ſcꝫ vt petat rẽ iuſtã congruam et honeſtam et saluti ſue profuturam nõ cõtrariã. A quo vt. ſ. petat ab illo q̃ põt dare qđ petit. ſ. a deo nõ ab hereticis. ſortilegis. vl̃ ariolis. ſicut faciebãt ſ. idololatre q̃ ab idolis poſcebãt ⁊ reqrebant ſalutẽ. ſicut dicitur Sap. xiij. Pro ſanitate infirmũ deꝑcatur ꝓ vita mortuum rogat. et in adiutoriũ inutilem inuocat et pro itinere petit ab illo q̃ ambulare nõ poteſt. A deo aũt qui põt concedere. eſt auxiliũ petendum. ⁊ ad ipm ſuper omnia recurrendũ. Et ideo dicit Eſa. vij. Pete tibi ſignũ a domino deo tuo in profunduꝫ inferni ſiue in excelſum ſupra. Sed breuiter vide ſupra in titulo de inuenire. vbi eſt illa autoritas. Querite et inuenietis. petite ⁊ accipietis. pulſate et aperietur vobis hoc ſoluꝫ poſſumus notare ꝙ a domino debemus petere. B

Ueniam et redemptionem.
Gratiam ⁊ deuotionem.
Gloriam ⁊ ſaluationem.
Uiam et directionem.
Uitam et perfectionem.
Gaudium ⁊ conſolationem
Spiritum ⁊ donorum infuſionem
Celorum premium et laborum quietionem

Igitur petamus veniaꝫ. Et de hoc poteſt dici illud thobie. iij. c. Peto domine vt de vinculo huius improperij abſoluas me. ¶ Item petamus gratiam zach. x. Petite pluuiam a domino et ipſe faciet. ¶ Item petamꝰ gloriaꝫ. pſ̃. vnam petij a dño hanc requiram: vt inhabiteꝫ in domo domini. ¶ Item petamꝰ viã. j. Eſdre viij. ꝑdicaui ieiuniũ vt peteremꝰ viam rectã a domino. ¶ Itẽ petamꝰ vitã et maxime ſpiritualẽ quã facit gratia. De qua in pſ̃. vitã petijt a te ⁊ tribuiſti ei dñe ⁊c. ¶ Iteꝫ petamus gaudiuꝫ Joã. xvj. Petite ⁊ accipietis vt gaudiũ veſtrũ plenũ ſit. ¶ Itẽ petamꝰ ſpiritũſanctũ. quia ſicut dicitur Luce. xj. Deus dabit ſpiritũ bonũ petẽtibus ſe. Itẽ petamꝰ celi ꝓmiũ. vñ Heſter. v. Quid petis heſter regina: que eſt petitio tua. etiã ſi dimidiũ regni mei petieris dabo tibi. hec ergo de petere ſufficiãt vide ſ. de orare. Et infra de poſcere. de rogare precari. preces. ⁊c.

**Petra.** Cum de lapide ſit ſupra dictum ſufficienter in titulo ſuo Supra etiaꝫ de ꝑfectione a

aliquid ſit dictum de noueꝫ lapidibus precioſis qui i ve
ſte primi angeli ponebātur. hinc eſt ꝙ de petra breuiter
intendo pertranſire. Notare ergo poſſumus ꝙ petra tā
in bono ꝙ̄ in malo ſignificat ſcilicet.

Mundi tribulationem.
Culpe indurationem
Mortem et damnationem.
Mentis roborationem.
Carnis macerationem.
Chriſti deuotionem.

Primo ergo dicamus
ꝙ per petraꝫ deſigna
tur mundana tribula
tio vnde de ſaul perſe
quente dauid dicitur. j
Regum. xxiiij. Perre
xit ad inueſtigādū dauid ſuper petras abruptiſſimas
Petre enim abruptiſſime que valde ſunt dure et aſpere
ſignant duriciam et aſperitatem tribulationum. Et
de iſta dicitur iudicum. vij. ꝑcuſſit orbem in petra oreb.
¶ Secundo per petram ſignificatur mentalis indura-
tio. qꝛ cor peccatoris eſt quandoqꝫ durum ⁊ obſtinatuꝫ
ſicut petra. Petra eñ de ſui natura eſt dura ⁊ impene-
trabilis. Eſt ſicca et inflexibilis. Eſt frigida et immobi
lis. Eſt grauis et depreſſibilis. Sic vere conſcientia pec
catorum. dura eſt per obſtinationem. Hiere. v. Indura
uerunt cor ſuum ſupra petram. Sicca per incompaſſio
neꝫ. quia ſcilicet citius frangitur ꝙ̄ ad miſericordiam
inclinetur. vnde Luc. viij. dicitur ꝙ ſemen cecidit ſupra
petrā et exiccatū eſt. Frigida eſt ꝑ indeuotionem. Unde
Hie. xviij. nūquid de petra agri deficiet nix lybani: gra
uis eſt etiaꝫ per pigricie deiectionem. Amos. vj. Nun-
quid currere in petris poſſunt equi. q. d. nō qꝛ. ſ. petra id
eſt ponderitas pigritie impedit curſum boni operis et
virtutis obedientie. Mens ergo obſtinata petra dicit.
qꝛ ſcꝫ ad bonū difficiliter inclinatur. Uerūtamen ſicut
petra in rupibus quandoqꝫ latiſſime fundit aquam qꝛ
ſcꝫ in interioribus petre venis et cauernis frigiditas pe
tre aerem inſpiſſat et in aqueam groſſitiem immutat.
Et inde eſt ꝙ multe petre ſunt q̄ tempore nubiloſo ſie-
re videntur eo ꝙ ꝑ ipſarū frigiditate aer contiguus in
naturam aqueam diuertitur et mutat. Sic vere chariſ
ſimi quāqꝫ ſit ꝙ dura et petrea ⁊ obſtinata mens peccato
rum lachrymas compunctionis emittit et in perſonaꝫ
lachrymantē penitētē et flebilem ſe conuertit. pſ. Con-
uertit petram in ſtagna aquarum et rupē in fontes aq̄
rum. Quando enim aer cōſcientie tangit frigiditatem
et indeuotionem mentis. ꝑ ipſius conſiderationē ſolet
conuerti in aquam per lachrymationē ⁊ pietatem ⁊ cō
paſſionē. Quod in ꝑcuſſiōe petre in deſerto fuit figura-
tū. vide de hoc ſupra de ꝑcutere. Et ſupra de lachrymis.
Biblis. n. ſm fabulas fingit fuiſſe quedam puella que
pre nimio amore fratris ſui liquefacta eſt et in fontem
mutata. Quia vere homo quando fratrem ſuum chri-
ſtum recte diligit. tūc ꝑ lacrimoſam compunctionem ⁊
per viſceroſam compaſſionē in fontē lachrymarum ⁊
miſericordie ſe conuertit. pſ. Qm̄ ꝑcuſſit petram ⁊ flu-
xerūt aque ⁊ torrentes inundauerūt. Et illud ꝓdictū cō
uertit petrā in ſtagna aquarum ⁊c. per petram igitur ſi
gnatur mentalis induratio. ¶ Tertio dico ꝙ per petrā
ſignificatur inferni flagellatio. petra enim que dura eſt
et grauis ſignat penam infernalem. Unde etiā ſm poe
tas in inferno eſt vna pena qꝛ vnus eſt ibi qui dicitur ſi
phus. qui vnam maximā petram neceſſe habet porta
re ſuper vnum maximum monteꝫ ⁊ ſtatim quando eſt
ibi ipſam iterum dimittit ruere ad pedem montis. ⁊ ite
ſurſum reportat. et ſic perpetuo nunꝙ̄ ceſſat. per quam
quidem fictionem voluerunt poete deſignare perpetui
tatem pene infernalis que. ſ. cōtinue non facit niſi inci
pere qꝛ ſcꝫ curriculū iſtius petre. i. cōtinuatio eterne pe-
ne nunꝙ̄ terminatur immo continue renouatur. Eccli
xviij. c. Cū conſummauerit homo tunc incipit. ⁊ cū qe-
uerit tunc operabitur. Et de tali petra poteſt exponi il-
lud. ij. paral. xxv. vbi dicitur ꝙ decem milia virorum ce
perunt filij iuda et adduxerūt ad ꝓruptū cuiuſdā ꝑuer
tre ⁊ precipitauerunt eos de ſummo in preceps qui vni-
ſi crepuerūt. Iſta eſt ergo inferni flagellatio. ¶ Quar
to dico ꝙ per petrā intelligitur conſtantie roboratio pe
tra enim inter ceteras ꝑtes terre eſt ſolidior. Et ideo pe
tre oſſa terre antiquitus dicebant. ſm Iſido. Et ideo per
petram ſoliditas conſtantie deſignatur ꝑ quam homo
in bono ꝓpoſito radicat. pſ. ſtatuit ſupra petrā pedes
meos. In tali autem petra debemꝰ eſſe fundati ne forte
impulſu tentationū ſimus a dño ſeparati. Eſa. l. poſui
faciem meam vt petrā duriſſimā. ſciens qm̄ non cōfun
dar. Et ideo dominus dicit Mat. vij. Quod domus
ſupra petram fundata non corruit qꝛ ipſam a ventoruꝫ
flatibus et a fluminum fluctibus petre ſoliditas defen
ſauit. Nos igitur per conſtantiam ſimus petrei ⁊ in pe
tra firme conſtantie ⁊ ꝑſeuerātie ſimus fundati. Quia
ſicut dicitur Eccli. xxvj. fundamenta eterna ſupra pe
trā ſolidā. mādata dei in corde mulieris ſancte. ¶ Quī
to dico ꝙ per petrā deſignat pnīe maceratio. petra eñ ē
grauis ad portandū aſpera ad tangendū vtilis ad edi
ficandum et ad ſe a canibus defendēdū. Sic pnīa ꝙ̄uis
ſit grauis ⁊ pōderoſa ⁊ ad ſuſtinendum difficilis eſt tñ
ad defenſionē contra dyabolū valde vtilis. ⁊ ad manen
dū valde ſecura et laudabilis. Et ideo dicitur in pſ. pe-
tra refugiū herinacijs. Columbe enim viſo accipitre: ad
cauernas petrarū refugiunt: et ibi ab eius impetu ſe de
fendunt. Lepores etiam in petris habitant ⁊ ibi ſecurꝰ
eſſe ſe putant. Naute etiā in mari qñ naufragātur ſolēt
multum gaudere quando poſſunt ſupra aliquaꝫ petrā
ſolidaꝫ ſe recipere ⁊ firmare. Sic vere chariſſimi: ſi peri
cula maris huius mundi vitare voluerimus ⁊ tentatio
nes accipitris dyaboli declinare neceſſe eſt ꝙ in petra
penitentie ſedeamus vnde de columba dicitur. Canti.
ij. Ueni columba mea in foraminibus petre, in cauerna
macerie. Petra enim penitentie. Eneruat vitium car-
nalitatis. Elicit fluuiuꝫ lachrymoſitatis. Infundit irri
guum gratie et bonitatis. Adducit faſtigiū glorie et di
gnitatis. Inſtituit gaudium ſpiritualis leticie et iocun-
ditatis. Dico ergo ꝙ petra penitentie abradit carni-
um voluptatem vnde Exod. iiij. dicitur. Quod ſepho-
ra tulit acutiſſimam petraꝫ ⁊ circūcidit carnē ꝓpucij fi
lij ſui. ¶ Item elicit fletuū vbertatē. vnde Deutrono.
viij. Eduxit riuuos de petra duriſſima. ¶ Item infun-
dit gratie ſanctitatem ſeu ſanitatem Iob. xxix. Petra
fundebat michi riuos olei. ¶ Item adducit glorie di-
gnitatem. pſ. In petra exaltaſti me. ¶ Itē perficit eter
ne leticie iocunditatem pſ. De medio petrarū dabunt
voces. per petram ergo intelligitur penitentie macera-
tio. ¶ Sexto dico ꝙ ꝑ petram intelligitur chriſti virtꝰ
et perfectio et etiā cuiuſlibet viri iuſti virtus et cōditio
De chriſto dicitur. j. Cor. x. Bibebant omnes de ſpiri
tali conſequente eos petra. petra autem erat chriſtus de
viro etiam ꝑfecto dicit Mat. xvj. Tu es petrus ⁊ ſuper
hanc petram edificabo eccleſiam meam. Et ſic patet
quomodo petra in ſcriptura ſumitur multis modis. et
hec ſufficiant. Uide ſupra de lapide per totum.

**Petrus.** Cum petrus dicatur a petra. ⁊ ideo in
de eſt ꝙ petrus idem eſt quod firmus
poſſumꝰ notare ꝙ ꝑ petrū pōt vir ꝑfectus intelligi. Uñ
breuiter loq̄ndo dico ꝙ petrꝰ interpretat agnoſcēs diſ
calciās. agnitꝰ et diſſoluēs. ¶ Itē petrꝰ dictꝰ fuit a pe
tra. Dictus fuit cephas quod eſt caput. dictus fuit ſy-
mon quod eſt obediens dictus fuit bariona qđ eſt filiꝰ
columbe aut ſimplicitatis. ¶ Item primo fuit piſcator
tandem fuit chriſti imitator. tandem populi ꝓdicator.
et finaliter totius eccleſie imperator ⁊ vltimo ſtrenuiſ
ſimus triumphator. In q̄bus omnibus chariſſimi: poſ
ſumus notare ꝙ petrus quatuor habet interꝓtatiōes.
quatuor habet nominationes quatuor habet ſtatuum
diſtinctiones. Et ſic ꝑ iſtas duodecim conditiones poſſu
mus intelligere duodecim viri iuſti ꝑfectiones. Et ſic
poſſumus notare ꝙ petrus eſt nomen ſagacitatis atqꝫ
diſcretionis quia petrus interpretatur agnoſcens. No
men humilitatis atqꝫ ſubiectionis quia interpretatur
diſcalcians. Nomen famoſitatis et reputationis quia
interꝓtatur agnitus. Nomen vtilitatis et liberationis
quia interꝓtatur diſſoluens. Nomen ſublimitatis ⁊ cō
templationis. qꝛ dicitur cephas quod eſt caput Nomē
ſedulitatis

Ayuntamiento de Madrid

ſedulitatis et obeditiõis.quia dicitur ſymon.qui interpretatur obediens.Nomen ſimplicitatis atq; deuotionis quia dicitur bariona.quod interpretatur filius columbe.Nomen ſtabilitatis atq; durationis quia dicit petrus ſcilicet a petra.Nomẽ penalitatis et occupationis quia ſcilicet fuit piſcator.Nomen conformitatis et imitationis.quia ſecutus fuit dominuz.Nomen autoritatis et iuriſditionis quia fuit ꝑlatus et paſtor.Nomen felicitatis atq; ſaluationis.quia finaliter fuit ſaluatus.¶ Iſtas enim conditiones duodecim vel ꝓprietates habuit beatus petrus.quas etiam debet habere quilibet eccleſiaſticus prelatꝰ Petrus eñ figurã geſſit omnium prelatorũ.Et ideo ꝑlati qui ſunt in eccleſia ipſius ſucceſſores debent eſſe eius ſequaces ⁊ imitatores.

B ¶ Dico ergo primo ꝙ iſte habuit ſagacitatem atq; diſcretionem.quia ſcʒ petrus dicitur agnoſcẽs.Prelatꝰ eñ debet agnoſcere quid agendũ quid omittẽdũ.quid credendũ.⁊ a quo cauendũ ſit.Debet etiã agnoſcere merita ſubditorum vt ſ.ipſos poſſit vel repellere vel ꝓmouere ſm ꝙ viderit optimum.Iuxta illud Prouer.xxvij.Diligenter agnoſce vultuʒ pecoris tui gregeſq; tuos cõſidera.Et Eccleſiaſtici.vij.Pecora tibi ſunt attende illis.et ſi ſint tibi vtilia perſeuerent tecuʒ.Unde de iſta ꝑfecta noticia beati petri dicitur Actuum.xij.ꝙ petrus ad ſe reuerſus dixit.Nunc ſcio vere q2 dominꝰ miſit an.⁊c.Scientia autem ipſius hĩc ꝑfecte apparuit quando petrus ꝑ ceteris apoſtolis dñm recognouit dicẽs.Mat xvj.Tu es xp̃us filius dei viui.¶ Secundo dico ꝙ iſte habuit humilitatẽ atq; ſubiectionem.quod oſtẽditur cum petrus interpretatur diſcalcians quia ſcilicet diſcalciare alium eſt officiũ magne humilitatis.Et ideo quando diſcalcians dicitur.bene dico ꝙ ipſius humilitas denotatur.Humilitatem autem ſummaʒ habebat petrus Luce.v.vbi dicitur ꝙ ipſe procidens ad genua ieſu dicebat.Exi a me domine.quia homo peccator ſuʒ Iſte eñ fuit diſcalciãs.ſ.ſe et alios.Naʒ alios diſcalciauit corio carnalitatis per exempli et doctrine vtilitateʒ Seipſum vero diſcalciauit calciamento mundane temporalitatis.per paupertatem ⁊ humilitatem.Unde de ipſo poteſt intelligi illud Eſa.xx.Ambulauit ſeruꝰ meꝰ eſaias nudus et diſcalciatus.Habuit igitur iſte ſubiectionem et humilitatem Math.xxvj.petrus autem ſequebatur ieſuʒ.¶ Tertio dico ꝙ iſte habuit reputationem atq; famoſitatem quod oſtenditur inꝙtũ petrus interpretatur agnitus.Summe eñ neceſſarium eſt ꝑlato ꝙ fama ipſius ſit agnita et vulgata.Quia procerto ipſe debet eſſe agnitus ꝑmo in ingreſſu ꝑ diligentem examinationem.Secũdo in ꝓgreſſu per bone fame diuulgationem.Eſa.iij.Agnitio vultus eius reſpondebit ei vnde et petro fuit dictum illud Luce.xxij.Nam ⁊ loquela tua manifeſtũ te facit.¶ Quarto dico ꝙ iſte habuit compaſſionẽ atq; pietatẽ.qꝺ oſtenditur inquantum petrus interpretatur diſſoluens q2 ſcilicʒ prelatus debet diſſoluere cathenas compeditorum et vincula captiuorum Iuxta illud.Eſa.lviij.Diſſolue colligationes impietatis.ſolue faſciculos deprimentes.Dimitte eos qui confracti ſunt liberos ⁊ omne onꝰ dirumpe.pietas eñ valde neceſſaria eſt prelato In cuiꝰ ſignũ ipſe petrꝰ dimiſſus fuit cadere:vt ex caſu ſuo cognita fragilitate propria diſceret alijs indulgere ſicut dicit Gregorius in omelia.Unde etiam de petro legit Actu.iij.ꝙ petrus intuens in illum qui claudus baiulatur ex vtero matris ſue dixit.Argentum et aurum non eſt mihi.quod autẽ habeo hoc tibi do.In nomine ieſu chriſti ſurge et ambula.¶ Quinto dico ꝙ iſte habuit contẽplationem ⁊ ſubtilitatem.Et hoc oſtenditur inquantũ petrus fuit dictus cephas quod interpretatur caput.q2 ſcʒ ſicut caput in corpore locum occupat altiorem.ita iſte per contemplationem ſtatum habuit celſiorem vnde Actuum x.dicitur.Qꝺ petrus aſcendit ad ſuperiora domus.Et ſicut caput ſolet oĩa membra corpis regere.ita iſte factꝰ fuit caput ⁊ prelatus eccleſie:vt poſſet ceteros gubernare.Unde ſibi dixit xp̃s Ioh.j.Tu vocaberis cephas qꝺ interpretatur petrus.¶ Sexto dico qꝺ iſte habuit obedientiam ⁊ ſedulitatem Et hoc oſtenditur inꝙtum dictꝰ fuit ſymon qꝺ interpretatur obediẽs vel audiens q2 ſcʒ ad obedientem ꝑtinet audire.⁊ audita exequi et adimplere Marci.iij.Impoſuit ſymoni nomen petrus.vnde de ſedulitate ſua dicitur Lu.xxiiij.Petrus aũt ſurgens cucurrit ad monumentum.¶ Septimo habuit deuotionem ⁊ ſimplicitatẽ q2 dictus fuit bariona:qꝺ interpretatur filius columbe vel filius ſimplicitatis vnde petro dictum fuit Math.xvj.Beatus es ſymon bariona ⁊c. Uide etiam eam expoſitam ſupra.de beatitudine ⁊c.

¶ Octauo dico qꝺ iſte habuit deuotioneʒ ⁊ ſtabilitatẽ q2 ſcʒ petrus dicitur a petra.quia ſcʒ iſte petrus poſt cõfirmationem ſpiritusſancti in fide fuit ſolidus ſicut petra vnde Grego.in omelia dicit de Petro.qꝺ petrus q̃ ad voceʒ ancille xp̃m negauerat:poſt ſpiritus miſſione quante ſtabilitatis ſoliditatiſq; fuerat audiamus.⁊c. Iſte eñ fuit ſtabilis mala fortiter tolerando.Stabilis bona audacter aggrediendo Stabilis in bono perſeuerando.Stabilis mala perſequẽdo.Dico qꝺ iſte fuit ſtabilis mala tolerando.vnde petrus fuit ille qui dixit Luce.v.Dñe per totam noctem laborauimus Petrus etiã fuit ille cui dictum fuit Io.xxj.Petre cum eſſes iunior cingebas te ⁊ ambulabas quo tu volebas nunc autem cũ ſenueris cinget te alius:⁊ ducet quo tu non vis.Fuit etiam ſtabilis in audaci bonorum aggreſſiõe.vnde vox illa fuit petri xp̃o.Math.xxvj.Etiam ſi oportuerit me mori tecum:non te negabo.Et ſm rei veritateʒ ita erat intentionis ſue:ꝙuis dei prouidentia diſponẽte vel permittẽte aliter fuit ſubſecutũ.Stabilis inſuper fuit i bono perſeuerando Unde Actuum.duodecimo dicit ꝙ petrus perſeuerabat pulſans.¶ Itẽ fuit ſtabilis mala perſequendo.ſicut dicitur Actu.iij.⁊.iiij.Sic ergo patet ꝙ iſte habuit durationem ⁊ ſtabilitatem. ¶ Nono dico quod iſte habuit tribulationem atq; paupertatem.Et iſtud notatur in primo officio ſuo.q2 ſcʒ ipſe primo fuit piſcator.quod eſt officium pauperum ⁊ laborioſũ.Ipſe pauꝑ ⁊ laborioſus fuit:⁊ oĩa bona tẽporalia amore domini dereliquit.vnde Mat.iiij.dicitur.Qꝺ xp̃us videns duos fratres in naui reficiẽtes rhetia ſua petruʒ ſcʒ ⁊ andream.vocauit eos dicens Uenite poſt me faciã vos fieri piſcatores hominum.at illi relictis rhetibus ⁊ patre ſecuti ſunt eum ſcʒ dominum Rhetia enim que ligant homines ſignant bona temporalia.Unde etiam ipſe petrus dixit chriſto Mat.xix.Ecce nos reliquimꝰ omnia ⁊ ſecuti ſumꝰ te.¶ Decimo dico qꝺ iſte habuit imitationem ⁊ conformitatẽ.Petrus eñ legitur ſecutꝰ fuiſſe dominum non ſolum poſt ipſum corporaliter ambulando:immo etiam ei obediendo.ipſum imitando ⁊ exemplo eius predicationis officium exercendo Quod vtiq; debet facere quilibet prelatus.vt de ipſo dicatur illud Marci.xiiij.Petrus autem ſecutus eſt dñʒ Et Luc.xxij.dicitur.qꝺ petrus ſequebatur alonge.Et bene dicit alonge.q2 ſcʒ impoſſibile ẽ qꝺ perfecte dñm ſequamur.id eſt ex toto dñm imitemur.¶ Undecimo dico qꝺ iſte habuit iuriſditionẽ ⁊ auctoritatẽ.q2.ſ.ipſe fuit paſtor ⁊ prelatus eccleſie.vnde iſte eſt ille cui dicit dominus.Ioh.xxj.Petre amas me.paſce oues meas.¶ Duodecimo vero dico.qꝺ iſte habuit ſaluationem ⁊ felicitatem.vnde Luce.ix.et Mat.xvij.dicitur.Qꝺ ieſus aſſumpſit petrum iacobum.⁊ iohannem.⁊ duxit ipſos in monteʒ excelſum.i.in paradiſum.Et ſequitur qꝺ petrus dixit.Bonum eſt nos hic eſſe.Et dicitur ibi qꝺ dñs trãſfiguratus eſt ante eos.q2 ſcʒ tunc deꝰ in ſua perfecta ſubſtãtia videbit qñ in monte paradiſi a ſanctis intuebitur ⁊ tenebit.Et ſic ergo patet de petro qnõ ſignat beatum.vel etiam quemlibet paſtorem eccleſie vel prelatum.

**Phiala.** Uide ſupra in litera.f. vbi tactum eſt.

B **Pietas.** Cum de pietate ſupra in multis locis ſit tractatũ ⁊ maxime ſupra de miſericor vbi tetigi ſatis plane hoc ſoluʒ nota ꝙ triplex pietas eſt habenda videlicet pietas.

Ayuntamiento de Madrid

Parentibus — Prima ptinet ad pſonas īferiores
Pauperibus — Scḋa ptiet ad diuites repletiores
Peccantib⁹. — Tertiā ptiet ad magſos ſupiores

¶ Primo igitur dico ꝙ eſt quedā pietas erga genitores. Et iſtaꝫ debent habere filij erga patres tā ſpirituales ꝙ carnales Sicut enim dicit. Solinus. Mira eſt in cyconijs pietas erga parentes ſuos. quantum eñ parētes cyconiarū filios ſuos nutriunt dum ſunt iuuenes. tantum vice reciproca nutriuntur a iuuenibus dū ſūt ſenes. In quo pculdubio docet nos natura ꝙ parentes noſtros et ſuperiores prelatos a quibus nutrimenta ⁊ naturalia ⁊ ſpiritualia recipimus. omni die ſi noſtri indiguerint debemus fouere et ipſis pie. ⁊ miſericorditer ſubuenire. vnde Ambro. ſuper Beati immaculati. pulcre loquitur de pietate dicens. Quod pietas amica eſt deo. nutrix parentuꝫ. ſtipendium filiorū. tribunal iuſtorum. egenorum portus. miſerorum ſuffragium ⁊ indulgentia peccatorum. Unum tamen eſt aduertēdum ꝙ ſm Ihiero. propter parentū pietatem non debemus facere iniquitatem vnde illi videntur errare qui vt parētes nutriant et honorent ſe ſolent a diuino cultu retrahere et erga lucra temporalia immoderate intendere et vacare. Teſte eñ Auguſtino. Diligendus eſt generator ſed proponendus eſt creator vnde Ihiero. ad marcellū ſuper illud verbum Math. viij. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos dicit ſic. Ordinate in me charitatem Rectus ordo eſt vt primo diligatur deus. Deinde parētes ſed ſi vtrumq ſeruari nequeat odiū in ſuos pietas ē in deū conferenda. Eſt igitur quedam pietas erga genitores. ¶ Secundo dico ꝙ eſt quedam pietas erga pauperes Et iſta eſt illa qua homo tenetur fratri ſuo ſubuenire. Sicut enim arbores fructifere et vtiles ſolent habere multum de interiori medulla. ſicut patet in ficu et vinea Sic illi q̄ apud deū volunt eſſe fructuoſi debent eſſe valde pij et medulloſi ⁊ erga paupēs viſceroſi. ſicut eñ arbores aromatice non ſolum nutriunt fructus folia ⁊ flores: imo etiā medicinales ſuccus lachrymas ⁊ liquores. Sic vere pij viri et miſericordes non ſolum portant fructus bone operationis: folia bone locutiōis. flores bone conuerſationis immo etiā ipſi portant et fundunt ſuccū deuotionis et liquores pietatis et cōpaſſionis quibus ſcꝫ paupꝛes et egeni ſanant et ſpiritualiter et temporaliter recreantur. Pietas eñ vt dicit apoſtolus. j. Thymot. iiij. ad omnia vtilis eſt ꝙuis multi ſint qui ſm apl'm. ij. Thy. iij. ſpēꝫ pietatis hñt: ipſam tñ operibus negant. Sicut patet de multis vſurarijs et auaris q̄ ſub ſpecie pietatis pauperibus ſolent aliquid cōmodare: vt ipſos tempore cariſtie poſſint exheredare.

¶ Tertio dico ꝙ eſt quedā pietas erga peccatores. Et iſtā debent habere ſuperiores iudices et prelati q̄ pie debent peccatoribus compati et ſubuenire et eis ſi patitur iuſtitia indulgere. Sed de hoc Vide. ſ. de iuſtitia et miſericordia vñ breuiter Augu. in ſermone dicit ꝙ apd deū ſpietas ſine iuſtitia et ſine pietate iuſtitia nō habetur. et ſine bonitate equitas. ⁊ ſine equitate bonitas nō tenetur. Nam equitas ſine bonitate ſeuicia eſt et iuſtitia ſine pietate crudelitas eſt. Et ideo mōet apoſtolus Titū. ij. Sobrie. et iuſte et pie viuamus ⁊c. Omitto qꝛ pauce ſunt autoritates vocales ⁊. ſ. in locis varijs multa dixi.

**Pigritia.** Nota ꝙ pigritia ſeu accidia nihil aliud eſt ꝙ languor ſeu torpor animi impediens exequi bonū opus vñ ⁊ Greg. in morſ. dicit ꝙ accidia eſt de virtutum laudabili exercitio vtriuſq hominis languida deiectio. Et inde eſt ꝙ ad deteſtationē pigritie poſſum⁹ notare ꝙ pigritia ſeu accidia ſolꝫ

Comitare cordium timorē. — Primo igit̄ dico ꝙ
Eneruare mēbror vigorē. — pigritia cordiū timo
Excitare mentiū feruorem. — rem ſolet comitare.
Extirpare virtutū valorem — Homo eñ piger nū

ꝙ eſt audax ſed magis timidus vnde Prouerbiorum. xxj. dicitur. Dixit piger. Leo eſt in via in medio platearum occidendus ſum Timet. n. ſuſtinere terribilia ⁊ aggredi difficilia prouerbio. xviij. pigrum deijcit timor frigus enim generat paucitatē motus. vnde videmus. ꝙ ſerpēs in hyeme vix ſe poteſt mouere ex frigore aqua fluxibilis ⁊ mobilis ſolet gelari. Et ſic frig⁹ et quies pigricie et torporis ſe concomitant. ⁊ alterum ab altero generatur. Quia procerto tandiu homo a labore bonoruꝫ operum retardatur ꝙdiu frigore id eſt alicuius difficultatis timore coartatur. vnde prouerbiorum. xx. propter frigus piger arare noluit mendicabit ergo eſtate et non dabitur ei. ¶ Secundo dico ꝙ pigritia membrorū ſolet vigorem eneruare. piger enim eſt proprie ſicut īfirmus dormiens ſeu mortuus qui ſcꝫ membrorū ſuorū vſum nō habent inquantū nullū opus peragūt aut exercent. vñ pigri videntur mādragoram bibiſſe. qꝛ ſcꝫ pigritia more mandragore videtur ſuos diſcipulos indormire ⁊ ſopire et membrorū vigorē et fortitudinem eneruare. Iō pigro dicitur ꝓuer. vj. vſq quo piger dormis Dormire eñ proprie videntur inquantū in nullo bono opere exercētur. vnde ꝓuer. xxvj. dicitur. Quod piger abſcondit manum ſub aſella ſua et laborat ſi ad os ſuū eas conuertit. ¶ Tertio dico ꝙ pigritia feruorem mentiuꝫ vel vitium. i. vitiorum ſolet excitare. Pigritia eñ ſolet multa mala deſideria generare ⁊ temptationes varias excitare ſicut patet de dauid q̄ ocioſus ī domo ſua bethſabee concupiuit. ⁊ occaſione ipſius adulterium proditioneꝫ et homicidium cōmiſit. Vñ prouerbiorum. xxj. Deſideria occidunt pigrum Et prouerbiorū. xiij. dicit. Uult et nō vult piger. Et breuiter ſicut dicitur ꝓuer. xxvj. ſicut oſtium vertitur in cardine. ſic piger in lecto ſuo qꝛ ſcilicet ſicut oſtium de latere in lat⁹ vertitur ſic piger de vno malo deſiderio ad aliud deducitur. canis eñ antiquus quandoq incurrit podagram et tunc non poteſt currere. immo ſolet muſcarū impugnationes varias incurrere ⁊ latrando ſuper ſumarium reſidere. Sic vere homines illi qui podagrā pigritie patiuntur. muſcis diuerſorum deſideriorum ⁊ affectionum et latratu malorū verborum et detractionum preceteris infeſtantur. ideo breuiter de punctionibus malorū deſideriorum quas ſuſtinent iſti pigri dicitur. Prouer. xxiiij. Per agrum hominis pigri trāſiui. ⁊ per vineā viri ſtulti et ecce totū repleuerāt vrtice et operuerant ſupficiem eius ſpine. Et prouerbio. xv. dicitur Quod iter pigrorum quaſi ſepes ſpinarum Pigritia ergo mentiuꝫ feruorem ſolet excitare

¶ Quarto dico ꝙ pigricia virtutum valorem ſolet extirpare Sicut enim vinea que nō colitur ſterileſcere cōprobatur. Sic homo qui per pigriciam incultus efficit a fructu bonorum operum denudatur. Camelus enim inter cetera animalia dicitur pati podagram et tamen iſte eſt qui inter alia animalia rariſſimos habet pilos. Ad denotandum ꝙ illi qui podagra pigritie ſunt detēti et vinculis accidie ſunt ligati de quibus dicitur Sap xv. Pedes eorū pigri ſunt ad ambulādū: tales dico pillis virtutum et gratiarum pre ceteris ſunt nudati. Vñ prouerbiorum. xxj. dicitur Omnis piger ſemper in egeſtate erit pigri enim nudi et egeni ſunt ꝙrum ad virtutum abundantiam pauperes vero erunt in futuro per eterne glorie indigentiam et carentiam. Quia breuiter ſicut dicit Ber. in ſermone. Ocioſitas eſt mater nugarum. nouerca virtutum. vitium ſuffocatrix ſuperbie nutrix. gehenne procuratrix. Sic ergo patet quomodo vitium accidie et pigritie eſt damnoſum. Sed vide ſupra de labore: de Motu. de Exercitio ⁊ de Quiete Et de tarditate et ſupra de Dormire. Et infra de Somno et alijs titulis ſimilib⁹ ⁊c

**Pignus.** Cum pignus ſit illud quod creditori a debitore pro debito vſq ad ſolutionem aſſignatur videtur ꝙ obſes in perſonis et pignus in rebus pro eodem ſupponant. Et ſic nota ꝙ eſt. Pignus Supernale quod eſt Diligenter cuſtodiendum. Pignus internale quod eſt Libenter cuiꝙ tradenduꝫ ſeu quod eſt vigilanter expediendum Pign⁹. Eternale quod eſt

Ayuntamiento de Madrid

quod eſt Ardenter recipiendum. ¶ Primo igitur dico ꝙ eſt pignus precioſum qđ debemus cuꝫ diligentia cuſtodire. Iſtud autem eſt chriſtus dei filius ſeu etiam ſpiritusſanctus aut gratia diuina que. ſcilicꝫ nobis tradita ſunt et conceſſa. ſicut pignꝰ obſes ⁊ arra hereditatis eterne nobis a deo patre promiſſe. Conſtat enim ꝙ dei filius in carnē veniens ſe dedit nobis obſidem atqꝫ pignus pro ꝓmiſſo nobis ſpiritusancto de celeſti gloria adimplendo. vt ſicut filius anthiochi regis qui fuerat rome obſes. j. Mach. j. ſic iſte etiam loco ſui ſpiritūſanctum ꝓ pignore nobis miſit ⁊ ſuam gratiam ⁊ ſacramenta ꝓ pignore quotidie nobis mittit Unde. ij. Cor. j. Signauit inquit nos et dedit pignus ſpiritꝰ in cordibus noſtris. Uerumtamen ſic eſt ꝙ pignus receptum a creditore optime ſeruari debet q2 ſi forſitan ꝑderetur illud quod reſtitui debet ⁊ ꝓ quo pignus datum eſt nequaꝙ amplius redderetur. Sic vere ſi gratiā dei et ſpiritumſanctum nobis traditum et commiſſum impignoratum et datū diligenter non ſeruauerimus ſꝫ ipſum ꝑ peccatuꝫ mortale ꝑdiderimus gloriā ꝑadiſi cuiꝰ arre ſunt amittemus. Si vero iſta pignora vſqꝫ ad mortem ſeruauerimus. tunc ſine difficultate hereditatē noſtram ſicut dictuꝫ eſt acquiremꝰ ita ꝙ nobis poterit dici illud Eph. j. Signati eſtis ſpū promiſſionis ſancto. qui eſt pignus hereditatis noſtre in redemptionē acquiſitionis. ⁊ in laudem glorie ipſius. Iſtud eſt igiť pignꝰ

B virtuoſum quod tu debes cum diligentia cuſtodire.

¶ Secundo dico ꝙ inuenitur pignus ſpecioſuꝫ quod tu debes cum vigilantia expedire. Et iſtud pro certo nihil aliud eſt ꝙ anima quā. ſ. cum hereditate ꝑadiſi ſibi debita nos dyabolo impignoramus obligamꝰ et incarceramus quando mortaliter peccamus. Et certe iſtud pignus perpetuo ꝑdimus niſi per penitentiaꝫ redimamus vt ſic poſſimus dicere dyabolo apud quem obligatum eſt pignus illud Deutero. xxiiij. Non auferes loco pignoris vidue veſtimentum. Et ibidem. Non accipies loco pignoris ſuperiorē ⁊ inferioreꝫ molā ⁊c. Superior enim mola eſt anima. inferior eſt corpus. veſtimentum vidue eſt gratia que. ſ. dyabolo ſunt interdicenda. ⁊ ab eo ſi impignorata ſunt ꝑ penitentiā auferēda. Iſtud eſt igitur pignus ſpecioſum ⁊c. ¶ Tertio dico ꝙ inueniť pignus anxioſum qđ tu debes cum dulci venia relargiri. Et iſta certe ſunt pignora temporalia. que ſcilicet raptores et vſurarij plus debito et nimis acriter a pauperibus recipiunt. inquantum ꝓ debitis ipſos exheredāt et confundunt. Uult ergo deus ꝙ pignora pauperū iniuſte non accipianť. et etiam ſi iuſte capta fuerint ꝙ miſericorditer pauꝑibus dimittantur. Unde ibidem Deutero. xxiiij. Si pauꝑ eſt inquit non ꝑnoctabit apud te pignus ſed ſtatim reddae ei ante ſolis occaſum vt dormiens in veſtimento ſuo benedicat tibi. Unde Ezechi. xviij. dicitur de illo qui pignus debitori reddiderit. ⁊ nō retinuerit ꝙ ſcilicet vita viuet ⁊ non morietur De ipſo vero pauperem contriſtante rapinas rapiente. ⁊ pignꝰ non reſtituente dicitur. ibidem ꝙ morte morietur. ⁊ ꝙ ſanguis eius ſuper ipſum erit. Sufficit. quia pauce ſūt autoritates. Uide ſupra. vbi obligatio.

A **Pingere. pictura.** Quaſi nulle ſunt autoritates vide. Ubi pulcritudo. ⁊ vbi Uarietas.

**Pylatus.** Cum pylatus fuit ille preſes ſeu pretor. Romanꝰ ſub cuiꝰ dominio chriſtus docuit et predicauit. xp̄s captus ē et tolerauit. xp̄s occiſus etiam et expirauit. poſſum dicere ꝙ ꝑ pylatuꝫ de ſignantur tyrāni. peruerſi quoqꝫ iudices et balliui ſub quorum ſcilicet dominio chriſtus. ideſt perſone innocētes indebite moleſtantur. Unde nota ꝙ iuſti ⁊ ab iſtis ꝙ ſub iuſtis.

Fallaciter accuſantur.
Procaciter diffamanť.
Debiliter defenduntur.
Scurriliter illuduntur.
Subtiliter inquiruntur.
Crudeliter flagellantur.
Finaliter trucidantur.

Iſta omnia poſſunt dici de malis iudicibus ⁊ tyrannis qui. ſ. malos amant ⁊ eis fauores impēdunt Unde Lu. xxiij. facti ſunt amici herodes et pylatus. Et Mar. xv. dicitur Quod pylatus volens ſatiſfacere populo tradidit eis ieſum ⁊c. Sub illis. vero iuſti fallaciter accuſantur ſicut ſub pylato chriſtus eſt accuſatus. Quamuis enim pylatus ſentiret ob inuidiam chriſtum accuſatum nec vllam in eo mortis cauſam inueniret. q2 tamen principes ſacerdotum et ſcribe conſtanter. immo nequiter accuſauerunt eum morti fuerat adiudicatus: ſicut dicitur Luce. xxiij: ¶ Item ſub illis et ab illis procaciter diffamantur Mat. ix. diffamauerunt eum ꝑ totam terrā Et Prouer. xiiij. Ambulans recto itinere ⁊ timens deum deſpicitur ab eo qui infami graditur via. ¶ Item bonos grauant nec debite defendunt. Ficte enī defendebat pylatus ieſum quando dicebat Mat. xxvij. Quem vultis de duobus dimitti ⁊c. ¶ Iteꝫ iuſtos derident et turpiter illudunt. Tales enim vilipendunt ⁊ illudunt homines virtuoſos. ſicut de pylato legiť ꝙ ipſe deriſorie ieſum vocabat regem Ioan. xix. Scripſit auteꝫ titulum pylatus. Ieſus nazarenus rex iudeorū. ¶ Iteꝫ vt illis poſſint nocere ſubtiliter inquirūt ſicut iudaica rabies contra chriſtum occaſioneꝫ querens interrogabant eū Math. xij. dicentes. Si licet ſabbatis curare. Sequitur. vt cum accuſarent ſupple interrogabant Et Mat. xxvj Principes ſacerdotuꝫ et ſeniores populi cōſilium fecerunt vt Ieſum dolo tenerent. ¶ Item pauperes ſpoliant et grauiter offendūt. vnde Ioan. xix. dicitur. Quod pylatus ieſum nudauit. flagellauit ⁊ ſpinis coronauit. ¶ Item vltimo illos miſerabiliter ꝑimunt. ſicut dicitur. ij. Reg. iiij. Homines impij interfecerunt virum innoxium. Si vis vlterius de pylato comparare tyrannos et principes et officiales iniquos. vide vbi Iudex Iudicium. Rex Tyrannus ⁊c.

**Pilus** Nota ꝙ pilus pili naſcuntur a carne. ⁊ de ſuperfluo alimenti dati ſunt nobis a natura ſcilicet. A

| | |
|---|---|
| In neceſſarium tegimentum. | Primi pili ſunt |
| In multiuariū veſtimentū | virtutes quibus a |
| In voluntarium ornamentū. | frigore defēdimur |
| In emiſſariū purgamentum. | Secundi pili ſunt |
| ¶ Primos pilos debemus texere | virtutes quibꝰ ad |
| Scđos pilos debemꝰ tendere. | pauperes extendi |
| Tertios pilos debemꝰ pectere | mur Tertij pili ſūt |
| Quartos pilos debemus radere. | cōuerſatio qua ne |

vileſcamus tegimur. quarti vero pili ſunt vitia quibus ne fetcamus abradimur. ¶ Dicam ergo primo ꝙ i ſcriptura reperiuntur pili exiſtentie virtualis. Pili enim qui corpus defendunt a frigore ⁊ a puluere. ⁊ a vento ipſumqꝫ tenent calidum et ſecurum. ⁊ ab interiori corporis naſcuntur et prodeunt ſunt virtutes que ſcilicet animam a ꝑiculis et nocumentis exterioribus et interioribus protegunt ipamqꝫ ꝑ charitatē calefaciunt. ⁊ a corpore. i. ab interiori mente ⁊ ex pectore exeunt ⁊ ꝓcedunt. et frigus indeuotionis tollūt vt. ſ. homo virtuoſus figuret in helya et in ioanne baptiſta. nec non ⁊ in tabernaculo federis. De helya enim legitur ꝙ ipſe fuit homo piloſus. iiij. Regū. j. Uir piloſus occurrit nobis zona pellicea accinctus renibus De ioanne vero dicitur. Mat. iij. ꝙ ioannes habebat veſtimentū de pilis camelorꝫ viuebatqꝫ melle ⁊ locuſtis et i deſerto degebat. De tabernaculo aūt federis i quo latuerūt ſacramēta legis diuine. ſ. cādelabꝝ velū altare thimiamatis archa ꝓpiciatorū cherubi māna vga ⁊ tabule legiť Exo. xxxvj. qđ optū fuit de vndeci ſagis ꝯfectis de pilis caprarꝫ ad denotādū ꝙ illi q volūt eē helyas regū malignorꝫ. i. quorūlibꝫ iniquorū correctiui ioannes in quo eſt gr̄a. i. diuine gr̄e cōtētiui ⁊ verbi dei ꝑdicatiui tabernaculū federis. i. ſui cū deo federatiui ⁊ coniunctiui. ⁊ ſecretorū ⁊ ſacramētorū diuinorū ꝯſeruatiui neceſſe habēt eſſe piloſi. i. pilis vtutū contecti. ⁊ virtuoſa cōtinētia circūcincti Geñ. xxxvij. Noſti ꝙ eſau frater meus homo piloſus ſit. potiſſime

Ayuntamiento de Madrid

autē iſti pili debent virtutem penitētie denotare iſta eſt
piloſitas q̄ melius defendit ab ideuotionis frigore ⁊ q̄
melius calefacit per contritionem et charitatem interi
us in pectore munit. Quod certe ſatis figuratur in hoc
quia helyas ⁊ ioannes ⁊ tabernaculum in deſerto mā-
ſerunt ⁊ etiam tegumenta de pellibus ⁊ de pilis came-
lorum et caprarum habuerunt vt ſupra viſum eſt. De-
ſerta enim que ſunt nuda ſterilia et arida ſꝫ pili camē-
lorum et caprarum qui ſunt aſperi ⁊ ſqualidi. aſperita-
tem penitentie ⁊ ſqualorem ⁊ ruditatem exterioris ap
parentie ſignant quibus procerto ſancti viri ſe cōtegūt
atqꝫ velant. Exo. xxv. hec ſunt que accipere debetis. Se
quitur. Pilos caprarum. Et ſic iſti ſunt pili quib⁹ me-
diantibus. Daniel draconem occidit, ſicut dicitur Da.
xiiij. quia ſcilicet mediantibus pilis penitentie dracho
dyabolus ſeu caro occiditur ⁊ ciuitas anime a ſpiritua
li ydololatria liberat̄ ptꝫ igitur ꝙ ſunt pili exiſtētie vir
B tualis. ¶ Secundo dico ꝙ inueniunt̄ pili opulentie tē
poralis Pili em̄ exterius apparent et naſcuntur ex ſup
fluo alimenti et ex ipſis fiunt panni ad varia veſtimen-
ta. Iſti igitur diuitias exteriores ⁊ tempales deſignant
que. ſ. non ſunt de neceſſitate nature. ſed magis de ſuper
fluo reputate ⁊ ſicut quedam extrinſeca veſtimenta de-
bent per elemoſinam extendi ⁊ pauperibus explicari.
Unde Nume. viij. precipitur nazareis qui ſancti repu-
tabantur ꝙ radāt omnes pilos carnis ſue Radi enim
debēt tales pili ⁊ potiſſime de affectu mentis. quia reue
ra. Eſau qui erat piloſus legit̄ malus homo fuiſſe ⁊ bn̄
dictionē amiſiſſe. Gen̄. xxvij. Jacob etiā qꝛ pilos in ma-
nibus habuit alius q̄ꝫ erat creditus fuit ſicut dicit̄ ibi-
dem. Quia reuera illi qui veſtiti ſunt diuitiarū pilis vt
cōiter priuant̄ bn̄dictione ſua. i. eternis et celeſtibus bo
nis. Tales etiā difficile recognoſcunt̄: qꝛ alij q̄ꝫ ſint ab
hominib⁹ reputant̄. Diuites vero iudicant̄ ex diuitijs
non ex pſonis ex veſtib⁹ non ex corporibus ex mundi fa
uoribus non ex inſufficientiarum ſuaꝝ languorib⁹. ad
hoc facit illud Senece in epiſtola. Qui vult inquaꝫ co
gnoſcere hominem ponat ideſt reponat fallacia fortu-
ne indicia. nudum illum reſpiciat ⁊ cetera. Unde de ta-
li piloſitate dicit̄ Gen̄. xxvij. Pater inquit non cogno
uit. Jacob qꝛ piloſe man⁹ maioris fratris ſimilitudinē
ptendebant. q. d. Ille qui minor eſt reputat̄ maior q̄ im
perfectus eſt reputat̄ pfectus. qui indoctus eſt reputat̄
doctus dum tamē diuitiarū pilis fuerit coopertus. ſeu
carnalis affectionis pellibus circumcinctus Iſti autēꝫ
piloſi figurantur in quibuſdam monſtris q̄ piloſi dicū
tur q̄ etiam fauni ⁊ ſiluani appellant̄ qui etiam pprie
non homines ſed demones ſunt quia non rem ſed effi
giem humanam pretendunt quos etiam antiqui erro
res gentilium in deos ſiluarum et montium crediderunt.
ſicut dicit Iſidorus. viij. li. ethymo ⁊ gloſa Eſaie. xiij. ⁊
xxxiiij. Ego autem iſtos credo eſſe quoſdam ſpiritus in
feriores. aerea corpora habentes ratione pſtantes ⁊ hec
nihil aliud eſſe q̄ꝫ demones humanā effigiē ptendētes
quia reuera chariſſimi tales piloſi. i. tales diuitijs ado
rnati vix poſſunt cognoſci quid ſunt. qꝛ licet homines
eſſe videantur demones tamen eſſe probantur. inqtū
demonū crudelitate et conditionibus vtuntur ⁊ inquā
tum aerea vanitate et ſuperbia componuntur atqꝫ va-
nis leticijs extolluntur. Unde Eſaie. xiij. de babylone. i.
de mundo dicitur ſic ꝙ requieſcent ibi beſtie. replebun
tur domus eorum draconibus et habitabūt ibi ſtrutio
nes et piloſi ſaltabunt ibi. Et Eſai. xxxiiij. dicit̄ ꝙ occur
rent ibi demonia. onocentaurus et piloſus clamabūt
alter ad alterum Pone ſi vis multa de inhumanitate
diuitum ⁊ compara eos onocentauris dracomb⁹ ⁊ ſtru
tionibus. Patet ergo ꝙ inueniuntur pili opulentie tē-
C poralis. ¶ Tertio dico ꝙ inueniūtur pili apparentie ex
ternalis. Pili enim qui extra carnem apparent. exterio
rem conuerſationem et apparentiam ſignificāt. que re
uera eſt pectinanda et ab omnibus inhoneſtatis fecib⁹
mundana et ab ypocriſis vermibus preſeruāda. Et no
ta ꝙ ſicut aliqua animalia habent pilos ſuaues. ali-
qua aſperos aliqua pungitiuos. aliqua in colores vari
os ſe mutantes. ſicut patet de oue. porco et hericio. Sic
vere homines aliqui ſunt quorū conuerſatio dulcis eſt.
ſuauis et benigna et in loquendo et in operando Unde
cuilibet dulci et pio homini poteſt dici illud Ezech. xvj.
Uerba tua intumuerunt. et pilus tuus germinauit. ita
ꝙ alij per boni exempli aſſumptionem inde poſſunt ſi
bi facere veſtimenta: Alij autem habent conuerſatiōēꝫ
aſperam et ſeueram. ſcilicet auſtere viuēdo et ſeuere ali
os corrigendo. Ita ꝙ tales poſſunt dicere illud Job. iiij.
Inhorruerunt pili carnis mee. Alij vero habent cōuer
ſationem pungitiuam multipliciter et leſiuam. ſ. alios
mordendo et eis detrahendo ipſoſqꝫ ledendo. rapiendo
et depredando ſimiles porco ſpinoſo quem Solinus vo
cat hyricem qui pilos habet acutiſſimos ita ꝙ iacu-
latione volūtaria ipſos emittendo circuniacētes ledit
vulnerat atqꝫ pungit. Sic iſti voluntarie alios pungūt
et detrahendo ipſos vulnerant atqꝫ ledunt. Iſti ſimiles
ſunt militibus romanis qui plerumqꝫ ledēdo aduerſa
rios pilis vtebātur. ſicut in multis locis ponit tytus li
uius Dardos enim ⁊ tela et paruas lāceas pilos vocat
vel etiam maiores ſagittas. Unde detractoribus dicit̄
in pſ. ꝙ ſubito ſagittabūt et non timebūt firmauerūt
ſibi ſermonem nequam. Alij deſuper habēt pilos. ideſt
conuerſationem mutabilem et multipliciter ſuiipſius
variatiuam. ſicut ſunt hypocrite adulatores. qui pilos
conuerſationis ſcd̄m diuerſitatem perſonarū tempoꝝ
⁊ locorū variant atqꝫ mutant. Similes pandro anima
li ethiopico de quo dicit. Plinius li. viij. capi. xxxv. qd̄
ad ſimilitudinē coloris rei obiecte colorem ſuuꝫ mutat
Et eſt mirabile inquit plinius coloreꝫ corporis taꝫ ſubi
to mutari. ſed mirabilius colorem vili. i. pili. Expōe de
hypocritis et adulatoribus quoꝝ vilus et pilus. i. exte
rior conuerſatio vario modo mutātur. Iſti figurantur
in leproſis. qui ſꝫ doctrinā antiquā legis in hoc cogno
ſcebantur ꝙ pili eorum in colorem candidum vertebā-
tur ſicut dicitur Leuiti. xiij. Quia reuera ille ſpirituali-
ter eſt leproſus et malus. qui per hypocriſiꝫ de nigro in
album ⁊ de malo in bonū ſubito ſolum quo ad apparē
tiā fit mutatus Unde Leui. xiij. in principio dicitur qd̄
cum ſacerdos videbat pilos in album mutatos ipſum
tanq̄ꝫ ſuſpectuꝫ de lepra ſeparare debebat. De iſtis ergo
poteſt dici illud. j. Regum. xix. ꝙ ſcilicet micol pellē pi-
loſam caprarum poſuit ſuper caput ſtatue in lecto da-
uid Expone ſicut alibi. Patet igitur ꝙ inueniuntur pi
li apparentie exterioris. ¶ Quarto dico ꝙ inueniunt̄
pili peſtilentie criminalis. Et iſti procerto ſunt pili qui
naturaliter oriuntur a carne. ideſt a carnali mente. ſcili D
cet inanes affectiōes et vitia et procerto tales ſunt pili
radendi: et per confeſſionem a mentibus auellendi Eze
chiel. quinto Sume tibi gladium acutum radentem pi
los. et duces per caput et barbam. Unde leproſo quan-
do debebat mundari ideſt poſt curam mundus reputa
ri ſic precipitur Leuitici. xiiij. Radet inquit omnes pi-
los corporis et lauabitur aqua et purgatus igredietur
caſtra. Pilos inquit corporis. ideſt peccata ſua radet p
contritionem et confeſſionem Lauabitur inquit aqua
per lachrymationem et compunctionem et ſic certe pur
gatus ſcilicet perueniet ad remiſſioneꝫ et ingredi pote
rit caſtra celi per finalem ſaluationem. Et ſic igitur pa
tet ꝙ pili quatuor modis ſignant videlicet Culpas de-
teriores. Mores exteriores. Opes inferiores. Uires ſeu
virtutes interiores ⁊ vtiliores. etcetera ſufficit. Uide vbi
capillus.

**Pincerna.** Nota ꝙ pincerna ē ille qui admi-
niſtrat vinum vide vbi vinuꝫ ⁊ vbi
miniſter.

**Pinguis pinguedo.** Nota ꝙ pingue
do tam in bono
q̄ꝫ in malo multiplr̄ ſumitur in ſcriptura eſt em̄ pigue
do virtuoſa ſꝫ piguedo vitioſa piguedo bona ⁊ pingue- A
do mala. ē dico pinguedo bona. et iſta eſt piguedo grē ⁊
virtutis ⁊ pfectiōis q̄ mētē ſpiritualr̄ reficit et ipiguat

Et ſic

Ayuntamiento de Madrid

Et Ioelis. ij. dicitur. Conuertimini ad me in toto corde
veſtro: in Ieiunio ⁊ fletu ⁊ plãctu. ⁊ ſcindite corda veſtra.
¶ Item debet fieri cum oris reſeratione. Apud iudeos
inquit Iudei enim interpretantur confitentes. quia ſci
licet oris cõfeſſio eſt neceſſaria ad ſalutẽ. Unde. j. Ma-
chabeorum. ij. dicitur ꝙ cum vidiſſet mala que fiebant in
iudea ⁊ hieruſalem. ſcidit Matathias ⁊ filij eius veſtes
⁊ planxerunt valde. ¶ Item debet fieri cum carnis ma
ceratione. quod ſignatur in Ieiunio. Unde. ij. Regum.
j. dicitur ꝙ dauid ⁊ viri eius planxerunt: fleuerunt ⁊ ie-
iunauerunt vſque ad veſperã. ¶ Item debet fieri cũ vocis
deſolatione. Et hoc oſtenditur cum dicitur. Ululatus.
Unde Michee. j. Super hoc plangam ⁊ vlulabo. va-
dam ſpoliatus ⁊ nudus. ¶ Item debet fieri cum vultus
madefactione ⁊ irrigatione. quod notatur cum dicitur
fletus. quia ſicut dicitur Eſa. xxij. Uocauit dominus ad
planctum: ⁊ ad fletum. ⁊ ad caluicium. ⁊ ad cingulum
ſacci. Et ſic chariſſimi ſi iſte planctus habuerit iſtas
quinque conditiones dico. ꝙ iſte plãctus erit virorum pe
nitentium. Et procerto talis planctus eſt habendus a
tribus ſtatibus eccleſie ſcilicet
A virginibus.
A coniugibus.
A continentibus.
De virginibus dicitur Ioelis. j. Plãge quaſi vir
go accincta ſacco. De coniugibus dicitur Amos. v. Uo-
cate agricolam ad luctum et ad fletum eos qui ſciunt
plangere. De continentibus vero dicitur Ioelis. j. Ac-
cingite vos ⁊ plangite et ſacerdotes et vlulate miniſtri
altaris. Et proculdubio iſte eſt planctus frequentan-
dus: quia procerto iſte conuertitur in gaudium ſempi
ternum. Iuxta illud pſalmiſta. Conuertiſti planctum meum
in gaudium mihi. conciſdiſti ſaccum meum ⁊ circunde
diſti me leticia. Sic igitur patet. ꝙ eſt planctus virorũ
penitentium. ¶ Secundo dico. ꝙ eſt planctus virorum B
condolentium. ſeu compatientium. Boni enim ſepe plan
gunt ⁊ plorant ex aliorum miſeria ⁊ dolore: ſicut dicitur
j Regum. xxviij. Mortuus eſt Samuel: planxitque eum
omnis iſrael. ¶ Et nota ꝙ nos debemus plangere cõ-
patiendo. ſcilicet
Chriſti vulneribus.
Fratrum ſceleribus.
Noſtris doloribus.
Aliorum meroribus.
¶ Compatia-
mur ergo chriſti vulneribus. vn
de in pſona chri
ſti crucifixi dicitur Zacha. xij. Aſpicient ad me quem cõ-
fixerunt. plangent eum quaſi vnigenitum ⁊ dolebunt
ſuper eum. ¶ Item compatiamur fratrum ſceleribus:
quia vere pij viri ⁊ compatientes ſumme debent plan-
gere ⁊ dolere de obſtinatione peccatorum. ⁊ de amiſſio
ne gratiarum ⁊ animarum. Sic cõpatiebatur prophe-
ta Amos. v. Audite verbum quod ego leuo ſuper vos plã-
ctum domus iſrael. Et Ezech. xix. dicitur. Accipe plan-
ctum ſuper filijs principum. Et Ezech. xxxij. Plangent
eum ſuper egyptũ. ¶ Item cõpatiamur noſtris dolori-
bus. Dolores enim ⁊ miſerie quibus eſt humana natura
ſubiecta nos excitant ad plangendum. Unde Iob dice-
bat Iob. x. Dimitte me vt plangam paululum dolorem
meum: anteꝙ vadam et non reuertar ad terram tene-
broſam. ¶ Item plangamus pro aliorum meroribus:
quia procerto nos debemus plangere ſuper miſerijs pro
ximorum ⁊ maxime in morte amicorum. Exemplo dauid
qui fecit ſpecialem planctũ quaſi carmen lugubre ſuper
mortẽ ſaul ⁊ ionathe. ij. Reg. j. Exemplo etiam Ezech.
qui fecit planctus ſpeciales ſuper infortunijs tyri ſydo
nis ⁊ egypti: ſicut dicit Ezech. xxvj. xxvij. ⁊. xxviij. Unde
Ezech. xxvij. dicitur. Plorabunt te in amaritudine ani
me ploratu amariſſimo. ⁊ aſſument ſuper te carmen lu
gubre ⁊ plangent te. Et ſic patet. ꝙ eſt planctus virorum
condolentium ⁊ miſerantium. ¶ Tertio dico. ꝙ eſt plã C
ctus virorum contemplantium et affectantium. Uiri
enim deuoti ⁊ contemplatiui plangunt pre deſiderio pa-
trie. de prolongatione miſerie ⁊ laboris. ⁊ preſentis tri-
bulatiõis ⁊ anguſtie. Pre deſiderio patrie plãgebat da
uid cum dicebat. Super flumina babylonis illic ſedi-
mus ⁊ fleuimus dum recordaremur tui ſyon. Unde Eſa.
xxxij. Plangite ſuper regione deſiderabili. ſuper vinea
fertili. De incolatu miſerie plangebat ille qui dicebat.
Heu mihi domine. quia incolatus meus prolongatus eſt. Et
de hoc Hiere. xlix. dicitur. Plangite ⁊ circuite per ſepes
De afflictione vero preſentis anguſtie põt dici illud pre-



Ayuntamiento de Madrid

dictum Job.x. Dimitte me ꝛc. Et j. Machab.j. dicitur. Quod antiochus fecit cedes hominum ꝛ factus eſt planctus magnus in iſrael. Iſte eſt ergo planctus virorum contemplantium ꝛc. ¶ Quarto vero dico. ꝙ eſt planctus virorum deſperantium. Et iſte eſt planctus hominũ damnatorum qui plangunt cõtinue in inferno. Et iſti ſunt de quibus dicitur Apoca.j. Et plangent ſe ſuper eum omnes tribus terre: ꝛ Amos viij. vbi loquitur dominus viris impijs dicit ſic. Conuertam ſolennitates veſtras in luctum. ꝛ omnia cantica veſtra in planctum Et ſic breuiter patet quomodo plangere ſumitur multis modis. Vide ſupra de Lachrymis de fletu. de Dolere ꝛ Lugere Et infra de Plorare.

A **Planus. Planicies.** Nota ꝙ planicies vt communiter ſumitur in bono. ſcilicet pro fidelitate. benignitate charitate. et quacunqꝫ facilitate. Vel etiam in malo pro mundi proſperitate. Nota vero ꝙ omnis planicies terminatur ad aliquid aſperum ꝛ difficile ſcilꝫ ad mare vel ad flumina vel ad rupes. Omitto tamẽ: quia auctoritates ſunt pauce. Vide in titulis ſinonimis. Vel ſi vis dic. ꝙ illud planum dicitur. in quo nullum obſtaculum. nulla aſperitas. nullus angulus aut gibboſitas inuenitur. Et ſic nota ꝙ in ſcriptura inuenitur ſeu reperitur. ſcilꝫ Planicies in

Cordibus.
Geſtibus.
Actibus.
Fatibus.
Statibus.

¶ Planicies cordiũ eſt illa qua fideles ꝛ iuſti ſine malicia ꝛ ſine fraude in cogitationibus ꝛ affectionibus ſunt plani. planta enim pedis per quam in ſcriptura ſignificatur affectio. dicitur ſecundum Iſido. quaſi plana. Pilos enim ꝛ alias aſperitates. ꝛ rugoſitates nõ gignit. Joſue. iiij. Incedebant per plana atqꝫ campeſtria. ¶ Planicies geſtuum eſt illa qua homines manſueti ſe oſtendunt leues benignos ꝛ planos. Piper enim a natura eſt planũ ꝛ album. per ignem tamen qui pro fugãdis ſerpentibus apponitur anguloſum efficitur ꝛ rugoſum. Sic homo naturaliter eſt in moribus manſuetus ꝛ planus. Iuxta illud Eſa. xlij. Tranſite trãſite. preparate viam planũ facite iter. ꝛ eligite lapides. Verũtamẽ multi ſunt qui per ignem ꝯcupiſcentie fiũt malicioſi fallaces ꝛ rugoſi. qui alias debuerant eſſe plani. ꝛ potius de aſperitate in planicie cõmutati. Exemplo ſcꝫ illius montis opoponti qui in quodã terremotu erũpente flãma de ipſo in planiciem eſt reductus. ſicut dicit Plin. li. ij. quia ſcꝫ terremotu tribulationũ mediante. flãma contritionis ꝛ dilectionis debet a nobis erũpere. ꝛ omnem tumorem arrogantie in planiciem commutare Eſa. xl.
B Erunt praua in directa ꝛ aſpera in vias planas. ¶ Planicies actuũ eſt illa. qua prudentes plane ꝛ modeſte. nõ impetuoſe. non ſubito faciũt facta ſua. vt ſic homo planus ꝛ modeſtus dicere videatur illud Hiere. x. Ego autẽ dixi plane. hec infirmitas mea eſt ꝛ portabo illã. Sequitur. Scio dñe qꝛ nõ eſt hominis via eius ꝛc. ¶ Planicies fatuũ. i. locutionum ꝛ affatuũ. eſt illa qua viri ſimplices ꝛ fideles ꝛ plani. etiã in verbis plani ꝛ ſine duplicitate ꝛ falſitate loquentur. Illa etiam que planare ꝛ elucidare verba ſcripture noſcuntur. Quod eſt contra quoſdam philoſophos ꝛ doctores qui non plane ſed obſcuriſſime ſcripſerunt. Unde Deut. xxvij. Scribe ſuper lapides verba legis plane ꝛ lucide. vt ſic fiat qđ ſcriptũ eſt. Eſa. xxxij. Cor ſtultorum intelliget ſapientiam ꝛ ſcientiam. ꝛ lingua balborum velociter loquetur ꝛ plane. ¶ Planicies ſtatuum eſt illa in qua ſine offendiculo vel impedimento in planiciẽ proſperitatis homines conuerſantur. Hic tamẽ aduerte ꝙ vbi de planicie ſtatus agitur nos poſſumus reperire tres ſtatus qui per planiciẽ demonſtrantur. ſ. Diuitũ. Pauperum. Beatorum. ¶ Diuitũ dico. qui ſcꝫ nũc ſunt in plano ꝛ ſine offendiculo fortune. de quibus dicitur Joſue. xj. ꝙ ipſi habitabunt in montibus ꝛ in planicie. i. in honoribus ꝛ diuitijs. Aduerte tamen ꝙ ciuitates ſite in plano loco facilius capiuntur ꝙ alie. Sic tales in planicie proſperitatis ſiti. facilius dyabolo ſubiugantur ꝛ ruinis infortuniorum ſubduntur. vnde de ſedechia rege iſrael dicitur. iiij. Reg. xxv. ꝙ rex babylonis comprehendit eum in planicie hiericho. Ut ſic de finali infortunio taliũ dicatur illud Ezech. xlvij. Aque iſte que egrediuntur ad tumulos ſabuli orientalis ꝛ deſcẽdunt ad plana deſerti intrabũt mare. Expone. iſta etiã omnia poſſunt dici de planicie ypocriſis: quia ſcꝫ omñs qui ficte ſunt dulces ꝛ plani exterius: ſunt omni bono vacui interius. Similes calamo ſeu canne: que exterius valde eſt plana: intus tamen omni bono eſt inanis ꝛ vacua vnde Iacob. iiij. dicitur cuilibꝫ tali interius ſuperbo exterius plano. Quis tu mons magne cõtra zorobabel in planum? Iſta eſt igitur planicies diuitũ ꝛ ſuperborum. ¶ Itẽ eſt planicies pauperum ꝛ miſerorum. Planicies enim licet ſit a ventis liberior ꝛ fructibus opulentior. eſt tamen inferior ꝛ depreſſior: ſic ſtatus pauperum reſpectu diuitum ꝛc. Unde de. planicie paupertatis dici põt illud Deut. iij. Tribubus inquit ruben ꝛ gad dedi planiciem ſolitudinis. ¶ Itẽ eſt planicies ſanctorum ꝛ beatorum ſcꝫ gloria paradiſi. que ſcꝫ plana eſt ꝛ quieta: nõ aſpera nec deſerta Unde de animabus põt dici illud Eſa. xlix. Super vias paſcentur ꝛ in omnibus planis paſcue eorum non eſurient neqꝫ ſitient ꝛc.

**Plantare. Plantatio.** Cum plantatio ppũe pertineat ad arbores. tranſfertur tamen quãdoqꝫ ad alias res: quia breuiter omnis res dicitur eſſe plantata: que eſt in terra profundata ꝛ radicata. Accipitur autẽ plantatio in bono ꝛ in malo. Unde cum plantatio dicat mihi rei firmitatem ꝛ immobilitatem: poſſumus notare ꝙ plantare ſignat A

Gratie ſtabilitatem.
Glorie eternitatem.
Malorum proteruitatem.
Bonorum proſperitatem.

¶ Plantati enim dicuntur ſcilꝫ illi qui ſunt firmi in gratie ſtatu. Illi qui ſunt fixi in glorie ſtatu. Hi qui ſunt profundi in culparum meatu. Hi qui ſunt abundi in gazarũ ornatu. Dico ergo ꝙ quidã ſunt plantati ꝛ radicati per gratiam ꝛ ſtabilitatem. ꝛ iſti ſunt viri perfecti. qui ſunt ſtabiliti in bono. Unde de hoc dicitur. ij. Reg. vij. Ponã locum populo meo iſrael. plantabo eũ ꝛ habitabo cum eo. ¶ Itẽ ſunt quedã plantati per gloriam ꝛ eternitatẽ. Et iſti ſunt ſancti qui recte plãtati dicunt: eo ꝙ in eterna gloria immobiliter. radicantur. pſal. Plantati in do. do. in a. do. ꝛc. ¶ Item ſunt quidã plantati. per maliciam ꝛ proteruitatem. Et iſti ſunt obſtinati in malo qui in ſua malicia ſunt firmati. Et de hoc põt dici illud pſ. Quorum filij ſicut nouelle plantationes in iuuentute ſua. ¶ Itẽ ſunt quidam plantati per opulentiam ꝛ proſperitatem. Et iſti ſunt mũdi diuites. qui in mundi proſperis ſunt plãtati ꝛ firmati. ita ꝙ in preſenti a nullo vẽto tribulationum mouentur. ſed magis mundi fluctibus fecũdantur. Et de hoc dicitur Hiere. xij. Quare inquit via impiorum proſperatur. bene eſt omnibus qui male agũt ꝛ preuaricantur. plantaſti eos ꝛ radicem miſerunt proficiunt ꝛ faciunt fructum. Iſti enim ad preſens videntur eſſe bene plantati. ſed in fine erunt auulſi ꝛ eradicati. Quia pro certo illi qui modo in mundi proſperis videntur hominibus valde firmi. erunt in morte ꝛ in iudicio valde infirmi. ꝛ eorum proſperitas que modo videtur hominibus bene plantata. ſubito erit euulſa et penitus diſſipata. Quia ſicut dicitur Math. xv. Omnis plantatio quam non plãtauit pater meus eradicabitur. Iſti enim ſunt ſicut rami liliorum qui in vaſis terreis in aqua ponuntur. ita ꝙ ibi plantari videntur. eo ꝙ ad tempus florere noſcuntur. Verũtamen talis plantatio non eſt firma. qꝛ faciliter euellitur ꝛ ſiccatur. ꝛ a ſua florenti pulcritudine ſpoliatur. Sic vere mũdi diuites nõ in terra firma diuini amoris ſed in aqua fluxibili bonorum terrenorum ſunt plantati. et floribus mũdane glorie quaſi tẽporaliter adornati. Iſta tamẽ plantatio non perſeuerat. immo faciliter perit ſiccatur. euellitur atqꝫ ceſſat. Unde de talibus dicit dñs Hiere. xlv.

Ayuntamiento de Madrid

xlv. Ecce quos edificaui ego deſtruo. ꝛ quos ego planta
B ui ego auello. ¶ Sed quia ſcriptura vt in pluribus tã-
tummõ facit mentionẽ de bona. ꝛ de morali plantatio-
ne in quantũ. ſcꝫ ſignat virtutẽ cõſtantie que homines
in fide ꝛ moribus ſtabilit atqꝫ plantat. de iſta aliquid
amplius eſt dicenduꝫ. Dicamus igitur ꝙ arbor ad hoc
ꝙ bene ꝛ firmiter conſiſtat. ꝛ ꝙ inſuper humorẽ ad ſui
nutrimentum attrahat ꝛ educat. neceſſe eſt ꝙ profun-
de figatur ꝛ planteť. Sic vere ad hoc ꝙ homo ſpiritua
liter ſit plantatus. ꝛ in fide ꝛ in moribus ſtabilitus ne-
ceſſe eſt ꝙ profunde figatur per humilem ſubiectio-
nem cum terra. i. cum deo ꝛ proximo adhereat per cha-
ritatem ꝛ dilectionem. ꝛ ab eo humorẽ ꝛ nutrimentum
gratie ſumat ꝛ attrahit per orationem ꝛ deuotionem.
Si iſta eñ habuerit. ipſe poterit eſſe plantatus. ꝛ in fi-
de ꝛ moribꝰ radicatus. Et ideo de viris iuſtis dicit apo
ſtolus. j. Coꝛ. iij. Ego plantaui: appollo rigauit: deus
aũt in crementum dedit. Et ita poſſumus exponere de
quolibet viro iuſto illud Ezech. xvij. Plantabo illud ꝛ
erumpet in germen: ꝛ faciet fructum ꝛ erit in cedrum
magnam. Ubi aduerte ꝙ ſicut arbor bene radicata ꝛ in
bona terra plantata ꝛ fundata ſolet

Inferius profundari.
Interius vegetari.
Exterius fecundari.
Superius augmentari.

¶ Sic vir iuſtus. Inferiꝰ
profundať. per inferni me-
ditationẽ. Interius vege-
tatur. p̱ gratie acquiſitio-
nem. Exterius fecundatur per opeꝝ generationeꝫ. Su-
perius augmentatur per virtutum cumulationem.
¶ Probat profunditatem actus plantationis. Plan-
tabo inquit. Probat humiditatẽ virtus productionis
erũpet inquit in germen. Probat plenitudineꝫ fructus
refectionis. faciet inquit fructum. Probat magnitudi
nem virtus perfectionis. Et erit inquit in cedꝝ magnã.
¶ Primo igiť dicamus ꝙ illi qui bene in fide. id eſt in
moribus ſunt plantati. inferis profundantur. per infer
ni meditationem: quod oſtenditur in verbo. Planta-
bo Plantare enim nihil aliud eſt ꝙ̃ radicem arboris
inferius ſub terra profundare. Et inde eſt ꝙ illa pȷ̃s cor-
poris que eſt inferior ceteris: eſt terre propinquior ꝛ ad-
herentior. ſm̃ fabulas etiam poetarum. Proſerpina fi-
lia dee cereris dicitur a plutone deo inferni rapta: ꝛ ab
ipſo per ſex menſes occultata: ꝛ cum ipſo in inferno ma
trimonialiter copulata. Quod pro tanto fictum eſt: qꝛ
radices arborum ꝛ herbarum que nomine cereris con-
tinentur. inferius ſolent plantari ꝛ ſeminari. ꝛ vſqꝫ quo
ſeminata naſcantur a terre viſceribus occultari: ꝛ qua
ſi inferius inferni numinibus maritari. In quibus poſ
ſumus inſtrui ꝛ doceri. ꝙ radix cordis noſtri debet pro
fundari ſub terra per mortis ꝛ inferni meditationem: ꝛ
ibi ab inferno rapi ꝛ cum eo maritari per iugem ipſius
conſiderationem ꝛ preuiſionem. Plantabo inquit. p̄s.
Plantaſti radices eius ꝛ impleuit terram. Terra eniꝫ
in qua cõtinetur infernus: ꝛ ad aquam mors omnia vi-
uentia deducit magis eſt fundata: eſt firmius plãtata
eſt ſtabilius radicata ꝙ̃ quodcunqꝫ aliud elementum.
iſta enim rariſſime mouetur: alia vero elementa con
tinue agitantur. Ideo de terra dicitur in pſal. Fundaſti
terram ſuper ſtabilitatem ſuam: non inclinabitur in ſe
culum ſeculi. Sic vere chariſſimi illi qui ad moduꝫ ter
re ſunt inferiores per humilitatẽ: ꝛ qui in medio ſui. ſ.
in corde infernũ ꝛ mortẽ ꝯtinẽt p̱ ꝯſiderationis ꝓfundi
tatẽ tales dico ſunt p̄ ceteris plãtati. ꝛ in fide ꝛ moribꝰ
radicati Plãtabo inq̄t. vñ deus pater loquẽs xp̄o dicit
ſic Eſa. lj. Sub vmbra manus me protexi te vt plantes
celos ꝛ fundes terrã. Uiri eñ perfecti dicunť celi. ꝓpter
ſublimitatem conpemplationis. et dicunť terra ꝓpter
infirmitatẽ mortis ꝛ inferni ꝯſiderationis. Iſti igitur
C ſunt plãtati: qꝛ profundanť per inferni meditationem.
¶ Scd̃o ſunt plantati. qꝛ vegetanť p̱ gratie irrigationẽ
Et hoc oñditur cuꝫ diciť. Erũpet in germen. Sicut eñ
arbor ex abũdãtia interioris hũoris ſolet erũpere. ꝛ ger
mina flores ꝛ folia ꝓcreare. Sic ꝓculdubio ex abũdãtia
gr̃e hõ ſolet i bona opa erũpere: ꝛ ex ſe germẽ bone affe
ctionis flores honeſte ꝯuerſatõis ꝛ folia bone locutiõis
ꝓferre. Et iõ ſicut agricole ſumme ſolent cauere. ꝙ plã
tent arbores in terra bona ꝛ hũoroſa. vt intus continue
vegetentur ꝛ vt ad productionem fructuum diſponan-
tur. Sic vere chariſſimi multum cauendũ eſt. ꝙ homo
in terra bona eccľie ſocietatis bone ſe colloce atqꝫ plã
tet vt inde humorem gratiaꝝ attrahat: quem in germẽ
ꝛ flores conuertat. Uñ de vinea diciť Ezech. xvij. Pal-
mites ſuos extendit ad illam vt irrigaret eam de areo-
lis germinis ſui que in terra bona ſup̱ aquas multas
plantata eſt. Et eſt aduertendum. ꝙ ad plantanduꝫ ar
bores multa ſunt attendenda. videlicet

Tempus.
Locus.
Modus.

Tempus dico. quia in vere debẽt fieri
plantationes nõ in eſtate. nec in autũ
no. nec in hyeme. Tunc eñ tãta eſt ſic
citas ꝛ aure inequalitas ꝛ frigiditas. ꝙ noua plantula
in ſuo tenero ꝛ pauco humore faciliter ſiccareť aut tur
bareť. Item locus. quia ſcꝫ terra debet eſſe proportiona
biliter humida ſeu ſicca. ſicut de oliua diciť. ꝙ ipſa vult
plantari in loco ſoli expoſito: temperato ꝛ nõ nimis hu
mido neqꝫ ſicco. Itẽ modus: qꝛ ſcꝫ profunde debent plã
tari: fimus qñqꝫ ad radicẽ debet imponi. ꝛ etiam aliaꝝ
arboꝝ vicinia ꝛ ꝓpinquitas debꝫ aliquotiens procura
ri. Alique eñ ſunt arbores que aliȷ̃s iuxta ſe plantatis
proficiũt. De oliuis eñ dicitur. ꝙ malogranata eis cõ
ferunt ſi iuxta eas ſint plantata. Palma etiã maſcula
palmaꝫ femellã iuxta ſe plantatã ſolet reficere. ſꝛ eã per
ſuã influentiã fecũdare. Sic vere chariſſimi dico. ꝙ ad
hoc ꝙ hõ in fide ꝛ in gr̃a plantetur ꝛ radiceť. neceſſaria
ſunt plura ſcꝫ tp̄s. qꝛ. ſ. in vere iuuẽtutis nõ in autũno
vel hyeme ſenectutis nec feruore eſtatis. i. tẽporalis pro
ſperitatis debet ad deũ ꝯuerti. Tunc eñ ſiccitas inde-
uotionis abũdat. que humorẽ gratie deſtruit ꝛ deſiccat
p̄s. Quoꝝ filij ſicut nouelle plantationes in iuuentute
ſua. ¶ Iteꝫ requiriť locus: qꝛ ſcꝫ homo debꝫ querere lo-
cũ. i. graduꝫ ꝛ ſtatũ oportunum. qui non ſit nimis pin
guis. per affluentiã proſperitatis. nec nimis ſiccus per
macilentiã paupertatis. ſed temperatus per ſufficien-
tiã neceſſitatis ꝛ ſoli. id eſt chriſto expoſitus per feruo-
rem deuotionis ꝛ per amiciciam charitatis. Uel per lo-
cum poſſum intelligere paradiſum vbi per deuotioneꝫ
debemus plantari. Iuxta illud Ezechieť. xvij. In monte
ſublimi iſrael plantabo eã. Et illud Eccleſiaſtici. xxiiij.
Quaſi plantatio roſe in hierico. ¶ Item requiriť mo-
dus. quia vere iſta plantatio debet fieri iuxta arbores
proficientes. id eſt in ſocietate bonarum perſonarum.
qui verbo ꝛ exemplo iuxta ſe plantatis proficiunt. ipſoſ
qꝫ fecundant bonis operibus ꝛ perfundant. vnde apo-
ſtolus dicebat. j. Coꝝ. iij. Ego plantaui appollo rigauit
deus autem incrementum dedit. Appollo eniꝫ bonos
ſocios poteſt ſignificare. qui alios doctrinis exemplis
ꝛ beneficiȷ̃s ſolent rigare ꝛ vegetare. Quia procerto cha
riſſimi illi qui debite ſunt plantati (ſicut dictuꝫ eſt) ve-
getantur per gratie irrigationem. Erumpet inquit in
germen. ¶ Tertio dico. ꝙ tales fecundantur. per opeꝝ
procreationem. Et hoc oſtenditur cum dicitur. Faciet
fructũ. Quia ſicut arbor bene plantata ſolet frutifica-
re. ſi vero bene plantata ꝛ radicata non ſit. nunꝙ̃ vt cõ-
muniter fructum facit. Sic vere homo qui bene in fide
ꝛ moribus eſt plantatus. ꝛ per amorem ꝛ deuotionem
in domino radicatus. fructum bonorum operum pro-
ducit. Si vero bene plantatus non fuerit fructum bono
rum operum non habebit. Ideo de viro perfecto diciť.
in p̄s. Qd̃ ipſe erit tanꝙ̃ lignum qd̃ plantatum ſecus
decurſus aquarum. qd̃ fructum ſuuꝫ dabit in tempore
ſuo. De male vero plantatis dicitur Soph. j. Planta-
bunt vineas et non bibent vinum earum. Quia breui-
ter ſemen qd̃ ſupra petram cecidit radices non habuit.
Et ideo fructus aliquos nõ produxit ſicut dicitur Lu
ce. viij. Quia proculdubio illi qui radicaliter non plan
tantur nunꝙ̃ bonis operibus fecundantur ꝛc. Uide ſu
pra de. Fructu. Iſti ergo exterius fecundantur per ope-
rum procreationem. Quarto dico ꝙ tales qui in deuo

tione per amorẽ ⁊ deſideriũ ſunt plantati ſuperiꝰ ele- uantur per virtutum cumulationem qđ oſtenditur cũ dicitur. Erit in cedrũ magnaꝫ. Arbor enim bene ⁊ pro- funde radicata ⁊ plantata. ſolet melius creſcere ⁊ profi cere. et in altum et groſſum ſe amplius augumentare. Sic illi qui modis predictis ſtabiliter plantantur. ⁊ vir tutibus ⁊ moribus augumentãtur. ⁊ vſq; ad perfectio- nem ⁊ cõplementũ more arboꝝ creſcũt: peruenĩũt ⁊ ducũ tur. Cedrum inquit magnaꝫ. ps. Saturabuntur ligna campi ⁊ cedri libani quas plantauit. illic paſceres nidi ficabunt. Et ſi vis videre quomodo per cedrum perfe- ctio morum notatur. Uide ſupra de. Cedro. quia breui- ter ſicut dicitur Eccleſiaſtici. l. Corona fratrum quaſi plantatio cedri. Et nota hic ſi vis ꝙ in bono a deo ra- dicantur ⁊ plantantur multa genera perſonarum vꝫ

Fluide miſerantes. | Fluide miſe
Floride cõuerſantes. | rãtes ſigni
Prouide conſolantes. | ficãtur per
Limpide contemplantes. | paradiſum

voluptatis in quo inueniebantur omnium genera bo norum fructuum. quia ſcilicet viri pij ſemper ſunt pa- rati alios paſcere ⁊ nutrire. Et ideo deus ſolet eos in bo no plantare et confirmare. Et de hoc dicitur Gene. ij. Plantauerat dominus deus paradiſum voluptatis a principio ⁊c. Floride conuerſantes ſignificantur per or tum qui diuerſos flores ſolet habere. Significatur per roſam que ſuaues odores ſolet fragrare de quibus dici tur Eccleſiaſtici. xxiiij. ꝙ ipſi ſunt quaſi plantatio ro- ſe in hiericho. ⁊ quaſi hortus plantationum. Prouide conſolantes ſignantur per vineas. quia ſcilicet iſti vi- num conſolationis qđ letificat cor hominis ſolẽt alijs fundere. ⁊ ipſos a triſticijs ſubleuare. Et de plantatio- ne talium dicitur Luce. xx. Homo quidam plantauit vineam. ⁊ de. Noe dicitur Gene. ix. Qđ cepit vir agrico la eſſe ⁊ plantauit vineam ⁊c. Limpide contemplantes ſignificantur per cedrum: quia ſicut dictum eſt. Coro- na fratrum quaſi plantatio cedri in monte libani Ec- cleſiaſtici. l. Sic igitur patet quomodo illi qui in fide ⁊ moribus ſunt plantati. ſolent augumentari. fecunda ri. vegetari. profundari ⁊c.

A **Platea.** Cum platee ſint loca villarum vel ciui- tatum domibus vel vel alijs rebus ⁊ im pedimentis vacua. ad ſpacium ordinata. vel ad congre gationem hominum ordinata. notandum ꝙ generali- ter per plateas poſſunt intelligi ſtatus hominum hu- ius mundi. Sunt enim plura genera ſpiritualium ciui tatum ſicut ſuperius eſt oſtenſum. ⁊ ita per conſequẽs ſunt plura genera platearum. Platea enim eſt locus publicus et communis. Et ideo bene per plateam ſta- tus et communis modus hominum poterit denotari. Notemus igitur qđ ſcđm ꝙ eſt multiplex ſtatus homi num ſcilicet. Status eccleſie militantis. triumphantis mundi ⁊ inferni ſꝫ hoc poſſunt quatuor platee repe- riri. videlicet platea

Ad lucrandum. | ¶ Et ſic dico ꝙ
Ad ludendum. | eſt platea. fru-
Ad luctandum. | ctuoſa. Gaudio
Ad ledendum. | ſa. Laborioſa. pe
¶ In plateis enim | riculoſa. Prima
Mercatores lucrantur. | platea eſt ſtatus
Spaciantes iocantur. | ſpiritalis. Secũ-
Duellantes luctantur. | da eſt ſtatus ſu-
Delinquentes truncantur. | pernalis. Tertia

eſt ſtatus mundialis. Quarta eſt ſtatus infernalis.

¶ Dicamus ergo primo. ꝙ eſt quedam platea ſpirita- lis ⁊ fructuoſa. Et iſta nihil aliud eſt ꝙ̃ ſtatus eccleſie vel religionis Iſta eſt ergo platea ad lucrandum. quia ſcilicet in ciuitatibus ſolẽt eſſe platee magne ⁊ late: vbi merces vendũtur: ⁊ vbi homines lucrant: ⁊ vbi neceſſa- ria hominibus inueniũtur. Talis platea proculdubio eſt eccleſia vel religio. Ibi enim homines lucrantur et acquirunt merita ⁊ virtutes. Ibi enim inueniuntur et venduntur omnia neceſſaria ad ſalutem. vꝫ Merces

Sacramentorum. | Unde Iudicum.
Documentorum. | xix. Uidit ſenex ſe
Bonoꝝ exemplorum. | dentem cum ſar

cinis in plateis ciuitatis. Et Apoca. xxj. dicitur. ꝙ pla- tee ciuitatis aurum erant mundum. Sicut enĩꝫ in pla teis non ſolum concurrit diuerſitas. mercium: immo etiam diuerſitas ⁊ multitudo hominum. Sic procerto in platea religionis ⁊ eccleſie non ſolum inuenitur mul tiplex mercimonium bonorum operum ⁊ virtutum: im mo etiam ibi eſt multitudo bonorum hominum ⁊ ſan ctoꝝ. ij. Paralipo. xxix. Adduxit ſacerdotes ⁊ leuitas ⁊ congregauit in plateam. Notemus ergo ad commen- dationeꝫ iſtius platee quia pcerto iſta platea eſt locus

Amoris ⁊ dilectionis. | Dico ꝙ iſta platea eſt lo
Humoris ⁊ deuotionis. | cus dilectionis ⁊ amoris
Honoris ⁊ prelationis. | Ibi enim abundant viri
Dulcoris ⁊ erogationis. | charitatiui: dei ⁊ proximi
Clamoris ⁊ predicationis. | dilectiui. dicentes illud
Splendoris ⁊ eruditionis | Cantico. iij. Per vicos ⁊

plateas queram quem diligit anima mea. ¶ Item eſt locus deuotionis ⁊ feruoris. Et de hac dicit Eccl. xxiiij. Iuxta aquas in plateis quaſi cynamomũ ⁊ balſamum aromatiꝫans odorem dedi. ¶ Item eſt locus prelatio- nis ⁊ honoris. Iob. xxix. In plateis parabant cathedrã mihi. ¶ Iteꝫ eſt locus erogationis ⁊ dulcoris. quia ſcꝫ ibi ſunt viri miſericordes ⁊ compaſſiui: qui alijs erogãt bona ſua. Iuxta illud Prouer. v. Diriuentur fontes tui foras ⁊ in plateis aquas diuide. Et hoc eſt qđ figurat. Luce. xiiij. vbi dominus precipit procuratori ſuo. ꝙ in plateas ⁊ vicos ciuitatis exeat. ⁊ ꝙ paupes quos in vico inuenerit ad conuiuium introducat. ¶ Item eſt locus predicationis ⁊ clamoris. quia ſcilꝫ in iſta platea chri- ſtus docuit ⁊ predicauit ⁊ alios predicaturos inſtituit ⁊ ordinauit. Prouerbiorũ. j. Sapiẽtia foris predicat. in plateis dat vocem ſuam Luc. xiij. In plateis noſtris do cuiſti. ¶ Item eſt locus diſcretionis ⁊ ſplendoris: quia ſcilicet ibi ſunt viri limpidi ⁊ diſcreti. clari prudentes ⁊ illuminati. Et iſti intelliguntur per ſenes: qui ſunt na turaliter prudentiores. De quibus dicitur. j. Macha. xiiij. Seniores in plateis ſedebant. Iſte ſunt ergo pla- tee: vel eccleſie: vel religiones in quibus. videlicꝫ omnia bona ⁊ omnes boni habitant et abundant. Quamuis proculdubio in multis videtur contrariuꝫ hodie. quia non ſunt ibi nec boni nec bona. immo potius ibi ⁊ ma li ⁊ mala. ideſt peccatores ⁊ peccata. vnde Hiere. vij. di- tur. Nonne vides quid iſti faciãt in ciuitatibus iuda ⁊ in plateis hieruſalem: filij colligũt ligna ⁊ patres ſuc- cendunt ignem mulieres conſpergunt adipem ad faci- endum placentas. Uide eam ſupra titulo de ciuitate. Et breuiter quod dolendum eſt. plus eſt hodie. in iſtis plateis. ideſt in ſtatibus eccleſiaſticis de malo ꝙ̃ de bo no. de vitio ꝙ̃ de merito. de nephario ꝙ̃ de iuſto. Et hoc eſt quod dicitur Eſaie. lix. Conuerſum eſt retrorſum iu dicium. ⁊ iuſtitia longe ſtetit et corruit in plateis veri- tas ⁊ equitas non potuit ingredi. et facta eſt veritas in obliuionẽ. ⁊ ꝗ receſſit a malo prede patuit. Antiquitus enim ſicut dicitur Actuum. v. In plateis ponebantur infirmi vt ſanarentur. hodie vero ſi in iſtis plateis ſint aliqui infirmi debiles. pauperes ⁊ egent. ab alijs non ſa nantur nec iuuantur. immo potius condemnantur et vilipenduntur. Sicut de helya ⁊ enoch dicitur Apoca. xj. Qđ corpora eorum iacebunt in platea ciuitatis ma gne. Et quare hec chariſſimi: quia procerto in iſtis pla teis non abundãt hodie viri ſenes. ideſt viri prudentes ⁊ perfecti ſed potius viri iuuenes ⁊ imprudentes. fatui ⁊ laſciui. ſicut patuit zacharie viij. vbi dicitur. Qđ pla- tee ciuitatis implebuntur. infantibus ⁊ puellis luden- tibus in plateis eius. De dyabolo etiam dicitur Ezech. xxvj. vbi propheta loquẽs ciuitati hieruſaleꝫ de Nabu- chodonoſor dicens. Ungulis equorum ſuorum concul- cabit omnes plateas tuas Equi enim ſignificant viros carnales et impudicos. Hieremie. v. Equi amatores in feminas. Non ſic chariſſimi non: ſed ſint in iſta platea

viri

Ayuntamiento de Madrid

viri boni ⁊ opera bona. quia procerto ſicut dictum eſt.
B Iſta eſt platea ſpiritalis ⁊ fructuoſa ⁊c. ¶ Sed ſecūdo
dico ꝙ eſt quedaꝫ platea ſupernalis ⁊ gaudioſa. Et iſta
eſt platea ciuitatis noue hieruſalem ſcilicet paradiſi:
quia ſcilicet ſicut in magnis ciuitatibus ſunt platee de
putate ad ſpaciandum ⁊ ſolatiandum. vbi ſciliceꝫ homi
nes poſt laborem durum ⁊ diurnum in ſero ſolent ſpa-
ciari. vbi in tempore penthecoſtes homines ſolent cori
zare. vbi etiam quaſi omni die iuuenes ⁊ virgines ſolēt
ludere et cantare. Sic vere chariſſimi deus fecit nobis
vnam plateam iocundiſſimam in paradiſo. vbi ſcilicet
ſancti ⁊ iuſti in ſero mortis (finitis dei vite preſentis la
boribus) ſolaciantur. ⁊ ſpaciantur. ⁊ vbi tam angeli ꝙ̄
homines cantant letantur ⁊ iocundantur. ⁊ per dei lau
dem ⁊ gratiarum actioneꝫ in dei auribus modulantur
Vn̄ de iſtis plateis dicit̄ Tho. xiij. Ex lapide candido et
mundo platee eius ſternentur per vicos eius alla can-
tabitur ⁊c. Et aduerte ꝙ iſta platea eſt ſcꝫ Locus
Tutus ad habitandum.
Gratus ad frequentandum.
Altus ad honorandum.
Clarus ad delectandum.
Purus ad ſpaciandum.
Plenus ad recreandum.
¶ Eſt dico locus tutus ad habitandū. Et ideo dicitur
Zaca. viij. ꝙ adhuc habitabunt ſenes ⁊ anus in plateis
hieruſaleꝫ. Et hoc quia ſicut dicitur in ps. Non eſt rui
na macerie neqꝫ tranſitus neqꝫ clamor in plateis eorū.
¶ Item eſt locus gratus ad frequentandū. Ideo Tho.
xiij. dicitur. Ex lapide candido ⁊ mundo omnes platee
eius ſternent̄. Et ideo. j. Eſdre. x. dicit̄. Sedit populus
in platea. ¶ Item eſt locus altus ad honorandum: q̄
ſicut dicitur Heſter. vj. Homo quem rex honorare vo-
luerit debet indui veſtibus regijs. ⁊ imponi ſuper equū
qui de ſella regis eſt ⁊ accipere regium dyadema. ⁊ pri-
mus de regis principibus ⁊ tyrannis teneat equū eius
⁊ per plateaꝫ ciuitatis incedens clamet ⁊ dicat. Sic ho
norabitur quem rex voluerit honorare. Homo em̄ iſte
ſignat quemlibet beatū quem procerto rex paradiſi ho
norat ſic. Quia ſibi donat veſtes. ideſt dotes felicitatis
Equuꝫ. ideſt corpus agilis immortalitatis. Dyadema
honoris ⁊ ſublimitatis. ⁊ primus principuꝫ ſcꝫ michael
ipſum deducit per plateas illius opulentiſſime ciuita-
tis. De iſto etiam honore poteſt dici illud predictū Job
xxix. In platea parabant cathedram mihi. ¶ Item di-
co. ꝙ iſta platea eſt locus clarus ad delectandum. Un-
de Apoc. xxij. dicitur ꝙ angelus oſtendit ei flumē aque
viue ſplendidū tanꝙ̄ criſtallū procedentē de ſede dei vi
ui ⁊ agni in medio platee eius. Fluuius enim iſte ſignat
ſplendorem eterne glorie qui beatos delectat in medio
paradiſi. ¶ Item dico. ꝙ eſt locus purus ad ſpaciāduꝫ
Quia ſicut dicit̄ Apoca. xxj. Platee ciuitatis aux mun
dum. ¶ Item eſt locus plenus ad recreandū. q̄ ſcilicet
ibi ſunt fructus ⁊ delicie omniū voluptatū Apoc. xxij.
In medio platee eius ex vtraqꝫ parte fluminis lignum
vite afferens fructus duodeciꝫ per mēſes ſingulos red
dens fructuꝫ ſuū ⁊ folia ligni ad ſanitatē gentiū. Quia
proculdubio in platea paradiſi vite. ſ. xp̄us profert per
menſes ſingulos fructum ſuū ⁊ folia eius ad ſanitateꝫ
gentiū. i. ꝯtinue influit recreationē glorie paradiſi. qua. ſ.
animas reficit atqꝫ paſcit. Iſti aūt fructus duodecim eē
dicunt̄ pro eo. ꝙ ſm̄ Bern̄. in ſermone vbi exponit coro
nam ſtellarū duodecim. ibi ſunt duodecim gaudia. Et
hoc quia ibi eſt memoria ſine obliuione. Ratio ſine de
uiatione. Voluntas ſine perturbatione. Impaſſibilitas
ſine corruptione. Claritas ſine obfuſcatione. Agilitas
ſine retardatione. Subtilitas ſine obuiatione. Chari-
tas ſine ſimulatione. Quia. ſ. ibi diligit homo proximū
in omni veritate. diligentē ſe ſicut diligit ſeipſuꝫ. Videt
proximū in omni veritate diligentē ſe ſicut diligit ſeipꝫ
Diligit deū perfecte pluſꝙ̄ ſeipſum. Propter deū tan-
tūmodo perfecte diligit ſemetipſum. Videt deū diligen
tem ſe plus ꝙ̄ ipſemet diligat ſemetipm̄. Ecce ergo quō
duodecim fructus portat in iſta platea lignum vite. Et
ideo breuiter iſtam plateam debemus diligere ⁊ appete
re. ⁊ ipſaꝫ per deuotionē inhabitare Gen̄. xix. In platea
manebimus. Iſta eſt ergo platea ſupernalis ⁊ gaudio-
ſa. ¶ Tertio dico ꝙ eſt platea mundialis et vitioſa. Et C
iſta nihil aliud eſt ꝙ̄ ipſe mundus vel ſtatus hominuꝫ
mūdanoꝝ. In plateis em̄ aggregantur feces ⁊ luta. In
plateis etiā lites ⁊ duella fiunt ⁊ exercent̄. Et in plateis
fraudes ⁊ mendacia cōmittuntur. Sic procerto platea
huius mundi eſt locus litiū. duella: luctus ⁊ laboris: fe
cium ⁊ immundicie ⁊ horroris ⁊ fraudum ⁊ malicie et
liuoris. Sicut em̄ dicitur in ps̄. Non defecit de plateis
eius vſura ⁊ dolus: quia procerto breuiter loquēdo. Iſta
platea eſt Locus
Erroris et deuiationis.
Terroris ⁊ impugnationis.
Meroris ⁊ deſolationis.
Fetoris ⁊ inquinationis.
Q̄d ſit locus erroris pꝫ Ecci. ix. Ne oberraueris in pla
teis. Item ꝙ ſit locus terroris patet Ezechie. xxviij. vbi
dicitur. Immittā ei peſtilentiā ⁊ ſanguinem in plateis
eius. Item ꝙ ſit locus meroris patet Eccl̄es. xij. Circui-
bunt in plateis plangentes. Item ꝙ ſit locus fetoris pa
tet Ezec. xvj. Feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis
Iſta eſt ergo platea mundialis ⁊ vitioſa. ¶ Quarto di D
co. ꝙ eſt quedaꝫ platea infernalis ⁊ doloroſa. Et iſta eſt
ipſe infern⁹. Sicut em̄ in ciuitatibus ſunt quōqꝫ alique
platee. vbi malefactores puniunt̄. ⁊ decapitant vel rotā
tur: ſic infernus. Unde nota ꝙ infernus eſt platea
Mortis ⁊ damnationis.
Caſus ⁊ eliſionis.
Contemptus ⁊ obliuionis.
Remorſus ⁊ deſperationis.
Q̄d ibi ſit locus mortis ⁊ damnationis pꝫ Tho. ij. Ubi
nunciatū eſt thobie iugulatū in platea iacere. Item ꝙ
ibi eſt locus caſus ⁊ eliſionis: paꝫ Hiere. l. vbi dicit̄. Ca
dent iuuenes eius in plateis. Item ꝙ ſit locus obliuio-
nis: paꝫ quia ex quo homo venit illuc amplius non co
gnoſcit̄: immo in obliuionē ponit̄. Et de hoc Tren̄. iiij.
dicit̄. Denigrate ſunt facies eius ſuper carbones: non
ſunt agniti in plateis. Item ꝙ ſit locus deſperationis
⁊ maledictionis. paꝫ Amos. v. vbi dicitur. ꝙ in oībus
plateis ⁊ in cunctis que foris ſunt dicetur veve. Et ſic er
go patet quomodo quadruplex eſt platea ſcilꝫ. Inferna
lis. Mundialis. Beatifica ⁊ eccleſiaſtica ⁊c. Vide ſu-
pra de loco. ⁊ de alijs materijs ſimilibus.

**Plauſtrum.** Plauſtra ſunt quadrige qua-
tuor rotaruꝫ. que qn̄qꝫ fiunt ad
onera portandum qn̄qꝫ ad actus bellicos exequenduꝫ.
ſicut ſūt plauſtra ferrea ſeu ferrata de q̄bus fit totiens
mentio in ſcriptura que etiā alio modo carpenta dicū
tur. In regione enim paleſtine ⁊ ſyrie talium plauſtroꝝ
frequens in prelijs erat vſus. Unde Tytus liuius de bel
lo macedonico. vbi agit de prelio antiochi regis ſyrie cō
tra Romanos. Ponit ꝙ antiochus habuit plurimos
tales currus falcibus vndiqꝫ communitos. quos etiaꝫ
falcatos currus appellat. ⁊ moduꝫ etiam quo facti fue-
rūt aſſignat. Sed de his omnibus tranſeo vide vbi. Cur
rus. ⁊ vbi fit mentio. de Quadriga.

**Plebs.** Nota ꝙ inter plebem ⁊ populuꝫ fuit an A
tiquitus apud romanos talis differen-
tia. quia populus roman⁹ omnes romanos homines
paruos. ſcꝫ ⁊ magnos. patres ⁊ plebem magiſtratus et
ſubditos ⁊ ignobiles continebat. Plebs autem roma-
na inferiores ſolum ruſticos ſcilꝫ artifices ⁊ agricolas.
mercatoreſqꝫ ⁊ ignobiles deſignabat. De altercationi-
bus aūt plebis ⁊ patruꝫ. ⁊ quō plebs finaliter obtinuit ꝙ
ad adminiſtrationē reipublice ⁊ ad conſulatus. preto-
ratus ⁊ alios magiſtratus admitterētur. legatis Titū
liuiū ⁊ inuenietis hec. ⁊ infinita alia de plebeis: ⁊ qua-
liter virtus populum ruſticum non abhorruerit. in plu
ribus plebeis emicuit; qui tam prudenter. ⁊ ſtrenue ſi-
cut quicunqꝫ patres per nobiles ali qn̄ rempublicaꝫ gu



Ayuntamiento de Madrid

hernauerunt. De his tamē nihil ad preſens ad me. Ad moralem igitur intelligentiaʒ properabo. Notabo igitur ꝙ in ſcriptura reperitur. vicʒ. Plebs diuina. que eſt nobilium perfectoꝝ. Plebs humana. que eſt humiliū ſubditoꝝ. Plebs mundana. que eſt flebiliū peccatoruʒ Et ſic vere dico ꝙ nos inuenimus. Plebem virtuoſam ⁊ inclitam. Plebem luctuoſam ⁊ ſubditam. Plebeʒ fluctuoſam ⁊ perditam. ¶ Dico ergo primo. ꝙ in ſcriptura reperitur plebs inclita hominū perfectoꝝ. Uiri eniʒ perfecti et iuſti. plebs diuina dicuntur pro eo. ꝙ domino deuotius obſequuntur. ⁊ ꝙ ipſi ſubduntur ſpecialiter ⁊ deducuntur. Potiſſime aūt per iſtam plebē poſſunt intelligi boni religioſi ⁊ clerici in ciuitate eccleſie cōgregati: ⁊ diuinis ſeruitijs mancipati. De qua plebe dicitur Luce. j. ꝙ iohannes chriſtum preceſſit in ſpiritu ⁊ virtute Helye. Sequitur. Parare domino plebē perfectam. Igitur de plebe ſpiritali ⁊ diuina. i. de cōmuni cōgregatione iuſtoꝝ. Notemus ꝙ hec eſt Plebs

Humiliter domino ſubiecta.
Dociliter a deo directa.
Mentaliter ad deum erecta.
Uiriliter a deo protecta.
Perenniter gaudio confecta.
Solenniter honore prouecta.
Totaliter a culpis eiecta.
Uocaliter laudibus adiecta.
Utiliter in pace collecta.
Nobiliter gloria perfecta.

¶ Dicamus ergo ꝙ plebs iuſtoruʒ eſt ⁊ erit dn̄o ſubiecta humiliter. ij. Eſdre. iiij. Omnis plebs et virtutes regem obaudiuit. Item a deo directa dociliter. quia ſcilʒ deus docet ⁊ dirigit plebem ſuam qꝛ ſicut dicitur Ecci. xxxvij. Uir ſapiens plebem ſuam erudit. Et Luce. j. Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius in remiſſionē peccatorum eorum. Item iſta eſt plebs ad deum erecta mētaliter. ſcilicet ipſum deuote orando. ps. Uultum tuuʒ deprecabūtur omnes diuites plebis. Itē iſta eſt plebs a deo ꝑtecta viriliter. pſal. Dominus fortitudo plebis ſue ⁊ protector ſaluationuʒ. Item iſta eſt plebs gaudio confecta perenniter pſal. Plebs tua letabitur in te. Et Romanoꝝ. xv. Letamini gentes cum plebe eius. Item iſta eſt plebs honore prouecta ſeu per deum electa ſolenniter: quia ſcilʒ de plebe iuſtorum debent eligi principes ⁊ prelati. pſal. Exaltaui electum de plebe mea. Et Exod. xviij. Prouide tibi de omni plebe viros potentes timentes deuʒ. in quibus ſit veritas. ⁊ qui oderint auariciam et conſtitue eos tribunos et centuriones ⁊c. Itē eſt iſta plebs a culpis eiecta ſeu purgata totaliter. quia ſcilicet deus omnes culpas ipſorum remittit. Pſalmi. Remiſiſti iniquitatem plebis tue. et operuiſti omnia peccata eorum. Item eſt iſta plebs laudibus adiecta vocaliter. quia ſcilicet iſta ſemper vacat laudibus diuinis Luce. xviij. Omnis plebs vt vidit dedit laudeʒ deo. Itē eſt iſta plebs in pace collecta vtiliter Ps. Loquitur pacem in plebem ſuam. Item iſta eſt plebs in gloria perfecta nobiliter. quia ſcilʒ ſicut dicitur Luce. ij. Deus dat ⁊ adminiſtrat. lumen ad reuelationem gentium ⁊ gloriam plebis tue iſrael. Patet ergo. ꝙ talis gens poteſt dici plebs inclita hominum perfectorum. ¶ Secundo

B dico. ꝙ eſt plebs ſubdita hominum deiectoruʒ ſeu pauperum miſerorum. Iſti enim poſſunt dici lepuſculus. i. plebs inualida. in petra. ideſt in paupertate et duricia faciens lectum ſuum ſicut dicitur Prouer. xxx. Et nota ꝙ plebs pauperum ⁊ ſimplicium. A tyrannis ſolet deglutiri. A prouectis debet erudiri. A diuitibus debet enutriri. A domino ſolet exaudiri. ¶ Simplices enim plebei a crudelibus deglutiuntur ſeu cōcutiuntur. Unde iſti ſunt de quibus dicitur in ps. Qui deuorant plebem meam ſicut cibum panis. Quorum ſcilicʒ typum tenebat ille cendebius. De quo dicitur. j. Mach. xv. ꝙ ipſe cepit irritare plebē ⁊ ꝯculcare iudeā. Itē iſti a prudentibus erudiuntur. Prudentes enim ⁊ docti viri tenentur plebem ⁊ ſimplices erudire. Unde Actuū. v. Stantes loquimini in templo plebi. Et Actuuʒ. xiij. Si quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad plebem dicite. Iteʒ iſti a potentibus enutriuntur. ideſt enutriri debent ſcilicʒ per elemoſynas. Unde Actuū. x. dicitur de cornelio centurione. ꝙ ipſe erat vir religioſus ac timens deum. faciens elemoſynas multas plebi. Iteʒ iſti a deo ſeu a numinibus ſuſcipiuntur. quia ſcilicet plebi ⁊ pauperes a deo ⁊ a ſanctis fouentur ⁊ ſuſtinentur. ⁊ a periculis liberantur. ⁊ finaliter ad celeſtia ſubleuantur. ps. Non repellet dn̄s plebem ſuam ⁊ hereditatem ſuam non derelinquet. Et cum conuerterit dominus captiuitateʒ plebis ſue. exultabit iacob ⁊ letabitur iſrael Roma. xj. Nō repulit dn̄s plebem ſuam. immo viſitabit ⁊ faciet redēptionem plebis ſue Luce. j. Patet ergo. ꝙ eſt plebs ſubdita hominum miſerorum. ¶ Tertio dico. ꝙ eſt plebs C perdita hominum peccatoꝝ. Et iſti pro certo non ſunt plebs dn̄i ſed dyaboli. vnde dn̄s dicit peccatoribꝰ illud Ro. ix. Non plebs mea vos. Et nota ꝙ plebs maloruʒ. Faciliter ad malum concitatur. Crudeliter bonis aduerſatur. Procaciter pauperes aſpernatur. Finaliter in penis deſolatur. ¶ Dico igitur ꝙ plebs maloꝝ concitatur ad malum valde faciliter. vnde Act. vj. dicitur Quod ſurrexerunt quidam ⁊ commouerunt plebem ⁊ ſeniores in ſtephanuʒ. ⁊ rapientes eum adduxerunt in conſiliū Iteʒ talis plebs aduerſatur bonis crudeliter: ⁊ maxime pauperibus. vnde de apoſtolis dicitur Act. xvj. ꝙ concurrit plebs aduerſus eos. Sequitur. Et cum plagas multas impoſuiſſent. miſerunt eos in carcerem. Item talis plebs aſpernatur iuſtos procaciter. quia procerto ſicut dauid dicit in ps. de ſeipſo. Boni ſunt opprobrium hominum ⁊ abiectio plebis. Deſolatur penis finaliter ſcilʒ in inferno. Unde. j. Reg. vj. dicitur. ꝙ dn̄s percuſſit quinquaginta milia plebis. Et ſic ergo patet ꝙ in ſcriptura reperitur plebs perdita quam deus confundit. Plebs ſubdita quā mundus obtundit. Plebs inclita quam deus cuſtodit ſeu perfundit ſcʒ omni bono. Sufficit Uide infra. vbi populus.

## Plenitudo.

Sunt valde pauce autoritates. Et ideo vide infra de repletꝰ. Et infra de Replere. Et ſupra de adimplere ⁊ de Implere. A

## Plorare.

Quia ſupradicta ſunt multa ꝺ lachrymis: de fletu: de luctu: ⁊ de plāctu que omnia pertinent ad plorare: breuiter notandum eſt ꝙ homo quandoqʒ plorat

Ex contritionis dolore.
Ex dilectionis ardore.
Ex compaſſionis dulcore.
Ex deuotionis feruore.
Ex deſolationis merore.
Ex ſimulationis pallore.
Ex deſperationis horrore.

¶ Dico ergo ꝙ homo debʒ plorare ex dolore cōtritionis ⁊ ſic plorant penitētes. Uñ Hieremie. xlviij. Contrita eſt moab: per aſcenſuʒ luith plorans aſcendet. Unde de deſolatione ciuitatis tyri dicitur Ezech. xxvij. Plorabunt te in amaritudine anime ploratu amariſſimo. quia ſcʒ quando videmus ciuitatem anime noſtre eſſe per vitia deſolatā: ipſaʒ debemus plorare: ⁊ per ꝯtritioneʒ ⁊ amaritudinē lamentare. ¶ Item dico. ꝙ homo plorat ex dilectionis ardore Et ſic dauid ⁊ ionathas qui ſe ſuꝑ amorē mulieꝝ amabant. qñ ab inuicē receſſerūt: dicunt̄ pre amore fleuiſſe: ſicut habet̄. j. Reg. xx. Et ſicut etiā dicit̄ Tho. vij. ꝙ raguel oſculatus eſt thobiā iuniorē ⁊ miſit ſe cuʒ lachrymis ſuper colliū eius plorās. ¶ Itē plorat homo ex dulcore cōpaſſionis. Homo eñ naturaliter eſt animal flebile. ⁊ nō tantū in ſuis. immo etiā in alienis miſerijs ſolet plorare. de quo Hieremie. ix. Quis dabit capiti meo aquam. ⁊ oculis meis fontem lachrymarum: ⁊ plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Et Ecci. xxxviij. dicitur. filij ſuper mortuum produc lachrymas. ⁊ quaſi dira paſſus incipe plorare. Iſta ꝟo cōpaſſio ſumme debet eſſe pro morte xp̄i. Quia etiā canis ⁊ equus pro morte dn̄i ſui plorare dicunt̄. ⁊ ſigna cōpaſſionis canis vlulando. ⁊ equus pedibus percutiēdo aliqñ oſtendere cōprobant̄. Sic et nos debemus imitari exēpla marie. de qua dicitur Ioh. xj. Quod ipſa vadit ad monumentum. vt ploret. ¶ Itē plorat homo ex feruore deuotōis. Nubes eñ calore reſoluta pluuiaʒ emittit. ſic homo ex feruore

deuotionis

Ayuntamiento de Madrid

deuotionis ſolutus lachrymas effundit. p̄s. Ploꝛemꝰ coꝛā dn̄o qui fecit nos: qꝛ ipſe eſt dn̄s deus noſter. nos aūt populus eius. ⁊ oues paſcue eius. Deuoti em̄ plorant ꝓ paradiſi dilatione. ꝓ preſentis miſerie ꝓlongatione. ꝓ diuine offenſe tam erga ſe q̄ erga alios turbatione. Et ſic ploꝛabant illi deq̄bus dicit̄ Joel. ij. Inter veſtibulū et altare ploꝛabant ſacerdotes miniſtri dn̄i dicentes. Parce dn̄e parce populo tuo. ¶ Item ploꝛat homo ex meroꝛe deſolationis. Et ſic ploꝛat puer q̄n naſcitur ꝓſentiens miſeriā ad quam intrat. Sap. vij. Primā vocem emiſi ploꝛans. Sic etiā ploꝛāt hoīes de miſerijs ⁊ deſolationibus huius mundi. Unde xp̄s dicit apoſtolis Joh. xvj. Amen amen dico vobis: qꝛ ploꝛabitis ⁊ flebitis vos. ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudiū. ¶ Itē ploꝛat homo ex liuoꝛis ſimulatione. Et ſic ploꝛant hypocrite proditoꝛes ⁊ falſi amici. qui fingunt ſe ploꝛantes vel pꝛe penitentia ⁊ humilitate. vel pꝛe paſſione ⁊ pietate. Sic etiam ploꝛabat ille yſmael vt deciperet alios ⁊ occideret. quod ⁊ fecit. Hiere. xlj. Egreſſus yſmael in occurſum eoꝛum incedens et ploꝛans ibat. ¶ Item ploꝛat homo ex deſperationis hoꝛroꝛe. Et ſic perpetuo ploꝛant damnati. Et de hoc dicitur Jacobi v. Agite nunc diuites. ploꝛate ⁊ vlulate in miſerijs veſtris que euenient vobis. Et ſic patet q̄ūo ploꝛare ꝯtingit homini multis modis. Uide ſupꝛa in titulis pꝛenotatis ⁊c.

A **Pluere. Pluuia.** Nota q̄ pluuia eſt impꝛeſſio frigida ⁊ humida ſurſum in medio aeris intrinſecus generata. Pꝛimo in nubes ex loci frigiditate coagulata. ⁊ tandē per actionē caloꝛis in pluuiā reſoluta. Et poſſumus notare q̄ pluuia ſm̄ ſuas varias ꝓꝓꝛietates poteſt ſignificare varia et diuerſa. in bono. ſ. ⁊ in malo. Et ideo poſſumus notare q̄ inuenitur. ſcilicet

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Supioꝛ. | | Mirabilis. |
| Pluuia. | Interioꝛ | que eſt | Laudabilis. |
| | Exterioꝛ. | | Triſtabilis. |
| | Inferioꝛ. | | Damnabilis. |

Pꝛima pluuia eſt valde gloꝛioſa.
Secunda pluuia eſt valde virtuoſa.
Tertia pluuia eſt valde vitioſa.
Quarta pluuia eſt valde doloꝛoſa.

Pluuia gloꝛioſa ſignat diuine pſone icarnationē. Et de iſta dicitur in p̄s. Deſcendet ſicut pluuia in vellus. ⁊ ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terrā. Pluuia virtuoſa ſeu fructuoſa ſignat diuine gratie irrigationem. Et de iſta dicit̄ Deut. xj. Dn̄s deus dabit pluuiam terre veſtre tempoꝛaneā ⁊ ſerotinā. Pluuia vitioſa ſignat mūdane gloꝛie fecūdationē. Et de hac dicit̄ Eccli. xl. Sub ſtātie iniuſtoꝝ quaſi fluuius ſiccabuntur. ⁊ ſicut tonitruū magnū in pluuia ꝑſonabūt. Pluuia vero doloꝛoſa ſignat mundi ⁊ inferni tribulationē. Et de hac dicit̄ in p̄s. Poſuit pluuias eoꝝ grandinē ignē cōburentē in terra ipſoꝝ. De iſta ergo pluuia quadruplici aliq̄d eſt dicendū. ¶ Dico ergo pꝛimo q̄ eſt pluuia ſuperioꝛ ⁊ mirabilis. Sicut em̄ videmus q̄ pluuia a ſuperioribus deriuatur. in nubibus generat̄. cū terra incoꝛpoꝛatur. Et ſic terra per ipſam rigatur ⁊ multipliciter fecūdatur. ⁊ aeris ſiccitas ꝑ ipſius irriguū temperat̄. Sic vere filius dei deſurſum a patre luminū noſcitur deſcēdiſſe. de nubibus. i. de virginis matris puris viſceribꝰ quantū ad humanitatem ſuum pꝛincipiū aſſumpſiſſe cum terra. ideſt cū humana natura per incarnationē incoꝛꝑatus fuiſſe. ⁊ ipſam mirabiliter doctrinis ⁊ gratijs irrigaſſe. ⁊ vbertate. bonoꝛū operū fecundaſſe. Et hoc eſt qd̄ dicitur Eſa. xl. v. Roꝛate celi deſuper et nubes pluant iuſtū. aperiatur terra ⁊ germinet ſaluatoꝛē. Sicut em̄ finxerūt fabule poetaꝝ. Cū iupiter ſummꝰ deoꝝ amaret quandā virginē. ſ. danaē filiā regis acriſij ſibiq̄ nō cōmode poſſet loqui cū in quadā turri clauſa ſtrictiſſime ſeruaret̄. mutauit ſe iupiter in pluuiā aureā. ⁊ deſuꝑ tectū turris ſtillauit in gremiū virginis et eā impꝛegnauit ⁊ perſeū militē foꝛtiſſimū in ea generauit. qui poſtea goꝛgonē ſerpentē qui cōmutabat hoīes in lapides occidit. ⁊ de marina belua andromadā puellam moꝛti condemnatā ſtrenuiſſime liberauit. Sic vere chariſſimi nō loquēdo fabulariter. ſed ſpūaliter. Jupiter qui interpꝛetatur iuuans pater. i. dei filius q̄ eſt deus deoꝝ ⁊ rex magnus ſuꝑ oēs deos. danaē virginē filiā regis acriſij. i. mariā virginē de genere dauid regis ſumme dilexit. ⁊ vt ei ſe poſſet coniungere in pluuiā auream ſe mutauit in q̄ntū. ſ. ꝑ beatam incarnationē in gremiū virginis ſine virili ſemine ad modū pluuie diſtillauit. Et ſic de iſta pluuia. ſ. ꝑſona filij dei nondū incarnata. ⁊ de iſta virgine. i. de dei filio ⁊ de maria natꝰ fuit ꝑſeus miles ſtrēnuus. ipſemet dei filius incarnatus q̄ tandē in pꝛelio crucis goꝛgonē ſerpentē antiquū. i. luciferū qui homines conuertebat in lapides. in q̄uantū ſcꝫ ipſos faciebat duros ⁊ indeuotos. ⁊ in ſuis malicijs obſtinatos. vincit ⁊ ſuperat. ⁊ virginē andromadam. i. humanā naturā moꝛti perpetue condēnatā. a maris belua. i. a ꝑtāte demonū liberauit. Et ideo breuiter de tam mirabili pluuia admiratiue loquitur ſcriptura. Job. xxxviij. dicens ſic. Quis dedit inquit vehementiſſimo ymbꝛi curſum vt plueret ſuꝑ terrā abſq̄ hoīe in deſerto vbi nullus moꝛtalium cōmoꝛatur. vt impleret inuiā ⁊ deſolatā. ⁊ ꝓduceret herbas virentes? Quis eſt pluuie pater. ⁊ quis genuit ſtillas roꝛis? Ac ſi diceret. Omnia iſta ſunt valde mirabilia: qꝛ ꝓculdubio mirabile fuit q̄ūo iſte ymber vltra curſū cōis nature pluit ⁊ deſcendit ſuꝑ terrā. i. ſuper virginē. abſq̄ hoīe. i. abſq̄ viri ſemine. que quidem virgo fuit quoddā deſertū incultū. ⁊ a nullo moꝛtaliū penetratū. Et q̄ūo ſic deſcendendo inuiā ⁊ deſolatā. i. humanā naturā donis ⁊ gratijs impleuit. ⁊ herbis virentibus. i. bonis operibus fecundauit. Quis eſt ergo pluuie pater ⁊c. q. d. difficile eſt credere. difficilius intelligere. difficillimū eſt perfecte cognoſcere. Patet ergo q̄ eſt pluuia ſupioꝛ que eſt mirabilis. ¶ Scd̄o dico q̄ eſt pluuia inferioꝛ que eſt laudabilis. B Et ita per pluuiā poſſunt intelligi oēs virtutes ⁊ gr̄e que mentem habent ſpūaliter irrigare. Sicut enim pluuia venit a ſupioꝛi. Sic ꝓcerto diuina gratia: qꝛ ſicut dicit̄ Jaco. j. Omne datū optimum ⁊ omne donū perfectū deſurſum eſt deſcendens a patre luminum. Et ideo breuiter de pluuia diuine gratie poteſt exponi illud Ezech. j. vbi dicitur q̄ ipſe vidit quaſi ſpeciem ignis ſplendentis. et quaſi aſpectum arcus cum fuerit in nube in die pluuie. Unde nota q̄ ꝑ iſtas quatuoꝛ pꝛopꝛietates pluuie materialis: poteſt quadruplex pluuia ſpiritalis deſignari. Pluuia ergo habet ſcilicet

| | |
|---|---|
| Feces emundare. | Sic vere diuina gratia |
| Aerem ſerenare. | vel etiā ipſe deus emū |
| Aridam humectare. | dat ⁊ purificat per plu |
| Sterilia fecundare. | uiam compunctionis |

Ignis. Serenat ⁊ clarificat ꝑ pluuiā diſcretiōis. Splēdentis. Humectat ⁊ mollificat ꝑ pluuiā cōpaſſionis. Arcus. Fecūdat ⁊ roꝛificat ꝑ pluuiā deuotionis. Nube. Pꝛobat cōpunctionē ardoꝛ depuratiuꝰ. Ignis inquit. qui. ſ. purgat metalla. Pꝛobat diſcretionē fulgoꝛ illuſtratiuus. Splendentis inquit. Pꝛobat cōpaſſionem rigoꝛ cōplicatiuus. Arcus inquit qui. ſ. cū coꝛda flectit̄. Pꝛobat deuotionē humoꝛ irrigatiuus. Nubes que. ſ. refrigerat ⁊ terrā fecūdat. Igit̄ dico q̄ inuenit̄ pluuia

| | |
|---|---|
| Mundificatrix. | Dico ergo q̄ |
| Clarificatrix. | eſt pluuia cō |
| Mollificatrix. | punctiōis mū |
| Roꝛificatrix. | dificatrix. Et |

iſta notatur per ignem: quia ſcilicet feruens compunctio et pluuia lachꝛymarum mundificat coꝛda ⁊ peccata conſumit ſicut ignis conſumit rubiginem ⁊ purgat metalla. Nam ſicut pluuia tollit feces ⁊ plateas mundat: ſic pluuia lachꝛymarum conſcientiam purificat et feces peccatoꝛum lauat. Ideo de iſto igne et de iſta pluuia poteſt exponi in bono illud Pſal. Poſuit pluuias eoꝛum in grandinem ignē comburentem in ter

Ayuntamiento de Madrid

ra ipſoꝝ. Ignis eñ feruēs cōpunctionis pater eſt plu-
uie lachrymaꝝ. Dicūt eñ phi ꝙ qñ calor ignis ⁊ ſolis
inuenit ſuplus nubē humidā cōpactā ⁊ opacā ſuis ra-
dijs fortiter reſiſtentē: ⁊ ibi in medio interſticio aeris
ex loci frigiditate gelatā ⁊ cōpactā: ſolet in ipſam forti
ter agere ⁊ erga eā calorē maximū generare. Et ſic illa
nubes in aquā reſoluit: ⁊ ↄuerſa in pluuiā ad terrā fe-
cundā inferius diſtillat. Et inde eſt ꝙ poſt magnū et
ſubitaneū calorē grandis pluuia ſequit. ⁊ ꝙ etiā poſt
nimiā aduſtionē ipſa pluuia qñq; rubea efficit: et ita
ſanguis pluere a ſimplicibus eſtimat. Sic vero ſpūali-
ter loquēdo nubes. i. voluntas ⁊ cōſcientia peccatoris
eſt qñq; multū humida ꝑ carnalitatē. multū cōpacta
per ꝓteruitatē: multū opaca ꝑ ignorantie obſcuritatē
⁊ multū reſiſtens calori ſolis. i. inſpirationi dei ꝑ obſti
nationis duriciā ⁊ ſoliditatē. Ueruntā qñq; fit ꝙ ſol
iuſtitie veniens vbi fortius obſtaculū inuenit. ibi for-
tius imprimit radios gratie ſue ꝑ bonā inſpirationē.
⁊ ibi fortiorē calorē generat per feruentē contritionē. ⁊
ſic nubē iſtā diſſoluit ⁊ liquefacit ꝑ flebilē cōpunctio-
nē. ⁊ pluuiā ſpiritalē emittit ꝑ fletū ⁊ lachrymationē
⁊ ita terra. i. anima que primo fuerat inanis ⁊ vacua fe
cundat per virtutū cumulationē. Et ita videtur loqui
de pluuia. Job. v. vbi dr. Qui deus dat pluuiā ſuper fa-
cies terre ⁊ irrigat aquis vniuerſa. Qui ponit humiles
in ſublimi ⁊ merentes erigit ſoſpitate. Iſta aūt pluuia
qñq; efficit ſanguinea in ꝗtū ipſam comitatur verecū
dia rubea atq; roſea. Luc. xxij. Factꝰ eſt ſudor eius qua-
C ſi gutte ſanguinis. Iſta eſt ergo pluuia cōpunctionis
mundificatricis. ¶ Deinde dico ꝙ eſt pluuia diſcretio
nis illuminatricis. ⁊ hoc notatur cū dicitur. Splendē
tis. Quia ſicut pluuia ſolet aerem ſerenū ⁊ clarū redde
re. ſolet etiā ventos ſedare. piſces impinguare. ⁊ ſiccam
cōplexionē adiuuare. ſicut dicit Conſtantinus. Sic ve-
re pluuia ſciētie ⁊ inſtructionis. aerē ꝯſciētie auditorū
illuminat. ⁊ ſerenat. ventos ſupbie ⁊ elatiōis eliminat
atq; ſedat piſces. i. ſimplices per gratias ⁊ virtutes im-
pinguat. et ſiccos diſſolutos. indeuotos. deſolatos et
deſperatos adiuuat ⁊ confortat. Et de tali pluuia do-
ctricis illuminatiōis dicit Deut. xxxij. Concreſcat in
pluuiā doctrina mea. fluat vt ros eloquium meū. Et
Ezec. j. dicit. Qō in nube erat ſplēdor in circuitu. Per
nubē vero pōt irriguū ſcientie denotari. que ſplendēti-
tem efficit mentē noſtrā. Iuxta illud ps. Educens nu
bes ab extremo terre. fulgura in pluuiā fecit. Qui ꝓdu
cit ventos de theſauris ſuis. Nubes enī ſicut doctores ⁊
ꝓdicatores ꝗ ꝓculdubio pluuiā doctrine ⁊ ſciētie no-
bis emittunt ⁊ ventos ſupbie de theſauris ꝯſcientiarū
fugant eijciunt ⁊ expellūt. Quis hodie videat dixiſſe do
minus de eccleſia qō Eſa. v. dicit de vinea ſua. Non pu-
tabitur. non fodietur. ⁊ aſcendent ſuper eā vepres ⁊ ſpi
ne. ⁊ nubibus mandabo deſuper ne pluant ſuper eam
ymbrē. Quia ꝓculdubio hodie in vinea eccleſie non eſt
qui putet per debitam correctionē. non eſt qui fodiat
terram carnis ſue per penitentiam et afflictionē. non
eſt ibi nubes. ideſt doctor vel predicator qui pluat ꝑ do
ctrinā ⁊ eruditionem. Et ideo ꝓcerto iſta vinea eſt ho-
die vepribus ⁊ ſpinis. i. malis ſollicitudinibus ⁊ pecca-
tis plena ⁊ occupata. iij. Reg. xvij. Siccatus eſt torrēs.
non enim pluerat dominus ſuper terrā. Sic ergo pa-
tet ꝙ eſt pluuia inſtructionis illuminatricis. ¶ Deni
q; dico ꝙ eſt pluuia cōpaſſionis mollificatricis. Plu-
uia enim que terram quā irrigat facit mollem ſignat
virtutem pietatis ⁊ compaſſionis que mentē facit te-
nerem. mitem et alienis miſerijs facile penetrabilem
atq; mollem. quod oſtēditur in nomine arcus celeſtis
quod eſt ſignum future pluuie. ⁊ federis inter deum et
terram. ⁊ quod habet figuram curuam concauā ⁊ pli-
catam. Quia ꝓcerto pietatis compaſſio pluuiam ele-
moſynarum ⁊ beneficiorum diſtillat deum cum homi
ne ⁊ hominem cum deo concordat ⁊ confederat et ad
ſubueniendum alijs miſericorditer ſe applicat et incli
nat. Arcus inquit. Et ideo Gen. ix. dicitur. Arcū meū
ponam in nubibus. Et ideo Eccli. xxxv. dicitur. Spe-
cioſa eſt miſericordia dei in tempore tribulationis. ſi-
cut pluuia in tempore ſiccitatis. Iſta eſt illa pluuia de
qua dicitur. Math. v. Qui pater ſolem ſuum facit oriri
ſuper bonos ⁊ malos. ⁊ pluit ſuper iuſtos et iniuſtos.
Et de iſtis etiam dicitur Ezech. xxxiiij. Pluuie benedi
ctionis erunt. Iſta eſt ergo pluuia compaſſionis mol-
lificatricis. ¶ Inſuper dico ꝙ eſt pluuia deuotionis ⁊ D
refrigeratricis. Et hoc oſtenditur cū dicitur. In nube.
Quia ſcʒ ſicut nubes ardorem tpis refrigerat. ſiccitatē
aeris temperat. et pluuia terram quā tangit roꝛificat
et fecundat. Sic vere deuotio que more pluuie nobis a
ſuperiori mittitur ſolet ardorem tentationis refrigera
re. ſiccitatem indeuotionis habet tollere et temperare
⁊ terram ideſt animā donis et gratijs fecundare. Ideo
de tali pluuia et de iſta nube dicitur Eccle. xj. Reuer-
tatur nubes poſt pluuiam. Iſta eſt enim pluuia de ce-
lo veniēs. Unde dicitur Deuterono. xj. Terram ad quā
ingrediemini poſſidendam de celo expectat pluuiam.
Et nota ꝙ iſta pluuia Nutrit. Delectat. Fecūdat. Nu
trit dico vitam gratie continuando et augmentando.
Et de hoc Eſaie. xliiij. dicitur. Plantauit pinum quā
pluuia nutriuit. Item delectat celeſtia guſtando ⁊ ſo-
porando ps. Pluit illis manna ad manducandum.
Item fecundat fructus bonorum operum in anima ꝓ
ducendo et ſanctos homines in eccleſia generando et
conſtituendo. Nam tempore pluuioſo generantur et
multiplicantur apes ⁊ econtra tempore ſicco propter
defectum humoris minuuntur. Herbe etiam tempus
pluuioſum diligunt ⁊ in pluuioſo tpe magis creſcunt.
Quia ꝓcerto pluuia deuotiōis ⁊ gratie qñ in eccl'ia vel
in religione abūdat. apes. i. viros ꝑfectos multiplicat
⁊ herbas. i. virtutes ⁊ bona opera generat et augmen-
tat ij. Reg. xxiij. Pluuijs generat herba. Et iſta mul-
tiplicatio apū per iſtam pluuiā. i. iſta ꝓductio viroꝝ
perfectoꝝ per deuotionē figurata fuit in fabulis poe-
tarū. Sicut enī dicunt fabule poetarū. Poſt diluuiū
cū pauci eſſent homines ſuper terram: deus miſit quā
dā pluuiā in terrā. de qua natus fuit quidā populus
qui dictus fuit populus curetaꝝ. Qui ꝓ tanto dicunt
de pluuia nati: q2 in quadā ſumma ſterilitate de fun-
gis terre ſeu de cloſſellis qui de quadam pluuia proue
nerunt fuerunt nutriti. ⁊ a famis ⁊ a mortis periculo
liberati. Quia ꝓculdubio chariſſimi pluuia deuotio-
nis in eccleſia nouos populos inſtituit. ⁊ ibi curetas.
ideſt homines ſue ſalutis curam habentes nutrit ge-
nerat ⁊ ꝓducit. Unde de virtute generatiua ⁊ producti-
ua iſtius pluuie dicitur Leuit. xxvj. Si ambulaueritis
in mandatis meis dabo vobis pluuias temporibꝰ ſuis
Sed ꝓculdubio multi ſunt ſimiles terre egypti in qua
nunq̄ cadit pluuia: quia ſcʒ aqua nili ſingulis annis
redundantis irrigat totā terrā. Sic vere multi ſunt ꝗ
pluuia celeſtis deuotionis ⁊ gratie nunq̄ irrigantur.
ſed aqua fluminis terreſtris. i. affluentia mundane ꝓ-
ſperitatis tantūmodo humectant. Et in iſtis verificat
illa maledictio qua maledixit dauid mōtes gelboe. ij.
Regū. j. Montes gelboe nec ros nec pluuia veniat ſup
vos. Et ſic patʒ ꝙ quadruplex eſt bona pluuia ſcilicet
Pluuia deuotionis. Compaſſionis. Inſtructionis. et
Compunctiōis. Sic ergo patet ꝙ eſt quedam pluuia
inferior ſeu interior que eſt laudabilis. ¶ Tertio dico E
ꝙ eſt quedam pluuia exterior que eſt damnabilis. Et
iſta pluuia quatuor ſignat. ſcilicet

Temporalem proſperitatem.
Mundialem aduerſitatem.
Criminalem iniquitatem.
Infernalem penalitatem.

¶ Prima eſt pluuia fulminea.
Secunda eſt pluuia grandinea.
Tertia eſt pluuia ſulphurea.
Quarta eſt pluuia fulgurea.

Prima ergo eſt pluuia ꝓſperitatiſ q̄ eſt fulminea Plu
uia enī temperata eſt vtilis. ſed ꝓcerto qñ eſt exceſſiua
⁊ impetuoſa

Ayuntamiento de Madrid

ꝛ impetuoſa:ita ꝙ ad modū fluminis impetuoſe deſcēdit:ꝛ maxime ſi nimis diu perſeueret:tunc mirabiliter eſt nociua.Tūc eī ſolet flores ꝛ fructus in arboribus corrūpere ꝛ peiorare.Quia etiā de vite ꝛ oliua certū eſt ꝙ ſi fructus eaꝝ matureſcat in tpe pluuioſo: ꝛ vinū ꝛ oleū minus valent ꝛ faciliime corrūpunt.Itē ſolet ſemina ſuffocare fructus corrūpere ꝛ peiorare.Itē ſolet aliquos piſces excecare:ꝛ aliquos penitus occidere et necare:ꝛ in frumēto herbas ſupuacuas generare. Nā vt dicit Ariſto. eſt quidā piſcis q̄ dicit cortcam:qui ſi pluuiam guſtauerit moritur ipſa die. Sic vere pluuia mūdane pſperitatis:que.ſ.cōſiſtit in diuitijs:delitijs:honoribus.ꝛ mundanis ſcientijs : quia vere iſta ſi nimis abūdauerit ſolet in anima multa generare. Iſta enim ſemina bonaꝝ cogitationū ſuffocat fructus bonorum opeꝝ corrūpit vel deteriorat. Oculos ſane diſcretionis excecat:herbas vitioꝝ ꝛ maloꝝ deſideriorum generat ꝛ ipſaꝫ guſtantes idelt in ipſa ſe delectantes occidit ſpiritualiter.ꝛ vita gratie deſtituit atqꝫ priuat. Et ideo de tali fluminea ꝛ impetuoſa pluuia dicitur Math.vij. Deſcendit pluuia venerunt flumina : flauerunt venti: ꝛ irruerunt in domū illam ꝛ cecidit. Iſta eſt illa pluuia qua tempore diluuij ſubmerſa eſt omnis caro ſicut dicitur Gen̄.vij.Et cū qua etiā hodie dyabolus ſubmergit multa genera peccatorum.Et ideo bene conſulitur iij.Regū.xviij.Deſcende ne te occupet pluuia . Iſta eſt pluuia proſperitatis que eſt fluminea.¶ Secunda eſt pluuia aduerſitatis que eſt grandinea. Et de iſta dicit Exo.ix.En pluam hac ipſa hora cras grandinem multam nimis.¶ Tertia eſt pluuia iniqtatis que eſt ſulphurea:quia ſcilicet peccatū ad modū pluuie ſulphuree ardet per concupiſcentiā.ꝛ fetet per infamiam . Et ideo Gen̄.xix.dicitur.Dn̄s pluit ſuper ſodomam ꝛ gomorrā ignem ꝛ ſulphur. ¶ Quarta eſt pluuia que eſt eterne penalitatis:que eſt fulgurea. Quia ſicut dicitur in ps.Fulgura in pluuiā fecit. Unde de damnatione gog dicit dn̄s Ezech.xxxviij. Ignem ꝛ ſulphur pluā ſuper eum et ſuper populos multos qui cum eo ſunt. Et ſic ergo pꝫ quomodo diuerſa ſunt genera pluuiaꝝ tam in bono ꝙ in malo.

A **Plumbum.** Nota ꝙ plumbū eſt metallū ceteris metallis vilioris reputationis.Ceteris grauioris inclinationis. Ceteris promptioris inquinationis.Iſtud enim parū valet ꝛ modicū aſcendit.baſſum locum tenet et infime deſcendit. manus fedat:ꝛ tangentem offendit.Igitur per plumbum poſſunt intelligi omnes peccatores.De quibus poteſt dici illud Ezech.xxij.Omnes iſti es ꝛ ſtānum ꝛ ferrum ꝛ plumbū in medio fornacis.ſcilicet conſumpti ſunt quaſi dicat.modice ſunt virtutis ad reſiſtendū tribulationibus ꝛ peccatis.Item ad peccatum ꝛ ad infernū faciliter ruunt ꝛ ad id grauiter inclinantur. Exod.xv. Deſcenderunt in profundū quaſi lapis.ꝛ quaſi plumbum in aquis vehementibus.Item alios ſe contingentes.hoc eſt dictu.ſocios ꝛ vicinos fedant ita ꝙ ipſoruꝫ dictis ꝛ exemplis ipſi iunguntur ꝛ maculant Zacha. v.Miſit maſſam plūbeam in os amphore. Uel ſi vis ꝑ plumbum quod eſt nigrū: infectiuū. conſumptibile ꝛ deorſum cadens ꝛ tendens. intellige corpus humanū vile putridū:corruptibile . ꝛ facile corruens ad mortē. Uel ſi vis tale eſt peccatū:q: ſ.eſt inficiens.deorſum cadens.ꝛ parū valens. Eccl.xxij. Sup plumbū quid grauabit?Uel ſi vis ꝑ plumbū intellige diuitias que grauant:fedant ꝛ cito depereunt.atqꝫ ceſſant.Unde de diuitijs tyri dr̄ Ezec.xxvij. Argento inqt ꝛ plūbo repleuerunt nūdinas tuas ꝛc. Uel ſi vis dic ꝙ plumbū ſignat paupes humiles.qui ſunt locū infimū querētes. ꝛ parum inter alios reputati.ꝛ tñ multuꝫ alijs pficientes. Plumbū eī in fornace cū alijs metallis argēto.ſ. auro ponit.ꝛ dū iſtud igne cōſumit aliud a pſumptione ſeruat.Sic ſunt paupes.Iſti eī in loco ꝛ ſtatu inferiori ponunt.paꝝ apud alios reputant. ꝛ igni tribulationū pro alijs opponunt ꝛ exponunt. Num.xxxi. Ferruꝫ ſtānum ꝛ plumbū igne purgabitur ꝛc.

**Plures. Plurimus** Nota ꝙ eſt pluralitas ſcilicet A

Laudanda.
Uitanda.
Horrenda.
Petenda.
Frequentāda.
Deteſtanda.
Expectanda.
Suſtinenda.
Dimittenda.
Exequenda.
Obſequenda.
Diligenda.

Prima eſt pluralitas meritoruꝫ. Et de hoc Gen̄.xxxiij.Habeo plurima frater mi.Et pūerb.xiiij.vbi plurime ſunt ſegetes manifeſta ē fortitudo bouis. Scda eſt pluralitas vitioruꝫ.Eccli.xlvij.Plurima redundauerūt peccata ipſoꝝ.Tertia eſt pluralitas tormētoꝝ.Ezec.xj.Plurimos occidiſti in vrbe hac Quarta eſt pluralitas gaudioruꝫ Luc.vij. Quis ergo eū.ſ.deū plus diligit?exiſtimo ꝙ is cui plus donauit.Quinta eſt pluralitas hoīm perfectoꝝ Hebre. vij.Plures facti ſunt ſacerdotes .Sexta eſt pluralitas hoīm peccatoꝝ.Et de hac Exo.xxiij. Non acquieſcas plurimoꝝ ſentētie vt a recto deuies. Septima eſt pluralitas tpaliuꝫ bonoꝝ. ꝛ de hac dicit Exo.xxxvj.Plus offert populus ꝙ neceſſe ſit.Et pūerb.xix. Diuitie addunt amicos plurimos.Octaua eſt pluralitas tpaliū maloꝝ.j.Cor.xv.Plus oībus laboraui. Nona eſt pluralitas ſecularū negocioꝝ.Et de iſta dr̄ Iaco.iij. Nolite plures magiſtri fieri fratres mei ſcientes qm̄ maius iudiciū ſumitis Et marthe dr̄ Luc.x.Martha martha ſollicita es ꝛ turbaris erga plurima ꝛc. Et Naū.iij.dicitur. Plures feciſti negociationes tuas ꝙ ſtelle ſunt celi.Decima eſt pluralitas virtualiū actuū ꝛ operū ꝛ factorū.Et de hoc Iob.xv.In hoc clarificatus eſt pr̄ meꝰ vt fructū plurimuꝫ afferatis.Undecima ē pluralitas nos ꝓtegentiū angeloꝝ.Et de hoc.ij.Paral.xxxij. Multo eī plures nobiſcū ſunt ꝙ cū illo. Duodecima pluralitas eſt humiliū ſeruitoꝝ.Math.xxj.Plurima autem turba ſtrauerūt veſtimenta ſua in via.Et ſic breuiter dico ꝙ pluralitas ſumitur multis modis qd̄ longū eſſet pſequi.Et ideo omitto gr̄a breuitatis.Uide.ſ.de Magis ꝛ de multitudine.

**Plus. Pluſquā.** Nota ꝙ plus ꝛ pluſꝙ ſignāt quandā excellētiā A ꝛ ſupabūdantiā eminenentē ſiue bona fuerit ſiue mala.Igit notemus ꝙ iſta noīa plus ꝛ pluſꝙ referri poſſunt ad oīa gn̄a pſonaꝝ vꝫ. Ad deū.Ad iuſtū . Ad impiū.Primo ergo dico ꝙ iſta dictio neutralr̄ ſumpta referri pt̄ ad deū creatorē.Deus eī in oībus habꝫ plus ꝛ pluſꝙ.excellit ꝛ abūdat in oibus bonis.abundat enim

In ſcientia ſumme relucente.
In clementia cunctis ſuccurrente.
In ſapientia omnia regente.
In patientia omnia ferente.
In amicicia omnia fouente.

Iſte ergo plus hꝫ ceteris de ſciētia.vn̄ Eccli.xxiij. oculi dn̄i plus multo lucidiores ſup ſolē ſunt. Itē plus hꝫ ceteris de clemētia vn̄ ipſe eſt q̄ dicit Oſee.vj. Miſericordiā volo ꝛ nō ſacrificiū ꝛ ſcientiā dei pluſꝙ holocauſta Itē plus hꝫ ceteris de ſapiētia.Unde de xp̄o dr̄ Math. xij.Ecce pluſꝙ ſalomon hic.Itē plus hꝫ ceteris de patientia ſeu modeſtia.Unde Math.xij.de eo dicit.Ecce pluſꝙ iona.Iona eī interp̄tat colūba. que.ſ. auis eſt patiēs ꝛ benigna.Itē plus hꝫ ceteris de amicicia. Ipſe eī plus ceteris amat ꝛ plus etiam vult amari. Unde ipſe dicit Math.x. Qui amat patrē ſuū ꝛ matrem pluſꝙ me non eſt me dignus. Igit plus ꝛ pluſꝙ referꝛ B ad deū creatorē.¶ Scd̄o dico ꝙ referri poteſt ad iuſtum viatorē.Iuſti eī habent ſuā excellentiaꝫ ꝛ ſuum plus:q: ſcilꝫ in virtutibus ꝛ bonis operibꝰ ſolent plus ceteris abūdare. Iſtis eī dicitur Math.v. Niſi abūdauerit iuſtitia veſtra pluſꝙ ſcribaꝝ ꝛ phariſeoꝝ non intrabitis in regnū celoꝝ. Arbor eī que profundius plantatur.ꝛ que melius colit ꝛ purgat ſuo plus pficit poſſeſſori eo.ſ.q: plus abundare fructibus cōprobat. Sic vere q: iuſti ſunt pfundius in fide ꝛ in moribus radicati.ꝛ ab omni ſupfluo ꝑ penitentiā ꝛ temperantiaꝫ

Ayuntamiento de Madrid

plus purgati ſunt bonis fructibus ſcilicet virtutibus et operib⁹ pre ceteris plus repleti. Unde xpus ſummus agricola dicit Ioh. xv. Omnē palmitē in me non ferē-tem fructū tollet eū: et oēm q̄ fert fructū purgabit eū vt fructū plus afferat de iſto plus et de iſta morali abūdā tia et opulētia poſſum⁹ notare q̄ iuſti Plus habent

Sapientie reſplendentis.
Reuerentie metuentis.
Amicicie diligentis.
Affluentie ſc. prebentis.
Subiacentie ſe ſpernentis.

¶ Iuſti ergo plus habēt ceteris de ſplendore qui men tes dirigit. hoc eſt dictu de ſapientia Sap. vij. Sapien-tia inquit in me eſt plus q̄ in cunctis viuētibus. Iſtud eſt enim vnum plus quod ſumme eſt appetendū. quia ſicut dicitur Eccleſiaſtici. vij. Hoc autem plus habet eruditio et ſapientia q̄ vitam tribuit poſſeſſori ſuo. Itē plus habent ceteris de timore qui mentes corrigit. ſi-miles ſcilicet illi de qua dicit Neemie. vij. q̄ Ananias erat quaſi vir verax. et timens deum plus ceteris videba-tur. Iſtud eſt enim vnum plus quo corrigitur mens hu mana. ſcilicet timor dei. Quia ſicut dicitur Prouerb. xvij. Plus proficit correctio blanda apud prudentem q̄ centum plage apud ſtultum. Item iuſti habent plus amoris qui mentes erigit. ſcilicet in proximū et in deū. Unde dominus facit queſtionem de illo cui paterfa-milias plus donauit. qui ſcilicet ipſum merito plus di ligit. Luce. vij. Quis ergo inquit eum plus diligit. Exi ſtimo quia is cui plus donauit. Et reuera deum plus tenemur diligere a quo ſcimus nos et plura recepturos et recepiſſe. Dat enim multis gratiam in preſenti et glo riam in futuro. Plus donat etiam diuitibus q̄ paupe ribus etc. Et ideo ipm plus diligere tenentur. q̄uis ipe de multis poſſit dicere illud. ij. Cor. xij. Licet plus vos diligens minus diligar. Iohan. xxj. Symon iohannis diligis me plus his etc. Item iſti plus habent dulcoris qui ſua porrigit. ſ. dulcoris miſericordie: qui ſua porri-git indigēti. Vñ de iſto plus dr̄ illud Exo. xxxvj. Plus offert popul⁹ q̄ neceſſe ſit. Unde de vidua paupe duo era minuta offerente. et mittente in gazophilatiū dicit Luce. xxj. q̄ vidua hec plus oibus miſit. Itē iuſti plus habēt pudoris qui ſeſe negligit: qz. ſ. iuſti p̄ virtutem hu militatis plus contemnunt ſeipſos q̄ alios. ſicut apo ſtolus de ſeipſo dicebat. ij. Cor. xj. vt minus ſapiēs di-co plus ego. Et dauid etiam de ſeipſo dicebat. ij. Reg. vj. ca. Uilior inquit fiam plus q̄ factus ſum. et ero hu-milis in oculis meis. Patet ergo q̄ eſt vnū plus quod pertinet ad iuſtum viatorem.

C ¶ Tertio dico q̄ in ſcri-ptura inuenitur vnum plus quod pertinet ad vanum peccatorem. Mali enim quanto plus viuunt, tanto plus peccant. Unde beatus Bern. in meditationibus ſuis dicit. Cur inquit tanto deſiderio appetimus vitā iſtam in qua quanto plus viuimus tanto plus pecca-mus. Sunt enim mali ſimiles leene que quanto plus viuit. tanto plus ſtereleſcit. Sic iſti quanto plus viuūt tanto plus infecundi et ſteriles fiunt. Notabis igitur de malus q̄ impius

Plus Querit ſapere q̄ deceat.
Plus Cupit capere q̄ habeat.
Plus Solet ſpernere q̄ debeat.
Plus Solet ruere q̄ vigeat.
Plus Uult preſumere q̄ valeat.
Plus Solet putreſcere q̄ ſoleat.
Plus Solet cadere q̄ redeat.

Dico q̄ impius plus querit ſape q̄ deceat. Et tñ Eccl. viij. dr̄ q̄ q̄to plus laborauit ad querēdū. ſ. ſecreta dei. tāto minus inueniet. Ideo bñ dicit apls ad Ro. xij. Nō plus ſape q̄ opz ſape. ſed ſape ad ſobrietatē. Et Eccl. vij. Non plus ſapias q̄ neceſſe eſt. Itē plus cupit cape q̄ habeat. Nunq̄ em̄ ſatiat bonis mūdi ſemp em̄ vel-let hr̄e plus. Sil's ydropico qui q̄to plus bibit ſemp plus ſitit. Et igni etiā qui q̄to plus de lignis recipit tā to plus creſcit. Unde de illis operarijs qui non contenti denario diurno pro quo conuenerant dicitur Math. xx. q̄ arbitrati ſunt q̄ plus eſſent accepturi. Et tamen iſti deberent attendere ad illos qui colligebant man-na: quorum illi qui plus receperant non plus habuerūt q̄ alij. ſicut dicitur Exodi. xvj. quia ſcilicet in morte di uites qui modo videtur plus ceteris colligere. nō plus alijs ſecū portabunt. Unde ibidem. Nec qui plus col-ligit habuit amplius. Item malus plus ſolet ſpernere q̄ debeat. ſcz deum et iudicia ſua. Unde de hieruſalem dicit dominus q̄ ipſa contempſit iudicia mea vt plus eſſet impia q̄ gentes Ezec. v. Item iſte plus ſolet ruere ſeu deficere q̄ vigeat. Unde iſte eſt ille de quo Eccli. xj. dicit. Eſt homo marcidus egens recuperatione. plus deficiens virtute et abundans paupertate. Itē iſte plus vult preſumere q̄ valeat. Unde Eſaie. xvj. Audiuimus ſuperbiam moab. ſuperbus eſt valde. ſuperbia eius ar-rogantia et indignatio eius plus q̄ fortitudo eius. Itez plus vult putreſcere q̄ ſoleat. ſ. per peccatum luxurie. Unde de meretrice Doliba dicitur figuraliter Ezech. xxiij. q̄ ipſa inſaniuit libidine plus q̄ ſoror ſua. et forni-cationē ſuam ſuper fornicationem ſororis ſue ad aſſy riorum filios pbuit impudēter. Itē iſte plus ſolet cadere q̄ redeat ſcilicet per damnationem eternā. Unde dam nati poſſunt dicere illud Daniel. iij. Diminuti ſumus plus q̄ omnes gentes. Sic ergo patet quomodo plus diuerſimode ſumitur in ſcriptura ſcilicet quantum ſpe ctat ad malum impie viuentem. Ad iuſtum debite agē tem. Ad deū eterne manentem. Sufficiat. Uide de ma-gis. et de amplius.

# Potius. poculum. pollex. B

De potius. poculū et pollex pauce ſunt auto ritates. Et ideo non pſequor. hoc ſolū aduer te q̄ potius accipit pro magis plus vel ampli⁹ vel etiā quandoq; pro melius conuenientius. Potius enī et me-lior idē ſunt. Uide ergo ibi. Poculū aūt vas eſt qd mi-niſtrat vinum illi qui potarat. Uide de potu. et potare. Pollex aūt groſſior fortior et breuior digitus eſt qui fit in manu. Uide ergo de manu.

# Polliceri. Pollicitus. B

Nota q̄ polliceri idez eſt q̄ promittere cum certitudine vel cum pacto. Eſt enī pollicitus idez quod firmiter aliquid paciſcens aut p mittens. Sicut bene ſupponitur Deut. j. vbi dicitur. Non videbit quiſpiam etc. terram bonam quam ſub iu ramento pollicitus ſum patribus veſtris. Notabis er-go q̄ triplex eſt pollicitatio ſcilicet

| | | |
|---|---|---|
| Promerenda. | Prima dei. | De⁹ ei pollicet bona |
| Adimplenda. | Scda iuſti | Iuſtus vera. |
| Precauenda. | Tertia ipij. | Impius falſa. |

¶ Primo igit dicamus q̄ pollicitatio dei q̄ eſt pmerē da. Cōſtat em̄ q̄ deus pmiſit et pollicitus fuit ſuis fide libus oē bonū. Vñ nota q̄ ipſe pollicitus eſt nobis vez

Equitatis ducem.
Ueritatis lucem.
Tranquillitatis pacem
Hereditatis vicem.
Sublimitatis arcem.

Pollicit⁹ dico fuit humano generi du-cez toti⁹ equitatis. ſ. ſeipſum qui ſe pmi-ſit ad nos venturū et nobiſcum habitaturuz in carne virginis glorioſe. Et de hoc poteſt exponi illud. ij. Paralip. vj. c. Dominus pollicitus eſt vt habitaret in caligine. ideſt in vtero vir-ginali. Nubes enim et caligo in circuitu eius. Item pol licitus eſt lucem totius veritatis. ſcilicet certitudinem fidei quam homini reuelauit. Gal. iij. Pollicitationē ſpiritus accipiamus per fidem. Item pollicitus eſt pa cem tranquillitatis. Unde Ioſue. xxij. Dedit dominus pacem ſicut pollicitus eſt Item pollicetur deus vicem eterne hereditatis. ſcilicet terram promiſſionis para-diſi. Deutero. xxxj. Introduces filios iſrael in terram quam pollicitus es. Item pollicetur arcem ſuperne ſub-limitatis. ſeu dignitatis et autoritatis. ſcilicet regnum et gloriā paradiſi. ij. Paral. vij. Suſcitabo thronum re-gni tui ſicut pollicitus ſum vt et ſibi dicat quilibz illud

Ioſue. xxiij.

Ayuntamiento de Madrid

Joſue.xiiij. Da ergo mihi montem iſtum ſicut pollicitus es. Iſta eſt ergo pollicitatio dei que eſt ꝓmerenda. Quia ſcilicet deus iſta nobis pollicetur ſub conditione. ſi ſcilicet debito modo nos habuerimus erga ipm: ſi non offenderimus ꝑ peccatū: q: ſcilꝫ tūc pollicitatio nē hmōi perderemus. vnde Hebre. iiij. Timeamus ergo fratres ne forte relicta pollicitatione introeūdo in

B requiē eius exiſtimet aliqs ex nobis deeſſe. ¶ Scdo dico ꝙ eſt pollicitatio adimplēda. Et iſta ꝓcerto eſt illa quā nos facimus deo ⁊ ꝓximo. Quicquid eīn polliciti ſumus deo fidē ipſius ſuſcipiendo. ex voto ſibi nos obligando. ⁊ demonibus mundo ⁊ vitijs renunciando. ⁊ in religione etiā forſitan profitendo ⁊ quicquid etiam proximis noſtris pollicemur. alter alteri pacta iurando. nos ꝓcerto debemꝰ implere ⁊ ſine fraude facere ⁊ tenere. Num.xxxij. Quod polliciti eſtis implete. Unde Salomoni dictū fuit. ij. Paralip. ij. c. Triticū ⁊ ordeuꝫ ⁊ oleum ⁊ vinum quod pollicitus es mitte ſeruis tuis. Iſta eſt ergo pollicitatio que eſt adimplenda. ſcilicet omnis illa que de ſe eſt licita ⁊ honeſta. ¶ Tertio dico ꝙ eſt pollicitatio precauenda. ſcilicet omnis illa que de ſe eſt illicita ⁊ iniuſta. ſicut fuit illa quam fecit herodes filie Math. xiiij. vbi dicitur ꝙ cum iuramento pollicitus eſt ei dare quecunqꝫ poſtulaſſet. Ipa vero poſtulauit caput iohannis baptiſte. Fatua eīn pollicitatio ſed impijſſima fuit redditio. Sicut etiam de iepte legimus qui propter fatuū votū filiam deo ſacrificauit. et tamen miſera filia voluntarie mortem ſuſtinens dixit ei. Judic. xj. Fac inquit mihi quodcunqꝫ pollicitus es. Talia ergo promiſſa non ſunt facienda. ⁊ ſi facta fuerint non ſunt tenēda. Non enim tenetur homo implere tales pollicitationes: quando ſcilicet ſunt ꝯtra deū ⁊ contra bonos mores. Fatui ſunt ergo qui inhoneſte ⁊ illicita alijs pollicentur ⁊ iurant. ſicut de raptore dicitur Job. xvij. Cor eorum longe factū eſt a diſciplina. Sequitur. Predā pollicetur ſocijs ⁊c. Et ſic igitur patet quomodo in ſcriptura reperitur pollicitatio. precauenda. adimplenda ⁊ ꝓmerenda ſufficiat. Uide ſupra. vbi Juramentum. vbi Pactum ſeu paciſci. ⁊ vbi ꝓmittere ⁊c.

A **Polluere.** Nota ꝙ pollutio idem eſt quod immundicia. Et ideo ille ſpiritualiter eſt pollutus qui diuerſis vitijs eſt imbutus. ¶ Unde poſſumus notare ꝙ in ſcriptura inuenitur pollutio et immundicia.

In eccleſia exterius.
In anima interius.
Et in inferno inferius.

Et ſic dico ꝙ eſt pollutio exterior ⁊ pudoroſa. interior ⁊ vitioſa. poſterior ſeu inferior ⁊ doloroſa. De exteriori dicitur in ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuā. polluerūt templū ſanctū tuū. De interiori dicitur Leuit. xx. c. Non polluatis animas veſtras. De inferiori dicitur cuilibet damnato illud Amos. vij. Tu in terra polluta morieris. Et Ezec. iiij. dicit Comedent filij iſrael panem ſuum pollutum in terra aliena ⁊c. Dicamus igitur aliquid de duabus primis. videlicet. de pollutione eccleſiaꝝ: ⁊ de pollutione perſonarū. ¶ Primo quidem dico ꝙ eccleſia polluitur per ſcelera ſuoꝝ ſeruitorū. ſicut eīn videmus ꝙ ſtabula animaliū ⁊ equorū in quibus ſunt. ſ. animalia viuunt ⁊ comedūt ⁊ dormiūt valde ſunt fetida ⁊ immunda. non quidem ex ſe nec ex ſui natura. ſed ꝓ eo ꝙ ipſa animalia que impinguantur ⁊ ſtabulantur ibidē polluunt ea inꝗtū ibi ꝓijciūt feces ſuas. Sic ꝟe chariſſimi: ſtabulū eccl'ie (que etiaꝫ a xpo ſtabulū dicitꝰ ⁊ ꝑlati eius ſtabularij nuncupant Luc. x.) ꝗuis ex ſui natura ſit purū ⁊ mundū: q: tñ mali eccl'iaſtici q ibi ſtabulant ⁊ impinguantur ibi hodie ꝓijciūt multiplices feces vitioꝝ ⁊ pctōꝝ: q. ſ. ibi faciūt ⁊ cōmittūt. hinc eſt ꝙ hodie iſtō ſtabulū multipl'r eſt pollutū ⁊ multis immūdicijs inqnatū. ps. Polluerūt tabernaculū nois tui. Et iō ſicut taxꝰ dimittit domū ⁊ cauernā ſuā qñ videt eā a vulpe ſtercorizatā ⁊ pollutā. Sic hodie deus in multis videt ſuā eccleſiā deſerere ꝓ eo ꝙ videt eā per maliciam vulpis dyaboli: tot ⁊ tantis pollutionibus plenā eſſe. Ipe eīn deus facit hodie ſm legē quā ipſe tulit. Prohibuit eīn in lege ne aliqd immundū tangeret. Num. xix. Quicūqꝫ tetigerit humane anime morticiniū polluet. Et ratio eſt ſicut ibidem dicit. Quicqd tetigerit immūdus immundum faciet. Cū ergo ipſe ſit mundiſſimus ⁊ videat totū ſtatū eccleſiaſticū vt in pluribus pollutū ⁊ immundū. hinc eſt ꝙ ipſum hodie non dignat tangere. nec ſibi ꝑ amorē adiungere. immo videt ipſam totaliter abhorrere: Ideo ciuitati eccleſie ⁊ ipſis eccleſiaſticis: in figura hieruſalē ⁊ poſſeſſoꝝ ſuorū loquitur dñs Ezech. xxij. Pupillum inquit ⁊ viduā contriſtauerūt apud te ſanctuaria mea ſpreuiſtis. ⁊ ſabbata mea polluiſtis. Uiri detractores fuerunt in te ad effundendū ſanguinē ſuper montes comederunt in te. Sequitur. Unuſquiſqꝫ in vxorē proximi ſui operatus abominatonē: ⁊ ſocrus nurū polluit ⁊c. Munera acceperunt in te. vſurā ⁊ ſuperabundantiā ⁊c. Ecce chariſſimi: quot genera pollutionum ſunt hodie in eccleſia ſancta dei. Ibi eīn ſunt ſicut ptꝫ ſcꝫ Pollutiones incōpaſſionis. q: ibi pupillus ⁊ vidua contriſtantur. Itē pollutio indeuotionis: q: ibi ſabbata ⁊ ſanctuaria non coluntur. Itē pollutio detractiōis q: ibi alter de alterius negocijs obloquitur. Itē pollutio carnalis infectiōis: q: ibi adulterā adulter ⁊ ſocrus nurū polluet. Itē pollutio ſymonie ⁊ ambitiōis: q: ibi munera acceperunt in te. Itē pollutio auaricie ⁊ extorſionis: q: ibi eſt vſura ⁊c. Et ideo breuiter poſſumꝰ notare ꝙ mali eccl'iaſtici hodie polluūt eccleſiā propter

Carnalem infectionem.
Munerum acceptionem.
Maiorum adulationem.
Indignorum exaltationem.
Negociorum occupationem.

Eccl'ia eīn ſpūaliter eſt polluta iſtis qnqꝫ. ſ. vitijs carnali infectione. vñ cuilibet carnali eccl'iaſtico dr illud Hiere. iij. Polluiſti terrā in fornicatiōe tua. Itē munerū acceptiōe. Ezec. xx. Nomē ſanctū meū polluiſtis in muneribꝰ veſtris. Itē ſupioꝝ adulatione: q: ſ. hodie illi q melius ſciūt adulari ſunt ſupioribꝰ magis chari. ⁊ iſta pollutio ſignificat ꝑ idola q: ſicut antiqtus terra ⁊ templū erāt polluta: qñ ibi idola colebant. ſicut de ciuitate hierl'm dr Ezec. xxij. ꝙ fecit idola ꝯtra ſemetipm vt pollueret. Sic ꝟe hodie eccl'ia eſt tota polluta ꝓ eo ꝙ idolis inſufficientibꝰ ꝑlatis ibidē thurificat ⁊ adulat. Cōtra illud qd ſcribit ibidē. In idolis egypti nolite pollui Itē polluit indignoꝝ ꝓmotiōe. Eze. xxviij. Inducā ſuꝑ te alienos ⁊ polluent decorē tuū. Itē polluit negocioꝝ occupatiōe. vñ Ezec. xxviij. In multitudine iniqtatū negociationū tuaꝝ polluiſti ſanctificationeꝫ tuā. Q: ꝓcerto hodie eccl'ia ⁊ eccl'iaſtici intm̄ occupantur i negocijs tpalibꝰ ⁊ ſecularibꝰ ꝙ hodie tota ſanctificatio ſua eſt polluta. Et ſic breuiter ptꝫ ꝙ etiā polluitur ꝑ ſcelera ſuoꝝ ſeruitoꝝ. ¶ Scdo dico ꝙ mali polluunt ꝑ ſcelera multoꝝ vitioꝝ. Nota ꝙ hō ſm legē antiquā literaliter: ⁊ ſm nouā ſpūaliter polluitur. ſcilꝫ B

Ex maloꝝ ꝯiunctiōe.
Ex humoꝝ effuſione.
Ex ciboꝝ comeſtione.
Ex ꝟboꝝ ꝓlatione.
Ex operū impletione.

Pria eſt pollutio male ſocietatis: q: ſ. antiqtus qcūqꝫ tāgebat aliqd reptile vel aliquē mortuū pollueba. ſicut dr Leuit. xj. ⁊ Nume. xix. In quo ſignabat ꝙ ille q reptilia ⁊ mortuos. i. viros peccatores et infames tangit ipſoꝝ. ſ. ſocietatē ſectando. exinde facile polluitur ipſorū mala imitando et ſe eis conformando. Ideo precipitur Eſaie. lij. Pollutum noli tangere. ¶ Secunda eſt pollutio vilis carnalitatis. Sicut enim dicitur Numeri. v. Ille qui ſemine fluebat pollutus erat. Sic luxurioſi. vnde Trenoꝝ j. Facta eſt hieruſalem quaſi polluta mēſtruis. ¶ Tertia eſt pollutio vilis guloſitatis. Leuitici. xix. Si quis poſt biduum comederit ſanctum domini polluit. Et ideo de Daniele legitur Danielis primo qd ipſe propoſuit in corde ſuo ne ipſe pollueretur de menſa regis.

Ayuntamiento de Madrid

¶ Quarta eſt pollutio vane loquacitatis. de quo dicit Eſa. vj. Uir pollutus labijs ego ſum. ¶ Quinta vero eſt pollutio grauis iniquitatis. vnde Eſa. lix. Manus veſtre pollute ſunt ſanguine. Et ſic ergo patet quomodo diuerſimode polluitur eccleſia et perſone etc. Uide ſupra de immundicia et de macula.

A **Pomum.** Cum poma generaliter ſumantur pro quibuſcunque arborum fructibus. teſtas tamen aut duros cortices non habentibus: quia .ſ. fructus cum teſta dura: non poma: ſed potius nuces dicuntur. Poſſumus moraliter dicere quod ſecundum diuerſitatem pomorum ſeu etiam viridariorum varia genera ſunt pomorum. ¶ Dicam ergo quod nos inuenimus poma

Interiora. Prima ſunt modeſtia que ſunt perfectorum.
Deteriora. Secunda terreſtria que ſunt peccatorum.
Exteriora. Tertia ſilueſtria que ſunt mundanorum.
Superiora. Quarta ſunt celeſtia que ſunt beatorum.

¶ Primo ergo dico quod ſunt quedam poma interiora que ſunt hominum perfectorum. Et iſta procerto ſunt interiores gratie et virtutes. que in viridario cordis et in arbore beneuolentatis naſcuntur que bone fame fundunt odores. et per bona exempla bone que doctrine verba alij de eis nutriuntur. Leuit. xix. Quinto anno comedetis fructus congregantes poma Et ſiuis ponere quomodo multa ſunt genera bonorum pomorum ſcilicet rubea. aurea. viridia. candida ſeu niuea. matura. dura. mollia. aſpera. dulcia etc. Sic vere dico quod varia ſunt genera virtutum ſcilicet rubea. hec eſt charitas. aurea hec eſt honeſtas. viridia hec eſt innocentie puritas. niuea. hec eſt caſtitas. matura hec eſt temperantia. dura hec eſt penitentia. mollis. hec eſt benignitas et modeſtia. aſpera hec eſt iuſtitia. dulcis. hec eſt miſericordia. et ſic de alijs. Talia ergo poma debent viridaria cordium noſtrorum portare. et ipſa deo tanquam iſtius viridarij domino reſeruare dicentes ſcilicet ſibi illud Canticorum. v. Ueniat dilectus meus in ortum ſuum. vt comedat fructus pomorum ſuorum. Ut et ipſe dicat illud quod ſequitur. ca. vj. Deſcendi in ortum meum vt viderem poma conuallium et inſpicerem ſi floruiſſet vinea. et germinaſſent mala punica. Deus enim libenter ſolet deſcendere gratiam infundendo in ortum cordis humani: et in vineam floridam conſcientie viri iuſti. vt ſcilicet germinibus bonarum cogitationum et pomis virtutum et operationum ſpiritualiter delectetur. Et vt ſic congratulando dicat illud Oſee. ix. Inueni iſrael quaſi prima poma ficulnee. Et ſiuis nota quod quilibet noſtrum debet talia poma virtutum ex ſe producere. deo aſcribere. bonis diffundere. In ſe dico producere. Leuit. xxvj. Terra gignet germen ſuum et pomis arbores replebuntur. Quod tamen eſt contra malos qui ſcilicet non proferunt poma bonorum operum et virtutum. Unde ibidem dicitur. Non gignet terra nec arbores poma prebebunt. Item deo aſcribere. quia reuera nullum bonum proferimus quin a deo procedat. Leuit. xvij. Omnes decime de pomis arborum domini ſunt. vt ſcilicet quilibet dicat ſibi illud Canticorum. vij. Omnia poma mea noua et vetera ſeruaui tibi. Item bonis diſtribuere et diffundere. ſcilicet alios per bona exempla pomis noſtris nutriendo: et odorem bone fame alijs diffundendo. vt de nobis dicatur illud Job. ix. c. Tranſierunt quaſi naues poma portantes. que ſcilicet odorem poſt ſe relinquunt vnde et nobis dicatur illud Canticorum. iiij. Emiſſiones tue paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Patet ergo quod ſunt quedam poma interiora que ſunt hominum perfectorum.

B ¶ Secundo dico quod ſunt quedam poma deteriora que ſunt hominum peccatorum. Et iſta procerto nihil aliud ſunt niſi mala opera et peccata: que certe ſunt poma putrida et corrupta. porcis idest demonibus ſatis apta. nec a bonis manducari idest in exemplum ſumi digna. De quibus dicitur Leuit. xix. Poma que germinant ſupple corruptionem: immunda erunt vobis nec edetis ex eis. ¶ Tertio dico quod ſunt poma exteriora: que ſunt hominum mundanorum. Et iſta nihil aliud ſunt quam diuitie: quas ſcilicet mundi diuites et potentes in huius mundi pomerio abundanter producunt. De quibus in pſal. Poſuerunt hieruſalem in pomorum cuſtodiam. Que potiſſime poſſunt dici de eccleſiaſticis diuitibus: talia tamen poma parum durant. Unde cuilibet diuiti poterit dici illud in morte: quod dictum fuit ditiſſime babyloni. Omnia poma tua deſiderabilia anime tue receſſerunt a te. Apocalyp. xviij. Quia ſcilicet tunc verificabitur illud Exodi. x. Deuorata eſt herba terre: et quicquid pomorum in arboribus fuit. Pomerium ſeu viridarium in quo iſta poma creſcunt eſt illud in quo ſuſanna fuit fraudulenter accuſata et morti fuiſſet adiudicata: niſi daniel remedium poſuiſſet. vt ſcribitur Danie. xiij. Quia reuera illi qui in iſto mundi pomerio ſe delectant et balneant: pericula fraudum et malorum hominum ſepe reportant. mors que perpetua cuilibet tali per falſos iudices demones infligitur niſi puer daniel idest chriſtus miſericorditer ſubueniat aut tueatur. Sic ergo patet de pomis diuitiarum quod ſunt poma exteriorum hominum mundanorum. Unum tamen volo hic addere. quia in tyto liuio in geſtis romanorum ab origine vrbis fit mentio de pomerio et extra pomerium. Et quia pauci intelligunt quid hoc eſt dictum. Sciendum quod in vrbe interius prope edificia in circuitu murorum erat artum ſpacium de muris ad edificia: et etiam extra muros in circuitu: in quibus non licebat aliquid edificare: ad finem quod infra muros et extra eſſet liber aditus hominum bellatorum pro cuſtodia ciuitatis. Illud ergo ſpacium quod erat infra ciuitatem vocabatur pomerium. Extrinſecum vero dicebatur extra pomerium. ſicut patet per tytum liuium. vbi agitur de materijs curſorum. Sed de iſtis nihil ad preſens.

¶ Quarto dico quod ſunt quedam poma ſuperiora. Et iſta ſunt gaudia paradiſi. que in ipſo deo creſcunt. et de quibus ipſi beati viuunt. vnde Deut. xxxiij. de talibus pomis dicitur ſic de pomis celi. et ex rore celi. de pomis fructuum ſolis et lune. de pomis collium eternorum. ſ. erit benedictio ioſeph. Hec ergo de quadruplici pomo ſufficiant.

A **Pondus.** Cum pondus ſit qualitas rei virtute cuius vnaqueque tendit naturaliter ad centrum. poſſumus notare quod pondus poteſt ſignificare illam perfectionem et virtutem per quam anima ſpiritualiter inclinatur et tendit in deum: quia .ſ. deus eſt proprie centrum ſuum. Notandum eſt ergo quod pondus ſignificat ſcilicet

Prudentie maturitatem.
Juſtitie equalitatem.
Gratie vtilitatem
Glorie immenſitatem.

¶ Primo ergo dico quod ſignat prudentie maturitatem: quia ſicut res ponderoſa non facile mouetur. et in loco in quo eſt ſtabilius perſeuerat. Sic vir prudens: ponderoſus eſt et maturus et in geſtu et in actu. Non enim cito mouetur per leuitatem. imo tarde et deliberate operatur per prudentie maturitatem et magis eſt ſtabilis per conſtantie firmitatem. Unde de deo dicitur Eſa. xl. Quis ipſe appendit tribus digitis molem terre et librauit in pondere montes. Tres enim digiti ſunt tres virtutes que ponderoſam prudentiam comitantur. ſcilicet Deliberando in incohando. Honeſtas et geſtus maturitas in exequendo. Conſtantia et ſtabilitas in perſeuerando Aurum enim quod eſt metallum pre ceteris lucidum. et in ſplendore et valore alijs prelatum. eſt pre metallis alijs ponderoſum. j. Paral. xxviij. Aurum in pondere per ſingula. Leones etiam que ſunt animalia nobiliſſima. Elephantes que ſunt animalia maxima. Boues que ſunt animalia vtiliſſima. grauiter et ponderoſe ſolent incedere: et ex maturitate inceſſus ſolent quandam autoritatem et excellentiam deſignare. In quibus quidem notatur quod homo quanto eſt clarior per ſcientiam. quanto nobilior per generis excellentiam quanto maior per dignitatis eminentiam et quanto vtilior per virtutum efficaciam tanto procerto debet in ſuis actibus ponderoſior eſſe. honeſtius et ponderoſius corporaliter incedere. et magis ponderoſe et deliberate in ſuis actibus procedere et maturus et prudens in omnibus apparere. Et ſic homo erit de illis de quibus dicitur Exo. xxv. c.

Omne

Omne pondus candelabri talentū auri puriſſimi. Et Sap. xi. Oia feciſti in pōdere numero ꝛ mēſura. Iſtud
B eſt ergo pondus prudētie ꝛ maturitatis. ¶ Scḋo dico ꝙ eſt pōdus iuſtitie ꝛ equalitatis. Sicut eni videmus ꝙ pōdus eſt illud ꝑ qḋ oia adequant ꝛ librant. ꝛ ꝑ qḋ ſcit valor ꝛ quātitas rex. Sic iuſtitia eſt illa ꝑ quā oia ꝓportionant ꝛ adequant. ꝛ ꝑ quā valor ꝛ bonitas hominū examinat cognoſcit ꝛ ponderat. Ideo ꝑcipit. Leuit. xix. Nolite facere iniuſtū ꝗd in iudicio. i regula. in pondere. in mēſura. Qḋ eſt ꝯtra multos ꝗ habēt vnā iuſtitiā ꝑ ſe. aliā ꝓximis ſuis. vnā ꝓ amicis aliā ꝓ inimicis. vnā publice aliā occulte. Et tales ſunt falſi iudices ꝛ falſi hypocrite. quib⁹ dicitur Prouer. xx. Abominatio eſt deo pondus et pondus. ¶ Tertio dico ꝙ eſt pondus grē ꝛ humilitatis. Gratia eni ꝛ charitas ſunt pondus aīe quo ſpūaliter fert in deū. Humilitas vero eſt pondus ſpūale qḋ hoiem non ſinit volare ꝑ pſumptionē: immo ipm facit inferi⁹ deſcēdere ꝑ ſui ipſi⁹ deiectionē. Apes eni portātes mel magis ſunt ponderoſe: ꝛ ideo baſſius volāt. Balſamus etiā eſt liquor nobiliſſimus. pcioſiſſimus ꝛ pōderoſiſſim⁹. ꝛ ideo in aquā poſitus ꝯtra naturā alioꝝ liquoꝝ ad fundū deſcendit. Lignū etiā ebenū valde eſt pcioſum: ꝓpter ſui pondus ad fundū dinoſcitur deſcendere. Et lignum aloes ꝗto magis eſt pcioſuꝫ ꝛ bonū: tantoplus dicit ponderare. Idē eſt de ꝫinꝫibere: de caſſia fiſtula: ꝛ de ſeminꝰ vex inuenitur: q. ſ. ꝗto ſunt ponderoſiora: tantū in ſuo genere ſunt meliora. Pondus eni humorē interiorē atteſtatur. ꝛ ideo illa que magis ponderāt amplius reputantur. Sic pculdubio chariſſimi: ꝗto hō plus hꝫ de pondere humilitatis. ꝛ ꝗto in aquis ꝓſperitatis poſitus libentius ad inferiora ꝑ ſui ꝯtemptū deſcendit: tanto apud deū ꝛ hoies reputat in oibus melior. Talis enim pōderoſitas plenitudinē mellis ꝛ humoris diuine gratie ſignat ꝛ ſignū eſt ꝙ ꝗ magis ꝑ humilitatē ponderat: in humore diuine grē plus abundat. De tali ergo pondere pōt dici illud Prouer. x. Pondus equū volūtas dei. Et Ezec. iiij. Cibus tuus quo veſceris erit in pōdere. Gratia eni eſt cibus aīe. Pondus vō humilitas: q: tūc cibus in pondere comedit: qñ grā cū humilitate habet. Iſtḋ eſt ergo pōdus grē ꝛ humilitat'. ¶ Quarto dico ꝙ eſt pondus glīe ꝛ felicitatis. Pondus eni ſignat qñꝙ ꝗtitatē ꝛ immenſitatē. Uñ tūc dr̄ ꝙ res multū ponderat: qñ multū valet. Uñ de immēſitate romani imperij dicebat Ouiḋ. Querit in terra ꝗ tante pondera mollis. Suſtineat. tantoꝙ queat ſuccedere regi. Eterna ergo glīa ꝛ eternū imperiū pondus habere dr̄ eo qḋ oibus rebus alijs ꝓponderat ꝛ pfertur. Et ſic loquit apl's di. ij. Cor. iiij. Qḋ pſens momētaneū ꝛ leuis tribulatio in ſublimitate eternū glīe pondus opatur in nobis. Et ſic ergo pꝫ ꝙ quadruplex eſt bonū pondus. ſ. glorie. gratie. iuſtitie ꝛ prudētie. ¶ Itē dico ꝙ in
C malo ſignificato eſt quadruplex generaliter malū pōdus. ſcilicet pondus

| | |
|---|---|
| Stipendioꝝ tpalium. | Primū eſt dimittendū. |
| Negocioꝝ ſeculariū. | Secundū eſt fugiendum. |
| Flagitioꝝ criminaliū | Tertiū eſt expellendum. |
| Supplicioꝝ corpalium. | Quartū eſt perferēdum. |

¶ Dico ꝙ eſt pondus temporaliū ſtipendiorum. Bona enim mundi ponderoſa ſunt ꝛ grauia. et de rebus ponderoſis ꝛ grauibus aggregata: quia ſcilicet aut de terre fructibus. aut metallis. ꝛ ideo iſta ſuo pondere ſolent poſſeſſores ꝛ dilectores ſuos deprimere ꝛ aggrauare ꝛ a bonis operibus retardare. Et ideo iſta ſunt pondera ſeu onera dimittēda. Exemplo cerui qui preſſus pondere cornuum ipſa omni anno dimittit. Figurati in dauid. j. Reg. xvij. Qui preſſus pondere armorum ſaul: ipſa portare libere non potuit. ꝛ ideo ipſa exuit et dimiſit. Et ſic loquitur Eſaie. xlvj. Onera veſtra graui pondere intabuerunt. non potuerunt ſaluare portantem. ¶ Item dico ꝙ eſt pondus ſecularium negociorum. Iſtud eſt eni vnū pondus graue ꝛ difficile ad portandum. Et ideo de iſto ſe volebat moyſes excutere cuꝫ dicebat Numeri. xj. Cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi ſuper me. Iſtud eſt pondus quod pueros idest inſufficientes et ſimplices facit cadere in peccatum. Iſtud pondus videtur figuratū in fabulis poetaruꝫ in quodam de quo fit mentio in Ouidio. lib. xij. fab. iiij. qui vocabatur Ceneus vel cenceus qui ex femina in viruꝫ ꝯuerſus eſt. Neptunus eni deus maris ꝗ abſtulit virginitatem ſuam. mutauerat eam de femina in virum. et dederat ſibi tale donum ꝙ nullo ferro poterat penetrari. quare cum idem ceneus quadam die haberet bellum in quibuſdam nuptijs contra centauros qui erant gygātes ꝛ erant medij equi ꝛ medij homines. ꝛ nullo modo poſſent eum ferro ledere. iuerunt dicti gygantes ad ſiluas et ad rupes circūiacentes et ꝯgeſſerūt omnia ſuper eum: ita ꝙ non remanſit in patria ſilua. arbor. nemus: ſeu lignum quod ſuper ipſum non fuerit aggregatum. Et ideo tantū pondus ferre non ſuſtinens ipſe ceneus fuit neceſſario ſuffocatus. et ſic ipſum pondus oppreſſit ꝛ occidit. quem ferrum occidere non potuit. Sic vere chariſſimi: ſepe fit ꝙ neptunus rector maris. idest mundi ſcilicet deus mutat hominem de femina in virum. et de viro imperfecto in perfectum. ꝛ de peccatore in iuſtum. tantamꝙ ſibi dat fortitudinem ꝛ virtutem ꝙ nulluꝫ ferrum. nulla pena. nulla tribulatio poteſt euꝫ ſuperare. Iob. xlj. Reputabit quaſi paleas ferrum: in ſtipulam ei verſi ſunt lapides funde. Et ideo centauri idest demones qui ſunt equi per ſuperbiam ꝛ elationem. ꝛ homines per ſcientiam ꝛ rationem contra iſtos non poſſunt viribus preualere. Hiere. j. Preliabuntur aduerſum te. et preualere non poterunt. Sꝫ quid ꝓcerto iſti gygantes imponunt ſibi infinita pondera mundanorum negociorum procurant ſibi officia dignitates. beneficia. et intantum negocijs opprimūt ꝙ oblito deo: ipſum ad mundum per ſollicitudinem conuertunt. ꝛ ita ipſum in peccatum deijciunt et proſternūt. Figura eſt de ſtatua nabuchodonoſor. de qua Dan. ij. dicitur. Que habebat caput aureum. pectus argenteum. ventrem ereum pedem ferreum. pro eo ꝙ in vltima ſui parte ad modum ferri cuncta ſuperabat et domabat. Et tamen dicitur ibidem. ꝙ lapis de monte excidit qui ſtatuam confregit et oppreſſit: quia hic niter ſepe fit ꝙ ille qui a dyabolo non vincitur: preſſus mundi negocijs ſuperatur. Ideo tales dicūt illud Iob xxxj. Pondus eius ferre non potui. Iſtud eſt ergo pondus ſecularium negociorum. ¶ Tertio dico ꝙ eſt pondus criminalium flagitiorum. Et maxime ſunt tria vitia ponderoſa ſciꝫ Mala conſuetudo auaricia et accidia. Iſta enim aggrauant hominem inferius ad terrena et ipſum impediunt ne ad bona opera ſurſum moueatur. Et ideo conſulit apoſtolus Hebr. xij. Deponētes omne pondus et circūſtans nos peccatū. ¶ Quarto dico ꝙ eſt pondus corporalium ſuppliciorū. Et de iſto dicitur Math. xx. Pares illos nobis feciſti ꝗ portauimus pondus diei ꝛ eſtus ꝛc. Unde ſupra de onere. ꝛ grauitate ꝛc.

## Ponere.

A Nota ꝙ ponere idem eſt qḋ aliꝗd in aliquo loco cuꝫ diligentia collocare. Ponere eni ꝛ pijcere differunt q: res de qua non curatur ſine deliberatione in loco pijcitur. Quando vō res diligitur ꝛ amatur. tunc ponitur ꝛ locatur prudenter ꝛ deliberate in loco ſuo. Ponitur etiaꝫ ponere ꝓ ordinare. ꝓ ꝯſtituere. ꝛ ꝓ fundere. Cū ergo hic intēdamus loqui de ponere ſpūali quo. ſ. hō vel in loco vel i ſtatu laudabili vel vituꝑabili a deo collocat. Notandū ꝙ deus recte facit de hoibus in hoc mundo. ſicut artifex de lapidibus in edificio. Artifex eni lapides ꝛ ligna ſua nō oēs ponit in vno loco ſed in diuerſis: q. ſ. diuerſimode diſponuntur locantur atꝙ ponūtur. Et inde eſt ꝙ ꝗdam ponuntur in alto. quidam in infimo. quidam exterius. quidam interius. quidam in loco honorabili. quidam in loco vituperabili. Sic reuera deus diuerſimode hoies ponit. ipſoſꝙ in diuerſis locis ꝛ ſtatibus ſcḋm ſua merita ſtatuit. ſituat. collocat ꝛ diſponit.

Ayuntamiento de Madrid

Quoſdam enim ponit in dolore,
Quoſdam in merore.
Quoſdam in triſticia.
Quoſdam in affluentia,
Quoſdam in dignitate,
Quoſdam in iocunditate.
Quoſdam in diligentia,
Quoſdam in eloquentia.
Quoſdam in inferno.
Quoſdam in paradiſo.

Unde mēbris corpis diuerſimode diſpoſitis in corpe ⁊ locatis dr̄.j.Cor.xij.c.Nō deꝰ poſuit mēbra vnūquodq; eorum in corpe ſicut voluit. ¶ Breuiter ergo poſſumꝰ notare q̄ hoīes diuerſimode ponunt ⁊ cōſtituunt. vez Quidā in penitētie aſpitate. Quidā in patiētie ſoliditate. Quidā in indigētie calamitate. Quidā in afflu ētie pſperitate. Quidā in eminētie ſublimitate. Quidā in ꝯfidentie ſecuritate. Quidā in diligētie ſedulitate. Quidā in eloquētie vtilitate. Quidā in peſtilētie acer-
B bitate. Quidam in celi felicitate ¶ Dico ergo q̄ boni quiq; ponunt in aſpitate penitētie. ſicut ſunt viri penitentes. De quibus in ps. dr̄. Ponā in mari manū eius. ⁊ in fluminibꝰ dexterā eius. Mare enim ſignat amaritudinē ꝯtritionis: in qua hō dz poni. Juxta illud Hiere. xxxj. Statue tibi ſpeculā. pone tibi amaritudines. dirige greſſus tuos in via qua ambulaſti. Flumina vero ſignant redundantiā lachrymationis in qua debet penitens balneari. ¶ Itē quidā ponunt in ſoliditate patiētie. Et iſti fuerūt martyres dei. Eſa. liiij. Ponā iaſpidem ꝓpugnacula tua: q. ſ. ꝓpugnacula eccl̄ie ſunt martyres q̄ dicūt in pſona Eſaie illud Eſa. l. Poſui faciē meā vt petrā duriſſimā ſciens qm̄ non confundar. ¶ Itē quidā ponunt in calamitate indigentie. Et iſti ſunt paupes ⁊ egeni. vñ Sopho. ij. Ponēt ſpecioſaz in ſolitudinē. ¶ Itē q̄dā ponunt in pſperitate affluētie. Et ſic ponunt mūdi diuites. De quibꝰ dr̄ Eccl̄s. x. Vidi ſtultū poſitū in dignitate ſublimi. ¶ Itē quidā ponunt in ſublimitate pſidētie. Et tales ſunt boni plati de quibus dr̄ Job. v. q̄ deus ponit humiles in ſublimi. ¶ Itē quidā ponunt in ſecuritate ꝯfidētie. Et iſti ſunt illi q̄ totaliter ſperāt in deo. De quibꝰ dr̄ in ps. Ponāt in deo ſpem ſuā: ⁊ mādata eius exq̄rant. Et ſic volebat poni qui dicebat Job. xvij. c. Libera me dn̄e ⁊ pone me iuxta te. ⁊ cuiuſuis manus pugnet ꝯtra me. q. d. nullus pōt cōualere ꝯtra illos q̄ ſpe ⁊ confidentia ſunt poſiti iuxta deū. ¶ Itē quidā ponunt in ſedulitate diligētie. ¶ Et ſic poſiti ſunt apoſtoli ⁊ pdicatores. De quibus dr̄ Job. xv. Poſui vos vt eatis ⁊ fructū afferatis: ⁊ fructus veſter maneat. ¶ Itē quidā ponunt in venuſtate eloquētie. Et ſic ponunt doctores ⁊ pdicatores. Eſaie xlix. Poſuit os meū dn̄s quaſi gladiū acutū. ¶ Itē quidam ponunt in acerbitate peſtilētie. Et iſti ſunt dānati. De quibus dicit in ps. Tanq̄ oues in iferno poſiti ſunt. Mors depaſcet eos. ¶ Itē quidā ponunt in felicitate celi glorie. Et de hoc dicitur in ps. Poſuit animā meā ad vitā ⁊ non dedit in cōmotionē pedes meos Et Gen. ij. dicitur. Nō plantauerat dn̄s deus paradiſum voluptatis a principio in quo poſuit hominē quē formauerat. Iſta ſufficiāt de ponere: q: multa alia poſſent dici. ſz v̄bū eſt valde gn̄ale. Et ideo ſignificatū ſuū variat ſm̄ materiā illorum quibꝰ adiungit. Hec ſufficiāt de ponere qn̄ ponit. p ordinare ꝯſtituere vel locare ⁊c.

A **Pontifer.** Nota q̄ pontifer idem eſt qd̄ antiſtes: preſul ſeu ep̄us. Et dicit pontifer quaſi pontez faciens. Dicit antiſtes q̄ſi ante alios ſtans. Dicitur preſul quaſi ſolio noſtro preſidens. vel quaſi pre alijs ſtans vel quaſi pre alijs ſedens. vel pre alijs ſaltans. Dicitur epiſcopus ab epy quod eſt ſupra ⁊ ſcopyn quod eſt ſpeculari vel intendere. quaſi ſuperintendēs. Et ſic videtur chariſſimi: q̄ in iſtis quatuor noībus quadruplex ep̄orum ꝓprietas denotat: q: pculdubio iſti debent eſſe.

Diligentes in operando.
Eminentes in imperando,
Precedentes in laborando.
Sapientes in contemplando.

¶ Scđo dico ꝙ qñqꝫ refert ad iuſtũ. Accipiat enim pre ſiue cauſaliter ſiue ꝑcellenter: dico ꝙ bñ põt referri ad iuſtũ. Habet enim iuſtus multiplex pre in multiplicẽ cauſam faciendi bonum τ conſequendi gloriã eternã ſcʒ Pre ſtupore quo cõteplando deũ admirat Pre liquore quo deguſtando intus delectatur. Pre feruore quo diligendo intus inflammat. Pre dulcore quo congaudendo pie lacrymatur. Pre dolore quo penitendo corde conturbatur Pre ſqualore quo abſtinendo caro macerat. Pre valore quem acquirẽdo ſumme gratulat. Pre ſplendore quẽ poſſidendo ſurſum conſolat. ¶ Dico ergo ꝙ iuſti habent pre ſtuporis admiratiui. Et hoc eſt qñ cõtemplando diuinã maieſtatem mirant dicentes. ſ. ipſi deo illud Heſter xv. Cõturbatũ eſt inquit cor meũ ꝑ timore glorie tue: valde enim admirabilis es dñe τ facies tua plena eſt gratiarum. Sicut etiam apparuit in regina ſaba: de qua dr. ij. Para. ix. Nõ nõ habebat vltra ſpm̃ pre ſtupore. ¶ Itẽ iuſti habẽt vnũ pre: liquoris delectatiui dum multitudinis beneficiorum a deo acceptoꝝ memores in dei bonitate delectantur. Uel dũ fonte gratie diuine irrigati ſpiritaliter exultant τ conſolantur ¶ Item iuſti habent vnum pre: ardoris inflammatiui. Habẽt enim virtutem feruide caritatis. Exẽplo ſcʒ iacob qui ſeruiens laban pro rachele: ſcʒ ſeptem annis videbant ſibi dies pauci pre amoris magnitudine. Rachel enim eſt vita eterna. pro qua ſcilicet iuſti ſeruiunt xp̃o. τ hoc ſcʒ ſeptem annis. i. toto tempore vite huius qđ ſeptem dierum curriculo menſurat ¶ Itẽ iuſti habent vnũ pre: dulcoris lacrymatiui ſcʒ pietatis τ compaſſionis virtutẽ que faciliter lacrymatur. Exẽplo. ſ. thobie τ vxoris ſue qui oſculantes filium ſuum ceperũt flere pre gaudio. ¶ Item habẽt vnum pre doloris cõturbatiui. j. virtutem penitentie dicentes ſcʒ illud. Treno. ij. Defecerũt pre lacrymis oculi mei. conturbata ſunt viſcera mea. ¶ Item habet vnum pre: ſqualoris maceratiui. ſ. abſtinentiaʒ a cibis. De qua tñ dicit contrarium miraculoſe factuʒ Dan. j. vbi dicit: ꝙ vultus pueroꝝ abſtinentium apparuerunt corpulentiores τ meliores pre oĩbus pueris qui veſcebant cibo regio. ¶ Item habent vnũ pre valoris infinitiui: ſ. diuinam gratiam. De qua dicit. Mat. xiij. Quod ſimile eſt regnũ celoꝝ theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo ꝑ gaudio illius vadit τ vendit vniuerſa que habet τ emit agrum ¶ Item habent vel ſaltem finaliter habebunt vnum pre: ſplendoris conſolatiui. ſ. gloriam paradiſi. De qua Eſai. lxv. Ecce ſerui mei laudabũt pre exultatiõe cordis: τ vos clamabitis pre dolore cordis: τ ꝑ cõtritione ſpiritus vlulabitis. Sic igit ptʒ quõ iuſti habẽt multiplex pr: vel ꝓpter. i. multiplicem cauſam iuſtitie qua ſunt iuſti. Jgit patet: ꝙ pre qñqꝫ ſpectat ad iuſtũ

¶ Tertio dico: ꝙ ꝑ qñqꝫ ſpectat ad impiũ. Mali enĩ c habent ſuũ pre τ ſuũ ꝓpter: hoc eſt dictu: ſuam malã cauſam faciendi malum. Unde nota ꝙ iſti Pre.

Fragilitate fiunt fluidi.<br>
Cupiditate fiunt aridi<br>
Ebrietate fiũt ſtolidi.<br>
Diuerſitate ſolent diuidi.<br>
Temporalitate fiunt tepidi.<br>
Impietate fiunt torpidi.<br>
Timiditate fiunt ſtupidi.<br>
Tenuitate fiunt ſqualidi<br>
Calamitate fiunt horridi.

Dico igit ꝙ mali hñt vnũ ꝑ. i. vnaʒ cãm fragilitatis: ex quo ſequitur inconſtãtia ſcilicet exemplo illius regie de qua dicitur. Heſter. xv. ꝙ pre nimia teneritudine corpus ſuum ferre non ſuſtinebat. ¶ Item habent vnum pre cupiditatis: ex quo ſequitur turbulentia. Unde Job. xxx. Oſſa inqt mea aruerunt ꝑ caumate verſa ẽ in luctuʒ: cithara mea τ canticũ meũ in voceʒ flentiũ. Cauma. n. ardor τ feruor auaricie: ariditatẽ τ maciẽ: luctũ etiã τ triſtitiã introducit: τ citharã τ gaudiũ vilipẽdit

¶ Item

Ayuntamiento de Madrid

¶Item habent vnum pre ebrietatis: ex quo ſequitur ignorantia. Vñ. Eſai. xxviij. Hi quoqꝫ pre vino neſcierũt ⁊ pre ebrietate errauerunt. Sequitur ſacerdos ⁊ propheta neſcierunt pre ebrietate: abſorpti ſunt a vino. ¶Itez habent vnum pre diuerſitatis: ex quo ſequitur diſſonãtia ſeu diſcordia. zach. viij. Neqꝫ introeunti: neqꝫ exeũti erat pax pre tribulatione. Hier. xlix. Turbati ſunt in mari: pre ſolicitudine quieſcere non potuerunt.
¶Item habent vnũ pre tpalitatis. ſ. negociationuz ⁊ occupationum mũdi ex quo ſequitur impotentia. Pluribus enĩ intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. Unde Lu. v. dicitur q illi non poterant inferre paraliticuz añ ihm vt ſanaretur pre turba ⁊ propter hoc neceſſe fuit aſcendere ſup tectum. Turba enĩ negociorum impedit: ne ſpiritus imbecillis ante ihm poni poſſit. Sicut etiã de zacheo dr. Luce. xix. q ipſe querebat ieſum videre qs eſſet: ⁊ nõ poterat pre turba: eo q ſtatura puſillus eſſet
¶Item habẽt vnum pre anxietatis: ex quo ſequitur ſomnolentia: ſicut de apl'is dicitur. Luce. xxij. q ieſus inuenit eos dormientes pre triſtitia. ¶Itẽ habent vnũ pre timiditatis: ex quo ſequitur turbulentia. ſicut dr. Math. xxviij. q pre timore eius exteriti ſunt cuſtodes: ⁊ facti ſunt velut mortui. ¶Itẽ habent vnum pre tenuitatis ſeu ſpiritalis pauptatis: ex quo ſequitur indigẽtia. Hieremie. xiiij. Erunt proiecti in vijs irlm pre fame. ¶Itẽ habent vel etiã habebunt. ſ. poſt mortẽ in inferno vnũ pre calamitatis ſeu etiam aduerſitatis ex quo ſequitur peſtilentia damnationis eterne. Unde ipſis poteſt dici illud pdictũ. Eſai. lxv. Uos clamabitis pre dolore cordis ⁊ pre ptritione ſpũs vlulabitis. ⁊ Sap. v. intra ſe penitentiam agentes ⁊ pre anguſtia ſpũs gementes ⁊c.
Hec ſufficiãt de pre vide de Propter.

A **Prebere.** Nota q Prebere. Dare. Preſtare ⁊ ſimilia idem ſignificant vt in pluribus: ſed qr multa dicta ſunt aut dicentur in titulis prelibatis. Uolo hic breuiter ptrãſire. Nota ergo q nos inuenimus prebere dei iuſti ⁊ impij. ¶Primo igitur dicamus de deo. Iſte enĩ eſt qui prebet oĩa bona bonis. ⁊ oĩa mala malis. Prebet enĩ ſcz.
Conſtantiam militantibus.
Concordiam ſe metuentibus.
Sapientiam ſe diligentibus.
Suam gratiam ſe pſequentibus.
Prebet dico in ſe credentibus conſtantiam. Uñ. j. paralip. xvj. dicitur q deus prebet fortitudinem his qui in corde perfecto credunt in eum. ¶Itẽ pbet ſe metuẽtibus concordiã. vñ. ij. Paral. xx. dicitur de illo rege. Ioſaphat qui timebat dñz. Qd quieuit regnũ. Ioſaphat ⁊ pbuit ei dñs pacem p circuitũ. ¶Item pbet ſe diligentibus ſapientiã. vñ. Eccli. j. de ſapientia ⁊ diſciplina dicitur. Qd deus pbet illam diligentibus ſe. ¶Itez pbet ſe pſequentibus ſuã gratiam: qr. ſ. ſicut dicitur. Actuum. j. Ipſe prebuit ſeipſum viuum poſt mortem ſuam p dies quadraginta apparens diſcipulis. Dies enĩ quadraginta ſignificant penitẽtie tempus ĩ quo ſ. deus per gratiam apparet: ⁊ ſe ſuis fidelibus p gratiam viuum prebet. Iſtud eſt igitur vnum prebere qd facit deus. Unum tamẽ aduerte: q ſicut deus prebet hominibus ſe ⁊ ſua: ita etiam ipſe vult ⁊ petit q nos ſibi ſimiliter nos ⁊ nr̃a prebeamus. Donatio enĩ intervirũ ⁊ vxorem reciproca debet eſſe: nec debet ab vna parte plus q ab altera claudicare ſm iura. Si igitur ſpõſus xps bona ſua ſpiritualia ⁊ eterna dat ⁊ prebet ſue aĩe xpiane: neceſſe et iuſtũ eſt q econuerſo ipa ſponſa ſibi donet ⁊ pbeat bona ſua. Petit ergo deus q homo prebeat ſibi. ſ.
Cor ad conſentiendum.
Os ad pnunciandum.
Caput ad ſubijciendum.
Aures ad obediendum.
Manus ad perficiendum.
Item prebeamus ſibi cor nr̃um mandatis eius ad cõſentiendũ. puer. xxiij. fili mi pbe mihi cor tuũ. Et. j. Paral. xxij. dr ſic. Prebete corda vr̃a ⁊ aĩas veſtras vt queratis dñm. Itẽ prebeamus ſibi ora nr̃a ad laudes ipſius pnunciandũ ſeu ad ipſum ſpũaliter oſculandũ. Uñ pr̃ dicebat filio. Geñ. xxvij. Da mihi oſculum fili mi. Itẽ pbeamus ſibi capita nr̃a ad nos ſibi ſubijciendũ. Iuxta illud. Eccli. iiij. Magnato hũilia caput tuũ. Itẽ pbeamus ſibi aures nr̃as ad ſuis legibus obediendũ ⁊ ad ipſas audiendũ ⁊ faciendũ. Iob. vj. Prebete aurẽ ⁊ audite. Et concorda / vt volueris. Eſt igitur vnum prebere qd vult deus. ⁊ qd facit deus B
¶Scdo dico q eſt vnum prebere quod facit iuſtus.
Iuſtus enĩ prebet.
Ueſtimentum frigeſcentibus.
Alimentum fameſcentibus.
Documentum ignorantibus.
Iuuamentum patientibus.
Prebet dico nudis ⁊ frigeſcẽtibus indumẽtũ. Thob. j. Nudis veſtimenta pbebat. Itẽ pbet fameſcentibus alimentum. Iudicũ. xix. Ego prebebo que neceſſaria ſunt. Sequitur. introducit eum in hoſpitiũ ⁊ pabulum aſinis pbuit. Itẽ pbet ignorantibus documentũ. Geñ. xlvij. Prebe ſemina ne pereunte cultore redigatur tra ĩ ſolitudinẽ. Itẽ pbet patientibus ſeu indigentibus iuuamentũ. ſ. contra multos malos. j. Paral. xij. Prebuerunt auxilium dd. aduerſuz latrũculos. Hoc ẽ ergo vnũ pbere qd facit iuſtꝰ. ¶Tertio dico: q eſt vnuz pbere qd facit ſtultus. Sulti enĩ habent Unũ prebere
Crudelitatis ⁊ violentie.
Proteruitatis ⁊ inſolentie.
Iniquitatis ⁊ iniuſtitie.
Carnalitatis ⁊ immundicie.
Mali enĩ pbent quedã munera crudelitatis. Exo. v. Prebuiſtis gladiũ vt occiderent nos. Itẽ pbent quedam munera pteruitatis: ſicut de obſtinatis ⁊ pteruis dr. ij. paral. xxix. Quod auerterunt facies ⁊ pbuerunt dorſa. Itẽ pbent quedã munera iniqtatis. vñ. ij. Paral. xix. dicitur. impio prebetis auxiliũ. Item pbent munera carnalitatis. Un de illa meretrice dr. Ezech. xxiij. Qd fornicationẽ aſſyrijs pbuit ipudenter. Hec ergo ſufficiant: qr nihil pſequor gr̃a breuitatis. Et qr etiã. s. de dare: ⁊ in alijs ſimilibus titulis dictum eſt.

**Precellere.** Nota q pcellere idem eſt quod valde excellere. Et nota q de excellentia multa poſſent dici: ſz nulle ſunt autoritates vide ergo vbi. Melius. ⁊ vbi bonitas. valor. eminentia. prerogatiua: ⁊ ſimilia.

**Preces. precari.** Cum preces precis. oratio. ſupplicatio. deprecatio idez ſint: ⁊ ſupra ⁊ infra in titulo de Exaudire. Clamare. Uox. Sonus: ⁊ ſimilibus: de precibus ſit ſatis dictum. Hinc eſt q de pcibus vocaliter loquendo intendo breuiter pertranſire. Dicã ergo q in bono ſignificato in ſcriptura reperiuntur pces. A

Deuotorum. Prime preces ſunt faciende. Secũ
Miſerorum. de preces ſunt audiende. Tertie p
Iniquorum. ces ſunt repellẽde. ¶His premiſſis dicamus aliquid de precibus quas nos mortales debemus facere dño deo noſtro. Conſtat enĩ q illud qd homo ſe videt p virtutem ⁊ potentiaz obtinere nõ poſſe: per humilitatẽ ⁊ preces obtinere conatur: ſicut exemplariter videmus de catulis animalium. ⁊ pullis omnium qui fameſcentes ⁊ puidere ſibi de neceſſarijs nõ valentes: ſed impotentes in ſuis nidulis ſunt vagientes. latratu. balatu. mugitu pariter ⁊ garritu apud matrem ſuam clamant: ⁊ vt neceſſaria obtineant ſuis modulis ⁊ precibus ipſam pulſant. Sic vere nos cum omnino impotẽtes ſimus: nec aliquid a nobis tanq ex nobis facere poſſumus: ⁊ maxime qntum ad bona ſpũalia ⁊ eterna obtinenda ad mala ⁊ pctã vitanda: ⁊ tribulamina tolleranda: neceſſe eſt q pulſemus mr̃em pcibus: pulſemus ad oſtium inuitantis amici: vt qd virtute non valemꝰ pcibus obtinere poſſimus. Iuxta illud. j. Macha. vj. Clamauerũt ad regẽ

cum precibus dicentes. Denius dextras iudeis ⁊ fa-
ciamus cum illis pacē ⁊c. Dextras em̄ offerre: eſt pa
cem p̄cibus poſtulare. Ut ſic hō faciat qđ precipitur
Eccli. xvij. vbi dr̄. Precare an̄ faciē dn̄i ⁊ minue offen
dicula. Ubi aduerte ꝙ in precibus deo faciendis tria
debent attendi. vicȝ Unum qđ.
Impedit ⁊ repellit.
Preualet ⁊ excellit.
Admonet ⁊ impellit.
Repellens ⁊ impediens debem⁹ repellere. Excellēs
⁊ expediens debemus querere. Impellens ⁊ erudiēs
debemus cernere. Igiꝉ pellamus culpam ⁊ peccatuȝ.
Queramus domini p̄unatū. Cernam⁹ ſcripture mā
B datuȝ. ¶ Dicā ergo ꝙ ſi preces nr̄as volumus exau
diri nos debemus expellere impediens peccatū. Mi
nue inquit offendicula. Nos debemus requirere ex-
pediens oblatum. ſ. ipſum deū ⁊ nō aliū. Ante faciem
dn̄i inqt. Nos debemus attendere vrgens mandatuȝ
qđ. ſ. eſt imꝑatiuū ⁊ impulſiuū. Precare inquit
¶ Dico ergo ꝙ oē peccatū debes tollere. Et hoc oſn̄-
ditur cū diciꝉ. Minue offendicula. Conſtat aūt ꝙ pre
ces inimici nō bn̄ recipiunꝉ. immo ſicut dicit Greg.
Cum is diſplicet q̇ ad intercedendum mittiꝉ: ingrati
aīmus ad iracundiam ꝓuocatur. Si qs filiū alicui⁹
occideret: ⁊ poſt tenēs gladiū cū quo ipſuȝ occiderat
patrē precare vellet: ipſum certe magis offenderet: et
qđ precareꝉ nullatenus obtineret. Cum igiꝉ peccator
dei inimicus exiſtat: ſicut ille q̇ ipſius filiā ⁊ heredeȝ
vicȝ aīam ꝓpriam mortaliter peccando necauit: non
dubiū ꝙ q̄diu gladium cum quo eā occidit. ſ. pecca-
tum ſecū habuit: deū pulſare precibus fruſtra querit
nec ab ipſo īpetrat qđ oſtēdit. Ante oīa ergo pecca-
tor debet peccati gladiū a ſe alienare: ⁊ vitioꝝ offen-
dicula minuere ꝑ penitentiam ⁊ purgare. Tunc enim
preces melius audiunꝉ: qn̄ eſſe munde ⁊ ſine offendi-
culo comprobanꝉ. Job. xvj. Cū haberem mundas ad
das ad deū preces ⁊c. Minue ergo offendicula. Exē-
plo apl̄i q̇ dicebat. Actu. xxiiij. Stude ſine offendicu-
lo cōſcientiaȝ habere. Qr ſicut diciꝉ. Hier. iiij. Si ab-
ſtuleris offendicula tua a facie mea non cōmoueberꝭ
Patet ergo ꝙ oē peccatū debes tollere. ¶ Scđo dico
ꝙ ſi preces tuas volueris acceptari: expediēs oblatū
debes querere ante faciē dn̄i inqt. q. d. dn̄s ⁊ non alius
eſt precandus: cū ꝓprie loquendo ipſe ſol⁹ iuuare poſ
ſit vt. ſ. dicamus illud. ij. Reg. xxiiij. Precor dn̄e vt trāſ
feras iniquitatem ſerui tui. Uide ſupra de precari: in
illa autoritate. Thob. viij. Deprecemur dn̄m hodie ⁊
C cras. ¶ Tertio dico ſi preces tuas volueris accepta-
ri: ꝙ cogens mandatum debes attendere: qr. ſ. impe-
ratiue loquendo ſcriptura dicit: precare. Actuū. viij.
Precamini vos ad dn̄m. Et nota ſi viſ ꝙ p̄ces nr̄e ad
dn̄m debent eſſe ꝓſtrate ⁊ effuſe ⁊ ex gratia ⁊ non ex
debito requiſite. Proſtrate dico. ſ. ꝑ humilitatem: qr
ſ. nullus eſt ita ferus ⁊ magnus qn̄ ſeipſuȝ debeat do
mino ꝓſternere. ⁊ ipſius miām precibus flagitare.
Hiere. xxxviij. Proſtraui ego preces meas corā rege.
Exemplo ſcȝ leonis de quo dicit. Pli. ꝙ lȝ ſit animal
ferociſſimum in neceſſitate tn̄ inuentus eſt ad hoīem
recurrere ⁊ ab ipſo auxilium poſtulare. Un̄ narrat ꝙ
in affrica leo habens in pede ſtipitē ſeu ſpinā quam
amouere nequiuerat. ꝓpter qđ pes eius fuerat putre
factus: obuiauit homini in deſerto: qui timens ſtatī
aſcendit arborem: leo autē ad arboris radicē veniens
⁊ vultum blandientē ⁊ non furentē pretendens: pedē
ſuū homini oſtendebat: ⁊ quodā ſuſurro ſatis pio ho
minis beneficium ⁊ adiutorium ſuo modo p̄cabatur
⁊ querebat: qđ ꝑpendens homo deſcendit ⁊ ſtipitem
remouit. Leo vero gratabundus recedens: pellem
precioſam extranei animalis ſuo medico quaſi ꝓ ſa-
tiſfactione apportauit. Mirum inqt. Pli. qua rōne
ſciuerit leo hominē medicas habuiſſe manus: ſȝ vis
maloꝝ oīa experiri cogit. Nullus ergo ſit ita ferus:
qui ſe corā deo digneꝉ humiliare infirmitates paſſio
num ⁊ vitioꝝ eidem demonſtrare ⁊ ab ipſo remediū
implorare. Un̄. Eccli. l. Prepárauerunt ⁊ ceciderunt
ante faciem ſuam ſuꝑ terram adorare dn̄m deū ſuuȝ
⁊ dare preces omnipotenti deo excelſo. Que tn̄ ſunt
contra multos ſuꝑbos: qui. ſ. nō dignanꝉ dn̄m preca-
ri: nec ab ipſo auxiliuȝ in ſuis neceſſitatibus obſecra
ri ſimiles illi Leuiathan: de quo dicitur. Job. xl. Nū
qd multiplicabit ad te preces. aut loqueꝉ tibi mollia
q. d. non digrareꝉ. Sint ergo ꝓſtrate: ꝑ humilitatem
Item ſint preces effuſe: ꝑ multiplicitateȝ ⁊ continui
tateȝ. Un̄. Judith: vj. Unanimes preces ſuas dn̄o effu
derunt. Item debent eſſe non ex debito: ſed ex gr̄e re-
quiſite. ſicut. ſ. faciebant illi Dan̄. ix. q̇. ſ. dicebāt neq̄
enī in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces
noſtras ante faciem tuā ſȝ in miſerationib⁹ tuis mul
tis. Sic ergo patet: qđ fundēdo p̄ces nos debem⁹ attē
dere ad mandatum imꝑatiuū vt obediamus: precare
inquit. Ad primatum poteſtatiuū: vt ſolus queratur
an̄ faciem dn̄i inquit. Ad reatū maculatiuū vt prius
tollatur. Minue inqt offendicula. Sufficit ergo. Ui
de de exaudire: ⁊ deprecari ⁊c.

# Precingere. ſuccingere. A

Cingere cingulū

Cum homo ſe cingendo aut precingendo veſtimenta
ſua congreget ⁊ coniūgat: ⁊ totū corpus ſuū arceat ⁊
reſtringat: vel etiam celatura ſeu arma vel ornamēta
in cingulis ſuis ſibi compleat ⁊ aſſumat: videꝉ mora
liter loquēdo: ꝙ cinctio ſeu p̄cinctio, poſſunt omnem
virtutem ſuperfluitates vitioꝝ ⁊ temꝑaliū reſtringē-
tem: ſeu etiam honeſtates ⁊ virtutes circa hominem
aggregantē ſpūaliter deſignare. Juxta illud. Eſai. xj.
Erit iuſtitia cinguluȝ lumboꝝ eius: ⁊ fides cinctoriū
renum eius. ¶ Sic igitur nota ꝙ hō multis cauſis ⁊
modis precingitur. vicȝ. Ut ſit flebilis ad lamentādū
Mobilis ad obtemperandū. Agilis ad miniſtrandū
Stabilis ad ꝓpugnandum. Sterilis ad manducādū
Docilis ad moderandum. Uirilis ad ſuperandum.
ſcilicet carnem. Nubilis ad federanduȝ. habilis ad ſe
parandum ſeu ornandum. Sic ergo dicam ꝙ mora
liter loquendo iuſtum precingit. Nobilitas peniten-
tie: Mobilitas audientie ſeu obedientie. Sedulitas
diligentie. Stabilitas exiſtentie. Aſperitas abſtinen-
tie. Modalitas temꝑantie. Sinceritas continentie.
Integritas amicicie. Nobilitas apparētie. Et ſic cer
te dicam. ꝙ diſcurrendo per iſtas cauſas ſpiritalis p̄
cinctionis. Penitentia portat cilicium. vt culpas de-
fleat. Audientia ſeu obedientia mouet veſtigium: vt
cito pareat. Diligentia facit ſeruitium: vt bonis faue
at. Permanentia ſuffert duellum: vt mala ſubeat.
Abſtinentia tolli edulium: vt ventrem impleat. Tem
perantia tractat conſilium vt luxus caueat. Continē
tia ſuffert martyrium vt carnem arceat. Amicicia li-
gat coniugiū: vt ſimul maneat. Apparentia ornat ho
B ſpitium vt bonis placeat. ¶ Igitur cariſſimi precin-
gamur cingulo penitentie: vt culpas defleamus. Pe-
nitentia enī eſt illud cilicium: quo antiquitus ſancti
patres ſe ſolebant p̄cingere: quando habebant flendi
materiam ⁊ dolendi. vn̄. Judith. iiij. Induerunt ſe ſa-
cerdotes ciliciȷs: ⁊ infantes ꝓſtrauerunt contra faciē
templi dn̄i: ⁊ altare dn̄i cooperuerunt cilicio. Eſt ⁊ ci
gulus ſacci: de quo Eſai. xxij. vocauit dn̄s ad fletuȝ ⁊
luctum. Sequitur. Et ad cingendum ſacci. ¶ Item
precingamur cingulo diligentie: vt bonis ſeruiamus
ſeu miniſtremus. Luce. xvij. Precinge te ⁊ miniſtra
mihi. Et Luce. xij. Precinget ſe ⁊ faciet illos diſcum
bere: ⁊ tranſiens miniſtrabit illis ¶ Item precinga-
mur cingulo obedientie: vt bonis pareamus in om-
nibus ſcilicet licitis et honeſtis. Thobie quinto. In-
uenit iuuenem precinctum ⁊ paratum ad ambulan-
dum. Unde Petro angelum ſecuturo dictum fuit.
Actuum. xij. Surge Petre precinge et calcia te. Et
Johannis. xxj. dictum eſt ſibi. Petre cum eras iu-
nior cingebas te ⁊ ibas quo volebas: nunc autē ali⁹
cinget

cinget te ⁊ ducet quo tu non vis Leuit.viij. Aſtringēs cingulo aptauit rōnale. Luc.xij. Sint lumbi veſtri ꝑcincti ⁊ lucerne ardentes iu manibus veſtris ¶ Iteꝫ cingamur cingulo conſtantie vt in bonis operibus permaneamus. pſ. Fiat illi. ſ. virtus cōſtantiē ſicut zona qua ſemꝑ precingiť Semper eñ denotat pſeuerantie rōem ¶ Item cingamur cingulo abſtinētie ne carnē nimia cura et delicijs foueamus. Johis.xiij. Linteo erat precinctus Linteũ eñ qḋ ex lineis ⁊ tenuibus filis contexitur. tenuitatem victus ſignat. ¶ Item cingamur cingulo temperantie vt luxum. i. ſupfluitateꝫ magnificētie in operibus noſtris caueamꝰ. pſ. precinxit ſe virtute. ſupple temperantie. ¶ Iteꝫ ꝑcingamur cingulo continentie vt mundi fulgeamus. vt. ſ. dicat quilibet illud pſ. Deus q̄ precinxit me virtute ad bellum: ſupple contra carnē ⁊ poſuit immaculatā viam meam. Iſta eſt aũt proprie precinctio lumborũ ſeu renum: de qua dr̄ Eph.vj. State ſuccincti lumbos vr̄os Grego. Ho dicit. ꝙ tunc lumbos precingimꝰ cum carnis luxuriam per continentiam coartamus. Iſtud eſt aũt cingulum biſſinum quo. ſ. ſacerdotes mādabanť precingi Exo.xxxix. vbi deus precipit qḋ aaron ideſt eccleſiaſticis fierent feminalia linea. et cingulum de biſſo retorta. Linum eñ ⁊ biſſus q̄ candida ſunt mũdiciam carnis deſignant quam precipue nos eccleſiaſtici tenemur habere. Exo.xxix. Cinges balteo aaron et filios eius ¶ Item precingamur cingulo amicicie vt intus ardeamus. charitas eñ cingit ⁊ ſtringit De quo Apoc.j. dicitur. Mḋ filius hois erat precinctꝰ ad māmillas zona aurea. Et Apoc.xv. dicitur qḋ illi ſeptem angeli qui erant induti lapide candido. erāt ꝑcincti circa pectora zonis aureis ¶ Itē precingamur cingulo honeſte apparentie quo placeamus. Eze.xvj. Cinxi te biſſo. calciaui te iacincto. vnxi te oleo: veſtiui te diſcoloribus indui te veſtibus ſubtilibus: ornaui te ornamento Et breuiter de homine ſic virtutibꝰ ꝑcincto pōt dici illud. Eſa.v. Nō dormitabit neq̄ dormiet: neq̄ ſolueť cīgulũ renũ eius. Et iſta eſt ꝑcinctio bona. De malis Ho notabis ꝙ ipſos cīgit ⁊ ſtrīgit parcitas ⁊ auaricia feritas ⁊ iracundia: calamitas atq̄ triſticia: vt ſic de pctōre dicať illud. pſ. Fiāt illi ſicut veſtimentuꝫ quo operitur: ⁊ ſicut zona q̄ ſemper ꝑcingitur. Ut et ſic dicat peccator ⁊ maxime damnatus illud. Job.xix. Afflixit me ⁊ flagellis ſuis me cinxit. Sequiť. Expoliauit me glā mea: abſtulit coronam de capite meo: deſtruxit me vndiq̄ ⁊ pereo ⁊c. Uide ibi ⁊c. Uide ſupra ſatis plene vbi Accingere.

## Precindere.

Uide infra de ſcindere.

## A Precipitatio.

Nota ꝙ precipitatio nihil aliud eſt q̄ꝫ de alto ī baſſuꝫ lubrica deiectio. Et ſic dico: ꝙ ſemꝑ accipi conſueuit in malo: qꝛ ſcꝫ ſemꝑ ſignat ſubitam deictionē de alto in baſſum: de ſummo ad ymũ: de ſupcilio in ꝓfunduꝫ deſcenſiōeꝫ. Igiť moraliť loquendo dico ꝙ eſt triplex precipitatio. ſ.

Temporalis. — Prima eſt miſerie preſentis.
Spiritalis. — Scḋa eſt culpe latentis.
Infernalis — Tertia eſt pene ſequentis:

Precipitať eñ diues veniens ad paupꝫtatem. Juſtus corruens ad prauitatem. Impius defluens ad vilitatem. ¶ Primo ergo dico: ꝙ eſt ꝑcipitatio que fit a fortuna: ⁊ iſta nihil aliud eſt: q̄ꝫ precipitatio ſubita quam q̄ñq̄ incurrũt diuites ⁊ potētes ſubito per infortunia corruentes ⁊ ad paupertatem ⁊ infortunium deſcendentes. Caprea enim vt dicit Plinius quandoq̄ a venatore taliter coartatur: ꝙ ab altitudine rupis in infimuꝫ precipitatur. Uerumtamē quia fortiſſima habet cornua quādoq̄ fit: ꝙ deſuper cadens non moritur ſed ſaluatur. Sic vere ſepe contigit: ꝙ aliqui alti ⁊ magni contra eos venante fortuna, precipitantur ⁊ deijciuntur a gloria ſtatus ſui. Cōſtat enim ſepe ꝙ fortuna multos erigit et ſublimat vt tandē ad precipitium ⁊ infortuniũ ipos deducat. Sic videtur velle fec ſſe illi Luc.iiij. qui duxerunt xp̄m ad ſupercilium montis vt ꝑcipitarēt euꝫ. ille tñ trāſiens per mediũ illorũ ibat. verũtamē tales ſic pcipitati fortia capita bonarũ mētium: fortibꝰ cornibus. i. cōſtātia ⁊ virtutibꝰ communita debēt habere: ꝑ que poſſint a morte culpe ⁊ pene: ⁊ a deſperatiōis periculo ſe ſaluare. Fortis eñ homo et ſi ab alto deijciť. virtus tamen mentis in ipſo ꝓpter hoc nō caſſatur: immo certe tales debent ſe conuertere ad dñm ⁊ dicere illud Job.x. Manus tue dñe fecerũt me ⁊ pſalmauerunt me totũ in circuitu ⁊ ſic repēte ꝑcipitas me: memēto queſo ⁊c. Iſta igiť eſt ꝑcipitatio q̄ fit a fortuna. ¶ Secundo dico ꝙ eſt ꝑcipitatio quā facit hō que fit a gratia. A ſtatu eñ gratie ꝑcipitatur hō qñ de arce virtutũ aliquo caſu corruit in peccatũ Dicit eñ Plini. Mḋ aquila in mōtibus pugnat aliquoties cōtra ceruũ. Uolutat eñ ſe in arena: ⁊ tunc alas ſuas verberās corā ceruo oculos ipſius implet arena: ita ꝙ viſum ad tempꝰ perdit qḋ perpēdens aquila ſolet roſtro ⁊ vngulis ⁊ vnguibꝰ illum pungere: ⁊ ſic facit eum: cũ ſe regere neſciat: de alto precipitare ⁊ ſic mortuum ceruũ ſolet aquila deuorare. Sic vere dyabolus in oculos cordis ceruorum cornutorum. i. hominũ virtuoſorũ: arenam diuitiaruꝫ per affectionē taliter immittit ꝙ viſum diſcretiōis penitus eis tollit: ⁊ ſic ab arce virtutũ ipſos in pctm̄ precipitat eoſq̄ deuorat ⁊ confundit. Uñ diabolus videť dicere de talibꝰ illud Eza.xix. Dirumpeť ſpũs egypti ⁊ cōſiliũ eius ꝑcipitabo. Ut ſic de demonibꝰ tentantibus ⁊ ꝑcipitātibꝰ ⁊ diuitias pre oculis mentis in iſtis precipitatis offerētibꝰ: poteſt dici illud Eſa.ix. ⁊ erũt qui beatificant populũ iſtũ ſeducētes ⁊ qui beatificantur precipitati. Et aduerte ꝙ plura ſunt que ꝑcipitāt hominē ad virtutē videlicet.

Jactantia que vane gloriatur.
Diſcordia que pati aduerſatur.
Malicia que mala machinatur.
Superbia que nimis ſublimatur.

De iactantia pōt dici illud Eccl'es.x. Labia inſipientis ꝑcipitabunt eum De diſcordia dr̄ in pſ. Precipita dñe ⁊ diuide linguas eorũ: qm̄ vidi iniquitatē ⁊ cōtradictionē in ciuitate. De malicia vero dr̄ Job.xviij. Artabuntur greſſus virtutis eius: ⁊ ꝑcipitabit cũ ꝯſiliũ ſuum. De ſupbia autē pōt dici illud Treñ.ij. Precipitauit iſrael. ꝑcipitauit oīa menia eius. Menia eñ altitudinē ſupbie ſignificant. vt ⁊ de ſupbis dicať illud. ij. paraľ.xxv. Precipitauerũt eos de ſummo in ꝑceps ⁊ omnes crepuerũt. Iſta eſt ergo ꝑcipitatio q̄ fit a gratia. ¶ Tertia eſt ꝑcipitatio que fit ab hac vita. Et iſta ꝓcerto eſt iſta qua peccator de vita iſta ⁊ de mũdo. i. mundi opulētia ꝑcipitať in mortē eternaꝫ: figuratꝰ in impia regina Jezabel. que cōtra legē diuinaꝫ pro cultu idolorũ pugnauerat: ⁊ ꝓphetas dñi occiderat ⁊ tādem oculos ſuos depinxerat ⁊ ſe ſupflue ornauerat. Que tamē per iehu regē iſrael fuit a ſummo deorſum precipitata. ⁊ continuo a canibus deuorata. Quia reuera illi qui idola. i. vitia colunt ⁊ frequētant qui prophetas. i. iuſtos et maxime religioſos ⁊ clericos ſpernunt ⁊ impugnant qui per laſciuiam ⁊ luxuriā vultus ſuos pingunt ⁊ adornant a rege iſrael chriſto deorſuꝫ in infernum ꝑcipitātur: vbi ſcꝫ a canibꝰ. i. a demonibꝰ deuorātur. Treñ.ij. Precipitauit dominus nec pepercit omnia ſpecioſa iacob. deſtruxit in furore ſuo munitiones virginis iuda: deiecit in terrā: ⁊ polluit regnũ et principes eius. Et nota ſi vis quod in infernum precipitātur hi qui fetent carnali fece. Torpent deſidioſa fauce. Sedent in ſtatus arce. Splendent gazaruꝫ luce. ¶ Precipitantur dico luxurioſi carne fetentes. figurati. ſcilicꝫ in porcis de quibus dicitur Math.viij. quod poſtq̄ maligni ſpiritus intrauerant in eos: totus grex ipſorum abijt per preceps in mare. Et Marci.v. Quod totus grex porcorum ꝑcipitatus eſt in mare. Porcus autē inmundũ animal luxurioſos ſignat



Ayuntamiento de Madrid

Jtez precipitantur deſidioſi mente torpentes ſeu fau
cibus hiantes qd eſt ſignũ torporis.vñ Eccli.xxx.Fi-
lius remiſſus euadet pceps. Jtẽ pcipitanť ambitioſi
alte ſedentes.vñ de cedris.i.de altis ⁊ eminentibus ⁊
ſupbis dr.Hier.xxij.Succidẽt electas cedros tuas:et
pcipitabunt in ignẽ. Jtem pcipitanť pecunioſi gazis
pollentes.ſ.mali diuites.figurati ĩ leuiathan: q̃ inter
pretatur additamentũ:q2 iſti vſq3 ad ſummũ ſunt ad
diti ⁊ repleti.De quo dr.Job.xl.ꝙ ſpes ei9 fruſtrabiť
eũ.⁊ videntib9 cunctis pcipitabiť ⁊c.ſufficit.Si tamẽ
in bono ſignificato velis pcipitationẽ accipe:nota ꝙ
bona eſt q̃ſq3 pcipitatio tẽporalis:⁊ hec eſt pauptas
ſeu aduerſitas:⁊ſpiritalis q̃ nihil eſt ꝙ hũilitas.Bo
num eſt eñ de alto diuitiarum: ⁊ eminentiarum ad ymum
paupertatis deijci:⁊ de elatione pſumptiõis ⁊ ſupbie
ad pfundum hũilitatis pcipitari.Exemplo ibicis qd
eſt aĩal agilimũ:qd ad euadendũ picula venatorum ſo-
let ſe de altiſſimis rupibus pcipitari:⁊ ſe ſine piculo
ſup caput ⁊ cornua q̃ h3 fortiſſima recipere:⁊ ſic vena
torum ⁊ canũ piculũ euitare. Sic ⁊c multi fuerunt:q̃ de
altis ſtatibus ad infimos ſe voluntarie pcipitauerũt
mundũ ⁊ ipſius alta dñia reliquerunt:religionẽ ſum
pſerũt:⁊ in religione vixerũt.Et ſic venatorez inferni
⁊ tentationũ ei9 piculũ euaſerũt:ſicut de illo ſtrenuo
viro dr.ij. Mach.xiiij.ꝙ ipſe pcipitauit ſemetipſum
viriliter.Et ſic patet ꝙ pcipitatio in malo ſumiť ⁊ in
bono.Uide de Cadere.Ruere. Deijcere ⁊c.

A **Precedere.** Cuz precedere nihil aliud ſit ꝙ
ante ire. Precedere enim/ idez
ẽſt ꝙ p alijs incedere.Et pertinet precedere pprie ad
xp̃m:⁊ ad viros eccl̃iaſticos ⁊ platos.Jſti eñ pcedere
debent alios q̃druplicitcr ex quadruplici cã vel rõne.
Precedit eñ hõ aliqñ ſicut prelatus alte preſidendo.
Precurſor viã oñdendo.Miniſter iter faciendo.De-
fenſor hoſtes repellendo. ¶ Jſtis eñ quatuor modis
debent plati ⁊ clerici alios anteire:⁊ ipos pcedere et
ante eos ptranſire.¶ Primo ergo dico ꝙ iſti pcedũt
eos eis pſidendo ſingulariť:q2.ſ. plati precedũt alios
gradu ⁊ dignitate.Eccl̃iaſtici vero alios dñt pcedere
pfectiõe ⁊ bonitate.Corpa eñ celeſtia pcedũt inferio
ra in ſitu:q2 ſunt altiora:⁊ in lumine q2 ſunt clariora:⁊
in perfectiõe q2 ſunt durabiliora. Et iõ plati poſſunt
dicere cuilibet ſubdito illud. Geñ.xlj. Uno tm̃ regni
ſolio te pcedã.⁊ Geñ.xxxiij. Precedat dñs meus ſer-
uum ſuũ ⁊ ego paulatim ſequar veſtigia eius.Eccle-
ſiaſtici etiã debẽt in bonis morib9 pcedere ſeculares
q2 ſicut diciť.Eccl̃s.ij.Uidi ꝙ tantuz precederet ſapi-
entia ſtulticiam quãtũ differt lux a tenebris.¶ Scdo
dico:ꝙ iſti pcedere debẽt eos viam oſtendendo exem
plariter.Sicut eñ de elephante diciť: ꝙ inueniẽs ho
minem errantem in nemore ponit ſe in via recta an-
te eũ:vt ſic eũ precedendo viam rectã oñdat.Sic eccle
ſiaſtici plati ⁊ pfecti debent erroneos ⁊ iſcios p bona
exẽpla ⁊ opa precedere ⁊ in recto ſalutis itinere ſe po
nere:vt ſic p eorum exempla ipi poſſint ad viam rectitu
dinis puenire.Exod.xxiij. Mittã angelũ meũ q̃ pce-
dat te.Sicut eñ p3 ex ſcriptura tria pcedebãt filios
iſrael in deſerto.Angelus.Colũna nubis ⁊ Archa fe-
deris.Ad denotanduz ꝙ illi in deſerto huius mundi
ex gradu ⁊ officio habent alios exẽplariter precedere
⁊ viam ſalutis eis oſtendere.Debent ergo pculdubio
eſſe angeli p perfectionis ſublimitatẽ.Et nubes p do
ctrine ⁊ ſapientie ſtillicidam humiditatez.eſſe archa
federis:p deuotionis ⁊ mundicie ſanctitatẽ.Angeli.n.
debẽt eſſe celeſtia contemplando.Uñ ibidẽ. Exo.xxiij
dicitur.Precedat te angelus meus.Nubes pluuiam
doctrine alijs diffundẽdo.exo.xiij.precedebat eos ad
oſtendendũ viam per diez in columna nubis. Archa
federis ſancte ⁊ deuote viuẽdo : ⁊ ſe deo ſpiritaliť de
dicando.Nume.x.Archa federis dñi pcedit eos.Jſti
ergo precedunt alios viam oſtendendo exemplariter
B ¶ Tertio dico:ꝙ iſti debẽt precedere ſubditos:⁊ etiã
alios ſimplices iter faciendo miniſterialiter.Prela-
ti enim ſunt miniſtri ⁊ ſerui aliorum.Et ideo ſicut mi-
niſtri ſolent dñz pcedere ⁊ ei viam facere ⁊ domuz pa
rare.Juxta illd.ij.Reg.xv. Pedites precedebãt regẽ
Jn exercitu etiam apum ſunt quedam que regem ſuũ
precedunt vbicunq3 vadit armato aculeo.iuxta illud
Joſue.vj.Omnis exercitus precedebat armatus . Et
inde eſt ꝙ beatus Johannes precurſor domini dicitur
quia ante dominum preceſſit:⁊ eidem viaz in heremo
preparauit: ſic vere prelati ⁊ eccleſiaſtici debent do-
minos ſuos:hoc eſt dictu:ſubditos quibus ipſi ſerui
unt vt dictum eſt in omni periculo precedere:viaz cũ-
di ad paradiſum eis facere hoſtes ⁊ offendicula.id ẽ
hereticos ⁊ tyrannos nec non peccata ⁊ vitia repelle-
re:⁊ locum ⁊ manſionem in celo eis pro viribus pre-
parare.et ideo de tali proceſſione famulatiua poteſt
dici illud.Prouerbiorum.xv.Gloriaz precedit humi
litas quia magna eſt humilitas prelatorum quando
precedunt alios vt miniſtri.Jſto etiam genere preceſ
ſionis debemus etiam nos precedere magiſtros no-
ſtros dominos et prelatos. Exẽplo apoſtolorum de
quib9 dicitur.Math.xiiij. Quod ipſe iuſſit eos aſcẽ-
dere in nauiculam ⁊ precedere eum trans fretũ.Pre
cedamus ergo ſicut dictum eſt: iter faciendo miniſte
rialiter.¶ Quarto dico ꝙ prelati ⁊ eccleſiaſtici debẽt
alios precedere hoſtes repellendo virtualiter.Sicut
eniz aper ſolet filios ſuos precedere:⁊ pro ipſis lupis
ſe opponere:⁊ ipſos p viribus defenſare. Sic et pre-
lati debent pro ſubditis ſe opponere: exemplo bono-
rum militum qui populuz quandoq3 ſolẽt precedere.
⁊ ex cordis audacia bellum gerere:⁊ aduerſarijs ſe pre
offerre:⁊ ſequentem populum defendere ⁊ iuuare.ij.
Macha.xj.Apparuit precedens eos eques in veſte cã
dida.Sic etiam chriſtus nos dicitur preceſſiſſe ſcili-
cet iuuando ⁊ defendendo. Unde Deut.iiij.dicitur.
ꝙ precedens nos in virtute ſua magna eduxit nos de
egypto.⁊ ſic igitur patet:quomodo pcedere debemus
alios quadrupliciter:ſcilicet. Ad illos defendendum
Ad eis miniſtrandum. Ad viam demonſtrandum. ⁊
ad ipſis etiã imperandũ.¶ Jn malo vero poteſt dici C
de precedere:ꝙ homo quandoq3 precedit ex ſuperbia
⁊ ambitione . Sunt enim aliqui equi ita ſuperbi: ꝙ
omnes alios volunt precedere:⁊ dolent ſi alium vide
rint precedentem:ipſumq3 ſi poſſunt inquietant atq3
mordent :⁊ iſti vt cõmuniter ſunt inquieti.¶ Sic ve-
re multi ſunt in ſeculo ⁊ in clauſtro: qui ita ſunt ſu-
perbi ⁊ preſumptuoſi ꝙ in gradu ⁊ in ſtatu omnes ali
os volunt precedere:⁊ dolent ſi quem viderint ſe an-
teire:ita ꝙ non ceſſant preceſſores ſuos litibus inqui
etare:vel valde detractionibus lacerare. Et iſti pro-
culdubio ſunt vt cõmuniter illi qui ceteris minus va
lent quia ſcilicet illi qui ſunt inſufficientiores: volũt
multo maiores eſſe aliorum meliorum ⁊ ſufficienti-
um.ij.Regum.xv.Pedites precedebant regem.pſal.
Jgnis ante ipſuz precedet ⁊ inflãmabit in circuitu om
nes inimicos ſuos.Superbi enim ⁊ ambitioſi dicun-
tur ignis:quia ſcilicet more ignis ſurſum aſcendunt
alios per ſuperbiam precedere cupiendo:et alios in-
flammant ledendo ⁊ infeſtando. et hec de precedere
ſufficiant.Uide vbicunq3 agitur de Ante ⁊ Pre

**Precipere. preceptum.** Cum pre-
cipere p- A
tineat ad ſuperiorem:obedire vero ad inferiorez.poſ
ſumus notare ꝙ in ſcriptura ſit mentio de preceptis
bonis ⁊ malis.eſt enim.
Preceptum tenendum.
Preceptum vitandum.
Preceptum vtile.
Preceptum damnabile.
Preceptum virtuoſum.
Preceptum vitioſum.

¶ Precepta enim que deus mandat ꝛ p̄cipit ſunt bona ꝛ vtilia. Precepta aũt mũdi: carnis ꝛ dyaboli ſunt mala ꝛ dãnabilia. Deꝰ em̃ p̄cepit declinare a malo: ꝛ facere bonũ. Iſti ãt p̄cipiũt declinare a bono ꝛ facere maluꝫ. Et iõ ſanctus ille Machabeus ſciens diuerſitatem iſtorum duorũ p̄ceptorum: dicebat. ij. Macha. vij. Nõ obedio p̄cepto regis ſcilicet dyaboli vel mundi. ſed p̄cepto legis. Breuiter ergo poſſumus dicere: ꝙ precepta diuina ſunt complenda ꝛ facienda ꝛ a nobis cuſtodienda ꝛ inuiolabiliter obſeruãda. pſ̄. Preceptum poſuit ꝛ non preteribit. Verũtamen quia ſupra de mandato aliquid eſt dictuꝫ ideo modo breuiꝰ eſt tranſeundum. Notare ergo poſſumus ꝙ ſicut prudens pater dat precepta ſuo filio predilecto. quorum aliqua ſunt a malo retrahentia: ꝛ aliqua ad bonũ allicientia. Iuxta illud Prouer. vj. Cõſerua fili p̄cepta patris tui. Sic deus in ſcriptura dedit p̄cepta ſua hominibus vt ipſos ad bonum attrahat ꝛ conuertat. ꝛ a malo retrahat ꝛ diuertat Deut. iiij. Cuſtodi precepta mea atq; mandata q̃ ego tibi p̄cipio hodie. Nam ſicut infirmus cuſtodiens mandata medici ſolet ſanari. ſic homo cuſtodiens precepta dei ſolet a culpa ſanari ꝛ in bono reſeruari. Sicut enim dicitur Prouer. xiij. Qui timet preceptum: in pace verſabitur. Et eccleſ. viij. Qui cuſtodit preceptum non experitur

B quicq̄ mali. ¶ Nota ergo ꝙ deus p̄cipit homini p̄cepta valde bona ꝛ vtilia. tam affirmatiua q̄ prohibitiua. Precipit enim deus generaliter nouem genera preceptorum: videlicet precepta.

Correctionis.
Compaſſionis
Diſcretionis.
Deuotionis.
Paupertatis.
Charitatis.
Humilitatis.
Strẽnuitatis.
Sobrietatis.

¶ Dico ergo ꝙ ſunt precepta correptionis: ꝛ ſic deus ordinat punitionẽ malorum: ꝛ caſtigationẽ ꝛ afflictionẽ bonoruꝫ. vñ ij. Regum. xvj. dicitur. Qð deꝰ preceperat ſemei ꝙ ipſe conuiciaretur dauid. Et ione. iiij. dr̄. Quod deus p̄cepit vento calido ꝛ vrenti: ꝛ percuſſit ſol ſup caput Ione ꝛ eſtuabat. ¶ Itẽ dico ꝙ ſunt precepta cõpaſſionis. Precepit. n. miſereri peccatoribus. ꝛ nutrimenta dari pauperibus. De peccatoribus patet exẽplo Dauid qui precepit Ioab: vt ſeruaret ſibi pueruꝫ abſalon qui tamen erat impius ꝛ peccator. ij. Reguꝫ xviij. De pauperibus vero dicitur. iij. Regũ. xvij. Qð deus precepit coruis. i. diuitibus vt paſcerent helyã. ¶ Itẽ dico ꝙ ſunt precepta diſcretionis. Precipit. n. ꝙ ſimꝰ diſcreti. vigiles. ꝛ circũſpecti. Mar. xiij. Ianitori precepit vt vigilet. Et. j. Macha. xij. Precepit ionathas ſuis vigilare. ¶ Itẽ dico ꝙ ſunt precepta deuotiõis: quia ſicut dicitur. ij. Paral. xxxiij. Quod rex precepit iude vt ſeruiret domino deo iſrael. Et. ij. Paral. xiiij. Precepit iude ꝙ quereret dominum. Et. j. Paral. xxij. c. Precepit vt edificarent domum domini. ¶ Item dico ꝙ ſunt precepta paupertatis. Et ſic dominus precepit apoſtolis regulam euangelicam. de qua Marci. vj. Precepit eis ne q̃d tollerent in via ſcilicet neq; pecuniam. neq; zonam. neq; calciamẽta. ¶ Item ſunt precepta caritatis: Iohã. xv. Hoc eſt p̄ceptum meum vt diligatis inuicem. Et ibidem. Si p̄cepta mea ſeruaueritis: manebitis in dilectiõe mea. ¶ Iteꝫ ſunt p̄cepta humilitatis. De quo Marc. viij. Precepit turbe diſcumbere ſup terram. Et. j. Tymo. vj. ca. Precipe diuitibus huiꝰ ſeculi: non ſublime ſapere. nec ſperare in incerto diuitiarum. ¶ Itẽ ſunt p̄cepta ſtrẽnuitatis. ij. Mach. xiij. Precepit iudas armatos eſſe in locis oportunis. ¶ Item ſunt precepta ſobrietatis. Gen̄. iij. cur precepit vobis deus vt nõ cõmedatis ex omni ligno. Exemplo rechabitarum qui ex precepto patris non biberunt vinum. Hiere. xxxv. Firmauerunt ſibi filij Ionadab filij rechab p̄ceptum patris ſui. Iſta ſunt ergo precepta bona que ſciꝫ ſunt cordis illuminatiua. Sũt pacis generatiua. Sũt mali exterminatiua. Precepta ergo iſta ſolẽt cordis oculos illuminare: preceptum domini lucidum illuminans oculos. pſ̄. ¶ Item ſolent pacis ſed era conſiliare. quia ſicut dicitur Prouer. xiij. Qui preceptum timet: in pace verſabitur. ¶ Item ſolent cuncta noxia exterminare. quia ſicut dicitur eccl̄. viij. c. Qui cuſtodit preceptuꝫ non experietur quicq̄ mali. Iſta igitur precepta teneamus ꝛ totis viribus impleamus. vt ſimus ille de quo dicitur eccl̄. xlv. ꝙ dedit illi deus cor ad precepta: ꝛ legẽ vite ꝛ diſcipline ꝛc. Vide. ſ̄. de mãdato ꝛ de mandare. Sufficit.

## Preciuꝫ.

A Cũ p̄ciũ nihil aliud ſit q̄ ſalarium: merces. retributio ſeu p̄miuꝫ quod alicui dat̃ ꝓ aliqua re. vel ꝓ aliquo ſeruitio vel labore. Poſſumus notare ꝙ in ſcriptura inuenitur p̄ciũ.

Soluendum.
Emendum.
Spernendum.
Habendum.
Promerẽdum.

¶ Primo ergo dico ꝙ eſt p̄ciũ ſoluẽdum. Et iſtud eſt p̄cium bonorum operuꝫ quod nos debemꝰ deo ſoluere: vt ſibi de bñficijs nobis factis ꝛ faciendis poſſimus ſatiſfacere. Et de hoc dicitur eccl̄. xx. eſt qui multa redimat modico precio: quia ſcilicet p̄ciũ operum ꝛ virtutum quaſi nihil eſt reſpectu rei appreciate. i. reſpectu bñficiorum diuinorum. Iſtud etiam precium ſoluẽdum ſignat bona tẽporalia que paupibus debemus. De quo Act. iiij. c. dr̄. Qð fideles vẽdebant omnia bona ſua. ꝛ afferebant p̄cium ꝛ ponebant añ pedes apoſtolorum. Et iſtud ẽt põt ſignificare p̄ciuꝫ qð debet̃ illis qui ꝓ nobis aliq̃d opant̃: qð ſcꝫ ſtatim debemꝰ eis ſoluere ꝛ nõ eorum ſalarium retinere. vñ Deut. xxiiij. Non negabis mercedem indigẽtis ꝛ pauperis fratris tui ꝛ aduene: ſed eadem die redde ei p̄cium laboris ſui. Et ſic eſt igitur p̄cium ſoluendum. ¶ Scd̄o dico ꝙ eſt dare p̄cium emẽdum. Et iſtud eſt p̄ciũ imp̄ciabile glorie paradiſi. quod a nobis dꝫ emi ꝑ opa virtuoſa. Deus em̃ volẽs habere opa bona noſtra affectus ꝛ actus. conſtituit nobis mercedẽ ꝛ p̄ciũ glorie paradiſi ꝛ ẽt ſemetipſum. Iſtud eſt em̃ p̄cium icõparabile. de quo dicitur Iob. xxviij. Neſcit homo p̄cium eius nec inuenitur in terra ſuauiter viuẽtiuꝫ. Fatui tñ de iſto p̄cio nõ curãt. qꝛ ſicut dñs in pſ̄. dixit. Precium meũ cogitauerũt repellere. ¶ Tertio dico ꝙ eſt p̄cium ſpernẽdum. ꝛ iſtud eſt p̄ciuꝫ bonoꝝ tꝑaliũ ꝛ delitiarũ corporaliũ. Dyabolus em̃ offert iſtud p̄ciũ pctõribus ꝓ animabus ſuis. Exẽplo achab q̃ naboth ꝑ vinea ſua habẽda argẽti p̄cium offerebat. Et iſtud p̄cium debemus repellere. Iuxta illud Numeri xxxv. Non recipietis p̄ciuꝫ ab eo qui reus eſt ſanguinis. ſ. a dyabolo: Iſtud p̄cium debet potiſſime refutare p̄lati: qꝛ. ſ. non lꝫ eis accipere p̄cium ꝓ beneficio cõferẽdo: non em̃ licet mittere in corbanã: qꝛ p̄ciuꝫ ſanguinis eſt. ¶ Quarto dico ꝙ eſt p̄cium habendum. ꝛ iſtud eſt p̄cium gr̃e ꝛ virtutũ ꝛ meritoruꝫ. Si. n. iſtud p̄cium abũdanter habuerimꝰ. gl̃iam eternã mercari ꝛ emere poterimus. ꝛ ẽt aĩam noſtraꝫ de mortis ꝛ dãnationis ꝑiculo redimemꝰ. Prouer. xij. Subſtantia hoĩs erit auri p̄cium. ¶ Quinto dico ꝙ eſt p̄ciũ promerendũ. Et iſtud eſt p̄cium redẽptionis noſtre. ſ. ipe xp̄s qui fuit p̄cium animarum. De quo dr̄. j. Cor. vj. Empti eſtis enim precio magno. glorificate ꝛ portate deuꝫ in corpore veſtro. Iſtud p̄cium apportauit piꝰ mercator ſpiritusſanctꝰ de theſauro celeſti ad nundinas mundi huius. vt cum ipſo animas mercaretur. ꝛ captiuos redimeret de inferno. Iõ de aĩa dr̄ Prouer. xxxj. Procul a finibus terre p̄cium eius ꝛc. Vide ſupra de mercede. ꝛ infra de premio.

## Precioſus.

A Nota ꝙ p̄cioſum dicitur a p̄cio qꝛ illa res dicitur precioſa que caro p̄cio comparatur: vel que ad magnum p̄ciũ eſtimatur. Et ſic breuiter poſſumus dicere ꝙ multa ſunt que dominus reputat precioſa. videlicet.

Anime conditionem.
Iuſtorum perfectionem.
Virtutum collectionem.

Celeſtem poſſeſſionem. ¶ Dico anime pditionē. Inter theſauros eñ ſummi regis nihil eſt pcioſius aia xpiana: qd bñ apparuit: qz pro ipſa pdita rediméda filiū ppriū dedit morti. j. Pet. j. Non corruptibilibus auro vel argēto: ſz pcioſo ſanguine quaſi agni incōtaminati xpi ieſu redēpti eſtis. Et iō de pcioſitate aie dr Prouer. vj. q mulier pcioſam alam viri rapit. ¶ Itē dico q pcioſam reputat iuſtoꝝ pfectionē. Nihil eñ apud deū pcioſi9 viro iuſto. Iuxta illud Eſaie. xiij. Precioſior erit vir auro: ⁊ hō mūdo obrizo. Et potiſſime iſti in morte ſunt pcioſi: qz ſicut mare euomit lapides precioſos: ita q in arena inueniuntur ⁊ cū diligentia recepti in theſauris principū reconduntur. Sic mundus viros iuſtos reijcit ⁊ contemnit. ipſos tamen deus in arena mortis recolligit ⁊ in theſauro paradiſi reponit pš. Precioſa in conſpectu dñi mors ſanctorum eius. Dico ergo q deus precioſam reputat iuſtorum perfectionez. vnde iſti viri figurātur in vaſis precioſis dom9 dei. i. eccleſie: que tñ nabuchodonoſor. i. dyabolus p peccatum qñ pōt de domo dei ſubripit ⁊ furaſ. ſicut de ipo dicitur. ij. Paral' xxxvj. Quod ipſe aſportauit ſecum in babylonem pcioſiſſima vaſa domus dñi. ¶ Itē dico q deus precioſam reputat virtutum collectionez. Et iō virtutes in anima ſunt ſicut precioſi lapides in theſauro. vñ viri iuſti figuranſ in illis camelis q portabāt aromata gēmaſq pcioſas quas regina ſaba. i. eccleſia in ſocietate ſua legitur habuiſſe. ſicut dicitur iij. Reg. x. Iſte etiam virtutes figurātur in duodecim lapidibus pcioſis qui erant in fundamento tēpli. de qb9 tñ aliquātulū dictuz eſt ſupra titulo de porta. Figurantur et in nouem precioſis lapidibus qui erāt in primi angeli veſtimēto. de quib9 dixi ſupra titulo de pfectione. Supra etiam de lapide poteris multuz videre de iſtis lapidibus precioſis. vnde etiam de viro iuſto dr in pš. Poſuiſti dñe ſup caput eius coronā de lapide pcioſo. Inter iſtas aūt virtutes tres ſunt q dicuntur principaliter precioſe. videlicet.

Fidei certitudo.
Clementie plenitudo.
Sapientie limpitudo.

¶ De fide eñ dicitur. j. Pet. j. Probatio fidei veſtre multo precioſior ſit auro quod per ignez pbatur. De clementia dicitur Ioh. xij. Qd Maria habebat librā vnguēti nardi piſtici pcioſi. De ſapiētia vero dr Prouerbiū. iij. Quod pcioſior eſt ſapiētia cūctis opibus. Patet ergo q deus reputat precioſam virtutum collectionē. Multi tñ ſunt ſimiles porcis q plus diligūt ſtercora q lapides precioſos. ſic iſti plus diligunt vitia q virtutes: tpalia q eterna. De quibus Treno. j. Dederunt queq pcioſa pro cibo ⁊c. ¶ Item dico q deus precioſam reputat celeſtez poſſeſſionē. De qua Iaco. v. dicitur. q agricola expectat fructum pcioſuz ⁊c. Paradiſus enim figuratur in tēplo Salomonis. qd pcioſis lapidib9. i. gaudijs incōparabilibus erat ſtratum. ſicut dr. ij. Paral'. iij. Et ſic pz quō in bono ſignificato quatuor ſunt pcipue pcioſa. ¶ In malo aūt ſignificato pcioſa dicunſ bona tpalia: qz iſta nō ſunt pcioſa vere ſz eſtimatiue. Mali eñ eſtimāt precioſa bona mundi. ſ. Diuitias. Delitias. ⁊ Honores. Unde nota q mali querunt ⁊ diligunt precioſitatem.

Diuitiarum.
Delitiarum.
Eminentiarum.

¶ Dico pcioſitatem diuitiarum. Et ſic dicitur puer. j. in perſona malorum ⁊ raptorum. Omnem pcioſam ſubſtantiam inuenimus: implebim9 domos noſtras ſpolijs. De precioſitate autem delitiarum dicitur in perſona malorum Sap. ij. Uino ⁊ vnguentis precioſis impleamus nos ⁊c. De precioſitate autem mundi eminentiarum: dicitur Apocal'. xvij. Quod mulier q equitabat beſtiā coccineam erat circūdata purpura ⁊ coccino deaurata auro ⁊ lapide pcioſo ⁊c. Uid vbi cūq agitur de predictis.

## Precipuū.

Illud dr eſſe pcipuū qd eſt in ſuo genere ſūme bonū: multa poſſemus dicere niſi auctoritates deficerēt. Uide ergo vbi. Ronū. Melius. Optimū ⁊ de ſimilibus. Et ſi vis allega. Senecā qui facit li. iij. de naturalib9 qōnib9 multas qōnes qd ſit pcipuum. Et reſpondet de pcipuitate virtutū ⁊ morū ⁊c. trāſeo gratia breuitatis.

## Preclarus.

Cum ſit dare. ſcilicet claritatem.

| | |
|---|---|
| Excellentie virtualis. | Uirtualſ errores corrigit. |
| Sapientie literalis. | Literalis deuios dirigit |
| Efficacie naturalis. | Naturalis aīos erigit. |
| Opulentie temporalis. | Tēporalis ledit ⁊ abigit |
| Eminētie ſupernalis. | Supnaſ trahit ⁊colligit |

¶ Igiſ dico q eſt preclaritas virtualis; excellentie: q errores ſolet corrigere. Claritas. n. tenebras fugat: ⁊ virtutes fugant vitia. vt ſic dicat qlibet illud pš. Hereditas mea pclara eſt mihi. Hereditas dico virtutum. ¶ Item eſt preclaritas literalis ſapientie: q deuios ſolet dirigere. Claritas enim ſolis dirigit viatores. ſic ſapiētia vel doctrina. pš. Calix meus inebriās q preclarus eſt. Calix enim iſte diuinam ſcripturam ſignat. ¶ Itez eſt preclaritas naturalis efficacie que animos ſolet erigere. ſ. ad ſui ſpeculationem. Opera enim dei preclara ſunt ⁊' ſolennia. ſicut de mari dicit Eccl'. xliij. q illic ſunt pclara ⁊ mirabilia opa. ¶ Itez eſt preclaritas temporalis opulētie: que fatuos ſolet decipere. ſeu que ſubito ſolet deficere. Et iſta eſt pclaritas generis: muneris ⁊ honoris que ſcilicet omnia ſimilia ſunt claritati choruſcationis que valde cito tranſit: ⁊ tamen viſuz grauat ⁊ ledit. Unde dominus cōminatur ciuitati tyri de babylonijs dicens. Uaſtabunt inquit opes tuas: diripient negociatiōes tuas. deſtruēt muros tuos: domus tuas preclaras ſubuertent. ezech. xxvj. Unde etiam de diuitibus peccatoribus qui modo preclari ſunt: dicitur ezech. xxxj. Egregia atq preclara ligna in lybano. vniuerſa que irrigabantur aquis deſcenderunt cum eo id eſt cum lucifero ad infernum ad interfectos gladio. ¶ Itez eſt preclaritas ſupernalis eminentie id eſt glorie paradiſi que deuotos ſeu beatos ſolet colligere ſeu allicere. Claritas enim conſolatur ⁊ allicit intuentes. Sic ibi vbi eſt ſūma pſolatio. De qua Hiere. iij. Quō inquit tribuam terram deſiderabilem. hereditatē pclaram. exercitum gentium? Sufficit. Uide ſupra. Claritas.

## Preco.

Nota q preco eſt ille qui clamat ⁊ pconizat mandata principum ſeu reguz: ſignificans. ſ. pdicatorem qui mandata dei hominib9 pconizat. Uide ſupra. vbi. Clamare. Annunciare. Et infra. vbi. Predicator: quia autoritates deſunt.

## Precurrere.

Uide ſupra de Currere. Ire. Ambulare.

## Precordia.

Nihil aliud ſunt q itima ſecreta cordis. vide de corde.

## Preda.

Cuz pda ſit illud qd ab aliquo rapitur violēter. Poſſumus notare q in ſcriptura inuenitur multiplex preda: tam in bono ſignificato q in malo. ¶ Nota ergo q eſt dare predam.

Prudentis predicatoris.
Dei triumphatoris.
Hominis comprehenſoris.

¶ Primo ergo dico q eſt pda quā predaſ homo predicator. Et iſta nihil aliud eſt q anima xpiana quam pdicator clamando ſibilando ⁊ latrando. i. arguēdo. obſecrando. increpando a dyabolo ſubripit ⁊ predaſ. Dic ſi vis quomodo pdicator equiparatur auib9 nobilibus ⁊ predalibus que ſunt clare viſu. Agiles volatu. Plumis indute. Corpore macillentes ⁊c. Uide ſupra titulo de Aue. Ideo de predicatore pōt exponi illud ezech. xix. Leo factus eſt ⁊ didicit capere predas. Et Hiere. iiij. dicitur. Aſcendit leo de cubili ſuo: predo gentium ſe leuauit. Et ſic tam de prelatis q de pdicatorib9

Ayuntamiento de Madrid

p̄dicatorībꝰ pōt dici illud.j.Reg.xxvij.Dauid ⁊ viri eius agebāt p̄dā.Iſta eſt ergo p̄da quā p̄datur hō p̄dicator.¶ Scđo dico ꝙ eſt p̄da quā p̄datur xp̄s triūphator.Et iſta ſignat aīas que primo fuerūt p̄da demonū:poſtmodū in paſſione facte ſunt p̄da xp̄i: qñ ſcʒ xp̄s ipſas de dyabolo rapuit ⁊ ſaluauit.Et de hoc dr̄ Job.xxix.Conterebā molas iniq̄:⁊ de dentibꝰ eius auferebā p̄dā.¶ Tertio dico ꝙ p̄daṫ iuſtus cōp̄henſor.Et iſta eſt p̄da bonorū eternorū quā beati predari dicunṫ inq̄tū quaſi p̄ volentiā.ſ.quā inferūt ſibiipſis ⁊ ſupra cōditionē humanā eternam glīaʒ aſſequunṫ Teſte eīn dño Mat.xj.Regnū celorum vim patitur ⁊ violenti rapiunt illud.Et de iſta p̄da dicitur Eſaie ix.Exultāt victores capta preda qñ diuidunt ſpolia.
B Et ſic p̄da ſignat in bono.¶ In malo vo ſignificato dico ꝙ triplex eſt gñaliter mala p̄da.videlicet.

Preda bonorum temporalium.
Preda bonorum virtualium.
Preda bonorum naturalium.

¶ Prima eſt p̄da diuitiarum quā p̄dantur tyrāni p̄ extorſionē.Iſti.n.ſunt ſicut leones ⁊ alia aīalia crudelia q̄ nō viuūt niſi de p̄da.vñ Nau.ij.dr̄.Ꝙd leo cepit ſufficiēter cattulꝭ ſuis:⁊ necauit leenis ſuis:⁊ īpleuit p̄da ſpelūcas ſuas:⁊ cubile ſuuʒ rapina.q.d.Iſti leones nō ſolū p̄danṫ p̄ ſe:imo ēt p̄ cattulꝭ ⁊ leenis.i.pro vxoribus ⁊ filijs ſuis nutriēdis ⁊ ditādis. Job.xxiiij. Uigilātes ad p̄dā p̄parant panē liberis. Et ſicut videmus ꝙ aīalia mitia ⁊ innocētia ſunt p̄da aīalium crudeliū:ſic hodie ſimplices ⁊ īnocētes:ſunt p̄da crudeliū tyrānorꝫ.Eſa.lix.facta eſt vitas i obliuionē ⁊ q̄ receſſit a malo p̄de patuit.¶ Scđa eſt p̄da vtutuʒ ⁊ gr̄arū quā a nobis p̄danṫ dyaboli p̄ deceptiōem.Uñ de demonibꝰ vtutes ⁊ gr̄as dep̄dātibꝰ pōt dici illud Judi.ix.Ꝙd ipi exercebāt latrocinia:agētes p̄das de p̄tereūtibꝰ.¶ Tertia vo eſt p̄da ſpirituū ⁊ aīaꝝ quā p̄danṫ demones p̄ dānatiōeʒ.vñ eſa.x.dr̄. Iniuſtitiaʒ ſcripſerūt vt eſſent vidue p̄da ipſorū.Uidue eīn ſunt aīe peccatrices: que a viro ſuo legitimo xp̄o ſunt viduate:q̄ p̄culdubio demonibꝰ danṫ in p̄dam ⁊ infernalibus hoſtibꝰ in rapinā.Uñ q̄libet dānatus pōt de demonibus dicere illud pſ̄.Suſceperūt me ſicut leo paratꝰ ad p̄dam.⁊ ſicut cattulus leonis habitans in additis.Et ſic ergo pʒ ꝙ p̄da ſumiṫ in bono ⁊ in malo.Sed de hoc vide plenius infra titulo de rapina.

## Predeſtinatio.

Suū dico aduerſariū ⁊ tēptatorē.ſ.dyabolū ⁊ impiū ⁊ peccatū. De leena.n.legit ꝙ ipſa parit fetus valde paruulos ⁊ informes mortuos.ſ.⁊ cecos. ſcꝫ ad quan titatē muſtele. Si eīn expectaret ꝙ eſſent magni ⁊ vi ui: tunc cū voraci appetitu corroderēt cū vnguibus ⁊ dentibus m̄ris inteſtina neceſſe eſt ergo ꝙ partū ma turū ꝑueniat.ne forte tūc nō poſſit parere ſed ſuccū bat. Sic vere cariſſimi cū diabolus ⁊ pctā valde acu te ⁊ ꝑiculoſe ſint conditionis intantū ꝙ q̄ſi in corde nr̄o ꝑ tentationē ⁊ malā aliquā cōplacentiā ſunt con cepta: valde ꝑiculoſum eſt ꝙ ipſos creſcere permitta mus: ne forte ꝓpter nimiā morā obſtinationē ⁊ cōſue tudinē.partus ⁊ emiſſio cōfeſſionis obſeq̄ nequeant. ſed ſequat̄ potius mors eterna. hinc eſt ꝙ anteq̄ com pleti ſint aut ꝑfecti ipſos ꝑuenire debemus. ⁊ dū ad huc ſunt ꝑuuli vel informes ſcꝫ in priſtino cogitatu ⁊ delectatione ꝑmaria ipſos ꝑ cōfeſſionem expellere ⁊ anteq̄ vires habeāt nos de eis expedire. Exēplo etiā pigmeoꝝ in India qui cum ſint ꝑuuli.ſ. cubitales cū gruibus pugnāt ⁊ in vere aggregato exercitu ad lit tora maris deſcēdūt. ⁊ oua gruū deſtruūt atqꝫ fran gunt. ipſos hoſtes ne multiplicent̄ caute ꝑueniendo ne forſitan ſi creſcerēt nō poſſent ſufficere reſiſtendo Qua eīn tentationes cogitationes ⁊ delectatiōes ini micoꝝ ꝑma molimēta ⁊ machinationes ſunt q̄ ꝓcer to niſi caute frangant̄ ⁊ deſtruant̄ ⁊ niſi ipſi inimici debite ⁊ caute ꝑueniant̄: vix poſtmodū ſuperant̄ figu ra.ſ.ad hoc.j. Mach.vj. vbi de obſidētibus arcē hie ruſalem q̄ erat regis anthiochi ſcriptū fuit ipſi regi. niſi inq̄t ꝑueneris eos velocius. maiora his faciēt et nō poteris obtinere eos. Quia reuera q̄ſi arcē mētis nr̄e ſeu etiā virtutes ⁊ potētie nr̄e inimici obſidēt. ne ceſſe eſt ꝙ in ꝑncipio occuramus. vt ꝑuentos facili⁹ deuincamus. Et ſic de aduerſario poteſt dici illud.ij. Mach.xiiij. Cognouit fortiter ſe viro ꝑuentū. Pre ueniamus igit nr̄m tentatorē. ¶ Itē ꝑuenire debem⁹ nr̄m ꝓximū ⁊ amatorē. Proximos eīn ⁊ ſocios. ⁊ ma xime pauꝑes debemus bn̄faciendo ꝑuenire ⁊ anteq̄ petāt aut indigeāt ſubuenire. Teſte eīn Seneca.li.de bn̄ficijs. Nihil carius emitur q̄ qđ ꝑcibus cōparat̄. Jō bn̄ docet apl̄s. Roma.xij. dicēs. Caritatē inq̄t fra ternitatis diligētes honore inuicē ꝑuenientes. ¶ Itē ꝑuenire debemus ſummum creatorē.ſ.deū.vn̄ Johā. v.ca.dr̄. Qđ ille qui ꝑueniebat alios ad piſcinam.ſa nitatis remediū reportabat. Sic vere ſi currendo ad piſcinā miſericordie dn̄i alios ꝑuenimus. ipſos ꝓ certo reportādo qđ petimus ꝑuenimus. ⁊ ſanitatē a vitijs ꝑ alijs ⁊ ante alios acquirimus. Deus eīn dili gentiā diligit ⁊ deuotis ⁊ diligentibus ꝑ alijs bene facit. Preueniamus igitur deum.

Bona predicando.
Magna ſperando.
Certa ſpectando.
Pia ſectando.
Leta cantando. ſeu etiā.
Deum laudando.
Carnē domando.

Bona inq̄t ꝑdicādo. pš. Mane orō mea ꝑueniet te. Magna ēt ſperādo pš. Preueni in maturitate et cla maui q: in vbo tuo ſuꝑſperaui. Certa inſuꝑ ſpectādo ſeu ſpeculādo. pš. Preuenerūt ocli mei ad te dilucu lo vt meditarer eloquia tua. pia nihilominus ſectādo hoc eſt dictu pietatē ⁊ clināa faciēdo vn̄ de magdalena cū vnguēto dic̄ dn̄s. Mar.xiiij. q̄d moleſti eſtis huic mlieri. bonū op⁹ oꝑata ē in me ꝑuenit eīn vngere cor pus meū vnctura.n. dulcedinē ⁊ lenitatē pietatis de

ſignat deū etiā laudādo pſ. Preuenerūt pncipes cō
iūcti pſallētib⁹ ⁊c. Carnē inſup domādo ⁊ macerādo
pſ. Ethiopia pueniet man⁹ ei⁹ deo ethiopia em̄ fer-
uēs ſicca ⁊ nigra macerationē carnis deſignat pȝ igiť
ꝙ multiplex eſt preuētio hominis diligentis. ¶ Ter
tio dico ꝙ eſt preuētio criminis peſtilētis. Mali em̄
⁊ potiſſime ſupbi ⁊ ambitioſi ſemp volūt alios pue-
nire pſ. Preuenerūt me in die afflictionis mee. Etiā
mala ⁊ pctā qńqȝ hoīem pueniūt ipmqȝ pueniēdo oc
cidūt. ſimilia veneno qđ niſi cū thiriaca anteꝙ̄ attin
gat carnē pueniať: mors ſtatim preuenit nec vitatur
pſ. Preuenerūt me laquei mortis. Sic ergo pȝ ꝙ eſt
preuentio viri peſtilentis. Iuſti ſapientis. ⁊ Summi
pſidentis. ſ. dei. Et hoc de puenire ſufficiāt. Uide vbi
Preoccupare Precedere vel Preire ⁊ cetera ſimilia

## A Primus. Primo.

Cū illud qđ eſt pri-
mū dicat mihi qđ
daȝ originale principiū ⁊ quandam prerogatiuā pre
eminētiā reſpectu ſequentiū poſſumus dicere ꝙ taȝ
in bono ꝙ̄ in malo ſignificato in ſcriptura pōt multi
plex prioritas inueniri. Eſt enim in bono ſignificato
Prioritas. Maieſtatis eterne. Dignitatis externe.
Bonitatis moralis. Uanitatis mentalis. Eſt enim
prioritas Eterna ⁊ admirabilis. Supna ⁊ honorabi-
lis. Interna ⁊ commendabilis. Externa ⁊ deteſtabilis.
Prima eſt prioritas diuine cōditionis. Secunda eſt
prioritas humane plationis. Tertia eſt prioritas mo
ralis pfectionis. Quarta eſt prioritas mentalis pre-
ſumptionis. Et ſic ſm iſta deus đr primus. prelatus
đr primus. bona ſpūalia ⁊ eterna dicūtur prima. am
bitio etiā ⁊ ſupbia dicunť prima. Et ſic dico breuiter
ꝙ inueniť ſcȝ prioritas. Admiranda Honorāda. Affe
ctāda. ⁊ Deteſtāda. Dico ergo primo ꝙ eſt prioritas
admiranda. Et iſta eſt illa qua deus diciť primus. qꝛ
ſcȝ prioritas dei pfectior eſt ⁊ mirabilior ⁊ potentior
vniuerſis. Iſte enim eſt primus Tpe Natura. ⁊ Ordi
ne. Primus dico tpe qꝛ. ſ. iſte eſt ⁊ fuit ab eterno āte-
ꝙ̄. ſ. aliquid crearet. Et de hoc. Eſa. xli. Primus ⁊ no
uiſſimus ego ſum. Primus etiam natura qꝛ. ſ. iſte eſt
creator qui naturaliter prior eſt creatura. Iſte em̄ eſt
pater q̄ naturaliter pꝛ eſt genitura. Iſte eſt ſimplex
qui naturaliter prior eſt cōpoſito. Iſte eſt diſponēs q̄
naturaliter prior eſt diſpoſito. Et ideo de tali primi-
tate đr. Eſa. xli. Primus ad ſyon dicet ecce aſſum pri
mus inſup diciť ordine qꝛ. ſ. iſte eſt ſicut vnitas q̄ in or
dine numerorū poniť prima iſte eſt ſicut celū qđ in or
dine corporū poniť primū. Iſte eſt ſicut platus q̄ in or
dine ſubditorū đr primus Et ſic pōt de deo dici illud
Iudic. x. Qui primus ceperit dimicare. erit dux belli
Teſte em̄ Salomone. Eccl. j. Prior oīm creata eſt ſa
piētia. Et ideo de ſapiētia diuina đr. Sap. vij. Qȝ lu
ci cōparata inueniť prior. Ubi aduerte ꝙ deus đr pri
mus tāꝙ̄ Doctor ſubtiliſſimus. Ductor robuſtiſſim⁹
Pretor ſublimiſſimus. Probat doctoratū luminis
claritas qꝛ luci cōparať. Probat ducturatū numinis
firmitas. qꝛ inueniť. Probat ptoratū culminis digni
tas qꝛ pꝛ. ¶ Dico ergo ꝙ deus primus eſt qꝛ doctor
B qui. ſ. pmus inter diſcipulos reputať ⁊ in ſcholis pri
mū occupat locū. Et hoc oſtendiť cū cōparať luci. qꝛ
lux eſt prima forma inter formas corpales ⁊ pma oīm
đr eſſe creata ſicut đr. Gen. j. Sicut em̄ nihil pōt illu
minari ſine luce. ſic nec aliquis poteſt perfecte in fide
⁊ moribus inſtrui niſi prius venerit ad ipſum illeq̄
eſt lux vera que illuminat oēm hoīem venientem in
hunc mundū. Joh. j. Uñ de bonitate diuine ſapientie
diciť. Prouer. iij. ꝙ primi ⁊ puriſſimi fructus ei⁹ pre
cioſior eſt cūctis opibus. ¶ Itē deus pōt dici prim⁹
qꝛ ductor. Inueniť inquit. Sicut em̄ dux eſt primus in
exercitu in dignitate: ſic primus etiā debet eſſe in vir
tute ⁊ ſtrenuitate. Quia ſcȝ pmus debet cōtra aduer
ſarios currere: ⁊ pro defendēdis alijs pmus ſe debet
hoſtib⁹ opponere ⁊ pmus aduerſarijs obuiare. Sic
deus ſicut dux ſtrennuus ⁊ fortis alios primus dux it
primus cōtra diabolum ſe oppoſuit primus ad pa-
radiſum ducatū pbuit: primus ad auxiliandū inueni
tur primus ſi deuote inuocatus fuerit ad ſuccurren-
dum homini preſentatur. Et hoc oſtenditur cū diciť
Inuenitur Quia ſcȝ dux exercitus ⁊ ad reſiſtendum
⁊ ad adiuuandum debet pꝛ alijs inueniri. Ipſe enim
eſt fundamentū exercitus: ⁊ ideo q̄uis cōtingat edi-
ficium exercitus cadere ⁊ diſſolui: iſte tñ tanꝙ̄ ſolidū
firmamētū debet immobilis inueniri. Apo. xxj. Fun
damentū pmū iaſpis. Uide ſupra de inuenire. ¶ Itē
deus debet dici primus quia pretor: qꝛ ſcȝ ſicut ptor:
index vel prelatus eſt alijs prior in gradu debet etiā
eſſe alijs pꝛ in omni bono actu: ſic deus. Quȝ etiam
oſtendiť in verbo prior: qꝛ pcerto iſte eſt pꝛ in donis
maior in imperio. Sicut de ruben diciť. Gene. xlix.
Et ideo ſicut videmus ꝙ ſubditi ſolent ad primos ⁊
principales ciuitatis in neceſſitate recurrere ⁊ ab eis
auxiliū implorare. In illis etiā que ordinate pcedūt
ſemp ſcđa ſequnť pma: ſicut patet de gruibus qñ
volāt: de apibus qñ locū mutāt: de elephantibus qñ
ambulant: ⁊ de ceruis qñ fluuiū trāſnatant. In iſtis
em̄ oībus illi qui ſunt primi in dignitate ſcȝ duces in
gruibus: reges in apibus: antiquiores in elephanti-
bus: fortiores in ceruis. ſolent pmi incedere: ⁊ alij ſo-
lent eos ſequi ⁊ poſt eos ambulare. Iuxta illud. Eze.
x. Ubicunqȝ declinabāt q̄ prima erant ſequebantur
et cetera. Sic vere cariſſimi nos q̄ in eccleſia ſumus
vl imi ⁊ ſecundi debemus ad deum ⁊ ad ſanctos qui
ſunt primi ⁊ principales recurrere ⁊ refugere eorum
veſtigia ſequi ⁊ imitari: ⁊ ad eorū auxiliū p orationis
ſuffragiū puenire. Unde Oſee. ij. Reuertar ad virum
meū priorem. Iſte em̄ eſt prior in cōuentu eccleſie. Iux
ta illud Joh. j. Ante me factus eſt qui prior me erat.
Iſtud tñ eſt contra multos qui pcerto nō ſequuntur
primū ſed vltimū non deum ſed mundum non bonū
ſed malum nō eterna ſed externa non ſuperiora ſed
inferiora. Heb. x. Aufert primum vt ſequens ſtatuat.
Iſti potiſſime ſunt mali religioſi qui chriſtū primum
regē ⁊ dñm ſuum aueȝ pfitendo ſibi deſponſant poſt
modum derelinquunt. ⁊ ad amorem temporalium ſe
cōuertunt. Similes apibus que dicunť quandoqȝ re-
gem ſuum primum dimittere ⁊ regi alteri adherere.
Figurati in Jacob de quo dicitur. Gen. xxix. Qȝ cum
eſſet deſponſatus lye: tādem deſponſauit ſe racheli
Et ſicut dicitur ibidem Amorem ſequentis priori pre
tulit. Quia vere quod dolēdum eſt iſti deum qui pri
mus eſt cui ſe deuouerunt per indeuotionē deſerunt
⁊ alteri regi: ſcȝ mundo vel diabolo ſe coniungunt ⁊
lye fecunde. ideſt religioni vel eccleſie quam primo
deſponſauerunt. rachelem pulcram. ideſt mūdi pro-
ſperitatem preferunt ⁊ preponunt. Apoca. ij. Habeo
aduerſum te pauca quia caritatem tuam primam re
liquiſti. ideſt deum: quia deus caritas eſt ⁊c. Nō ſic
cariſſimi ſed diligamus ⁊ queramus prima ⁊ ſupe-
riora: non infima ⁊ inferiora. Iuxta verbum Augu. di
centis libro de vera religione. Non ſumma quera-
mus in infimis: ne cū in nouiſſimis prima querimus
a primis inter nouiſſima numeremur. Et ſic patet
quomodo deus dicitur primus ⁊ quomodo ipſe pri-
mo ⁊ ante omnia eſt diligendus: exemplo apum q̄
primo ⁊ ante oīa edificant domum regi. Et hoc eſt
primum principale. Iſta eſt ergo prioritas admiran-
da. ¶ Secundo dico ꝙ eſt quedam prioritas honorā- C
da. Et iſta eſt illa qua prelatus vel vir iuſtus dicitur
primus Sic enim in omni genere rerum eſt vnū pri-
mum a quo alia dependent ſicut eſt cor inter mem-
bra. Sol inter ſtellas. Aquila inter aues. Leo inter be
ſtias. Sic proculdubio inter homines neceſſario eſt
dare ꝙ ſint aliqui primi qui alijs preſideant atqȝ re-
gant. Et iſti procerto debent eſſe ſicut cor vitam
gratie alijs infundendo. ſicut ſol lumen doctrine
alijs communicando: ſicut aquile celeſtia contem-
plando ⁊ ſpeculando: ſicut leo audacter malos in-
uadendo

Ayuntamiento de Madrid

nadendo.⁊ bonos viriliter defendendo. Et ſic de quoli
bet tali poterit dici illud Ezech .j. Animal primum ſi-
mile leoni. Ubi oſtẽditur ꝙ ſicut ille qui vadit primus
debet eſſe

Agilior ad precurrendū. — Sic vere prelatus vel
Sagacior ad precauendum. — vir iuſtꝰ debet Agiſr
Potentior ad defendendum. — ꝑcurrere bona faciẽ-
do. Anĩal. Sagaciter ꝑcedere mala precauẽdo. Primū
Uiriliter defendere. hoſtes repellendo. quia ſcilicꝫ iſte
debet eſſe ſimilis leoni. Et ſic breuiter poſſumus dicere.
ꝙ ille qui eſt primus debet eſſe melior. quia animal. i.
res animata. Doctior quia primum. fortior. quia ſimi
lis leoni. Dicamus ergo ꝙ ille qui eſt inter ceteros pri-
mus: ⁊ in gradu ⁊ in ſtatu. debꝫ eſſe melior per prompti
tudinem bene operandi. qđ oſtenditur cuꝫ dicitur ani-
mal. Animal enĩ ⁊ arbor differunt. quia ꝗuis vtrūqꝫ vi
uat. animal tamen motum habet voluntariū. quia nõ
eſt affixuꝫ terre ſicut arbor que terre immobiliter adhe
ret. immo de ſui natura poteſt ſe volũtarie mouere. cur
rere. pariter atqꝫ ſtare. ⁊ qđ plus eſt audire ⁊ videre odo
rare. guſtare. tangere ⁊ ſentire. Sic proculdubio prela-
tus vel vir perfectus ⁊ peccator valde inter ſe differunt
Peccator enĩ eſt ſicut arbor. que ad modum trunci ter
re. ideſt bonis terrenis per auariciaꝫ adheret. Non enĩ
ſe mouet voluntarie quia. i. tales non habent liberaꝫ vo
luntatem. ſed potius radicatam ⁊ infixaꝫ terre. i. bonis
temporalibus agitatam Ro. viij. Uanitati ſubiecta eſt
creatura non volens Uir vero iuſtus eſt ſicut animal.
quia ſcilicꝫ iſte debet libere ⁊ voluntarie per bonã ope-
rationeꝫ ſe mouere. ps. Uoluntarie ſacrificabo tibi. per
obedientiam audire. per diſcretionem videre. per deuo-
tionem guſtare. per contemplationem odorare. per cõ-
paſſionem ſentire. Et ſic figurabitur. in illis animali-
bus. Exec. j. ⁊. x. que erant plena oculis ante ⁊ retro. ecce
diſcretio. Que non reuertebantur cũ ambularent. ecce
boni propoſiti inuariabilis perfectio Habebãt pẽnas
extentas deſuper. ecce contẽplatio ⁊ deuotio. Habebãt
pedes rectos. ecce curſus boni operis executio. ⁊ ad quẽ
locum ambulabat primuꝫ animal. ſequebant alia. ecce
vere obediẽtie ſubiectio. Et ſic ergo patet. ꝙ ille qui eſt
primus debet habere promptitudinem bene operandi
quia. ſ. debꝫ eſſe animal. ideſt res animata mobilis atqꝫ
leuis. de quo. j. Cor. xj. Prius qđ animale eſt. Qñ eniꝫ
plures ſimul currunt. ille qui eſt primus debet alijs ci-
tius currere. quia alš poſſet alios ſequentes in ſuis cur
ſibus impedire. ſic vere chariſſimi cũ omnes curramus
per bona opera ⁊ per ſpem ⁊ deſiderium ad propoſituꝫ
nobis certamen in ſtadio vite huius (ſicut dicit. j. Cor
ix. Omnes quidẽ currunt ſed vnus accipit brauiũ) ideo
ille qui eſt primus inter nos. ſcꝫ ille qui profeſſione vel
prelatione eſt prior debꝫ citius ⁊ velocius per bona ope
ra currere. ⁊ viam alijs ſequentibus per bona exempla
miniſtrare. quia alš poſſet alijs ſcandalum generare ⁊
ruine materiam miniſtrare. ⁊ de hoc dicit Joh. xx. Cur-
rebant duo ſimul. ⁊ ille alius diſcipulus precucurrit ci-
tius petro. ⁊ venit prior ad monumentum. Quia breui
ter iſti debẽt alijs precurrere. primi ad bona opa manũ
ponere. primi onera penitentie ſubire. primi ad monu
mentum vbi poſitum fuerat corpus ieſu. ideſt ad para-
diſum per bona opera currere ⁊ venire. ij. Reguꝫ. xviij.
Contemplor curſum prioris velut curſum achimaas fi
lij ſadoch. Patꝫ igit ꝙ iſti primi ſcꝫ plati ⁊ viri perfecti de
bent eſſe meliores ⁊ agiliores. per promptitudineꝫ bene
operandi Nume. x. Mouerunt caſtra primi filij iuda.

D ¶ Item debẽt eſſe doctiores ⁊ prudentiores per rectitu-
dinem bene gubernandi. Et iſtud nominatur in verbo
Primum. Quia ad literam ille qui vadit primus. ⁊ qui
alijs ducatum prebet. debet habere. ſcilꝫ. Uiſum clario-
rem. Modum maturiorem. Et ſenſum prudentiorem.
¶ Et hoc innuit ſaluator. qui dicit Matth. xv. Qđ ſi
cecus ceco ducatum prebeat. ambo in foueam cadunt
Et quia igitur iſti qui in eccleſia ſunt priores. aliorum
ſunt ductores. rectores ⁊ precurſores. neceſſe eſt ꝙ per di
ſcretionem ⁊ prudentiã in clare videant. vt tute alios di
rigant atqꝫ regant. quia ſicut dicit Gilibertus. Ridicu
loſa res eſt aut magis periculoſa ſpeculator cecus. Do-
ctor inſcius. Precurſor claudus. Prelatus negligens.
Preco mutus. Corpora enĩ que ſunt in natura priora.
ſunt ceteris clariora. qđ patet in elementis. Quia ignis
qui eſt primum elementum. ceteris eſt purius. clarius
⁊ limpidius. Patet etiaꝫ in membris: quia ſcilicet ocu
li qui primi in primo membro. ſcilicet in capite ſunt lo-
cati ſunt membris ceteris clariores: ad denotandum ꝙ
iſti qui in nature ordine ⁊ in eccleſie corpore ſunt prio-
res: debent eſſe ꝑ prudentiã clariores: ⁊ per innocentiã
puriores: ⁊ ad regendum alios doctiores. Exemplo ele
phantum inter quos ille qui eſt antiquior dicitur ince
dere prior. figurati Gene. xliij. vbi in menſa Joſeph fra
tres ſui ſederunt priores. ſm ꝙ erant in etate prouectio
res. Ad denotandum ꝙ antiqui. ideſt viri ſapientes et
maturi debent in menſa ⁊ in grege eccleſie primi eſſe:
vt ſciant ſe ⁊ alios gubernare. Unde de quolibet tali di-
catur illud Luce. ix. Propheta vnus de prioribus ſurre
xit. Et nota ꝙ ad iſtum primum ſcilicet ad doctum pre
dicatorem. clericum vel prelatum pertinet ſcilicet

Sanctiſſime cõuerſari. — ¶ Dico ꝙ
Humillime dominari. — debent ſan-
Benigniter exhortari — ctiſſime cõ-
Seueriter indignari. — uerſari. Un

de Nume. iij. Sanctificaui mihi quicquid primum na
ſcitur in iſrael. Itẽ debent humillime dominari Mat.
xx. Erũt primi nouiſſimi ⁊ nouiſſimi p̃mi. ⁊ illđ Mar-
ci. x. Quicunqꝫ inter vos voluerit primus eſſe erit ve-
ſter ſeruus. Item debent benigniter exhortari. ij. Mac.
xj. Ipſe machabeꝰ primus ſumptis armis ceteros hor-
tatus eſt. Item debent ſeueriter indignari ſcilicet con-
tra malos Apocal. viij. Primus angelus tuba cecinit
⁊ facta eſt grando ignis mixta ſanguine. Et ſic bene di-
co ꝙ iſti qui ſunt primi eccleſiaſtici ⁊ prelati debent eſſe
doctiores ⁊ prudentiores per rectitudinẽ bene gubernã
di. ¶ Item debent eſſe firmiores ⁊ audaciores per forti E
tudinem bene propugnandi. quod oſtenditur cum dici
tur. Simile leoni. Quia ſicut dicitur: inter milites qui
ſunt in exercitu ille qui vadit prior debet eſſe audacior:
qr. ſ. ſi ꝯtingeret ipm fugere: poſſet oĩ exercitui occaſio
periculi eſſe. Sic in exercitu eccl̃ie illi q̃ ſunt p̃mi debẽt
eſſe fortes ⁊ ſtrenui: ⁊ ad reſiſtendũ mal ⁊ ad inuadẽdũ
⁊ corrigendum malos eſſe audaces pariter atqꝫ firmi.
Similes inquit leoni. Dañ. vij. Beſtia prima ſimilis
leoni ⁊c Uide ſupra de leone. Iſtam audaciam habuit
beatus Stephanus. qui primus fuit in ordine mratyꝝ
⁊ ideo audaciter ad modum leonis in alios proſilijt: et
pro defenſione fidei primus tyrannis ſe oppoſuit: ⁊ pri
mus in eos debachauit. vt de eo exponatur illud Eſaie.
xlj. Primus ad ſyon dicet ecce aſſuꝫ. Iſte enĩ videns ſy
on. ideſt eccleſiam depreſſam ⁊ a iudeis nequiter vilipẽ
ſam. primus dixit ſibi. Ecce aſſum. ideſt preſto ſum ad
tui adiutorium ⁊ tutelam. ſimilis ceruo fortiori. qui pri
mus dicitur fluuium tranſfretare. ⁊ alijs viam per flu
uiuꝫ demõſtrare. ⁊ ne alij timeant ſolet eos primus an
tecedere ⁊ preire. ita ꝙ alij ſuis clunibus innitentes ſo-
lent poſt ipſum facilius tranſmeare. Sic iſte ſicut cete-
ris fortior primus flumen mortis pro domino trãſiuit
Quia ſm Aug. Mortem quam pro nobis ſaluator ſu-
ſtinuit. iſte primus reddidit ſaluatori. Primus iter eũ-
di ad celum per martyrium alijs oſtendit. Primus in
fidelibus pro fide ſe oppoſuit. Primus alijs ſequacibꝰ
exemplum martyrij declarauit. ⁊ ſubeundi martyrium
poſt ipſum primus audaciam miniſtrauit. figuratus
in ſymone machabeo. de quo dicitur. j. Macha. xvj. ꝙ
videns populum trepidare ad tranſfretandum torren-
tem tranſfretauit primus. ⁊ viderunt eum viri. ⁊ tranſie
runt poſt eum. Et ſic etiam chariſſimi debet facere bo-
nus prelatus. quia in omnibus eccleſie ſubditoruꝫ ad-
uerſitatibus debꝫ primum defenſorem ſe exhibere. ⁊ pri
mus. aduerſitatuꝫ iacula ſuſtinere. ⁊ primus tyrannis

ſe opponere. Iuxta illud ſepe dictum Eſa. xlj. Primus ad ſyon dicet ecce aſſum ⁊c. vbi nota ꝙ iſte debet ſcilicʒ
Exemplariter informare. | Primuʒ pro-
Uirtualiter predicare. | bat dictio pre-
Perſonaliter viſitare. | ambulatiua.
Primus. Sed ſcḋm dictio prenominatiua. Dicet. Sed tertium dictio repreſentatiua. Ecce aſſum. Sic ergo patet. quomodo illi qui ſunt in eccleſia primi vel in mūdo debent eſſe audaciores ad propugnanduʒ. Prudentiores ad gubernandum. Agiliores ad operanduʒ. Et iſta
F eſt ſecunda prioritas que eſt honoranda. ¶ Tertio dico. ꝙ eſt quedam prioritas que eſt affectāda. Et iſta eſt prioritas bonorum ſpiritualium ⁊ diuinorum ⁊ eternalium ⁊ ſupernorum. Bona enim ſpiritualia et eterna hoc eſt dictu: bona gratie ⁊ glorie. ſunt prima ⁊ principaliora. Et ideo pmo ⁊ pncipalr ſunt affectāda. ⁊ a deuotis cordibus inquirenda. Gratia em̄ dicitur ſtola prima. Luce. xv. Cito proferte ſtolam primā. Gloria vero dicit̃ reſurrectio prima Apoc. xx. Beatus ⁊ ſanctus qui habʒ partē in reſurrectione prima. Arbor em̄ que plures profert fructus facit primos vt cōiter meliores. ſicut patet de thure ⁊ de mirra. que primū gūmi diſtillant valde melius ꝙ̄ ſcḋm. Mō hū innuit̃ Cant. v. vbi dicit̃ labia mea diſtillauerunt mirram primā. Sic vere cuʒ deus producat duo genera fructuū. ſcʒ primos ⁊ ſecūdos. Primos dico qui ſignant bona ſpiritualia ⁊ eterna. Secundos vero. qui ſignant bona tēporalia ⁊ terrena. Sed ꝓculdubio primi ſunt alijs meliores ⁊ cordi deuoto vtiliores ⁊ ſuauiores. ij. Petri. ij. Poſteriora ⁊ deteriora prioribꝰ Unde ſapiens Prouer. iij. Volens cōmendare ſapientiam dicit ſic. Melior eſt acquiſitio eius acquiſitione auri ⁊ argenti. primi ⁊ puriſſimi fructus eius. Et aduerte ꝙ inter primos fructus gratiarum ⁊ virtutū iſti precipue nominantur ſcilicʒ
Penitentie aſperitas. | De prioritate penitētie
Sapientie ſubtilitas. | dicit̃ Cant. iiij. Ubi mir-
Eloquentie ſuauitas. | ra ⁊ aloe que ſunt fructꝰ
Redolentie famoſitas. | amariſſimi cōputātur
Amicicie charitas. | cum vnguentis primis:
Efficacie probitas. | Et ideo Cant. v. Penitē-
tia dicit̃ mirrha prima. De prioritate ſapientie dicitur. Tren. iiij. Filij ſyon incliti eius amicti auro pmo. Per aurū em̄ ſapientia deſignat̃. De prioritate doctrine ⁊ eloquentie dicit̃ Eccl. xxxij. Loquere tu maior natu. decet enim te primū verbum. De prioritate famoſe redolentie dicit̃ Ezec. xxvij. Negociatores tui cū vniuerſis aromatibus primis. De prioritate amicicie dicitur Mat. xxij. Diliges dn̄m deum tuuʒ ⁊c. hoc eſt maximum ⁊ primū mandatū. Alteꝝ aūt ſimile eſt huic. Diliges proximuʒ ſicut teipſum. De prioritate vero bonoꝝ opeꝝ efficacie. dicit̃ Apoc. ij. Memor eſto vnde excideris ⁊ prima opera fac. Iſta eſt ergo prioritas affectanda ſcʒ bona ⁊ dona gratie ⁊ glorie. Et ideo Apoſtolus dicebat Phil. iij. Que retro ſunt obliuiſcens ad ea vero que priora ſunt
G extendens meipſum deſtinatū perſequor ad brauium. ¶ Quarto dico. ꝙ eſt quedam prioritas deteſtāda. Et iſta eſt prioritas vite preſentis. ⁊ bonorum huius mūdi ⁊ mundane dignitatis ⁊ poteſtatis. Iſta em̄ tria dicuntur prima. quia primo veniunt duʒ viuimus in hoc mūdo. Alia vero poſtmodū venient in futuro. quia tūc erit nouiſſimus error peior priore Matth. xxvij. Duo enim ſunt genera arboꝝ. quedam. que primo proferunt fructus acres verūtamen finaliter fiunt dulces. ⁊ ita facit generaliter omnis arbor. Verūtamen ſunt quedā alie arbores que primo fructus dulces faciūt. ſed finaliter ex decoctione nimia acres fiunt. ſicut in mirabolanis poteſt dilucide apparere. Sic vere chariſſimi in mundo ſunt duo genera arboruʒ. ideſt hominū ſcʒ boni ⁊ mali. Sed proculdubio boni in mūdo iſto habent primo fructus acres ⁊ amaros. Verūtamen poſtmodū fiunt dulces. quia ſcilicʒ bona opera ⁊ virtutes primo ſunt acria ⁊ amara ⁊ difficilia. finaliter tamen quando ſunt aſſueta fiunt facilia. et vltimo in paradiſo conuertentur in valde dulcia. quia ſicut dicitur Hebr. xij. Diſciplina in preſenti non videt̃ eſſe gaudij ſed meroris. Poſtea vero fructuʒ pacatiſſimū exercitatis per eam reddet. Mali vero econuerſo primo habent fructus dulces in mūdo ſcilʒ mundi proſpera ⁊ mala opera. Iſta em̄ malis ſunt dulcia ⁊ delectabilia Job. xx. Dulcis fuit glareis cocyti. Verūtamen finaliter in inferno valde fient acria triſtia ⁊ amara. Et iſtis proprie poteſt dici illud Jo. ij. Homo bonū vinuʒ primo ponit poſt cum inebriati fuerint tunc id quod deterius eſt. Iſti ſunt illi qui comedūt panem ſuum primum. quia proculdubio ſicut dicit̃ Luce. xj. Fiūt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sʒ potiſſime de proprietate ſuperbie aliquid eſt dicenduʒ. Iſta em̄ ſuper omnes alias eſt deteſtanda. Superbi em̄ ſemꝑ volunt eſſe primi ab omnibus nominati. primo ⁊ principaliter honorari. in primis dignitatibus collocari. Iſti em̄ ſicut dicit̃ Math. xxiij. ca. Amant primas cathedras in ſynagogis primos recubitus in cenis. ſalutationes in foro. ⁊ vocari ab hominibus rabi. Per primos igitur poſſum intelligere ſuperbos ⁊ malos diuites. ⁊ tyrānos. qui ſcʒ vt in pluribus primas ⁊ magnas occupāt dignitates. Iſti em̄ ſunt ceteris deteriores Sicut em̄ cōiter dicit̃ primꝰ fetus catuloꝝ quos pariunt porce vel canicule nūꝙ̄ veniūt ad bonū. Inter planetas etiā hoc eſt verū. ꝙ ſaturnus qui eſt prior: ceteris eſt deterior. Sic proculdubio illi quos mundus vel dyabolus primos conſtituit ⁊ magiſtros. Et iſtud bene apparuit in primo āgelo ⁊ in primo homine qui ambo plus ꝙ̄ ceteri deliq̄runt. De quo Eſa. xliij. Pater tuꝰ pmus peccauit. Et. j. Mac. vij. Cōtrita ſunt caſtra nichanoris ⁊ cecidit ipē primus in ꝓlio. Et ideo breuiter nota. ꝙ iſti primi ſunt hodie priores omnibus multiplici ex cā. vicʒ q2 ſunt Guloſi voratores Crudeles exactores. Bonoꝝ turbatores. Seculi dilectores. Patrie grauatores. Mō ſint guloſi voratores. patʒ Mar. vj. vbi dicit̃ ꝙ herodes fecit cenā magnam principibus ⁊ tribunis ⁊ primis galylee. Item ꝙ ſint crudeles exactores. ptʒ Hie. l. vbi dn̄s loquens de populo ſuo dixit. Primus comedit eū rex aſſur: iſte vltimus exoſſauit eum. Item ꝙ ſint bonorum turbatores. patʒ Actu. xxv. vbi dicitur ꝙ aſſurrexerunt primi iudeoꝝ aduerſus paulum. Item ꝙ ſint ſeculi dilectores patet. j. Coꝛ. xv. Primus homo de terra terrenus. Item ꝙ ſint patrie grauatores ptʒ. Apoc. xvj. vbi dicitur ꝙ primus angelus effudit phialam ſuaʒ in terram. ⁊ factum eſt vulnus ſeuum ⁊ peſſimum. Et ſic igitur patet. ꝙ quadruplex inuenitur prioritas ſcilicet. Deteſtanda: affectanda. honoranda. ⁊ admiranda ⁊c. Sufficit.

**Primum.** Cum primum ſit aduerbiuʒ temporis videt̃ ꝙ in bono ſignificato poſſit accipi ⁊ in malo Breuiter igitur dico ꝙ primum et ante omnia iſta ſunt faciēda que ſequūtur iuxta illud Luce. xxj. Oportet primum hec fieri. ſed nondum ſtatis finis. videlicet quia primum B
A criminibus ſumus purgandi.
In virtutibus ſumus plantandi.
In celeſtibus ſumus locandi.
Tempeſtatibus ſumus pulſandi.
Pijs actibus ſumus dotandi.
Sanis moribus ſumus probandi.
Pacis legibus ſumus artandi.
Verbis pluribus ſumus firmandi.
¶ Dico ergo. ꝙ ſi volumus eſſe amici dei primū ſumꝰ purgandi a ſcelcribus: ⁊ ſic dicit̃ Mat. vij. Ejce primū trabē de oculo tuo. Et Mat. xiij. Colligite primū zizania ⁊c. ¶ Itē primū ſumus plantādi in virtutibus. Unde de bona arbore dicit̃ Job. xiiij. ꝙ ad odorē aque germinabit ⁊ faciet comā quaſi cū primū plātat̃ ſi eſt. ¶ Item primū ſumus locandi in celeſtibus per deſideriū ⁊ affectum. Unde Luc. xij. ⁊ Mat. vj. Primū querite regnuʒ dei. ¶ Item primū ſumus pulſandi tempeſtatibus ſeu duris ictibus ſcʒ tribulationum. Unde etiā de xp̄o fuit dictum. Luce. xvij. ꝙ primum oportet illum pati multa et

Ayuntamiento de Madrid

tar reꝓbari. ¶ Item primū ſumus dotandi pijs actibus. ideſt operibus pietatis. Iſti enī primū ſunt ⁊ ante omnia procurandi. Unde Helyas dicebat mulieri ſarepthane. iij. Reg. xvij. Fac mihi primū ſubcinericium panem: tibi aūt ⁊ filio tuo facies poſtea. Et ille etiam dicebat domino Luce. ix. Permitte me primum ire ⁊ ſepelire patrem meum. Dare enī panem ⁊ ſepelire mortuum ſunt opera pietatis. ¶ Item primum ſumus probandi ſanis moribꝰ. ſ. anteꝙ̄ promoueamur ad magna. Unī. j. Thim. iij. dicitur probentur primū ⁊ ſic miniſtrent. Itē primū ſumus dotandi ſeu etiā artandi pacis legibus. quia. i. ante oīa nos debemus querere ⁊ procurare charitatem ⁊ pacē Luc. x. In quācunqꝫ domū intraueritis primū dicite. pax huic domui. ⁊ ſi ibi fuerit filius pacis requieſcet pax veſtra ſuper eū. Et Deut. xx. dicit̃ ſic. Si quando acceſſeris ad expugnandū ciuitatē. offeres primum ei pacē. ¶ Item primū ſumus firmādi verbis pluribus. ſcꝫ per bonam predicationē ⁊ doctrinam. Unde Actuū. xiij Uobis oportebat primū loqui verbū dei ⁊c. Iſta poſſent dilatari ⁊ multa alia addi ſed tranſeo. Uide vbi primus ⁊ prior ⁊. Ante ⁊c.

A

## Primicie. Primitiua.

Nota ꝙ primitiua ⁊ primicie erant certa portio fructuum. ⁊ ciboꝝ que in lege precipiebantur poni ad partem. ⁊ in vſus ſacerdotū vel paupeꝝ ſeparari. Dicit̃ enī Numeri. v. Oēs omnes primicie ad ſacerdotem pertinēt. Et Deut. xviij. Dabunt ſacerdoti primitias frumēti vini ⁊ olei. De hoſtijs que immolabantur. dexter armus ⁊ primitie ſacerdotibus debebat̃. Leuit. vij. Armus quoqꝫ dexter cedet in primitias. Et Neem. x. dicitur primitias ciborū ⁊c. Igitur accedamus ad mores ⁊ dicamus. ꝙ per primitias que de precipua parte fructuum ſacrificioꝝ dabantur poſſunt intelligi. ſcilꝫ. Primitiue

| | |
|---|---|
| Cogitationes. | Quia ſcꝫ quicquid primo |
| Delectationes. | facimus ⁊ habemus quic |
| Operationes. | quid boni ſapimus ⁊ vale |

mus. quicquid ſancti dicimus aut ſtudemus totū tenemur deo offerre omnia ſibi attribuendo et ſacerdotes eius. hoc eſt dictu. ipſius angelos exinde ſpūalr̃ nutriēdo ⁊ delectādo. ¶ Nota ergo ꝙ ē dare ꝑmitias. Corporales Primitias. Tꝑales. Primitias. Spūales. ¶ Primitie corporales ſunt primitie vite ⁊ iuuentutis. que. ſ. deo dn̄it offerri inꝙ̄tum ab ipſa iuuenili etate dei debemus officio mancipari. Figurati in innocentibus qui anteꝙ̄ mūdi malicia inquinarent̃ deo fuerunt per martyrium dedicati. Unī Apoc. xiiij. Hi empti ſunt de terra primitie deo ⁊ agno. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati ⁊c. In quibus verbis certe notat̃. ꝙ illi q̄ ſe in religione diuino ſeruitio volūt dedicare. dn̄t pro certo a iuuenili etate ſcꝫ dn̄o primitias conſecrare. ⁊ anteꝙ̄ carnis ⁊ mundi ſedent̃ vitijs ſe de vſibus mancipare Exo. xiij. Oē quicquid primitiuū eſt cōſecrabis dn̄o.

B ¶ Primitie temporales ſunt primitie reꝝ ⁊ facultatis quia reuera de fructibus ⁊ prouentibus noſtris nos debemus portionem debitā ſeparare. ⁊ deo in eccleſiā partem offerre. partē vero pauperibus erogare Deute. xij. Primitias non tardes offerre. Et ꝓuerbi. iij. Honora dn̄m de tua ſubſtantia: ⁊ de primitijs frugum tuaꝝ da pauperibus ⁊ implebuntur horrea tua ſaturitate. ⁊ vino torcularia redundabūt ⁊c. Quia procerto illi qui decimas ⁊ primitias fideliter ⁊ integre ſoluunt: bonis terrenis amplius exuberant ⁊ affluūt. Illi vero qui huiuſmodi primitias ⁊ debita nō ſoluunt ⁊ ſubtrahūt. vt cōmuniter pauperes ⁊ ſine ſufficientia viuūt. Ad qḋ ſcilꝫ facit illḋ. ij. Para. xxxj. Ex quo ceperūt offerri primitie comedimus ſaturati ſumus. ⁊ remāſerunt plurima: eo ꝙ benedixerit dn̄s populo ſuo. He ſunt ergo primitie tēporales ⁊c. ¶ Primitie ſpirituales ſunt primitie cordis ⁊ voluntatis. ⁊ iſte procerto ſunt interiores cogitatus ⁊ affectiones. ⁊ etiam mores ⁊ operationes. noſqꝫ toti ⁊ noſtre conditiones. que ſcilicet omnia debemus deo offerre. ⁊ nos ſibi tanꝙ̄ ſpeciales primitias immolare. ij. Theſ. ij. Elegit vos deus primitias in ſalutem. Et Roma. viij. Nos ipſi primitias ſalutis habentes. intra nos gemimus adoptionem filioꝝ dei expectantes. Sed reuera hodie ꝙ̄ plurimū poteſt dici illud Daniel. iij. Nō eſt inq̄t in tp̄e hoc princeps ⁊ ꝓpheta ⁊ dux. neqꝫ holocauſtū: neqꝫ ſacrificiuꝫ: neqꝫ incenſum: neqꝫ locus primitiarū corā te. Quia reuera hodie deficiunt primitie bone affectionis: incenſum orationis: ſacrificiuꝫ ſpiritus contribulati ⁊ contritionis. holocauſtū totū cōbuſtum feruentis dilectionis. dux ⁊ princeps iuſtitie ⁊ diſcretionis: ⁊ propheta ſapientie. ⁊ contemplationis. Quia reuera iam videtur poſſe dici de multis. quod de Eſau dicitur Hebꝛ. xij. ſcilicet ꝙ propter vnam eſcam ipſe vendidit primitiua ſua. quia ſcilicet propter eſcam bonoꝝ terrenoꝝ. multi vendunt primitiua virtutuꝫ et meritoꝝ. ⁊ perdunt ius primiciaꝝ. ideſt celeſtiū premiorum. ita vt talibus poſſit dici illud Malach. iij. In primitijs ⁊ penuria vos maledicti eſtis. Non ſic boni ⁊ iuſti. quia reuera iſti offerunt deo primitias bonoꝝ opeꝝ ⁊ virtutū. ⁊ etiā loco primitiaꝝ ipſi offerunt ſemetipſos Unde. j. Coꝛ. xv. Primitie chriſtus. deinde hi qui ſunt chriſti. vt ſic ipſi finaliter poſſint eſſe de illis de quibus dicitur Heb. xij. Acceſſiſtis inquit ad ſyon montem et ciuitatem dei viuentis. hieruſalem celeſtem. eccleſiam primitiuoꝝ. qui ſcripti ſunt in celis. Sic igitur patꝫ quomodo offerri debent deo primitie. ſcꝫ. Spirituales. Temporales. ⁊ Corporales ⁊c.

## Primogenitus. A

Nota ꝙ primogenitus in ſcriptura ſumitur tribus modis. Eſt enī primogenitus. Glorioſus. Uirtuoſus. Uitioſus. Primus eſt dei filius primogenitus eternaliter. Secundus eſt homo ſobrius primogenitus virtualiter. Tertius eſt diues impius primogenitus temporaliter. Primus eſt primogenitus in trinitate. Secūdus eſt primogenitus in bonitate. Tertius eſt primogenitus in prauitate. ¶ Primo igitur dico. ꝙ eſt quedaꝫ primogenitura ſuperior ⁊ eternalis. Et iſta eſt illa qua dei filius dicitur primogenitus dei patris. ꝙ̄tum ad diuinitatem. ⁊ primogenitus virginis matris. ꝙ̄tum ad humanitatē. Et aduerte ꝙ primū poteſt dici duobus modis. quia quandoqꝫ primū dicit̃ illud ante qḋ nihil precedit. Et ſic iſte dicit̃ primogenitus. ⁊ a parte patris ⁊ a parte matris. A parte dico patris. qꝛ pater nullū habuit filiū niſi iſtū. qꝛ ſicut dicit̃ Eſa. xliij. Ante me non eſt formatus deus. ⁊ poſt me nō erit. ⁊ in ꝑs. Et ego primogenitū ponā illū excelſuꝫ pre regibus terre. A parte etiā matris. qꝛ ſcꝫ iſtū nullus preceſſerat. ⁊ ideo primogenitus pōt dici. Unī de virgine dicit̃ Mat. j. ꝙ peperit filiū ſuū primogenitū ⁊ vocauit nomen eius Ieſum. A parte etiā eccleſie dicit̃ primogenitus omniū filioꝝ dei ſpiritualiū. Et ideo iſte vocat apoſtolos fratres ſuos. qꝛ ſicut dicit̃ Ro. viij. Ipſe eſt primogenitus in multis fratribus. Notandū ergo ꝙ iſte primogenitus eſt. Uenerandus. Admirandus. Deplorandus. Honorandus. Uenerandus dico. propter nobilitatē eterne generationis. De qua generatione dicit̃ Eccl. xxiiij. ⁊ loquit̃ ipſe dei filius qui eſt ſapientia patris dicēs. Ego ex ore altiſſimi prodij primogenita ante omnē creaturā. Admirādus propter nouitatē hūane incarnationis. Et de hoc dicit̃ Heb. j. Introduxit primogenitū in orbē terraruꝫ. Deplorādus ꝓpter acerbitatē mortal̃ tribulatiōis. Et de hoc dicit̃ Zach. xij. Dolebūt ſuper eū vt doleri ſolet in morte primogeniti. Iſte eſt enī primogenitus frater noſter quē pater voluit mortem ſubire pro peccatis alioꝝ primogenitū. figuratus in rege moab: qui filiuꝫ ſuum vnigenitum obtulit holocauſtum ſuper murum. ſicut dicitur iiij. Reg. iij. Honorandus propter autoritateꝫ ſuperne dn̄ationis. quia ſcꝫ iſte eſt primogenitus frater noſter qui hereditatē paradiſi poſſidet pleno iure. de quo Apoca. j. Primogenitus mortuoꝝ ⁊ princeps regum terre. Iſta eſt ergo primogenitura ſuperior ⁊ eternalis. ¶ Secundo dico ꝙ eſt primogenitura inferior ⁊ virtualis. Et ſic quilibet vir iuſtus dicitur primogeni- B

tus.quia vt cõmuniter pꝛimogenitus diligitur plus a
patre. Ultimo ꝟo genitus diligitur plus a matre. Sic
vere pater noſter deus plus diligit pꝛimogenitos.ideſt
iuſtos ⁊ bonos: mater vero ſcilꝫ caro vel mundus plus
diligit vltimogenitos.ideſt malos. Et ideo deus de bo
nis ⁊ iuſtis filijs ſuis pꝛimogenitis poteſt dicere illud.
Gene. xlix. Ruben pꝛimogenitus meus: tu foꝛtitudo
mea. Et aduerte ꝙ illi qui ſunt deo pꝛimogeniti ſcilicet
viri iuſti ſeu etiam pꝛelati debent eſſe

Prudentie ſplendoꝛe dotati.
Potentie honoꝛe ditati.
Conſtantie vigoꝛe firmati.

Isti enim debent habere ſcilꝫ ſplendo-
ris limpitudinem: quia debent eſſe ruben. qui interpꝛe-
tatur videns per mediũ. Honoꝛis celſitudinẽ. quia di-
cuntur pꝛimogenitus. Uigoꝛis firmitudinẽ: quia dicũ
tur foꝛtitudo mea. Primogenitus enim debet eſſe pꝛudẽ-
tioꝛ nobilioꝛ: audacioꝛ. Sic iſti debẽt eſſe in Senſu pꝛu-
dẽtioꝛes: quia Ruben. In moꝛibus nobilioꝛes: quia pꝛi
mogeniti. In viribus potentioꝛes: qꝛ foꝛtitudo. Di-
camus ergo. ꝙ viri iuſti ſeu pꝛelati debent eſſe in ſenſi-
bus pꝛudentioꝛes: quia ſcilꝫ debent eſſe ruben. ideſt vi-
dens per mediũ: quia ſcilꝫ iſti debent videre per mediũ
cuiuſlibet rei vel negocij. per ſubtilem meditationẽ: vel
per mediũ. ideſt per ipſum coꝛ noſtrꝫ quod eſt in medio
per ipſius conſiderationẽ ⁊ examinationẽ: ſimiles lin-
ci qui vltra mediuꝫ parietem ſolet videre. Primogeni-
tus enim de ſui natura debet eſſe pꝛudentioꝛ. Et quia ma
gis antiquus. ⁊ quia curis amplioꝛibus oneratus. Si-
cut enim dicitur Job. xij. In antiquis eſt ſapientia. Et te-
ſte ſapiente Prouer. ix. Da ſapienti occaſionem ⁊ adde
tur ei ſapiẽtia. Et ideo ad iſtos pꝛimogenitos pertinet.
ꝙ ſint ſapientioꝛes. vt ſcilicet hereditatem eccleſie poſ
ſint melius regere ⁊ domum domini gubernare. ⁊ eter-
na ⁊ quecunqꝫ ad ſalutem pertinent ſubtilius diſcerne
re ⁊ videre. Ruben inquit. ideſt videns per mediũ Deu
tero. xxxiij. Uiuat ruben ⁊ non moꝛiatur. Ut de tali pꝛi
mogenito dicatur illud Exo. iiij. Primogenitus meus
iſrael. Iſrael interpꝛetatur videns deum. Patet ergo. ꝙ
iſti debẽt eſſe in ſenſu diſcretioꝛes. Rubẽ inquit. De
inde dico. ꝙ iſti debẽt eſſe in moꝛibus nobilioꝛes. quod
etiam notatur in verbo pꝛimogenitus. Primogenitus
enim reputatur magis nobilis alijs. ⁊ merito quia ma-
gis eſt imediate. pꝛopinquus paterne nobilitati. ſucce-
dit etiam in nobilioꝛibus feudis in aliquibus terris.
Sic iſti in moꝛibus debent eſſe nobilioꝛes. cum ſm rei
veritatem deo patri ſint ⁊ gradu ⁊ ſtatu pꝛopinquioꝛes
⁊ ipſius in nobilioꝛibus feudis. ideſt in bonis eccleſia-
ſticis. ⁊ in diuinis ſcripturis. ⁊ finalr perpetuis bonis.
⁊ donis ſint ſpecialiſſimi ſucceſſoꝛes. Ut ſic quilibet ta-
lis poſſit dicere deo illud qð Jacob volens repoꝛtare be
nedictionem dixit yſaac patri ſuo Gen. xxvij. Ego ſum
pꝛimogenitus tuus eſau. Aduerte tamen hic ꝙ ſicut di-
citur Gen. xxv. Eſau qui erat pꝛimogenitus yſaac. ⁊ qui
per conſequens ſibi pꝛincipaliter debebat ſuccedere: et
terram pꝛomiſſionis iure hereditario poſſidere. iſte ta-
men ius pꝛimogeniture ſue amiſit. ⁊ ſit frater ſecundo-
genitus pꝛimogenitus. Ipſe ꝟo de hereditate terre pꝛo-
miſſionis nil penitus repoꝛtauit. Sic vere cũ deus ha
beat duo genera filioꝛum. ſcilicet pꝛimogenitos ⁊ ſecũ-
dogenitos. hoc eſt dictu. eccleſiaſticos et ſeculares. ita
ꝙ iſti pꝛimogeniti debeant ſibi in hereditate terre pꝛo-
miſſionis. ideſt in bonis eterne gloꝛie pꝛincipaliter ſuc-
cedere. Sic tamẽ fit hodie ꝙ tales pꝛimogeniti ita ſe re-
gunt ꝙ ius pꝛimogeniture ſue ſecũdogenitis. ideſt ſim-
plicibus ſecularibus dimittunt. Ipſi vero pꝛimogeni-
ta ſua vendũt totaliter atqꝫ perdunt. Et ſic fit ꝙ illi qui
erant in iure ſucceſſionis poſterioꝛes. ſunt hodie pꝛimo
geniti ⁊ pꝛioꝛes. Iſti vero qui pꝛincipaliter ſuccedere de
buerunt. ius ſuccedendi pꝛopter eoꝛum demerita ami-
ſerunt. ⁊ ſic fiunt pꝛimi nouiſſimi. ⁊ nouiſſimi pꝛimi. Ju
xta illud Augu. dicentis. ꝙ ſimplices ⁊ idiote rapiũt ce
los. ⁊ nos cum literis noſtris mergimur in pꝛofunduꝫ.
Quia ſicut dicitur Hebꝛeos. xij. Eſau pꝛopter vnã eſcã
vendidit pꝛimogenita ſua. Non ſic chariſſimi. ſed ſi-
mus veri pꝛimogeniti. ſcilicet ꝙ ſimus in moꝛibus no-
bilioꝛes. Denique dico. ꝙ illi qui volunt eſſe veri dei
pꝛimogeniti. debent eſſe in viribus conſtantioꝛes. quod
oſtenditur cum dicitur. Tu foꝛtitudo mea. Sicut enim
pꝛimogenitus qui in hereditate habet ſuccedere debet
eſſe foꝛtis ⁊ ſtrenuus vt iura hereditatis melius valeat
defenſare. Sic viri eccleſiaſtici ⁊ pꝛelati debent eſſe con
ſtantes ⁊ foꝛtes. vt ad defenſionem hereditatis eccleſie
ſint potentes. Juxta illud Luce. xj. Et Matth. xij. Cum
foꝛtis armatus cuſtodit atrium ſuum in pace ſunt om
nia que poſſidet. Ut ⁊ de quolibet tali dicat illud Deu
tero. xxxiij. Quaſi pꝛimogeniti thauri pulcritudo eius.
⁊ quaſi coꝛnua rinocerontis coꝛnua illius. Compara ſi
vis conſtantiam pꝛelatoꝛum eccleſiaſticoꝛum ⁊ foꝛtitu
dinem foꝛtiuꝫ audacie rhinocerontis ⁊c. Sed pꝛo certo
de multis videtur hodie impletũ illud Exod. xiij. Pꝛi-
mogenituꝫ aſini mutabis oue. Quia vere multi qui de
bent eſſe ſicut pꝛimogeniti aſinoꝛum. hoc eſt dictu. foꝛ-
tes. cõſtantes ⁊ laboꝛioſi. ipſi tamen mutantur in oues
quia ſunt fragiles. debiles ⁊ defectuoſi. Et ſic poteſt di
ci illud pſ. Mõ dyabolus percuſſit pꝛimogenita egypti
percuſſit dico. ideſt mutauit ab homine vſqꝫ ad pecus.
ideſt de hominibus fecit pecudes. de foꝛtibus fecit debi
les. de audacibus fecit imbecilles. ⁊ de aſinis fecit oues
Non ſic igitur chariſſimi: ſed ſimus veri pꝛimogeniti
dei. ſcilicet

Conſtantioꝛes in viribus.
Nobilioꝛes in moꝛibus.
Prudentioꝛes in ſenſibus.

Et ſic erimus de illis pꝛimogenitis. quos deus ſibi
ſpecialiter dedicauit. ⁊ quos deus ad ſuum ſacrificium
conſecrauit ⁊ oꝛdinauit dicens Numeri. iij. Meum eſt
omne pꝛimogenitum: Et ſic patet ꝙ eſt quedam pꝛimo
genitura infērioꝛ ⁊ virtualis. Et hoc ſecũdũ pꝛincipale
Tertio pꝛincipaliter dico. ꝙ eſt quedã pꝛimogenitu-
ra exterioꝛ ⁊ tempoꝛalis. Et ſic dico. ꝙ dyabolus dicitur
pꝛimogenitus. Iſtum enim deus pꝛimo genuit ⁊ creauit.
Quia ſicut dicitur Job. xl. Ipſe eſt pꝛincipium viarum
dei. Iſte eſt enim ille frater noſter pꝛimogenitus. de quo
dicitur Job. j Mõ dum filij Job comederent ⁊ biberent
in domo fratris ſui pꝛimogeniti. irruit ventus validus
a regione deſerti qui domum ſubuertit ⁊ filios iob occi
dit. In quo notantur illi qui in domo dyaboli: hoc eſt
dictu: in mundo delitijs ⁊ conuiuijs. pꝛoſperitatibus ⁊
conſolationibus ſatiantur. ⁊ dum non aduertunt: ven
tus moꝛtis irruit ſuper eos ⁊ ipſos tempoꝛaliter ⁊ ſpiri
tualiter. et etiam eternaliter deſtruit et occidit. Iſte eſt
amon pꝛimogenitus regis dauid. qui fuit nequiſſimus
qui thamar ſoꝛoꝛem ſuam. ideſt animam per peccatuꝫ
coꝛrupit. quapꝛopter ab abſalone. i. a chꝛiſto fuit poſt-
modum occiſus. ſicut dicitur. ij. Reg. xiij. Itẽ quilibet
diues peccatoꝛ poteſt dici pꝛimogenitus. quia ſcilicet ſi
cut canicula et poꝛca pꝛimogenitis poꝛrigunt pꝛimas
mamillas ipſoſqꝫ ad cubile pꝛimos repoꝛtant. ipſiſqꝫ
vberioꝛem lactis abundantiam adminiſtrant. Sic mũ
dus pꝛimogenitis ſuis ſcilicet diuitibus ⁊ potentibus
ſolet pinguioꝛa beneficia poꝛrigere. ⁊ lactis mundane
pꝛoſperitatis vberioꝛem abundantiam diſtilare Gen.
xlviij. Hic eſt pꝛimogenitus pone dexteram tuaꝫ ſuper
eum. Dextera enim mundi pꝛoſperitatem deſignat. Sꝫ
ſicut dicitur Gene. xxxviij. Fuit pꝛimogenitus iude ne
ꝙ coꝛam domino. ⁊ percuſſit eum ſuper demerita ſua.
Sic quia tales pꝛimogeniti ſuper ceteris vt communi-
ter ſunt nequioꝛes. Ideo a deo percutiũtur ⁊ inferni mi
ſerijs condemnãtur. Figurati in pꝛimogenitis egyptio
rum. quos vna nocte deus legitur percuſſiſſe: ⁊ per ma
los angelos occidiſſe Exod. xij. Unde in pſal. Percuſ-
ſit omne pꝛimogenitum in terra egypti. pꝛimitias om-
nis laboꝛis eoꝛum in tabernaculis cham. Et ſic igitur
patet quomodo triplex eſt pꝛimogenitura. videlꝫ. Ma
la ⁊ vitioſa. Bona ⁊ virtuoſa. Summa ⁊ glorioſa ⁊c. vi
de ſupꝛa de. Primo.



Ayuntamiento de Madrid

**Princeps.** Nota ꝙ pῖceps dicit quaſi primū
caput. vel pῖceps dr̄ quaſi primo in
cipiens. Uel princeps dicitur quaſi primo capiens. Et
ſic dico. ꝙ generaliter principes ſignificant illos qui in
in altis dignitatib⁹ ſunt ↄſtituti: et qui alijs dn̄antur ⁊
principantur Iſti em̄ ſunt alioꝝ prima ⁊ principalia ca
pita per iuridirionē. Et nota ꝙ pͥncipes primo debent
incipere opera bona. ꝑ boni exēpli exhibitionē. Primo
debēt capere ⁊ app̄hēdere celi munera ꝑ celeſtis glīe ac
quiſitionē. Et de hoc. j. Paral. xj. Qui percuſſerit iebu
zeum primus erit princeps ⁊ dux. ¶ Notemus ergo ꝙ
in ſcriptura fit mentio de principibus bonis ⁊ malis: ⁊
de principatibus eorundē. Inuenitur em̄ principatus

Inſuperabilis.
Innumerabilis.
Recommendabilis.
Reprehēſibilis.
Formidabilis.

¶ Primus eſt pincipat⁹
dn̄i dominorum. Secun
dus eſt pῖcipatus cohor
tis angeloꝝ. Tertius eſt
principatus bonoꝝ p̄la
torum. Quartus eſt principatus maloꝝ tyrannorum.
Quintus eſt pῖcipatus demonioꝝ malignoꝝ. ¶ Pri
mo ergo dico ꝙ eſt pῖcipatus inſuperabilis. Et iſte eſt
principatus xp̄i qui princeps dicit regū terre. Apoca. j.
Iſtum em̄ ſicut dicit in. p̄s. Conſtituit deus pater dn̄m
domus ſue. ⁊ principez omnis poſſeſſionis ſue. Iſte em̄
in exercitu eccleſie contra dyabolū fuit princeps ⁊ dux.
Primus em̄ contra dyabolū dimicauit. primus ipſum
cepit ⁊ ſuperauit. Primus pro eccl'ia ſe morti oppoſuit
⁊ primus ipſam de mortis periculo liberauit. ⁊ primus
pacē eccleſie reformauit. Et ideo de ipſo dicit Eſa ix. Fa
ctus eſt principatus ſuper humeꝝ eius: ⁊ vocabitur no
men eius admirabilis. ↄſiliarius. deus fortis. pater fu
turi ſeculi. princeps pacis. Iſte aūt eſt ille princeps qui
dicit ſediſſe in porta clauſa. i. in vtero virginali. De qua
Ezec. xliiij. Hec porta erit clauſa principi: princeps ipſe
ſedebit in ea. Iſte eſt igitur principatus inſuperabilis.
¶ Secundo dico. ꝙ eſt principatus innumerabilis: et
iſte eſt principatus angelicus. Quia ſcilicz angeli dicū
tur principes. Sicut enim rex habet principes ſuos per
quos ſolet regnum regere per quos ſolet hoſtes ledere.
per quos ſolet iura reddere: ⁊ per quos ſolet iuſtitiam
facere. Sic deus in regno vniuerſi habz ſuos principes
qui immediate ei ſubſunt angelos: qui ſunt ſicut licto
res circa regē parati ad ſua beneplacita exequenda. Et
ideo per iſtos mundus regitur. dei iudicia exequuntur
hoſtes ſcz demones ne plus debito noceant reprimunt
mali puniunt. boni promouentur et caſus fortune ſiue
aduerſi ſiue proſperi per eos perficiunt et complentur.
Et de iſtis dicitur. in p̄s. Principes populoꝝ congre
gati ſunt cum deo abraaz. Et bene dicit populoꝝ: quia
ſicut reges habent diuerſos principes qui diſtinctis
populis in regionibus principantur. Sic in diuerſis re
gnis ⁊ regionibus diuerſos angelos poſuit principes ⁊
rectores. Quia ſicut dicūt ſancti ⁊ fides tenet: ſingulis
perſonis ſinguli angeli deputantur. ⁊ iterum ſingulis
regionibus in terris ſinguli ſunt angeli deputati prin
cipes ⁊ ordinati. Iuxta illud Eccleſiaſtici. xvij. In vnaz
quāq₃ gentem prepoſuit rectorem. Et hoc bene innuit.
Dan. x. vbi angelus gabriel dixit danieli de angelo prin
cipe regni perſarum. Princeps regni perſarum reſtitit
mihi viginti ⁊ vno diebus. ⁊ ecce michael vnus de prin
cipibus primus: venit in adiutorium meum Dan. xij.
etiam dicitur danieli. Conſurget michael princeps ⁊c.
Et Ioſue. v. etiam dicit. vnus angelus cum diceretur ſi
bi noſter es an aduerſariorum: reſpondit nequaꝗ̄. ſed
C ſum princeps exercitus domini. Iſte eſt igitur principa
tus innūerabilis. ¶ Tertio dico. ꝙ eſt principatus val
de laudabilis. Et iſte eſt principatus bonorum p̄lato
rum: predicatorum ⁊ iuſtorum. Iſti em̄ dicuntur princi
pes ſpirituales. quia ſcilicet iſti ſunt qui ſub rege regnꝫ
principaliter militantes. alijs ſpiritualiter principant.
Et ideo de bonis principibus ⁊ p̄latis poteſt exponi
illud. ij. Regum. xxiij. Dauid ſedens in cathedra ſapiē
tiſſimus princeps inter tres. In quibus verbis oſten
duntur quaſi omnes conditiones quas debent habere
boni principes ⁊ p̄lati. Debent enim habere fortez ſta
bilitatem. ne ſuperentur. quia debent eſſe dauid. ideſt
manu fortis. Cordis tranquilitatem. ne perturbentur
quia debent eſſe ſedens. ideſt tranquillus. Status au
toritatem vt formidentur. quia debent eſſe in cathedra.
ideſt in eminentia ſtatus. Status ſubtilitatem. ne frau
dentur. quia ſapientiſſimus. Mentis ſtrennuitatez vt
imittētur. quia princeps. ideſt primo incipiens. Honā
ſocietatem vt conſolentur. quia debent eſſe inter tres.
ideſt non ſolus. ¶ Iſte em̄ ſunt ſex generales conditio
nes quas debent habere principes ⁊ p̄lati. Quia pro
certo iſti debent eſſe potentes ad propugnanduz. quod
oſtenditur cum dicitur. Dauid: qui interp̄tatur ma
nu fortis. quia ſcilicet ad principem populi pertinet ꝙ
ſit alijs fortior ⁊ ſtabilior. vt ſcilicet contra aduerſarios
⁊ impios. ⁊ ſpiritales ⁊ temporales p̄ualeat: ne ab eis
ſuperetur. ſed vt magis eis in manu potenti ⁊ extento
brachio dominetur. ⁊ vt ipſis mediante iuſtitia princi
petur. Iuxta illud. j. Machab. ij. c. Iudas machabeus
fortis viribus a iuuentute ſua ſit vobis princeps. Da
uid ergo manu fortis. vnde Ezec. xxxiiij. Seruus meus
dauid in medio princeps eorum. Caput em̄ plus habet
de oſſibus ꝗ̄ quodcunq₃ aliud membrū. Murena etiam
caput habet quaſi immortale. percuſſa enim in capite:
vix cum baculo occiditur. In cauda vero virga modica
faciliter enecatur. Leo em̄ qui eſt caput ⁊ princeps ani
malium: ceteris eſt fortior. Et aries qui eſt dux gregis:
ceteris ouibus eſt potentior. Sic proculdubio chariſſi
mi: principes ⁊ p̄lati. qui ſunt duces. principes: ⁊ capi
ta ⁊ capitanei aliorꝫ debēt eſſe magis oſſei atq₃ fortes:
⁊ ad reſiſtendum malis hominibus: ⁊ inimicis tempo
ralibus ⁊ ſpiritualibus magis conſtantes: ſolidi ⁊ potē
tes Dauid inquit. j. Regū. xxij. Conuenerunt ad dauid
⁊ factus eſt eorum princeps. Iſtud tamen hodie eſt con
tra multos principes ⁊ eccleſiaſticos ⁊ mundanos. qui
ſcilicet nihil habent fortitudinis: nec ſpiritalis: nec cor
poralis. nec temporalis. Et ideo inimicis anime: hoſti
bus fidei. ⁊ eccleſie aduerſarijs ſubditorum ⁊ patrie in
uaſoribus vt deberent non obuiant nec reſiſtunt. ſed eis
potius cedūt ⁊ ſuccumbunt. De iſtis ergo dicitur Eſa.
iij. Dabo pueros principes eorꝫ. ⁊ effeminati domina
buntur eis Non ſic chariſſimi: ſed ſint iſti principes po
tentes ad propugnandum. Dauid inquit. Uide ſupra. D
de dauid ſi vis. ¶ Deinde dico. ꝙ iſti debent eſſe mode
ſti ad expectandum: qđ oſtenditur cum dicitur. Sedēs
Sedere em̄ tranquillitatez animi ⁊ quietem mentis de
ſignat. quod ſumme pertinet ad principem vel p̄latū
Quia proculdubio iſte non debet eſſe mobilis: nec cur
rens: ſed potius trāquillus. modeſt⁹. deliberās. patiēs
⁊ expectans. Non enim debet ſtatim ad iracundiā pro
rumpere nec precipitanter aliquid facere: nec indelibe
rate aliquid credere vel audire: ſed ſolum in tranquilli
tate animi debet ſedere: ⁊ in virtute patiētie ⁊ modeſtie
reſidere. Sedēs inquit Apoca. iiij. ca. Ecce in celo ſedes
poſita erat ⁊ ſuper ſedem ſedēs. Et. iiij. Regꝫ. ix. Ecce
principes exercitus ſedebant. Qđ eſt cōtra multos qui
valde ſunt precipites ⁊ motiui: intantum ꝙ vel adula
tionibus citius mouentur ⁊ liniuntur. aut detractioni
bus faciliter commouentur: aut iniurijs ad vindictaz
indeliberate vltra ꝗ̄ deceat excitantur. Caput enim in
ter cetera membra valde eſt mobile. et valde ad diuer
ſas partes mutabile ⁊ vertibile. Sic malus princeps ca
pitaneus vel p̄latus ſolet vltra ꝗ̄ debeat precipiter ſe
mouere. Et hoc dicitur Prouer. xxviij. Leo rugiens ⁊ vr
ſus eſuriēs princeps impius. Non ſic ergo: ſed ſint mo
deſti ad expectandum. Sedens inquit ¶ Deinde dico
ꝙ oportet ꝙ ſint ſublimes ad imperandum. In cathe
dra inquit. Ad principem em̄ pertinet ꝙ non exhibeat
ſe nimis humilem. neq₃ vilem. ne forte a ſubditis con
temnatur. Quia ſcilicet nimia familiaritas parit con
temptum. Contemptus enim principis vel p̄lati: dat
ſubditis audaciam delinquēdi. Aquila em̄ ⁊ leo ſolent



Ayuntamiento de Madrid

alijs animalibus inferre quendam timorem ⁊ terrorem. Sunt etiam animalia quodãmodo ſolitaria. gregem ⁊ communitatem fugientia. Ad denotandum. ꝙ illi qui ſunt regis principes ⁊ prelati non debent eſſe ſubditis nimis ſociales ſeu familiares. ſed magis ſolitarij ⁊ aliqualiter ſingulares. Ex hoc em̄ ſubditi magis timent ⁊ reuerentur: ⁊ a malis operibus retardantur. Vñ Hiere. xxx. Princeps de medio eorũ producetur. q. d. Princeps non debet eſſe inter alios: ſed ſuper alios. qđ oſtenditur cũ dicitur. In cathedra. Cathedra em̄ locus eſt ſuperioritatis. autoritatis ⁊ ſingularitatis. vnde ſcribitur Ezechiel. xxviij. In cathedra dei ſedi ⁊ in corde maris. Sint igitur ſublimes ad imperandum. Cathedra inquit. Aduerte tamen ꝙ cathedra non ſolum ſignificat ſtatus ſublimitatem: immo etiam deſignat iuſtitie ⁊ iudicij equitatem. que ſumme pertinent ad principes iudices ⁊ prelatos. Iuxta illud Eccl. vij. Noli querere ab homine ducatum: nec a rege cathedram honoris. Noli querere fieri iudex: niſi poſſis virtute irrumpere omnes iniquitatem. Mõ vtiqꝫ eſt hodie contra multos qui pro certo non ſedent in cathedra iuſtitie. ſed peſtilentie: nõ in cathedra honoris: ſed furoris. nec in cathedra equitatis. ſed rapine ⁊ iniquitatis Ezec. xxij. Principes eius in medio eius quaſi lupi rapientes predam. Non ſic ergo: ſed ſint ſublimes ad imperandum: ſeu etiam iuſti ad iudicandum ſeu ad gubernandũ. Cathedra inquit.

E ¶ Inſuper dico. ꝙ oportet ꝙ iſti ſint ſagaces ad meditandum. Sapientiſſimus inquit. Sapientia em̄ ⁊ prudentia talibus ſumme eſt neceſſaria: ⁊ pro ſe ⁊ pro patria. ⁊ pro ſubditis ⁊ pro republica gubernandis. Iuxta illud Eſa. xxxij. Non vocabitur vltra is qui incipiens eſt princeps. Res em̄ que alijs ſunt prelate: ſunt vt cõmuniter clariores. Patꝫ in ſole ⁊ ſtellis que cunctis generabilibus preferuntur. Patet in aquila regina auiũ que viſu limpidiſſimo ſolem intueri dicitur. Et patꝫ de leone rege animalium. qui apertis oculis dormire ⁊ requieſcere comprobatur. Sic vere illi qui aliorum ſunt reges principes ⁊ prelati: debent claritate ⁊ lumine ſciẽtie pre ceteris illuſtrari. Subtiliter em̄ debent in negocijs videre. ⁊ ꝙuis in mũdi proſperitate dormiant: ſemper tamen debent oculos cordis per diſcretionem apertos habere. ⁊ vbi homo non ſperat: ſemper debent in arduis cogitare. Cant. v. Ego dormio ⁊ cor meum vigilat Eſa. xxxij. Princeps vero ea que digna ſunt principi cogitabit. Sapientiſſimus inquit Eccleſiaſtici. ix. In manu artificis opera laudabuntur: ſic ⁊ principes populi in ſapientia ſermonis ſui. Igitur ſint prudentes ſeu ſagaces ad gubernandum. ¶ Iterum dico. ꝙ iſti debent eſſe audaces ad incohandum. Et hoc oſtenditur cum dicitur princeps. ideſt primo incipiens: quia ſcilicet tales debent primo incipere bona opera ⁊ difficilia vt ſint alijs in exemplũ. Grues em̄ ſolent inter ſe ducem eligere. qui primo ſolꝫ de terra ſurgere. primus ante alias incedere. ⁊ vie ducatũ primus alijs demonſtrare. Sic pro certo ad iſtos duces ⁊ principes mundi ⁊ eccleſie pertinet. ꝙ primi de terra. ideſt de corpore pigricie ſurgant. Primi volatum bonorum operum. primi in hoſtes anime: patrie ⁊ eccleſie proſiliant. ⁊ primi ducatum vie ad paradiſum alijs preoſtendant Daniel. x. Ecce michael vnus de principibus primis. figurati in iuda. de quo dicitur. j. Macha. xvj. Qđ primus transfretauit fluuiũ ad aduerſarios expugnandos ⁊ alij poſt ipſum. j. Paral. xj. c. Qui percuſſerit iebuzeũ: primus erit princeps ⁊ dux. Debent ergo eſſe audaces ad incohandum. princeps inquit. ¶ Rurſum dico. ꝙ iſti debent eſſe aſſociati ad conſultandum. qđ oſtenditur cum dicitur. Intertres. quia ſcilicet ad prelatum ⁊ ad principem pertinet ꝙ ſit bene aſſociatus. et ꝙ credat conſilio ſapientum. Actuũ. v. Princeps ſacerdotum ⁊ qui cum eo erant cõuocauerunt conſilium. Non enim debet proprio capiti credere: nec ſoli opinioni aſſentire: nec in ſuo ſenſu plus debito abundare: ſed potius debet intereſſe. ideſt inter bonos. conſilia dies. fideles ⁊ iuſtos: ⁊ trinitatis fidei profeſſores: ⁊ debet perſonaliter reſidere. Qr ſicut dicit chriſtus Matthei. xviij. Vbi duo vel tres congregati ſunt in nomine meo. ibi ego ſum in medio eorum. Qđ eſt contra multos: qui ita ſunt fatui ⁊ obſtinati: ꝙ nulli volunt credere niſi ſibi: nolunt ſecum habere bonos conſultores: ſed potius viros impios ⁊ raptores Eſaie. j. Principes tui īfideles ſocij furũ. omnes diligunt munera ⁊c. Non ſic ergo ſed ſicut viſum eſt habeant prelati ⁊ principes. Diſcretam ſocietatem. Audacem ſtrenuitatem. Sagacem ſubtilitatem. Excelſam autoritatem. Tranquillam maturitatem. Conſtantem ſtabilitatem. Et iſta de bono principe ſufficiant. Iſte eſt ergo principatus valde laudabilis. ¶ Quarto principaliter dico. ꝙ eſt quidam principatus valde damnabilis. Et iſte eſt principatus crudelium tyrannorum. ⁊ vt communiter modernorum ſecularium dominorum. et qđ peius eſt multorũ iniquorũ eccleſie prelatorũ. ¶ Unde nota ꝙ iſti ſunt vt communiter

Carnis delicijs impinguati.
Duris ſeuicijs effrenati.
Vanis leticijs occupati.
Blandis eloquijs delectati.
Malis familijs conuallati.
Malis cõſilijs gubernati.
Mortis ſupplicijs reſeruati.
Verbis blandicijs oblectati.

¶ Dicam⁹ igit ꝙ mundi pncipes carnis delicijs impinguãt. Magis em̄ vacant delicijs ꝙ prelijs. plus gaudent de potibus ꝙ de cenſibus plus delectantur in conuiuijs: ꝙ in bellorũ exercitijs. Et de hoc Eccleſ. x. Ve terre cuius rex puer eſt: ⁊ cuius principes mane comedunt. ¶ Item iſti duris ſeuicijs effrenant. Iſti enim pre ceteris hominibus ſunt crudeles: magis precipites ad vindictã ⁊ etiam ad rapinam: ſimiles draconi qui elephantem naturaliter perſequitur ⁊ odit. ⁊ contra eum preliatur. vt ardor ſui pectoris ipſius ſanguine frigido ⁊ melancolico temperetur. Sic vere dracones. ideſt tyranni principes naturaliter habent odio elephantes. ideſt ſimplices ſubditos. innocẽtes. ⁊ ideo vt ardor rapine et auaricie ſue poſſit eorum ſanguine. ideſt temporali ſubſtantia ſaturari vel ſatiari. non ceſſant contra ipſos controuerſijs ⁊ exactionibus preliari et eos ꝙtum poſſunt predicto ſanguine pauperare. vt ſic dicãt pauperes illud pſal. Principes perſecuti ſunt me gratis. Verumtamen ſicut draco bibens ſanguinẽ elephantis. ⁊ compellens ipſum deficere ⁊ cadere ſolet. quando qꝫ ſub ipſo inuolui ⁊ ſuffocari: ⁊ ſic cum moriẽte pariter ſolet mori. Sic proculdubio principes ⁊ tyranni dum elephantes. ideſt ſubditos ſanguine bonorum temporalium euacuant per rapinam ipſoſqꝫ ad terras ideſt inferius ad ſtatum paupertatis compellunt cadere ⁊ venire. conſtat ꝙ in hoc ipſi proſternunt ⁊ deijciũt ſemetipſos. quia ſcilicet paupertas ſubditorũ eſt paupertas principis. ⁊ econuerſo diuitie ſubditorum ſunt diuitie dominorum. Princeps enim vt cõmuniter nunꝙ poteſt eſſe diues. ſi ſubditi ſunt pauperes. quinimo dum ſubditi pauperſcunt: principes neceſſario rugiũt ⁊ fameſcunt. Et ideo dicitur Prouerbiorũ. xxviij. Leo rugiens ⁊ vrſus eſuriens princeps impius ſuper populũ pauperem. Sic ergo dico. ꝙ iſti ſunt magnis ſeuicijs inflammati. ¶ Item dico. ꝙ iſti ſunt vanis leticijs occupati. Principes em̄ moderni non curant niſi de leticijs ⁊ conſolationibus huius mundi. Volunt enim habere cantores cantatrices: ioculatores ⁊ ioculatrices. in bonis volunt ducere dies ſuos. ⁊ in puncto ad inferos peruenire. Ideo de iſtis dicitur in pſ. Preuenerunt principes coniuncti pſallentibus in medio iuuencularum tympaniſtrarum. ¶ Item iſti ſunt blãdis eloquijs delectati. Iſti enim hodie non diligunt niſi adulatores: nolunt enim habere aliquem correctorem. ſed magis amant quemcunqꝫ verboſum adulatorem ⁊ deceptorem. Unde Heſter. xvj. Aures principuꝫ ſunt ſimplices Et ideo dicitur de adulatoribus. Oſee. vij. In malicia ſua letificauerunt regem: ⁊ in mendacijs ſuis principes ¶ Item iſti ſunt malis familijs cõuallati. Non curãt

enim

em̄ hodie principes habere in familia ſua niſi illos qui ſine conſcientia emendas exigunt: ⁊ qui extorſiones in ſubditos facere ſciūt. Aranea eī multos pedes hʒ diuerſos ⁊ inequales quibus mediantibus fila nectit. quibꝰ muſcas inuoluit ⁊ capit. ⁊ ſic carū ſanguinem euacuat atq̧ bibit. Sic vere aranea. ideſt venenoſus ⁊ malus princeps. multos habet pedes. ideſt multos familiares ⁊ ſequaces diuerſos. ⁊ in diuerſis officijs cōſiſtentes. iſtis aūt mediantibus: muſcas ideſt pauperes depredatur. ⁊ earum ſanguine ſatiatur. De hoc dicitur Prouerbi. xxix. Princeps qui libenter audit verba mendacij. omnes miniſtros habebit impios. ¶ Itē dico. ꝙ iſti ſunt malis conſilijs gubernati. Iſti enim hodie non credūt conſilijs bonoꝝ ſed malorum. ſcilicet fallacium aduocatorum ⁊ ſuorum crudelium balliuorum. omnia eniʒ conſilia eorum ſunt ad extorſionem pecuniarum et ad grauamina ſubditorum. Et ideo dicitur in ps. Dominus diſſipat conſilia principum: reprobat autem cogitationes populoꝝ. ¶ Item dico. ꝙ iſti ſunt mortis ſupplicijs reſeruati. quia ſcilicʒ tales qui non ceſſant alios ledere ⁊ grauare neceſſe habebunt mortis eterne ſupplicium ſuſtinere. Iſti eniʒ qui dati ſunt ſubditis in exemplum: ⁊ tamē propter ſua mala exempla ſunt alijs cauſa ruine debent merito penas pre ceteris ſuſtinere. Ideo de principibus qui dederant maluʒ exemplum alijs dicitur Nume. xxv. Tolle cunctos principes populi ⁊ ſuſpende eos contra ſolem in patibulis. Et ideo in ps. dicitur. ꝙ effuſa eſt contentio ſuper principes: ⁊ errare fecit eos in inuio ⁊ non in via. Iſtud potiſſime fiet poſt mortem. quando ponentur principes noſtri. ſicut oreb ⁊ zeb ⁊ zebee. ⁊ ſalamana. qui ſcilicet fuerūt principes qui dei populum vexauerunt. ⁊ ideo mortis ſupplicium ſubierunt. pſal. Conturbati ſunt principes edom. robuſtos moab obtinuit pauor. Et ſic igitur patet. quomodo eſt
C quidam principatus valde damnabilis ⁊c. ¶ Quinto principaliter dico. ꝙ eſt quidam principatus valde terribilis. Et iſte eſt principatus demonum. qui modo in mundo et in mundanis. in inferno etiam ⁊ damnatis principari dicuntur. Iohā. xiiij. Uenit em̄ princeps huius mundi: ⁊ in me non habet quicꝙ̄. Et Ioh. xij. Nūc princeps huius mūdi eijcietur foras. Principatus tamen dyaboli non durabit niſi vſq̧ ad iudicium. ſicut videtur velle apoſtolus. j. Coꝛ. xv. c. vbi dicit. ꝙ tunc euacuabit omnem principatum. Quod exponentes ſancti dicunt. ꝙ principatus demonum queʒ habent ſuper animas ceſſabit in iudicio. quia tunc ipſi demones cū animabus damnatis igne perpetuo cremabūtur Eſa. xxij. Cuncti principes fugerūt ſimul: quia ligati ſunt. Sic igitur poteſt apparere. ꝙ inuenitur principatus quintuplex. ſcʒ. Terribilis. Damnabilis. Laudabilis. Innumerabilis. ⁊ Inſupabilis. Et hec ſufficiūt de principatu. Uide in alijs titulis. Ubi in locis infinitis inuenies de principibus. ⁊ prelatis.

a
## Principium.

Nota cum principia ſint ille partes rex ⁊ dictionum. a quibus fines ⁊ concluſiones: necnon effectus ⁊ opiniones producuntur. valde debʒ cauere homo ꝙ principiuʒ eligit ⁊ intendit: vel a quo principio incipit vel procedit. Ex bonis em̄ principijs bone concluſiones. ſequuntur Et ex bonis cauſis boni effectus producuntur. Ex malis vero cauſis ⁊ principijs: mali ſequūtur fines ⁊ deciſiones. Igit quicquid facimus incipiamus a bono principio. ¶ Nota ergo ꝙ inuenit̄ triplex bonū principium ⁊ triplex malum. Bonum em̄ eſt ſcilʒ Principium

| | | |
|---|---|---|
| Eternum. | | Dei bonitatem ⁊ conditionem |
| Internum. | quod ſignat | Cordis puritatē ⁊ intētionē. |
| Externum. | | Uite bonitatē ⁊ perfectionem. |

¶ Primum eſt principium creatiuum. quia producit naturam ⁊ rerum veritates. Secundum eſt principiuʒ inceptiuum: quia incipit gratiam ⁊ operum bonitates Tertium eſt principium effectiuuʒ. quia inducit gloriā celi ⁊ omnem felicitatem. ¶ Dico ergo ꝙ eſt principiū eternum omnium productiuum. Et iſtud principium eſt deus in quo ⁊ a quo: per quem: ⁊ ad quem ſunt omnia. Et ideo ipſemet dicit Apocal. j. Ego ſum alpha ⁊ o principium ⁊ finis. Iſte eſt enim principium rerum: quia in principio creauit deus celum ⁊ terram Gene. j. Iſte debet etiam eſſe principium noſtrorum actuum Iohā. viij. Ego principium qui ⁊ loquor vobis. Qui enim in Actibus ſuis non habet deum pro principio: nunꝙ̄ poteſt ad finem debitum peruenire. Et ideo dicitur Apocalipſ. iij. Hec dicit amen qui eſt principium creature dei. ¶ Item eſt principium internum operum inceptiuum vel directiuum. ⁊ iſtud eſt principium bone intentionis: quia ſcilicet bona intentio debet eſſe principiuʒ actuum ⁊ operum humanorum. Sicut enim principiata omnia ſapiunt naturam ſui principij. ſic omnia opera ſapiunt naturam ſue intentionis a qua producunt. Iob. xxviij. Habet argentum venarum ſuarum principia. Et de iſto conſulitur. Exod. xij. Menſis iſte principium menſis erit vobis in menſibus anni. ¶ Item eſt principium externum glorie inductiuum. Et iſtud eſt principium bone vite a quo ſcilicet producitur ⁊ ſequitur concluſio glorie paradiſi. Quia ſicut dicitur Gen. ij. Plantauit dominus deus paradiſum voluptatis a pricipio. ſupple bone vite in preſenti: ad quod ſequitur in futuro plātatio paradiſi. Et ſic inuenitur principiū bonum. ¶ Sed adhuc dico. ꝙ inuenitur principiū malum. Et ſic dico ꝙ quidā incipiunt a principio ſcʒ B

Carnis infectionis.
Hoſtilis ſuggeſtionis.
Mundane poſſeſſionis.
Inique defectionis.

¶ Quidā ergo incipiūt a carnis īfectione. Et iſti ſunt illi quibus caro ⁊ ſanguis reuelat omnia queq̧ agunt. Numeri. xxiiij. Principium gentium Amalech cuius extrema perduntur. Amalech enim lambens ſanguinem interpretatur. Et ſignat carnem que in ſanguinibus delectatur. ¶ Item quidam incipiunt ab hoſtis inſpiratione. Et de hoc dicitur Gene. x. Fuit principium regni eius babylon. ideſt dyabolus. ¶ Item quidam incipiunt a mundana proſperitate. Et de hoc Prouer. xx. Hereditas ad quam feſtinat in principio: in benedictione carebit. ¶ Item alij incipiūt a peccati peruerſitate. Eſa. lxiij. Facti ſumus ſicut in principio quādo non dominaberis noſtri. Et ſic patʒ ꝙ eſt quadruplex malum principium. ⁊ triplex bonum Multa poſſent exempla applicari de principio. ⁊ maxime de illis quoruʒ principijs finis non concordat. ſicut ſunt hypocrite: falſi amici. diuites ⁊c. Sed in ſuis titulis dictum eſt. Et ſimiliter de illis qui in principio ſunt mali ⁊ in fine boni. Uide ſupra de Conuerſione. Et ſimiliter de illis qui non reſpiciunt ſuum originalem principium. ſcʒ carnis vel generis vilitatem ⁊c. Dimiſi eniʒ iſta omnia. quia pauce ſunt autoritates. A

## Prior. Prius.

Cū prior ſit ille qui alios precedit etate: ordine: vel virtute: poſſumus dicere ꝙ ſicut prius in titulo de Primis viſum eſt multiplex eſt prioritas. videlʒ

| | |
|---|---|
| Admirabilis. | Nā priora dei opa debēt admirari |
| Honorabilis. | Iuſti opera debent venerari. |
| Deteſtabilis. | Noſtra ſcelera debent deteſtari. |
| Reparabilis. | Mentis vulnera debēt reparari. |
| Non amabilis. | Rex munera debent non amari. |
| Supportabilis. | Mūdi pondera debēt ſupportari. |
| Imitabilis. | Sancta funera debent imitari. |

¶ Dicam ergo ꝙ eſt prioritas dei que eſt admiranda: ſed de hoc dic ſicut ſupra. vbi. Primus paragrapho primo. Hoc ſolum dic. ꝙ deus prius ſcilicet ante incarnationem nobis erat ignotus. poſtea tamē factus eſt mirabiliter nobis notus. vnde optime potuit figurari. ij. Machab. j. vbi dicitur. ꝙ tempus affuit ꝙ ſol refulſit qui prius erat in nubilo. ⁊ accenſus eſt ignis magnus. ita vt omnes mirarentur. Sol eniʒ iſte dei filius. prius ſcilicet ante incarnationem nobis latebat in nubilo: in quantum viſibiliter non erat notus. finaliter tamen nobis ſplēduit ⁊ refulſit. quando in carne viſibiliter fuit

natus. Iſta eſt ergo prioritas dei: hoc eſt dictu: ipſius excellens dignitas ⁊ maieſtas. que ſcilꝫ eſt admiranda. Habuit eñ vnuꝫ prius dominationis: hoc eſt dictu: diuine conditionis. vnuꝫ prius incarnationis. vnū prius paſſionis. vnum prius reſurrectionis. vnum prius aſcēſionis. De ipſius priori et eterna diuina conditione. dicitur Iob. j. Qui poſt me venit ante me factus eſt: quia prior me erat. De incarnatione dicitur Luc. ij. ꝙ ſymeō reſponſum acceperat non viſuruꝫ ſe mortem: niſi prius videret chriſtum dominum ſcilicet in carne. De paſſione dicitur. j. Cor. xv. Non viuificatur niſi prius moriatur. De reſurrectione autem dicitur Luce. ix. Propheta vnus de prioribus ſurrexit. De aſcenſione autem dicitur Actuū. j. Primum quidem ſermonem feci ⁊c. vſqꝫ aſſumptus eſt. De ipſius vero nobis oſtenſa dilectione. dicitur. j. Iohā. iiij. Nos ergo diligamus eum: quoniam ipſe prior dilexit nos. Hec eſt igitur prioritas dei.
B que eſt admiranda. ¶ Secundo dico. ꝙ eſt prioritas iuſti. que eſt honoranda. Iuſtus eñ poteſt dici ſcꝫ

Prior in vigore.
Prior in valore.
Prior in honore.

Prior dico in vigore aduerſa tolerans. ſicut de illo fortiori qui non poteſt domū fortis armati diripere niſi prius fortem adducat. Vt ſic ſit de illis. de quibus dicitur Iudicum. xx. ꝙ qui prius ſimulauerant fugam verſa facie fortius reſiſtebant. Item prior in valore multis preponderans. In valore enim virtutum ⁊ meritorum iuſti preponderant vniuerſis. j. ad Theſſal. iiij. Qui in chriſto ſunt reſurgent primi vt ſic bonitas ⁊ ſapiētia iuſti comparetur luci Sap. vij. Luci comparata inuenitur prior. Item prior in honore ceteris imperans vt ſit prior in donis: maior in impio Geñ. xlix. Multa poſſent hic dici: ſed tranſeo: qꝛ ſatis eſt ſupra dictū: vbi primus. hoc ſolū nota. ꝙ iuſtus ſeu perfectus dꝫ prius

Se accuſare.
Se macerare.
Obtemperare.
Accelerare.
Hoſtes grauare.
Verba formare.
Mentem mundare.
Pacem ligare.
Facta tractare.
Verbis ceſſare.

¶ Igitur prior ſe accuſat culpam confitendo. Vnde Prouer. xviij. Iuſtꝰ prior accuſator ē ſui. ¶ Itē prior ſe maceret cibis abſtinendo. Ecci. xxxj. Super menſam magnam ſediſti: non aperies ſuper illam faucem tuaꝫ prior: ne extendas manum tuam: nec prior poſcas bibere. Et ibidem. Ceſſa prior cauſa diſcipline. ¶ Iteꝫ prior obtēperat maiori parendo. j. Mach. ij. Princeps ⁊ maximus es ⁊c. Accede prior ⁊ fac iuſſuꝫ regis. ¶ Itē prior accelerat bonuꝫ faciendo. Quilibet eñ debet velle eſſe prior ad faciendum bonum: nec debet alter alterꝫ expectare. Quia ſcilicet ſicut dicitur Iohan. v. Ille qui prior intrabat in piſcinā ſanus fiebat. nocuit eñ differre paratis. Vnde Ecci. xxxij. Precurre prior in domum tuaꝫ ⁊ illic aduoca ipſum. Quilibꝫ eñ (licet tarde incipiat) debet tamen poſtꝗ̄ inceperit taliter accelerare ⁊ precurrere. ꝙ ſi fieri poſſit prior alijs poſſit eſſe. Sūt eñ in aliquibus partibus quedam nuces que alijs iuxta cōmunem morem folliētibus ⁊ fructus producentibus. ſicce ſolent vſqꝫ ad vigiliā ſancti Iohānis baptiſte penitus remanere. Sed reuera in nocte precurſoris iſte ſiue mirabiliter ſiue naturaliter neſcio: ſolent folia ⁊ fructꝰ producere. ⁊ ſe alijs prioribus cōparare Quia v̄o ꝗ̄uis homo diu permaneat in ſiccitate ⁊ ſterilitate: debet tamen tanto feruore ad dominum ſe conuertere. ꝙ alios ipſum precedētes poſſit attingere: ⁊ ſi poſſit ipſis in virtutibꝰ prior eſſe. Exemplo ſcꝫ Iohannis qui precucurrit citius petro: ⁊ ideo venit prior ad monumentū. ſicut dicitur Iohānis. xx. Quia reuera feruēs acceleratio eſt ſepiſſime alioꝝ preuentior in meritis anticipatio. Igitur iuſtus prior acceleret bona faciendo. ¶ Itē prior ſe preparet hoſtes inuadēdo. Audaces eñ fortuna ſolꝫ adiuuare: ⁊ illos qui prius alios inuadunt: multotiens releuare. vnde de Iuda machabeo dixerunt inimici. j. Macha. v. c. Si tranſierit ad nos prior non poterimus ſuſtinere eum. Ita aūt fuit. quia iudas torrentē tranſiuit ⁊ alios ſuperauit. ¶ Itē prior verba ſonent fidē edocendo: vt ſit de illis de quibus dicitur Eccli. xxxvj. Locuti ſunt in nomine tuo prophete priores. ¶ Item prior ſe emundet culpam confitendo Mat. xxij. Munda priꝰ qd̄ intus eſt calicis ⁊ paropſidis ⁊c. vt fiat id qd̄ foris eſt mundū. ¶ Item prior pacificet ſe reconciliando Mat. v. Si offeres munus tuū ad altare: ⁊ frater tuus habet aliquid aduerſum te: vade prius reconciliari fratri tuo ⁊ veniens offeres munus tuū. ¶ Itē prior facta tractet prudenter agendo. Prius eñ ⁊ ante omnia concilia in negocijs ſunt habenda. ſicut Luc. xiiij. dicitur de volente edificare turrim. ꝙ priꝰ ſedēs cōputat ſi habeat ſumptus qui ſunt neceſſarij ad perficiendū ⁊c. ¶ Iteꝫ prior loqui ceſſet verba moderando. j. Cor. xiiij. Si aliquid ſedēti reuelatū fuerit prior taceat. Iuſtus igitur in his omnibus prior ⁊ alijs virtutibus preeminentior debet eſſe: ⁊ ſic prioritatem virtuoſaꝫ ⁊ honorabilē poterit obtinere. ita ꝙ nullus alius ſibi poterit cōparari Dañ. xj. Nō erit priori ſimile nouiſſimū. Eſt igitur prioritas iu-
ſti que eſt honorāda. ¶ Tertio dico. ꝙ eſt prioritas pec- C
cati que eſt deteſtāda. Priora eñ peccata noſtra ⁊ prior etiā mala vita noſtra ſemper debent videri ⁊ totis viribus precaueri ⁊ abominari: etiā ⁊ horreri: inſuper emūdari ⁊ deleri. Si quis eñ a leone morſus eſſet: ſemper viſo leone timeret: ⁊ primum morſum etiam abhorreret: ⁊ ſanitatem pro viribus impetraret. Bene ergo dicitur Eſa. xlvj. Redite ꝑuaricatores ad cor: recordamini prioris ſeculi. Iſtud tamen propoſſe impedit dyabolus. Nō vult eñ ꝙ priora pericula videamus ad finem. ꝙ ibi faciliter incidamus dicens. ſcilicet Eſa. xliij. Ne memineritis prioꝝ: ⁊ antiqua ne intueamini: Et ꝙ nūꝗ̄ a peccatis prioribus recedamus: ſed ſemper in deterius procedamus. Iuxta illud Luc. xj. Fiunt nouiſſima hominis peiora prioribus. Et Mat. xxvij. Erit nouiſſimus error peior priore. Nota etiam hic. ꝙ prioritas deteſtanda eſt illa qua quidem per fatuam audaciam ⁊ preſumptionē priores ſe offerunt periculis. ⁊ etiam omnibus vitijs et peccatis. De quibus dicitur Hiere. xj. Reuerſi ſunt ad iniquitates patꝝ ſuoꝝ priores. ita vt quilibet talis dicere poſſit illud. j. Tymoht. j. Prius blaſphemus fui et perſecutor. Vnde de falſo amico: dicitur Ecci. xij. Si occurrerint tibi mala: inuenies eum illuc priorem. Non ſic chariſſimi: ſed priora vitia deteſtemur ⁊ priorem vitam in melius emēdemus. vt ſic de nobis dicatur illud Eſa. xxxv. In cubilibus in quibus dracones prius habitabant orietur viror iunci ⁊ calami. Similes ſcilicet illi lapidi qui dicitur noſet qui inuenitur in capite buffonis: qui tamen ſumme valet contra venena. vbi ſcilicet forma buffonis dicitur apparere. Quia ſcilꝫ illi qui de corpore dyaboli buffonis per penitentiā extrahuntur. quandoqꝫ ſumme valent contra venenum peccati. Exēplo ſcilicet pauli ⁊c. imaginem tamē buffonis. id eſt priora peccata ſemꝑ per memoriam ſecum debent habere. ¶ Quarto dico. ꝙ eſt prioritas innocentie. que eſt reparanda Virtutes eñ quas perdidimus ſunt recuperande. ⁊ anima que vulnerata eſt reparanda. immo certe virtus ⁊ gratia eſt amplior ꝗ̄ amiſſa fuerat procurāda Ad hoc eñ tendit tota potentia medicorum. vt ſcilicet prior ſanitas recuperetur. ⁊ maior etiam ⁊ firmior procuretur. vt ſic iubileus prioris reſtitutionis ad nos redeat. ſicut de hereditate aliena dicitur Leuitici. xxvij ꝙ ſcilicet in anno iubileo reuertebantur ad prioreꝫ dominum. vt ⁊ ſic anime ad priſtinam innocentiam redeunti dicat dñs illud Eſa. j. Reſtituam iudices tuos vt fuerunt prius ⁊ conſiliarios tuos ſicut antiquitus. q. d. Iudicium: iuſtitiam conſilium ⁊ prudentiam reſtituā tibi ſicut prius: quia ſcilicet bonus penitens debꝫ fortior ⁊ virtutibus ⁊ innocentia maior ꝗ̄ prior fuerat reuenire Iob. xviij. Placatum reddet habitaculum iuſtitie.

Pone

Pone de anteo rege: qui pſtratus ab hercule ſemper fortior ꝙ prius fuerat reſurgebat. vt ⁊ ſic tali penitenti ad ampliorẽ grãm redeũti dicaꝰ illud Apoca. ij. Noui opa tua ⁊ charitatẽ: ⁊ fidẽ ⁊ miniſteriũ: ⁊ patientiã tuã ⁊ opa tua nouiſſima plura priorib⁹. Ruth. iij. Benedicta filia tu a dño q̃ priorẽ miſericordiã poſteriori ſupe-

D raſti. Pꝫ ergo ꝙ eſt prioritas innocẽtie que eſt reparanda. ¶ Quinto dico ꝙ eſt prioritas mũdi glie q̃ nõ eſt amãda. Bona eñ mundi, dicunꝰ priora. bona paradiſi poſteriora. Et genera priores fetus animaliũ vt cõmuniter nõ ſunt ita pfecti ſicut ſcdi. Igiꝰ qr iſta priora vana ſunt: ipa dimittam⁹ ⁊ ad poſteriora paradiſi bona curramus. Nõne ſcriptũ eſt. Exo. xxxiij. Q̃ dñs faciez ſuã moyſi nõ oſtendit: ſed poſteriora ſua oſtẽdere repromiſit. facies eñ iſta: anteriora ⁊ priora mũdi bona ſignat. poſterioritas vo ſequẽtia paradiſi bona deſignat: Illa ergo debem⁹ contẽnere: iſta vo diligere: querere ⁊ amare. Exẽplo. ſ. Jacob q̃ lippam vxorẽ que prior fuerat ſibi vxor contẽnens ſcdaꝫ q̃ pulchra erat dilexit. Et ſicut dr Geñ. xxix. Amorẽ ſequẽtis priori ptulit. Si cut dicif. j. Cor. xv. Pri⁹ qđ aiale eſt deinde qđ ſpũale eſt. Talis enim prioritas mundane glorie finaliter cedit ad nihilum: qr. ſ. exinde ſequitur penuria infernalis. Exemplũ de diuite in inferno ſepulto. Luce. xvj. Et j. Regum. ij. Repleti prius p panibus ſe locauerunt: ⁊ famelici ſaturati ſunt. Ut ſic illi qui modo in mundi magnificentia ſunt priores: figurenꝰ in ſeptem vaccis pinguibus pharaonis. tandẽ p vaccas tenues deuoratis. De quibus dr Geñ. xlj. Q̃ priorꝫ pulchritudinem deuorauerunt: ⁊ tñ deuoratis prioribus nullũ ſaturitatis dedere veſtigiũ. Iſta eſt igiꝰ prioritas non amanda. ¶ Sexto dico ꝙ eſt quedã prioritas toleranda vel ſupportãda. Et iſta nihil aliud eſt ꝙ ſtatus mũdi tribulationũ. ⁊ pſentiaꝝ miſeriaꝝ ⁊ tribulationũ que prius in hac vita veniũt: ⁊ ſubſequenꝰ in alia bona ⁊ pſpera ſuccedũt. Hyems enim prior accedit ꝙ eſtas: ⁊ tribulatio prius venit ꝙ felicitas. Mala ergo iſta que pri⁹ veniũt in patiẽtia tolerenꝰ. vt finaliter eternã gloriã cõſequamur p quã ois pcedens peſtilentia obliuioni tradaꝰ. Ut ⁊ ſic de gloria dicaꝰ illud Eſa. lxv. Obliuioni date ſunt anguſtie priores ⁊ abſcõdite ſunt ab oculis veſtris. Seqtur. Et nõ erũt in memoria priora: ſed exultabitis ⁊ gaudebitis vſqꝫ in ſempiternũ. Iſta eſt ergo quedam prioritas tolerãda. ¶ Septimo dico ꝙ eſt quedã prioritas imitãda. Et iſta eſt vtus ⁊ bonitas ſanctoruꝫ patrũ: qui prius ⁊ ante nos pceſſerũt. qui. ſ. ſunt imitãdi. ⁊ p moralẽ ſilitudinẽ ſubſequẽdi. Ut ſic figurenꝰ in illis rotis Ezech. j. vbi dicif. Una erat ſilitudo ipſarum quatuor: ⁊ ad quem locũ declinabat que prima erat ſequebãtur ⁊ cetere. vnde quilibet bonus imitator de tali prioritate põt dicere illud Phyl. iij. Que retro ſunt obliuiſcẽs ad ea vo q̃ priora ſunt extendẽs meipm deſtinatũ pſequor ad brauiũ. Hec eſt ergo prioritas imitanda. ⁊ etiam vt dictũ eſt toleranda. non amanda reparanda deteſtanda. veneranda. ⁊ admiranda. Et hec de prior ⁊ prius ſufficiant. Uide vbi ante. Preire. et vbi Primus.

A **Priuſquã.** Cum priuſꝙ ſicut ⁊ anteꝙ denotet mihi quãdam pambulam tpis anticipationẽ. quandã pceſſionẽ ſtatus ⁊ pfectionis ⁊ gradus plationẽ notabo ꝙ priuſꝙ põt de deo. Juſto ⁊ impio referri. ¶ Primo igiꝰ dico ꝙ ad deuꝫ enim ſpectat vnum priuſꝙ

Eterne durationis.
Paterne pmiſſionis
Interne cognitionis.
Supne pfectionis.

De eterna duratiõe pꝫ: qr cõſtat ꝙ deus ſemp eſt ⁊ fuit eternaliter. Et de iſto priuſꝙ loquitur dauid in ps. dicens deo ſic. Priuſꝙ montes fierent aut formaretur terra ⁊ orbis a ſeculo ⁊ vſqꝫ in ſeculum tu es deus. De paterna prouiſione patet quia conſtat ꝙ deus priuſꝙ quicꝙ faceret a principio ſicut ſagax pater in teſtamento ſue immutabilis puiſionis ⁊ ordinationis bonos futuros filios pdeſtinauit ad gloriam malos vero reprobauit ⁊ deſtinauit ad mortem. Unde ipſe in perſona bonorum loquitur dicens. Hiere. j. Priuſꝙ te formarem in vtero noui te: et anteꝙ exires de ventre ſanctificaui te ⁊c. De malorum autem pdeſtinatione ſeu reprobatione dicitur in ps. Fiant ſicut fenum tectorum quod priuſꝙ euellatur exaruit ſcilicet in mente diuina per reprobationẽ. De interna cognitione qua ſcilicet ipſe nouit omnia priuſꝙ fiant dicit ipſe dñs Joh. xiiij. Et nũc dixi vobis priuſꝙ fiat vt cum factum fuerit credatis ⁊c. De ſuperna vero perfectione dominatione ⁊ platione dicitur Johã. xvij. Clarifica me pater claritate quam habui priuſꝙ mundus fieret. Priuſꝙ igitur refertur ad deũ. ¶ Se- B

cundo dico ꝙ priuſꝙ refertur ad iuſtum. Conſtat eñ ꝙ vir ſapiẽs et perfect⁹ dꝫ multos bonos priuſꝙ. ideſt multas bonas anticipatiões habere. ⁊ alios in bonis actibus anteire. Et ſic dico ꝙ iuſti habent vnũ priuſꝙ

Uere confeſſionis.
Pie petitionis.
Docte diſcretionis.

De flebili confeſſione dicitur in ps. vbi ſcilicet dauid videtur confiteri: priuſꝙ humiliarer ego deliqui. De humili petitione qua ſcilicet homo petit priuſꝙ moriatur ſibi peccata dimitti dicitur in ps. Remitte mihi vt refrigerer priuſꝙ abeam et amplius non ero. De vtili vero diſcretione quam ſcilicet homo debet habere ſapienter agendo: alios arguendo, debite reſpondendo. Sapienter dico agendo eccleſiaſtici. lj. Priuſꝙ oberrarem queſiui ſapientiam. Palam alios etiaꝫ arguendo. Eccſiaſtici xj. Priuſꝙ interroges ne vituperes quenꝙ ⁊ cum interrogaueris corripe iuſte. ¶ Debite inſuper reſpondendo. vñ Eccleſiaſtici. xj. Priuſꝙ audeas ne reſpondeas verbum. Sicut enim dicitur Prouerbio. xviij. ca. Qui prius reſpondet ꝙ audiat: ſtultum ſe demonſtrat et confuſione dignum priuſꝙ ergo pertinet ad iuſtum. ¶ Tertio etiam dico ꝙ priuſꝙ etiam pertinet ad ſtultum. Conſtat enim ꝙ ſtulti ⁊ peccatores habent multos malos priuſꝙ. ideſt multas anticipationes ⁊ pcipitationes. ſ. priuſꝙ

Fallacis amicicie.
Furentis iracundie.
Crudelis violentie
Finalis peſtilentie.

Falſi enim amici ſolẽt ante tempus ſuos dimittere. ſicut de petro legitur Marc. xiiij. ca. Q̃. ſ. priuſꝙ gallus cantaret bis: dominum denegaret. vnde Mat. xxvj. c. Priuſꝙ gallus cantet: ter me negabis. Mali iracundi ſolent ante tempus animo furere. Unde in ps. dicitur ſic. Priuſꝙ intelligerent ſpine veſtre ramnum. ſicut viuẽtes ſic in ira abſorbet eos; Crudeles impij ſolent ante tempus bonos affligere. ſicut Actuum. xxiij. patet de illis qui dicebant: nos vero priuſꝙ appropiet parati ſumus interficere eum. ſ. paulum. Sed omnes peruerſi ſolent ante tempus mortem incurrere. Unde in ps. dicitur ꝙ iſti fiunt ſicut fenum tectorũ quod priuſꝙ euellaꝰ exaruit. Et hec de priuſꝙ ſufficiant. Uide vbi prius. ante. anteꝙ ⁊c.

**Priſtinus.** Cum priſtinus nihil aliud ſit ꝙ qđ prior pcedẽs ſeu antiqu⁹. Notabo ꝙ nos inuenimus priſtinam A

Innocentiam ⁊ perfectionem.
Iniuſtitiam et corruptionem.
Amiciciam ⁊ dilectionem.

¶ Igitur dico ꝙ eſt dare priſtinam innocentiam. que eſt reparanda. Serpens eñ tranſeundo p artum foramen ⁊ deponendo pellem antiquam: ⁊ aquila balneando ſe in fonte viuo ſolent reparare ⁊ recuperare priſtinã iuuentutẽ ⁊ priſtinã fortitudinẽ ⁊ virtutẽ. Sic vo nos q̃ ſentimus nos in vitijs antiquatos: debemus pellem veterem. hoiem veterẽ. malã querſationem veterẽ tranſeundo p artam penitentiã: ⁊ in fonte lachrymaꝝ nos balneando deponere. vt ſic poſſimus priſtinam iuuentutis innocentiam reparare. ⁊ priſtinã virtutum fortitudinẽ rehabere. vnde Ephe. iiij. Deponite vos ſm priſtinã querſationẽ veterẽ hoiem q̃ corrũpiꝰ ⁊ renouamini ſpũ mentis veſtre ⁊c. Talem aũt priſtinã renouatio

nem deſiderabat Job cum dicebat Job.xxix. Quis mi
hi tribuat vt ſim iuxta menſes priſtinos. ſm dies qui
bus deus cuſtodiebat me.qn̄ ſplendebat lucerna eius
ſup caput meum.ſicut fuit in diebus adoleſcentie mee
quando ſecreto deus erat in tabernaculo meo . quan
do lauabā pedes meos butyro.ꝛ petra fundebat mihi
riuos olei ꝛc. Expone. Et reuera homo qui quandoqꝫ
fuit iuſtus:innocens ꝛ deuotus:qui videt ſe vitijs inuo
lutū:valde debet innocentiā p̄ſtinam quam ſentit ꝑdi
tam dolere.ꝛ p̄ſtinum ſecretū diuine viſitationis ꝛ con
ſolationis.p̄ſtinum butyrum dulcedinis ꝛ deuotionis
priſtinum oleum pietatis ꝛ compaſſionis.p̄ſtinam lu
cernaꝫ ſapientie:ꝛ diſcretionis plangere ꝛ lugere: ꝛ ad
ipſa ꝓ viribus reuenire.Igitur dico ꝙ talis priſtina cō
ditio ꝛ ꝑfectio recupat̄.ſ.per
Diuinam miſerationem.
Deuotam poſtulationem.
Legalem ordinationem.
Penarum tolerationem.
Facit ergo ad hoc diuina miſeratio.Sine grā enim dei
homo a peccato nunq̄ ꝯuertit̄.nec p̄ſtina eius ꝑfectio
reformat̄.Qđ ſatis figurat̄ Geneſ.xl. vbi dr̄ carcerato
pincerne.Tres adhuc dies ſunt poſt quos recordabit̄
pharao miniſterij tui:ꝛ reſtituet te in gradū priſtinū.
Pharao em̄ rex eſt deꝰ q̄.ſ.poſt tres dies ſeu poſt ꝑtes
penitētie de hoīe recordat̄.ita ꝙ eū in gradū p̄ſtine.im
mo qn̄qꝫ maioris v̄tutis ꝛ innocentie reſtituere cōpro
batur.Figura etiam ad hoc de templo dn̄i qđ p̄us fue
rat ꝑ chaldeos deſtructum : tandē tamē ꝑ filios iſrael
reparatum.De quo dicitur.ij.Paral̄.xxiiij.Qđ ſuſcitaue
runt domū dn̄i in p̄ſtinum ſtatū. Facit igitur ad iſtaꝫ
reparationem innocentie ꝛ virtutū diuine grē miſeratio.
¶ Itē facit ad hec deuota venie ſupplicatio ſeu depca
tio.Et ſic videbat ſamſon a dn̄o poſtulare dicens.ſ. Iu
dic.xvj.Dn̄e deus meus reſtitue mihi nunc p̄ſtinā for
titudineꝫ.¶ Itē facit ad hec legis dn̄ice ꝯſtitutio. Lex
em̄ eſt diuina ꝙ peccator ꝑ penitentiā ad priſtinā gra
tiam reuertatur. Figura etiam ad hoc Leuit̄.xxv. vbi
dicitur ꝙ omnis hereditas vendita:in iubileo reuerte
batur ad priſtinum poſſeſſorem.Sic vere gratia ꝑdita
ſuo priſtino poſſeſſori reſtituit̄.qn̄ iubileus remiſſio
nis ꝛ penitentie comitat̄.Unde ibidem dicitur ſic.Re
uertetur homo ad poſſeſſionem ſuā:ꝛ vnuſquiſqꝫ redi
bit ad familiā priſtinā:qꝛ iubileus ꝛ q̄nq̄geſimus eſt
annus. Sequitur.In ipſo enim omnis venditio redit
ad dn̄m ꝛ ad poſſeſſoreꝫ priſtinū. ¶ Item facit ad hoc
tribulationū toleratio.vnde hebre.x.Rememoramini
priſtinos dies quibus illuminati certamen magnum
habuiſtis ꝛ ſuſtinuiſtis paſſionū.Patet ergo ꝙ eſt da
B re priſtinam innocentiā que eſt commendanda.¶ Se
cundo dico ꝙ eſt dare priſtinam iniuſtitiā que eſt emē
danda. Cōſtat enim ꝙ priſtine iniquitates ſunt relin
quende ꝛ per penitentiaꝫ emendande.vnde Eccli.xxj.
Bene conſulitur peccatori dicēdo ſic.De priſtinis de
precare vt tibi remittantur.Quod tamen eſt ꝯtra mul
tos in ſuis iniquitatibus obſtinatos ꝛ priſtinis vitijs
induratos qui ſ.priſtina vitia volunt vſqꝫ ad morteꝫ in
eis remanere.Unde de neceſſitate tyri.dicit̄ Eſa.xxiij.
Nūquid non hec veſtra eſt: que gloriabatur a diebus
priſtinis in antiquitate ſua? Et de ſamaritanis etiam
dicitur.iiij.Regum.xvij.ꝙ ſcilicꝫ idololatrando iuxta
conſuetudinem ſuam priſtinam perpetrabant.Eſt igi
tur dare priſtinam iuſtitiā que eſt emendanda.¶ Ter
tio dico ꝙ eſt dare priſtinam amiciciam que eſt reno
uanda ſeu etiam reſeruāda.Deus enim ſemper eſt pa
ratus recordari priſtini federis quod pepigit cū huma
no genere in vtero virginali:ꝛ etiam quod quotidie no
biſcum pangit in lauacro baptiſmali. ſicut ipſemet di
cit Leuit̄.xxxvj.Recordabor federis mei priſtini quan
do eduxi eos de terra egypti:vt eſſem deus eorū. Nos
igitur cū deo:etiam cū ꝓximis amicicias p̄ſtinas reno
uemus,ꝛ nos ipſis ꝑ charitatis federa colligemus.j.
Mach.xij.Miſimus ad romanos renouare amiciciā

ꝛ ſocietatē priſtinā.Pateꝫ ergo ꝙ eſt dare priſtinā ami
ciciam ꝛ ſocietatē ꝛ iniuſtitiam,ꝛ innocentiam.Et hec
ſufficiant.Uide vbi Antiquitas. ꝛ vbi primus.prior ꝛc.

# Priuare. Priuatus.

A De priuato inq̄tum accipitur ꝓ
ſingulari et non publico : et inquantum diſtinguitur
res publica et priuata nulle prorſus ſunt autoritates.
Sed de p̄uare inquantum ſumitur pro ſpoliare: deme
re vel auferre multa proculdubio poſſent dici:ſed pau
ce ſunt autoritates.hoc ſolum dic ꝙ ſicut vaſallus pro
pter delicta quādoqꝫ priuari poteſt feudo.Sic vere ho
mo ꝓpter delicta que committit contra dei voluntatē.
priuari meretur omī ſolatio atqꝫ bono . Et ſic nota ꝙ
peccatores priuati
Sunt omni veritate.
Sunt vite voluptate.
Sunt fidei claritate.
Sunt ſpei ſecuritate.
Sunt rerum fertilitate.
Sunt honoris dignitate.
Mali igit̄ priuant̄ v̄itate bone locutionis.j.Tym̄.vj.
Ueritate inq̄t priuati ſunt exiſtimātes queſtū eſſe pie
tatē.Itē priuant̄ voluptate ſancte deuotiōis.ſ.vita gra
tie ꝛ ꝑlie.ſicut.ij.Macha.iiij. dr̄ ꝙ rex iuſſit ſacrilegū
vita p̄uari.Itē priuant̄ claritate certe cognitiōis.ſicut
de ſtrutiōe dr̄ Job.xxxix.Qđ durat̄ ad filios ſuos quaſi
nō ſint ſui.Priuauit em̄ eā deus ſapiētia.nec dedit illi
intelligentiā.Itē priuant̄ ſecuritate firme tuitionis.ſ.
firmitate ſtabilitatis ꝛ ſpei.Un̄.ij.Mach.iij.Per diui
nā inq̄t virtutē iacebat mutus omni ſpe et ſalute p̄ua
tus.Itē p̄uant̄ fertilitate huius poſſeſſionis.ſ bonis
iſtis terrenis ꝓ quibꝰ laborare nō ceſſant. Eccl̄.xxviij.
Lingua tertia mulieres viratas deiecit. ꝛ priuauit eas
laboribꝰ ſuis.¶ Itē priuant̄ ſubtilitate alte ꝓlationis
ſcꝫ honore glorie paradiſi. Num̄.xxiiij.Decreuerā ma
gnifice honorare te:ſed dn̄s priuauit te.¶ De bonis ve
ro nō ſic:qꝛ ꝑcerto iſti nō priuant̄ bonis terrenis quin
ſemper vt communiter ſatis habeāt ad neceſſitatem.
Iuxta illud Job.xxj. Uacca pepit ꝛ nō eſt ꝓuata fetu
ſuo. Nec priuant̄ etiā finaliter bonis eternis. ſicut em̄
dicit̄ in ꝛc.Nō priuabis bonis eos q̄ ambulāt in inno
centia dn̄e deus v̄tutū.beatus homo q̄ ſperat in te.Ui
de vbi.Spoliare.Nudare.Auferre ꝛ ſimilia ꝛc.

# Pro.

B Cum ꝓ diuerſimode in ſcriptura ſumatur.
videlicet cauſatiue.ſicut Eccleſiaſtici.iiij.Uſ
qꝫ ad morteꝫ certa pro iuſtitia. Item defenſiue ſicut cū
dicitur.ij.Regum.x.Eſto vir robuſtus ꝛ pugnemus ꝓ
populo noſtro.Itē ſubſtitutiue.ſicut cū dicitur.ij. Re
guꝫ.xviij. Quis mihi tribuat vt ego moriar pro te:Itē
obiectiue.ſicut cum dicitur Job.xlij. Job auteꝫ ſeruus
meus:orabit pro nobis.Item compenſatiue. ſicut cuꝫ
dicitur Deuterono.xviij.Oculum pro oculo.Dentem
pro dente.Item ſatiſfactiue.ſicut cum dicitur Ep̄le ad ep̄hes.
v.Qđ xp̄us tradidit ſemetipſum oblationem pro no
bis.Uidetur ꝙ pro:denotet mihi officium ꝓcuratoris
interceſſoris propugnatoris:aduocati vel adoratoris.
Sic igitur notabimus ꝙ ꝓ fertur ad deum ad iuſtum
ad miſerum.¶ Primo igitur dicamus ꝙ ꝓ: quādoqꝫ
dicitur de deo.Deus enim eſt vnum ꝓ ideſt vnus
Compenſator ꝛ p̄miator.
Propugnator et defenſator.
Mediator ꝛ procurator.
Iſte enim pro meritis ſoluit munifice. Iſte etiam pro
afflictis certat tutifice. Iſte inſup pro perditis tractat
mirifice.¶ Dicam ergo ꝙ xp̄s eſt pro meritis munifi
cus compenſator.Mercatores enim non faciūt niſi ꝓ
rebus res alias dare:ꝛ vnum ꝓ altero commutare.Sic
deus ſicut optimus ꝛ valde magnificus mercator com
mutat negocia miro mō.Dat em̄ magna ꝓ modicis p̄
mia ꝓ meritis.celeſtia ꝓ terrenis. Iſte eſt em̄ q̄ dicit ani
me beate illud Eſa.lx. Suges inquit lac gentiū:ꝛ ma
milla regū lactaberis.ꝛ ſcies qꝛ ego dominus ſaluās te
redemptor tuus fortis iacob.ꝓ ere afferam aurū ꝛ ꝓ
ferro

ferro afferam argentum. pro lignis es. ⁊ ꝓ lapidibus ferrum. Conſtat em̄ ꝙ deus animam mamilla regum ideſt miniſterio ſanctorum ⁊ angelorū nutrit ⁊ lactat. ipſamq̄ redimit ⁊ ſaluat. ⁊ maxima ꝓ modicis ſibi donat. Exemplo. ſ. arboris ſeruitis. que. ſ. pro paruis laboribus que homo circa illas impendit: fructus vberes ſibi reddit: quia. ſ. ꝓ laboribus mundanarum tribulationum: chriſtus affert ⁊ confert fructus eternarū conſolationū: dicens ſcilicet illud Eſaie. lxi. Spiritus domini ſuper me eo ꝙ vnxerit me. Ad annunciandum manſuetis miſit me: ⁊ vt mederer contritos corde. Sequitur. Et darem coronam ꝓ cinere. oleum gaudij pro luctu. pallium laudis ꝓ ſpiritu meroris. Patet
B ergo ꝙ xp̄us eſt pro meritis munificus compenſator. ¶ Deinde dico ꝙ ipſe eſt ꝓ afflictis tutificus ꝓpugnator. Animalia enim pro ſuis catulis defendēdis ſolēt pugnare. Paſtores pro ouibus contra lupos ſolēt certare. ⁊ dux pro ſuo populo contra aduerſarios dimicare. Cū igitur xp̄us deus noſter: ſit omniū pater ⁊ dux ⁊ paſtor: reſtat ꝙ ipſe pro nobis in tribulationibus et tentationibus noſtris pugnat ⁊ ꝓ defenſione noſtra: ſe noſtris hoſtibus opponit: ⁊ contra eos militat atq̄ certat. ⁊ de ipſis miſericorditer victorizat Iohā. x. Animā meam ponam pro ouibus meis. vt ſic dicamus illud ij. Paral. xxxij. c. Nobiſcū dominus deus noſter qui auxiliator eſt noſter. pugnabit pro nobis. vnde Iudith. v. c. Deus eorū ꝓ eis pugnauit ⁊ vicit. Et Neem. iiij. Deus noſter pugnabit pro nobis. ⁊ nos ipſi faciemus opus. Eſt igitur tutificus ꝓpugnator ꝓ afflictis. ¶ Deniq̄ dico ꝙ ip̄e eſt pro delictis ſaluificus mediator. Conſtat em̄ ꝙ xp̄us fuit ⁊ eſt pro humano genere mediator ad deum patrem. ſ. pro nobis

Depcando. Ip̄e enim ꝓ nobis exorat
Allegando. humiliter. vt ip̄e dixit pe
Satiſdando. tro Luce. xxij. Ego roga

ui ꝓ te vt non deficiat fides tua. Et Ioh. xvij. Ego ꝓ eis rogo non ꝓ mundo: ſed ꝓ his quos dediſti mihi: ⁊ nō ꝓ his tm̄: ſed pro his qui credituri ſunt ꝑ verbū eorū. Itē ip̄e ꝓ nobis allegat ſubtiliter. Iſte eſt em̄ aduocatꝰ noſter apud patrē. ſ. cui poſſumus dicere verbū illud Eſa. xxxviij. Domine vim patior: rn̄de ꝓ me. Et Ro. viij. dicitur. Quod ip̄e ſpiritus poſtulat ꝓ nobis. Poſtulare em̄ idem eſt qḋ aduocare. Item ip̄e ꝓ nobis ſatiſdat benigniter. Satiſdedit em̄ ſeu ſatiſfecit ꝓ redemptiōe noſtra mirabili modo. ſ. ſeip̄m ꝓ nobis morti exponēdo: ⁊ ꝓpriū ſanguinē effundendo. vn̄ Math. xxvj. Hic eſt em̄ ſanguis meus q̇ ꝓ multis effundet in remiſſionem peccatoꝝ. Et ad Ephe. v. dicit ꝙ ip̄e tradidit ſemetip̄ꝫ ꝓ nobis oblationē ⁊ hoſtiā. Pꝫ igit ꝙ xp̄s eſt ꝓ nobis

Saluificus mediator.
Tutificus ꝓpugnator.
Munificus premiator.

C ¶ Et hoc p̄mū p̄ncipale. Et ſic igit dico ꝙ hec dictio ꝓ refert ad deū. ¶ Scd̄o p̄ncipaliter dico ꝙ iſta ꝑpoſitio ꝓ: aliquando refert ad iuſtū. Vir em̄ perfectus ⁊ iuſtus ſicut bonus ſeruitor ⁊ venerator bonus adiutor et ꝓpugnator. bonus ꝓcurator ⁊ exorator. ſolet certare ⁊ laborare ꝓ deo ꝓ proximo. pro ſeipſo. Dico ꝓ deo: qꝛ reuera ꝓ diuinis cogitare non ceſſat. videlicet

Pro ipſo zelando fideliter.
Huic regratiando veraciter.
Ipſum dep̄cando ſuppliciter.
Ip̄m honorando cordialiter.

Pro ip̄o patiendo: ſeu ip̄m honorādo mentaliter. Dico ꝓ ip̄o zelando. ſicut. ſ. de phynees dicit Nume. xxv. Qꝛ zelo zelatꝰ eſt ꝓ deo ſuo: expiauit ſcelus filioꝝ iſrael. Iſtud enim ſumme ſpectat ad quēlibet xp̄ianum. ſ. zelare ꝓ fide ⁊ ꝓ honore diuino. iiij. Regum. x. Veni mecum ⁊ vide zelum meū pro domino. Verba ſunt Iehu regis qui pro zelo legis domum achab. filios et genus necnon et ochozie fratres occidit. Iezabelem interfecit et prophetas baal exterminauit. ſicut dicitur ibidem. ¶ Item huic regratiando. ſcilicet pro bene factis ſuis Deterono. viij. Benedicas domino deo tuo pro terra optima quam dedit tibi. ¶ Item ipſum dep̄cando. vt ſcilicet ſibi dicere poſſint alij illud Heſter. xv. Inuoca inquit dominum: et loquere regi ꝓ nobis: ⁊ libera nos a morte. Et Hieremie. xxxvij. Ora pro nobis dominū deum noſtrum. Etiam et pro peccatis ſuis debet orare quia ſicut dicitur Eccleſiaſtici. iij. Qui diligit deum exorabit pro peccatis ſuis. ¶ Item ipſum honorando ſeu pro honore ipſius paueſcendo. vnde de heli dicit. j. Regum. iiij. Quod cor eius pauens erat pro archa domini. que ſcilicet capta fuerat a phyliſteis. Iuſtus igitur laborat pro deo. ¶ Item iuſtus laborat: cogitat: et ſtat pro ꝓximo. Et hoc certe ꝓ ipſo

Viriliter militando.
Legaliter iudicando.
Liberaliter erogando
Salutariter liberando.
Supnaliter adorando.

¶ Dicam igitur ꝙ iuſtus pro ꝓximo militat viriliter. Unde ip̄e dicit. j. Paral. xix. Confortare ⁊ agamus viriliter pro populo noſtro et pro vrbibus dei noſtri. Et ij. Regum. x. Ego vir robuſtus: et pugnemus ꝓ populo noſtro. ¶ Itē pro ip̄o iudicat legaliter. Accipit em̄ ſicut dicitur Sapien. v. Pro galea iudicium certum: ⁊ iudicat ꝙ non occidantur patres ꝓ filijs: nec filij pro patribus: ſed vnuſquiſq̄ ꝓ peccato ſuo morietur. ſicut dicitur Exodi. xxiij. Et. iiij. Regum. xiiij. Unde bono iudici dicitur Deuterono. xix. Non miſereberis inquit eius: ſed animam ꝓ anima. oculum pro oculo. pedem pro pede exiges. ¶ Item ꝓ ip̄o erogat liberaliter: quia ſicut dicitur Cantic viij. Si dederit homo omnē ſubſtantiā domus ſue ꝓ dilectione quaſi nihil deſpiciet eā. ¶ Item ꝓ ipſo liberando: certat ſalutariter. Quia ſcilꝫ ſicut dicitur Prouer. xj. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt. ⁊ tradetur impius ꝓ eo. Et Prouerbio. xxj. dicitur Qꝛ ꝓ iuſto datur impius. ⁊ ꝓ recto iniquus. ¶ Item ꝓ ipſo p̄catur ⁊ orat ſupnaliter ſcilicet ad deum et ad ſanctos. vt ſic alius dicat ſibi illud. iij. Reg. xiij. c. Deprecare faciem domini dei tui ⁊ ora ꝓ me. Et Iob. xlij. c. Iob autem ſeruus meus orabit ꝓ vobis. Iaco. v. Orate ꝓ inuicem vt ſaluemini. Tractat ergo iuſtus ꝓ proximo. ¶ Item iuſtus certat ⁊ cogitat ꝓ ſeipſo. Et hoc certe pro

Conſtantia. Laboret igitur pro cō
Iuſtitia. ſtātia vt fortis vigeat.
Penitentia. vt. ſ. ſicut iachor. i. ille
Sapientia. de quo dꝛ Iud. iij. Qꝛ
Temperantia: ipſe vtraq̄ manu vte
Patientia. batur ꝓ dextera. q̇. ſ.
Vera eloquentia. eglon regē moab iterfecit.
Verbi moderantia. ¶ Itē ꝓ iuſtitia

vt recta cōplaceat. Vn̄ Eccl. iiij. Pro iuſtitia agonizare pro anima tua: et vſq̄ ad mortem certa pro iuſtitia. ¶ Item pro penitentia vt carnem arceat. De qua dicitur Prouerbio. xxvij. Anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumat. ¶ Item pro ſapientia vt mente ſplendeat. dicens ſcilicet Sap. vij. Super ſalutem ⁊ ſpeciem dilexi illam: et propoſui pro luce habere illam: quoniā inextinguibile eſt lumen illius. ¶ Item pro temperantia vt deo placeat. vnde Eccli. xxix. Minimum pro magno placeat tibi. ¶ Item pro patientia ne ira ferueat. Iuxta illud Roma. xij. Nulli malum pro malo reddētes. Sequitur. Non vosmetipſos defendentes chariſſimi: ſed date locum ire. ¶ Item pro vera eloquentia vt ipſam habeat. vnde. Eccle. iiij. Pro anima tua non confundaris dicere verum. ¶ Item proverbi moderantia: vt multum taceat. vnde Eccli. xxxij. c. Audi tacens ſimul ⁊ querens: ⁊ ꝓ reuerentia accedet tibi bona gratia. Sic ergo pꝫ qm̄o iſta dictio ꝓ: refertur ad iuſtum.
¶ Dico tertio principaliter ꝙ pro quandoq̄ refertur D
ad impiū ſeu ſtultū. Conſtat em̄ ꝙ impij habent ſuū pro. i. ſuam cām: meditationē. compēſationem ⁊ cōmutationē. Unde nota ꝙ iſti habēt multiplex malū Pro.

Ayuntamiento de Madrid

ideſt multiplicex malam cauſam mediationẽ.compẽ-
ſationem ⁊ commutationem.quibus ſcilicet ipſi dant
bona pro malis.mala pro bonis.certa pro falſis.ani-
mã pro peccatis.celeſtia ꝓ terrenis.O dicit xp̃s Mat.
xvj.Quã cõmutationem dabit hõ pro anima ſua.q.d.
nulla competens cõmutatio poteſt eſſe.⁊ tamen miſe-
ri peccatores hoc faciunt qui ſcilicet ſicut dicitur Tre-
no.j Dederunt queqꜫ p̃cioſa pro cibo ad refocillandũ
animã.Quicquid enim habent precioſum ⁊ ſanctum
ſcilicet gratias ⁊ virtutes : et bona etiam paradiſi ipſi
dant ⁊ perdunt pro modico diuitiarum et delitiarum
cibo:pro anima.ideſt pro vita ſua miſera recreãda. Si
cut enim vſurarius dat famelicis pauperibus parua ꝓ
magnis.vina et blada corrupta pro groſſis debitis.et
pro ſuis principalibus hereditatibus atqꜫ bonis. Sic
vere dyabolus mala pro bonis ſolet talibus dare.et ſic
ſolet eos ad paupertatem inferni deducere: ⁊ heredita
te paradiſi priuare:vt ſic dicat peccator tali commuta
tione deceptus illud p̃s.Retribuebant mihi mala pro
bonis.ſterilitatem anime mee.Dolenter ergo deberet
conqueri peccator videns pro pecunia vſuraria ideſt ꝓ
bonis terrenis inſtar ſcilicet Eſau ꝓ lenticulis ſua pri
mogenita.hoc eſt dictu gratiam atqꜫ gloriaʒ perdidiſ-
ſe.⁊ dicere lamentando illud quod dicebat vxor thobie
Thobie.v.O inquit ꝙ nunq̃ fuiſſet pecunia iſta pro
qua miſiſti peregrinari filiũ noſtrum lumen oculorũ
noſtrorũ.baculum ſenectutis noſtre. Filius enim no
ſter interior eſt affectus qui reuera lumen eſt mẽtis no
ſtre.⁊ baculus ſenectutis dũ ꝑ gratiam eſt nobiſcũ.ſed
ad peregrinandũ per peccatũ mittitur.quando ꝓ mũ-
di pecunia.ideſt ꝓ bonis huius ſeculi:vel etiã ꝓ pecu-
nia diabolica.i.ꝓ peccatis a gratie limitibus elongat
De tali ergo pro.i.de tali mala cõpenſatione ⁊ cõmu-
tatione dicitur Michee.vj. Nunquid dabo primoge-
nitum meum pro ſcelere meo. Primogenitũ inquit.i.
animã.animũ vel affectum.q.d.non debeo quod eſt cõ
tra illos infideles patres qui.ſ.filios ſuos pro pecunia
ſolent dare.⁊ ad participandũ p̃cium ipſos q̃q̃ natu-
raliter ſint liberi cũ modica pecunia cõmutare: ⁊ alie-
nis viribus ſubiugare.Sic iſti animas ⁊c.Et ſi vis no
ta ꝙ iſti habent in preſenti ſeculo multiplex malum ꝓ
ſcilicet vnum pro

Elationis ⁊ ſuperbie:
Obliuionis non noticie.
Proditionis ⁊ fallacie.
Delectatiõis ⁊ cõplacẽtie.

Ex ꝓ ſupbie elatiõis ſe-
quitur caſus et deiectio
vnde.j. Reg.xv. dictum
fuit ſauli ſic. Pro eo in-
quit ꝙ abieciſti ſermonẽ dñi:abiecit te deus ne ſis rex.
Ex ꝓ ingrate obliuiõis:ſequiť ſtrages ⁊ ꝑditio. Deus
enĩ valde odit vitiũ ingratitudinis ⁊ maxime qñ homo
nõ ſolũ nõ reddit ꝓ bonis bona:immo etiã infert pro
bonis mala.ſicut in p̃s.dicitur Qui retribuunt ma-
la ꝓ bonis detrahebant mihi.Jdeo bene diciť Prouer.
xvij.Qui reddit mala ꝓ bonis non recedet malũ de do
mo eius.Ex ꝓ fallacis ꝓditionis ſequitur murmur et
detractio.p̃s.Pro eo vt me dilig.detrahebãt mihi:ego
aũt orabam.Ex ꝓ terrene poſſeſſionis ſeu etiã mũda-
ne delectationis ſeq̃tur infernus ⁊ dãnatio.vñ Eſa.iij.
diciť ſic.Et erit inquit pro ſuaui odore fetor.⁊ pro zona
funiculus.et pro criſpanti crine caluicium.et pro fa-
ſcia pectorali cilicium ⁊c.Et breuiter peccatores q̃ tam
inutiles ꝑmutationes faciunt:poſſunt dicere illud.ij.
Machabeorum.vij. Nos enim pro peccatis noſtris
hec patimur.Sic igitur patet quomodo ex iſta mala
cauſa pro:ſequitur multimodus malus finis : et quo-
modo mali habent inter ſe commutationes varias val
de malas. ¶ Et ſi vis etiam potes dicere ꝙ per pro : in
malo ſignificato poteſt intelligi peccator.mundus vel
dyabolus.qui ſcilicet eſt malus mediator. falſus pro-
curator.durus premiator . Quia ſcilicet iſti pro bonis
reddunt mala.pro ſuauibus aſpera. pro magnis par-
ua: pro peccatis tormenta ⁊c. allega vt prius . Suffi-
cit. Patet igitur ꝙ pro refertur ad impium. ad iuſtũ ⁊
ad deum ⁊c.

# Probare. Probatus.

Cuʒ ꝓbare ni-
hil aliud ſit q̃ aliquid experiri mentaliter tentare.vel aliquid per fa- a
cti euidentiam manifeſtare ad finem vt eius conditio
poſſit melius apparere. Poſſumus dicere ꝙ deus pro
bat homines diuerſimode in hoc mundo.Sicut enim
aurifaber probat metalla:⁊ que bona ⁊ legitima inue-
nit:ſolet emere.tenere ⁊ admittere.que vero mala inue
nerit:ſolet penitus refutare. Sic deus probat ⁊ bonos
⁊ malos in mũdo : vt finaľr bonos in ꝑadiſo recipiat.
malos vero in ifernũ pellat ⁊ deijciat. Et de hoc diciť in
p̃s.Dñe ꝓbaſti me ⁊ cognouiſti me:tu cognouiſti ceſ-
ſionẽ meã ⁊ reſurrectionẽ meã . Notare ergo poſſumꝰ
ꝙ deus ꝓbat ⁊ probatur.Et ideo dico ꝙ eſt probatio

Diuina.
Humana.
Mundana.

In omni enĩ ꝓbatione neceſſa
rius eſt ꝓbator.locus ꝓbatio-
nis ⁊ ꝓbatus.Jn ꝓbatione er-
go noſtra deus eſt probator vel per ſe vel per ſubiectam
creaturam.Mundus eſt locus probationis.homo ve
ro eſt illud quod ꝓbatur . Dicamus ergo ꝙ mundus
eſt locus ſpiritalis probationis. Sicut enim milites

Probantur in ſtadio
Scholares ꝓbantur in ſtudio.
Doctores probantur in auditorio.
Metalla probantur in conflatorio.

eſt crocodillo ſupiorem mandibulã mouere ꝓprium eſt panthere ſemel tantũmodo parere ⁊ ſcorpioni volam manus non ledere ⁊ ſic de multis alijs ſimilibus Sic vere inter fideles deus diſtinguit vnicuiqꝫ ſm propriam virtutẽ in qua alios ꝓcellit. Et inde eſt ꝙ quidã paſcuntur retrocedẽdo per futurorũ cõſiderationem. Quidã incedũt dextrũ pedem anteponẽdo ꝑ eternoꝝ affectionem. Quidam viſum velant a parte inferiori oculũ claudẽdo per terrenorũ contẽptum ⁊ auerſionẽ Quidã manducãt ſuperiorẽ mãdibulã mouendo per ſuperioꝝ guſtum ⁊ deuotionẽ. Quidã tantũ ſemel pariunt per veteris religionis ⁊ boni ꝓpoſiti irreuocabilem obligationẽ. Quidã volã manus.i.opa alioꝝ nõ ledũt per pũcturam et detractionẽ. Et breuiter inter ſanctos ſemꝑ eſt dare ꝙ vnus habet aliquã ꝓpriã et ſpecialẽ gratiã ⁊ virtutẽ per quã ſpecialiter ſperat ſaluari. ⁊ in qua ſpecialiter ſperat deo placere et dño famulari. Sic em̃ oẽs pinelli qui ſunt in pinea habẽt vnam teſtã cõmunẽ in qua oẽs gñaliter cõtinentur. quilibet autẽ per ſe habꝫ vnã aliã teſtã in qua ſolus et in ſolidũ includitur ⁊ tenet. Sic vere oẽs fideles gñaliter habent domum cõem. ſ. fidem catholicã in qua debẽt oẽs per omia cõuenire. Quilibet autẽ vltra hoc debꝫ vnam propriam virtutem ſibi vendicare et eligere. in qua et per quã poſſit ſe ſpecialiter ſaluare Et ſm hoc loquitur apoſtolus.j.Coꝛ.vij.dicens. Qđ vnuſquiſqꝫ ꝓprium habet donũ. alius ſic. alius aũt ſic. Et.j.Coꝛ.xv.dicitur. Qđ deus dedit vnicuiqꝫ ſemini ꝓpriũ corpus ⁊c. Iſta eſt ergo ꝓprietas virtualis. ¶ Quarto dico. ꝙ eſt ꝓprietas criminalis. Et iſta ẽ illa qua humane fragilitati ꝓprium eſt facere magis malum ꝙ̃ bonum. Exẽplo ſtellarũ erraticarũ: quarũ motꝰ ꝓprius directe opponit motui firmamenti: nec ſequit firmamentum niſi cõtra motũ ꝓprium per firmamẽti violentiam rapiatur. Sic motus noſtri proprij ⁊ inclinationes noſtre volũtatis: ſunt vt cõmuniter ꝯtrarij motui ⁊ volũtati diuine. nec ſm ipam faciliter regulantur niſi ad hoc ꝑ aduerſitatem ⁊ violentiam compellantur. Senſus enim et cogitatio hominis proni ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua. Geneſis.viij. Et ideo ſicut dicitur Eccſ.j. Peruerſi difficile corrigunt. Iſti ergo ſunt illi de quibus a beato petro dicitur.ij.Pet.iij. Qđ venient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores iuxta ꝓprias concupiſcẽtias ambulãtes. Talem ergo proprietatẽ non debent habere religioſi. Iſti enim ꝓpter deum volũtates ꝓprias dimiſerũt. Et de hoc Bernar.ſer.xxij. Ceſſet ꝓpria volũtas ⁊ infernꝰ non erit. In quẽ em̃ deſeuiet ignis inferni niſi in propriam volũtatem. Ipſa enim eſt que deum impugnat paradiſũ ſpoliat infernũ ditat ſanguinẽ xp̄i euacuat mũdum dyabolo ſubiugat. Iſta eſt ergo ꝓprietas criminalis. ¶ Quinto dico ꝙ eſt ꝓprietas tꝑalis. et iſta eſt ꝓprietas bonorũ tꝑalium qꝛ ſcilꝫ ꝙ̃uis a principio oĩa fuerunt cõmunia. modo tñ per ꝓprietates ⁊ dominia ſunt diſtincta. Et iſta eſt illa qua quilibet debꝫ cẽ cõtentus ⁊ nunq̃ debet inuadere alienũ. Exẽplo apiũ q̃ contente ſunt domicilijs ꝓprijs ⁊ ideo nũq̃ domos alienas inuadunt. Iuxta illud.ij.paralip.xxxj. Conſtituit ſacerdotales ⁊ leuiticas turmas vnũquẽqꝫ in officio ſuo proprio. De iſta aũt ꝓprietate debemus facere elemoſynas et ſacrificia non de alieno. Iuxta illud ij.Paralip.xxxj.ca. Pars regis erat vt de propria eius ſubſtantia offerretur holocauſtum. ¶ Sexto vero dico: ꝙ eſt proprietas ſupernalis Et iſta eſt gloria paradiſi que noſtra eſt propria non aliena quia ſcilicet ſemel habita nõ poteſt amplius perdi. Bona enim huius mũdi proprie non ſunt noſtra quia aliunde veniũt et alijs remanent. Ideo de iſta dicitur.ij.Petri.j. Vocauit nos deus in propriam gloriam modicũ paſſos Et.j.Corinth.iij.dicitur. Quod vnuſquiſqꝫ propriam mercedem accipiet ſm ſuum laborẽ. Et ſic patet. quomodo aliqua dicuntur eſſe ꝓpria ſm diuerſos modos Vide ſupra de Alieno.

B

## Propter.

Nota ꝙ propter eſt quedam ꝑpoſitio ſeruiens accuſatiuo caſui. que ſemꝑ ſignat cauſam finalẽ ſiue accipiatur in bono ſiue in malo Et ideo nota ꝙ in ſcriptura inuenitur. A

Propter.
- Iuſtitie prouocatiuum.
- Clementie excitatiuum.
- Seuicie toleratiuum.
- Nequicie punitiuum.
- Patientie cauſatiuum
- Innocentie ſaluatiuum.
- Iniuſtitie effectiuum.
- Miſerie inductiuum.
- Amicicie oſtenſiuum.
- Triſticie lenitiuum.
- Audacie repreſſiuum.

Hec enim oĩa operatur dñs ꝓpter. Dicamꝰ ergo qđ iſta ꝑpoſitio ꝓpter eſt iuſtitie ꝓuocatiua. ⁊ ſic loquit in pſalm̃. vbi dicit. ꝓpter miſeriã inopum ⁊ gemitũ pauperũ nũc exurgã dicit dominus. ¶ Item eſt clemẽtie excitatiua. ꝑs. Propter nomẽ tuũ dñe ꝓpiciabe ris pctõ meo. ¶ Itẽ eſt ſeuitie toleratiua. Iđ in ꝑſona martyrum dr̃ in ꝑs. propter te mortificamur tota die. Eſtimati ſumꝰ ſicut oues occiſionis. ¶ Itẽ eſt neq̃cie punitiua. Unde de malis dr̃ in ꝑs. propter iniuſticias eorũ ſuas humiliati ſunt. ¶ Itẽ eſt patiẽtie cauſatiua ꝑs. Propter legem tuam ſuſtinui te dñe. ¶ Itẽ eſt innocẽtie ſaluatiua Math.xxiiij. vbi dicit. ꝙ niſi breuiarentur dies antixp̄i. nõ fieret ſalua oĩs caro. ſed ꝓpter electos breuiabũtur. ¶ Itẽ eſt iniuſtitie effectiua. Uñ de xp̄o dicit. Eſa.liij. Qđ ipſe vulneratus eſt ꝓpter iniquitates noſtras qđ ſcꝫ ſatis videbat iniuſtũ. ¶ Item eſt eterne miſerie inductiua vnde Baruch.iij.dicitur de impijs ꝙ perierũt ꝓpter ſuã inſipiẽtiã. ¶ Itẽ eſt ꝑfecte amicicie oſtẽſiua. Uñ Eph.ii. Qđ ꝓpter nimiam caritatẽ qua dilexit nos deus miſit filiũ ſuũ. ¶ Itẽ eſt mũdi triſtitie lenitiua. ſcꝫ ĩ paradiſo. vbi implebitur illud. Ioh.xvj. Qđ mulier cũ peperit nõ meminit preſſure ꝓpter gaudiũ. ⁊ in ꝑs. dicitur. Inclinaui coꝛ meũ ad faciendas iuſtificationes tuas ineternũ ꝓpter retributionẽ. ¶ Itẽ eſt omnis audacie repreſſiua. Ioh.xix.dicit. ꝙ erant diſcipuli cõgregati ꝓpter metũ iudeorum. ¶ Si autẽ vlterius aliquid dicere velis de ꝓpter. Notabis ꝙ iſta ꝑpoſitio ꝓpter: quãdoqꝫ ſignificat cauſam finalem quãdoqꝫ cauſam occaſionalẽ. Sꝫ qualitercunqꝫ modo ſignificet notare poſſumus ꝙ ꝓpter quia ſemꝑ denotat aliquã cauſã: põt referri ad diuerſa diuerſimode videlicꝫ. B

| | |
|---|---|
| Ad deum. | Primo quidẽ dicamus aliq̃d de deo |
| Ad iuſtum. | Iſte eſt verꝰ ꝓpter. i. vera cauſa tã ef- |
| Ad impium. | ficiens ꝙ̃ finalis oĩm bonorũ ꝓ quo |
| Ad damnatũ. | per quẽ. ⁊ ꝓpter quẽ fiũt oĩa bona. Si |
| Ad beatum. | cut em̃ dicit ꝓuerbi.xvj. Uniuerſa ꝓ- |

pter ſemetipm̃ operatus eſt dñs. Cũ igit deus ſmꝙ ſibi plura attribuũtur. ſ. iuſticia. potentia. ſciẽtia. ⁊c. ideo tam multiplex ⁊ effectuũ multiplicũ poſſit dici cauſa Notabo ergo ꝙ multiplex ꝓpter: ad ipm̃ noſcit ꝑtinere. videlicet vnum ꝓpter quod eſt.

| | | |
|---|---|---|
| Potẽtie inſuꝑabilis. | | Primũ eſt cũcta faciẽs. |
| Sciẽtie inuariabilis. | ꝓpt | Scđm eſt ſumme ſapiẽs |
| Iuſtitie irrefragabilis. | | Tertiũ ẽ mala puniens. |
| Clemẽtie ineſtimabilis. | | Quartũ ẽ bona ꝓmians |

Eſt igit vnũ ꝓpter dei potẽtie inſuꝑabilis. ꝓpter potentiam ſuam em̃ oſtẽdendã ⁊ magnificandã ipe deus facit ardua opa ⁊ ſtupenda: videlicet.

| | |
|---|---|
| Liberando virtualiter. | Uirtualiter dico libe |
| Miſerando viſceraliter. | rando. ſ. a ꝑiculo vitio |
| Adiuuando efficaciter. | rum vnde Sap.iiij.dr̃ |
| Premiando liberaliter. | ꝙ placita erat deo ani |
| Cõminando terribiliter | ma eius ſcꝫ enoch ꝓ- |
| Eminendo ſupernaliter | pter hoc preparauit |

educere de medio iniquitatum. ¶ Item viſceraliter miſerando. liberaliter enim parcere ſpectat ad nobilitatem potentie. vnde ipſe dicit Eſaie.xlviij. propter



Ayuntamiento de Madrid

nomē meū longe faciā furorem meū. Et .ij. paral. vj. dr̄
ipſi deo. Propter nomē tuū magnū ⁊ propter manū
tuam robuſtā ⁊ brachium extentū. tu exaudies de celo
¶ Itē efficaciter adiuuādo vñ Eſaie. xxxvij. Protegā
ciuitatem vt ſalue eam ꝑpter me. ⁊ propter dauid ſer
uum meū. Itē liberaliter p̄miando. Iſtud eīn ſpectat
ad nobilē potentiā ⁊ regalem. Vñ Eſaie. xlv. dicit do-
minus regi cyro. Ego inq̄t ante te ibo. ⁊ glorioſos ter
re humiliabo: ⁊ dabo tibi theſauros abſconditos: ⁊ ar
chana ſecretorū propter ſeruū meū iacob ⁊ iſrael ele-
ctum meū quez ſupple tu benigniter tractaſti. ¶ Itez
terribiliter cōminando ſeu cōturbando. Vñ Baruch
iij. Propter hoc dediſti timorē tuū in cordibꝰ noſtris
vt inuocemus nomē tuū ⁊ laudemus te. ¶ Itē ſupna
liter eminendo. Vñ etiam ipē de ſua honorabili ma-
gnificētia dicit. Ezec. xxxvj. Peperci inq̄t nomini ſan
cto meo qđ polluerat domꝰ iſrael. Sequit. Nō ꝑpter
vos ego faciam domus iſrael: ſed ꝑpter nomen ſan-
ctum meū qđ polluiſtis. Sic ergo pꝫ ꝙ eſt vnū ꝑpter
C dei potētie inſupabilis. ¶ Deinde dico ꝙ ē vnū ꝑpter
dei ſcientie ſeu ſapiētie incōparabilis. Iſta eīn eſt pro
pter quā. ⁊ per quam ipē regit ⁊ dirigit vniuerſa. Si
cut eīn dicitur. Sapie. vij. ca. Omnibꝰ mobilibus mo
bilior eſt ſapientia. attingit enim vbicūq; propter ſuā
mundiciam. Iſta enim habet videlicet.
Eloquium quod viuificat.
Obſequium quod rectificat.
Alloquium quod clarificat ſeu viuificat
De eloquio diuine ſapiētie dr̄ in p̄s. Propter eloquiū
tuū viuifica me. ⁊ cuſtodiā teſtimonia oris tui. De ob
ſequio vero dicit̄ Sap̄. xviij. Nō filij iſrael ꝑpter hoc
ignis ardentis colūnam ducē habuerūt. De alloquio
enim diuine ſapiētie qua ſcꝫ omnis veritas eluceſcit:
et omnis honor ⁊ dignitas eniteſcit. dr̄ Sap̄. viij. Erit
inq̄t ſ. ſapiētia diuina allocutio tedij mei habebo per
hanc immortalitatē ⁊ memoriā eternā his qui poſt fu
D turi ſunt relinquā. Iſtud eſt igit̄ vnū ꝑpter dei ſcie inua
riabilis ſeu indeceptibilis. ¶ Deniq; dico ꝙ ē vnū ꝑ
pter dei iuſtitie irrefragabilis. deꝰ. n. ꝑpt̄ iuſtitiā ſuā
Pauperes eripit
Iniuſtos corripit.
Diuites diripit.
Pauperes dico vñ in p̄s. dicit̄ Propter miſeriā inopū ⁊ cla-
morem. pauperū nūc exurgam
dicit dominꝰ. Iniuſtos etiā corripit. ſ. ipōs tꝑaliter et
eternaliter puniēdo. vnde Leui. xxvj. Corripiā vos ſe
ptem plagis ꝑpter pctā veſtra ⁊ in p̄s. Propter ini-
quitatē corripuiſti hoīem: ⁊ tabeſcere feciſti ſicut ara
neam animā eius. Diuites inſup diripit: vicꝫ malos ⁊
inuidos. vñ in p̄s. Verūtamen propter dolos poſuiſti
eis. deiecíſti eos dū alleuarētur. Ita ꝙ tales ad infortu
nium deducti: dicere poſſunt dn̄o illud. Treno. j. Vin
demiaſti me ꝑpter iniq̄tates meas. Multi eīn gemi-
E tus mei. ⁊ cor meū merens. Iſtud eſt igitur vnū ꝑpter
dei iuſtitie irrefragabilis. ¶ Inſup dico ꝙ eſt vnū ꝑ
pter dei clemētie ineſtimabilis. Iſta ē eīn ꝑpter quā. ſ.
De celo deſcendit carnē aſſumendo.
In cruce pependit mortem ſuſtinēdo.
Cum hoſte contēdit ſuos eruendo
Gratiam impendit culpas dimittendo.
Verbera ſuſpendit malos expectando.
Gloriam rependit beatos premiando.
Dicā ergo ꝙ deus rōne iſtius. i. propter ipſius benigni
tatem ⁊ clementiam carnē aſſumēdo de celo deſcēdit
vnde Eſaie. lxij. Propter ſyō nō tacebo donec egredia
tur vt fulgur iuſtus eiꝰ ⁊c. ⁊ Eſa. vij. Propter hoc da-
bit dn̄s ipē vobis ſignū. Ecce virgo ꝯcipiet ⁊ pariet fi
lium. ⁊c. et Hiere. xxiij. Propter hoc ecce dies veniūt
dicit dn̄s. ⁊ ſuſcitabo dauid germen iuſtū. ¶ Itē mor-
tem ſuſtinendo in cruce pepēdit. Sicut eīn dicitur. ij.
Cor. viij. Cū diues eſſet propter nos egenꝰ factꝰ eſt vt
ipſius inopia: nos diuites eſſem: Nā ſicut dr̄ Eſa. liij.
Ipſe vulneratus eſt ꝑpter iniq̄tates noſtras. attritus
eſt propter ſcelera nr̄a. Et ibidē dicit̄. Abſciſus eſt de
terra viuētium propter ſcelus populi mei. ¶ Itē ſuos
redimēdo ſeu defendendo cū hoſte contēdit. vñ in p̄s.
dicit̄. Exurge dn̄e adiuua nos: ⁊ redime nos ꝑpter no
men tuū. ¶ Item culpas dimittendo gr̄am impēdit.
vnde ipſe eſt qui dicit. Eſa. xliij. Ego ſuꝫ qui deleo ini
quitates tuas propter me. vñ etiā in p̄s. dicit̄. Tu aūt
dn̄e fac mecū propter nomē tuū quoniā ſuauis eſt mi-
ſericordia tua. ¶ Itē malos expectādo verbera ſuſpē-
dit ſcꝫ vt cōuertamur nos in patiētia ſuſtinēdo. vnde
Eccli. xviij. Propter hoc patiēs eſt deus in illis effun
det ſuper illos miſcðiam ſuam. vidit p̄ſumptionē cor
dis illorū q̄m mala eſt ideo adimpleuit ſup illos pro
piciationē ſuā. ¶ Itē beatos p̄miando gl̄iam repēdit
vñ aīa beata cōparat̄. Iohā. xvj. mulieri q̄ parturijt q̄
non meminit preſſure propter gaudiū. Vt ⁊ de beatis
dicatur illud Eſa. lxj. Propter hec in terra ſua dupli-
cia poſſidebunt. leticia ſempiterna erit eis. Duplicia
inquit hoc eſt dictu duplicem gl̄iam. ſ. corpis ⁊ anime
Vnde dn̄s deteſtando dānatos: ⁊ glorificando beatos
dicit Eſa. lxv. Propter hoc inquit. Ecce ſerui mei co-
medent ⁊ vos eſurietis. Ecce ſerui mei bibēt ⁊ vos ſi-
tietis. Ecce ſerui mei letabūtur ⁊ vos ꝯfundemini Ec
ce ſerui mei laudabūt pre exultatiōe ⁊ vos clamabitis.
pre dolore ⁊ contritione. Sic igit̄ pꝫ ꝙ iſta prepoſitio
propter: ſpectat ad clementiā dei ſaluatoris. Ad iuſti
tiam dei correctoris. Ad ſciētiam ⁊ ſapiam dei guber
natoris. Ad potentiā ⁊ eminētiā ſummi dn̄atoris. ⁊ ſic
bn̄ dixi: ꝙ iſta dictio ꝑpter. refertur ad deū. ¶ Scđo
vero pricipaliter dico ꝙ iſta dictio propter. refert̄ ad iu
ſtū. iuſti eīn habēt multiplex ꝑpter. i. multiplicē cām
faciēdi ⁊ habendi bonū. noſq; trahentē ad gr̄am in p̄
ſenti ⁊ gl̄iam in futuro. Videlicet. vnum propter.
Iuſtitiam qua rite viuimus.
Modeſtiam qua iram fugimus
Conſtantiam qua mala vincimus.
Concordiam qua rixas tollimus.
Decentiam qua mores regimus.
Leticiam qua grates agimus.
Patientiam qua mala portamus
Sapientiam qua praua vitamus.
Innocētiam qua bonum amamus.
Amiciciam qua fidem ſeruamus.
Continētiam qua carnem domamus.
Diligentiam qua vires citamus.
Miſericordiam qua noſtra donamus.
Obedientiam qua nos ſubiugamus.
Dicā ergo ꝙ iſti habēt vnū propter. qđ eſt iuſtitie qua
rite viuit̄ vñ deo de hoc dr̄. Mathei. v. ꝙ beati q̄ pſecu
tionem patiūtur propter iuſtitiā. q̄m ipōrū eſt regnū
celorū. Propter iuſtitiā inq̄t. i. ꝑpter rectitudinē vite
Quāuis tn̄ cōſtet ꝙ iuſtitie noſtre nūq̄ poſſunt ſuffi-
cere ad regnū celorū obtinēdum ſed ſolū gratia ſalua
toris. vnde Deut̄. ix. Non dicas inquit ꝙ propter iuſti
tiaꝫ meā introduxit me dn̄s: vt poſſideā terrā hāc ⁊c.
Sicut eñ dicit̄ ibi. Filij iſrael nō obtinuerūt terrā pro-
miſſionis propter iuſtitiā ſuā: ſꝫ propter impietatē il
lorum qui eiecti ſunt. Sic vere dicā ꝙ hoīes nō obtinēt
celū ꝑpter iuſtitias ſuas: ſed ſolū ex gr̄a dei ⁊ propter
iniuſtitias demonū qui ſedes ſuas ꝑdiderūt. ita ꝙ ad
reparandū ruinā ipōrum hoīes aſſumpti fuerūt: pro
pter iniuſtitias eīn ſuas humiliati ſunt. ¶ Itē habēt
iuſti vnū propter. qđ eſt modeſtie qua furor fugit̄. p̄s.
Propter veritatē ⁊ manſuetudinē ⁊ iuſtitiaꝫ deducet
te mirabiliter dextera tua. ¶ Itē habēt iuſti vnū pro-
pter qđ eſt conſtantie qua malū vincit̄ vnde. j. Mach.
xiij. dixit ſymon. Vos ſcitis ꝙ ego ⁊ domus p̄ris mei
pro legibus fecimꝰ prelia ⁊ anguſtias. horū gratia pe
rierunt. omnes fratres mei propter iſrael ⁊c. ¶ Item
habent iuſti vnum propter: quod eſt concordia qua ri
xa tollitur. p̄s. Propter fratres meos ⁊ proximos me
os loquebar pacem de te: propter domū dei noſtri que
ſiui bona tibi. ¶ Itē habent iuſti vnum propter quod
eſt decentie qua vita regitur. Mores enim per hone-
ſtam conuerſationem reguntur. Vnde cuilibet hone-
ſte ⁊ famoſe

Ayuntamiento de Madrid

ſtc et famoſe perſone pōt dici illud.Ezechi.xvj.Profe
ciſti in regnū ⁊ egreſſuz ē nomē tuū procul ppter ſpeciē
tuā.Nomē eīn ſignat bonā famā ſpēs:vo bonā ꝯuerſa
tionē.¶Itē habēt iuſti vnū ppter qđ ē leticie qua ſpes
acuitur.Leticia tm̄ in deo:ſolet mentē ad deū ꝑ ſpem
et deſideriū eleuare vnde in ps.Propter hoc letatum
eſt cor meuz:⁊ exultauit lingua mea.inſuꝑ ⁊ caro mea
requieſcet in ſpe.¶Itē habent iuſti vnū ppter quod
eſt patientie qua mala portanť.Vn̄ iuſtus pōt dicere
dn̄o illud ps.Qm̄ ppter te ſuſtinui opprobrium: ope
ruit confuſio faciē meam.Et alibi.Propter verba la-
biorum tuorū ego cuſtodiui vias duras.Iuxta illud.j.
Pet.iij.Si quid patimini ppter iuſtitiā beati.Vn̄ il-
le machabeꝰ dicebat dn̄o illud.ij.Mach.vj.Propter
timorē tuū libenter hec patior.Et.vij.ca.dicit alius p
pter dei leges nūc hec ipa deſpicio.Et apoſtolꝰ dice-
bat.ij.Cor.xij.Propter quē placeo mihi in infirmita
tibꝰ meis ⁊c.¶Itē habēt iuſti vnū ppter qđ eſt ſapiē
tie qua cūcta pbantur ſeu qua mala vitanť.Vn̄ Sap.
vj.dicit.Nā qui vigilauerit ppter illā.ſ.ppter ſapiē-
tiam:cito ſecurus erit.Iō Sap.vij.dicit ſapiens.Pro
pter hoc optaui ⁊ datus eſt mihi ſenſus:inuocaui ⁊ ve
nit in me ſpiritus ſapientie ⁊c.¶Itē habēt iuſti vnuz
ppter qđ eſt innocētie qua bona ſectantur ps.Me au
tem ppter innocētiam ſuſcepiſti.¶Item habēt iuſti
vnum ppter:qđ eſt amicicie qua fratres amanť.vnde
prouerb.xij.Qui negligit damnū ppter amicū iuſtus
eſt.Et Eccli.xxix.Perde pecuniā tuā ppter fratrem ⁊
amicū.¶Itē habent iuſti vnū ppter qđ eſt ꝯtinentie
qua carnes domanť ſeu artanť.Unde Math.xix.Sūt
eunuchi qui caſtrauerūt ſeipos ppter regnū celorum
¶Itē habēt iuſti vnuz ppter:qđ eſt diligētie: q̄ vires
hortanť.vnde Luce.xj.de illo diligēti ⁊ importuno ad
oſtiuz dormiētis pulſante dr̄.Nā ſi pſeuerauerit.pul-
ſans.ſaltem importunitate ſurget.ſ.amicus dormiēs
et dabit ſibi panes quotquot hʒ neceſſarios. ¶Item
habent iuſti vnū ppter:qđ eſt miſcđie:qua pauperes
cibanť.vn̄ Eccli.xxix.Propter mādatū aſſume paupe
rem:⁊ ppter inopiā ne dimittas eū vacuū.¶Iteʒ ha
bent iuſti vnū ppter:qđ eſt obedientie qua p̄mia donā
tur.vnde in ps.dicit verus obediēs dn̄o.Inclinaui cor
meuz ad faciēduz iuſtificationes tuas ineternū ppter
retributionē.Sic ergo patet quō iſta dictio ppter:di-
G uerſimode referť ad iuſtū. ¶Tertio principaliter di
co ꝙ iſta dictio ppter:diuerſimode ſpectat ad iniuſtū
In ipo eīn inueniť multiplex mala cauſa.i.multiplex
pctm̄.Et ſi quereť ppter quod impij deo ꝯtrarianť et
ppter quod dn̄s ꝯtra eos indignatur et ppter qđ ipſi
finaliter in inferno damnantur.⁊ paradiſo priuantur
certe poſſet reſponderi.propter.

Carnalem infectionem.
Mentalem elationem.
Verbalem locutionem.
Crudelem vexationem.
Aridam poſſeſſionem.
Auidam potationem.
Cupidam affectionem.
Turpidam obliuionem.
Fetidam corruptionem.
Infidam adulationem.
Gelidam operationem.
Solidam obſtinationem.
Inuidam machinationem.
Stolidam generationem.
Improuidam gubernationem
Inſipidam premiationem.

Dica ergo ꝙ mali habēt vnū ppter:carnalis affectio
nis.q̄r.ſ.ppter peccatum luxurie multi pereūt ⁊ dam
nanť ⁊ in multa alia vitia dilabūtur.vn̄.ij. Eſdre.iij.
Multi demētes facti ſunt ppter vxores. et ſerui facti
ſunt ppter illas:⁊ peccauerūt ppter mulieres.Et Ec
cleſia.ix.dicit.Nā ppter ſpeciem mulieris multi pe
rierunt.¶Itē habēt vnū ppter mētalis elationis.Cō
ſtat eīn ꝙ propter elationē ſupbie ſue multi pereunt.
vnde Iob.xxxv.Ibi clamabūt ⁊ nō exaudiet ppter ſu-
perbiam malorū.¶Itē habēt vnū ppter verbalis lo-
cutionis vn̄ prouerbio.xij.Propter peccata labiorum
ruina proximat.¶Itē habēt vnū ppter crudelis vexa
tionis.q̄r ſcʒ mali conſueuerūt pati ⁊ vexari ppter ty-
rannos ⁊ malos.vn̄ iob.xxxv.Propter multitudinem
calūniatorū clamabūt:et eiulabūt pp̄ vim brachij ty
rannorū.¶Itē habēt vnū ppter aride poſſeſſionis q̄r
ſcʒ ſepe fit ꝙ mali patiūtur pauꝑtatē ⁊ inopiā in hoc
mūdo.⁊ maxime penuriā gratiaruʒ.vnde Eccli.xxvij.
Propter inopiam multi deliquerūt.¶Item habent
vnū propter auide potationis.Tales eīn ſunt vt com
muniter guloſi ⁊ ebrioſi.Unde Eccli.xxxvij.Propter
crapulam multi obierūt.Unde de Eſau dicitur.He-
breo.xij.Qui ppter vnam eſcam pdidit primogenita.
¶Itē habent vnum propter cupide affectionis ſcilicʒ
auaricie.de qua dicit.ij.Mach.iiij.Nā menelaus p
pter eorū qui in potentia erāt auariciam pmanebat
in poteſtate.creſcēs in malicia ad inſidias ciuiū vt de
auaro dicatur illud Eſa.lvij.Propter iniquitatē aua
ricie eius turbatus ſum ⁊ pcuſſi eū.¶Itē habēt vnū
ppter quod eſt turpide obliuionis.Iſti eīn ſunt igno
rantes in his que ptinent ad ſalutē.Hiere.xxiij.Obli
ti ſunt patres eorū noīs mei ppter baal.¶Itē habēt
vnū ppter fetide corruptionis ſeu etiam male fame ⁊
infectionis.de quo Michee.ij.Propter immūdiciaʒ
eius corrūpetur putredine peſſima. ¶Itē habēt vnū
ppter infide adulatiōis.Iſti eīn ꝯparātur oleo qđ ſcʒ
lenit ⁊ maculat contingētes.Unde magnates qui cor
rumpi ꝯſueuerūt per tales dicere pnt illud ps.Sicut
vmbra cum declinat ablatus ſum:⁊ excuſſus ſuʒ ſicut
locuſta.Sequitur caro mea īmutata eſt ppter oleum
viderūt me ⁊ mouerūt capita ſua.Ad literam eīn ma
gnates a malis ſeruitoribꝰ ⁊ adulatoribꝰ decipiūtur.
et ad modū vmbre paulatim decreſcunt ⁊ depauperā
tur ⁊ propter oleū adulationis quaſi penitus immutā
tur.⁊ in peius totaliter transformanť. Finaliter vero
cum depauperati fuerint per eos deridētur. et motis
capitibus illudūtur vnde Eſa.xxviij. talibus dicitur.
Propter hoc audite verbū dn̄i viri illuſores qui dixi-
ſtis pepigimus fedus cum morte.⁊ cū inferno fecimꝰ
pactum.¶Itē habēt vnū ppter gelide operatiōis.i.
pigre ⁊ inepte actionis.Unde prouerbiorū.xx.Propter
frigus piger arare noluit ⁊c.¶Itē habent vnū ppter
ſolide obſtinationis.vnde Hiere.xxx.Propter multi-
tudinem iniquitatis tue dura facta ſunt pctā tua.Du
ra inquit.i.ad conuertēdum ꝑ obſtinationē difficilia.
¶Itē habent vnum ppter inuide machinatiōis ſeu
etiam malicie ⁊ pditionis.Vn̄ Hiere.xij.Uſqʒquo lu
gebit terra:⁊ herba oīs regionis ſiccabitur ppter ma
liciā habitātiuʒ in ea Et Hiere.xxj.Indignatio mea
vt ignis ſuccendatur.⁊ non ſit qui extinguat propter
maliciam ſtudiorū veſtrorū.¶Itē habent vnū ppter
ſtolide generationis q̄r.ſ.vt cōiter mali deſcendunt a
malis:⁊ etiā propter malos parētes ſolēt eſſe in vitu-
perio ⁊ contēptu vnde Eccli.xlj.De patre impio que-
runť filij:qm̄ ppter ipm̄ ſunt in obprobrio.¶Iteʒ ha
bēt vnū ppter improuide gubernationis.q̄r.ſ.tales vt
cōiter qn̄ aſſumunť ad regimē male regūt.Vn̄ ipi di
cunt illud Eſaie.lix.Propter hoc elongatum eſt iudi
cium a nobis ⁊ non apprehendit nos iuſtitia.Et ſequi
tur.Conuerſum eſt retrorſum iudicium.⁊ iuſticia lon
ge ſtetit.et corruit in plateis veritas ⁊ equitas non po
tuit ingredi et facta eſt veritas in obliuionem. et qui
receſſit a malo prede patuit.¶Item finaliter iſti ha-
bebunt vnum propter inſipide premiationis.hoc eſt
dictu eterne mortis et dānationis que ſcilicet erit pre
mium et ſalarium iniquorum vnde de iſto vltimo pro
pter talium dicit.Eſaie.xiij.Ululate inquit.quia pro-
pe eſt dies domini.quaſi vaſtitas a domino veniet.p-
pter hoc omnes manus diſſoluentur et omne cor ho-
minum contabeſcet et conteretur.torſiones ⁊ dolores



Ayuntamiento de Madrid

tenebũt quaſi parturiẽtes dolebũt. Sequit᷑. Propter indignationẽ dñi exercituũ. ⁊ ꝓpter diem ire furoris eius. Sic igit᷑ patꝫ quõ iſta dictio ꝓpter ſpectat .ſ. ad virũ peccatorẽ. Ad iuſtũ viatorẽ. Ad ſummũ creatorẽꝫ

P Sufficit. vide ſupra de per. ¶ Si vis aliquid in ſpẽali dicere de ꝓpter hoc. ⁊ de ꝓpter quod. Notabis ꝙ iſta duo pronomina: hoc. et qđ. ſignãt deũ. virtutẽ ſeu meritum. ꝑadiſum. pctm̃. infernũ. Quãdoqꝫ ergo dico ꝙ qđ ⁊ etiã hoc referũtur ad deũ: ſeu etiã ad virtutẽꝫ ſeu meritum. Et ſic dic ꝙ propter hoc. ſcꝫ.

In deo gaudemus.
In cruce valemus.
Dominũ timem⁹.
Stupenda videmus.
Horrenda cauemus
Glorioſa poſſidem⁹.

Dico ergo ꝙ ꝓpter hoc i deo gaudemus. vñ illud ps. Propter hoc letatũ eſt cor meũ et exultauit lingua mea. ⁊c. Itẽ ꝓpter hoc in cruce valemus ideſt virtute crucis. vnde Sapien. xiiij. propter hoc exiguo ligno credũt hoĩes animas ſuas ⁊ trãſcũtes mare liberati ſunt. ¶ Itẽ ꝓpter hoc dñꝫ timemus. vñ illud. Baruch. iij. Propter hoc dediſti timorẽ tuũ in cordibus nr̃is ⁊c. ¶ Itẽ propter hoc ſtupenda videm⁹ vñ illud. Eſaie. vij. Propter hoc dabit ipſe dñs vobis ſignũ ⁊c. ¶ Itẽ ꝓpter hoc horrẽda cauemus. ſ. peccatũ et etiã infernũ. Unde anime penitenti dicit dñs. Hiere. xv. Propter hoc ſi ꝯuertens cõuertã te. ⁊ añ faciẽ meã ſtabis. ⁊ Oſee. ij. etiã dñs dicit Propter hoc lactabo eam ⁊ ducã eã in ſolitudinẽ ⁊ loquar ad cor eius. ¶ Itẽ ꝓpter hoc gl̃iã ſ. paradiſi habemus vnde illud ꝑdictum Eſa. lxi. Propter hoc i terra ſua duplicia poſſidebũt ⁊c. iſta ergo poſſunt dici de hoc: ſiue referat᷑ ad corpus xp̃i. ſiue etiã ad meritũ vel etiam ad xp̃m ⁊c. ¶ Si autem in malo ſignificato ve-
I lis accipere hoc. vtpote ad peccatum vel ad mundũꝫ. potes dicere quod propter hoc.

Iuſtitia fit ſceleroſa.
Clementia fit arida.
Scientia fit tenebroſa.
Leticia fit luctuoſa.
Pudicicia fit luxurioſa.
Innocentia fit tempeſtuoſa
Patientia fit impetuoſa.

Dicã ergo ꝙ ꝓpter hoc iuſtitia fit ſceleroſa vñ Eſaie. lix. Propter hoc elongatũ eſt iudiciũ a nobis ⁊ cetera ſupra ⁊ Abacuc. j. dicit᷑. Propter hoc lacerata eſt lex ⁊ nõ peruenit vſqꝫ ad finẽ iudicij q꞉ impius ꝑualet aduerſus iuſtũ ꝓpterea egredie᷑ iudiciũ ꝑuerſuꝫ. ¶ Itẽ clementia fit arida vnde Aggei. j. Propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt celi ne darent rorem. ⁊ terra prohibita eſt ne daret germẽ ſuũ. ¶ Itẽ ꝓpter hoc ſcientia fit tenebroſa Unde de ſyon que interꝑtatur ſpecula ſignificãs ſpeculationẽ ⁊ luminoſitatem ſcientie dicit᷑. Michee. iij. Propter hoc ſyon quaſi ager arabitur. ⁊ hieruſalẽ in aceruũ lapidũ erit. ¶ Itẽ ꝓpter hoc leticia fit luctuoſa vnde Oſee. iiij. dicit᷑ ſic. propter hoc lugebit terra: ⁊ infirmabit᷑ oĩs qui habitat in ea. ¶ Itẽ ꝓpter hoc pudicia fit luxurioſa vnde amos. vij. Propter hoc vxor tua in ciuitate fornicabit᷑. ¶ Itẽ ꝓpter hoc innocẽtia fit tempeſtuoſa. vnde Eſa. xxiiij. propter hoc maledictio vorabit terrã ⁊ peccabũt habitatores eius: ⁊ inſanient cultores ipſi⁹ ⁊ Math. xxvij. propter hoc vocatus eſt ager ille acheldemach. i. ager ſanguinis. ¶ Itẽ propter hoc patiẽtia. ſcꝫ. dei fit impetuoſa ſcꝫ. ipſos puniẽtis ineternũ. vnde Eph. vj. propter hoc eñi venit ira dei in filios diffidentie. Ut ſic de damnatis dicatur illud Math. xxiij. c. propter hoc amplius accipietis iudicium. Sic ergo patet quõ propter hoc in bono ſumitur ⁊ in malo. ¶ Et ſic dico primo de bo-
K no ꝙ eſt dare propter quod: quod eſt.

Clementie et remiſſionis.
Facundie et locutionis
Prudentie ⁊ diſcretionis.
Conſtantie et durationis.
Leticie et exultationis.
Continentie et purificationis.
Amicicie et dilectionis.
Subiacentie ⁊ deprecationis.
Eminentie ⁊ exaltationis.

De clemẽtia ⁊ culpe remiſſione qua. ſcꝫ deus remittit peccata penitẽtibus dicit᷑. Luc. vij. vbi loquit᷑ de Magdalena plorante propter qđ dico tibi ꝙ dimittunt᷑ ei pctã multa qm̃ di. multũ. ¶ De facũdia vero ⁊ locutiõe dicit᷑ Eph. iiij. c. propter qđ deponẽtes mẽdaciũ loquimini veritatẽ vnuſquiſqꝫ cũ proximo ſuo qm̃ ſum⁹ inuicẽꝫ mẽbra. ¶ Itẽ de prudẽtia ⁊ clara diſcretiõe qua ſcꝫ homo ſcit periculũ euitare dicitur. j. Cor. x. ꝓpter quod chariſſimi mei fugite ab ydolorũ cultura vt prudentibus loquor. vos ipſi iudicate que dico. Unde etiã de vitatione ſocietatis malorũ dicit᷑. ij. Cor. vj. ꝓpter qđ exite de medio eorũ ⁊ ſeparamini: ⁊ immundũꝫ ne tetigeritis. ⁊ ego recipiam vos. ¶ Itẽ de conſtantia ⁊ duratione dicit᷑. Eph. iij. ꝓpter qđ ne deficiatis in tribulationibus ⁊c. ¶ Itẽ de leticia ⁊ exultatione d᷑. Luce. iiij. Spũs dñi ſup me: ꝓpter qđ vnxit me euangeliꝫare ⁊c. vnxit inq̃t. ſ. oleo leticie. Et. j. Theſſa. v. ꝓpter qđ ꝯſolamini in verbis iſtis. ¶ Itẽ de cõtinẽtia ⁊ emũdatione d᷑. Jacobi. j. ꝓpter qđ abijciẽtes oẽm immundiciam ⁊ abũdantiam malicie in mãſuetudine ſuſcipite inſitum verbũ. Et. j. pet. j. dicit᷑ ſic propter qđ ſuccincti lumbos mẽtis veſtre ſobrij ⁊ ꝑfecte ſperate in eaꝫ que offert᷑ vobis gratiam. ¶ Itẽ de amicicia atqꝫ dilectione dicit᷑ Roma. xv. propter qđ ſuſcipite inuicẽꝫ: ſicut ⁊ xp̃s ſuſcepit vos in honorẽ dei. Sequit᷑. Propter veritatẽ dei ad ꝯfirmãdas ꝓmiſſiones patrũ. Et poſt ſequitur. propterea confitebor tibi in gentibus dñe: et nomini tuo pſalmũ dicã. ¶ Itẽ de obedientia ⁊ deprecatione dicitur. ij. Cor. xij. propter qđ ter dñm rogaui vt auferretur a me ſathan. ¶ Itẽ de eminẽtia ⁊ exaltatione quã ſcꝫ deus ꝓpter merita dat finaliter cuilibet beato: pōt dici illud phyl. ij. propter qđ de⁹ exaltauit illum ⁊ dedit illi nomẽ qđ eſt ſuper omne nomẽ. Igit᷑ quocunqꝫ modo accipias ꝓpter qđ ⁊ propter hoc ſiue accipiatur pro merito peccato negocio ſacramẽto vel ſecreto: oẽs autoritates ꝑmiſſe poſſunt ad ꝓpoſitum applicari. Sufficit ergo. Unde ſupra de hoc. Et infra de quod. Et immediate de propterea.

**Propterea.** Nota ꝙ propterea videt᷑ cẽ du- Q
plex dictio. ſcilꝫ ꝓpter ⁊ ea. ⁊ ſic conſtat ꝙ eſt dictio compoſita. Supponẽdo tamen ꝙ ſint due dictiones primo dicamus ꝙ ea cũ ſit actiuũ. neutrum. ⁊ plurale. deſcendens ſcilicet de id eius. ſignat quaſdam premiſſas quarum propter ſignat cõcluſiones. Et ſic dicamus ꝙ q꞉ eſt dare homines.

Morales ⁊ virtuoſos.
Penales ⁊ luctuoſos.
Criminales ⁊ vitioſos.
Mũdiales ⁊ glorioſos.

Bene dicam ꝙ in iſtis et ex iſtis ſequit᷑ multiplex propterea ⁊ multiplex cõcluſio tam bona ꝙ̃ mala. Videlicet vnũ propterea. cõcernens perfectos ⁊ virtuoſos. Concernens affectos ⁊ doloroſos. Concernẽs infectos ⁊ vitioſos. Concernẽs prefectos ⁊ glorioſos. ſcꝫ diuites huius mundi. Sed generaliter loquendo dicamus ſolum ꝙ eſt dare propterea ꝯcernens bonos ⁊ malos. Dicã ergo ꝙ eſt dare ꝓpterea concernens perfectos. Et iſtud certe nihil aliud eſt ꝙ̃ illa bona cõcluſio et ille bonus finis qui ſequitur in bonis perſonis ex illorꝫ operibus virtuoſis. Et ſic notabis quod iſti habent ſcilicet vnum propterea quo.

Malum deteſtantur.
Leges amplexantur.
Dei recordantur.
Laudes modulantur.
Vana aſpernantur.
Fortes roborantur.
Leti iocundantur.
Deum deprecantur.
Firmi radicantur.
Deo concordantur.
Digne ſublimatur.

Digne

Ayuntamiento de Madrid

Nunq̃ conturbantur
Nunq̃ variantur.
Beati in celo letantur.

Igitur dicã q iuſti habeant vnũ finẽ ⁊ vnã cõcluſionẽ
ſeu etiã vnũ ꝓpterea quo mala deteſtãtur. Vñ iuſtus
in Pſ. dicit ſic. A mandatis tuis intellexi: propterea
odiui omnẽviam iniquitatis. Lucerna pedibus meis
verbũ tuum: ⁊ lumẽ ſemitis meis. Itẽ hñt vnum pro-
pterea quo leges amplexãtur: ſeu quo deo famulãtur
Unde ibidem dicitur. propterea inquit ad oĩa man
data tua dirigebar. omnemviam iniquam odio hñi.
Item habẽt vnũ propterea quo dei memorãtur. vnde
in pſ dicebat dauid propterea memor ero tui de terra
iordanis hermonyn a monte modico. ¶ Itez habent
vnũ propterea quo laudes modulãtur pſ Propterea
cõfitebor tibi i natiõib⁹ ⁊ noĩ tuo pſalmũ dicã. ⁊ eccli.
lj. ꝓpterea ꝯfitebor tibi ⁊ laudẽ dicã noĩ tuo ¶ It: hñt
vnũ propterea quovana aſpernãtur q̃ ſcʒ iſti propter
veram fidem quã tenẽt aſpernantur vanas credẽtias
ydolorum. vnde Ezechi. xiiij. Propterea cõuertimini
et recedite ab ydolis. Et Ezechi. xiij. dicitur ſic. Pro-
pterea vana nonvidebitis ⁊ diuinationes non diuina-
bitis amplius. ¶ Item habent vnum propterea quo
firmi roborãtur. Et iſtud nihil aliud eſt q̃ virtus con
ſtantie et fortitudinis. qua ſcilicet armati audacter
debachantur in hoſtem. Unde Eph. vj. Propterea ac
cipite armaturam dei vt poſſitis perfecti ſtare.
¶ Item habent vnum propterea quo leti iocundan-
tur. ſcilicet propter leticiam ſpiritalem quam conci-
piunt ex fide ex charitate et ſpe. et ex bonis virtutib⁹
quas ſentiunt ſe habere. vnde in pſ. Dilexiſti iuſtitiã
et odiſti iniquitatem propterea vnxit te deus oleo le-
ticie pre conſortibus tuis. ¶ Item habent vnum pro-
pterea quo deum deprecantur quia ſcilicet iſti orant
dominum propter deuotionem et dilectionem quam
habent ad ipſum. Unde Marci. xj. Propterea dico
vobis. omnia quecunq̃ orantes petitis: credite quia
accipietis ¶ Item habentvnum propterea quo firmi
radicantur. vnde Eſaie. xvij. propterea plantabis plã
tationem fidelem. ¶ Item habent vnum propterea
quo deo concordantur ſcilicet propter miſericordiã
quam in ipſis oſtendit. vnde Eſaie. xxx. Propterea ex
pectat dominus vt miſereatur noſtri. ¶ Item habẽt
vnum propterea quo digni ſublimantur ſeu etiaʒ pre-
miãtur. ſcilicet in paradiſo. Et iſtud certe propter tri
bulationes et miſerias quas pro deo ſuſtinuerunt in
mundo. vnde de iſto dicitur in pſ. De torrente in via
bibet: propterea exaltabit caput. ¶ Item habentvnũ
propterea quo nunq̃ conturbant̃ et iſtud ſcilicet erit
in fine quando ipſi ſecuritatem glorie quam habebũt
nunq̃ perpetuo dubitabunt Vñ in pſ. Propterea nõ
timebimus dum turbabitur terra. et transferẽtur mõ
tes in cor maris. ¶ Itez habent vnum propterea quo
nunq̃ variantur ſcilicet propter perpetuitatem vite
eterne vnde in pſal. Propterea populi confitebuntur
tibi ineternum et in ſeculum ſeculi. ¶ Item habent
vnum ſeu habebunt vnum propterea quo celo gloriã-
tur. De quo ſcilicet dicitur. Apocaly. xij. propterea le
tamini celi et qui habitatis in eis. Ecce ergo quomo-
do iuſti habent ſuum propterea. ſuumq̃ finem et con
cluſionem in hoc ſeculo et in futuro. Ideo omnibus
bonis videtur dominus loqui in figura montium iſ-
rael dicens Ezech. xxxvj. Propterea inquit montes iſ
rael audite verbum domini. hec dicit dominus mon-
tibus et collibus torrentib⁹ vallibuſq̃ deſertis ⁊c.
Sequitur et vos montes iſrael ramos veſtros germi
nabitis. et fructus veſtros afferetis. et arabimini et
accipietis ſementem quaſi dicat propter deſerta pau
pertatis et tribulationis que in mundo ſuſtinuiſtis:
fructus eterne glorie ineternum reportabitis Patet
igitur q eſt propterea qd ſpectat ad iuſtos. ¶ Adhuc
dico q eſt vnũ propterea qd ſpectat ad iniuſtos. Con-
ſtat enĩ q mali nõ verẽtur deum offendere. leges con
temnere pauperes ledere. pctã facere virtutes linquere
bona contẽnere propterea deus ipos nõ veret̃ deſtrue
re finaliter ⁊ ꝯfundere. Vñ i pſalmo dr̃ pctõri ꝓpterea
inqt: deus deſtruet te in finẽ: euellet te: ⁊ emigrabit te
de tabernaculo tuo. ⁊ radicẽ tuũ de terra viuẽtiũ. Ad
literam enĩ ꝓpter cõtẽptũ ⁊ obliuionẽ dei: multa pctã cõ
mittũt. ⁊ ꝓpter pctã ꝯmiſſa finaliter paradiſuʒ amit
tunt. ⁊ animas ſuas ad infernũ trãſmittũt. ⁊ ſivis dic
q pctã pcedẽtia ſunt cauſe ⁊ propterea ſequentiũ. vñ
nota q peccata ſunt vnum propter: per quod
Cordis ſtabilitas variatur.
Mentis iocũditas contriſtatur.
Carnis integritas maculatur.
Uera ſubtilitas obſcuratur.
Omnis crudelitas effrenatur.
Mentis humilitas eleuatur.
Omnis fidelitas depravatur.
Iuſta vtilitas diſſipatur.
Dei benignitas irritatur.
Pacis tranquillitas diſcordatur
Timoris horriditas procuratur.
Honor ⁊ dignitas annullatur.
Libera voluntas captiuatur.
Inferni vaſtitas dilatatur.
Delicioſitas aſperatur.
Dicã ergo q mali habẽt vnuʒ ꝓpterea p qd variatur
oĩs ſtabilitas. vnde Trenorũ j. Peccatũ peccauit hie
ruſalem: propterea inſtabilis facta eſt. ¶ Itẽ habent
vnũ propterea per qd contriſtat̃ omnis iocũditas. vñ
Treno. v. Propter hoc meſtum factũ eſt in dolore cor
noſtrum. contenebrati ſunt oculi noſtri propter mõtẽ
ſyõ q̃ perijt: vulpes ambulauerũt in eo. ¶ Ite habet
vnũ ꝓpterea per qd maculat̃ carnis integritas vñ ma
le mulieri dicitur ſub figura. Ezech. xvj. Meretricib⁹
dantur mercedes: tu aũt dediſti mercedẽ amatoribus
tuis. vt intrarent ad te. Sequit̃. Propterea meretrix
audi verbũ domini. vñ etiam Roma. j. dicitur. de lu-
xurioſis q quia nõ probauerũt deũ habere in noticia
propterea tradidit eos dñs in reprobum ſenſum. ⁊ in
paſſiões ignominie. ¶ Itẽ habẽtvnũ ꝓpterea p qd au
gmẽtatur erroris cecitas. Vñ animevitijs excecate dr̃
Ezech. xxiij. Propterea inqt dñs quia oblita es mei ⁊
proieciſti me poſt tergũ tuũ: tu quoq̃ porta ſcelus tuũ
⁊ fornicationes tuas. Et Baruch. iij. Diſciplinã inqt
non habuerũt: propterea perierũt. Et quia nõ habue-
runt ſapiam interierũt propter ſuã inſipiẽtiã. ¶ Itez
habẽt vnũ propterea per quod effrenatur ſeua crude-
litas. Ideo de ciuitate ſanguinũ dr̃. Ezech. xxiiij. Pro
pterea hoc dicit domin⁹ ve ciuitati ſanguinũ olle cui⁹
rubigo in ea eſt. ¶ Item habent vnum propterea per
quod eleuatur ſcʒ in ſupbiam cordis fatuitas ſeu oĩs
humilitas. vñ Ezech. xxviij. ꝓpterea hec dicit dñs Eo
qd eleuatũ eſt cor tuũ quaſi cor dei: idcirco ego addu-
cam ſuper te alienos robuſtiſſimos gẽtiuʒ ⁊ nudabũt
gladios ſuos ſuper pulcritudinem ſapiẽtie tue: ⁊ pol
luent decorẽ tuum: ⁊ interficient te. ⁊ detrahẽt te⁊ mo
rieris in terra incircũciſorũ in corde maris. Expone.
¶ Itẽ habẽt vnũ ꝓpterea per qd dãnatur oĩs fideli
tas. Vñ de iuda proditore dicitur. Joh. xix. ꝓpterea q
me tradidit tibi maius peccatũ habet. ¶ Itẽ habent
vnũ ꝓpterea per qd ciuilis equitas diſſipat̃. ſ. iuſtitia
Unde Abacuc. j. Impius preualet aduerſus iuſtũ ꝓpter
ea egredietur iudiciũ peruerſum. ¶ Itẽ habẽt vnum
propterea p quod irritatur dei benignitas. vñ Ezech.
xiij. ꝓpterea hec dicit dominus deus. Faciaʒ erumpe
re ſpiritum tẽpeſtatuʒ in indignatione mea: ⁊ ymber
inundãs in furore meo erit ⁊ lapides pergrandes in
ira in conſumptionẽ. ¶ Itẽ habẽtvnũ ꝓpterea per qd
diſcordat̃ pacis tranqllitas vñ ezech. xxix. ca. ꝓpterea
hec dicit dominus de⁹. Ecce ego adducã ſuper te gla-
dium. et interficiam hominem et iumentum: et erit
terra egypti in deſertũ ⁊ ſolitudinẽ. Sequit̃. Propter
ea ecce ego dabo nabuchodo. regem babylonis in ter-



Ayuntamiento de Madrid

ra egypti.et capiet eam et depredabitur.ꝛc. ¶Item habent vnū propterea per quod procuratur timoris horriditas. quod fit potiſſime ipſis peccatoribus in inferno:qñ ſcʒ ipſi erūt in ꝑpetua formidine ꝛ tremore vnde dānato dicit̃.Job.xxij.ꝑpterea circūdatus es laqueis ꝛ conturbat te formido ſubitanea putabas te tenebras non viſurū ꝛc.¶Itē habēt vnū ꝑpterea per qđ adnullat̃ honor ꝛ dignitas.qꝛ ſcʒ tūc oīs excellētia ꝛ potētia malorū ꝑpter ipſorū ꝓcedentē nequiciā cedet in nihilum vnde.Eccli.x.Propterea exhonorauit dn̄s cōuētus malorꝫ ꝛ deſtruxit eos vſqꝫ in finē. ¶Itē habēt vnū ꝑpterea per qđ captiuat̃ libera volūtas ſeu anime libertas.tūc em̄ ꝑpter ꝓcedentes culpas mali ſeruiꝛ captiui ꝑpetuo tenebunt̃.vñ Eſa.v.Propterea captiuus duct⁹ eſt popul⁹ meus.Et cuilibet pctōri dānando dicit dn̄s.Ezech.xxxij.Propterea inq̄t expādā ſuper te rhete meū:ꝛ extrahā te in ſagena mea.¶Itē habēt vnū ꝑpterea per qđ dilatat̃ inferni vaſtitas .ſ. ad recipiēdū malos:ꝛ maxime diuites ꝛ potētes propter ipſorū ſupbiam vñ Eſaie.v.Propterea dilatauit infernus aīam ſuā:ꝛ aperuit os ſuū abſqꝫ vllo termino:ꝛ deſcēdunt fortes eius.popul⁹ ei⁹.ꝛ ſublimes glorioſiqꝫ eius ad eum.¶Itē hñt vnū ꝑpterea ꝑ qđ aſperatur dulcorꝫ voluntas.qꝛ.ſ.ꝑpter pctā eorū ꝓcedens delicioſitas in amaritudinē ꝯmutat̃ vñ dn̄s de talib⁹ dicit Hiere.xxiij.ꝑpterea hec dicit dn̄s de⁹ exercituū Ecce ego cibabo eos abſinthio ꝛ potabo eos felle per fel em̄ ꝛ abſinthiū intelligitur amaritudo pene eterne que impijs reſeruat̃.vnde Amos.iij.dicitur de terra ideſt de terreo peccatore.ꝑpterea hec dicit domin⁹ de⁹.Tribulabitur ꝛ circuietur terra. ꝛ detrahetur ex te fortitudo tua.et diripientur edes tue.Et ſic ptʒ quomodo propterea ſpectat ad impios ꝛ ad iuſtos.Sufficiat.Uide ſupra de Pre et Eo.

## Propugnare. Propugnaculum.

Propugnacula.ꝑprie ſunt illa opera que in circuitu turrium ꝛ murorum ſolent de lignis ꝛ lapidib⁹ conſtrui propugnando ſecurius contra hoſtes.q̄ dicūtur vt cōmuniter ordinamēta ſicut de turri dauid dicitur Canti.iiij.ꝙ edificata eſt cum propugnaculis.In turri ergo mentis vel anime ꝑpugnacula ſunt virtutes boni affectus ſciētie oratiōes.et cetera ſpūalia bona ꝛc.Uide infra de Pugna.

## Proſpicere.

Uide ſupra vbi aſpicere. et cōſpicere.ꝛ inſpicere.ꝛ infra. vbi reſpicere.Et vbi videre.Intueri.Contemplari et cetera ſimilia.

## Proſequi.

Notāꝙ proſequi idē eſt qđ aliqđ continuando cum diligentia ſequi.Sumitur em̄ vel pro alicuius negocij ꝑcuratione et diligēti continuatione.ſicut cum dicit̃.ꝙ aliquis ꝓſequitur liteʒ ſuam.Aut pro alicuius perſone aſſociatione.Multa ergo poſſent dici de proſecutione bone ſocieatis.ſʒ nō īuenio niſi quatuor autoritates de proſequ.vide ergo vbi.Tractare.Laborare.Expedire et vbi.Societas.

## Proſperitas.

Cum ꝓſperitas nihil aliud ſit ꝙ̄ ſucceſſus rerū pacificus et quietus hinc eſt ꝙ ſm̄ rerum qualitatē poſſum⁹ diſtinguere rerum ꝓſperitatē. Nota ꝙ ſm̄ ꝙ̄ res ſunt. Temporales.Spiritales.ꝛ Eternales.ſm̄ hoc poſſumus dicere.Qđ eſt triplex ꝓſperitas.ſcʒ.Tēporalis ꝛ periculoſa.Spiritalis atqꝫ virtuoſa.Eternalis et ſolacioſa. De proſperitate temporali dicitur in Pſalmo.Noli emulari in eo qui proſperatur in via ſua in homine faciente iniuſtitias quoniam tanꝙ̄ fenū cito decidet ꝛc.De proſperitate cordiali ꝛ ſpiritali dicitur ij.Paralip.xxij.Cred te prophetis eius ꝛ cuncta euenient proſpera.De proſperitate vero ſuperiori ꝛ eternali dicitur in pſalmo.Proſperū iter faciet deus ſalutarium noſtrorū dominus in eis in ſynai in ſancto.Sed quia de proſperitate tēporali ꝛ non de alijs fit principaliter mentio in ſcriptura.doctores etiā de ea precipue faciunt mentionem.Ideo ꝙ̄uis multa de ipſa in multis titulis iam ſint dicta:reſtant tamē adhuc aliqua dicēda de eadem que etiam alio modo dicitur felicitas vel fortuna ꝙ ſcʒ eſt magis timēda ꝙ̄ amanda magis fugiēda ꝙ̄ amplexanda magis negligēda ꝙ̄ diligēda.Iuxta illud quod dicit.Seneca in epiſtola.viij vbi dicit.Ad oē fortuitū bonū ſuſpicioſus pauiduſqꝫ ſubſiſte.Munera enim iſta fortune inſidie ſunt. Nam et fera ꝛ auis aliquo oblectamēto decipiuntur. Ad cōtemptum ergo mundane proſperitatis ꝛ glorie ꝛ fortune notandū eſt qđ iſta ſolet.ſ.

Hominum amiciciam occultare.
Criminum peſtilētiam excitare.
Debilem exiſtentiam vēdicare.
Bonorum prudētiam declarare.
Animi ſapiētiam obfuſcare.
Inferni turbulētiam ꝑſignare.

Primo ergo dico.ꝙ mundi ꝓſperitas occultat hoīm amiciciā.Scđm veritatē em̄ in ꝓſperitate neſcitur q̄s verus eſt amicus. Quilibet em̄ dicit ſe amicū hoīs q̄ eſt in ꝓſperitate.Quia vt dicit Seneca.Amicū ꝓſperitas inuenit:ſed aduerſitas probat.In eſtate em̄ glires veniūt ꝛ vigilant.qui in hyeme dormiunt.In eſtate locuſte ſolent ſaltare:que nūꝙ̄ ſolent in hyeme apparere.Canes vero homini bene veſtito ſolent applaudere.nudum vero ſolent ledere ꝛ mordere.Ad hoīem vero dum habet os vel panem: canis intendere ſolet ſtatim vero quando os dimiſerit:vel quando panem conſumpſerit:ſolet eum dimittere:ꝛ de eo ampli⁹ nō curare.Et ſic manifeſtum fit qđ non ſequebatur hominem:immo panem.Sic vere chariſſimi: dum homo eſt in eſtate proſperitatis:ꝛ dum habet veſtimentum os vel panē bonorū tpalium:multos ꝓculdubio inuenit circa ſe vigilantes:ipm̄ per fictam amiciciam frequentantes:ꝛ ad eius obſequia intēdentes. prouerbi. xviij.Multi colunt pſonam potentis ꝛ amici ſunt dona tribuentis.Statim vero dum ad hyemē aduerſitatis venerit quilibet vadit et dormit:nullus vult circa eum comparere.ꝛ iſto dimiſſo:vnuſquiſqꝫ vadit querere ſi quid poterit alibi acquirere. Prouerbiorum. xiij.Si habueris conuiuet tecuʒ.ſi nihil habueris derelinquet te.Et Seneca epiſtola.ix.dicit. Hac re ſciſs vtilitate florentes:amicorum turba circumſedet.circa euerſos ingēs ſolitudo eſt ꝛc.proſperitas igitur occultat amiciciam quia ſcilicʒ in ꝓſperitate neſcitur quis vere diligit:vel quis ficte.vnde dicit Iſidorus de ſummo bono.lib.iij.Cum quis in proſperitate diligitur: neſcitur an ipſe:vel ſua ꝓſperitas diligat̃ ꝛc. ¶Scđo dico qđ mundi proſperitas excitat criminū peſtilētiā Conſtat em̄ ꝙ homo qui eſt in ꝓſperitate:faciliter labitur ad pctā.Iſta em̄ ſolet.

Cor per auariciam inflammare.
Cor ꝑ ſuperbiam eleuare.
Carnē ꝑ immundiciam maculare.
Mentē ꝑ inconſtātiam eneruare.

Dico ꝙ iſta cor inflāmat ꝑ auariciaʒ.Eſtas em̄ qđ eſt tēpus abundans fructib⁹ ꝛ tēpus feruentiſſimū: intātum quod ſicut dicit Plinius formice ethyopie que ſeruant aurum in eſtate pre calore cauernas ſuas introeunt.et ſic quod diu ſeruauerunt aurum perdunt Aqua etiam dum calce ſuperaſpergitur calorem magnum in ipſo accendit:qui totam calcis ſubſtantiam fumare facit:ꝛ eam in puluerem redigit et diſſoluit. Ignis etiam tanto amplius excreſcit.quanto quis de oleo amplius adiungit.Sic vere in tēpore proſperitatis vbi fructus diuitiarūʒ plus abundant:ꝛ vbi aqua ꝛ oleo ideſt mundi bonorum quis ad plenum aſpergitur.ꝛ lenitur ſolet ardor auaricie amplius calefacere ꝛ hominē in cauernam terrenorum per affectum includere.fumum malorum deſideriorum emittere ꝛ ipſum ab integritate morum deſtituere ꝛ diſſoluere ꝛ aurūʒ quod prius ſeruabat ideſt virtutes quas prius habebat:

bebat:perdere ⁊ amittere vnde Criſoſto.dicit libꝛ.de
curialiũ nugis.Nouerca virtutũ ꝓſperitas:beaculis
ſuis hic taliter obſequiť vt in finẽ perniciẽ operetur.
Iſta ergo inflãmat p auariciaꝫ Qꝺ bene figuratũ eſt.
Apocaľ.xvj.vbi diciť.qꝺ quidã angelus effudit fialam
ſuam in ſole ⁊ datũ eſt ei eſtu affligere homines.Sol
eñ chariſſimi ſignat ſplẽdoꝛẽ mũdane ꝓſperitatis in
quam procerto angelus ſathane fialaꝫ auaricie effun
dit ⁊ ſic homines ibi exiſtẽtes:eſtu maloꝛũ deſiderio-
rum affligit.Iudith.viij.Uenit eſtus ſuper caput ma
naſſe ⁊ moꝛtuus eſt.Iſta ergo inflammat p auariciaꝫ.
¶ Item dico ꝙ iſta eleuat per ſuperbiã.facile eſt eñ
ꝙ homo qui in ſuis actibus ꝓſperať.in ſupbiam ele-
uetur.Aranea eñ qñ ſentit tẽpus ſerenũ:ſolet alte fa
cere telas ſuas econtra autẽ tẽpoꝛe turbulẽto. Aqua
etiã cuiuſdã lacus dicti tritomaci qui eſt in hyperbo
rea:talis eſt conditionis quod ſi quis nouies ibidem
fuerit balneatus : venient ſibi plume et in naturam
volucris conuertetur.vt dicit Ouidius libꝛo.xv.Me
tham.fabula.xxvj.Sic vere illi qui ſerenitatẽ ꝓſperi-
tatis ſibi adeſſe ſentiũt telaꝫ vitioꝛũ in altũ p ſupbiã
faciũt.inq̃tũ ſcilꝫ de ſe immoderate ꝓſumũt ⁊ alios
vilipẽdunt.Illi eñ qui in aqua ꝓſperitatis balneanť
inuolucres.i.in viros ſuperbos mutanť ⁊ ab humana
ſpecie transfoꝛmãtur.Unde de ſuperbo Nabuchodo
noſoꝛ dicitur.Dañ.iiij.Coꝛ eius ab humano immutetur
et coꝛ fere detur ei. Unde petrus rauẽñ. in epła dicit.
quod res inquieta eſt felicitas qꝛ alios in ſupbiam eri
D git.alios p luxuriã diſſoluit hos inflat.hos mollit. ⁊
oẽs deſtruit.Eleuat ergo per ſupbiam.¶ Itẽ dico ꝙ
iſta maculat p luxuriam.Sicut eñ aer coꝛruptus coꝛ
rumpit animalia:ſic ꝓſperitas.Equus eñ impingua
tus recalcitrat:ſic caro p proſperitatem impinguata.
Exẽplum habemus de ſalomone quẽ ſumma ꝓſperi
tate fruente:carnis luxuria depꝛauabat.iij. Regũ.xj.
Item de dauid qui dum eſſet in ꝓſperitate ⁊ pace:ad
ulteriũ perpetrauit.ij.Regũ.xj.Unde dicit Augu.epi
ſtola.xxxvj.c.proſpera huiꝰ mũdi habẽt verã aſperita
tem.falſam iocunditatẽ.certũ doloꝛẽ.incertã volupta
tem ⁊c.¶ Item dico ꝙ iſta eneruat p inconſtantiã. ꝗꝛ
ꝓcerto vt cõiter hõ qui in oĩbus ꝓſperať nunq̃ in vir
tutibus roboꝛať.ſed potius diſſoluitur et eneruatur.
Proſperitas eñ eſt ille fons qui dꝛ ſalmacis. de quo
diciť in ouidio.li.xv.fabu.xix.qꝺ virũ ibidẽ ſe balneã-
tem infeminaꝫ mutat.qꝺ pro tanto dꝛ qꝛ ipm virtus
aque illius ſtatim effeminat.⁊ a virtute virili in femi
neam molliciẽ eum mutat.Sic vere facit aqua mun-
dane ꝓſperitatis:qꝛ ꝓcerto iſta poſſeſſoꝛes ſuos effe-
minat:⁊ a virtute foꝛtitudinis virilis ⁊ ꝯſtantie diſſol
uit.deuiat ⁊ immutat.Sicut eñ diciť ꝓuerbio.j.pro-
ſperitas ſtultoꝛum perdet eos.quia breuiter iſtud eſt
verũ ꝙ proſperitas cũ ſupereffluit ⁊ abũdat:ſolet ho
minẽ effeminare ⁊ diſſoluere:⁊ ad vitia oĩa declina
re.⁊ virtutibꝰ oĩbus ſpoliare.⁊ hoc eſt quod dicit Se-
neca.Oĩa inquit que ſupereffluũt nocẽt :ſegetẽ nimia
ſternit vbertas.rami fructuum onere franguntur Ad
maturitatem nõ peruenit nimia fecunditas.Hoc idẽ
animis euenit quos immoderata proſperitas rũpit.
quia ſcilicet in ſuam iniuriam hac vtuntur. Patꝫ er
E go ꝙ proſperitas excitat criminũ peſtillẽtiã. ¶ Ter-
tio dico ꝙ proſperitas continet debilem exiſtẽtiã. pro
ſperitas enim ſimilis eſt glacici que q̃uis ſplendeat.
faciliter tñ frangitur.iuxta illud Senece in prouerbi.
Uitrea eſt foꝛtuna cũ ſplẽdet frãgiť. Iſta eſt ſicut tela
aranee q̃ cũ magna difficultate ꝯponiť ⁊ tñ facillime
diſſipať.Iſta ẽ ſicut nebula vel ſicut nubes q̃ hoĩes re-
frigerare vř ⁊ tñ facillime caloꝛe ſolis modico effuga-
tur.quia vicꝫ mundi ꝓſperitas licet modo videať lu-
cens.ſplendẽs refrigerãs ⁊ obumbꝛans ipſa tamẽ eſt
ita debilis exiſtẽtie ⁊ nature ꝙ modico ardoꝛe tribula
tionis vel moꝛtis ad nihilum deducitur ⁊ ſubito dum
non cogitat per infoꝛtunium diſſipatur.Iſtud ad lite
ram quotidie videmus.Illos enim quos potentioꝛes
et felicioꝛes aliquãdo vidimus ſubitis infoꝛtunijs mi
ſerioꝛes ⁊ pauperioꝛes aſperimus:Et quos aliqñ vidi
mus regna ⁊ magiſtratus regere.vidimus ſubito de-
perire.Et ideo conſulit Seneca epła.iiij.Noli inquit
huic tranquillitati confidere. In mouendo eñ mare
euertitur ⁊ eodem die quo nauigia luſerant abſoꝛben
tur.Iſta ergo cõtinet debilẽ exiſtẽtiam.¶ Quarto di
co ꝙ iſta cõmendat bonoꝛũ ꝓuidẽtiam.Boni eñ et ꝑ
fecti qui mundi proſperis debite ſciunt vti:per ipa nõ
inficiũtur ſed in melius emẽdantur.multa eñ malis
ſunt nociua que bonis ſunt proficua.Serpẽtes eñ cy-
conias ⁊ ceruos nutriunt:qui tamẽ alia animalia in-
terficiunt.Iuſquiamus etiam pro paſſeribus eſt cibꝰ
qui tamen eſt alijs venenoſus.Stricte eñ vene in paſ
ſeribus non ſinũt iſtum fumũ venenoſum ad coꝛ aſcẽ
dere.Exceſſus etiam caloꝛis in cyconijs ſolet iſtos ci-
bos venenoſos cõſumere ⁊ digerere ⁊ ſic iſtas aues ſo
lent tales cibi non interficere ſed nutrire.Sic hec mun
di proſpera q̃uis de ſe ſint anime venenoſa ⁊ ꝑiculoſa
ſicut ſuperius eſt oſtẽſum bene tamẽ vtẽtibus ⁊ diſcre
te adminiſtrantibus ſunt ſepius fructuoſa.Opoꝛtꝫ ta
men quod iſti ſtrictas venas.i.ſtrictas conſcientias ⁊
ſcrupuloſas habeant:⁊ qꝺ per ardoꝛẽ charitatis fer-
ueant.Tunc enim fumus venenoſus.i.mala compla-
centia de iſtis malis cibarijs ad coꝛ non aſcendit:imo
virtute charitatis totum digeritur ⁊ in ſpirituale ani
me nutrimẽtum tranſit.Sic videtur loqui.Grego.in
paſtoꝛa.vbi dicit.quod ꝑ̃ſentis vite ꝓſperitas idcirco
aliquãdo datur vt ad vitã prouocet melioꝛem.Sancti
eñ ex ꝓſperitate tẽpoꝛali:veniũt ad ꝓſperitatẽ eter-
nam.ps.Proſperũ iter faciet deus ſalutariũ noſtroꝝ
Et merito tales qui hic ꝓſperis indebite vtũtur:eter
nis ꝓſperitatibus priuantur qꝛ hec difficilius eſt ſal-
uari in proſperis q̃ in aduerſis vnde Augu.li. de ver-
bis dñi cap̃.xiij.Magne felicitatis eſt a felicitate nõ
vinci:magne virtutis eſt cum felicitate luctari.Sic er
go patꝫ quod proſperitas oſtẽdit bonoꝛum prouiden
tiam.¶ Quinto dico qꝺ proſperitas obfuſcat animi F
ſapientiam.Proſperitas ergo mundana eſt ille fons
ethyopie qui potantibus obliuionem inducit Eſt ille
fons ſardinie qui fures cecitate percutit. Eſt ille fons
archadie clytonius.qui ſemel bibitus facit abhoꝛre-
re vinum.Eſt ille amnis tracie qui dicitur lynteſtius
qui potantẽ facit tanq̃ ebꝛium titubare quia procul-
dubio chariſſimi:illi qui aquam mundane proſperi-
tatis bibunt.⁊ deum et ſalutẽ ſepiſſime obliuioni tra
dunt.Et quia pꝛopꝛias animas deo furantur viſuꝫ di
ſcretionis ⁊ ſapiẽtie perdunt. Et quod peius eſt vinũ
ideſt conſolationem eterne gloꝛie ⁊ diuine ſapiẽtie vi
lipendunt.et vlterius tanq̃ peſſimi ebꝛij neſciũt quid
faciunt.in veritate titubant.⁊ in vitia cuncta cadunt.
ps.Turbati ſunt ⁊ moti ſunt ſicut ebꝛius:⁊ omnis ſa
pientia eoꝛum deuoꝛata eſt .Et ideo Tullius libꝛo.de
amicicia dicit.Quod non ſolum ipſa foꝛtuna ceca eſt
ſed eos etiam cecos efficit quos complexa eſt.Iſta er-
go obfuſcat animi ſapientiam. ¶ Sexto autem dico
quod iſta precedit inferni turbulentiam.quia procul-
dubio ſicut magnus caloꝛ precedit ⁊ ſignat quandoqꝫ
magnam pluuiam.ſicut ludus delphynoꝛum in ma-
ri:ſignat maris futuram turbulẽtiam. Sicut inſuper
fulica auis in litoꝛe maris ludens ⁊ mane cantans ſi-
gnat futuram tempeſtatem et peſtillentiam:vt dicit.
Iſidoꝛus.⁊ Plinius Sicut inſuper oloꝛ quanto moꝛ-
ti eſt vicinioꝛ tanto eſt letioꝛ: ⁊ fluuius quanto mari
eſt propinquioꝛ:tanto eſt plenioꝛ Sic vere loquẽdo ſpi
ritualiter homo q̃to mundi proſperis eſt magis ple-
nus.⁊ in ipſis mundi leticijs plus iocundus: ⁊ magis
in hoc mundo riſibus atqꝫ luſibus occupatus: tanto
mari ideſt moꝛtis ⁊ inferni amaritudinem facilius in
trat.⁊ tanto tempeſtas damnationis eterne citius ad
uenit ⁊ feſtinat.Unde Innocẽtius.libꝛ.de vtilitate cõ-
ditionis humane dicit.Semper humane leticie. tri-
ſticia repẽtina ſuccedit ⁊ quod incipit in gaudio: deſi



Ayuntamiento de Madrid

nit in merorem. Mundana enim proſperitas multis amaritudinibus eſt reſperſa. Nouit ille qui dicit. Extrema gaudij luctus occupat. Et breuiter chariſſimi iſtud eſt verum. ꝙ affluentia mundane proſperitatis ſignū eſt ⁊ ꝑambulum eterne aduerſitatis. Quia ſm Ambroſium. Continuus ſucceſſus tēporalium. eterne damnationis eſt indicium. Patet ergo chariſſimi ꝙ mundi proſperitas eſt: vt dictum eſt. Eterne peſtillētie deſignatiua. Mētalis ſapientie obſcuratiua. Humane prouidentie declaratiua. Nullius exiſtentie occupatiua. Criminum defluentie generatiua. Fallacis amicicie procuratiua. Iſta ergo ad preſens de ꝓſperitate ſufficiant q̄ in locis ⁊ titulis multis de ipa multipliciter alibi in hoc opere eſt tractatum.

A **Proſternere.** Nota ꝙ ſicut hō corporaliter proſternitur dormiēdo. cadēdo adorando. Sic ſpūaliter homo proſternitur. Quā do dormit in ſpiritualibus. Quando cadit in triſtabilibus. Quando orat in cordialibus. Iſta eſt triplex ꝓſtratio. ſcilicz proſtratio.

Iniquitatis.
Aduerſitatis
Humilitatis.

Primo ergo dico ꝙ aliqui ꝓſternūtur ꝑ iniquitatez Sicut enī draco nō poteſt preualere contra elephantē q̄diu ſit erectus. ⁊ ideo an̄ oīa pedes ei⁹ cū cauda nitit̄ ligare: vt ipm ad terrā poſſit ꝓſternere vt ſic poſſit ꝯtra eū ꝑualere Miles etiam aduerſarium ſuū faciliter vincit: quādo ipſum ad terram deijcit ⁊ proſternit. Accipiter etiam et herodius predam ſuam primo ad terram proſternūt ⁊ poſt ipſam percutiunt ⁊ occidunt. Sic vere diabol⁹ ſumme ⁊ ante omnia nititur hominē a ſtatu gratie et ab erectione contemplationis. inferius ad amorez delitiarum ⁊ diuitiarū detrahere vt ipſum poſſit ꝑ auariciam ⁊ luxuriaz iugulare. Homo enim q̄diu eſt erectus ad celeſtia ⁊ ad deum ꝑ contēplationis deuotionem ⁊ affectionem: a dyabolo non vincitur. niſi prius ad tēporalia detrahatur. ⁊ ad imum ꝑ delectabilia ꝓſternatur. Et ideo anime peccatrici dicitur. Hiere. ij. Subter omne lignū frondoſum proſternebaris meretrix. Et de peccatoribus poteſt dici illud. j. Reg. xiiij. Ecce multitudo proſtrata huc illucꝙ diffugiens. Iſti ergo proſternuntur per iniquitatem. ¶ Secundo dico ꝙ aliqui proſternuntur per aduerſitatē. Et ſic proſternuntur multi de altitudine dignitatum ⁊ proſperitatum mundialium. Inferius ad ſtatum paupertatis et aduerſitatis ⁊ quandoꝙ etiam ad ſtatum mortis ⁊ infernalis calamitatis. Et de hoc. Luce. xix. Circundabunt te inimici tui vallo: et circumdabunt te. ⁊ coanguſtabunt te vndiꝙ. ⁊ ad terram proſternam te. Et bene dicit: inimici tui. quia ſcilicet plures inimici ad iſtam proſtrationem conueniunt. ſcilicet deus ſententialiter iudicando. Demones valde crudeliter accuſando. Mors exequendo. Infernus recipiendo. Biſtarde enim ſunt aues que inter predales computantur. pro eo quod vna cum ſeminibus carnibus veſcuntur. Iſte autem ſingule per ſe aliquod animal non inuadunt. ſed congregate plures ſimul ipſum ad terraz proſternunt ⁊ tunc ipſum deuorant ⁊ occidunt. Sic vere iſti inimici peccatorū ſingulariter eos non puniūt. ſed congregati ſimul. ſcilicet deus. dyabolus. mors et infernus. ipſos proſternunt deijciuut ⁊ affligunt. Unde Deuterono. xxv. Quem dignum plaga iudicabūt proſternent: et coram ſe facient verberari. Iſti ergo ꝓſternuutur per aduerſitatem. ¶ Tertio dico ꝙ quidā proſternuntur per humilitatem. Unde Thobie. xij. c. Proſtrati per tres horas benedixerunt deum. Aper enim non poteſt ledere hominem ad terram proſtratum. Utile eſt ergo vt homo per humilitatem et orationem coram deo ſe deijciat et proſternat: vt aper id eſt diabolus ipſum non deuoret neꝙ ledat. Sic faciebant illi filij iſrael. Judith. vij. Qui videntes multitudinem inimicorum: proſtrauerunt ſe ſuper terrā mittentes cinerem ſuper capita ſua vnanimes orātes. ⁊c.

Patet ergo quod eſt ꝓſtratio Humilitatis. Aduerſitatis. Iniquitatis ⁊c. Uide de ipſis in ſingulis titulis Et vide ſupra de Cadere et de Inclinare Et de Incuruare ⁊c.

**Protegere.** Nota ꝙ protegere idem eſt q̄d defendere vel ſaluare. Idem eſt etiam quod liberare et iuuare. ¶ Sed quia de iuuare. liberare et ſaluare ſatis dictū eſt. hinc eſt quod breuiter de protegere pertrāſibo. Nota ergo quod in ſcriptura parum tractatur de alia protectione q̄ de dei. Ad denotandum quod iſte eſt ſolus adiutor et protector qui ſolus poteſt protegere et iuuare. Geneſis. xv. Ego dominus protector tuus. Lapis enim trianius q̄ in ventre nubis gignitur et cum tonitruo pluitur. dicitur portantem ſe a tempeſtate defendere et a fulgure liberare ſm Dyaſcor Echites etiam lapis nidum aquile a veneoſis reptilibus protegit ⁊ herba que dicitur dracuntea a morſibus ſerpentum defendit. Pinguedo etiam colubri dicitur inunctum a leonibus defendere. Et lapis qui dicitur galaticem dicitur a muſcis hominem liberare. ſicut Plinius et Dyaſcor. dicunt: Sic vere chariſſimi dominus et protector noſter. qui ſcilicet in ventre nubis puriſſime ſcilicz virginis glorioſe fuit generatus. iſte enim illos qui in nido conſcientie ſue ipſum per iugem memoriam reponunt illos qui gratie ſue pinguedine ſe inungunt illos qui per deuotionem et ſpem ipſum continue ſecū gerunt ſolet defendere et protegere a muſca carnalis immundicie et delectatiōis a ſerpente diabolice fraudis et ſuggeſtionis. a reptilibus mundane auaricie et ambitionis. a leonibus humane ſeuicie et tyrannice tribulationis. necnon a tempeſtate et a fulgure eterne anguſtie et infernalis damnationis. Sic videtur protexiſſe ſe dauid cum dicebat in pſalm̄. Protexiſti me deus a conuentu malignantium: a multitudine operantium iniquitatem. Uerumtamen ſicut dux in exercitu non protegit vt communiter: niſi ſuos q̄ ſcilicet non iuuat: immo vulnerat alienos. Delphinus etiam hominem mortuuz ſi non comederit de delphino. dicitur a marinis beluis protegere: ſi vero delphinum comederit ſolet eum attrociter vulnerare et lacerare. Sed vide iſtud exemplum ſupra. Sic deus ſolum ſuos id eſt viros iuſtos qui ſunt de exercitu ſuo iuuat liberat et defendit. Iuxta illud. Eſaie. xxxj. Proteget dominus exercitum iſrael. ꝓtegens et liberans tranſiens et ſaluans. Peccatores autem qui ſunt ab eo alieni: non protegit ſed inuadit. Eccleſiaſti. ij. Ue diſſolutis corde qui non credunt deo. Ideo non protegētur ab eo. Notem⁹ ergo quod deus ſolum protegit.

Sublimiter contemplantes.
Simpliciter conuerſantes.
Sagaciter meditantes
Ueraciter predicantes.
Seduliter inquirentes.
Mentaliter confidentes.
Pacifice conuiuētes.
Iuſtifice preſidentes.

B Dico ergo quod deus eſt protectio ſublimiter contēplantium. Et ideo dicitur. Oſee. xj. Protegam te iſrael. Iſrael enim interpretatur vidēs deum et ſignat contemplatiuos. qui ſcilicet a deo proteguntur. Unde illud predictum. Eſaie. xxxj. Proteget dominus exercitum iſrael. ¶ Item eſt protectio ſimpliciter ſeu humiliter conuerſantium Unde. Prouerbi. ij. Cuſtodiet rectorum ſalutem. ⁊ proteget gradientes ſimpliciter. ¶ Itez eſt proctectio ſagaciter meditantium. pſalm̄. Protegam eum quoniam cognouit nomen meum ¶ Item eſt protectio veraciter predicantium. Unde in perſona predicatoris dicitur Eſaie. xlix. Poſuit os meum dominus quaſi gladium acutum: ſub tegumēto manus ſue protexit me. ¶ Item eſt protectio ſeduliter requirentiuz. vn̄ Eccleſiaſti. ij. Protector eſt omībus exquirentibus ſe in veritate. ¶ Itē eſt protectio

mētaliter

mentaliter confidentiũ.illoꝝ.ſcꝫ qui in deo perfecte confidunt vnde in pſ. Protector eſt omnium ſperantiũ in ſe. ¶ Item eſt protector pacifice cõuiuentium zach.xij.c. Proteget dñs habitatores hierlm: q̄ interpretatur viſio pacis. ¶ Itẽ eſt protector iuſtifice preſidentiũ.vnde Eccli.xxvij. Juſtitia ꝓteget te in ſempiternũ. Iſte eſt igiť verus protector.qꝛ deus refugium factus eſt nobis.adiutor ⁊ protector in tribulatione. pſ. Et ideo in iſto ſolo eſt ſperandum: ⁊ ad eius refugiũ eſt recurrendũ.ſicut faciebat dauid dicens in pſ. Eſto mihi in deũ protectorem: ⁊ in domum refugij vt ſaluũ me facias. Econtra autem in mũdo. Nã in mũdo adiutorijs non inueniť ꝓtectio nec refugiũ. Quis multi dicant illud. Eſa.xxviij. Poſuimus mendaciũ ſpem noſtram.⁊ mẽdacio protecti ſumus. Et ideo de illis qui in mũdi adiutoribus ⁊ protectoribus confidunt: dicitur deriſorie. Deuť.xxxij. Ubi ſunt dij eorũ in quibus habebant fiduciam ſurgãt ⁊ opitulenť vobis.⁊ in neceſſitate vos ꝓtegant.q.d. Iſti nõ poſſunt. ⁊ maxime in iudicio vel in morte. Deus aũt vbiq ꝓtegit.ſ. In mundo. In morte ⁊ In iudicio. ⁊ vbicunq eſt neceſſitas. Quia ſicut diciť. Eccli.vj. Amicus fidelis protectio fortis. Patet ergo quõ deus eſt noſter ꝓtector ⁊ defenſor precipuus ⁊ adiutor. Sed ſi vis dicere quõ prelatus debet eſſe ꝓtector ⁊ defenſor ſubditorũ. Uide ſupra de cherub in illa autoritate. Tu cherub extentus protegẽs ⁊c. Quia ſcꝫ prelatus debet eſſe ſicut Judas machabeus qui protegebat gladio ſuo caſtra. Sicut dicitur.j. Machab.iij.

A **Protinus.** Cum ꝓtinus idem ſit qđ ſtatim propere.celeriter ſeu cito. Notabis ꝙ protinus poteſt ſignificare celeritatem.

| | |
|---|---|
| Humane diligentie. | De hũane diligentia qua |
| Diuine potẽtie ⁊ iuſtitie. | ſcꝫ homo ſtatim ⁊ ꝓtinus |
| Diuine ſapie ⁊ ſciẽtie. | erũpere vult ad bona opa |
| Ardue obedientie. | exequenda.diciť Marci. |
| Fatue inſolentie. | j.ꝙ petrus ⁊ andreas pro |

tinus ſecuti ſunt ieſum.ſcꝫ ſtatim qñ ab eo vocati fuerunt. Dilationẽ enim ſeu ꝓcraſtinationẽ non petierunt: ſed mandatũ protinus impleuerunt. Figurati in Eſau ⁊ Jacob.de quibus diciť Geñ.xxv. Quod vbi primus de vtero natus fuit protinus alter egrediens plãtam fratris tenebat. Nõ enim debet vnus poſt alterũ ad bonũ faciendũ tardare.ſed protinus ſuccedere ⁊ venire. De diuina vero potentia ⁊ iuſtitia.q̄ ſcꝫ malos qñq ſolet ſtatim iudicare ⁊ diſſipare dicitur. Deuť.vij. Nõ ipſe reddit odientibus ſe ſtatim. ita vt diſperdat eos ⁊ vltra nõ differat ꝓtinus eis reſtituẽs qđ merentur. De dei aũt ſapientia ⁊ ſcientia qua ſcꝫ protinus põt mentes hominũ illuminare: diciť Nume.xxij. Mox dñs protinus aperuit oculos balaã ⁊ vidit angelũ. De magnorum obedientia ⁊ ſubiectione patet Geñ.xlj.vbi dicitur.ꝙ protinus ad regis imperium eductum ioſeph de carcere totonderũt. De malorum vero indeliberata acceleratione qua ſine moderamine ad iniquitates prorumpunt: patet Mar. vj.de filia herodiadis: que dixit. Uolo inquit vt protinus des mihi in diſco caput ioannis baptiſte. Non proſequor quia pauce ſunt autoritates. Uide vbi. Statim. Cito Celeriter ⁊ vbicunq agitur de Diligentia ⁊ Obedientia.

A **Prouerbium.** Cũ prouerbium idẽ ſit qđ enigma vel parabola ideſt obſcura locutio.vel idem qđ aliquod ꝓuerbium communiter dictum ⁊ pro lege ⁊ regula promulgatum. Notandum ꝙ prouerbium ſumitur pro

| | |
|---|---|
| Allegorica ꝓpoſitione. | Accipiť dico pro ꝓpoſi |
| Autentica ꝓlocutione. | tiõe allegorica. Et ſic ſu |
| Prophetica pdicatione. | miť Jo.xvj.vbi diciť. Ec |
| Faſtidica deriſione. | ce nũc palam loqueris ⁊ |

ꝓuerbium nullum dicis. ¶ Itẽ pro ꝓlocutiõe autentica. Et ſic dicit.j. Reg.xxiiij. Diciť in antiquo ꝓuerbio ab impijs egredietur impietas. ¶ Item pro editione prophetica. Et ſic dicitur Eccli.xxxix. Occulta prouerbiorũ exquiret ſapiẽs.⁊ in prophetis vacabit. ¶ Itẽ ꝓ deriſione faſtidica Et ſic diciť.iij. Regum.ix ca. Erit iſrael in prouerbiũ ⁊ in fabulam cunctis populis ⁊c. Uide ſupra de fabula.

**Prouidentia.** Nota ꝙ inueniť prouidentia humana.ꝓuidẽtia mũdana.⁊ prouidentia diuina. Prouidẽtia humana eſt qua homo diſcrete ſibi ꝓuidet de neceſſarijs remedijs.cõtra imminentia nocumẽta. Juxta illud Deuť. xxxij. Utinam ſaperent ⁊ intelligerent: ac nouiſſima ꝓuiderent. Exemplo formice ⁊ taxi: qui contra hyemis tempeſtatem ⁊ etiam famẽ ꝓuident ⁊ preparãt ſibi cibos. Exemplo etiaꝫ vermiũ qui dicuntur bombices: qui cũ ſint valde impatientes frigoris: contra algorem hyemis preparant ſibi domos. Exẽplo etiaꝫ caſtorum qui contra putrefactioneꝫ caude que eſt de natura piſcis iuxta aquas ſibi ꝓuident debitas manſiones. Exemplo inſuper gruum ⁊ hyrundinum que anteq veniat hyems vadũt ad calidas regiones. Animalia enim ſolent imminentia ſibi pericula tempoꝝ ⁊ locorum preſentire.⁊ contra illa de opportunis remedijs ꝓuidere. Et ſic deus per iumẽta terre nos docet quod vnumqueq facere conuenit ⁊ decet. Quia ꝓculdubio ⁊ de cibis grẽ ⁊ deuotionis.⁊ de domo celeſtis habitationis ⁊ de regione beatifice mãſionis nobis debemus prouidere: ⁊ ipa per opera bona procurare.ne forte putredo peccati. fames inferni. hyemis eterne dãnationis.⁊ frigus eterne tribulationis nos improuiſos inueniant ⁊ occidãt. Joſue.ix. Prouidimus animalibus noſtris. Et Roma.xij. Prouidentes bona non ſolũ corã deo: ſed ẽt corã omnibus hominibus. ¶ Prouidẽtia mundana eſt illa qua in mũdo officijs ⁊ dignitatibus de perſonis ⁊ pſonis.de beneficijs ⁊ officijs ꝓuidetur. Prelatus enim ſuperior debet ꝓuidere de eccleſijs ſibi ſubiectis de ꝓcuratoribus ⁊ rectoribꝰ idoneis ⁊ diſcretis. Juxta illud Gene.xxx. Juſtum eſt vt aliquãdo prouideã mee domui. Uñ nota ꝙ talis de quo alicui eccleſie ꝓuideť dꝫ eẽ.

| | |
|---|---|
| Imitator diuine bonitatis. | Debet eẽ imi |
| Predicator ſincere veritatis. | tator bonita |
| Moderator ſubiecte cõmunitatis. | tis paterne qꝛ. |
| Uendicator perfecte ſagacitatis. | ſcꝫ talis debet |

eſſe filius.i.imitator dei ⁊ ſanctorum.j. Regum.xvj. Prouidi mihi in filijs tuis regem. ¶ Item debet eſſe predicator veritatis eterne. Uñ.j. Reg.xvj. Prouidete aliquem bene pſallentẽ. ¶ Item debet eſſe moderator cõmunitatis ſubiecte. Nume.xxvij. Prouideat dñs deus ſpũm omnis carnis hominẽ qui ſit ſuper multitudinẽ hanc. ¶ Item debet eſſe vendicator ſanctitatis ſeu ſagacitatis perfecte. Uñ Exo.xviij. Prouide tibi de omĩ plebe viros potẽtes.timẽtes deũ in quibus ſit veritas.⁊ qui oderunt auariciam.⁊ conſtitue eos ⁊c. ibi proprie oñditur quales dñt illi eſſe de q̄bus eccleſijs ꝓuidetur ⁊c. Uide eam expoſitam ⁊ ꝓſecutã ſ.de Eligere vel de cõſtituere. ¶ Prouidentia diuina eſt illa q̄ moderať ⁊ tꝑat vniuerſa. Et ſic deſcribitur ab Orig.ſuper Geñ.li.iij.vbi dicit. Multa ſine volũtate dei geruntur.nihil ſine ꝓuidentia. Prouidentia nanq eſt qua quis procurat diſpenſat ⁊ prouidet q̄ geruntur. Uoluntas vero qua fit aliquid vel nõ vult. Eſt igitur diuina prouidẽtia quedam diuina virtus que cuncta q̄ hic fiunt dirigit ⁊ diſponit q̄ ꝓprie nihil aliud eſt ꝙ q̄dam regula omĩ actuũ humanorũ Sicut enĩ celũ in ſue cõcauitatis ambitu claudit ⁊ cõtinet omnes orbes.⁊ etiam omnia que ſunt in omnibus inferioribus elemẽtis. Sic deus in ambitu ſue ꝓuidentie cõtinet totũ mundũ nec eſt aliquid qđ non oporteat ab ea circũcludi. Nã ſicut celũ ⁊ motus celi ꝑ violentiã trahit ſecũ omẽs orbes ⁊ planetas īferiores q̄ ſtelle erratice nominanť ita ꝙ ꝯtra motꝰ ⁊ curſus ꝓprios ab oriẽte naturali motũ celi ſeq.⁊ ſcḋm ipm voluere cõpelluntť. Sic vere deus ꝑ motũ ſue occulte

ꝓuidētie regit ⁊ regulat omnes orbes.ideſt omnes
homines huius mūdi qui errāt in hoc ſeculo vaga-
bundo q̄uis in terra habeāt diuerſos ⁊ ↄtrarios mo
tus.i.affectus ⁊ actus ⁊ q̄uis ex diuerſis cauſis ſecun
darijs vnus vnū.alius aliud ordinet ⁊ faciat atq̄ ve-
lit oportet tamē ꝙ omnes iſti motui firmamenti dei
ꝓuidentie ⁊ ordinationi cōformenť.⁊ ſiue velint ſiue
nolint ab ipſa ⁊ per ipſam diſponantur totaliter ⁊ tra
hanť.Unde Aug.ſuꝑ Geñ.li.viij.Deus bipartito ꝓ-
uidentie ſue opere preeſt omnibus creaturis.ita vt ſi
ne ſuo iuſſu nihil faciant.Et ſic cum iſto motu firma
menti concurrit etiā motus inferiorū orbiū itaq̄ qui
libet planeta ſimul ⁊ ſemel duplici motu moueť.ſcꝫ
motu firmamenti violenter trahente.⁊ motu ſuo ꝓ-
prio in zodiaco diſcurrente.Sic vere vnaqueq̄ res: ⁊
maxime vnuſquiſq̄ homo duplici motu regiť ſcꝫ mo
tu diuine ꝓuidentie qui ipſuꝫ trahit virtute ſuperio
ri ⁊ motu proprie conditionis ⁊ liberi arbitrij quo ſe
ipm mouet inſtinctu interiori. Iſta eñ duo ſimul in
omi effectu cōcurrunt.ſ.cauſa prima ⁊ cauſa ſecunda
ria.cauſa dei prouidentie.⁊ cauſa humane efficacie.
Qꝛ breuiter ſicut dicit Auguſtinus. Deus ſic res ad-
miniſtrat vt eas ꝓprijs motibus agere ſinat.Iſta exē
plariter poſſumus videre in Nabuchodonoſor deus
enim ordinauerat ⁊ plus q̄ per quingentos annos
ante predixerat populum iſrael per ipm ꝓpter eius
ydololatriam captiuandum.ſicut patet.Eſa.x.Et in
pſ.Super flumina babilonis illic ſedimus ⁊c.immo
etiam ad ipſam captiuitatem faciendam.⁊ ad regna
mundi deſtruenda deus per ſuam occultam prouidē
tiam ipm mouebat.quod tamen ideꝫ nabuchodono-
ſor ignorabat.vnde ſibi dicit dominus Eſa.xlv.Accin
xi te ⁊ nō cognouiſti me.Uerumtamen cuꝫ iſta cauſa
primaria.concurrit in iſta captiuitate cauſa ſecunda
ria.ſ.periuriū regis ſedechie.qui primo ſibi fidelita-
tē ⁊ tributū ꝓmiſerat ⁊ tandem fracto iuramento ab
eo receſſerat ꝓpter qꝺ Nabuchodonoſor ipm cuꝫ po
pulo captiuauit ⁊ eū excecauit.Ecce ergo quō cōcur-
rit ſimul iſte duplex motus.ſ.liberi arbitrij iſtorū re-
gū exterius in cōi execratione.⁊ diuine ꝓuidentie in
terius in diuina diſpoſitione Uñ breuiter Hugo.li.i.
de ſacra.ꝑte.ij.ca.xiij.ſuꝑ iſtud verbū.Sap.vi.Equa-
liter eſt ei cura de omnibus dicit ſic.Eſt ergo ꝓuiden
tia diuina qua deus curat de omnibus operibus que
fecit.⁊ qua prouidet ſingulis.vt vnicuiq̄ qꝺ ſibi debeť
eueniat.⁊ non ſolum ſuis que bona ipſe fecit. ſed etiā
alienis que mala ipſe non fecit ſed fieri permiſit ne-
ceſſe eſt eñ vt omnia diſponat. vt in regno ſuo nihil
ſit.quod debitam ordinationem euadat. Ut ergo bre
uiter ad aliquos actus diuine ꝓuidentie particulari
ter deſcēdamus notādū eſt ꝙ ꝑ occultā dei ꝓuidētiā
Mentes diſponuntur.
Actus diriguntur.
Fortune mutantur.
Caſus ordinantur.
Iudicia dei alternantur ſeu variantur.

D ¶ Primo ergo dico ꝙ ꝓuidētia dei eſt mentiū diſpo
ſitiua.Sicut eñ virtus agēs diuerſimode agit in ma
teriam.ſm hoc diuerſas ſortiuntur complexiones.⁊
inde fit ꝙ per virtutē celi ⁊ per officia ſtellaꝝ occulte
in cōceptione ⁊ natiuitate hominū opatur cōplexio
nes varias.ſic ſm ꝙ occulta dei ꝓuidētia diuerſimo-
de in hoībus operať.ſm hoc mentis cōditiones mu-
tanť ⁊ diſponunť.Sicut eñ dꝛ.Prouer.xvi.Spūum
moderator eſt dñs.Et inde fit ꝙ quidam ſunt diſpoſi
ti ad vnā ſcientiam.alij ad aliā ⁊ cetera ſimilia.Om-
nia eñ iſta operať vnus ⁊ idem ſpūs.per ſuam occul
tā prouidentiā diuidens ſingulis prout vult.i.Cor.
xij.Et ſm hoc quoſdā ad penitentiā remollit. Alios
vero ad damnationē indurari ⁊ obſtinari permittit.
Ignis eñ terrā mollem ⁊ argillā cōſueuit indurare.
Ferruꝫ vero durū cōſueuit liquefacere ⁊ mollire.Sic
vere dei prouidētia aliquando illos qui ſunt molles.
ideſt deuoti:teneres ⁊ clemētes indurari per indeuo
tionem ⁊ obſtinationem permittit.Illos vero qui du
ri ſunt ⁊ obſtinati ad penitentiam remollit ⁊ conuer
tit.Sicut eñ diciť Roma.viij.Cui vult miſereť deus
⁊ quem vult indurat.Nō preſumat ergo iuſtus. quia
poteſt damnari.ſed qui ſtat videat ne cadat.Nec de-
ſperet iniuſtus.quia poteſt ſaluari.ſed qui cecidit ac
celeret vt reſurgat. Teſte eñ Gregorio. Timendum
eſt ne nobis cadentibus.reſurgat.qui nobis ſtantibꝰ E
irridetur.Iſta eſt ergo mentium diſpoſitiua. ¶ Se-
cundo dico ꝙ eſt actuū gubernatiua. A domino eniꝫ
dirigūtur greſſus viri ſicut diciť in pſalmis. Quia ſi
cut dicitur Hieremie.x.Scio domine quoniam non
eſt hominis via eius.⁊ viri vt ambulet ⁊ dirigat greſ
ſus ſuos.Lux eñ que occulte penetrat vniuerſa occul
te cauſat vitam ⁊ motus animalium vt dicitur in li-
bro fontis vite.Sic vere deus occulte cauſat vel effe-
ctiue vel permiſſiue motus ⁊ opera omniū mortaliū
ſicut diciť Eccli.x.In manu dei poteſtas hominis. ⁊
inde eſt ꝙ ſicut auceps in manu tenens auem nō per-
mittit eam currere ꝓ libito ad quamlibet predaꝫ. ſed
tantū ad illā quā ipſe vult.Sic deus tenens actus hu
manos non ꝑmittit eos facere quicquid volunt quin
immo deus ipſos ꝑ multos modos ſue occulte ꝓui-
dentie impedit ⁊ compeſcit ⁊ quouſq̄ diſpoſuerit at
tingere ad deſideriū nō ꝑmittit.Deus eñ ſemper in
tendit ad finem meliorem.Ille eñ ante cuius oculos
mille anni ſunt ſicut dies heſterna que ꝑterijt de ma
lis operibus ſcit in futurum bona elicere ⁊ ſic ſepe
bona opera vel impedit vel expedit. ⁊ mala etiam
quandoq̄ fieri.bona vero omitti permittit.quādo ex-
inde in futurum aliquid bonum ⁊ vtile ſequuturum
cognoſcit.Et ſic ſm hoc deus peccare quandoq̄ per-
mittit hominem.vt tandem fragilitatem ꝓpriam re
cognoſcens.⁊ ad penitentiam reuertens. efficiať me
lior.Permittit etiā deus ſm hoc tyrannos ſeuire. vt
ꝓbata per eos virtus ſanctorū efficiať clarior. Per-
mittit etiā q̄nq̄ bonos in hoc mūdo tꝑaliter langue
re.vt ſpūs eoꝝ efficiať ſanctior.Et loquiť. Orige.ſuꝑ
illud Nume.xxij.Stetit angelus cōtra balaā ⁊c.Pro
uidentia inquit dei ita omnia diſpoſuit ꝙ nihil otio
ſum remiſit. Maliciam non fecit.inuentam tamen
ab alijs non prohibet licet poſſit.Si enim malicia nō
eſſet virtus contrarium non haberet. Tolle maliciā
fratrum ioſeph ⁊ ipſius carcerem ⁊ laborem. tunc ſo
mnium pharaonis non exponitur nec regioni de vi-
ctualibus prouidetur.nec pater cum filijs veniunt in
egyptum.⁊ ſic facta in mari rubro ⁊ in deſerto mira-
cula non complentur.Tolle balach maliciam ⁊ non
erunt prophetie balaam.Tolle iude proditionem:et
paſſio chriſti ceſſat.Tolle aſtutias dyaboli ⁊ marty-
res minime coronantur.Non ſolum enim bonis vti
tur deus ad opus bonum.ſed etiam malis.ſunt enim
vaſa ad honorem.ſunt vaſa ad contumeliam vtraq̄
tamen neceſſaria.Hec Orig.Et ſic ergo dico quomo
do deus permittit fieri mala pro eo qꝺ ſcit exinde eli-
cere bona vel meliora.Et ſic dico qꝺ prouidētia dei eſt
actuum gubernatiua. ¶ Tertio dico qꝺ iſta prouidē F
tia eſt fortune commutatiua.quia.ſ. dei prouidentia
ſubito dum non ſperatur pauperes facit diuites. et
econuerſo diuites facit pauperes.Et primo qꝺ pau-
peres fiant diuites patet .Sicut enim per occultam
ignis virtutem lapis q̄nq̄ in es vel in aurum conuer
titur.ſicut diciť Iob.xxiij.Lapis ſolutus calore in es
vertitur.Sic vere per occultā dei ꝓuidentiā ſepe fit
qꝺ pauper vilis ⁊ deiectus in virū potentem ⁊ nobi-
lem cōmutatur.Deus eñ pauperibus ⁊ depreſſis.et
omi tꝑali auxilio deſtitutis ſolet melius q̄ alijs ꝓui
dere ⁊ de ipſis curā gerere ⁊ habere pſ.Tibi derelictꝰ
eſt pauꝑ.orphano tu eris adiutor Cuius exēplū habe
mus in pullis coruoꝝ.qbꝰ ꝓpter carentiā plume ni-
gre a parētibus derelictis.deus illis ꝓuidet ⁊ rore ce
li mirabiliter eos paſcit.ſtatim vero q̄ſi a parētibus
acquiſita

acquiſita pluma⁊ nigredine nutriuntur predicta dei prouidentia viduant.⁊ nequaq̄ amplius rore celi recreant. Sic vere chariſſimi generaliter loquēdo illis qui ſunt ⁊ parentū ⁊ amicorū auxilio deſtituti deus ex rore celi. idest ex ſui ſpeciali gratia de neceſſariis prouidet. dicēs illud Gen.xxvij. In rore celi ⁊ in pinguedine terre erit benedictio tua. Pauper ꝟo a deo ſic prouiſus dicet illud ps. Pater meus ⁊ mater mea dereliquerunt me dominus aūt aſſumpſit me. Potiſſime aūt apparet virtus in vno occulte dei prouidentie miraculo erga pauperes ⁊ depreſſos. Quia ſepiſſime fit ꝙ illos qd ad alicuius depreſſionem per maliciosos conſtituit in ipſius promotionem ⁊ comodū per dei occultam ꝓuidentiam commutat. Linx enim vrinam habet valde medicinalem.⁊ ideo homini inuidens ipſam ſub terra abſcōdit. ne.ſ. inueniri ab homine poſſit. vbi tamen nocere homini credit eidē magis proficit. qr occulte per virtutem celeſtem illa vrina occultatione huiuſmodi mediante in precioſum lapidē multo magis hominibus proficuū conuertit atq̄ trāſit. Sic vere ſepe fit ꝙ aliqui moti inuidia nituntur quicquid boni poſſunt in aliis impedire. Sȝ qd ipi ad malum finem faciūt. diuina prouidentia ſolet in melius cōmutare. Exemplo fratrū ioſeph qui dū ipm Joſeph vendere ⁊ deprimere voluerunt. ipſum dn̄m egypti occaſionaliter effecerūt. Unde etiā ipſe dixit fratrib⁹ ſuis. Gen.l. Nunquid inquit poſſumus reſiſtere dei voluntati: vos cogitauiſtis in me malū ⁊ deus ꝯuertit illud in bonū vt exaltaret me ſicut im preſentiarū cernitis. Facit ergo dei ꝓuidentia pauperes ſubito diuites. Sed adhuc dico ꝙ iſta facit diuites qui in ꝓpriis auxiliis non diuinis cōfidunt ſubito pauperes. Deus enī videns qd diuitie ⁊ mundi ꝓſpera ſunt hominibus cauſa ruine.⁊ diuerſo⁊ etiam pctōrum occulte per infortunia diuerſa ſubtrahit eis ⁊ eos ad paupertatem ⁊ aduerſitatem venire ꝑmittit ⁊ illud qd cauſa erat eis peccandi vel etiā aliis nocendi.ſ. diuitias ab eis aufert ⁊ tollit. Sicut enī virtus lune occulte replet oſſa medullis ⁊ maria aquis. ſic etiā occulte ſolet ea vacuare ⁊ ab omni abundantia minorare. Sic vere deus nō ſolum pauperes replet ꝑ ſuam occultā prouidentiā ⁊ cumulat immo etiā quādoq̄ per ſuā occultā influentiā diuites euacuat ⁊ denudat. Iſte enī depoſuit potentes de ſede ⁊ exaltauit humiles. Iſte enī pauperē facit ⁊ ditat hūiliat ⁊ ſubleuat ſicut dicit.j. Regū.ij. Et ſic ergo dico quod dei

G ꝓuidentia eſt fortune cōmutatiua. ¶ Quarto dico ꝙ iſta eſt caſuum introductiua. Omnes enī mundi caſus a dei prouidentia originaliter veniūt ⁊ ꝓcedunt. Caſus enī ⁊ fortuna. nō ſunt niſi effectus prouidentie dei occulte. Quia ſicut multi vidētur rerum effectus quorū cauſe penitus neſciunt. ſicut patet de ferro qd trahit a polo artico ⁊ adamante. de echino qui detinet nauem ⁊ cetera ſimilia: Quis dicat ſcriptura ꝙ nihil in terra ſine cauſa fit. ſicut dicit. Job.v. Sic vere effectus diuine prouidentie videmus cauſas vero penitus ignoramus ⁊ inde eſt qd vnū videmus occidi. alium ſubmergi. alium ſuffocari. aliū iugulari. Unū videmus deprimi aliū ſublimari. vnū deponi. alium promoueri. Omnia enī a dei prouidentia veniunt.⁊ omnia ab eo iuſte fiunt. Quis cauſa quare fiunt nobis pro iſto tempore ſit ignota. Unde de morte hominis dicit. Sap.iiij. Uidebunt inquit finem ſapientis. et non intelligent quare minuerit eū deus. Et inde de caſibus dicit Hiero. Omnia prouidentia dei agunt.

H ⁊ qd credit eſſe pena medicina eſt. ¶ Quinto dico ꝙ eſt ſalutis alternatiua. Per dei enim prouidentiam. diſpoſitionem. preſcientiam predeſtinationem ⁊ ſapientiam fit quare vnus damnatur. alius ſaluatur. Unus ad deo eligitur.⁊ alius reprobatur. Sicut enī dicit Pli. Filij cattulo⁊ ⁊ canū ⁊ ſuū. eodē ordine ſugunt mammas. quo in vtero matris primi vel vltimi extiterunt. Sic vere dico qd homines ſm̄ illum ordinem qui ab eterno in ventre occulte dei predeſtinationis ⁊ prouidentie fuerunt diſpoſiti ⁊ locati ⁊ ad vitā vel ad interitum ordinati ſm̄ hoc iſti ad vbera paradiſi primi ⁊ vltimi admittunt vel per damnationem ab eis penitus repellunt. Teſte enī Grego. Moral. xxviij. Quicquid foris venturū eſt in opere. iā intus eſt factū predeſtinatione. A deo enī dependet vtrūq̄ ⁊ ſalus bonorū ⁊ damnatio reprobo⁊. Unum preuidet ex miſericordia aliud vero ex iuſtitia. Unū preuidet effectiue. Aliud preuidet permiſſiue. Unū preuidet predeſtinando aliud preuidet preſciēdo. De hoc Aug. li.iiij. de vnico baptiſ. dixit. qd in illa ineffabili dei preſcientia multi qui foris vident intus ſunt. Et ſic ergo patet quō prouidentia dei in altitudine ſua aſſumpta. eſt ſalutis moderatiua. Caſuum ordinatiua. Fortune cōmutatiua. Actuum gubernatiua. Cordium diſpoſitiua. Uide ſupra de iudiciis diuinis.

## Prouincia.

Cum prouincia ſit certa ⁊ diſtincta orbis terrarū portio ſeu etiā certa terre ꝑpli diſtinctio. ⁊ diſtincta gentis habitatio moribus ⁊ dn̄io differens ⁊ loquela. Poſſumus dicere qd referendo ad moralia multe poſſunt ꝓuincie reperiri. vicȝ Prouincie. A

| | |
|---|---|
| Interiores. | Interiores ſunt in animo. |
| Exteriores. | Exteriores ſunt in mundo. |
| Superiores. | Superiores ſunt in celo. |
| Inferiores. | Inferiores ſunt in inferno. |

¶ Primo ergo dico qd ſunt ꝓuincie interiores.⁊ iſte certe ſunt prouincie regni anime.ſ. voluntas ratio. ⁊ memoria. In tres equaliter ptes prouinciaȝ diuides. In prouincia voluntatis viget honor ⁊ potentia. Iſta eſt enī caput regni. qr.ſ. voluntas eſt potentia libera. alie ſunt potentie ſeu ꝓuincie ſerue. Populi autem iſtius ꝓuincie ſunt bona deſideria ⁊ affectus. De quibus.j. Eſdre.ij. Hi ſunt aūt ꝓuincie filij. Iſta ꝓuincia qn̄q̄ per hoſtes.ſ.p demones ⁊ peccata capit. prauis legibus imbuit. crudeli tyranno.ſ. carni. mundo vel diabolo ſubijcit.⁊ tributis malo⁊ affectuū per malā cōſuetudinē ſubiugat.⁊ ſic de libertate i ſeruitutē. de dn̄io in captiuitatē mutat. Et ſic lamentabat Hieremias. dicens. Tren.j. Facta eſt quaſi vidua domina gentiū princeps ꝓuincia⁊ facta eſt ſub tributo. In ꝓuincia intellectus vel rōnis viget ſenſus ⁊ ſciētia. ſicut enī videmus qd in vno regno nō in omi ꝓuincia ſtudia literarum vigent. ſed ſolū in aliquibus que ad hoc magis ydonee ſpecialiter eliguntur. Unde etiā in regno iudee ſolebat eſſe cariathsarbe. q̄ interpretat ciuitas literarum. In talibus ergo ꝓuinciis ſcȝ intellectu ⁊ rōne ſenſus habitant ⁊ ſcientia. quibus.ſ. tam iſta ꝙ omnes alie ꝓuincie anime gubernātur. Unde Heſter.iij. Litere miſſe ſunt per curſores regis. ad vniuerſas prouincias. In prouincia memorie viget diſciplina ⁊ obedientia. Iſta eſt enim vbi eſt memoria beneficiorum dei. maleficiorum ſui. neceſſitatum proximi mandatorum legis ⁊ prelati. Judith.xi. Diſciplina tua omnibus prouinciis predicatur. Et breuiter iſte ſunt prouincie xp̄i in quib⁹. ſcilicet ſolet in regno anime dominari. Sic eſt tamen qd iſte prouincie diuerſis vitiis aliquotiens occupantur. ita qd iſtius regni nobilitas ⁊ integritas. concordia ⁊ etiā in trāquillitas diſſipatur. ipſeq̄ rex chriſtus exinde foris exulat ⁊ vagatur. Unde de hoc poteſt exponi illud Eccleſiaſtes.x. Si videris calumnias egenorum ⁊ violenta iudicia.⁊ ſubuerti iuſticiam in prouincia non mireris. quia excelſior alius eſt ⁊ ſup hoc quoq̄ alij eminentiores. ⁊ alij in ſuper vniuerſe terre rex imperat ſeruienti. Pȝ ergo qd ſunt ꝓuincie interiores. ¶ Secundo dico qd ſunt prouincie exteriores. ⁊ iſte nihil B aliud ſunt ꝙ varij ſtatus huius mundi. Status ſecularium que.ſ. ſi bene reguntur boni ſunt ⁊ econuerſo. Aduerte tamen qd in iſtis ꝓuinciis quandoq̄ dn̄ant iniqui pncipes iudices ⁊ plati crudelitati ⁊ auaricie. dediti ⁊ intenti. ſub quo⁊ certe regimine tyrannia do

Ayuntamiento de Madrid

minaꝝ.et virtus et iuſticia in his ꝓuincijs adnullaꝝ: Dyabolus em̄ ꝓprie figuraꝝ in illo rege aſſyrioꝝ: ⁊ i aman ꝓncipe regni ſui.q.ſ.ſicut dicitur: Heſter.iij.in oībus regni ſui prouincijs ordinauerant iudeoſq̄ ſoli colebant deum vna die interfici.alioꝝ aūt demonioꝝ cultores non interfici.ſed ſeruari. Quia reuera chariſſimi rex aſſyrioꝝ diabolus cū aman principe regni ideſt cum mundi malis principibus ⁊ tyrānis bonos ⁊ deum colentes ſtudent de iſtis ꝓuincijs eneruare.⁊ de mundi ſtatibus eradicare. Malos vero q̄ peccando demonia colunt ibi preficere ⁊ ſeruare. Verūtamen ſicut tunc iſti iudei ad mortē damnati: ⁊ a deo miraculoſe ſunt liberati mali vero q̄ ſe ad ipſoꝝ interfectionē parauerāt trucidati. Sic vere dico ꝙ finaliter deus bonos liberat.⁊ iſtos male in his ꝓuincijs dn̄antes eradicat atq̄ dānat. Et ſic dicamus dn̄o illud Hiere.x. Effunde indignationē tuam ſup gentes q̄ te nō cognouerūt.⁊ ſuper ꝓuincias q̄ nomē tuū nō inuocauerūt.q2 deuouerunt iacob.⁊ comederunt eū ⁊ conſumpſerūt ⁊ decus eius diſſipauerūt. Iſte ergo ſunt ꝓuincie exteriores. ¶ Tertio dico ꝙ ſunt ꝓuincie ſupiores. Et iſte procerto ſunt prouincie paradiſi.ſ.diuerſi ſtatus ⁊ habitacula beatoꝝ in quibus.ſ. deus ⁊ angeli principanꝝ.q.ſ. beatos qui illuc vadūt fouent diligunt ⁊ ſectanꝝ. Vn̄ Heſter.ix. Nā ⁊ prouinciaꝝ iudices extollebāt iudeos. ¶ Quarto vero dicā ꝙ ſunt ꝓuincie inferiores.i.patrie ⁊ vrbes infernales que.ſ.ꝓuincie ⁊ habitacula ſunt diuerſa diuerſis.ſcꝫ ſm̄ diuerſa demerita cōſtituta. Iſte aūt ſunt ꝓuincie ſimiles illi ꝓuincie que ſm̄ ſolinū dr̄ aptoforon. vbi ſcꝫ ꝑpetua eſt nox.grando.nix.pluuia ⁊ tēpeſtas. Unde de tali ꝓuincia dici pōt illud. Heſter.iiij. In omnibus quoq̄ ꝓuincijs opidis ⁊ locis ad que crudelis regis dogma ꝑuenerat planctus ingens erat apud iudeos ieiunium vlulatus ⁊ fletus. Sic igiꝝ patet quomodo in bono ⁊ in malo prouincia poteſt ſumi.

A **Prouocare.** Nota ꝙ prouocare idēꝫ eſt qđ inducere excitare vel aliquem ad aliquid animare. Et pōt accipi in bono ⁊ in malo. In bono em̄ ꝓuocanꝝ iuſti ad benefaciendū. Prelati em̄ ⁊ predicatores dn̄t monitionibus ⁊ exemplis populū excitare ⁊ ad bonū viriliter ꝓuocare. Exemplo aquile que volitās ſuper pullos ipſos ꝓuocat ad volandū. Exemplo equi quē miles clamādo.⁊ alius tubicinādo prouocat ad currendū. Exemplo elephantū quos per oſtenſionē ſanguinis homines ꝓuocant ad pugnandū. Quia vere chariſſimi qn̄ videmus viros iuſtos ante nos volitando exēplariter precedere. qn̄ audimus tubā predicationis aures nr̄as cōcutere qn̄ videmus ſanguinē dn̄ice paſſionis oculis nr̄is ſe ꝑſidere.ſtatim debemus ad volatū contemplationis animari ad curſum boni opis excitari ⁊ ad bellū fortis dimicationis cōtra vitia ꝓuocari. De ꝓuocatiōe em̄.⁊ ad cōtemplatiue volandū diciꝝ Deuꝫ.xxxij. Sicut aquila prouocans ad volandū pullos ſuos ⁊ ſup eos volitans. De ꝓuocatione ad operandū dr̄. Heb.x. Cōſideremus inuicē in prouocatione charitatis et bonoꝝ opeꝝ. De ꝓuocatione vero ad pugnandū dr̄. Dan.xj. Prouocabiꝝ rex auſter ad prelium ⁊c. Sic ergo dico ꝙ prouocatio ſumiꝝ in bono. ¶ Sed adhuc

B dico qđ ꝓuocatio ſumiꝝ in malo.⁊ ſic cōiter ꝑ ꝓuocatione ad iram vel ad peccatū accipiꝝ. Quia ſicut dr̄. Prouer.xxx. Qui ꝓuocat rixas producit diſcordias. Quidam em̄ ſunt ita peſtiferi ꝙ hoīes ꝗꝗ pacificos ⁊ benignos.ꝗꝗ iuſtos ⁊ ſanctos ſuis ſtimulationibꝯ ad iracundiā ꝓuocant. Exemplo fenēne q̄ exprobrauit anne ꝙ cōcluſerat dn̄s vuluam eius: ⁊ ita prouocabat eā.j.Reg.j. etiā ſuis malis exemplis ⁊ inductionibus ad pctm̄ incitant. Prouer.xij. Os inſipientis prouocat ſtulticiā.⁊ etiam ipſm deū patientiſſimum ſuis malis opibus ad coꝝ odiū ⁊ indignationē inuitant.exemplo cornicis q̄ aquilam ꝑ multos horribiles clamores ꝓuocat ad eam occidendam. exemplo etiam elephantis quiꝗuis ſit animal valde mite.aliquando tamen prouocatur ad grauiter iraſcendum. Ideo de malis ⁊ predonibus diciꝝ. Job.xij.ꝙ abundant tabernacula predonū qui audacter procant deū cum ipſe dederit omnia in manu eorum. Et ideo nota hic ꝙ aliqui prouocant deum

Proteruiter contradicendo.
Carnaliter concupiſcendo.
Verbaliter decipiendo.
Crudeliter officiendo.
Moraliter deficiendo.

Prouocāt dico deū cōtradicendo proteruiter. ⁊ ſic diciꝝ. Deuꝫ.ix. Memento quō ad iracundiam prouocaueris dominum in ſolitudine ſemper aduerſus dominum contendiſti nā in oreb prouocaſti eum. Oreb aūt locus eſt vbi manauerunt aque cōtradictionis ſicut diciꝝ Nume.xx. ¶ Itēꝫ ipſm prouocant concupiſcendo carnaliter. Unde diciꝝ Deutero.ix. In ſepulcris concupiſcentie prouocaſtis dominū. ¶ Item decipiendo verbaliter. Unde Job.xxxvj. Simulatores ⁊ callidi ꝓuocant iram dei. ¶ Item officiendo ſeu interficiendo crudeliter. Unde de manaſſe de quo diciꝝ.iiij.Reg.xxj.ꝙ ſanguinem multū fudit.diciꝝ.iiij.Regū.xxiij. Non eſt auerſus furor domini propter irritationes quibus prouocauerat eū manaſſes. ¶ Item deficiendo moraliter. Unde Treń.iij. Nos inique egimus ⁊ ad iracundiam ꝓuocauimus. Et hec de prouocatione ſufficiant ⁊c. Uide de Iracundia ⁊ cetera.

**Prout.** Cum prout accipiaꝝ pro ſicut.⁊ ſic ſemper ſignificat aliquā regulā directiuā. Notabo ꝙ quilibet prudens debet ſequi ſuum prout ideſt ſuam regulam ⁊ exēplar ad quē ipſe debet moderari: corrigere ſeu dirigere facta ſua. Habeat igiꝝ ⁊ reſpiciat Unum prout. A

Debite congruitatis.
Attente neceſſitatis.
Proprie poſſibilitatis.
Prelate autoritatis.
Mutue fraternitatis.
Infime capacitatis.
Diuine ſublimitatis.
⁊ ſpontaneitatis.
Voluntarie libertatis.

Dicam igiꝝ ꝙ vir prudēs ſequitur vnū prout ⁊ vnā regulā honeſte cōgruitatis. Cōgruitas em̄ locoꝝ tempoꝝ: perſonaꝝ: negocioꝝ ⁊ reruꝫ dn̄t cuilibet eſſe vnū prout: ⁊ vna lex: ⁊ vna regula ſm̄ quā ipſe debet dirigere facta ſua. Unde de tali cōgruentia dr̄.ij.Eſdre.j. Qđ filij iſrael aſſauerūt phaſe igne prout oportebat.i.ꝓut negociū requirebat.⁊ de cōgruentia tp̄is dr̄.j Mach.viij.vbi loquiꝝ de equis federis initis īter romanos ⁊ iudeos qđ auxiliū ferret romanis gens iudeoꝝ prout tp̄s dictauerat.⁊ econuerſo ſi bellū iudeis contingat: adiuuabūt romani prout tp̄s permiſerit. ¶ Item dico qđ prudens ſequiꝝ vnā regulā: vnū prout attente neceſſitatis. ⁊ iſtud certe tūc debetꝰ fieri qn̄ alicui pretextu elemoſyne.pietatis ſeu etiam diſpenſationis ⁊ diſtributiōis aliquid cōmittiꝝ.q2.ſ.tunc prout requirit neceſſitas indigentis debet concedere plus vel minus. Unde Act.ij.dr̄ qđ precia rerum per diſcipulos diuidebanꝝ omnibus ꝓut cuiq̄ opus erat. idem dr̄ Act.iiij. ¶ Item prudens ſequitur vnā regulā vnum prout ꝓprie poſſibilitatis.q2.ſ.ſm̄ vires noſtras ⁊ prout requirit facultas noſtra nos debemus alijs diſtribuere plus vel minus.exemplo.ſ. Thobie. De quo diciꝝ Tho.j.qđ ipſe diuidebat vnicuiq̄ prout poterat de facultatibus ſuis.⁊ Act.xj.dr̄ qđ diſcipuli prout quiſq̄ habebat ꝓpoſuerunt ſinguli in miniſteriū. ¶ Item prudens ſequiꝝ vnā regulam.vnū ꝓut ſuperne autoritatis.q2.ſ.iſte debet cōformare voluntatē ſuā voluntati ⁊ mandato dei ⁊ ſupioꝝ ſicut ſcꝫ dr̄.ij.eſdre.vij. qđ rex mādauit dari in vſus iugis ſacrificij frumētū: ſal.vinū ⁊ oleū ꝓut ſacerdotes q̄ ſunt in hieruſalē dictauerūt cōſumi quotidie. ¶ Itē prudēs ſequiꝝ vnā regulā vnū ꝓut mutue fraternitatis. Unde Luce.vj.dr̄. Prout vultis inquit vt faciāt vobis homines ⁊ vos facite illis ſiliꝝ. ¶ Itē prudēs ſequiꝝ vnā regulā vnū ꝓut infime capacitatis.q2.ſ.ꝓut videt qđ diſcipulus eſt ſufficiens

C

Ayuntamiento de Madrid

ſufficiens retinere ⁊ capere. debet doctor ⁊ prelatus predicare docere atq; dicere. Unde de xpo dr Math. iiij. ꝙ loquebať eis verbum prout poterant audire. Et Ephe. iij. Prout poteſtis legentes intelligere ⁊c. ¶ Item prudens ſequiť vnam regulam: vnum prout diuine ſublimitatis. quia. ſcȝ ſm ꝙ ipſe videt eſſe deo placitũ ⁊ acceptũ debet exequi facta ſua. Exemplo. ſ. apoſtolorum de quibus diciť. Act. ij. ꝙ ipſi ceperunt loqui varijs linguis prout ſpũſſanctus dabat eloqui illis. ¶ Item etiam deus habet propriam voluntatem pro regula. quia ſicut dr. ij Mach. xv. Ille prout illi placet dat dignis victoriam. Item prudens ſequitur vnam regulam vnũ prout voluntarie libertatis. q. ſ. voluntarie nõ coacte facit bonũ. Uñ. ij. Cor. ix. Unuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo. nõ ex triſticia aut ex neceſſitate. Hylarem enĩ datorem diligit deus. ſic ergo patet quomodo prout ſignat conformitatẽ prudentium ⁊ iuſtorum quia. ſ. ipſi ſe conformant regulis virtuoſis. De mala vero regula ⁊ conformitate poteſt dici peccatoribus illud. j. Cor. xij. Scitis inquit quoniam cũ gentes eſſetis ad ſimulacra muta prout ducebamini euntes. Sufficit autẽ de prout. Uide infra de ſicut. ⁊ de Quaſi. ⁊ de Ut ⁊ ſimilibus.

A

## Proximus.

Cum proximus dicať ille qui ſanguinitate vel affinitate vel vicinitate alicui eſt coniunctus notandũ ꝙ proximos poſſumus intelligere omnes illos qui nobis ꝑ fidei vnitatem. vel per religionis ſtatus communitatem. vel per patrie identitatẽ aliqualiter ſunt coniuncti vel etiam per nature cõformitatem. Et ſic poſſumus notare qđ in ſcriptura inuenitur. Proximus

Admirandus.
Uenerandus.
Honorandus.
Diligendus.
Corrigendus.
Negligendus.
Dirigendus.
Precauendus.
Preuidendus
Metuendus.

Omnes enim iſtos proximos habet homo dũ militat in hac vita. Igiť dico ꝙ iſte hȝ vnum proximũ admirandũ. Et iſte ꝓculdubio eſt deus q factus ẽ proximus noſter ꝑ carnis aſſumptionẽ. ꝑ gratie infuſionẽ per amoris coniunctionẽ ⁊ per glorie collationẽ: Et ideo querẽti illud Luce. x. Et quis eſt meus proximus? ꝓponiť parabola de Samaritano qui ſauciatũ in ſuũ ſtabulũ recepit. ⁊ de ſacerdote qui ipm preterijt. ⁊ de leuita qui de eo non curauit. Et queriť quis horum triũ videtur fuiſſe ſuus proximus. Et reſpondeť. Qui fecit miſericordiã cũ illo. ꝓculdubio deus eſt proximus iſte Quia vere humanũ genus qđ a latronib9 ideſt demonibus fuerat ſauciatũ curauit ⁊ erga eũ miſericordiã fecit medicinã ſacramentorum adhibuit. ⁊ ipm in paradiſi ſtabulũ tranſportauit. ¶ Item dico ꝙ homo habet vnũ proximũ venerandũ. Et iſte eſt angelus ad cuſtodiã hominis deputatus qui ꝓculdubio in reuerẽtia eſt habendus. Uñ Roma. xv. Unuſquiſq; proximo ſuo placeat in bono. ¶ Item dico ꝙ habet vnũ proximũ honorandũ. Et iſte eſt platus. De quo Eccli. xvij. Mandauit deus vnicuiq; de proximo ſuo Et ſequiť in vnamquãq; gentẽ ꝓpoſuit rectorem. ¶ Item habet vnum proximum diligendũ. Et iſte eſt quilibet bonus homo quem debemus diligere ſicut fratrem. Uñ Math. xxij. ⁊ Marci. xij. Lu. x. Gal. v. Dilige proximũ tuũ ſicut teipm. Quia ſicut diciť Eccli. xiij. Omne animal diligit ſimile ſibi: ſic ⁊ omnis homo proximũ ſibi. ¶ Item habet vnu proximũ corrigendũ. Et iſte proximus eſt corpus noſtrũ quem ꝓculdubio debemus corrigere ⁊ ꝑ penitentiã macerare. Eccli. xix. Corripe proximũ tuum. ¶ Item habet vnũ proximũ negligendũ Et iſte proximus eſt mundus qui ꝓcerto debet negligi ⁊ odiri Hiere. ix. Unuſquiſq; a proximo ſuo ſe cuſtodiat. ⁊ in omni fratre tuo non habeas fiduciam.

¶ Item habet vnũ proximum dirigendum. Et iſte proximus eſt quilibet ſimplex homo quem debemus ꝑ viribus dirigere ⁊ iuuare. Eſa. xlj. Unuſquiſq; proximo ſuo auxiliabiť. ⁊ maxime iſte proximus eſt pauper ⁊ egenus cui certe eſt per elemoſynam ſuccurrendũ: ⁊ erga eum miſericorditer procedendũ. Unde Eccleſiaſtici. xlj. Ne auertas faciẽ tuã a proximo tuo. ¶ Item habet vnũ proximum precauendũ. Et ille proximus eſt quilibet homo malicioſus ꝓditor ⁊ iniquus a quo eſt ſummopere precauendũ. Et tales erant illi de quib9 diciť in pſ. Amici mei ⁊ proximi mei aduerſum me appropinquauerunt ⁊ ſteterũt. Et ideo Eccli. ix. dicitur Scdm virtutem caue tibi a proximo tuo. ¶ Item habet vnũ proximũ ꝓuidendũ. Et iſte proximus eſt mors que ſemꝑ ſtat iuxta nos parata nos tranſglutire. Et de hoc Marci. xiij. Scitis ꝙ in proximo ſit eſtas. Et ibidem. Scitote ꝙ in proximo ſit in oſtijs. ¶ Item habet homo vnũ proximũ metuendũ. Et iſte proximus eſt diabolus qui ſemꝑ e proximo nobis inſidiať. Unde. ij. Macha. x. Proximi hoſtibus effecti reſederũt Et zach. xj. Deuoret vnuſquiſq; carnem proximi ſui. B Ecce ergo quot habet homo proximos in hoc mundo. ¶ Sed omnibus proximorũ generibus omiſſis. Dico ꝙ per proximos intelligere poſſumus generaliter: amicos: vicinos: conſanguineos: ⁊ propinquos. Et ideo breuiteř de proximis noſtris tam ſpũalibus ꝙ tẽporalibus. dr Eccli. xxvij. Dilige proximũ ⁊ coniungere fide cũ illo. Ubi oſtendiť ꝙ proximum debemus. Mentaliter adamare. Dilige. Utiliter adiuuare. proximũ. Tenaciter frequentare vel comitari. Coniungere inquit fide cum illo. Primũ eſt opus charitatis Scdm eſt opus pietatis. Tertium eſt opus fidelitatis. iſta ergo tria ſunt habenda erga proximos. ſ. Charitas ad interius adamandũ. Pietas ad exterius iuuandũ Firmitas ſeu fidelitas ad diutius reſtandum ¶ Habeat igitur proximus erga proximum charitatem ⁊ dilectionẽ. Dilige inquit. Tanto enim ignis eſt maior. quanto materia ignibilis eſt proximior. Sic vere ignis charitatis tanto amplior debet eſſe. quãto hominem qui eſt res ignibilis. i. diligibilis proximus cõtingit adeſſe. ideo dr Luc. x. Dilige proximũ tuũ ſicut teipm. Et. Eccľ. xiij. Omne enĩ animal diligit ſimile ſibi. ſic ⁊ omnis homo proximũ ſibi. Quod eſt contra multos q alios nõ diligũt ſicut ſeipſos. ſed propter ſeipſos ⁊ iſta non eſt ꝓprie dilectio proximi ſed magis dilectio rerũ proximi. Qđ pȝ q2 ceſſantibus rebus ceſſat dilectio vel amor. Sicut ad ſenſum patet de pauperibus qui nullũ inueniũt amatorẽ. Unde Prouer. xiiij. Etiã proximo ſuo pauꝑ odioſus erit. Amici vero diuitum multi. Sed de hoc vide ſupra titulo de Amicicia Non ſic. ſed habeamus ad proximos charitatẽ ⁊ affectionẽ. ¶ Scdo habeam9 pietatẽ ⁊ largitionem. Res enĩ magis influũt in res ſibi contiguas ⁊ ꝓpinquas. eiſq; magis cõiter ſuas cõicant qualitates. Sic ⁊ nos debemus in proximis nr̃is ꝑ pietatẽ magis influere et bona noſtra ꝑ pietatẽ amplius cõicare ⁊ ꝑ largitatem potius erogare. qđ etiã oñdiť in verbo proximi. Quia ſicut diciť Eccli. xviij. Miſeratio hominis erga proximũ ſuũ. ⁊ potiſſime iſta dñt eſſe vera de pauperib9 ⁊ depreſſis quib9 eſt amplius ſuccurrẽdũ. vñ Eccli. iiij Ne reuerearis proximũ tuũ in caſu ſuo. Qđ eſt contra multos q nullũ proximũ ſuũ pauperẽ vel depreſſum volunt iuuare. ſȝ magis officere ⁊ nocere vt ſic iſti dicãt illud pſ. ac ſi pauꝑes loquerenť fortune dicẽtes. elongaſti a me amicũ ⁊ proximũ ⁊ notos meos a miſeria. Nõ ſic. ſed exhibeamus proximis pietatẽ ⁊ cõpaſſionẽ Proximũ inquit. ¶ Tertio habeam9 erga proximos firmitatẽ ⁊ durationẽ. Et hoc oñdiť cum dr. Cõiungere fide cũ illo. ideſt fideliter ꝑmanere cũ illo. Fideles enĩ amici cũ proximis ſunt ꝑſeuerantes. ⁊ cũ ipſis veraciter ꝑmanentes vt de talibus amicis ⁊ proximis ſtabilib9 ⁊ fidelib9 dicať illud Coll. j. Permanetis in fide fundati Et illud eſt ꝯtra multos qui reuera proximis ſuis nõ ſunt fideles nec erga eos ſtabiles aut manentes. Et iſtud pȝ q2 non ceſſant proximos ſuos decipere. vel eos auaricia luxuria vel iniuria moleſtare. Auaricia dico. Uñ Eze. xxij. Auare proximos ſuos calumnia

Ayuntamiento de Madrid

xi ſunt in te. Luxuria etiã. Vñ Ezec. xxxiij. Vnuſquiſ-
qz vxorẽ primi ſui polluit. Iniuria etiaꝫ. Unde zac. xj.
Tradã homines vnũquẽqz in manu primi ſui. Non
ſic ergo. ſed ſimus erga proximos nr̃os fideles. Quia
ille qui iurat primo ſuo ⁊ nõ decipit: qui pecuniam
ſuam nõ dedit ad vſuram ipſe eſt qui benedictionẽ a
domino reportabit. Patet ergo quõ erga primos de
bemus habere firmitatẽ ⁊ fidelitatem. pietatẽ ⁊ beni
gnitatẽ charitatẽ ⁊ ſinceritatẽ ⁊c. ſufficit. Vide ſ. de
Amicicia vbi inuenies exẽpla multa ſupra de ppe et
iuxta de fraude ⁊ de appropinquare ⁊ i ceteris ſilib⁹.

a **Prudentia, prudens.** Nota qꝺ pru
dentia nihil aliud eſt ꝙ ratio docta a gratia. ſtudẽs vitare nociua
⁊ vtilia pcurare. vt dicit Iſiꝺ. Eſt aũt prudentia ideꝫ
qꝺ diſcretio ſeu etiam puidentia futurorũ. Teſte eñ
Iſiꝺ. li. Ethi. prudens ſeu preuidens dicitᷣ quaſi pcul
videns. Futuros eñ ⁊ incertos preuidet caſus. Sed
quia breuiter loquendo per prudentem intelligitur.
vir diſcretus: perfectus: honeſtus ⁊ maturus. Poſſu
mus dicere ꝙ teſte Seneca in tribus cognoſcitur pru
dentia viri iuſti vicꝫ.

In preteritorum recordatione.
In preſentiũ ordinatione.
In futurorũ meditatione.

Prudẽtes eñ viri preterita recordanᷣ pñtia moderã
tur ſequentia meditanᷣ. Sic enim dicit Senc. lib. de
moribus Prudens ſi fuerit animus tuus pterita re-
cordare: pñtia ordina. futura pcaue. Dico qꝺ pterita
recordanᷣ. Sicut eñ ſerpens ita eſt flexibilis qꝺ re-
tro ſe põt reſpicere ⁊ videre in ſui longi corporis tuta
mentũ ſic ⁊ nos ad illa que iam retro trãſierunt debe
mus oculos conſiderationis noſtre vertere ⁊ ea ſicut
condecet cogitare ⁊ ſic erimus ſicut illi de quibus di
citur Mat. x. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. ⁊ ſim
plices ſicut columbe. Iſta autem preterita que debẽt
recordari ſunt iſta ſcꝫ.

| | |
|---|---|
| Beneficia que recepimus. | Et ſic docet recorda |
| Maleficia que cõmiſimus. | ri, Eccleſi. xj. dicẽs |
| Aduerſitatẽ quã habuimus. | In die bonoꝝ ne im |
| Vilitatẽ qua nati fuimus. | memor ſis malorũ. |

Et Eccli. xviij. Memento paupertatis in die abun-
dãtie ⁊c. Vide ſupra de memorari. Quia ſicut dicitur
Prouer. xix. Cuſtos prudentie inueniet bona. Unde pi
tagoras in ſuis preceptis dicit. Duoꝝ tempoꝝ haben
da eſt cura mane. ſ. ⁊ veſpere. In vno inquit gerenda
b pſpice. in altero vero reſpice que geſſiſti. ¶ Item di-
co qꝺ prudentes pñtia moderãt. qꝛ. ſ. ad virũ pruden-
tem pertinet qꝺ in iſtis agibilibus ſagaciter ſe habe
at ⁊ diſcrete qꝺ potiſſime pertinet ad prelatos qui in
adminiſtratione temporalium bonoꝝ ⁊ in regimine
ſubditoꝝ debent prudenter ⁊ ſagaciter ſe habere. Qꝛ
ſicut dꝛ Prouer. xiiij. Qui patiens eſt multa guberna
tur prudentia. Quia etiã ſicut dꝛ Luce. xij. Fidelis dꝫ
eſſe diſpenſator ⁊ prudens quẽ cõſtituet dominus ſu
per familiã ſuã. ſicut eñ ſumma prudẽtia animaliũ
eſt in hoc qꝺ ſciunt diſcernere inter vtilia et nociua.
Vñ etiã herbas nociuas dimittũt pficuas vero car-
punt ⁊ eligunt. Pericula etiã pſentiunt. ⁊ ab ipis fu-
giũt ⁊ reſiliunt. Sic reuera ſũma eſt hominis ſpirita
lis prudẽtia qñ ſcit illa que ſunt ad ſalutem vtilia eli
gere. alia vero fugere ⁊ negligere, ⁊ qñ ſcit piculũ in-
ferni ⁊ peccati cognoſcere. ⁊ ab eo ſagaciter reſilire.
Qꝺ potiſſime debet eſſe verũ de illis q ipſa nociua ⁊
picuLoſa: ipaqꝫ vitia ⁊ peccata p experientiaꝫ cognoue
rũt qꝛ tales ſi prudẽtes ſunt a talib⁹ pcauẽt ⁊ recedũt
Vñ Seneca in puer. dicit. qꝺ bonũ eſt in alieno malo
fugiẽda intueri. ruina prudẽtiũ poſteros docet. Cau-
tio eſt in reliqua lapſus anterior, ignauus nimis eſt.
qui poſt exemplũ inuenitᷣ incautus. Indemnis eſt ca
ſtigatio quã pſuaſerũt exẽplaria. qꝛ felix quẽ faciunt
aliena pericula cautũ. Teſte eñ puer. xiiij. In corde
prudentis requieſcit ſapientia. Ideo puer. ix. dꝛ. Re-
linquite infantiã ⁊ viuite ⁊ ambulate p vias pruden-
tie. ¶ Item dico qꝺ viri prudentes futura ſeu ſequen
tia meditanᷣ. Quia ſicut animalia quodaꝫ inſtinctu
nature aliqñ prenoſticant de futuris. ſicut de aue que
dꝛ mergus legimus qꝺ futurã tempeſtatẽ preſentit. ⁊
ideo cũ magno clamore fugit ad litus. Vñ etiã naute
tunc futurã grauẽ tempeſtatẽ ſm Iſiꝺ. in mari ſciunt
qñ mergi ad litora cõfugiunt. Sicut etiã de taxo ⁊ for
mica legimus qꝺ tp̃s future hyemis naturaliter pui
dẽt ⁊ ideo in eſtate victualia accumulant atqꝫ parãt.
Inter apes etiã alique ſunt q̃ vigilẽs ſeu excubie ordi
nanᷣ. q̃ futuras ymbres ⁊ cõcurſus tempoꝝ ſpeculan
tur. Sic pculdubio chariſſimi ad nos ptinet futura
tp̃a puidere. ⁊ cõtra futurã famẽ ⁊ tempeſtateꝫ: mor-
tis: iudicij ⁊ inferni victualia gratiaꝝ ⁊ virtutũ que-
rere ⁊ de remedijs puidere. Teſte Greg. Minus ia-
cula feriũt q̃ puidenᷣ. Et ſic bene loquitᷣ Iſiꝺ. qꝺ pru-
dens dꝛ quaſi pcul vidẽs vt ſic tales videanᷣ audiuiſ
ſe illud. Prouer. ij. Prudentia ſeruabit te vt eruaris
a via mala. Et ſic breuiter ſi preterita cogitauerimus
ꝙ q̄ ſumiẗ ꝓrogatiue Et ſm̄ iſtuꝫ modū ſumēdi dicā
ꝙ q̄ poteſt referri ad deū ad iuſtū. ⁊ ad impiū. ¶ Primo
quidem

Ayuntamiento de Madrid

quidem ad deuꝫ. Et ſic procerto ſumitur quando per iſtud aduerbium dei magnificentia cuꝫ quadam admiratione ꝛ quadam deſiderabili ſuauitate laudatur. vt pote cuꝫ nos dicimus illud pſal. Domine dominus noſter ꝗ admirabile eſt nomen tuū vniuerſa terra. Et illō Quam dulcia faucibꝰ meis eloq̄a tua ſup mel ori meo. Et breuiter notabo ꝙ per illud aduerbium deus commendatur ſcilicet.

Ab operum magnificentia.
A viſcerū pia clementia.
A verberum ſeua iuſtitia.
A pectorū clara ſcientia.
A ſuperum grata manentia.
A munerum munificentia.

Commendatur ergo deus a magnificentia ſuorūꝫ operūꝫ pš. Quam magnificata ſunt opera tua domine: oīa in ſapientia feciſti impleta eſt terra poſſeſſione tua. Et Eccleſiaſtici. xlij. ꝗ deſiderabilia ſunt opera eiꝰ. ¶ Itē cōmendatur a beniuolentia piorū viſcerū Sapi. xij. O ꝗ bonus ꝛ ſuauis es domine ſpiritus tuus in nobis. ¶ Item commendat a terrificētia durorum verberum hoc eſt a rigore iuſtitie ꝛ ſeueritate ſuorūꝫ iudiciorū. Vñ in pš. Dicite domino ꝗ terribilia ſunt opera tua domine in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui ꝛc. ¶ Item commendatur a clara ſcientia verorum craterum. Pš. Calix meꝰ inebrians ꝗ preclarus ē. Calix enim ꝛ crater domini eſt ſacra ſcriptura. De qua ad Roma. xj. O altitudo diuitiarum ſapientie ꝛ ſcientie dei ꝗ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius ꝛ inueſtigabiles vie eius. ¶ Item commendat a grata manentia locorum ſuperū pš. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum concupiſcit ꝛ deficit anima mea in atria domini. ¶ Itē cōmendatur a munificentia ſummorum munerum ſcilicet glorie paradiſi de qua in pš. Quā magna multitudo dulcedinis tue domine quam abſcondiſti timentibus te. Patet igitur quomodo illō aduerbium ꝗ pertinet ad deuꝫ. ¶ Deinde dico ꝙ ꝗ ad
B uerbiuꝫ pertinet ad iuſtum. Et ſic dico ꝙ iuſti per illud aduerbium multipliciter commendantur. ſ.

A charitate federatiua.
A caſtitate depuratiua
A parcitate maceratiua.
A claritate indicatiua.
A veritate enūciatiua
Ab honeſtate decoratiua.
A pietate dulcoratiua.
Ab hoſpitalitate charitatiua.

De veritate charitatis ꝛ amicicie dicit in pš. Ecce ꝗ bonum ꝛ ꝗ iocundū habitare fratres in vnū. Vt ꝛ de amicicia dicat illud Cā. iiij. O ꝗ pulcra es amica mea oculi tui columbarum. De virtute caſtitatis ꝛ pudicicie dicitur Sapien. iiij. O ꝗ pulcra eſt caſta generatio cū claritate. De virtute parcitatis et abſtinentie dicit. Eccleſiaſtici. xxxj. ꝗ ſufficiens viro erudito vinuꝫ exiguū quā uis dicat. ij. Eſdre. iiij. O viri ꝗ preualet vinum De virtute claritatis ꝛ ſapientie dicitur Eccleſiaſti. xxv. ꝗ ſpecioſum canicie iudicium ꝗ ſpecioſa veteranis ſapietia ꝗ magnus qui inuenit ſapientiam. De virtute vero veritas et eloquentie dicitur Eſa. lij. ꝗ pulcri ſuper montes pedes annunciantis ꝛ predicantis ſalutē. De virtute honeſtatis ꝛ apparentie dicitur. Canti. vij. ꝗ pulcra es ꝛ ꝗ decora chariſſima in delicijs: ſtatura tua aſſimilata eſt palme. Et ibideꝫ. ꝗ pulcri ſunt greſſus tui ī calciamentis tuis filia principis. De virtute pietatis ꝛ clementie dicitur Canti. iiij. ꝗ pulcre ſunt māme tue ſoror mea ſponſa pulcriora ſunt verba tua vino. De virtute vero hoſpitalitatis ꝛ beniuolentie pōt dici illud Num. xxiiij. ꝗ pulcra tabernacula tua ꝛ tētoria tua iacob iſrael ſic ergo pꝫ quō iſtud aduerbiū ꝗ ptīet ad iuſtū. ¶ Deniqꝫ dico ꝙ iſtud aduerbium ꝗ aliquando refertur ad ſtultum. i. peccatorem ꝛ impiū: Et ſic videtur ꝙ mali ꝑ hoc aduerbiuꝫ exaſperatiue vilipenduntur ꝛ reprehenduntur a multis ſcilicet.

A vanitate morali. C
A vilitate carnali.
A ruditate mentali.
A cupiditate reali.
Ab aduerſitate finali.

De morum vanitate dicitur. ij. Reg. vj. Quā glorioſus fuit hodie rex iſrael diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorūꝫ ꝛ nudatus eſt quaſi nudetur vnꝰ de ſcurris. De carnis vtilitate dicitur. Eccleſiaſtici. xvij. quid nequius ꝗ cogitauit caro ꝛ ſanguis ꝙ Et Hieremie. ij. in perſona mulieris meretricis dicit ꝗ vilis facta es nimis iterans vias tuas ꝛc. De mentis cecitate ſeu ruditate dicitur Eccleſiaſtici. vj. ꝗ aſpera eſt nimiū ſapiētia indoctis hominibꝰ. De reruꝫ cupiditate dicitur. Lu. xviij ꝗ difficile q̄ pecunias habent regnū dei intrabūt De finali vero talium aduerſitate et penalitate dicitur Eccleſiaſtici. xlj. O mors ꝗ amara ē memoria tua homini iniuſto et pacem habenti in diuitijs ſuis. Sic igit patet quomodo iſtud aduerbiū ꝗ ſumitur prerogatiue
¶ Secundo vero principaliter dico ꝙ iſtud aduerbiuꝫ D
ꝗ quandoqꝫ ſumitur aggregatiue ſeu etiam ſociatiue: ſicut cum dicitur tam maiores ꝗ minores. Circa qō nota ꝙ omnes ſic in ſocietate coniuncti debent Equaliter Credere Concorditer viuere. Communiter edere ſeu diuidere. De vniformitate credulitatis dicitur Num. xv. Quod tam indigenis ꝗ aduenis vna lex erit omniū. de vniformitate charitatis ꝛ ſocietatis dicitur. ij. Parali. xxiiij. Taꝫ maiores ꝗ minores omnes ſors equaliter diuidebat. De vniformitate autem edulitatis ꝛ ſaturitatis poteſt dici illud Deute. xv. Taꝫ mundus ꝗ immundus veſcentur ſimiliter. Hec omitto gratia breuitatis. Sumitur ergo ꝗ aggregatiue. ¶ Tertio principaliter dico ꝙ ſumitur cōparatiue ſicut cuꝫ dicitur Eccleſiaſtici. iiij. Laudaui magis mortuos ꝗ viuentes. Hic enim fit comparatio inter viuentes ꝛ mortuos qꝛ ſcilicet vnū alteri prefertur vnuꝫ eligitur alteruꝫ refutatur. Verūtamen illud aduerbiuꝫ ꝗ ſemper ſe habet vt cōmuniter a parte negocij refutari. ſicut dicitur. Prouer. xvj. Melius eſt humiliari cum mitibus ꝗ diuidere ſpolia cuꝫ ſuperbis ſemper enīꝫ ſequitur graduꝫ cōparatiuuꝫ ſcilicꝫ plꝰ amplius magis. melius. ꝛ ſimilia. ꝛ tunc ſemper adheret parti deteriori. quando cōparatiuꝰ precedēs ſignat maluꝫ. ſicut cuꝫ dicitur. quod petrus eſt deterior. peior minor inutilior ꝗ ioannes. De his autem omnibus nihil amplius quia difficile ꝛ quaſi inutile ē talia ad mores reducere ꝛ in predictis titulis cōparatiuis ſcꝫ melior. maior. peior ꝛc. ſatis dictū eſt. de quo vide vbi. Antequam priusq̄. Et vbi ꝗ obreꝫ ꝛ ꝗ diu. A

## Quamquam. quamuis.

Et licꝫ idē ſignificāt ſed quia pauce ſunt autoritates tranſeo.

## Quamdiu.

Nota ꝙ ꝗ diu eſt aduerbiuꝫ temporis ſignans quandaꝫ durationem. interualluꝫ ſeu ſpaciuꝫ. Et quandā incertaꝫ ꝛ ſuſpenſiuaꝫ moraꝫ vite Componitur autē de quā quod eſt quantuꝫ. ꝛ diu. Et nota breuiter ꝙ eſt dare quādiu.

Perfectoruꝫ.
Malignorū.
Beatorū.

Primo ergo dico ꝙ perfecti habent hic ſuuꝫ ꝗ diu. ideſt ſuuꝫ incertuꝫ breue ꝛ ſuſpenſiuū tēpus viuendi. in quo procerto quia neſciunt quantuꝫ durabunt. nec habent aliud tēpus merendi quam illud. ipſi faciūt quicq̄ boni poſſunt. Unde nota ꝙ iuſti in iſto quamdiu.

Eq̄tas ſeruant pondera.
Deitatis laudant opera.
Prauitatis plangunt ſcelera.
Pietatis prebent vbera
Ueritatis ſplendent litera.

Dico ergo ꝙ iuſti in iſto quamdiu vite preſentis ſeruāt pondera grandis equitatis ſcilicet ſine perſonarū acceptione inter virum et proximum iudicantes. dicentes ſcilicet Job. xxxij. Non accipiam perſonam viri ꝛ deum



Ayuntamiento de Madrid

homini non equabo. neſcio eñi ꝙdiu ſubſiſtaʒ. ⁊ ſi poſt modicū tollat me factor meus. ¶ Itē laudāt opera ſūme deitatis pſ̄ Laudabo dominum in vita mea: pſallā deo meo ꝙdiu fuero. ¶ Item plangunt ſcelera ſue prauitatis. pſal Quādiu ponam conſiliū in anima mea. dolorē in corde meo per diem. ¶ Itē prebent vbera dulcis pietatis. ita ꝙ chriſtus talibus loquit̄. Math. xxv. Eſuriui inquit ſcilicet in perſona pauperum ⁊ dediſtis mihi manducare. Sequit̄. Amen dico vobis. ꝙdiu feciſtis vni de his fratribus meis mihi feciſtis ⁊c. ¶ Item ſplendent litera clare veritatis ſcilicet alios docendo ⁊ informando. ita ꝙ q̄libet poteſt dicere illud ſaluatoris verbū Ioan. ix. Quādiu ſum in mūdo lux ſum mundi.

B Iſtud eſt ergo ꝙdiu perfectorū. ¶ Scd̄o dico ꝙ eſt dare ꝙdiu peruerſorū. Iſti enim quia ſciunt ꝙ non habēt niſi vnū ꝙdiu ideſt vnū modicū ⁊ breue tempus viuendi. accelerant in hac vita facere quicquid mali poſſunt Exemplō ſcʒ diaboli de quo dicitur Apoca. xij. Habēs iram magnam ſciens quoniam modicum tempus habet. Nota ergo. ꝙ mali in iſto ꝙdiu.

Innocentes ſolent infeſtare.
Concordantes ſolent ꝑturbare.
Nos ſaluator ſolet non amare.
Nos ſaluator ſolet extirpare.

Per malos enim in iſto ꝙdiu innocentes infeſtari ſolent ſicut de ſuꝑbo Aman legit̄ ꝙ ipſe dicebat Heſter. v. ꝙ nihil ſe reputabat habere ꝙdiu videret mardocheum ſedentē ad foras palacij. Et ſequit̄ ꝙ ipſius mardochei innocētis dānationem impetrauit a rege: niſi deus alias ordinaſſet ¶ Iteʒ per malos in iſto ꝙdiu concordantes ſolent ꝑturbari. vt ſcʒ ad malos applicetur illud. ij. Mach. xiiij Quamdiu ſupereſt impoſſibile eſt paceʒ dari negocijs ¶ Itē a deo in iſto quādiu delinquētes ſolent non amari ſeu etiā abhorreri ⁊ refutari. vnde de malis dicit chriſtus Marci. ix. O generatio inquit incredula quādiu apud vos ero. quādiu vos patiar. ¶ Itē a dyabolo poſt iſtud quādiu in inferno ſolent vinculari vt ſic cuilibet dicat̄ Naum. xiiij quādiu inq̄t poteris manere: aſſur enim capiet te. Iſtud eſt igit̄ vnū quādiu qđ eſt peruerſorū. ¶ Tertio vero dico ꝙ eſt dare vnum quādiu quod eſt beatorū. De quo ſcilicet poteſt dici illud. Marci. ij. Nunquid inq̄t poſſunt filij nuptiaꝝ quādiu ſpōſus eſt cum eis ieiunare. q. d. non. filij enim nuptiarū ſunt beati q̄ reuera in paradiſo nunꝙ ieiunare dicuntur immo certe ſine fine comedere ꝑ beatā fruitionem noſcuntur ⁊ hoc quādiu ſponſus chriſtus cum ipſis erit. ſ. ꝑpetuo ſine fine. Hec igit̄ de quādiu ſufficiant.

A

## Quamobcauſam.

Quamobrem quapropter. Eo ꝙ. Nota ꝙ iſta aduerbia compoſita. quamobcauſam. quāobrem. ⁊ quapropter ⁊c. idem ſignificāt. propter hoc. propterea ⁊ propter qđ. De q̄bus ſuperi⁹ facta eſt mentio. Significant enim cauſam ꝓpter quā introducit̄ finis ſiue bonus fuerit ſiue malus. Et ſic dicam ꝙ iſta referuntur. ſcilicet. Ad.

Deum.
Iuſtum.
Impium.

Et primo dico ꝙ referuntur ad deū. Cōſtat enim ꝙ deus habet ſuum quāobrem ⁊ quapropter. i. ſuas iuſtas ⁊ rationabiles cauſas ob quas. i. propter q̄s ipſe facit opera ſua Unde nota ꝙ de⁹ allegat vnum quam obreʒ autoritatis ⁊ ſeueritatis Unde. ij. Para. xxv. quamobrem iratus eſt contra amaſam quia ſciliceʒ adorauerat deos alios. Et Ezec. xvj. ipſe dicit anime peccatrici. Prouocaſti me inquit q̄propter vias tuas in capite tuo dedi. ¶ De iuſto vero dico ꝙ ad ipſū ſpectat vnum quāobrē neceſſitatis ⁊ vtilitatis. Et ſic dico ꝙ iuſtus habet per modum cauſe finalis Unum quamobrem.

Deuotionis.
Orationis.
Abdicationis
Contēmplationis.
Diſtributiōis.

De deuotione dicit ſalomon. iij. Regum. v. quamobrem inq̄t cogito edificare templū nouū dn̄i. De oratione dicitur Iob. v. quamobrē ego deprecabor dominū ⁊ ad deū ponam eloquium meū. Et. ij. Machabeo. quinto dicit̄ Quapropter omnes rogabant in bonum monſtra conuerti. De abdicatione vero ſcilicet temporalium rerum dici poteſt illud Deutero x. quamobrem non habent leuite partem nec poſſeſſionem cuʒ fratribus ſuis. De cōtemplatione poteſt dici illđ Iob. vij. Terrebis me inq̄t per ſomnia. ⁊ ꝑ viſionem horrore concuties quāobrē elegit ſuſpendiū anima mea. De diſtributione aūt ſeu bonorū ſuoꝝ largitiōe dici poteſt illud. ij. Para. xxxv. quāobrem fratres eorū leuite parauerūt eis. ſ. ianitorib⁹ cibos. Et de abigail dicit̄ ꝙ ipſa offerēs cibaria dauid dixit. j. Regum. xxv. q̄ propter ſuſcipe benedictionem hāc quā attulit ancilla tua. ¶ De ipſo vero dico ꝙ ipſe etiā habet ſuum quāobrem ſcʒ ſuam cauſam finalem quare ſcʒ faciūt ⁊ ſuſtinēt mala. Unde nota ꝙ ad eos ſpectat. Unum quāobrem.

D

Fallacis accuſationis.
Crudelis inſectatiōis.
Carnalis delectationis
Finalis tribulationis

De fallaci ſeu infideli accuſatione ⁊ adiunentione dr̄. iij. regum. xxj. quāobrem. ſ. propter falſum teſtimonum datū contra naboth. quāobrem inquit eduxerunt eum extra ciuitatem ⁊ lapidauerunt. De crudeli ordinatione mandato ⁊ execucione dr̄ Dan̄. ij. vbi poſt datum mandatū ꝙ ſapientes interficerentur daniel interrogabat quam obcauſam taʒ crudelis ſentētia a facie regis eſſet egreſſa. De carnali autem talium maculatione ⁊ infectione patet de illis malis ſenioribus qui ſcilicet dixerunt Suſanne Danie. xiij. quāobrem commiſcere nobiſcum ⁊ aſſentire nobis. De finali vero taliū punitiōe tribulatione et damnatione dicitur. ij. Regum. xij. quam obrem non recedet gladius de domo tua. Et Hiere. iij. quāobrem prohibite ſunt ſtille pluuiarū. ⁊ ſerotin⁹ ymber nō fuit. Et Hiere. vj. Abhominationem inquit fecerūt ſequitur. quāobrem cadent inter ruentes. Sufficit. vide vbi. Propterea. Et vbi Propterquod Et vbi Eo ꝙ Et vbi. Cauſa

## Quando.

Cuʒ quando ſit aduerbium temporis. videt̄ ꝙ per quando poteſt ſignificari quicquid ſignificatur per tempus videlicet. vnū quando quod eſt. A

Recordandum.
Ordinandū
Preuidendum.

Primū eſt quando tēporis precedētis. Secundum eſt quando temporis nunc preſentis. Tertium eſt qñ temporis conſequentis. ¶ Dico igitur ꝙ eſt vnum qñ temporis precedentis: ⁊ ſic dico ꝙ nos debemus habere in memoria bona ⁊ mala trāſacta. videlicet.

Diuina beneficia que recepimus.
Propria maleficia que commiſimus.
Labores ⁊ ſupplicia q̄ pertulimus.
Terrores ⁊ iudicia q̄ cognouimus.
Horrores ⁊ naufragia q̄ ſuſtinuim⁹.
Uirtutes ⁊ ſolacia que amiſimus.

Igitur recordemur diuina beneficia Conſiderādum enim eſt quādo et quomodo deus operat⁹ eſt mirabilia opera ſua terribilia iudicia ⁊ notabilia beneficia. Exemplo Iob qui. ſ. dicebat Iob. xxj. Audite inq̄t me ⁊ obſtupeſcite: ⁊ ego quando recordatus fuero pertimeſco: ⁊ continet carnem meā tremor. Sic recordabat̄ ille qui cogitabat de deo quando ponebat pluuijs legē et viam procellis ſonantibus Iob. xxviij. Quando ponebat fundamenta terre. ⁊ qñ fundabatur puluis in terra Iob xxxviij. Et ille qui ſimiliter cogitabat in pſ̄. Quādo diuidebat altiſſimus gētes qñ ſeparabat filios adā Et ſapiens q̄ dicebat. Pro. viij. qñ preparabat celos aderā qñ ethera firmat ſurſuʒ qñ appēdebat fundamēta terre cū eo inquit eram cuncta componens. Et breuiter dicam ꝙ omnia talia quando. ſ. omnia opera dei ꝓterita ſunt contemplanda ⁊ meditanda: ⁊ ſolerti indagine recordanda: ⁊ ipſius beneficio memoranda Luce. xxij. quando miſi vos ſine ſacculo ⁊ pera nunquid aliquid defuit vobis. Recordemur ergo diuina beneficia. ¶ Itē recordemur aliud quando: hoc eſt propria maleficia. q̄ ſcilicet homo debet ſemper habere in mente quando ⁊ qualiter retroacto tempore deum offendit ſicut illud Numeri. xxvj. vbi dicitur ꝙ quando contra dominum rebellaſtis aperiens terra os ſuum deuorabat chore. ¶ Item recordandi ſunt labores ⁊ ſupplicia que ſcilicet

pertulimus

pertulimus pꝛo peccatis. Deutero.xxv. Memento que fecerit tibi amalech in via qñ egrediebaris ex egypto: ⁊ quomodo occurrerit tibi ⁊ extremos agminis tui q̃ laſſi erãt ceciderit: quando tu eras fame ⁊ laboꝛe confectꝰ. ¶ Item recoꝛdandi ſunt terroꝛes ⁊ iudicia: ſicut illud quod recitatur Leuiti.xvj. Quando filij aaron offerentes ignem alienum interfecti ſunt. ¶ Item memoꝛenſ tranſacta iam naufragia ſcilicet mala ⁊ pericula a q̃bꝰ ſumus a domino liberati: ſicut in pluribus ſacre ſcripture locis filij iſrael memoꝛari iubentur de illo tempoꝛe quando tranſierunt mare rubꝛum: ⁊ quando egreſſi ſunt de egypto: ſicut patet Deutero.xxv. ⁊ Joſue.ij. De quo idem dominus ſe recoꝛdari fatetur leui.xxvj. dicẽs Recoꝛdaboꝛ inq̃t federis mei pꝛimi: quando eduxi eos de terra egypti in conſpectu gentium vt eſſem deus eoꝛum. ¶ Item recoꝛdemur virtutes ⁊ ſuffragia ſcilicet q̃ dudum habuimus ſed peccãdo perdidimus. Et ſic lamentando dicamus illud Job.xxviij. Quis mihi tribuat vt ſim iuxta dies pꝛiſtinos quibus deus cuſtodiebat me: qñ ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum quando erat omnipotens mecum: quando lauabaꝫ pedes meos butyꝛo quando pꝛocedebam ad poꝛtas ciuitatis: ⁊ quando ſecreto deus erat in tabernaculo meo.
B ⁊c. Patet igitur ꝙ eſt vnum quando tempoꝛis pꝛecedẽtis. ¶ Secundo dico ꝙ eſt vnuꝫ quando tempoꝛis nũc pꝛeſentis. Et ſic nota ꝙ in iſto quando tempoꝛis pꝛeſentis ſcilicet boni vigent. Mali rigent. Paupereſ lugent Boni dico vigent ſcilicet in virtutibus. q̃a reuera iſti modo habent vnũ qñ.i. vnã duratione ⁊ vnum tẽpus.

Sapientie contemplatiue.
Innocentie iuſtificatiue.
Audacie atq̧ conſtantie ſuperatiue. Habent eniꝫ iuſti in pꝛeſenti vnum quando ſapientie clare contemplationis. Et iſtud eſt illud quãdo de quo dicitur iob.iiij. poꝛro ad me dictum eſt verbum abſconditũ in hoꝛroꝛe viſionis nocturne: quando ſolet ſopoꝛ irruere ſuper homines. ¶ Item habent iuſti in pꝛeſenti vnuꝫ quando innocentie longe pꝛeſeruationis. innocentia enim ab omni malo pꝛeſeruat iob.iiij. interroga obſecro q̃s vnq̃ innocens perijt. aut quando recti deleti ſunt. q.d. Nunq̃.
¶ Item habent in pꝛeſenti vnum quando audacie atq̧ conſtãtie foꝛtis dominationis ſicut de iudith.xvj. q̃d hoꝛruerunt perſe conſtantiam eius. ⁊ medi audaciam illius. Seq̃tur. Vlulauerunt caſtra aſſyꝛioꝛuꝫ quando apparuerunt humiles mei. Boni igitur in hoc quãdo vigent virtutibus. ¶ Item ꝙ mali in hoc quãdo rigẽt criminibus q̃a pꝛo certo in tempoꝛe huius vite mali rigent. Vitio.

Tepiditatis ⁊ ſomnolentie.
Guloſitatis ⁊ vinolentie.
Infidelitatis ⁊ inconſtantie.
Pompoſitatis. ⁊ excellentie
Cupiditatis ⁊ auaricie.

De quando pigritie ſeu ſomnolentie ⁊ tepiditatis dicit Pꝛouerbio.vj. Vſq̧quo piger doꝛmis quando conſurges ex ſomno tuo? paululum doꝛmitabis etcetera De quando auteꝫ vinolentie ⁊ guloſitatis dicitur Pꝛouerbioꝛum.xxiij. Ne intuearis vinum quando flaueſcit. ⁊ quando cuꝫ ſplenduerit in vitro coloꝛ eius. Seq̃tur in perſona guloſi ibideꝫ. Euigilabo inq̃t vt rurſus vina reperiam. De quando auteꝫ inconſtantie ⁊ infidelitatis dicitur. Ezech.xxix. fuiſti inq̃t baculus harundineꝰ domui iſrael et quãdo appꝛehenderũt te manu confractꝰ es. de quãdo extollẽtie et põpoſitatis dicitur Danielis v. De Nabuchꝰ. ꝙ quãdo eleuatuꝫ eſt coꝛ eius ⁊ ſpiritꝰ eius obfirmatus ad ſuperbiã depoſitus eſt de ſolio ſuo De quãdo auteꝫ auaricie ⁊ cupiditatis dici poteſt illud iob.xxxviij. vbi de leonibus ideſt raptoꝛibus dicitur ſic. Nunquid capies leene pꝛedam ⁊ animã catuloꝛuꝫ eiꝰ implebis quando cubant in antris. ⁊ in ſpeluncis ſuis inſidiantur. Mali igitur in hoc quando rigent criminibus. ¶ Iteꝫ ꝙ miſeri in hoc quãdo lugent doloꝛibus quia ſcilicet iſti in tempoꝛe pꝛeſentis vite multis pꝛemũtur incommodis. Vnde de indigentijs miſeroꝛuꝫ dicit iob.xxxviij. Quis pꝛeparat coꝛuo eſcaꝫ ſuã quãdo pulli eius clamant ad deuꝫ vagientes eo ꝙ non habeant cibum. Patet igitur quomodo eſt vnum quando tempoꝛis nunc pꝛeſentis. ¶ Tertio pꝛincipaliter dico ꝙ eſt vnuꝫ quãdo tempoꝛis ſubſeq̃ntis. Et ſic dico ꝙ nos debemus multiplex quando ideſt multiplex tẽpus futurum conſiderare videlicet. Vnum quando. C

Dei clementie
Noſtre miſerie.
Dure iuſticie.
Summe triſtitie
Summe leticie

Dico ergo ꝙ attendere debemꝰ ad vnum quãdo quod concernit dei clementiam. Semper eniꝫ debemus habere oculum ad futuraꝫ clementiam diuinaꝫ ⁊ ꝙ deus nobis peccata dimittat: tribulationes ſubmittat ⁊ gratiã ⁊ virtutes immittat: vt ſcilicet ſibi dicamus de illo quãdo illud pſal. Domine quando reſpicies reſtitue a malignitate animaꝫ meaꝫ: ⁊ a leonibus vnicaꝫ meaꝫ. ¶ Iteꝫ dico ꝙ attendere debemus ad vnuꝫ quando quod concernit ad noſtraꝫ miſeriaꝫ. ſcilicet moꝛtẽ ⁊ tribulationẽ futuram. De qua ſcilicet dicitur in pſal. inimici mei dixerunt mala mihi. quando moꝛietur ⁊ peribit nomen eiꝰ Et etiaꝫ Eccleſiaſtes.xij. dicitur de iſto quando Quod quando cõmouebuntur cuſtodes domus ⁊ nutabunt viri foꝛtiſſimi. ¶ Item dico ꝙ attendere debemus vnuꝫ quando quod concernit dei iuſtitiam. ſcilicet ad diem futuri iudicij De quo ſciliꝫ dicitur in pſal. Quot ſunt dies ſerui tui: quando facies de perſequentibꝰ me iudicium de quo etiã dicitur. Marci.xiij. Vigilate quia neſcitis quando tempus ſit et quando dominus veſter veniet. De quo dicitur etiã Math.xxiiij. Dic nobis quãdo hec erunt: ⁊ quod ſignum aduentus tui et conſummationis ſeculi. Ideo in eccleſia canimus. Quid dicam aut quid faciaꝫ miſer: vbi fugiã. quando celi mouendi ſunt ⁊ terra. ¶ Item dico ꝙ attendere debemus ad vnũ quando quod concernit ſummã triſticiaꝫ. ſcilicet triſticiaꝫ infernalem. De qua ſcilicet dicitur Ezechie.v. quãdo miſero ſagittas famis peſſimas in eos. q̃ erunt moꝛtifere ⁊ quas mittã vt diſperdam eos ⁊c. ¶ Item attendere debemus ad vnum quando quod concernit celi letitiam. Et iſtud certe nihil aliud eſt q̃ gloꝛia paradiſi vt.ſ. de iſto quando intelligatur illud pſ. Sitiuit anima mea ad deũ fontẽ viuuꝫ qñ veniaꝫ ⁊ apparebo ante faciem dñi Et etiã Eſaie.ix. Exultant victoꝛes capta pꝛeda: quando diuidunt ſpolia. Sic igitur patꝫ quomodo eſt quando tempoꝛis ſubſequentis tẽpoꝛis nunc pꝛeſentis tempoꝛis pꝛecedentis. A

## Quantus. quantuꝫ. quanto.

Nota ꝙ quãtũ ⁊ tantuꝫ relatiua ſunt ſicut qualis ⁊ talis ⁊ ſignificat quãtitas dimenſiones ſubſtantie: ⁊ ideo vt communiter quantitas accipitur pꝛo magnitudine ⁊ ſic quantũ ideꝫ eſt quod q̃ magnuꝫ. Et accipitur quãtuꝫ quandoq̧ interrogatiue: et aliquotiẽs poſitiue. Denotat ergo quantum pꝛopoꝛtionem. equalitateꝫ ⁊ ſimilitudinem. Nota ergo ꝙ quantum ſiue ſit nomen ſiue aduerbiuꝫ ponitur Admiratiue Cõparatiue. Alternatiue. Similatiue. Pꝛerogatiue. Adequatiue. Diminutiue. Interrogatiue. ¶ Sumitur dico admiratiue Pſal. Quanta audiuimus ⁊ cognouimꝰ ea. patres noſtri narrauerunt nobis. Et alibi. Venite ⁊ videte omnes qui timetis dominuꝫ quãta fecit anime mee. ¶ Iteꝫ ſumitur cõparatiue ſicut cũ dicitur Eccleſia.iij. Quãto magnꝰ es humilia te ⁊c. Et Hebꝛe.j. Tanto melioꝛ angelis effectus: quanto pꝛe illis excellentius nomen hereditauit. ¶ Item ſumitur alternatiue ⁊ ſic ſumitur vbicunq̧ dicitur tantum quantuꝫ. Vnde Apoca.xviij Quantuꝫ gloꝛificauit ſe ⁊ in delicijs fuit: tantuꝫ date ei toꝛmentũ ⁊ luctuꝫ. ¶ Item ſumitur ſimilatiue. ⁊ ſic ſumitur in Pſal. Quantuꝫ diſtat oꝛtus ab occidente longe fecit a nobis iniq̃tates noſtras. ¶ Item ſumitur pꝛerogatiue: ſeu ſu



Ayuntamiento de Madrid

ꝑlatiue et ſic accipitur vbicunqꝫ ponitur quanto vel quantomagis. vt cum dicitur Exo. j. Quanto opprimebant eos. ſcilicet filios iſrael tantomagis multiplicabantur. Et Prouerbio. xj. Si iuſtus in terra recipit: quantomagis impius ⁊ peccator. ¶ Item ſumitur adequatiue. ⁊ ſic ſumit̃ Exo. xvj. Sume vas vnuz ⁊ pone ibi man quantuz poteſt capere gomor. Et zach. ij. Videaz hieruſalez quanta ſit longitudo eius ⁊ latitudo. ¶ Item ponitur diminutiue. ⁊ ſic ſumitur. ij. Paralipom̄e. ij. quantus ſum ego vt poſſim deo edificare domum. Et Job. iiij Quāto magis q̄ habitāt domos luteas ⁊ terrenū hñt fundamentū conſumuntur velut atinea. Sic enim accipitur pro diminutione humilitatis. Unde Job. xxv. Quanto magis homo putredo: ⁊ filius hominis vermis Et iob. ix. quantus ſuz ego vt reſpondeaz ei. ¶ Itē ſumit̃ iterrogatiue. ⁊ ſic ſumit̃ Job. xiij. quantas habeo iniq̄tates et pctā: ſcelera mea atqꝫ delicta mea oſtēde mihi. Ubicunqꝫ ergo in themate vel autoritate inuenitur quantum vnuz de ſignificatis precedentibus ibi nota. ¶ Si vero vis de quantitate amplius dilatare. dic ꝙ in ſcriptura reperitur. quantitas.

B Habenda.
Lucenda.
Spernenda.
Uidenda.
Stupenda
Ferenda.
Timenda.
Querenda

Prima eſt quantitas meritorū Secūda eſt quantitas peccatoꝝ. Tertia eſt quantitas terrenoruz. Quarta ē quātitas impenſorū. Quinta eſt quantitas mirandoruz. Sexta eſt quātitas aduerſorum. Septima eſt quantitas tormentoruz. Octaua eſt quantitas premiorum. ¶ Primo ergo dicaz ꝙ eſt quantitas meritorū quā debemus habere. quātitas enim conſiſtit in reb⁹: tempoꝛib⁹ et numeris. ad denotandum ꝙ nos debemus procurare ⁊ habere quantitatem bonorū operuz ⁊ virtutuz q̄ ſcilicet omnia conſiſtūt in pondere: numero ⁊ menſura: ſicut dicitur. Sapientie xj. De tali ergo quantitate habenda ⁊ procuranda poteſt dici. iij. Regū. x. quod. ſcilicet. Salomon fecerat vt ⁊ tanta eſſet abundantia argenti in hieruſalem. quāta ⁊ lapidū qꝛ reuera ſalomon. i. pacificus vir ⁊ iuſtus debet procurare ⁊ facere ꝙ in hieruſalem. i. in conſcientia ⁊ in anima ſua tāta ſit quantitas argenti ſicut lapidū i. ꝙ tanta ſit ibi quantitas virtutū et meritorū quanta vnq̄ ibi fuerit vitiorū. Et breuit̃ dico ꝙ anima noſtra debz habere ſuas ſpirituales dimenſiōes: altū ſpei. lōgū fidei: ꝓfunduz timoris ⁊ latū amoris. Iuxta illud Apo xxj. Ciuitas in quadro poſita eſt longitudo eius eſt tanta quāta ⁊ latitudo. Et zach. ij. dicit angelus. Uado inquit vt metiar iudeā ⁊ hieruſalē quāta ſit latitudo ⁊ lōgitudo eius. Igitur videt̃ ꝙ quantitas meritoꝝ poteſt ſignificari in manna de celo deſcendente pro filijs iſrael nutriendis in ſolitudine quia ſicut precipitur. Exo. xvj. Colligat ex eo vnuſq̄ſqꝫ quantū ſufficiat. qꝛ ſcilicet filij iſrael. i. iuſti in ſolitudine hui⁹ mūdi. tantū colligūt de man. i. de virtutibus et gratijs. quantū. ſ. eis ſufficit pro celeſti gloria nanciſcenda. Patz igit̃ ꝙ eſt quātitas meritoꝝ quā debemus hr̃e. ¶ Scd̃o dico ꝙ eſt quantitas pctōꝝ quā deberñ⁹ delere. Sicut enīz hō horret ſocietatē fere cui traditur deuorand⁹. qñ ſcz videt ipſi⁹ terribilez quātitatez: ſic pariformiter cū quātitatē extenſiuaz immanitū vitiorū ſuoꝝ cogitat. horret merito ⁊ dubitat. Etiā de crimine accuſat⁹. quāto grauior eſt criminum q̄litas ⁊ nūeroſior accuſantiū quātitas tanto maior eſt timoris ipſius horror ⁊ importunitas. Et Math. xxvij Non audis quanta aduerſuz te dicunt teſtimonia. Et igitur quantitas eſt horrēda ⁊ magnitudo talis pōderis ꝑ viribus deponēda. Dicat ergo pctōr illud iob. xiij Rñde mihi quātas habeo iniq̄tates ⁊ pctā: ſcelera mea atqꝫ delicta oñde mihi: ſupple vt ipſa horreā ⁊ dimitaz iſta eſt igit̃ quātitas vitioꝝ quā debem⁹ delere. ¶ Ter-

C tio dico ꝙ iuenit̃ quātitas terrenoꝝ quā debem⁹ horre iſtoꝝ. n. quātitas quāto maior: tāto ꝑiculoſior. ſicut patet de lignis in igne: vel etiam de igne in lignis. qꝛ ſicut ſ. dicitur iaco. iij. quant⁹ ignis q̄ magnā ſiluā incendit q. d. paruus: ergo multomagis magnus qꝛ ꝑcerto quāto fortior eſt ignis q̄litas tāto minus ſufficit ligni quātitas Sic eſt etiaz de bonis tēporalib⁹ ⁊ auaris. Nihil enīz illis ſufficit licet in quātitate terrenorū abundent Luc. xv quāti mercēnarij in domo patris mei abundāt panib⁹ ego aūt fame pereo. vnde et ipſi diuites inſatiabiles figurari poſſunt in bel: cui nulla quātitas ciboꝝ appoſitorū ſufficere videbatur. vnde Dani. xiiij. An inq̄t non vides quanta bel comedat ⁊ bibat om̄i die? Ecce magnus error. Nā qꝛ babylonij iſtud idoluz in exceſſiua quātitate om̄i die comedere exiſtimabant: ipſuz deū eſſe credebāt. Sic vere fatui mūdani illos deos. ideſt ceteris ꝓferendos credunt, quos in exceſſiua quātitate terrena bona comedere ⁊ acq̄rere nunc aduertunt. ⁊ tamē prohdolor de iſta quātitate glorie tēporalis peruenitur ad quantitatez miſerie infernalis. ſicut de aman dicit̃. Heſter. v. ꝙ poſtq̄ oſtēdiſſet vxori ſue quāta cū rex gloria ſublimaſſet: ſatis cito poſt confuſibiliter eſt ſuſpenſus vnde de iſta meretrice babylon ⁊ ipſius glorie quantitate dr̃ Apo. xviij. quātū glorificauit ſe et i delicijs fuit tm̄ date illi tormētū et luctū. iſta eſt igit̃ quātitas terrenorū quā debem⁹ horrere. ¶ Quarto dico ꝙ inuenit̃ quantitas impenſorū quā debemus videre et iſta ē quātitas beneficioruz a deo nobis impenſorū. qꝛ. ſcilicz iſta ſemper eſt videnda et cū gratiarūactione intime cogitāda Exemplo dauid dicentis in pš. venite inq̄t audite et narrabo omnes q̄ timetis deū quanta fecit anime mee Actuū. xiiij. et retulerunt quanta fecerit deus cū illis. ⁊ Luce. viij. Narra quāta tibi fecit dominus. Iſta eſt ergo quantitas impenſoꝝ ⁊c. ¶ Quinto dico ꝙ inuenit̃ quantitas mirandorū quā debemus ſtupere: hec ē quātitas miraculoꝝ diuinoruz. Iſta. n. talia et tāta ſunt ꝙ certe ſi debite conſiderantur admiratione ⁊ ſtupores inducunt. Unde de miraculo tranſitus maris rubri dicit̃ Exo. xj. vt ſciatis inq̄t quāto miraculo diuidat domin⁹ egyptios ab iſrael De ſtupore autez quātitatis talium mirandorū dicit̃ in pš. Quāta audiuim⁹ ⁊ cognouim⁹ ea patres noſtri narrauerunt nobis. Et iteruz quanta mandauit patribus nr̃is nota facere filijs ſuis ⁊ cetera. Quātus ergo ſit ⁊ quāta ſint ei⁹ opera ſatis ptz. Hebre. vij. vbi ſub figura chriſti de melchiſedech dr̃ ſic. Eſt inq̄t rex pacis. ſine pr̃e: ſine mr̃e ſine genealogia: nec initiū dierum nec finē vite hñs. Seq̄tur. intuemini aūt quātus ſit hic: cui ⁊ decimas dedit de p̄cipuis abraā patriarcha. Hec eſt igitur quātitas mirandoꝝ quā debem⁹ ſtupere. ¶ Sexto dico ꝙ inuenitur quātitas aduerſorū D quaz nō debes dolere ſeu quā non debes terrere. Cōſtat enī ꝙ iuſti dum viuūt magna quātitate tribulatiōum plectunt̃ verūq̄ ſciūt ꝙ talia ipſis ꝓ bono ⁊ vtilitate ipſorū a deo immittunt̃: nō ab eis nō terreri. ſz eas i patiētia ſuſtinere tenent̃ ⁊ maxime qꝛ de quantitate taliū aduerſoꝝ: ad quantitatē conſolationū et gaudiorū venit̃ pš. Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas ⁊ malas: ⁊ cōuerſus viuificaſti me: ⁊ de abyſſis terre iterū reduxiſti me. Poſt tēpeſtates enīz et tonitrua: aeris ſerenitas ſolet ſequi. Et ideo tempeſtas leuius ſuſtinet̃. qꝛ ſerenitas ſucceſſura a nemine dubitatur. Sic eſt de mūdi tribulationibus Suſtineri enīz in patientia debent qꝛ modicuz durare habēt ⁊ ſerenitatē conſolationis et glorie in fine prebent. De quātitate ergo taliū ſuſtinenda dicit dñs loquēs de paulo Actuū. ix. Oſtendam illi quāta oporteat euz pati pro nomine meo. Hec eſt ergo quantitas aduerſorū ⁊c. ¶ Septimo dico ꝙ inuenitur quantitas tormentorū. ſ. infernaliuz quā debem⁹ timere qꝛ ad quantitatē criminū ſeq̄tur quātitas penarum Leui. xxv. Iuxta menſuraz culpe erit ⁊ plagarū modus vnde de quantitate penarū futura dicit̃ illud predictuz Apocalip. xviij. Quātū glorificauit ſe ⁊ i delicijs fuit tātuz date illi tormētū ⁊ luctū Iſta eſt igitur quātitas tormentoꝝ. ¶ Octauo vero dico ꝙ inuenitur quantitas gaudioruz ſeu ⁊ premioruz qua debemus frui et iſta eſt quantitas bonoruz paradiſi, que ſcilicet immenſa ⁊ infinita eſt ⁊ de iſta poteſt dici illud Gene. xliiij. Quod. ſ. ioſeph de ſuis fratrib⁹ legitur precepiſſe. Imple inquit

saccos

ſaccos eorum frumento quantum poſſunt capere. Sacci noſtri, ſignant anime capacitatem que ſcilicet in paradiſo quantū poteſt recipere tantum beatitudine et gloria adimpletur: ita ꝙ voluntas ⁊ deſiderium ibidē penitus ſanatur. Deutero. xxiij. Comede vuas quantū tibi placuerit. Quamuis autem ibi ſit quantitas laudis diuine: iſta tamen ad quantitatem condignam ſue infinitatis nunꝙ attingit ſicut bene dicitur. Eccleſiaſtici. xliij. Magnificantes dominum exaltate illū quātum poteſtis: maior eſt enim omni laude. Patet igitur quomodo in ſcriptura multiplex quantitas inuenitur Uide vbi menſura pondus. Sufficit.

B **Quare.** Nota ꝙ quare ſemper vt communiter ſignat queſtionem, interrogationē vel reprehenſionem. Et ſic poſſum notare ꝙ in ſcriptura inuenitur multiplex quare ſcilicet. Quare.

Reprehenſiuū
Deſolatiuū.
Allegatiuū.
Deprecatiuū.
Admiratiuū.
Inquiſitiuū
Excitatiuū
Sollicitatiuū.

Dico ergo ꝙ iſtud aduerbiū quare dicitur cauſa reprehēſionis. ſic ſumit. j. Reg. ij. Quare facitis rē huiuſcemodi. Et. ij. Paral. xxiiij. Quare tranſgredimini mandata domini ⁊c. ¶ Item dicitur cā deſolatiōis. Et ſic dicitur iob. iij. Quare non in vulua mortuus ſum? egreſſus de vulua non ſtatim perijꝰ quare data eſt miſero lux ⁊ cetera. Sequitur. Cur exceptus genibꝰ: cur lactatus vberibus. ⁊ cetera. ¶ Item dicitur cauſa allegationis. Et ſic dicitur Job. ij. ſi bona ſuſcepimꝰ de manu domini. mala autem quare non ſuſtineamus Et iterum. Job. vij. Quare me poſuiſti contrariū tibi. ¶ Item dicitur cauſa deprecationis. Et ſic ſumitur in pſ. Quare faciē tuam auertis: obliuiſceris inopie ⁊ tribulatiōis noſtre. ¶ Item dicitur cauſa admirationis. Et ſic ſumitur Job. xxj. Quare ergo impij viuunt ſuper terram. Et Hiere. xij. Quare via impiorū proſperatur bene eſt omnibus qui preuaricantur ⁊ inique agunt: et abacuc. j. q̄re non reſpicis ſup inique agentes: quaſi dicat. Mirum eſt. ¶ Item dicit̄ cauſa inquiſitiōis. Et ſic ſumitur. Marci. ij. Quare cum publicanis ⁊ peccatoribus manducat magiſter veſter. ¶ Item dicitur cā excitationis. Et ſic dicitur in pſ. Exurge quare obdormis domine. ¶ Item dicitur cauſa ſollicitationis. Et ſic ſumitur. Ezech. xviij. ⁊ xxxiij. Quare moriemini filij iſrael. conuertimini ⁊ viuite. ¶ Nota ergo adhuc ꝙ quare dicitur pro maiori parte arguendo reprehēdendo. ⁊ cā inquirendo. vnde nota ꝙ per iſtud aduerbiū quare: homo reprehenditur in ſcriptura quaſi de omnibus male factis Reprehenditur ergo per Quare.

De verborum mordacitate.
De manuū crudelitate.
De dimiſſa ſocietate.
De remiſſa tepiditate.
De commiſſa duplicitate.

Reprehenduntur et arguuntur de detractoria mordacitate. Numeri. xij. Quare nō timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi Et Job. vj. Quare detraxiſtis ſermonibꝰ veritatis. ¶ Item de inuaſoria crudelitate vnde. Eſaie iij. Quare atteritis populum meum. Et. ij. Reg. j. quare non timuiſti mittere manum in chriſtum domini ¶ Item de dimiſſa ſocietate et fidelitate. dicitur. ij. Regum. xvj. Quare non iuiſti cū amico tuo. Et. ij. Regū. xix. Quare non veniſti mecū miphiboſeth. ¶ Itē de remiſſa tepiditate vnde. ij. Reg. xix. quare nouiſſimi reducitis regem. Et luce. xix. q̄re non dediſti pecuniam meā ad vſurā. ¶ Item de commiſſa duplicitate. vnde. iij. Regū. xiiij. Ingredere vxor ieroboā. quare te aliā eſſe ſimulas. Et Judicum quinto quare habitas inter duos terminos vt audias ſibilos gregū. Iſta ergo omnia cum alijs ſimilibus per quare poſſunt intelligi ⁊ ad iſta ⁊ infinita alia pōt q̄re aduerbiū applicari vide ergo de cur quando quomō et vnde q̄ oīa interrogatiue ſignificāt ⁊c. ¶ Si vis adhuc de iſta queruloſa dictione aliquantulū dilatare. Dic ꝙ iſtud aduerbiū q̄re pōt ſpectare ad

Deum.
Juſtum
Impium.

Quilibet enī iſtorū videtur logicaꝫ dixiſſe: q̄a ſcit facere multiplex quare. Et primo q̄deꝫ aliquid dicamus de deo. cōſtat. n. ꝙ iſte in ſcriptura ſacra facit et dicit vnū quare.

Oſtenſiuum amoris.
Reprehenſiuum tumoris.
Excluſiuū inſtructionis
Argutiuū erroris.

facit igitur deꝰ vnū quare quod eſt compaſſiōis et ſic compaſſiue videtur loqui Ezech. xviij. vbi dicitur. Et quare moriemini filij iſrael: conuertimini ⁊ viuite. ¶ Item facit vnum quare quod eſt reprehēſſionis quo ſcilicet ipſe reprehēdit ſuperbos et preſumptuoſos ⁊ ſic dicitur in pſ. Peccatori autē dixit deus quare tu enarras iuſtitias meas: et aſſumis teſtamentum meū per os tuum. tu vero odiſti diſciplinā ⁊c. ¶ Item facit vnum quare quod eſt inſtructionis: ſeu etiam conſolationis et excitatiōis. Et ſic certe legit̄ dixiſſe petro in fluctibus dubitāti Mat. xiiij. Modice fidei quare dubitaſti ⁊ apprehendit manū eius ⁊c. ¶ Item facit vnū quare quod eſt redargutionis. et ſic certe interrogando per quare ipſe reprehendit hominem.

De feritate commiſſa.
De veritate omiſſa.
De firmitate amiſſa.

Dicit enim deus peccatori. quare commiſiſti diram feritatem ſeu crudelitatem Et ſic dicitur Ezech. xix: quare inquit mater tua leena cubauit inter leones. qui ſcilꝫ ſunt animalia crudelitatis immenſe. ¶ Item dicit quare omiſiſti puram veritatem. Et ſic dicit. Joannis. viij. Si veritatē dico vobis quare non creditis mihi. ¶ Itē dicit quare amiſiſti duram firmitatē ſeu etiam firmā patientie ſtabilitatē. Et ſic certe dicit per apoſtolum. j. Corinth. vj. Quare non magis iniuriam accipitis. quare non magis fraudem patimini. Sic igitur patet ꝙ deus quandoqꝫ vtitur iſto aduerbio quare. ¶ Secūdo dico ꝙ iuſtus quandoqꝫ vtitur iſto aduerbio multis modis ſcilicet. Erga. C

Deum.
Seipſum.
Proximū.

Et ſic certe dico ꝙ vir iuſtus loquēs deo dicit ⁊ facit Unū quare quo diuinā preſentiam admirat̄. Clementiam exhortatur. Juſtitiam veneratur. Prudentiā calumniatur. ¶ Dico ergo ꝙ iuſtus deo loquitur locutione querimonioſa ſuaꝫ preſentiā admirando. et ſic certe dicit Hieremie. xiiij. quare quaſi colonus futurus es in terra tua: ⁊ q̄ſi viator declinas ad manendū. Quare futurus es velut vir vagus: ⁊ vt fortis qui non poteſt ſaluare. Tu autem in nobis es domine ⁊c. q. d. mirabile eſt. ¶ Item dicit q̄re ſuaꝫ clementiā exhortādo. Et ſic deo loquitur in pſ. dicens. Exurge q̄re obdormis domine exurge ⁊ ne repellas in finem quare faciem tuaꝫ auertis: obliuiſceris inopie noſtre ⁊ tribulationis noſtre ⁊ illud. Deꝰ deꝰ meꝰ reſpice in me quare me dereliquiſti ⁊c. ¶ Itē dicit deo quare venerando ſeu etiaꝫ formidando ſuā iuſtitiā. Et ſic dicit deo illud Job. vij. quare poſuiſti me contrariū tibi et quare non auferꝭ iniquitatē meā ⁊c. et illud pſ. quare oblitus es mei ⁊ quare contriſtatus incedo dum affligit me inimicus. q. d. nimis rigoroſe agis contra me. ¶ Item dicit deo aliud quare. ſcilicet arguēdo ſuā prudentiā. ⁊ ſic loquitur Abacuc. j. Quare non reſpicis ſuper iniqua agentes: ⁊ taces deuorante impio iuſtiorē ſe: ⁊ facies hominis vt piſces maris ⁊ q̄ſi reptile non habentes principem. Patet igitur quomodo iuſtꝰ vtitur iſto aduerbio quare multipliciter erga deum. ¶ Itē ipſo vtitur multipliciter erga ſeipſū ⁊ ſic certe dico ꝙ iuſtus dicit et facit. vicꝫ. Unum quare de.

Sua vita fragili.
Rerū rota labili.
Mundi luctu flebili.
Mortis meta ſtabili

Igitur dico ꝙ iuſtus deſolatiue conqueritur. dicēs quare de carnali fragilitate ⁊ ſic dicit illud. Job. iij. quare nō in vulua mortuus ſum: egreſſus ex vtero quare non ſtatim perij et Job. x. quare de vulua eduxiſti me. ¶ Item conqueritur de fortune labilitate ⁊ ſic dicit iob. iij. quare miſero data eſt lux: ⁊ vita his qui in amaritudine ſunt anime qui expectant mortem et non venit ⁊c. Lux inquit idest



Ayuntamiento de Madrid

claritas et ſplẽdoꝛ mundane foꝛtune. Luce enim nihil
pulcrius aut delectabilius et tamẽ nihil labiliꝰ aut deſe
cibiliꝰ ſubito enim apparet et diſparet. modica nube in
tercipitur: ⁊ modico obſtaculo impeditur. Sic vere de
labilitate foꝛtune ⁊c. ¶ Item conueritur de mundana
aduerſitate ⁊ ſic dicit. Hiere. xv. Ue mihi mater mea: q̃
re genuiſti me virum rixe ⁊ diſcoꝛdie in vniuerſa terra.
Sequitur q̃re factus ẽ doloꝛ meus perpetuus. ⁊ plaga
mea deſperabilis. ¶ Item con queritur de finali flebili
tate. ſcilicet de moꝛte. Et ſic dicit Gen. xlvij. Quare mo
riemur coꝛam te. Et deutero. v. Cur inquit moꝛiemur: et
deuoꝛabit nos ignis iſte? Et numeri. xxj. Cur eduxiſti
nos de egypto vt moꝛeremur in ſolitudine Sic ergo pꝫ
ꝙ iuſtus multipliciter vtitur iſto vocabulo q̃re erga ſe
ipſum. ¶ Item dico ꝙ iuſtus vtitur iſto aduerbio ali
quotiens erga pꝛoximum. Et ſic nota ꝙ iuſtus facit a
lijs generaliter. videlicet Unum quare de Foꝛtuna ma
loꝛum iactura bonoꝛũ. Natura celoꝛũ. Ruptura ſacro
rum. ¶ Querit ergo iuſtus quare malus in mundo ꝓ
ſperatur: Et ſic dicit Hiere. xij. Quare inquit via impio
rum pꝛoſperatur: bene eſt omnibus q̃ pꝛeuaricantur ⁊
inique agunt. ¶ Iteꝫ querit quare iuſtus in mũdo tri
bulatur. Et ſic dicit de iſrael. ideſt de viro iuſto Hiere.
ij. Nunquid ſeruꝰ factus eſt iſrael aut vernaculus. q. d.
non ſequitur. Quare ergo factus eſt in pꝛedaꝫ ſuper eũ
rugierent leones ⁊c. Unde Sapien. iiij. Uidebunt fineꝫ
ſapientis: ⁊ non intelligent quare minuerit illum deus
¶ Iteꝫ querit quare tempus taliter mutatur. Et ſic di
cit. Eccleſiaſtici. xxxiij. Quare dies diem ſuperat. ⁊ iteꝝ
lux lucem ⁊ annus annuꝫ ⁊ ſol ſolem. ¶ Item querit q̃
re malus legem deteſtatur. Et ſic certe dicit peccatoꝛi
bus dei mandata tranſgredientibus illud. j. Regum. ij
Quare facitis res huiuſcemodi. Et. ij. Parali. xxiiij. q̃
re tranſgredimini mandata domini. Sic igiť patꝫ quõ
iuſtus vtiť hoc aduerbio quare multis modis. ¶ De
impio vero quomodo conſueuit facere multiplex quare
dic ꝙ iſte ſolet conqueri ſcilicet

De deo cum ab ipſo iuſte percutitur. Conqueriť
De iuſto cum ipſo culpis non vlcitur ergo pecca
De ſeipſo cum ad bonum foꝛſitan trahiť toꝛ d deo ad
mirando quare percutitur. Et ſic mali videntur dicere
illud Hiere. v: quare fecit dominus deus noſter nobis
hec omnia Et Hiere. xiij. Si dixeris in coꝛde tuo quare
venerunt mihi hec. Et reſpondetur ibidem. ꝓpter mul
titudinem iniquitatis tue. ¶ Item conqueritur de iu
ſto cur peccãdo ſibi non iungiť. ⁊ ſic dicebat rex babylo
nis danieli. Dan. xiiij. quare non adoꝛas bel. ¶ Itẽ con
queritur de ſeipſo cur ad bonum quandoqꝫ trahitur. et
ſic videntur dicere mali. eſaie. lviij. quare inquit ieiuna
uimus et non aſpexiſti humiliauimꝰ animas noſtras
et neſciſti? et ſic ergo patet quomodo Deus. iuſtꝰ ⁊ im
pius logicaliter dicunt. quare ⁊c. Sufficit.

**Quaſi.** Nota ꝙ hoc aduerbiuꝫ quaſi vt commu
niter ſignat rerũ impfectionẽ vł rerũ ade
q̃tionẽ. Signat enĩ q̃n qꝫ impfectioneꝫ: q2 ꝓ certo res q̃ñ
dicitur quaſi facta: adhuc ſupponitur imperfecta. ⁊ ſic
ſumitur eccleſiaſti. xxx. vbi de patre qui bonum habet fi
lium dicitur: ꝙ moꝛtuus eſt pater eius ⁊ quaſi non eſt
moꝛtuus: quia filium ſimilẽ reliquit ſibi poſt ſe. Et eſa
ie. xl. Omnes gentes quaſi non ſint ſic ſunt coꝛam eo
¶ Itẽ quandoqꝫ et communiter ſignat ſimilitudinem
et adequationem: et ſic quaſi idem eſt qꝺ ſicut vel quẽ
admodum et ſic ſumitur Deutero. xxxij. Fluat inquit vt
ros eloquiũ meũ quaſi ymber ſuper herbam ⁊ quaſi ſtil
le ſuper gramina. ¶ Notemus igitur de iſta ſimilitudi
ne deſignata per quaſi ꝙ quaſi quandoqꝫ dicitur de ho
mine quandoqꝫ de deo quãdoqꝫ de dyabolo. ¶ Pꝛimo
igitur dicamus aliquid de homine. Homo enĩ in q̃ntũ
põt conſiderari in diuerſis ſtatibus. ſ. in ſtatu.

Nature. Diuerſimode poteſt dici: quaſi: ⁊ diuer
Gratie. ſis rerum ſimilitudinibus adequari. ⁊
Glorie. ideo breuiter notemꝰ ꝙ nos inuenimꝰ
Peccati. in ſcriptura Unum quaſi Nature et de
Tormenti fectionis Gratie et ꝑfectiõis. Glorie et
ſaluationis Culpe et infectionis. Pene et damnatiõis

¶ Pꝛimo ergo dico ꝙ eſt vnum quaſi naturalis defe
ctionis. quaſi enim vt dictum eſt ſignat rem ſine com
plemento et etiam quaſi ſignat ſimilitudineꝫ: ſimilitu
do autem habet potius pꝛopꝛietatem fictionis imagi
narie q̃ȝ exiſtentie. ſignificans humanaꝫ conditionem
que vere imaginaria atqꝫ ficta eſt nihil habẽs virtutis
aut firmitatis. et ſic dico ꝙ homo eſt naturaliter quaſi
flos in ingreſſu. Aqua ĩ pꝛogreſſu. Putredo in egreſſu
eſt dico quaſi flos in pꝛincipio iob. xiiij. Homo natus de
muliere breui ⁊c q̃ſi flos egrediť et cõteritur ⁊ effugit ve
lut vmbꝛa eſt etiam quaſi aqua in medio. quia ſcilicꝫ to
tum medium vite noſtre eſt fluxibile et variabile ſicut
aqua. ij. Reg. xiiij. Oẽs nos quaſi aq̃ dilabimur q̃ nõ
reuertunť. Aqua enim nunq̃ȝ per eandem viaꝫ reuertiť
per quam currit. Sic nec homo per eaſdem etates iterũ
iuueneſcit Job. xvj. Semitaꝫ per quaꝫ non reuertar am
bulo. Eſt inſuper q̃ſi putredo in moꝛtis termino. iob.
xiij. quaſi putredo conſumendus ſum: et q̃ſi veſtimen
tuꝫ quod comeditur a tinea. Iſtud eſt ergo vnuꝫ q̃ſi na
turalis defectionis. ¶ Secundo dico ꝙ eſt vnum qua
ſi virtualis perfectionis. Et iſtud eſt illud quo vir iuſtꝰ
et perfectus ſimilis eſt rebus notabilibus et bonis. de
bet enĩ ſe adequare ⁊ confoꝛmare omnibus alijs viris
iuſtis: et quaſi vnꝰ ex ipſis: in omnibus bonis moꝛibꝰ
ſe habere Eccleſiaſtici. xxxij. Rectoꝛeꝫ te poſuerunt: no
li extolli. eſto in illis q̃ſi vnꝰ ex illis. Res enĩ quãto ſũt
puriores tãto ſunt ad ↄditionẽ rerꝫ q̃bꝰ coniunguntur con
uertibiliores. Et inde eſt ꝙ aer cum ſit puriſſimuꝫ ele
mentũ faciliter immutatur a coꝛpoꝛe vitreo per qꝺ trã
ſit et quaſi vitruꝫ efficitur coloꝛatũ. Sic vir iuſtus faci
liter ſe confoꝛmat bonis hominibus quos frequentat
et coloꝛes perfectionũ ⁊ virtutuꝫ quas in ipſis inuenit
libenter in ſe recipit et repſentat vt ipſe pꝛopꝛie dicatur
vnũ q̃ſi vna ſilitudo vna imago q̃ ĩ ſe virtutes alioꝛũ exẽ
plariter repꝛeſentet vt ſic de tali ſimilitudine imitatiua
et repꝛeſentatiua: ⁊ de tali quaſi dicat quilibet vel queli
bet de ſeipſo illud Eccleſiaſtici. xxiiij. quaſi cedrus exal
tata ſum in lybano et quaſi cypꝛeſſus in monte ſyon: q̃
ſi palma exaltata ſum in cades: ⁊ q̃ſi plantatio roſe in
hiericho quaſi oliua ſpecioſa in campis. et quaſi plata
nus exaltata ſum iuxta aquas in plateis. In quibꝰ ver
bis oſtenditur ꝙ vir iuſtꝰ alijs viris perfectis: deo vide
licet angelis et ſanctis multis aſſimilatur et eis pꝛo vi
ribus confoꝛmatur. videlicet.

In mentis eleuatione. Quaſi cedrus.
In carnis depuratione. In lybano.
In coꝛdis roboꝛatione. Quaſi cypꝛeſſus.
In ſenſus contemplatione. In ſyon
In ſpei ſublimatione. Quaſi palma.
In penitentie tranſfoꝛmatione. In cades.
In patientie ſolidatione. Quaſi roſa.
In pietatis irroꝛatione. In hiericho.
In honeſtatis cõuerſatione quaſi oliua ſpecioſa.
In largitatis enutritione. In campis
In amicicie dilatione. Quaſi platanus.
In ſapientie iubilatione. Iuxta aquas.

Igitur charisſimi ſimus quaſi cedrus per mẽtis eleua
tionem q̃ſi cedrus inquit exaltata ſum. ſcilicet ſicut ce
drus ſurſum erigitur ſic mens iuſtoꝛum ſurſum ad ce
leſtia per affectum et deſiderium eleuatur Unde Eccle
ſiaſti. l. q̃ſi plantatio cedri circa illum. ¶ Item ſimus
quaſi libanus per carnis depurationẽ. in libano inquit
Libanus enim interpꝛetatur candoꝛ ⁊ eſt mons niui
bus candidus et fragrantia ſuauis: ſignificans ſtatum
caſtitatis: vbi puritatis eſt candoꝛ et fragrantia bone
fame Eccleſi. xxxix. quaſi libanus odoꝛeꝫ ſuauitatis ha
bete: floꝛete floꝛes quaſi liliũ. ¶ Item ſimus quaſi cypꝛeſ
ſus per coꝛdis roboꝛationem: quaſi cypꝛeſſus inquit. Cy
pꝛeſſus enim eſt arboꝛ ita ſolida ꝙ eius colũna non ce
dit oneri cuicunqꝫ. Sic nec iuſtus oneri tribulationis ce
dit. iuxta illud. Senece. Utere officio quod ſemel ſum
pſiſti.

Ayuntamiento de Madrid

pſiſti.turpe eſt eñi cedere.vnde Eccleſiaſtici. Dicitur q̄
ſi cypreſſus in altitudinē ſe tollens. ¶ Item ſimus q̄
ſi mons ſyon per claram contemplationem in monte
ſyon inquit Syon enim ſpecula interpretatur ſignans
illos qui per contemplationem deum et celeſtia ſpecu-
lantur pſ. Uidebitur deus deorum in ſyon rē. Michee
iij. Syon quaſi ager arabitur .i. mens hominis ſpecula
tiui per diſciplinam exercebitur. ¶ Item ſimus quaſi
palma per ſpei exaltationem. Quaſi palma inquit exal
tata ſum. Palma. n. altiſſime aſcendit. ⁊ omnes rami
eius et folia in ſurſum tendunt ſignās illos qui per ſpē
ſurſum extolluntur: et quarum rami affectuum ſurſuꝫ
eriguntur ad dominum vnde Eccleſiaſti. l. quaſi rami
palme omnes filij aaron in gloria ſua. ¶ Item ſimus
quaſi cades per penitentie transformationem. In cade
inquit. Cades enim interpretatur mutata. Cades eñi ē
locus ī deſerto vbi maria mortua fuit. ⁊ vbi petra aqua
manauit. quia ſcꝫ in penitētia fit perfecta morū muta-
tio. Et ſicut in deſerto fuit carnis afflictio: ⁊ ibi exijt aq̄
de petra. i. de corde lapideo. aquarum .i. lachrymarū in
undatio ſic ibi moritur maria .i. amara deſperatio vnde
Nu. xx. Mortua eſt maria ⁊ ſepulta in cades. Unde de
iſto deſerto cades poteſt dici illud Oſee. ix. Quaſi vuas
in deſerto inueni iſrael. ¶ Item ſimus quaſi roſa ꝑ pa
tientie ſolidationem. Quaſi roſa inquit. Roſa. enim
que quanto plus teritur tāto amplius fragrat: ſignās
viros patientesq̄ quanto plus tribulationibus terunt
tāto odor virtutis ipſorū amplius declaratur: qr. i. ſicut
dicitur Eccleſiaſtici. l. Iſti ſunt q̄ſi arcus refulgens in
ter nebulas glorie: ⁊ quaſi flos roſarū in diebus veris.
¶ Itē ſim9 q̄ſi hierico per pietatis irrorationem in hie
richo inquit. Luna enim dicitur mater roris. Uir vero
pius dicit illud Oſee. xiiij. Ero q̄ſi ros ⁊ iſrael germina
bit quaſi liliū. vt ꝯ q̄libet tali dicat. illud. Eccleſiaſtici
l. q̄ſi luna plena in diebus ſuis. Res enim plena facili-
ter ſupereffundit. ¶ Item ſimus quaſi oliua per hone
ſtatis conuerſationem. q̄ſi oliua inquit ſpecioſa. oliua
eñi ſp viret: ſic honeſta ꝯuerſatio iuſtoꝝ. Oſee. xiiij. q̄ſi
oliua gloria eius. ¶ Item ſimus quaſi campus per lar
gitatis. exuberationē in cāpis inq̄t Cāpus eñi nutri-
mētū hoīb9 apportat. Sic homo largus pauperes nu
trit et ſatiat Oſee. xj. Ego quaſi nutritus effraym por-
tabam eum. ¶ Item ſimus quaſi platanus per amici-
cie dilatationem: quaſi platanus inquit. platanus eñi
eſt arbor q̄ multū creſcit in latū. ſic homo lateraliter tē
dit ad omnes Ezechi. xxxj. Ecce aſſur quaſi cedrus in li
bano. Sequitur. Platani non fuerunt eque frondib9
eius. ¶ Item ſimus quaſi iuxta aquas ꝑ ſapientie pre-
guſtationem. iuxta aquas inq̄t. Aque enim ſapientiā
deſignant iuxta illud Eccleſiaſtici. xvj. Aqua ſapientie
ſalutaris potauit illuꝫ: vt ſic ſimus quaſi lilia que ſunt
in tranſitu aque: ⁊ quaſi thus redolens in diebus eſta-
tis Eccleſiaſtici. l. Ecce ergo quomodo vir perfectus re
C bus varijs comparatur: et quomodo ꝑ imitationeꝫ deo
ſanctis et angelis. adequatur. iſtud ē ergo quaſi virtua
lis perfectionis ⁊c. ¶ Tertio dico ꝙ inuenitur vnū qua
eternalis ſaluationis. Et iſtud eſt illud quo beati in pa
tria deo aſſimilantur et quo diuerſis rebus comparan
tur ⁊ adequant. ⁊ ſic nota ꝙ beati qui nunc ſunt in glo-
ria. vel ſancti qui finaliter erunt in patria ſunt Quaſi.

Flos.
Ros
Thus
Arcus.
Foliū.
Liliū.
Stilla.
Stella.
Luna.
Roſa.
Aurū.
Oleū

Sunt dico quaſi flos ratiōe decoris. eccleſia
ſti. l. quaſi flos roſarū in dieb9 veris. Sunt q̄
ſi ros ratiōe dulcoris Oſee. xiiij. ero quaſi ros
⁊c. Sunt quaſi thus ratione feruoris eccleſia
ſtici. l. Quaſi ignis fulguris. et quaſi th9 ar
dens in igne. Sunt quaſi celeſtis arcus ratio
ne fulgoris Eccleſiaſtici. l. Quaſi arcus re
fulgens inter nebulas glorie. Sunt quaſi fo-
lium ratione viroris Prouer. xj. Iuſti autē
quaſi virens folium germinabūt. Sunt qua
ſi lilium ratione candoris. Eccleſiaſti. l. Qua
ſi lilia que ſunt in tranſitu aque. Sunt qua
ſi ſtilla ratione fluoris. Deutero. xxxij. quaſi ymber ſup
herbam et quaſi ſtille ſuper gramina Sunt quaſi ſtel-
la ratione ſplendoris. Eccleſia. l. quaſi ſtella matutina
in medio nebule. Sunt quaſi luna ratiōe amoris. quia
ſcilicet luna magis coniungit ſoli ⁊ frequentius ꝙ alie
ſtelle Eccle. l. quaſi luna plena in diebus ſuis. Sūt qua
ſi roſa ratione odoris. Eccle. xxiiij. quaſi plantatio roſe
in hiericho. Sunt quaſi aurū ratione valoris. Eccleſia.
l. quaſi vas auri ſolidū ornatū omni lapide precioſo. Sūt
quaſi oleū ratiōe nitoris. Ezechie. xxxij. Puriſſimas red
dam aquas egypti quaſi oleū. Iſtud eſt ergo vnū qua
ſi eternalis ſaluationis. ¶ Quarto d. co ꝙ ē vnū quaſi D
criminalis infectionis. Et iſtud ē illud quo mali ratio
ne ſuarū ꝯditionū malarū diuerſis reb9 diuerſimode cō
paratur: et iō nota ꝙ mali ī ſcriptura. dicūtur eē q̄ſi

Plumbū ratione ponderoſitatis.
Gigas ratione auſteritatis.
Hoſtis ratione crudelitatis
Locuſta ratione voracitatis.
Mare ratione mobilitatis.
Abyſſus ratione obſcuritatis.
Bos ratione inſenſibilitatis
Palea ratione inſtabilitatis.
Lapis ratiōe dure voluntatis.
Latro ratione fallacitatis.
Ouis ratione male ſimplicitatis.
A ſtio inq̄ſitoria eſt illa q̄ homo non ceſſat q̄rere et inueſtigare illa q̄ ſibi ſunt abſcondita et ſecreta contra illõ Eccleſiaſti.iij. Altiora te ne queſieris ⁊ in ſuperuacuis rebus ne fueris curioſus ⁊. Eccl'ſ. vij. Inueni ꝙ fecerit dominꝰ hominẽ rectũ. ⁊ ipſe infinitis ſe imiſcuit q̄ſtionibꝰ. ¶ Queſtio litigatoria eſt illa q̄ inter ptes propter ſecularia negocia ventilat̄.ij. Thymo.ij. Stultas ⁊ ſine diſciplina q̄ſtiones deuita. ſciens ꝙ generãt lites q̄ſtio murmuratoria eſt illa q̄ q̄s querit̄. i. conqueritur de aliquo. Et de hoc dicitur Phili.ij. Sitis ſine q̄rela ⁊ ſimplices filij dei. De q̄ etiam murmuratoria q̄rela dicitur Nume.xiiij. q̄relas filiorum iſrael audiui ⁊ loquitur de illis q̄ murmurabant pro eo ꝙ ipſos eduxerat de egypto etcetera ſufficit.

# Qui.

A Nota ꝙ illud ꝓnomen relatiuũ ⁊ adiectiuũ q̄ quandoq̧ ſumit̄ poſitiue. Eſt enim nominatiuus ſingularis numeri ⁊ ſic ſumit̄ ſemper poſitiue. Eſt etiam q̄nq̧ ntũs numeri pluralis vt pote q̄ñ eſt pluralis iſtius pronominis quis ⁊ ſic ſumitur interrogatiue. quomodocũq̧ ergo ſumat̄ dico ꝙ iſtud pronomen q̄ in bono ſumit̄ ⁊ in malo. ⁊ ſic dico ꝙ qui põt referri ad deũ ad iuſtũ ad ſtultũ. Eſt eñ deus q̄ cunctis preſidet. Eſt etiã iuſtus q̄ firmus reſidet. Eſt inſuper ſtultus q̄ mala poſſidet. Eſt eq̄dem mundꝰ q̄ cito diſſidet. Eſt nihilominus dyabolus q̄ bonis inuidet. ¶ Primo ergo dico ꝙ deꝰ poteſt dici q̄ cũ ſit ille q̄ cũctis p̄ſidet. q̄ eñ de ſui ſignificato comprehendit quandã infinitatẽ virtutis. et quandã etiã infinitã eminentiam maieſtatis. Et ſic certe dico ꝙ qui poteſt intelligi deus. cuius. ſ. infinitas bonitas ⁊ poteſtas q̄ deſcribi neq̄t a mortalibꝰ ſi placeat voce tur q̄ q̄ hic pro nomine ſe interpoſuit et ſic fuit ꝓnomen. i. ꝓ nobis omen. q̄ ſummo nomine claret ⁊ claruit ſic fuit nominatiui caſus qui eternaliter ſtat. ſtetit et viguit. ſic fuit ſignans poſitiue q̄ ſingulariter poteſt et potuit. ſic fuit numeri ſingularis. q̄ efficaciter ꝓdeſt et profuit. et ſic fuit adiectiuus. dicam igitur ꝙ hic pro homine ſe interpoſuit. ⁊ ſic poteſt dici pronomen quia pro nomine poſitiue ponitur. q꞉. ſ. iſte eſt qui fuit pro

Nobis a patre veniens.
Nobis a matre oriens
Nobis ĩ cruce moriens
Nobis ad celũ rediens.

Dicam ergo ꝙ hic qui ꝓ nobis in munduꝫ exijt vñ Mat.xiij. exijt q̄ ſeminat ſeminare ſemen ſuum ⁊c.

vñ in ſimbolo dicimus ſic. q̄ propter nos homines et ꝓpter nr̃aꝫ ſalutẽ deſcẽdit de celis vñ de iſto q̄ fuerat dictũ Gene.xlix. non auferet ſceptrũ de iuda donec veniat qui mittendꝰ eſt ⁊ ipſe erit expectatio gentiũ. ¶ Item hic E
eſt q̄ pro nobis de matre ꝓdijt. Uñ magi dicebant mathei.ij. Ubi eſt q̄ natꝰ eſt rex iudeoruꝫ ⁊c ¶ Item hic eſt qui pro nobis tormenta ſubijt ſcilicꝫ in cruce. vnde Tytũ.ij. dicit̄ ſic. Apparuit gratia dei ſaluatoris noſtri ⁊c. Seq̄tur. q̄ dedit ſemetipſum ꝓ nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate ⁊c. ¶ Item hic eſt qui ante nos ad celum adijt. i. vt nobis ianuam aperiret. ⁊ vt ibi eternaꝫ requiem nobis daret. Unde iſte eſt de quo dicitur i pſ̄. Deus q̄ inhabitare facit vnius moris in domo. q̄ eduxit vinctos in fortitudine q̄ redemit de interitu vitam ſuã q̄ coronat te in miſericordia et miſerationibus ⁊.iij. Regum.viij. dicitur. Benedictꝰ dñs. Qui dedit req̄em populo ſuo et in pſ̄. dicit̄. q̄ ponit nubem aſcenſum ſuum. qui ambulat ſuper pennas ventorum ⁊c. Patet ergo ꝙ hic pro homine ſe interpoſuit. ¶ Etiam dico de iſto q̄ quod ſũmo nomine claret ⁊ claruit. ⁊ ſic bñ dico ꝙ iſte eſt nominatiui caſus. Unde.j. Eſdre.vj. dicitur Deus q̄ inhabitare facit nomen ſuũ ibi. ſ. in hieruſalẽ ⁊c. ¶ Iterum dico de iſto q̄ ꝙ eternaliter ſtetit et viguit. et ſic ſumit̄ poſitiue. ſ. q̄tum ad ſuam eternaꝫ ⁊ inuariabilẽ q̄ditatem. vnde ipſe dicit Exod.iij Ego ſum qui ſum. Et ibidem. Qui eſt miſit me ad vos. Deinde de iſto q̄ ꝙ ſingulariter poteſt et potuit. Et ſic poteſt dici numeri ſingularis q꞉ ſcilicet ipſe eſt excellentiſſime et ſingulariſſime poteſtatis. Et iſta certe bene apparuit in mũdi creatione. q꞉ ſicut dicitur Eccleſiaſtici.xviij. qui viuit in eternum creauit omnia ſimul. Apparuit in clara cognitione vnde iſte eſt ſicut dicitur Mat.vj. Pater tuus q̄ videt in abſcondito reddet tibi. ⁊.ij. Eſdre.iij. Benedictꝰ es qui dediſti mihi ſapientiam ⁊ in pſ̄. q̄ docet hominem ſcientiã. Apparuit in hominum liberatiõe. Nee.ij. Iſte eſt deus q̄ eduxit te de egypto. Apparuit in hoſtium expugnatione Pſalm. Qui percuſſit reges magnos. et percuſſit reges fortes ⁊ cetera. Apparuit in iuſtorum retributione ⁊ vite eterne diſtributione. vt. ſcilicet. in ipſo dicat q̄libet beatꝰ illud pſ̄. q̄ poſuit animaꝫ meaꝫ ad vitam. et non dedit in cõmotionem pedes meos. Unde alibi. Cantabo domino qui bona retribuit mihi ⁊c.

¶ Denique dico de iſto qui ꝙ efficaciter ꝓdeſt et profuit et ſic eſt pronomen adiectiuum. Addit enim dat et auget ſuis fidelibus omne bonum. Addit enim nobis ſuã Prudentiã nos dirigendo. Preſentiam nos diligendo Juſtitiaꝫ nos corrigendo. Clementiam nos adiuuãdo. Iſte enim habet prudentiam noſtri directiuam. Deu.xxxj. Dominus qui ductor noſter eſt ipſe erit tecũ. Habet et preſentiam noſtri directiuaꝫ. Num.xxxv. Ego ſũ dominꝰ qui habito inter filios iſrael. Habet etiam iuſtitiam noſtri correctiuam vnde. ipſe dicit exod.xx. ego B
ſum deus zelotes qui vindico iniquitatem patrum in filios Habet vlterius clementiam noſtri adiutiuã. vnde certe dico ꝙ iſte qui nos adiuuat eo q꞉ ipſe eſt

Qui nos regit ordinatiue.
Qui nos tegit defenſatiue.
Qui nos cogit comminatiue.
Qui nos tãgit inſpiratiue.
Qui nos paſcit conſolatiue.
Qui nos ducit gubernatiue.
Qui nos iungit ſociatiue.
Qui nos vngit ꝑmiatiue.

hic eſt

Ayuntamiento de Madrid

¶ Hic eſt qui nos regit. Pſ. Qui regis iſrael intende.
Item hic eſt qui nos tegit. pſ. Qui tegit aquis ſuperio
ra eius. Item hic eſt qui nos cogit. ſcʒ terrendo ⁊ cōmi
nādo. pſ. Qui reſpicit terram ⁊ facit eam tremere. Iteʒ
hic eſt qui nos tangit. pſ. Qui tangit montes ⁊ fumi
gant. Item hic eſt qui nos paſcit. pſ. Qui dat eſcam oī
carni. Et alibi. Qui dat iumētis eſcā ipſoꝝ. ⁊ pullis ⁊c.
Item hic eſt qui nos ducit pſ. Qui deducis velut ouem
ioſeph. Et iterum. Qui tranſducit populum ſuū per de
ſertum. Item qui nos iungit. ſcʒ per charitatē. quia ſʒ
apoſtolū. Hic eſt qui fecit vtraqʒ vnū. Item hic eſt qui
nos vngit. ſcʒ per eterne glorie ſuauitateʒ. vnde ſm pſ.
Iſte eſt qui replet in bonis deſiderium tuuʒ renouabit
vt aquile iuuentus tua. Patet igitur. ꝙ deus qui. ⁊ ma
xime deus pater. cui ſcilʒ dicimus. Pater noſter qui es
in celis ⁊c. Patet etiam deus filius: de quo Apoca. xxj.
Et dixit qui ſedebat in throno ecce noua facio omnia.
Patet inſuper deus ſpūſſanctus. de quo dicitur. Spi
ritus eſt qui viuificat. caro aūt non prodeſt quicꝙ̄. Un
de in ſimbolo canimus de eodem. Qui cuʒ patre ⁊ filio
ſimul adoratur ⁊c. Qui locutus eſt per prophetas ⁊c.
B Pateʒ igitur ꝙ eſt dare deū qui cunctis preſidet. ¶ Se
cundo principaliter dico. eſt dare iuſtū qui firmus re
ſidet. Iſte enī eſt hoc pronomen qui qđ facit charitas.
Pro alijs enim ſtabat. pro alijs certabat. pro alijs ora
bat. ⁊ pro alijs allegabat. Iſte ergo pro alijs pugnabat
⁊ dimicabat. Unde. ij. Parali. xxxij. Qui auxiliator eſt
noſter pugnabitqʒ pro nobis. Item pro alijs clamabat
⁊ exorabat. Unde. ij. Mach. xv. Hic eſt qui multū orat
pro populo. Itē pro alijs allegabat ſeu aduocabat. Un
de alij de ipſo poterant dicere illud Mar. ix. Qui non
eſt aduerſum nos pro nobis eſt. ¶ Item ꝙ iſte qui ſcilʒ
iuſtus ſingularis numeri eſt quod facit ſanctitas. qr.
ſcilicet iſte ſingularis ⁊ excellētis fuit ſanctitatis ⁊ vite
Unde Apoc. xxij. Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc. Et
reuera iſte fuit excellens ⁊ ſingularis ſcilʒ. In

Diligentie motu.
Permanentie ſtatu.
Preſidentie ductu.
Amicicie fructu.
Penitentie luctu.
Sanctimonie ritu.
Caſtimonie ſtatu.
Patientie geſtu.
Sapientie queſtu.
Eloquentie dictu.
Miſericordie tactu.
Confidentie guſtu.
Reſiſtentie actu.

¶ Dico ergo ꝙ noſter
qui eſt homo iuſt⁹. ſin
gularis et excellens in
motu diligentie. Unde
ð illo flumine paradiſi
dicitur Gen. ij. Iſte eſt
qui circuit omnē terrā
Et ibidē. Fluuius egre
diebatur de paradiſo vo
luptatis qui inde diui
ditur. in q̄tuor capita.
¶ Iteʒ in ſtatu perma
nentie. Unde Ioh. xv.
Qui manet in me ⁊ ego in eo hic fert fructum multum
⁊ Leui. xxiij. Oīs q̄ de genere iſrael eſt manebit in taber
naculo. Unū ð pſeuerātia ⁊ pmanētia viri iuſti dicit apo
ſtolus. j. Corint. x. Qui ſtat videat ne cadat. ¶ Iteʒ ſin
gularis eſt in preſidentie ſtatu. Magna enī virtus eſt
ſcire alijs debite preſidere. Unde Exo. xxiij. Ego mittaʒ
angelum meum qui precedet te. ¶ Item in fructu ami
cicie. Unde de feruore ꝟe amicicie. dicit Leuit. vj. Ignis
eſt iſte perpetuus qui nunꝙ̄ deficiet in altari. ¶ Iteʒ lu
ctu penitentie. Unde iſte eſt qui dicit. j. Para. xxj. Non
ne ego ſum qui precepi ꝙ numeraretur populus ego q̄
peccaui. ego qui malum feci. Et dicitur ibidem. ꝙ maio
res natu. ⁊ Dauid induti cilicijs ceciderūt proni in ter
ram. ¶ Item ſingularis erat in ritu ſanctimone. Unde
illud predictum Apoca. xxij. Qui ſanctus eſt ſanctifice
tur adhuc. vt ſit de illis de quibus dicitur Exo. xix. Sa
cerdotes qui accedunt ad dnm ſanctificētur. ¶ Itē ſin
gularis erat in ſtratu caſtimone. Unde iſte erat de illis
de quibus dicitur Apoca. vij. Hi qui amicti ſunt ſtolis
albis qui ſunt ⁊ vnde venerunt? Hi ſunt qui venerunt
ex magna tribulatione ⁊ lauerunt ſtolas ſuas ⁊ dealba
uerunt eas. Et Eccleſiaſtici. xxxj. dicitur ꝙ beatus eſt
qui inuentus eſt ſine macula ⁊c. ¶ Itē ſingularis erat
in geſtu patientie. Unde Iacobi. j. Beatus vir qui ſuf
fert temptati. quoniam cū probatus fuerit accipiet co
ronam vite ⁊c. Sequitur. Qui potuit tranſgredi ⁊ non
eſt tranſgreſſus. ⁊ facere mala ⁊ non fecit. ¶ Item ſin
gularis fuit in queſtu ſapiētie Eccleſiaſtici. xiiij. Bea
tus vir qui in ſapientia morabitur. ⁊ qui in iuſtitia. me
ditabitur. ⁊ in ſenſu cogitabit circunſpectionem dei ⁊c.
¶ Item fuit ſingularis in dictu ſeu in fatu eloquentie.
de quo Eccli. xiiij. Beatus vir qui non eſt lapſus verbo
¶ Item in tactu clementie ſeu miſericordie Eccli. xxix.
Qui facit miſericordiam feneratur proximo ſuo. Et il
lud Prouer. xix. Feneratur domino: qui miſeretur pau
peris. ¶ Item in guſtu ſpei ſeu diuine confidentie Hie
re. xvij. Beatus vir qui confidit in domino ⁊ erit domi
nus fiducia eius ⁊c. ¶ Item in actu reſiſtentie. ſcʒ con
tra temptationes ⁊ tribulationes. de qua Apoc. ij. Qui
vicerit non ledatur a morte ſecunda. ⁊ Apoc. iij. Qui vi
cerit faciam illum columnam in templo dei mei. Qui
vicerit dabo ei ſedere in throno meo mecum ⁊c. Sic igi
tur patet. ꝙ qui. ideſt vir iuſtus eſt numeri ſingularis
quod facit ſanctitas. ¶ Iteʒ iſte qui poſitiue accipitur
qđ facit firmitas ſeu etiam conſtantia ⁊ ſtabilitas Lu
ce. j. Ego ſum gabriel qui aſto ante deuʒ. vnde illud pre
dictū. Qui manet in me ⁊c. Qui ſtat videat ne cadat ⁊c.
¶ Item ꝙ iſte qui fuit nominatiuus: qđ fecit equitas
Nominatiuus enim extitit ⁊ famoſus. Nominatiuus
aūt dicitur rectus. ad denotandum ꝙ rectitudo iuſtitie
ipſum fecit famoſum. quia ſicut dicit Prouer. ij. Qui
recti ſunt habitabunt in terra. vt de tali nominatione
dicatur illud Nume. iij. Hec ſunt nomina filioꝝ aarō
qui vncti ſunt. ⁊. ij. Regū. v. Hec nomina coruʒ qui na
ti ſunt in hieruſaleʒ. ¶ Item iſte fuit adiectiuus qđ fa
cit bonitas. quia ſcilicet iſti ꝙ̄diu vixit addite ſunt gra
tie ⁊ virtutes. in fine vero poſt mortem addita eſt ſibi
gloria ſempiterna. ⁊ loc⁹ ⁊ habitatio paradiſi. Unde in
pſal. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. aut
quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſi
ne macula operatur iuſtitiam. Qui loquitur veritateʒ
in corde ſuo qui non egit dolum in lingua ſua. Et alibi.
Quis aſcendet in montem domini aut quis ſtabit in
loco ſancto eius? Innocens manibus ⁊ mundo corde q̄
non accipit in vano animam ſuam. nec iura. in do. pro
xi. ſuo. Et breuiter de iſto qui dicit chriſto Ioh. vij. Qui
credit in me habet vitam eternam. ⁊ Iohan. viij. Qui ſe
quitur me non ambulat in tenebris. ſed habebit lumē
vite. Patet igitur. ꝙ qui ſignificat virum iuſtum qui
firmus reſidet. ¶ Uerumtamen quia. qui quādoqʒ po
nitur in plurali. Dico ꝙ ꝑ qui in bono ſignificato poſ
ſunt intelligi pluraliter viri iuſti ⁊ ſancti. qui ſcilicʒ poſ
ſunt dici pronomina: quia pro nobis ſolent intercedere
Nominatiui caſus. quia magnum nomen ⁊ famam ſo
lent acquirere. Dici quandoqʒ poſitiue. quia in bono
ſolent ſubſiſtere. Quandoqʒ etiam dicuntur interroga
tiue. quia malos ſolent interrogare arguere ⁊ inquire
re. Adiectiui etiam ſunt. quia virtutes virtutibus ſolēt
addere. Pluralis etiaʒ ſunt numeri. quia pluribus vir
tutibus ⁊ meritis ſolent clareſcere. ⁊ beatitudine multi
moda finaliter in celo niteſcere. Ita ꝙ de iſtis poteſt di
ci illud. Eccli. ij. Qui timent dominum preparabunt
corda ſua. ⁊ in conſpectu illius ſanctificabunt animas
ſuas. Qui timent dominum cuſtodient mandata eius
⁊ patientiam habebunt vſqʒ ad inſpectioneʒ illius.
Et breuiter de pluralitate virtutum ſuarum notare poſ
ſumus. ꝙ hi ſunt qui

Metuunt rerum creatorem.
Renuunt vanum mundi florem.
Abluunt carnalem fetorem.
Arguunt ſtultorum errorem.
Suſtinent penarum dolorem.
Abſtinent nec querunt ciborum dulcorem.
Retinent ſcripture ſaporem.
Obtinent glorie ſplendorem.

¶ Dicam ergo ꝙ iſti ſunt qui rex creatorē ſolēt metue
re. Unū in. pſ. dicit. ꝙ beati oēs qui timēt dūm. qui am

bũlant in vijs eius. Et Apoca. xix. Laudē dicite deo nſo
omēs ſancti eius. ⁊ qui timetis deum puſilli ⁊ magni.
¶ Itē iſti ſunt qui vanum mundi florē ſolent reſpuere
vñ xp̄s talibus dicit Mat. xix. Ecce nos relinq̄mus om
nia ⁊ ſecuti ſumus ⁊c. quid ergo erit nobis. Amen dico
vobis. q vos qui ſecuti eſtis me ſedebitis ſup ſedes. xij.
⁊ omis qui reliquerit domū. fratres. patrē. agros ⁊c. cē-
tuplū accipiet ⁊ vitā eternā poſſidebit. Vñ iſti ſunt de
illis centū quadraginta quatuor milib⁹ qui empti ſunt
de terra. i. de terrenoꝝ amore. ¶ Itē iſti ſunt qui carna-
lem fetorē ſolent abluere. ſ. p virtutē mūdiſſime caſtita
tis. vñ de iſtis canit in p̄s. q beati īmaculati in via. qui
ambulant in lege dñi. ⁊ Apoc. xiiij. Hi ſunt qui cū mu-
lieribus nō ſunt coinquinati. virgines eīn ſunt ⁊ ſequū
tur agnū quocūq; ierit. ¶ Itē iſti ſunt qui ſtultoꝝ erro
rem ſolēt arguere. ſcʒ doctores ⁊ p̄dicatores. Vñ de apo
ſtolis dicit Act. ij. Nonne ecce oēs iſti qui loquunt gali
lei ſunt. Vñ de talibus quiadmiratiue loquit ſcriptura
Eſa. lx. Qui ſunt iſti qui vt nubes volant ⁊ quaſi colū-
be ad feneſtras ſuas. ¶ Itē iſti ſunt qui penaꝝ doloreʒ
ſolent ſuſtinere. Sancti eīn plus q̄ ceteri ſuſtinent in
hac vita. vñ Thob. viij. Omnes qui placuerūt deo per
multas tribulationes trāſierunt. Ideo de talibus dicit
Luc. vj. Beati qui nūc fletis q2 ridebitis. ⁊ Matth. v.
Beati q̄ nūc lugēt: qm̄ ipi ꝯſolabunt. Beati qui perſe-
cutionē patiunt ꝓpter iuſtitiā qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celo
rū. ¶ Itē iſti ſunt qui ciboꝝ dulcorē ſolēt abhorrere. vñ
Luc. vj. Beati qui nūc eſuritis. q2 ſaturabimini. ¶ Itē
iſti ſunt qui ſcripture ſaporē ſolent retinere. p̄s. Beati
qui ambulant in lege dñi. Beati qui ſcrutant teſtimo-
nia eius. Vñ ſcriptura diuina pōt dicere de talibus qui
illud Eccl. xxiiij. Qui edunt me adhuc eſuriēt. ⁊ qui bi
bunt me adhuc ſitient. ⁊ qui elucidāt me. vitā eternam
habebūt. ¶ Itē iſti ſunt qui glorie ſplendorē ſolēt obti
nere. Vñ de ipſis poſſum⁹ dño dicere illud Iudi. v. Qui
aūt diligūt te ſicut ſol in ortu ſuo ſplendet. ita rutilant
ſupple ī gloria paradiſi. Et ſic bene p;ʒ. q qui in plura
li ſignificāt viros iuſtos ꝓpter ſuaꝝ pluralitatē v̄tutū
Qui ergo tā ſingulariter q̄ pluraliter ſignat iuſtū qui
D firmus reſidet. ¶ Tertio vero principaliter dico. q qui
ſignat ſtultū. qui culpas poſſidet. Et ſic certe de quoli-
bet viro impio vel peruerſo poteſt dici q ipſe eſt
Qui ad fraudem ſemper paratus.
Qui in malo ſemper obſtinatus.
Qui in diuerſis culpis maculatus:
Qui occulta plus iuſto ſcrutatur.
Qui parentes ſuos deteſtatur.
Qui fluctuans pendet ⁊ vagatur.
Qui pauperes grauat ⁊ predatur:
Qui in bonis terrenis letatur.
Qui libenter non diſciplinatur.
Qui ſocijs malis combinatur.
Qui in verbis nimis effrenatur.
Qui diuina pacta non ſectatur.
Qui credere deo non dignatur.
Qui tenebris terre non obfuſcatur.
Qui deo ſemper aduerſatur.
Qui a deo excommunicatur.
Qui in fine morti condemnatur.
¶ Dicam ergo de ſtulto. i. de quolibet impio ⁊ peruer
ſo. q iſte eſt qui ad fraudē ſemp eſt paratus. vñ de dya-
bolo mulierē fraudulēter decipiēte dicit Geñ. iij. Qui
dixit ad mulierē. Quare p̄hibuit vobis deus ne come-
deretis de ligno ⁊c. Et ſic decepta comedit ⁊ eiecta eſt de
p̄adiſo. De iſtis dicit p̄uer. xxviij. Qui decipit iuſtos in
via mala ⁊ interitu ſuo corruet. ¶ Itē hic eſt qui in ma
lo ſemp eſt firmatus. ſcʒ per obſtinationē p̄uerſaʒ. ⁊ ſic
figurat in coruo qui egreſſus de archa nō reuertebat. ſi
cut dicit Geñ. viij. ¶ Itē hic eſt qui diuerſis culpis eſt
potatus. Vñ Iob. xv. Qui bibit quaſi aquā iniquitatē.
¶ Itē hic eſt qui occulta plus q̄ decet eſt ſcrutat⁹ occul
ta dico aliena que. ſcʒ. ſcrutari ⁊ inquirere nō ceſſant vt
occaſionē nocendi inueniāt. ⁊ tamē dicit Leuit. xiiij. q

qui intrauerit in domuʒ quando clauſa eſt. immūdus
erit vſq; ad veſperam. Mali eīn aliena abſcondita ſci-
re volunt ſua vo a deo ⁊ a ſacerdote abſcondunt. ⁊ tamē
ſcribitur Prouer. xxviij. q qui abſcondit ſua nō diriget
Qui aūt confeſſus fuerit ⁊ reliquerit ea miſericordiam
conſequet. ¶ Item hic eſt qui parentes nō eſt venerat⁹
Deutero. xxvij. Maledictus qui non honorat patrem
ſuum ⁊ matrem ſuā. ¶ Itē hic eſt qui fluctuat nec ſtat
īmutatus. vñ Deutero. xxj. Maledictus a deo qui pen
det in ligno. ¶ Item hic eſt qui pauperes fuit depreda
tus. Ideo ſibi dicit Eſa. xxxiij. Ve qui predaris. nonne ⁊
ipſe p̄daberis. ¶ Itē hic eſt qui in gazis nimis eſt leta-
tus. Et tamē dicit Prouer. xj. Qui confidit in diuitijs
ſuis corruet. Prouer. xv. Conturbat domū ſuam qui ſe
ctatur auariciā: ⁊ Eccl. v. Qui amat diuitias fructū nō
capiet ex eis. ¶ Item hic eſt qui nequaq̄ eſt diſciplina-
tus. ſeu hic eſt q̄ in moribus non eſt regulatus. ſcilʒ per
exercitum diſcipline. Et ideo dicit Prouer. xij. q q̄ dili-
git diſciplinam diligit ſapientiam. Et prouer. xv. Qui
abijcit diſciplinā. deſpicit animā ſuam. ¶ Item hic eſt
q̄ impius fuit combinatus ſeu ſociatus. Et tamē dicit.
Eccl. xiij. q q̄ tetigerit picem inquinabit ab ea. Et Exo.
xix. Omnis q̄ tetigerit montē morte morietur. Mons
eīn eſt homo ſuperbus ⁊ elatus q̄ ſcilicet non eſt frequē
tandus aut tangendus. Quia ſicut dicit Eccl. xiij. [illegible]ui
cōmunicauerit ſuperbo induet ſuperbiam. ¶ Iteʒ hic
eſt q̄ verbis nimis effrenatur. De quo Prouerbi. xviij.
Qui prius reſpondet q̄ audiat ſtultum ſe eſſe demon. ⁊
confuſione dignum. ⁊ Prouer. xix. Qui tantum verba
ſectatur nihil habebit. ⁊ Eccl. xx. Qui multis vtitur ver
bis ledet animam ſuam. ¶ Item hic eſt q̄ dei precepta
eſt preuaricatus. De quo dicit ſapiens verba ſua diri-
gens deo. Qui negligit viaʒ ſuam mortificabit. prouer.
xix. ¶ Item hic eſt q̄ non credit ſed eſt iudicatus. vnde
Io. iij. Qui non credit iam iudicatus eſt. De contrario
aūt ſuo dicitur Ioh. vj. Qui credit in me habʒ vitā eter
nam. ¶ Item hic eſt qui in tenebris terreis eſt obfuſca
tus. ſeu hic eſt qui lumine veri eſt orbatus. quia ſcilʒ ſi-
cut dicit Ioh. iij. Omnis qui male agit odit lucem. Et
econtra dñs dicit Ioh. viij. Qui ſequitur me non ambu
lat in tenebris. ſed habebit lumen vite. ¶ Item hic eſt
q̄ ſemper deo eſt aduerſatus. vnde dñs dicit dico Mat.
xij. Qui non eſt mecum contra me eſt. ⁊ q̄ non colligit
mecum diſpergit. ¶ Item hic eſt q̄ a deo eſt excōmuni-
catus. quia ſicut dicitur Hiere. xlviij. Maledictus qui
facit opus domini fraudulenter. ⁊ Gala. iij. Maledi-
ctus omnis q̄ non permanet in veritate. ¶ Iteʒ hic eſt
qui in fine morti eſt cōdemnatus. Unde. j. Iohānis. iij.
Qui non diligit manet in morte. Sic ergo patet q qui
in numero ſingulari ſignificat virum ſtultuʒ hoc eſt di
ctu. hominem impium ⁊ peruerſum. ¶ Sed ſi inueni- E
tur qui in numero plurali. certe tunc etiam dico q ſi-
gnat homines impios ⁊ iniquos pluribus vitijs inno-
datos. ⁊ pluraliter inuicem federatos. Sic ergo nota
q iſti ſunt. Qui merguntur in yma voragine deſpera-
tionis. Qui vngunt feda prurigine delectationis. Qui
teguntur tetra caligine cece rationis. Qui pungunt
dira rubigine contradictionis. Qui coguntur dura fla
gellatione damnationis. ¶ Dicaʒ igitur q iſti ſunt q̄
merguntur deſperationis yma voragine. Unde de tali
bus dicitur Eſa. xxix. Ve qui profundi eſtis vt a dom̄i-
no abſcōdatis conſilium quorum ſunt in tenebris ope-
ra. ¶ Item iſti ſunt qui vngūtur delectationis feda pin
guedine. De quibus Gala. v. Qui ſeminant in carne
ſua. de carne metēt corruptionē. ¶ Itē iſti ſunt q̄ tegū-
tur cece ratōis tetra caligine. ſ. caligine ignorātie ⁊ obli
uionis. Unde iſti ſunt de quibus dicitur Prouerbio. ij.
Qui relinquerunt iter rectum ⁊ ambulant per vias tene
broſas. qui letantur cum malefecerint ⁊ exultant in re
bus peſſimis. ¶ Item iſti ſunt qui pungunt cōtradi
ctionis ſeu etiam rebellionis dira rubigine: quia ſcilicʒ
iſti contra deum ſemper rebellare nituntur. ⁊ manda-
tis ipſius contraire. Unde iſti ſunt de quibus dicitur.
Iob. xxi.

Ayuntamiento de Madrid

Job.xxj. Qui dixerunt deo recede a nobis. ſciētiam viarum tuarū nolumus ⁊ quis eſt omnipotens vt ſeruiamus ei. ¶ Item iſti ſunt qui coguntur flagellationis. ideſt eterne damnatiōis dura ſalſugine. Unde iſti ſunt de quibus dicitur. Ezech. xxij. Omnes hi inquit interfecti rueruntq gladio ſunt qui deſcenderunt incircuncisi ad terram vltimam. Qui poſuerunt terrorem ſuum in terra viuentium ⁊ portauerunt ignominiam ſuam cū his qui deſcendunt in lacum. Sic igitur patet. q qui etiam in plurali refertur ad viros impios ⁊ peruerſos. Et ſic bene oſtenditur de qui. q dici ⁊ predicari poteſt. De ſtulto peccatore. De iuſto viatore. De ſummo creatore ſufficit.

A **Quia.** Cum iſta cauſalis coniunctio quia. ſemꝑ poſſit cauſam aliquā in omni morali materia allegare. ⁊ cum materie morales ſicut alibi dictū eſt. videantur conſiſtere in quatuor videlicet. In perſonis. Locis. Rebus. ⁊ Temporibus. Perſonis dico que ſunt Deus Angelus. Anima. Juſtus Dānatus ⁊ Beatus Locus etiā que ſunt. Mundus. Religio. Corpus Infernus ⁊ Paradiſus. Rebus inſuper que ſcilz ſunt. Uitia. Uirtutes. Affectus ⁊ Actus. Terrena ſcriptura. Tormenta ⁊ premia. Tempora vlterius. que ſcilz ſunt. Preterita pſentia ⁊ futura. Uidetur q per quia. de omnibus iſtis tam in bono q̄ in malo propter ſui multiplicitatem que in maioribus cōcordantijs inuenitur cauſe multiplices ⁊ varie poſſunt aſſignari. Sed quoniā actor ille autoritates poſuit infinitas pauca de multis eligam ⁊ tranſibo. ¶ Primo ergo q̄tum ad perſonas notabo q iſta dictio cauſalis quia refertur

Ad xp̄m cunctipotentem.
Ad iuſtum recte viuentem.
Ad ſtultum male agentem.

Dico q referri pōt ad deum. Cōſtat eñi q de opibus dei ſemper eſt dicere. quia. ideſt ſemper poteſt reddi ratio ſiue cauſa. licet non ſemper cauſa ſciatur ab omnibus. Nihil eñi a deo ſine cauſa legitima fit. ⁊ ſine legitima ratione ipſius factum aliqđ non pertranſit ſicut dicitur Job. v. Nihil in terra ſine cauſa fit. Si eñi occultoꝝ dei iudiciorum. ⁊ nature etiam ſecretoꝝ cauſas neſcimus. ipſas tamen eſſe legitimas nullatenus dubitamus. In omni eñi opere dei eſt dare quare ⁊ quia: interrogatiua ⁊ reſponſiua. Et ſic dicam. q ſcd̄m q deus mirabilia ⁊ multiplicia facit opera. multiplex quia de eo allegaꝉ. ſcilicz vnum q: quod cernit eius

Eſſentiam permanſiuam.
Potentiam creatiuam.
Clementiam redemptiuam.
Prudentiam regitiuam.
Juſtitiam punitiuam.
Affluentiam largitiuam.
Eminentiam preceſſiuam.

Eius eſſentia debet contemplari.
Eius potentia debet ſupplicari.
Eius clementia debet adamari.
Eius prudentia debet admirari.
Eius iuſtitia debet formidari.
Eius affluentia debet commendari
Eius eminentia debet poſtulari ſeu affectari.

¶ Igitur dicamus q deus eſt amādus. honorādus. formidandus. ⁊ ſupplicādus multiplici ratione. ¶ Et primo certe. quia habet eſſentiā permanſiuā. vñ ipſe dicit. Exo. vij. Sciāt egyptij quia ego ipſe ſum. ⁊ Eſa. xliij. Intelligitis q: ego ipſe ſum. Et in ps. dicitur. Quia in eternū nō commouebiꝉ. ¶ Itē habz potentiā creatiuā. vñ Luce. j. Quia fecit mihi magna qui potēs eſt ⁊ ſanctū nomē eius. Et in ps. dicitur. Cantate dño q: mirabilia fecit. ⁊ alibi. Quia terribiliter magnificatus es mira: opa tua. vñ etiam Eſa. xij. Nō timebo inqt q: fortitudo mea ⁊ laus mea dñs ⁊ factus eſt mihi i ſalutē. Et alibi in ps. Duo inqt hec audiui quia poteſtas dei eſt. ⁊ tibi dñe miſericordia. quia tu reddes vnicuiq iuxta opera ſua. ¶ Itē quia habet clemētiā redemptiuā. vñ in ps. Quia apud do. mi. ⁊ co. apud. cū redemp. Et alibi in ps. tu exurgēs mi. ſy. q: tem. miſe. eius. q: ve. tem. Iſta aūt miſericordia dei. non tantū apparet in venie ſeu in gratie collatione immo etiā in bonoꝝ temporaliū neceſſaria exhibitione. Uñ in ps. dicitur. Quia ſatiauit animā inanē. ⁊ animā eſurientē ſatiauit bonis. Et etiā in miſeroꝝ ab ipſis liberatione. vñ in ps. Quia contriuit portas ereas. ⁊ vectes ferreos confregit. Quia liberauit pauperem a potente ⁊ pauperē cui nō erat adiutor. Quia factus eſt ſpes mea turris fortitudinis a facie inimici. Et iterū dño dicitur. Glorificabo nomen tuū in eternum. quia miſericordia tua magna eſt ſuper me ⁊ eruiſti animā meā ex inferno inferiori. Et alibi. Quia ſuauis eſt miſericordia tua. Et iterū. Quia magna ſuper celos miſericordia tua. ¶ Itē habet prudentiā regitiuā. per prudentiā eñi ⁊ prouidentiam dei regiꝉ orbis terre. vnde Eſa. xlix. ⁊ Apoc. vij. Nō eſurient neq ſitient. quia miſerator eorum reget eos. et Eſa. xxxvij. dicitur. Quia de ſyon exibit lex ⁊ verbū dñi de hieruſalem. ⁊ Eſa. lx. Surge illuminare hieruſalem q: venit lumen tuū ⁊c. Et ibidē. Nō occidet vltra ſol tuus ⁊ luna tua non minuetur. quia dñs erit tibi in lucē ſempiternā. ſcilicz ad dirigendū ⁊ regendū ⁊c. ¶ Item quia habet iuſtitiā punitiuā. videlz hominū impioꝝ. Uñ in ps. dicitur. Dñs amat iudiciū ⁊ non derelinquet ſeruos ſuos ⁊c. Et alibi. Q: faciet dñs iudicium inopis ⁊ vindictā pauperū. ¶ Itē q: hz affluētiā largitiuā ps. Q: ſatiauit aiam inanē ⁊ aiam eſurietē ſatiauit bonis. ¶ Itē quia habet eminentiā prelatiuā. ipſe eñi eſt dñs vniuerſoꝝ. ps. Quia dñs dominabiꝉ iacob ⁊ finiū terre. Et Leuit. xxv. Quia ego dñs. ¶ Itē quia habet affluentiā largitiuā. ſcz q̄tū ad beatos in gloria paradiſi. vñ in ps. Quia edifi. do. ſyon ⁊ vi. in glo. ſua. Et alibi. Quia miſericordiā ⁊ veritatē diligit deus gratiā ⁊ gloriā dabit dominus. Et iterū. Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia. Patet ergo quoniā quia referꝉ ad deū cunctipotentem. ¶ Sed ſi vis nota adhuc. q eſt ſcz ſumme B

Diligendus.
Honorandus.
Metuendus.

¶ Eſt dico ſūme diligēdus. Filius eñi naturaliter ſolet diligere patrē. Miles ducē Populus regē Seruus dñm. Diſcipulus magiſtrum. Homo etiam naturaliter diligit bonū. Nihil eñi diligibile niſi ſub ratiōe boni. Cū igitur deus ſit pater naturalis. dux principalis. rex vniuerſalis. dñs generalis magiſter etiā ſapiēs. ⁊ equalis. bene ſequiꝉ q ſit a nobis merito diligendus ps. Diligite dñm omnes ſancti eius. Et ſi volumus notemus q iſte diligendus eſt. Quia miſerator pie cōpatiens. Quia liberator hoſtes cōcutiens. Quia ſuſtētator manum ſubijciens. Quia auſcultator ſtatim exaudiēs. Quia diſpenſator cūctos enutriēs. Quia viſitator iuuamen faciens. Quia informator doctus ⁊ ſapiens. Quia conſolator triſtes reſpiciens. Quia benignus cōuerſator neminē concutiens. Quia feruidus inflāmator corda igniens. Quia premiator donis aliciens. ¶ Diligatur ergo dñs quia prius eſt ⁊ miſerator. ps. Quia apud dñm miſericordia ⁊ copioſa apud eum redemptio. ⁊ alibi. Tu exurgens miſereberis ſyon. quia tempus miſerendi eius. quia venit tempus. Et iterū. Quia ſuauis eſt miſericordia tua. Et alibi. Quia apud te propitiatio eſt. ¶ Item diligatur quia fortis eſt ⁊ liberator ps. Quia liberauit pauperem a potente ⁊ pauperem cui non erat adiutor. Et ſic ſibi dicat quilibet per ipſius fortitudinē liberatus illud ps. Quia tu es deus q liberas ab omni malo ¶ Item diligamus eū. quia releuans ⁊ ſuſtentator ps. Quia factus eſt dominus ſuſceptor meus. Et illō Niſi quia dñs adiuuit me. paulominus habitaſſet in inferno anima mea. Unde de viſitatione ſua dicit Luc. j. Quia viſitauit ⁊ fecit redemptionē plebis ſue. Et Luce. vij. Quia pphta magnus ſurrexit in nobis. ⁊ quia deus viſitabit plebē ſuā. ¶ Itē q: eſt exaudiens nō denegator ps. In die tribulationis mee clamaui ad te q: exaudiſti me. ¶ Itē quia liberalis eſt diſpenſator ſeu ſatiator. vñ illud predictū ps. Quia ſatiauit animā inanem ⁊ animā eſurientē ſatiauit bonis. ¶ Itē q: charitatiuus eſt viſitator. Semꝑ eñi ſolet ſuos ſociare. ⁊ viſi



Ayuntamiento de Madrid

tate. vñ Eſa. xliij. Quia ego dñs ſaluator tuus. noli ti-
mere quia ego tecū ſum. Et ideo Hiere. j. Ipſe eīn ſemꝑ
nobiſcum eſt paratus. ¶ Item quia nobis ſapiens eſt
informator. Vñ cuilibet a deo illuminato ꝛ erudito di-
citur Eſa. lx. Non occidet vltra ſol tuus. ꝛ luna tua nō
minuet. quia dñs erit tibi in lucem ſempiternā. ¶ Itē
quia placidus eſt conſolator Eſa. xlix. Quia conſolat⁹
eſt dñs populū ſuū ꝛ pauperꝝ ſuoꝝ miſerebit. ¶ Itē qꝛ
benignus eſt conuerſator. Mat. xj. Diſcite a me quia
mitis ſum ꝛ hūilis corde. ¶ Itē quia feruidus eſt inflā
mator. Per charitatē eīn inflammat corda ſanctorum
Vñ Eſa. lxvj. Quia ecce dñs in igne veniet. ¶ Itē preci
pue et ſuper omnia diligendus eſt deus qꝛ ſplendidus
eſt premiator dans beatis ꝓ premio gloriā ſempiternā.
Vñ in ps. Quia miſericordiā ꝛ veritatē diligit deus. gra
tiā ꝛ gloriā dabit dñs. de qua etiā gloria dicit ipſi deo
Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuꝑ milia. Quia
ſcꝫ tibi viſio eſt tota merces. Iuxta illud ps. Quia dele-
ctaſti me dñe in factura tua. ꝛc. Et ſic ergo patet multe
C cauſe. quare deus eſt ſumme diligendus. ¶ Item deus
etiā eſt ſuper omnia ſumme reuerendus. Et certe mul
tiplici ratione. videlicet.

Quia bonitate viget aſſidua.
Quia veritate fulget perſpicua.
Quia dignitate nitet precipua.
Quia entitate manet perpetua.
Quia charitate feruet contigua.

¶ Dicamus igit. ꝙ deus qui eſt om
niū cauſa prima
pōt ꝓprie dici qꝛ.
Et ſic dicamus de
iſto. Quia viget aſſidua bonitate. ps. Laudate dñm qꝛ
bo. do. pſal. no. eius qꝛ ſua. eſt. ¶ Itē fulget perſpicua ve
ritate. Ipſe eīn habet ſcientiaꝝ omniū clariſſimā veri-
tatem. Matth. xxij. Magiſter ſcimus quia verax es et
viam dei in veritate doces. ꝛ in ps. Quia miſericordiā
ꝛ veritatē diligit deus. Iſte eīn veritatē ꝛ certitudinem
ſcientie ꝛ ſapientie confert. ſicut dicit Prouer. ij. Quia
dñs dat ſapientiā. ꝛ ex eius ore ſcientia ꝛ prudētia. Et il
lud predictū Eſa. lx. Quia dñs erit tibi in lucē. Vñ ipe
eſt qui dicit Hiere. xvj. Qꝛ oculi mei ſuper omnes vias
hominū. ¶ Itē quia floret ſeu nitet precipua dignitate
Ipſe enim omnibus preeminet atqꝫ preeſt. Unde in. ps.
Quia ego cognoui ꝙ magnus eſt dominus ꝛ deus no-
ſter pre omnibus dijs. Et Eſa. xlj. ipſemet loquit dicēs
ſic. quia ego dominus. ꝛ Eſa. lx. quia ego dominus ſal
uans. ꝛ Eſa. ij. Quia excelſus reputatus eſt. ¶ Itē quia
manet perpetua entitate. Vñ ipſe dicit Eſa xliij. Intel-
ligatis quia ego ipſe ſum. ante me nō eſt formatus de⁹
ꝛ poſt me non erit. ꝛ in ps. dicit. Quia ipſe eſt. ꝛ Io. xij.
Quia xpūs manet ineternū. ¶ Itē quia contigua fer-
uet charitate. Iſte eīn per charitatem ineſtimabilem ſe
humano generi contiguauit ꝛ vniuit ꝛ ſe nobis preſen
tialiter demonſtrauit. ita ꝙ non ſolū charitatiuus im
mo charitas dictus fuit. Roma. v. Quia charitas dei
diffuſa eſt in cordibus veſtris. vnde de ipſius charitati
ua preſentia ipſemet loquitur dicens ſcilꝫ illud Eſa. lij.
Quia ego ipſe qui loquebar ecce aſſum

Aſſum dico ſatus diuino ſemine.
Aſſum natus ſub carnis tegmine.
Aſſum vera fatus verborum ordine.
Aſſum operatus mira ſub homine.
Aſſum laceratus in crucis fulmine.
Aſſum ſuſcitatus a mortis turbine.
Aſſum rurſum latus celoꝝ culmine.

¶ In omnibus eīn iſtis ſumme apparuit amor ꝛ chari
tas noſtri qꝛ. vicꝫ prime cauſe. Dicā ergo ꝙ quia fuit ſa
tus diuino ſemine. ſcꝫ per generationē eternā Luce. iij.
Quia tu es filius dei. ¶ Itē quia fuit natus ſub carnis
tegmine Luce. ij. Quia natus eſt nobis hodie ſaluator
mūdi. ¶ Itē quia fuit fatus directo famine. ſ. predicā
do ꝛ docēdo Luc. xx. Magiſter ſcimus quia recte dicis
ꝛ doces. ꝛ Eſa. j. dicitur. Quia os dñi locutum eſt. Ipſe
etiā dicit Ezec. xxix. Quia ego locutus ſum. ꝛ Ezec. xxj.
Quia ego dñs locutus ſū. ꝛc. ¶ Itē quia fuit grat⁹ mi-
roꝝ lumine. Multa eīn miranda operatus eſt pro ſalu
te noſtra. vñ illud ps. Cantate dño canticū nouū. qꝛ mi
rabilia fecit. vt ꝛ nos dicamus illud Luc. v. Quia vidi-
mus mirabilia hodie. Et Ioh. xj. Quia hic homo mul
ta ſigna facit. ¶ Itē quia fuit ſtratus a mortis fulmi-
ne. vt ꝛ ſic de eo. dici poſſit illud Luc. xv. Qꝛ frater tuus
mortuus fuerat. ¶ Itē quia fuit tractus a mortuis tur
bine. ſcꝫ. in reſurrectione. vnde Ioh. xx. Quia oportet eū
a mortuis reſurgere. Et. j. Coꝝ. xv. Quia ſepultus eſt ꝛ
reſurrexit. ¶ Itē quia fuit latus in celi culmine ſcilꝫ in
aſcenſione. Unde ipe dicit Ioh. xiiij. Quia ego ad patrē
vado. ꝛ ibidē. Quia vado parare vobis locū. Ecce ergo
quomodo noſter quia charitatiue ſe habuit ad nos. et
ſic bene dixi. Quia contigua feruet charitate. ꝛ ſic patꝫ
ꝙ ſunt multe cauſe quare deus ſumme eſt reuerendus.
¶ Itē deus noſter. quia omnia cauſans ꝛ prima cauſa D
ſumme eſt metuendus. Et hoc procerto. ꝓpter ſue Po
tentie magna miracula. Scientie clara ſpectacula. Iu
ſtitie ſeuera iacula. ¶ Timeat ergo quia ſua potentia
omnia ꝑficit Luc. j. Quia fecit mihi magna qui potēs
eſt ꝛ ſanctū nomē eius. ꝛ in ps. Quia tu terribiliter ma
gnificatus es. mirabilia opera tua. ¶ Itē qꝛ ſua ſciētia
omnia cōſpicit. Magis eīn timendus eſt ille qui videt
noſtros defectus ꝙ alius. Et ſibi pōt dici illud Iohan.
xvj. Nunc ſcimus quia ſcis omnia. ¶ Itē quia ſua iu-
ſtitia omnia cōficit. ſeu impios afficit ſeu diſpicit. Vñ
ipſe dicit Eſa. lxj. Quia ego dñs diligens iudiciū. Et in
ps. Quia equitas iudicia tua. ꝛ Eſa. lxvj. Qꝛ dñs in igne
dijudicabit. Et ſic igit patet de noſtro quia videlicet de
prima cauſa. quomodo ipſe eſt Metuendus. Reueren-
dus. ꝛ Diligendus. Et ſic dico ꝙ hec cauſalis coniūctio
quia refert ad deum cunctipotentē. ¶ Secundo vero E
principaliter dico. ꝙ aliquando refert ad iuſtum rite vi
uentem. Iuſtus eīn poteſt dici quia cauſalis. Coniun-
ctio dico. quia per charitatē eſt ſui cum deo ꝛ proximo
ꝛ alioꝝ ad inuicem vnitiuus ꝛ concordatiuus. bonorū
ꝙ plurium cauſatiuus. ꝛ cum cauſa legitima omnium
que operatur effectiuus. Igitur dicamus ꝙ vir iuſtus
meretur gratiam in preſenti ꝛ gloriam in futuro multi
plici ratione. videlicet

Quia de peccatis conterebatur.
Quia de contritis confitebatur
Quia de confeſſis emendabatur.
Quia totus deo dedicabatur.
Quia in mandatis exercebatur.
Quia legem dei perſcrutabatur.
Quia charitate inflammabatur.
Quia pietate humectabatur.
Quia bonum opus operabatur.
Quia celeſtia contemplabatur.
Quia ſuper omnes honorabatur.
Quia humilia conſectabatur.
Quia iudicia meditabatur.
Quia dei opera conteſtabatur.
Quia flebilia conſolabatur.
Quia iuſtitia regulabatur.
Quia diligentia excitabatur.
Quia colloquia moderabatur.
Quia veracia amplexabatur.
Quia fallacia deteſtabatur.
Quia celi gloria premiabatur.

Iſte enim ſunt. xxj. rationes ꝛ cauſe
quare noſter quia. A deo fuit dilectus.
Per deum fuit electus.
Ad deum finaliter ſurſum vectus.

¶ Igitur ſupponamus ꝙ dominus qꝛ fuit quidā ſan-
ctus qui habuit iſtas. xxj. virtutes ꝛ dicamus ſic quia
de commiſſis fuit conturbatus. ſcꝫ per contritionē. Et
ideo ipſe dicebat domino illud ps. Ego dixi domine mi
ſerere mei. ſana animā meam quia peccaui tibi. Et ali
bi etiam ipſe dicebat in ps. quia inflammatum eſt cor
meū. ꝛ renes mei commutati ſunt ꝛ ego ad nihilū reda
ctus ſum ꝛ neſciui. ¶ Item quia de contritis fuit con-
feſſatus. Iſte eīn non ſolum conuertebat. immo etiam
ꝯfitebatur vnū eīn ſine alio nō ſufficit. vñ Eſa. xxxviij.
quia

quia non infernus confitebitur tibi. neq; mors laudabit te. neq; expectabunt ⁊c. Un̄ Johã.j. Et confeſſus eſt ⁊ nõ negauit ⁊ confeſſus eſt q2 ego non ſum xp̄s. ¶ Itẽ quia de peccatis fuit emendatus. ſcʒ per ſatiſfactioneʒ condignam. vnde ipſe dicit Hiere. xxxj. quia dñe deus poſtꝙ cõuertiſti me ego egi penitentiam. ⁊ poſtꝙ oſtẽdiſti mihi percuſſi femur meũ. confuſus ſum ⁊ erubui quia ſuſtinui opprobriuʒ adoleſcentie mee. ¶ Itẽ quia totus deo fuit dedicatus ſeu etiã diuino ſeruitio deputatus. vñ ipſe eſt qui dicit in p̄s. O dñe domine. q2 ego ſeruus tuus. ego ſeruus tuus ⁊ filius ancille tue. ¶ Itẽ quia in mandatis fuit occupatus. ſupple complendis ⁊ exercendis. Un̄ ipſemet dicit deo in p̄s. quia mãdatis tuis credidi. quia mãdata tua queſiui. q2 mandata tua deſiderabam. ⁊ cetera ſimilia. ¶ Iteʒ quia dei legẽ fuit perſcrutatus. vnde ipſe dicit in p̄s. quia legem tuaʒ nõ ſum oblitus. vt ⁊ nos dicamus ſibi illud Prouer. vj. q2 mandatum lucerna. ⁊ lex lux. ⁊ via vite increpatio diſciplíne. ¶ Itẽ quia charitate fuit inflammatus. Un̄ ipſe eſt qui dicit Cant. ij. Fulcite me floribus. ſtipate me malis. quia amore langueo. vnde ipſe potuit dici deo illud Johã. xxj. Tu ſcis dñe quia amo te. ¶ Itẽ quia pietate fuit humectus dicens illud Cañ. v. Quia caput meum plenum eſt rore. Sequit. Expoliaui me tunica mea ſcʒ. vt eam dareʒ pauperibus. ſicut fecit beatus martinus ⁊ nos dicam⁹ ſibi illud p̄s. q2 apud te ꝓpiciatio ei⁹ eſt. ⁊ Joel. ij. quia benignus ⁊ miſericors eſt. et in p̄s. quia miſericordiam diligit. ⁊ Jaco. ij. quia pauperes elegit. ¶ Item quia vtilia fuit operatus. Unde ſibi poteſt dici illud Eccl. x. Bibe cũ gaudio vinuʒ tuum. quia deo placent opera tua. vnde ⁊ dñs conſolatur tales dicens Hiere. xxxj. Quieſcat vox tua a ploratu. ⁊ oculi tui a lacrimis. quia eſt merces operi tuo. ¶ Itẽ quia celeſtia fuit contemplatus. vnde Ephe. iiij. dicit ſic. quia deſcendit primũ in inferiores partes terre. qui deſcendit ipſe eſt et qui aſcendit ſuper omnes celos. ¶ Itẽ quia ſuper om̄s fuit honoratus. Un̄ dñs potuit ſibi dicere illud Romano. iiij. quia pater multarum gentiuʒ poſui te. ⁊ Aggei. ij. Ponam te quaſi ſignaculum. quia te elegi dicit dñs. ¶ Itẽ quia humilia fuit cõſectatus. In ſtatu ẽm auctoritatis ⁊ honoris hũilitatẽ ſeruabat Hebr. ix. quia maior ſeruiet minori. Et ideo ip̄e dicebat domino illud p̄s. quia humiliatus ſum nimis ⁊ alibi. Bonũ mihi domine. quia humiliaſti me. ⁊ Gala. iij. qui cuʒ in forma dei eſſet humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem. Sequitur. Omnis lingua cõfiteatur quia dominus ieſus xp̄us in gloria eſt dei patris. ¶ Item quia iudicia fuit meditatus. vnde ipſe dicebat in p̄s. Cognoui quia faciet dñs iudiciũ inopis ⁊ vindictam pauperꝝ ⁊ alibi. quia in iudicia tua ſuperſperaui. vnde ⁊ ipſe dicebat domino. quia iudicia tua iocunda. ¶ Item quia dei opera fuit conteſtatus vnde dicitur Dañ. iij. Placuit mihi predicare ſigna eius quia magna ſunt. ⁊ mirabilia eius. quia fortia. vt ſcʒ quilibet ipſum audiens dicat ſibi illud. p̄s. quia eloquium tuũ viuificauit me. ¶ Item quia flebilia fuit conſolatus. vt ſic quilibet triſtis ſibi dicat illud. p̄s. q2 tu domine adiuuiſti me ⁊ cõſolatus es me. ¶ Item quia iuſtitia eſt regulatus. Eccleſiaſtes. vij. Hoc inueni ꝙ fecerit deus hominem rectuʒ. vt ſcilicet iſti quia dicatur illud p̄s. quia equitas iudicia tua. ¶ Item quia diligentia fuit excitatus. Diligens eniʒ laborioſus erat. Unde de eo dicitur Prouerbioruʒ. xxxj. Guſtauit ⁊ vidit quia bona eſt negociatio eius. vt figuretur in illis rotis. de quibus dicitur Ezec. j. quia ſpiritus vite erat in rotis. Et vt finaliter dicat ip̄e illud Eccleſiaſtici. lj. quia modicum laborauit ⁊ inueni mihi multam requiem. ¶ Item quia colloquia fuit moderatus. Parum enim loquebatur Trenoꝝ. iij. Sedebit ſolitarius ⁊ tacebit. quia leuauit ſe ſupra ſe. Ut ſic ſit de illis de quibus dicitur in pſal. Letati ſunt quia ſiluerunt. ⁊ deduxit eos dominus in portum voluntatis eorum. ¶ Item quia veracia fuit amplexatus. Dilexit enim precipue veritateʒ. Unde ſibi potuit dici illud prediuʒ quia verax es ⁊ viam dei in veritate doces. ⁊ illud p̄s. quia miſericordiam ⁊ veritatem diligit. Unde Apoca. xix. quia vera ⁊ iuſta iudicia eius. ¶ Item quia fallacia fuit deteſtatus. hereticos enim ⁊ ypocritas odiebat. Unde ſibi loquitur dominus Apoca. ij. quia odiſti facta nicholaitaruʒ quos ⁊ ego odi. ¶ Item quia celi gloria fuit premiatus ſcilicet in fine. Unde ſibi poteſt dici illud Eſaie. lx quia venit lumen tuum. ⁊ gloria domini ſuper te orta eſt. quia ecce tenebre operient terram. ⁊ caligo populos. Super te orietur dominus. ⁊ gloria eius in te videbitur. et Eccleſiaſtici. xlvj. dicitur quia vidit deum lucis. ¶ Sic ergo patet. quomodo quia. id eſt vir iuſtus ⁊ ſanctus varijs virtutibus inſignitus. ⁊ quomodo bonorum eſt multiplicium cauſa dictus. Et ſic bene dico. ꝙ quia refertur quandoq; ad iuſtum ſancte viuentem. ¶ Tertio vero dico. ꝙ quia refertur ad impium nefas agentem. Quia enim cauſalis cõiunctio ſignat iniquos ⁊ defectuoſos qui. ſcilicet ſunt cauſa ⁊ occaſio omnium vitiorum ſignat etiam queruloſos. ⁊ litigioſos. ⁊ etiam proteruos et malicioſos. quia iſti nunꝙ volunt confiteri reatus ſuos. immo de omnibus q̄ male agũt ſemper nituntur reddere cauſam. ⁊ continue dicunt q2 Suppone igitur ꝙ dominus quia fuit vnus malus et proteru⁹ homo. qui cauſa erat multoꝝ maloꝝ. ⁊ qui malam cauſam aſſignando ⁊ reddendo iniquitates ſuas improbe defendebat. Uel alio modo dic. Quo vir iniqu⁹ ſcilicet a deo vilipenditur. a dyabolo ſubiugatur ⁊ decipitur. a mũdo tribulatur ⁊ affligitur. a celo effugatur. ⁊ excluditur. Ab inferno deuoratur ⁊ recipitur multiplici ratione nobis declarata. quia videlicet fuit.

Mordax ⁊ detractor.
Mendax ⁊ iactator.
Rapax ⁊ exactor.
Uorax ⁊ leccator.
Fallax ⁊ deceptor.
Tenax ⁊ non dator.
Fugax ⁊ non ſtator.
Crudelis ⁊ durus.
Fedus ⁊ non purus.
Hebes ⁊ obſcurus.
Pauens non ſecurus.
Falſus ⁊ non verus.
Mixtus ⁊ non merus.
Superbus ⁊ ferus.
Mollis non ſeuerus.
Diſcors ⁊ auſterus.

¶ Dicamus igitur ꝙ vir iniqu⁹ poſt mortem iuſte punitur ⁊ hoc multiplici ratione. videlʒ. Quia fuit detractor et mordax. Unde ipſe fuit de illis de quib⁹ dicitur in p̄s. Quia exacuerũt vt gladiũ linguas ſuas. intenderunt arcuʒ rem amaram vt ſagittent in occultis immaculatum. Et alibi dicit iuſtus. quia os peccatoris ⁊ os doloſi ſuper me apertum eſt. ¶ Item quia fuit iactator et mendax. Unde ipſe potuit dicere illud. Eſaie. xxviij. Flagellum mundans cum tranſierit non veniet ſuper nos. quia poſuimus mendaciuʒ ſpem noſtram. ⁊ mendacio protecti ſumus. ꝙ vero iſte quia iactator fuerit ſatis patet in euangelio vbi dicit. quia rex ſum ego. et alibi. quia filium dei ſe fecit. De mendacio autem dicitur zacha. xiij. quia mendacium locutus es. ¶ Item quia fuit exactor ⁊ rapax. Unde pauperes. De ipſo ⁊ ſui ſimilibus poterant dicere illud pſal. Quia ecce ceperunt animam meam. irruerunt in me fortes. et Eſa. ix dicitur. Quia omnis violenta predatio cum tumultu. Et illud Abachuc. j. Quia impius preualet aduerſus iuſtum. Et illud. Prouerbioꝝ. xxiiij. quia rapinas meditatur cor eorum. ¶ Item quia fuit comeſtor ⁊ vorax. Unde Eſaie. xv. quia aque dybon replete ſunt vomitu. Unde Prouerbioꝝ. xxiij. quia vacantes potibus ⁊ dantes ſimbolum conſumentur. ¶ Item quia fuit deceptor ⁊ fallax. Unde Hieremie. ix. Quia omnis frater ſupplantans ſupplantabitur. ⁊ omnis amicus fraudulenter incedet. et inimici hominis domeſtici ei⁹. ¶ Itẽ quia non fuit dator. ſed tenax. ſcilicet per auariciã quã amabat. Unde dyabolus de auaris potuit dicere illud Hieremie. vj. Quia extendam manum meaʒ ſuper habitantes terram. A minore enim vſq; ad maiorem omnes auaricie ſtudent. ¶ Item quia non fuit ſtator. ſed.

fugax. quia ſcilicet in bono non perſeuerauerit. Unde in pſ. ſibi potuit dici illud. Quid eſt tibi mare quod fugiſti. et tu iordanis quia conuerſus es retrorſum. ¶ Item dico. quod impius finaliter damnabitur quia fuit crudelis et durus. Unde Eſa. xlviij. ſibi dicitur. Scio enim quia durus es tu. et neruus tuus ferreus. ceruix tua et frons erea. vel et ſibi dicatur illud Mat. xxv. Scio quia homo durus es. metis vbi non ſeminas. et congregas vbi non ſparſiſti. ¶ Item quia fuit fedus et non purus. ſcilicet per immundiciam luxurie. Unde ſibi poteſt dici illud Ezech. xvj. Multiplicaſti fornicationem tuam. Sequitur. Quia fabricaſti lupanar tuum in capite omnis vie. Et Oſee. j. Quia fornicans fornicabitur. ¶ Item quia fuit hebes et obſcurus. Dei enim ſcientiam non habebat. ſed eam penitus contemnebat. Ideo dominus ſibi dicit Oſee. iiij. quia tu ſapientiam repuliſti. repellam te. vt ſit de illis de quibus dicitur Prouerbiorum. xxiij. In auribus inſipientium ne loquaris quia deſpicient doctrinam eloquij tui. Et in pſ. Quia repleti ſunt qui obſcurati ſunt domibus terre iniquitatum. et Eſaie. v. Ductus eſt populus meus captiuus. quia non habuit ſcientiam. et Prouerbiorum. v. Morietur quia non habuit diſciplinam et illud Eſa. lx. Quia ecce tenebre operient terram et caligo populos. ¶ Item quia fuit pauens non ſecurus. trepidabat enim timore vbi non erat timor. Unde Iudicum viij. Timebat enim quia adhuc puer erat. ¶ Item quia fuit veris verbis parum vſus. Unde Eſaie. lix. Quia corruit in plateis veritas. et equitas non potuit ingredi et Iohannis. viij. In veritate non ſtetit quia veritas in eo non eſt. Sequitur. Quia mendax eſt. ¶ Item quia fuit mixtus et non merus. ſicut ſcilicet ſunt ypocrite ſicut ydolis que mixta ſunt de veritate apparenti et falſitate exiſtenti. Unde Baruch. vj. Scietur inquit poſtea quia falſa ſunt. quia non ſunt dij. et nullum opus dei in eis eſt. ¶ Item quia fuit ſuperbus et ferus Treno. iij. Quia leuauit ſe ſupra ſe. et Hieremie. l. Quia contra dominum erecta eſt. ¶ Item quia fuit mollis non ſeuerus. quia ſcilicet delicias non penitentiam frequentabat. Unde delicioſo diuiti dicitur Luce. xvj. Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua. et in pſal. Quia anima ipſius in vita ipſius benedicetur. Uerumtamen caueat iſte. quia procerto iſta mollis et proſpera delicioſitas totaliter in fine ceſſabit. Unde Eſaie. xlvij. Quia non vocaberis vltra mollis. ¶ Item quia fuit diſcors et auſterus. pacem et concordiam non amabat. ſed eam rumpebat ſepius et turbabat. Unde iſte poterat dicere illud Matth. x. Noli arbitrari quia veni pacem mittere in terram. non veni pacem mittere. ſed gladium. Igitur multimode rationes et cauſe ſunt quare mali a deo dimittuntur. et quare finaliter in inferno damnantur. Et quare etiam ipſi quia cauſe ſunt malorum. malis perpetuis affliguntur. Et ſic patet. quomodo iſta coniunctio cauſalis quia. referri poteſt ſcilicet ad ſtultum peccatorem. Ad iuſtum viatorem. Ad deum creatorem etc. Sufficit.

A **Quid.** Nota quod quid ponitur vt communiter reprehenſiue. vel inquiſitiue. et ſic dico. quod iſta dictio quid eſt quandoque ſcilicet

Superbie reprehenſiua.
Iuſtitie diſceptatiua.
Fallacie redargutiua.
Pigricie excitatiua.
Ignauie confirmatiua.
Auaricie condemnatiua.
Celi glorie inquiſitiua.
Obedientie executiua.
Mundi miſerie declaratiua.

¶ Eſt dico quod reprehenſiuum ſuperbie Eccleſiaſtici. x. quid ſuperbis terra et cinis. et zacharie iiij. Quid tu mons magne contra zorobabel. ¶ Item eſt diſceptatiuum iuſtitie ſicut Michee. vj. Popule meus quid feci tibi? aut quid moleſtus fui tibi? etc. Et Eſaie. v. Quid vltra debui facere vinee mee. et non feci. ¶ Item redargutiuum fallacie. Et ſic ſumitur Luc. xx. vbi fraudulenter ſe temptantibus dixit chriſtus. Quid me temptatis ypocrite? ¶ Item eſt pigricie excitatiuum Matthei. xx. Quid hic ſtatis tota die ocioſi. ¶ Item eſt ignauie confirmatiuum Matthei. viij. Quid timidi eſtis modice fidei? ¶ Item eſt auaricie condemnatiuum ſicut Matth. xvj. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur. anime vero ſue detrimentum patiatur. ¶ Item eſt celi glorie inquiſitiuum. ſicut Matth. xix. quid faciam vt vitam eternam habeam. ¶ Item eſt obedientie preparatiuum. ſicut Act. ix. Domine quid me vis facere? ¶ Item eſt noſtre miſerie allegatiuum. ſicut in pſal. dicitur. Domine quid eſt homo quia innotuiſti ei. Et ibi. Quid eſt homo quod memor es eius. et cetera ſimilia. quia ſcilicet omnia iſta interrogatiua poſſunt ſignificare diuerſimode. ſecundum quod ad diuerſa negocia applicantur. ¶ Si tamen aliquid vlterius addere vis, Dic quod per quid arguit. interrogat et reprehendit deus. iudex iuſtus et impius. ¶ Primo igitur dico. quod deus nos arguendo et de nobis conquerendo vtitur iſto pronomine quid. et ſic certe dico. quod a deo per quid arguuntur et reprehenduntur B

Noſtre ſeuicie cruenta iacula.
Noſtre pigricie conſtricta vincula.
Noſtre facundie laxata ſpicula.
Noſtre ſuperbie alta cornicula.
Noſtre auaricie vſta pectuſcula. ſeu haſta munuſcula.
Noſtre immundicie feda proſtibula.
Noſtre iniuſtitie ingrata fercula.
Noſtre patientie confracta ſtringula.
Noſtre impudentie fuſcata ſpecula.
Noſtre apparentie ficta ſignacula.

cor humanū in nulla re q̄etem inuenit. immo vndiq;
fluitat ⁊ diſcurrit quouſq; amota terra.i.terrenorum affe
ctu in ſolo deo quieſcit. Quod bene patet de cordibus
peccatorum:q̄ non in deo immo in rebus mundi locā-
tur.⁊ ideo nulla q̄ete firmantur. immo deſiderijs infi-
nitis mouentur.⁊ affectibus varijs agitātur. Eſa.lvij.
Cor impij q̄ſi mare feruens quod quieſcere non valet.
Non eſt pax impijs dicit dominus. Unde nota ꝙ ho-
mo ſpiritualiter quieſcit. videlicet quandoq; Supius
in celo per contemplationem. Inferius in inferno per
timorem ⁊ conſiderationem.Exterius in ꝓximo p̄ pa-
cificam conuerſationem. Interius vero ⁊ in ſeipſo per
dei amorem ⁊ dilectionem.Et iſta eſt ꝓprie quies de q̄
loquor ſcilicet firmitas amoris que oſtenditur cū dici
tur:quia terra ſtat ⁊ quieſcit in ſeipſa et in centro ſuo.
ps.Fundauit terram ſuper ſtabilitatem ſuam vt ſic de
tali terra cordis dicatur illud.j.Paralip.iiij: Inuene-
runt terram latiſſimam quietam ⁊ fertilem. Tale em̄
cor per charitatem eſt latū.per tranq̄llitatem eſt quie-
tum.Et per virtutum vbertatem eſt fertile ſeu plenum

Iſtam ergo quietem generat firmitas amoris. Terra
inquit.ij.Paralipo.xiiij.regnauit Aſa in cuius diebꝰ
quieuit terra. ¶ Inſuper dico ꝙ ſpiritualem quietem
generat paucitas laboris.Tremuit inquit et quieuit.
Sicut enim nulla res poteſt quieſcere q̄diu eſt in mo-
tu.cū motus et quies ſint contraria.⁊ inde eſt ꝙ aqua
non poteſt quieſcere q̄diu ſuperficies ipſius mouea-
tur.ſic nec cor humanum perfecte quieſcit donec a mo
tu malorum deſideriorum.mundi laborum ⁊ negocio
rum abſolutum ſe inuenit atq; ſentit.Juxta illud Eſa.
lvij.In multitudine vie tue laboraſti. non dixiſti quie-
ſcam.Tremuit inquit et quieuit.quaſi diceret. Primo
oportet tremorem et motum ceſſare q̄ quies poſſit in
noſtris cordibus habitare.Unde ps. Timor et tremor
venerunt ſuper me ⁊ contexuerunt me tenebre.Et dixi.
Quis dabit mihi pennas ſicut columbe.et volabo ⁊ re
quieſcam?Igitur abdicemus a nobis omnes tales ma
los motus ſcilicet vitia et peccata.mundiq; tumultus
et negocia.et vana mentis deſideria. vt ſic ſimus ſpiri-
tualiter liberi et quieti. Juxta illud.j. Theſſaloſi. iiij.
Operam detis vt quieti ſitis. Igitur vt quieti ſimus
quieſcamus
A triſticie meroribus.
A ſeuicie furoribus.
A ſuperbie feruoribus.
A leticie clamoribus.
Quieſcendū eſt enim a meroribus triſticie.Unde Hie
re.xxxj.Quieſcat vox tua a ploratu.Item a furoribus ſe-
uicie.Eſa.xiiij.Quomodo ceſſauit exactor.quieuit tri-
butū.Et Ezech.xvj.Quieſcam ⁊ non iraſcar amplius.
Item a feruoribus ſuperbie.Eſaie.xxx. Superbia tan-
tum eſt.quieſce.Item a clamoribus vane leticie. Eſaie
xxiiij.Ceſſauit gaudium tympanorum. q̄euit ſonitus
letantium ⁊c.Et ſic igitur patet quomodo tria requi-
runtur ad quietem ſpiritalem habēdam.ſcilicet
Laboris terminatio. Iſta tamē ſunt cō
Amoris ſituatio. tra multos qui ſci
Timoris aggrauatio licet non amant re
quiem aut quietem.Juxta illud.ij.Theſſa.iij. Audiui
mus quoſdā inter vos ambulare ī quiete: immo alios
inquietant ⁊ moleſtant.ij.Machabe.xiiij. Bella nu-
triunt.ſeditiones mouent nec patiuntur regnum eſſe
q̄etum.Non ſic chariſſimi ſed ſimus pacifici ⁊ quieti.
Juxta illud Eſaie.j.Quieſcite agere peruerſe.diſcite be
nefacere.Iſta eſt ergo q̄es interior ⁊ ſpiritalis. Et hoc
eſt primum principale.¶ Secundo principaliter dico C
ꝙ in ſcriptura inuenitur q̄es exterior ⁊ temporalis. et
iſta eſt quies ⁊ delectatio quam habent mali in ꝓſpe-
ritatibus huius mundi.Iſti enim ſunt ſicut crocodil-
lus q̄ iuxta fluuium quieſcens.ab auiculis pennas ſer
rantes habentibus ſcalpitur ⁊ ab ipſis ventrē eius ſub
intrātibus finaliter occiditur.Iſti ſunt ſicut apes q̄ a la-
bore nimiū q̄eſcentes infirmari dicuntur.Iſti etiā ſunt ſi
cut leporarij q̄ teſte Pli.dū nimiū q̄eſcunt minus poſ-
ſe generare perhibentur. Qui ꝓcerto chariſſimi illi qui in
cauernis delitijs.⁊ in mūdi diuitijs.⁊ in ſeculi dignita
tibus ⁊ eminentijs quieſcūt.ab auibus.i. a demonibꝰ
primo per tentationes dulciter ſcalpuntur.⁊ finaliter
ab ipſis per eternū ſuppliciū puniuntur.Iſti inſuper per
vitia infirmantur ⁊ a generatione bonorum operum
retardantur.Iſta eſt ergo mala quies.quia tales
Puniuntur a demonibus.
Exercentur a laboribus.
Terminantur in meroribus.
Iſti dico a demonibus puniuntur.Et ideo iſti figuran
tur in populo lachis q̄ in proſperitate maxima quie-
ſcebat ⁊ qui a nullo cauebat. Ad quē tamen filij dan ve
nientes ipſos ſubito percuſſerunt ⁊ terram eorum poſ
ſederunt.ſicut dicitur Judic.xviij.Uenerunt inquit in
lachis ad populum quieſcentem ⁊ ſecurū ⁊c.Sic vere ta
les qui in ꝓſperitate q̄eſcunt.⁊ qui ſecuri ab omnibus
eſſe credunt.ſubito dum non ſperant a filijs dan.ideſt
a demonibus percutiuntur.⁊ terra ſua ideſt terrenis bo-

Ayuntamiento de Madrid

nis ⁊ etiā ꝑpetuis ſpoliant.Uñ in ꝑſona dyaboli dicit Ezec.xxxviij. Aſcendam ad terram abſqꝫ muro. veniaꝫ ad quieſcentes habitanteſqꝫ ſecure.Iſti inſuper a laboribus exterreut.Tales eñi qui in quiete mundi viuunt timent omnia terribilia et maxime mortem Eccli.xlj. O mors ꝙ amara eſt memoria tua homini iniuſto et pacem habenti in ſubſtantijs ſuis. viro quieto cuius vie directe ſunt in omnibus.Iſti etiam in meroribꝰ terminantur:qꝛ.ſ.talium quies terminabitur in merore. Unde Sap.xviij.Dum quietum ſilentiū tenerent oia
D ſermo tuus dñe Uenit et impleuit omnia morte. Iſta eſt ergo quies exterior et temporalis. ¶ Tertio principaliter dico ꝙ in ſcriptura inuenitur quies īferior ſeu poſterior ⁊ corpalis.Et iſta eſt quies mortis: q̄ ſcilicet corpus a motibus ⁊ laboribus huius vite quieſcit.De quo poteſt homo dicere illud Sap.viij. Intrans in domū meam quieſcam.¶ Quarto vero principaliter dico ꝙ in ſcriptura inuenitur quies ſuperior ⁊ eternalis. Et iſta eſt q̄es beatorum qui ſunt in perpetua gloria ⁊ quiete.Hiere.xlvj.Jacob quieſcet. ꝓſperabitur et non erit qui exterreat eū.In paradiſo enim eſt perfecta ⁊ vera quies.Unde.ij.Paral.xxiij. Letatus eſt omnis populus terre ⁊ orbis quieuit.ibi eſt enim perfecta quies quia ſcilicet ibi ceſſat

Motus interiorum cupiditatum.
Motus exteriorum aduerſitatum.
Motus ſuperiorum auſteritatum.
Motus inferiorum proteruitatum.

Iſta enim quatuor impediunt quietem in hoc mūdo. qui quia ibi ceſſant.neceſſe eſt ꝙ ibi ſit perfecta quies Hic enim abundat interius ardens affectio exterius mordens afflictio.ſuperius ledens oppreſſio. inferius ſurgens rebellio.Sed certe in paradiſo quieſcit ardēs cupiditas animoꝝ.Quibus enī eſt ꝯtemptus tpaliuꝫ bonoꝝ q̄bus ſatis eſt qḋ habent.ſic̄s celeſti ⁊ ſuperno corpi qḋ contentū eſt forma ſua.⁊ ideo a corruptione ⁊ generatione q̄eſcit.ſic ⁊ illi vt ſic intelligat illud.j.Petri.iij.Abſconditus inq̄t hō cordis in incorruptibilitate q̄eti ⁊ modeſti ſpūs.eſt i ꝯſpectu dñi locuples. ¶ Itē in paradiſo q̄eſcit mordēs afflictio aduerſoꝝ. Nulla eñi aduerſa q̄ ꝯcutiat ſunt ibi.Uñ ꝓuer.iij.Tunc ambulabis fiducialiter in via tua.⁊ pes tuus non impinget.ſi dormieris non timebis.q̄eſces ⁊ ſuauis erit ſomnus tuus.¶ Itē in paradiſo q̄eſcit ledens oppreſſio tyrannoꝝ.Magna eſt eñi ⁊ tuta q̄es q̄ñ deſuper nō pōt contingere.quicꝙ.ſ.fulgur pluuia ſeu grando.Sic ꝓ certo mala q̄ veniunt deſuper.ſ.tyrannica bella ibideꝫ quieſcunt ⁊ ceſſant ⁊ ab ipſis q̄eſcitur ⁊ ceſſatur.Ut de quolibet beato dicatur illud.ij. Paral.xiiij. Quietus erat ⁊ nulla tpibus ſuis bella ſurrexerunt pacem domino largiente ¶ Itē in paradiſo q̄eſcit furens rebellio ſubditoꝝ.Cū eñi ibi nullus habeat ſubditū pter deū ⁊ cū oēs ſibi inuicē ſola charitate ſubiecti ſint.ꝯſtat ꝙ a quacūqꝫ rebellione.ꝑfecta eſt ibi q̄es.ij.Paral.xiiij. A bellis quieta ſunt oīa eo ꝙ q̄ſierimus dominū ⁊ dedit nobis pacem.Sic ergo patet q̄ñ inuenitur quies ſupernalis.¶ Quinto vero dico ꝙ inuenitur quies deterior ⁊ infernalis.Et ſic certe q̄eſcere ſumitur ꝓ ceſſare. quia ſcilicet in inferno facit dominus ceſſare ⁊ quieſcere gaudia ⁊ vitia huiꝰ mundi.Unde nota ꝙ ibi ceſſant et quieſcunt

Letitie prolati moduli. | Quieſcit dico. ſcilꝫ poſt
Superbie elati tumuli | mortem letitie ſonus et
Seuicie illati ſtimuli. | muſica.hoc eſt oīs vana

letitia huius mundi.Unde Eſaie.xxiiij. Ceſſauit gaudium tympanorum. q̄euit ſonitus letantium. conticuit dulcedo cythare.cum cantico non bibent vinum amara erit potio bibentibus illā.Iteꝫ quieſcit ibi ſupbie cura vanifica.Eſa.xiij.Quieſcere faciam ſupbiam infidelium.Item quieſcit ibi ſeuicie manus tyrannica Unde Heſter.vij.Regis ira quieuit.⁊ Ezechielis. vij. Quieſcere faciam ſuperbiam potentium. Iſta igitur eſt quintuplex quies ⁊c. Uide infra de requie.

# Quippiam ⁊ quicquam.

In neutro gñe. a

Nota ꝙ iſta ꝓnomina neutra ⁊ cōpoſita aliq̄d diſtinctum ⁊ determinatū deſignant.Unde nota ꝙ q̄cꝙ ſeu q̄ppiam ponit in bono ⁊ in malo. In bono ponitur

Pro titulo meritoꝝ | Primū dat homini v̄tuoſo.
Pro claculo ſecretoꝝ. | Secundum ſubtili curioſo.
Pro ferculo ꝓmioꝝ: | Tertium homini glorioſo.

¶ In malo autem ſignificato quicꝙ ponitur.

Pro vinculo vitiorum. | Quartū hoī crimīnoſo:
Pro cumulo terrenoꝝ. | Quintū diuiti copioſo.
Pro ſtimulo tormētoꝝ. | Sextū hoſpiti doloroſo.

videlꝫ homini perdito ⁊ damnato.¶ Primo igit dicamus ꝙ eſt dare quicꝙ qḋ eſt ꝓcurandū.Et hoc eſt titulus meritoruꝫ.Et ſic de veritate dicitur.ij. Eſdre.iiij. ꝙ omnis terra veritatem inuocat.⁊ omnia tremunt eam ⁊ non eſt in ea quicꝙ iniquū.Et ſic dico certe ꝙ ad iuſtum pertinet Unum quicꝙ

Perfecti operis. | Habet ergo iuſtus q̄c-
Iniuncti ponderis. | ꝙ operis virtuoſi. Un-
Proſpecti ſyderis. | de de penitente dicitur
Fructuoſi muneris. | Ezechi.xxxiij. Qḋ ſi in

mandatis vite ambulauerit nec fecerit quicꝙ iniuſtuꝫ vita viuet ⁊ nō morietur.¶ Item habet q̄cꝙ ponderis rigoroſi ſcilcꝫ onus mandatoꝝ dei. De quo Deute.xij. Que ꝑcepit tibi dñs.hoc tm̄ facias.non addas quicꝙ aut minuas.¶ Itē habet q̄cꝙ ſyderis luminoſi: qꝛ.ſ. ad iuſtū ſpectat ꝙ ipſe cognoſcat q̄cꝙ ⁊ q̄ pertinent ad ſalutem.vt ſic dici poſſit de eo illud Eccli.xxxix. Non eſt q̄cꝙ abſconditū ab oculis eius. ¶ Itē hꝫ q̄cꝙ muneris fructuoſi.ſ.quicꝙ meriti vel v̄tutis qḋ.ſ.ipſis datur a deo ſi debite requiratur. Unde iuſtis pōt dici illud Hiere.xxxviij. Nec eñi fas eſt vobis regi quicꝙ negare. Juſti eñi habent quicꝙ boni. ⁊ non quicꝙ mali.quia ſcilicet iſti non habent Quicꝙ

Proterue locutionis. | Non hꝫ dico q̄cꝙ ꝓterue
Inique conditionis. | locutiōis.Uñ Gen.xxxj.
Exceſſiue comeſtionis. | Caue ne quicꝙ aſpe lo-
Fraudatiue deceptionis | quaris.Item nec habent
Cōſtrictiue obligatiōis | q̄cꝙ peruerſe ꝯditionis.
Infectiue delectationis | vt de eo poſſit dici illud

j.Reg.xxix. Non inueni in te q̄cꝙ mali.Item non habent q̄cꝙ exceſſiue comeſtionis.Unde illis dicitur Jone.iij. Non guſtent quicꝙ aut paſcantur ſcilicet ad ſuperfluitateꝫ.Item nec q̄cꝙ callide deceptionis. Juxta illud Deut.xv.Non ages quicꝙ callide. Iteꝫ nec q̄cꝙ damnoſe obligationis.Ro.xiij.Nemini quicꝙ debeatis niſi vt inuicem diligatis.Item non habent quicꝙ carnalis delectationis. Unde Ezechi.xliiij. Ueſtibus lineis induentur.nec aſcendet ſuper eos q̄cꝙ laneum. Lana enim ex carne procedit ⁊ vitia carnis ſignat. Patet ergo ꝙ eſt quicꝙ quod eſt ꝓcurandum. ¶ Secun- b
do dico ꝙ eſt dare quicꝙ quod eſt ꝑſcrutandum ſcilicꝫ ſecreta fidei ⁊ ſcientie q̄ ſunt neceſſaria ad ſalutem.Unde de regina ſaba dicitur ꝙ de oībus ad ſapientiā pertinentibus non fuit quicꝙ qḋ non ꝑſpicuum ei fieret. Cuius contrarium ignorantibus ⁊ parum de veritate ſcientibus dicitur Joh.xj. Neſcitis q̄cꝙ nec cogitatis. Neſcitis inq̄t quicꝙ vere ⁊ vtilis ſcientie. licet forte ſatis habeant ſcientie ſecularis.q̄ ſcilicet nimis ſolet ꝓficere ꝙ nocere.Ad quod facit figura de illa emorroyſſa que erogauerat ſubſtantiam ſuam cuꝫ medicis. nec tamen ei quicꝙ profecerat.ſicut dicitur Marc.v.Uiri enim iuſti non curant de tali quicꝙ ſcilicet de ſcientia ſeculari ſed potius de diuina.vt ſic de viro ſapienter iuſto.dicatur illud Eccli.xxxix. Non eſt quicꝙ abſconſuꝫ ab oculis eius.¶ Tertio dico ꝙ eſt dare quicꝙ qḋ eſt affectandū.Et iſtud eſt illud quicꝙ.illud aliquantulum.illa portio paradiſi quam deus ꝓ m̄i q̄cꝙ meritorum nobis daturus eſt.Et de iſto q̄cꝙ dicit dominus Joh.xv.Uſqꝫ modo nō petiſtis q̄cꝙ in nomīe meo petite ⁊ accipietis.Tale quicꝙ ſeu quippiam non colligitur in vineis.i.in bonis temporalibus huius mūdi.

Unde

Ayuntamiento de Madrid

Unde Deute.xxviij.Uineam plantabis et fodies ⁊ vi=
num nõ bibes nec colliges ex ea quippiam:quia ver=
mibus vaſtabitur.Iſtud enim eſt vnum mirabile quic
ꝙ:q̃.ſ.non poteſt eſſe ita modicum quin ſufficiat ple=
niſſime poſſeſſori:q̃.ſ.nihil omnino deficit poſſidenti
Unde Eccli.xliij.de deo in patria dicitur. Nõ ipſe non
fecit quicꝙ de eſſe. vniuſcuiuſqȝ confirmabit bona et
qs ſatiabit videns gloriam dei.Iſtud ergo quicꝙ ſpe=
ctat ad bonos ⁊ non ad malos:q̃.ſ. in regno celorum
mali non habent quicꝙ.ita ꝙ ꝓprie ipſi poſſunt dice=
re illud Num.xxxij.Poſſideant filij iſrael hereditatē
ſuam nec quicꝙ queremus trans iordanem:q̃ iam ha
bemus noſtram poſſeſſionem in orientali plaga.Acſi
proprie dicerent.Sufficiunt nobis pñtia.⁊ nihil q̃ri=
mus de futuris.Et ſic pȝ q̃ꝺ quicꝙ ſumitur in bono.
C ¶Sumitur etiam in malo ſignificato.¶Quarto igi
tur dico ꝙ eſt dare vnum quicꝙ vitij vel peccati.quia.ſ.
dyabolus ſemper in homine reperit quicꝙ qꝺ capit.⁊
inde gaudiũ ſumit.ſicut videmus ꝙ homo gaudet qñ
in alieno ſolo īuenit quicꝙ ſui dominij ſeu iuris. ſicut
Apoc.xiij.dicitur ꝙ illi qui portabant ſignum beſtie
permittebantur vendere vel emere ⁊c.Ad denotanduȝ
ꝙ beſtia īfernalis dyabolus illos ſuos eſſe reputat in
quibus ſignum ſuum ⁊ ymaginem.ſ. aliquod ſtigma
peccati inuenit atqȝ ſpectat.Unde xp̃s tali quicꝙ ſe ca
rere glorians dicebat Johã.xiiij.Uenit enim princeps
mundi huius ⁊ in me nõ habet quicꝙ.Uide.s.in qui=
cunqȝ in paragrapho Item q̃ſqȝ ſumi poteſt in malo
vbi multa dicuntur vt ⁊ cuilibet iuſto dicat̃ illud Deu
tero.xiij.Nõ adherebit de anathemate in manu tua.i.
quicꝙ peccati.Et merito.Qui ſicut dicitur Leuit.xj.
Super quod ceciderit quicꝙ de morticinis polluetur
Bene ergo conſulit̃ nobis Judic.xiij.vbi dicitur.Caue
ne bibas vinum nec ſicerã.nec q̃cꝙ immundum come
das.quia ſicut dicitur Num.xix. Anima q̃ quippiam
horum tetigerit immunda erit.Ideo bene conſulitur
Deut.vij.vbi dicit̃.Non inferes quicꝙ de ydolo in do
mũ tuã.i.q̃ppiam peccati in conſcientiam tuã.Et bre=
uiter illi qui habent quippiam vitij vel peccati nõ ſunt
digni dño immolari:ſicut dꝛ Deut.xvij.Nõ immolabis
dño deo tuo bouem ⁊ ouem in quo eſt macula aut q̃p=
piam vitij.Et ſic patet ꝙ eſt quicꝙ qꝺ eſt refutandum
¶Quinto vero dico ꝙ eſt quicꝙ quod eſt conculcan=
dum ſeu etiam deteſtandum. ⁊ iſtud eſt illud modicũ
quicꝙ vel aliquid boni qꝺ in his temporalib9 inuenit̃
quia ⁊ ſi iſtud quicꝙ propter vite preſentis neceſſita
tem neceſſariuȝ ſit habere ibi tñ non debemus cor ſeu
affectuȝ apponere.nec nos in talibus delectare.Unde
viris perfectis in figura filiorum iſrael videtur dñs dicere
illud Deut.ij.Tranſibitis per terram filiorum eſau. Et
poſtea ſequitur.Non pugnes cõtra moabitas ⁊c. Nõ
enim dabo tibi quicꝙ de terra eorum:q̃ filijs loth tra=
didi eam in poſſeſſionem. Iſtud enim quicꝙ munda=
norum bonorum filijs iſrael ideſt viris ſanctis non da
tur.ſed filijs loth qui interpretatur declinans.i. mũda
nis ⁊ peccatoribus:qui.ſ.declinare a bono ⁊ facere ma=
lum non ceſſant conceditur ⁊ donatur.Iſtud eſt enim
quicꝙ quod auari alijs dare nolunt: ſed illud ſibi da=
ri ab alijs volunt dicentes.ſ.illud.j.Reg.xxxj. Non da
bimus eis quicꝙ de p̃da.Dari vero ſibi deſiderãt iatqȝ
volunt ⁊ maxime corrupti iudices ⁊ prelati de quibus
ſcȝ dicitur Miche.iij.Si quis non dederit in ore eorũ
quippiam.ſanctificant ſuper eum prelium. Cuius ta=
men contrarium faciunt ſuperiores boni dicentes ſci=
licet illud.j. Reg.xij. quod ſcilicet dixerunt filij iſrael
ſamueli.Non es calumniatus nos. neqȝ oppreſſiſti ne
qȝ tuliſti de manu alicuius quippiam: Iſtud eſt ergo
quicꝙ ſeu q̃ppiam deteſtanduȝ. ¶Sexto dico ꝙ nos
inuenimus vnum quicꝙ quod eſt formidandũ.⁊ iſtud
certe eſt pena eterna.De q̃ ſcilicet dicitur Eccli.viij. ꝙ
q̃ cuſtodit preceptũ non experietur quicꝙ mali. Ma=
li.ſ.eterni.quia de malo temporali contrariuȝ conſtat
ꝙ videlicet boni qui dei precepta cuſtodiũt.malũ tem=
poralis pene ſepe incurrunt.Hec igitur ſufficiant de
quippiam ⁊ quicꝙ.

Quinqȝ. Nota ꝙ numerus quinarius pro eo A
ꝙ omnes actus humani quinqȝ ſen=
ſibus gubernantur ita ꝙ quicquid facit homo.totum
ad aliquem quinqȝ ſenſuum ordinatur.poteſt in ſcri=
ptura multipliciter deſignare.Notemus igitur ꝙ nu=
merus iſte quandoqȝ ſignat
Legis perfectionem.
Senſus diſcretionem.
Crucis afflictionem.
Carnis corruptionem.
¶Signat dico legis perfectionem.q̃.ſ. lex continetur
in quinqȝ libris moyſi.Et ideo per numerum q̃nariuȝ
totius legis doctrina ⁊ ſcientia deſignatur. Iſti enim
quinqȝ libri moyſi figurãtur in quinqȝ panibus ordea
ceis q̃bus dñs quinqȝ milia hominuȝ ſatiauit ſicut di=
citur Math.xiiij.Mar.vj.Luce.ix.Joh.vj.quia.ſ.or=
deum quod exterius habet paleam. interius vero me=
dullam legem deſignat in qua ſub palea hyſtorialis li
tere latet medulla ſpiritalis ſenſus.Iſti ſunt quinqȝ ta
lenta que in dupluȝ multiplicans a dño commẽdat̃.
Math.xv.quia ille qui doctrinam legis acceptaȝ per
operum complementum multiplicat.a deo gloriam ⁊
premium recipit ⁊ reportat. Dñe inquit quinqȝ talen=
ta tradidiſti mihi.ecce alia quinqȝ ſuperlucratus ſum
Et ſequitur.Euge ſerue bone ⁊ fidelis intra in gaudiũ
domini tui.Iſti ſunt q̃nqȝ ciuitates in terra egypti lo=
quentes lingua chanaan.Eſa.xix.quia ꝓculdubio q̃n
qȝ libri moyſi loquuntur hodie egyptijs ideſt iudeis q̃
egyptij dicuntur.ſicut hieruſalem dicitur ſpũaliter ſo B
doma ⁊ egyptus.Apoc.xj.Lingua chanaan ideſt lin
gua difficili ⁊ ignota loquẽtur intantũ ꝙ neſciũt intel
ligere veritatẽ.Iſti ſunt q̃nqȝ baſes tẽpli q̃ erãt ad dexte=
rã ⁊ q̃nqȝ q̃ erant ad ſiniſtrã.ſicut dꝛ.iij. Reg.vij.q̃ ſcȝ
in templo eccl̃ie a dextris ⁊ a ſiniſtris.i.in ꝓſperis ⁊ ad
uerſis.Iſti q̃nqȝ libri ſunt baſes.i.morũ ⁊ fidei funda=
menta.Iſti ſunt altare holocauſti in quo tot deo offe=
runt̃ hoſtie quot ibi continentur ſñie. De quo dꝛ Exo.
xxxviij.ꝙ altare holocauſti q̃nqȝ cubitorum erat ꝑ q̃druȝ
Signat ergo numerus iſte legis ꝑfectionẽ.¶Scdo di
co ꝙ ſignat ſenſus diſcretionem:q̃.ſ.q̃nqȝ ſunt ſenſus
corporis per quos nobis rerum noticia inoteſcit. quia teſte
Ariſto.Ois cognitio noſtra incipit a ſenſu.⁊ ideo ꝑ nu
merum iſtũ poſſunt ſignificari illi q̃ iſtos q̃nqȝ ſenſus
debite regunt ſicut dicit Grego.in omel.de ṽgini.Uñ
ꝑ nũ eundem viri perfecti ⁊ diſcreti ſignificãtur in q̃nqȝ
ſapiẽtibus virginibus q̃ vigilantes. ⁊ oleum cũ lampa
dibus habentes ⁊ ſponſo obuiã venientes ad nuptias
ſunt recepte:q̃.ſ.boni
Sunt virgines per continentiam.
Sunt vigiles per diligentiam.
Sunt prudentes per ſapientiam.
Habent lampades.ſ.ſplendorẽ bonorum operum per hone
ſtam apparentiã. Habent oleũ.i.interiorem virtutem
⁊ gratiã.Sponſo.i.xp̃o obuiam exeunt per deuotioneȝ
⁊ reuerentiam. Et ſic nuptias paradiſi introeunt per
adeptã glorie affluentiam.Iſti figurant̃ in q̃nqȝ filijs
matathie.j.Mach.ij. Iſti figurantur in cherubin tẽ=
pli quorum ale ſingule habebant q̃nqȝ cubitos. ſiles qui=
buſdã maximis hoibus q̃ ſunt in india ad q̃titatẽ q̃n=
qȝ cubitorũ.Similes etiã arbori myrre q̃ vſqȝ ad q̃nqȝ
cubitos creſcit.Similes etiaȝ pinnulis roſe quos natu
ra in quinario numero terminauit. quia procerto illi
qui ſunt veri filij matathie.i.dei patris illi q̃ ſunt che=
rubin:i. pleni ſcientia et philoſophia in templo eccl̃ie
ſancte matris.illi qui ſunt in india (vbi feruet calor ſo
lis) ꝑ ignẽ charitatis illi qui ſunt myrra ꝑ fragrantiã
ſanctitatis ⁊ honeſtatis.illi qui ſunt pinnule roſarum ꝑ
ꝯſideratione roſarum.i.vulnerũ ſaluatoris ſub numero
quinario cõtinentur.⁊ quinqȝ cubitis.i.quinqȝ ſenſuũ
diſcreta ꝯtinẽtia gloriant̃.Ezech.xl.Menſus eſt veſti=
bulũ templi q̃nqȝ cubitis hinc ⁊ quinqȝ cubitis inde.

Ayuntamiento de Madrid

Signat ergo iſte numerus ſenſus diſcretionē. ¶ Tertio dico ꝙ numerus quinarius ſignat crucis afflictionē
c Xps em̄ crucifixus quinqꝫ habuit vulnera. Figuratur enim
pbatica piſcina que erat in hieruſalē que quinqꝫ porticꝰ habebat. in quā q̄ mota aqua p angelū primus intrabat. ſanus a cunctis infirmitatibus apparebat. ſicut dicit Job. v. Sic vere corpus xpi quinqꝫ habuit porticus plagaꝝ in quas dū anime languētes p deuotionē poſſunt intrare. ſolēt p virtutes aque mote. i. virtute ſue miſericordie comitāte ſanitatis remedium reportare. Et iſte etiā quinqꝫ plage figurant in quinqꝫ lapidibus quos dauid in pera ſua habuit ⁊ cū eis goliā interfecit. ſicut dicit. j. Reg. xvij. q. ſ. tūc goliad. i. dyabolus ſupat qui in pera cordis quinqꝫ lapides. i. quinqꝫ paſſionis xpi vulnera p memoriā reponunt. Iſte ergo numerus ſignat crucis afflictionē. ¶ Quarto dico ꝙ iſte numerus deſignat morū ⁊ carnis corruptionē. ⁊ ſic dico ꝙ p numerū quinariū in malo ſignificato ſignificant illi q̄ quintuplici ſenſuū libidini ⁊ voluptati obediunt ⁊ q̄ ſm corporalem ſenſualitatem ſe regunt. Figurati in illis qui dicebant Luc. xiiij. Juga boū emi quinqꝫ ⁊ neceſſe habeo pbare ea. rogo te habe me excuſatū ne. ſ. vadaꝫ ad nuptias pparatas. Quia vere illi q̄ quinqꝫ iuga boum. i. quinqꝫ ſenſus corporis (que p tanto iuga dicuntur: q2 organa ſenſuū ſemper bina ⁊ bina iungunt) diligūt ⁊ ſequuntur. in tanto circa hoꝝ curā interdū occupant ꝙ p eorū delectationibus a paradiſi nuptijs retrahūtur
Figurati etiā in quinqꝫ virginibus fatuis que dū lampadibus vacuis dormiunt. a ſponſi nuptijs excludunt ſicut dicitur Mat. xxv. Unde etiā de vniuerſitate quinario deſignata dicitur Joſue. x. ꝙ quinqꝫ reges abſconderant ſe in ſpelunca ⁊ adduxerunt quinqꝫ reges de ſpelūca ⁊ ſuſpenderunt ſuper quinqꝫ ſtipites. Ad denotanduꝫ ꝙ illi q̄ ſenſuū quinario male vtunt. in ſpelunca inferni finaliter abſcondūtur: ⁊ ſuper quinqꝫ ſtipites. id eſt in penis tali quinario correſpondentibus ſuſpendunt ⁊ affligunt. Unde bene ſupponit pena iſtoꝝ Apoca. xvj. vbi dicit ꝙ quintus angelus effudit phialā ſuā ſup ſedeꝫ beſtie. ⁊ factum eſt regnū tenebroſum ⁊ cōmanducauerunt linguas ſuas pre dolore: quia. ſ. illi q̄ taliter quinqꝫ ſunt ſedē beſtie. i. carnem ppriam phialis carnaliū delitiaꝝ imbuunt. ⁊ ideo regnū tenebroſum cū linguarū cōmanducatione in inferno finaliter accipiunt. Sic ergo patet quō iſte numerus quinqꝫ poteſt ſignificare in malo ⁊ in bono. Sufficiat ⁊c.

a **Quis.qui** Notavt cōiter quis ponit interrogatiue. Quis vero ponit poſitiue ſicut Eſa. lxiij. Quis eſt iſte q̄ venit de edom pter ꝙ in numero plurali. vbi q̄ quāqꝫ ponit interrogatiue. quāqꝫ vo ponitur narratiue. ſicut ibi. Qui ſunt iſti q̄ vt nubes volant. Nota ergo ꝙ quis ⁊ qui in q̄tum ponunt interrogatiue. diuerſimode cōſiderant. Unde ſciendū eſt ꝙ queſtiones q̄ fiunt p quis ⁊ per qui quāqꝫ fiunt Ad

| | |
|---|---|
| Inquirendū. | Quēs em̄ iſte q̄ſtiones ⁊ infinite alie poſſūt fieri p iſta pnomina quis ⁊ qui. Dicamꝰ ergo ꝙ iſta dicunt ad inquirendū. ⁊ ſic dr̄ Mat. xvj. Quē dicūt homies eſſe filiū hois. ⁊ Eſaie. vj. Quē mittā aut quis ibit ex vobis. ¶ Iteꝫ dicunt ad contēnendū. Et ſic dicit j. Reg. xxv. Nabal ptēnens dū dicebat. Quis eſt dauid |
| Contemnendū. | |
| Approbandum | |
| Reprobandū. | |
| Mirandū. | |
| Honorandū. | |
| Formidandū. | |
| Arguendū. | |
| Reuerendū. | |
| Condolendū: | |
| Precauendum. | |

⁊ quis eſt filius yſai. ⁊ Eccl. xiij. Paup locutus eſt: ⁊ dicunt quis eſt hic. ¶ Itē quis dicit ad approbanduꝫ. Et ſic dicit. j. Reg. xxij. Quis erit in oībus ſicut dauid fidelis ¶ Itē quis dicit ad reprobandū. Et ſic dicit Job. xxxviij. Quis eſt iſte inuoluēs ſniās ſermonibꝰ imperitis. ¶ Itē dicitur ad admirandū. Et ſic dicit Job. xxxviij. quaſi p totuꝫ vbi dicit. Quis concluſit oſtijs mare quis dedit ymbri curſum ſuū. Quis eſt pluuie pater. Quis dedit gallo intelligentiā ⁊c. Unde vbi infinitas admiratiuas

queſtiones. ¶ Itē dr̄ ad honorandū. Et ſic dr̄ in ps. quaſi dicit Quis deꝰ pter dn̄m. aut quis deꝰ pre. de. no. q. d. iſte eſt ſolus deus ⁊ in ſolidū honorādus. ¶ Itē dr̄ ad formidandū. ⁊ ſic formidabilr loquebat dauid in ps. dicēs. Dñe quis habi. in taber. tuo. Quis aſcē. in mon. do. ⁊ cetera ſimilia. ¶ Itē dicit ad arguendū. ⁊ ſic dr̄ Eſa. xxij. vbi dr̄ tu quis hic aut q̄ſi quis hic. ⁊ eſa. xlij. Quis cecus niſi ſeruꝰ meus. ¶ Itē dicit ad reuerēdū. Et ſic reuerēter loquit Hier. x. dicēs Quis nō timebit te o rex gētiū. ¶ Itē ponit ad cōdolendū ⁊ ſic dr̄ in ps. Quis eſt hō qui vi. ⁊ nō vide. mor. eruet ani. ſu. de ma. in. Et Tren. ij. Magna velut mare ptritio tua. quis medebit tui. ¶ Itē dr̄ ad precauendū. ⁊ ſic dicit Amos. iij. Leo rugiet quis non timebit: Sic igit dico chariſſimi ꝙ iſta pnoia quis. q. q. quod qd. ⁊ iſta aduerbia. quādo quō. q̄re ſemper vt communiter ponuntur per modum interrogandi. Uerumtamen quis ⁊ qui querunt de perſona: quod et quid querunt de eſſentia. Cur ⁊ q̄re querunt de cā. Quando vo querit de tpe. Quō vero q̄rit de modi genere. Iſta poſſent multipꝉr dilatari. Uerunt ſi volumus amplius dilatare poſſumus dicere ꝙ p iſtud pnomen quis homo querit ⁊ interrogat valde multa. Unde nota ꝙ ipſe querit de deo. de ſeipſo. de iuſto. de impio ⁊ de mundo. Querit em̄ homo per quis: De ſuprema diuinitate. de ppria fragilitate. de iuſtoꝝ vtilitate. de maloꝝ peruerſitate. de mundana varietate. ¶ Primo ergo dico ꝙ prudens querit de ſumma diuinitate ipſaꝫ admirando. ⁊ b
ſic certe dico ꝙ ipſe admiretur deum

Tanꝙ vnum et nulli ſimilem.
Tanꝙ ſummum ⁊ valde nobilem.
Tanꝙ firmum ⁊ ſemper ſtabilem. Ut
Ignotum nec cognoſcibilem.
Benignum et amicabilem.
Uenientem demonſtrabilem.
Medicum valde mirabilem.
Morientem atqꝫ paſſibilem.
Regentem et renouabilem.
Aſcendentem ⁊ triumphabilem.
Indignantem et iraſcibilem.
Dominantem et imperabilem.
Gubernantem ⁊ venerabilem.
Triumphantem atqꝫ notabilem.

¶ Dicā ergo ꝙ deus p iſtud pnomen quis eſt admirādus tanꝙ vnus ⁊ nulli ſilis. Et ſic dr̄ ſibi in ps. Quis deus inqt pter dn̄m aut quis deꝰ pter deū noſtrū. ⁊ alibi. Deus quis ſilis erit tibi ⁊c. Et Alibi. Non eſt ſilis tui in dijs dn̄e ⁊ non eſt ſm opa tua. ¶ Itē tanꝙ ſummus ⁊ ſumme nobilis. Uñ in ps. Quō quis in nubibꝰ eq̄bitur domino: ſimilis erit deo in filijs dei. Et alibi Quis deus magnus ſicut deus noſter. tu es deus qui facis mirabilia ⁊c. ¶ Item tanꝙ firmus ⁊ ſemper ſtabilis: quia ſcilicet ipſe habet eſſentiam ⁊ fortitudinem infinitā. Unde Exodi. xv. Quis ſimilis tui in fortibus domine: quis ſimilis tui magnificus in ſanctitate. terribilis atqꝫ laudabilis ⁊ faciens mirabilia. ⁊ in pſalm. Quis eſt iſte rex glorie: dominus fortis ⁊ potēs. ¶ Itē tanꝙ ignotus et inſcrutabilis. vnde Eccleſiaſtici. xvj. Uias illius quis intelligit. Et Job. xxxiij. Quis eſt q̄ contempletur eum. et Job. xxxvj. Quis poterit ſcrutari vias eius. ¶ Item tanꝙ benignus ⁊ amicabilis. Unde de ipſius pia et benigna miſericordia miratur ſcriptura. Job. xxxviij. vbi dicit. Quis eſt pluuie pater. aut quis genuit ſtillas roris: Ros enim ⁊ pluuia dulcorē diuine miſericordie ſignificant. quia ſcilicet ipſe ſaluat et liberat ſeruos ſuos. ps. Quis dabit ex ſyon ſalutare iſrael. ¶ Iteꝫ tanꝙ amicus indefectibilis ſcilicet nos perſonaliter viſitando et ad nos veniēdo. Unde humanum genus potuit ſibi dicere illud quod dixit beata agnes apoſtolo. Quis es tu qui veniſti ad me curare vulnera mea. Et illud Luce. j. Quis putas puer iſte erit. ¶ Item tanꝙ medicus valde mirabilis ſcilicet in vita ſua opera mirabilia faciendo. Unde Eccleſiaſtici xxxj. Quis eſt hic et laudabimus eum. fecit enim mirabilia

Ayuntamiento de Madrid

rabilia in vita ſua. ¶ Itē tanꝗ̄ moriens atꝗ̄ paſſibilis. Unde. Eſa. liij. Quis credidit auditui noſtro. ſeqꝫ Uidim⁹ eū ⁊ nō erat aſpect⁹. Sequit. Uirū dolorū ⁊ ſcientē infirmitatē ⁊c. ¶ Itē tanꝗ̄ rediens ⁊ renouabilis. ſ. corporaliter reſurgēdo ⁊ ō morte ēt redeūdo. Uñ Eſa. lxiij. Quis ē iſte q̄ venit de edom tinctis veſtib⁹ de boſra: Iſte formoſus in ſtola ſua. i. in corpore glorificato. ¶ Itē tanꝗ̄ aſcēdens ⁊ triūphabilis. Et ſic loquitur in pſ. Quis aſcēdet in montē dñi aut qs ſtabit i loco ſancto ei⁹: Et alibi. Quis aſcēdet ſup equos tuos ⁊ quadrige tue ſaluatio. Et Hiere. xlvj. Quis eſt iſte q̄ quaſi flumē aſcēdit. ¶ Itē tanꝗ̄ ſeuerus ⁊ iraſcibilis. ſ. exequēdo iuſtitiā ꝯtra malos pſ. Quis nouit poteſtatē ire tue. ⁊ p̄ timore tuo irā tuā dinumerare. Et illud Hiere. x. Quis nō timebit te o rex gētiū. Et Amos. iij. Leo rugiet qs nō timebit: ¶ Itē tanꝗ̄ glorioſus atꝗ̄ laudabilis. ſ. beatos in patria p̄miando. Uñ in pſ. Quis eſt iſte rex glorie: dñs virtutū ip̄e eſt rex glorie. ¶ Itē tanꝗ̄ ſapiēs ineſtimabilis: q2. ſ. ſua ſapiētia ſūme apparet in regimine vniuerſi. Uñ Job. xxxviij. Quis cōcluſit oſtijs mare: Quis dedit vehemētiſſimo ymbri curſum ſuū. Quis poſuit in viſceribus hoīs ſapientiā. Quis dedit gallo intelligentiā. Quis enarrabit celorū rōnē. Concētū celi qs dormire faciet: Quis p̄parat coruo eſcā ⁊ qs dimiſit onagrū liberū. quaſi diceret. Iſte p ſuā ꝓuidentiā infinitam. ¶ Itē tanꝗ̄ triūphans ⁊ notabilis. Uñ de mirabili ⁊ ſtupendo maieſtatis diuine triumpho. q̄ fit de cūctis populis. regnis ⁊ imperijs in extremo iudicio dī Joel. ij. Magn⁹ dies dñi ⁊ terribilis valde. ⁊ quis ſuſtinebit eum. Et ſic ergo patet ꝙ homo per quis pōt querere de ſumma diuinitate ipſā admirando. ¶ Secundo

C principaliter dico ꝙ homo per quis ſolet querere de propria fragilitate ſeipſum deteſtando. Et ſic dico ꝙ homo per quis querit ⁊ admiratur.

Uanitatem ſue vilis conditionis.
Cecitatem ſue rudis cognitionis.
Feditatem ſue turpis infectionis.
Paucitatem ſue breuis durationis.
Bonitatem derelicte perfectionis.
Ruditatem inconſulte locutionis.
Grauitatem inquiete vexationis.
Tarditatem expectate ſaluationis.
Siccitatē elongate deuotionis ſeu compaſſionis.
Neceſſitatem determinate ſeu limitate cōcluſiōis.

Homo ergo conqueritur per quis de ſua vili conditione. Et ſic certe dicit in pſ. Quis eſt homo quia innotuiſti ei: aut filius hominis quia reputas eū. Homo vanitati ſimilis factus eſt dies eius ſicut vmbra p̄tereunt. ¶ Item de ſua rudi cognitiōe. Unde. j. Cor. ij. Quis enim ſcilicet hominum ſcit que ſunt hominis. q. d. nullus. Et Rom. xj. dicitur. Quis eīm cognouit ſenſum domini. Et in pſ. dicitur illud predictum. Quis nouit poteſtatem ire tue ⁊c. q. d. humana ſcientia rudis eſt ⁊ imbecillis. ¶ Item conqueritur de ſua turpi infectiōe. hoc eſt dictu de immundicia naturali proprie carnis tue. Unde ip̄e dicit Job. xv. Quis eſt homo vt immaculatus ſit. ⁊ iuſtus appareat natus de muliere. Et. xiij. Quis poteſt facere mundum de inmundo conceptum ſemine. ¶ Item conqueritur de ſua breui duratione. Et ſic dicat ipſe pſ. Notum fac mihi numerum dierum meorum quis eſt Sequitur. Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos ⁊ ſubſtantia mea tanꝗ̄ nihilum ante te. ¶ Item conqueritur de ſua priſtina perfectione. quam ſcilicet perdidit per peccatū. Et ſic dicit Job. xxix. Quis mihi tribuat vt ſim iuxta menſes priſtinos. ſm̄ dies quibus deus cuſtodiebat me. quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum ⁊ ad lumen eius ambulabā in tenebris ⁊c. Uide ibi. ¶ Itē conqueriẗ de ſua rudi locutiōe. Et ſic poteſt dicere cum moyſe illud Exodi. iij. Quis ſū ego. vt vadam ad pharaonē ⁊ educam filios iſrael de egypto. ſequitur capitu. iiij. Impeditioris ⁊ tardioris lingue ſum. ¶ Itē conqueriẗ de hui⁹ mūdi vexatiōe ſcilicet de laborib⁹ ⁊ miſerijs hui⁹ vite. Unde in pſ. Quis dabit mihi pennas ſicut colūbe ⁊ volabo ⁊ requieſcā. ac ſi diceret. ꝙ hic nō poteſt requies inueniri. ¶ Item conqueriẗ de paradiſi dilatione. ⁊ ſic dicit in pſ. Quis deducet me in ciuitatem munitā. qs deducet me vſꝗ̄ in ydumeā. ¶ Itē cōqueriẗ de ſiccata deuotione ſeu compaſſione. Et ſic dicit Hiere. ix. Quis dabit capiti meo aquā. ⁊ oculis meis fontē lachrimarū. ⁊ plorabo die ac nocte interfectos filie populi mei. ¶ Itē conqueriẗ de finali ꝯcluſione ſeu de neceſſaria defunctiōe: ⁊ ſic certe dicit in pſ. Quis eſt hō q̄ viuet. ⁊ nō videbit mortē. q. d. null⁹. Et ſic igiẗ pꝫ ꝙ hō p qs miraẗ ſeu cōqueriẗ de propria fragilitate ſeipm̄ deteſtando. ¶ Tertio dico ꝙ homo querit de iuſti ſinceri D

tate ipſam collaudando. Et ſic dico ꝙ per qs nos laudamus ⁊ admiramur iuſtum vt virum.

Uictorie ⁊ innocentie.
Splēdoris ⁊ ſapiētie.
Clamoris ⁊ eloquētie.
Terroris ⁊ moderātie.
Timoris ⁊ reuerentie.
Honoris ⁊ mundicie.
Ualoris ⁊ excellentie.
Dulcoris ⁊ affluētie.

Igiẗ dico ꝙ nos interrogādo ⁊ dicēdo qs collaudamus iuſtū ⁊ innocētē. Et ſic dicim⁹ i pſ. Quis aſcēdet in montē dñi aut quis ſtabit i loco ſancto ei⁹. Innocens manib⁹ ⁊ mūdo corde. ¶ Itē dicēdo quis cōmendam⁹ iuſtū ſapientē ⁊ ſic dicam⁹ illud pſ. Quis ſapiēs ⁊ cuſtodiet hec ⁊ intelliget miſericordias dñi. ⁊ Oſee. xiiij. Quis ſapiens ⁊ intelliget iſta: q2 recte vie dñi. ¶ Itē dicēdo quis nos exaltam⁹ iuſtū eloquentem. Et ſic dicimus illud pſ. Quis loquetur potētias dñi. auditas faciet oēs laudes eius: ¶ Itē dicēdo quis nos iuſtum magnificam⁹ verba moderātem. Unde ipſe dicit. Quis dabit ori meo cuſtodiam: ⁊ ſup labia mea ſignaculum certū. Ad quod illud pſ. Quis eſt homo q̄ vult vitam. diligit videre dies bonos. prohibe linguam tuam a malo. ⁊ labia tua ne loquanẗ dolum ⁊c. ¶ Itē dicēdo quis non iuſtū amplificam⁹ deū metuentē. Hiere. x. Quis nō timebit te o rex gentiū. ¶ Itē dicēdo quis nō miramur iuſtū mūde ſtantē. i. mūde ⁊ caſte viuentē. ſeu ēt ſe iuſte regentem. Et ſic dicimus illud pſ. Dñe qs habitabit in tabernaculo tuo aut quis requieſ. in mon. ſan. tuo. Qui ingrediẗ ſine macula ⁊ operaẗ iuſtitiā. ¶ Itē dicēdo qs non miramur iuſtū factis excellentē. Et ſic dicim⁹ illud Eccl. xxxj. Quis eſt hic ⁊ laudabim⁹ eū: fecit eīm mirabilia in vita ſua. ¶ Itē dicendo quis nos miramur iuſtum gloria fruentē. Et ſic dicimus Eccli. xlij. Quis ſatiabitur videns gloriam dei. Sic igitur bene patet ꝙ nos per quis interrogamus de iuſti ſinceritate ipſum collaudando. ¶ Quarto autem dico ꝙ p E

quis nos interrogamus de impij aduerſitate ipſam arguendo. Et ſic certe dico ꝙ impius per quis reprehenditur ſcilicet De.

Supba pompoſitate.
Acerba crudelitate.
Proterua rixoſitate.
Auara cupiditate.
Ignara obſcuritate.
Blaſphema loquacitate.
Inepta crudelitate.
Uelata malignitate.
Eterna penalitate.

De pompoſitate dicitur Judi. ix. Et quis eſt abymelech vt ſeruiamus ei. De crudelitate dicitur. Job. xxxj. Quis det dē carnibus eius vt ſaturemur ⁊ Eſaie. xlij. Quis dedit in direptionē iacob. de rixoſitate dicitur. j. Regum. xxvj. Quis es tu qui clamas ⁊ inquietas regē. De cupiditate dici poteſt illud Eccl. xliij. In conſpectu ardoris quis poterit ſuſtinere. De obſcuritate ſeu de mentis cecitate dicitur Eſaie. xlij. Quis cecus niſi ſeruus meus: aut ſurdus niſi ad quem nūcios meos mitto: quis cecus niſi qui venundatus eſt. ⁊ quis cec⁹ niſi ſeruus domini. De loquacitate poteſt dici illud Luce. v. Quis eſt iſte qui loquitur blaſphemias. De inepta crudelitate dicitur Eſaie. liij. ⁊ Johā. xij. Domine qs credidit auditui noſtro. De malignitate ꝓo ideſt de hypocritica falſitate dicitur Eſa. xxij. Tu qs



Ayuntamiento de Madrid

hic:aut quaſi quis hoc.q2 excidiſti tibi hic ſepulchrū Sepulcrū eīm pulcrū exteriꝰ. intus fedū:hypocriſim ſignificat.De penalitate ꝟo.i.de taliū futura penalitate dici pōt illud Eſa.xxxiij. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorāte quis habitabit ex vobis cū arboribus ſempiternis.q.d.illic finaliter habitabit ipius.Sic igiꝭ pꝫ quō iſta vox iterrogatiua quis ſpectare pōt ſcꝫ ad impiū.ad iuſtū.ad fragilitatē ꝓpriā.⁊ ad diuinitatē ſupremā.De qs vero inquātū ponit poſitiue.vide vbi ſi qs.de mundana varietate q̄re in multis titulis vt in tabula monſtrabitur.

A CUi. Cū cui ſit ꝓnomē datiui caſus ſignificans acq̄ſitionē.Dico ꝙ referri poteſt ad deū.ad iuſtū.⁊ ad impiū. ¶ Primo dico ꝙ referri pōt ad deū.Deus eīm acquiſitiuus eſt ⁊ datiuus.Acquirit eīm ⁊ appropriat ſibi animas penitentium ⁊ iuſtorum.Dat vero ſuis fidelibꝰ munera meritorum ⁊ premiorum.⁊ etiā pctōribꝰ munera terrenoꝝ bonoꝝ.Sicut eīm dicitur Jacobi.j. Jpſe eſt q̄ dat oībus afflueter ⁊ non improperat. Breuiter ergo notabo de iſto cui.ꝙ ipſe eſt Cui.

| | |
|---|---|
| Nullus poteſt ſimilari. | Dico ergo ꝙ iſte ē cui |
| Omnis debet famulari. | nullus digne cōparaꝭ. |
| Juſti querunt adaptari. | Unde Eſa.xl.Cui ergo |
| Impij nolūt cōformari. | ſimilē feciſtis deū.Et |
| Circa rerū ſolet dari. | xlvj. Cui aſſimilaſtis |
| Debēt laudes cumulari. | me. ⁊ adequaſtis. q. d. |

Impoſſibile eſt inuenire mihi ſimilem Eze.xxxj.Cui aſſimilatus es o inclite. ¶ Item iſte eſt cui omnis dꝫ famulari.Uñ Geñ.xlvj.diciꝭ.ꝙ dñs vocauit Jacob. Cui iacob reſpondit.aſſum.Uñ beata Agnes dicebat Jlli ſum deſponſata cui angeli ſeruiūt.cuius pulcritudinem ſol ⁊ luna miranꝭ.cui.ſ.parata ſum in oībꝰ obedire. ¶ Iteꝫ iſte eſt cui iuſtus querit adaptari.Et ſic dicit apl's.ij. Thi.j.Scio cui credidi.⁊ certus ſum. quia potens eſt depoſitū meuꝫ ſeruare. ¶ Itē iſte eſt cui malus nō vult conformari.Uñ ad Heb.j.diciꝭ de rebellibꝰ.Cui noluerunt obedire pr̄es vr̄i. ¶ Itē iſte eſt cui laudes debēt cumulari.Uñ Judith.xiij.Deus iſrael cui teſtimoniū dediſti.ipſe caput oīm icredulorū.incidit in manu mea. ¶ Itē iſte eſt cui cura rex ſolet dari.i.attribui ⁊ aſcribi. Uñ Sap.xij.dꝛ ꝙ ille eſt cui cura ē d̄ oībꝰ.Dico ergo ꝙ cui qñqꝫ referꝭ ad deū.

B ¶ Scdo ꝟo dico ꝙ qñqꝫ cui referꝭ ad iuſtū.⁊ ſic dico ꝙ iuſtꝰ ē ille q̄ ē acq̄ſitiuꝰ ꝟtutes aūgēdo ⁊ datiuꝰ ſua tribuendo.Et ſi dico ꝙ eſt cui a deo datur ⁊ concediꝭ.
Diuina benedictio ſeu gratia.
Interna conſolatio vel leticia.
Uirtutis roboratio vel conſtantia.
Timoris conturbatio ⁊ meſticia.
Honoris exhibitio ⁊ reuerentia.
Peccati abolitio ⁊ penitentia.
Benigna miſeratio ſeu clementia.
Corporis maceratio ⁊ abſtinentia.
Celeſtis retributio ⁊ refulgentia.

¶ Dico ergo ꝙ iſti cui concediꝭ celeſtis bñdictio.Et ſic diciꝭ Geñ.xxvij.Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni cui benedixit dominus.Et ioſue.xv.Cui ſcilicet axe dixit ſcilicet caleph.Quid habes.Sequiꝭ.Da mihi benedictionē.Cui eīm vult miſereꝭ deus ⁊ quē vult indurat.Rom.x. ¶ Itē ſibi datur a deo interna cōſolatio.Unde de thobia ceco dicitur Thobie.v.Cui dixit iuuenis ideſt angelus forti animo eſto in proximo eſt vt a deo cureris.⁊ Thobie.x.Cui dicebat thobias. Tace ⁊ noli turbari ¶ Itē ſibi datur virtutis roboratio.Uñ.iij.Reg.j.Cui dixit adonias.Ingredere.quia vir fortis es ⁊ bona nūcians. ¶ Item ſibi datur timoris conturbatio ſcilicet timor dei. Unde Eccli.xxv. Beatus cui donatum eſt habere timorem dei.⁊ Romana.xiij.Cui timorem timorem. ¶ Itē ſibi cōceditur ⁊ datur honoris exaltatio.Romana.xiij. Cui honorem honorem. ¶ Item ſibi concediꝭ peccati abolitio.pſ. Beatus vir cui non imputauit dñs peccatū.Cui vult enim miſeretur deus.Rom.ix. ¶ Itē ſibi conceditur interna miſeratio.Unde canitur in oratione. Cui eſt ꝓpriū eſt miſereri ſemper ⁊ parcere. ¶ Itē ſibi a deo datur corporis maceratio.iob.xxxix.Cui dedi in ſolitudine domum.Solitudo eīm carnis macerationem ſignat. ¶ Itē ſibi finaliter daꝭ ſplendoris retributio ſcilꝫ gloria paradiſi.Unde iudith.x.Cui dñs contulit ſplendorem ⁊c.Cui ergo refertur ad iuſtū. ¶ Tertio, C ꝟo dico ꝙ cui quandoqꝫ refertur ad impium ⁊ iniuſtum.Et ſic certe dico ꝙ iſte eſt.ſ.cui.
Ineſt detractio mordax.
Adeſt deceptio fallax.
Deeſt cognitio verax.
Subeſt damnatio vorax.

¶ Igitur dico ꝙ peccator eſt ille cui ineſt mordax detractio ideo.j.Pet.v.dicitur ꝙ aduerſariꝰ circuit q̄rens quem deuoret.cui reſiſtite. ¶ Item adeſt fallax deceptio.iij.Regnu.xxh.Ego decipiam achab. Cui dixit dominus.in quo.Sequitur.Decipies ⁊ preualebis. ¶ Item deeſt verax cognitio. Prouer.xxiij. Cui ſuffoſſio oculorum. ¶ Itē iſti cui finaliter ſuberit vorax ⁊ eterna damnatio ſeu maledictio. Prouerbioꝝ. xxiij.Cui ve.cuiꝰ patri ve.cui ſine cauſa vulnera. niſi his qui cōmorātur in vino.⁊ qui vacant calicibꝰ epotandis.Sufficit de cui.

A CUius. Nota ꝙ cuiꝰ eſt genitiuꝰ de q̄s q̄ q̄d qui qñqꝫ poſitiue ſumitur ⁊ qñqꝫ interrogatiue.Sicut ergo dictū eſt de cui.ſic dici pōt de cuiꝰ. ſ.ꝙ referri pōt ad deum ad iuſtū ⁊ ad impium.Et primo ad deum.Et ſic dico ꝙ iſte eſt cuius.

| | |
|---|---|
| Subſtantia ꝓ nobis fundiꝭ. | Iſte eſt igiꝭ cuiꝰ ſub- |
| Potentia ſeculorū regiꝭ. | ſtantia.ſ.ſanguinis.ꝓ |
| Clementia fidei parcitur. | nobis fundiꝭ. Uñ de |
| Juſtitia impius flectitur. | ipſo pōt itelligi illud |

Leui.ix.Aaron.i.genus humanū immolauit vitulū ꝓ peccato ſuo.cuiꝰ ſanguinē obtulerūt filij ſui. ¶ Itē iſte eſt cuius potentia ſeculū regiꝭ.Uñ Job.xij.dꝛ ſic. In cuiꝰ manu eſt aīa oīs viuētis.Uñ nos dicimus in collecta.Deus cuiꝰ eſt totū qd̄ eſt optimū. ¶ Itē iſte eſt cuius clemētia fideli pciꝭ.vñ Rom.ix.Cuius vult miſeretur deꝰ. ¶ Itē iſte eſt cuiꝰ iuſtitia ipius plectiꝭ. Uñ iob.ix.Deꝰ cuiꝰ ire reſiſtere nemo pōt ſub quo curuanꝭ qui portant orbē. ¶ De iuſto ꝟo dic ꝙ iſte diciꝭ B cuius ꝓnomē.ſ.genitiui caſus qñqꝫ poſitiuū.qñqꝫ interrogatiuū.quod.ſ.ſemꝑ poſſeſſionē deſignat. ⁊ hoc actiue vel paſſiue.hoc eſt dictu vel q2 poſſidet. vel q2 poſſideꝭ.Ad denotandū ꝙ iuſtus eſt ꝓnomen:q2 pro noīe.i.ꝓ proximo ſe ponit ⁊ exponit qd̄ facit caritas. Genitiuus eſt q2 bona opa generat ⁊ ꝓducit.qd̄ facit bonitas.Poſitiuus eſt q2 imobiliter manet ⁊ reſidet. qd̄ facit firmitas.Interrogatiuꝰ eſt q2 malos interrogat ⁊ arguit.qd̄ facit veritas.Poſſeſſiuꝰ ēt eſt q2 deus ipſuꝫ poſſidet.qd̄ facit diuine gr̄e benignitas. Aut ēt quia ipſe poſſidet deū ⁊ virtutes habet.qd̄ facit ſanctitas.Et ideo breuiter dico ꝙ iſte cuius.figuratur in illo candelabro luminis.de quo dicitur Exod.xxxvij. De cuius vecte inquit calami.ciphi.ſperule.⁊ lilia.ꝓcedebant.Calami enim cum quibus ſcribitur ſignificant eloquentiam.Ciphi cuꝫ quibus bibitur ſignāt ſapiētiam.Sperule que ſunt circuli volubiles ſignāt obedientiam ⁊ diligentiam.Lilia vero cādida ſignāt caſtitatem ⁊ mundiciam.Et ideo breuiter notabo de iuſto ꝙ ipſe eſt.Cuius.
Altitudo ſcandit ſuperius.
Pulcritudo fulget exterius.
Meſtitudo plangit interius.
Certitudo ſuperat vlterius.
Sanctitudo durat poſterius.

¶ Dico ergo ꝙ iſte eſt cuius ſuperiꝰ ſurgit altitudo ſcꝫ per contemplationem.Unde Daniel.iiij.Arborē vidiſti ſublimeꝫ cuius altitudo pertingit vſqꝫ ad celum. ¶ Item iſte eſt cuius exterius fulget pulcritudo ſcilicet per honeſtatem.Uñ de helya dꝛ.iiij. Regū.j.

Cuiꝰ figure

Ayuntamiento de Madrid

Cuius figure ⁊ habit⁹ eſt vir qui occurrit vobis. Qui
dixerūt. vir piloſus ⁊ zona pellicea accinct⁹ renibus.
Et ait helyas theſbytes eſt. Vñ de ymagine ſue exte-
rioris cōuerſationis dr̄ Math. xxij. Cui⁹ eſt ymago ⁊
ſupſcriptio? Dicūt ei. Ceſaris. ¶ Itē iſte eſt cui⁹ inte
rius plangit meſtitudo ſcz ꝑ penitentie lamenta. Vñ
de hieremia mortē ioſie regis iude plangente. dicit
ij. Paral. xxxv. Cui omnes cantores vſq; in pſentē diē
lamentatiōes replicāt. ¶ Itē iſte eſt cui⁹ vberius ſu
perat certitudo: q2. ſ. iuſtus certiſſime ſperat in dño.
Unde in pſ. Beatus vir cui⁹ eſt dñs ſpes ei⁹. Et ali-
bi. Beata gens cuius de⁹ iacob adiutor eius. Et ali-
bi. Beata gens cuius eſt dñs deus eius ⁊c. ¶ Itē iſte
eſt cui⁹ poſteri⁹ viget ſanctitudo. ſ. per longinquā re-
dolentiā bone fame. Vñ Eccl. xlv. Dilect⁹ deo ⁊ hoi-
bus moyſes cui⁹ memoria in bñdictōe eſt. ſiꝫ illū fe
C cit in glia ſctōꝝ ⁊c. Et hec de iuſto ſufficiant. ¶ De
ipio xp̄o ꝙ dici poſſit cui⁹ potes notare ꝙ iſte ē. ſ. cui⁹.

Conuerſatio inficitur.
Euagatio arguitur.
Gubernatio contemnit.
Exaltatio deprimitur.
Condēnatio promittit.

Igit dico ꝙ iſte eſt cuius
eſt infecta cōuerſatio. Et
ſic dr̄ Leui. xiij. ꝙ vir ſiue
mulier in cui⁹ capite vel
barba lepra apparuerit
videbit eum ſacerdos. Sequit. Vir ſiue mulier de cu
ius capite capilli fluunt caluus ⁊ immund⁹ eſt. Bar
ba em̄ ⁊ capilli conuerſationē exteriorē ſignificāt. vbi
ſ. ſi fluxus inconſtantie ⁊ lepre fetentis luxurie appa-
ret. immūda merito iudicat. ¶ Item iſte eſt cuius eſt
ſuſpecta euagatio. Et ſic dicitur illi inuento in agro.
j. Regum. xxx. Cuius es tu. ⁊ vnde ⁊ quo pergis? Qui
ait: Puer egyptius ego ſum. ¶ Iteꝫ iſte eſt cuius eſt
corrupta gubernatio. ⁊ ſic dr̄ Eccl. x. Ve terre cui⁹ rex
puer eſt ⁊ cuius principes mane comedūt. ¶ Itē iſte
eſt cuius eſt deſtructa exaltatio ſeu ēt tpalis cumula-
tio. Unde Luce. xij. Stulte hac nocte repetent animā
tuam a te. que autem paraſti cuius erunt. ¶ Iteꝫ iſte
eſt cuius eſt inſtructa cōdemnatio ſcilicet caſus mor
tis eterne. Vñ Lu. xiiij. Cuius veſtruꝫ aſinus aut bos
in puteum cadet. Puteuꝫ dico infernalē ⁊c. Sufficit.

A **Quem.** Nota ꝙ per queꝫ qd̄ eſt pronomen ac-
cuſatiui caſus de quis ſeu de qui deri-
uatim. poteſt intelligi xp̄s. iuſtus. ⁊ ſtult⁹. ¶ Primo
dic ꝙ per quem intelligitur xp̄s. Quē em̄ ſumit poſi-
tiue. ꝓnominaliter accuſatiue. interrogatiue. ⁊ ſingu
lariter. Sic vere xp̄s pōt ſumi poſitiue quo ad eſſen-
tiam deitatis. pronominaliter: ideſt pro homine quo
ad preſentiam humanitatis. Accuſatiue quo ad accu
ſationem ⁊ damnationem paſſionis ⁊ ſupplicij. In-
terrogatiue in diſceptatione iudicij. Singulariter in
retributione futuri premij ⁊ in excellentia ſui domi-
nij. Iſte eſt enim quem diligenter debemus querere. ⁊
eideꝫ nexu perpetuo adherere. vt ſcilicet figuretur in
illo theſauro de quo dicitur Matth. xiij. Simile eſt
regnum celorum theſauro abſcondito in agro quem
qui inuenit homo abſcondit. ⁊ vadens vendit vniuer
ſa que habet ⁊ emit agrum illum. Ager enim iſte fi-
des eſt. vbi. ſ. theſaur⁹ ineſtimabilis deus ⁊ nuſꝙ ali-
bi abſconditus reperitur. queꝫ certe ſumme debem⁹
diligere ⁊ cum diligentia cuſtodire. Iuxta illud Can-
ti. iij. Inueni quem diligit anima mea. tenui eum nec
dimittaꝫ. Sicut de maria madgalena canitur ꝙ ipſa
ſcilicet dicebat. Regnum mundi ⁊ omnem ornatum
ſeculi contēpſi propter amoreꝫ domini mei Ieſu xp̄i.
quem vidi. quē amaui. in quem credidi quem dilexi.
Et breuiter dico. ꝙ iſte diligendus. quia hic eſt.

Ductor indeuiabilis.
Tutor inuariabilis
Victor inſuperabilis.
Doctor ineſtimabilis
Dator interminabilis.

¶ Et ſic vere dico ꝙ hic
eſt queꝫ habemus primū
ductorem ſcilicet ad nos
regenduꝫ ⁊ exemplariter
precedendum in via dei
⁊ in via huius mundi. Vñ de ductore ⁊ preceſſore an-
gelo qui ſcilicet per deſertuꝫ filios iſrael ducebat ad
terram promiſſionis. dixit moyſes domino Exo. iiij.
Obſecro domine mitte quem miſſurus es. ſ. vt ad ce
leſtem patriam nos conducat. ¶ Item hic eſt quem
videmus validum tutorem ſcꝫ ad nos tuendum ⁊ li-
berandum. Unde Dañ. iij. dicitur. Deus noſter queꝫ
colimus poteſt eripe nos de manibus tuis. ¶ Itē hic
eſt quē ſentim⁹ ſolidū victorē quia ſicut dicit iudicū.
xvj. Adonay dñe de⁹. magnus es tu. ⁊ pclarus in vir-
tute. quē ſupare nemo poteſt. ¶ Itē hic eſt quē audi-
uim⁹ ſplēdidum doctorē. quia ſicut dicitur iohā. xiiij.
Paracletus aūt ſpūſſanctus quē mittet pater in no-
mine meo ille vos docebit oīa. ⁊ iohā. xv. Cum auteꝫ
venerit paracletus quem ego mittam vobis. ille teſti
moniuꝫ perhibebit de me. ¶ Itē hic eſt quē audiui-
mus prouiduꝫ datorē. q2. ſ. iſte eſt qui dat ſpiritualia.
temporalia ⁊ eterna. Rom̄. j. Per quē accepim⁹ gra-
tiam ⁊ apoſtolatum Et. j. Cor. j. Per quē vocati eſtis
in ſocietatē filij ei⁹. Et breuiter iſte eſt ꝑ quē oīa facta
ſunt. quē laudant angeli atq; archangeli. ⁊ in quē ani
ma beata cōprehēdendo quieſcit dicens. ſ. illud Cañ.
iij. Inueni quē diligit anima mea. vt ⁊ nos ſimili mō
dicamus illud iohā. vj. Domine ad quem ibim⁹? ver-
ba vite eterne habes. Et ſic patet ꝙ per quē intelligit
xp̄s. ¶ Sed ſecūdo dico ꝙ ꝑ quē quandoq; intelligit B
iuſtus iſte eſt enim accuſatiu⁹ alios corrigēdo. Quoq;
adiectiuus in bono creſcendo ⁊ virtutes virtutib⁹ cu
mulando. Singularis alios precellendo. ⁊ aliquādo
ſubſtantiuus in bono perſeuerando. Et nota ſi vis de
iſto quem ꝙ ſcilicet iſte eſt Quem.

Vendicat ſupna maieſtas.
Liberat pcelſa poteſtas.
Adornat externa venuſtas.
Informat diuina veritas.
Cōfirmat vigoris ꝓbitas.
Inflāmat eterna caritas.
Dirigit eterna dignitas.
Stimulat timoris aſperitas.
Corrigit paterna feritas.
Euigilat vigoris ſtrēnuitas.

Igit contēplare virū
pfectum quē ſibi ven
dicat maieſtas ſupna
iuſtus enim eſt here-
ditas ⁊ poſſeſſio ſūmi
dei. Unde Exodi. xv.
Fiant immobiles q̄ſi
lapis. donec pertranſ
eat popul⁹ tuus iſte
queꝫ poſſediſti. Et in
pſ. Memor eſto congregationis tue quam poſſediſti
ab initio. ¶ Item hic eſt quem curans liberat pote-
ſtas eterna. vnde Exodi. xxxij. Cur domine iraſcit fu-
ror tuus contra populum tuum quem eduxiſti de ter
ra egypti in fortitudine tua magna? ¶ Itē hic eſt quē
polit ⁊ ornat honeſtas externa. Unde Heſter. vj. dici-
tur. Homo quem rex honorare voluerit dꝫ indui ve-
ſtibus regijs ⁊c. Veſtes enim regie ſunt honeſta con-
uerſatio ⁊ exteriores virtutes. ¶ Itē hic eſt queꝫ fide
informat veritas interna. Vñ de paradiſo dicit Geñ.
ij. ꝙ plantauerat dominus deus paradiſum volupta
tis a principio. in quo poſuit hominem quem forma-
uerat. ¶ Itē hic eſt quē tutat ⁊ firmat vigoris vis ver
na: quia ſcilicet in iſto viget ⁊ manet fortitudo virtu-
tis. ⁊ tuta firmitas que non perit. vnde in Pſ. Et ſup
filium hominis quem confirmaſti tibi. ¶ Item hic
eſt quem feruens inflāmat amoris taberna. Unde iu-
ſtus eſt ille vitulus queꝫ coxit abraham angelis in cō
uiuio porrigendum ſicut dicitur Gene. xviij. Iuſtus
quoq; eſt aries ille herens in vepribus. de quo Geñ.
xxij. dicitur ſic. Quem arietem aſſumens obtulit ho-
locauſtum autem idē eſt quod totum incenſuꝫ. ¶ Itē
hic eſt quē ſurſum erigit honoris lucerna. Unde. iij.
Regum. xj. Propter dauid ſeruum meum quem ele-
gi qui cuſtodiuit mādata ⁊ precepta mea. Et Nume.
xvij. Quem elegero germinabit virga eius. ¶ Item
hic eſt queꝫ augens affligit timoris lex ſuperna. Vñ
de thobia dicitur Thobie. j. ꝙ genuit ſcilicet filium
quem ab infantia timere deum docuit ⁊ abſtinere a
peccato. ¶ Item hic eſt quem vrgens corrigit feritas
paterna quia ſcilicet ſicut dicitur prouerbio. iij. Quē
enim diligit dominus corrigit. ⁊ quaſi pater in filio
complacet ſibi. ¶ Item hic eſt quem diligens agit vi
goris lucerna. Unde de vigili diligentia talium dicit
Matth. xxiiij. Beatus ille ſeruus quem cum venerit



Ayuntamiento de Madrid

dñs eius inuenerit vigilantem. amen dico vobis. ſup omnia bona ſua cõſtituet eũ. Sic ergo dico ꝙ ꝑ iſtud ꝓnomen quem intelligit vir ꝑfectus ſeu ẽt hõ iuſtꝰ.

C ¶ Tertio vero dico ꝙ ꝑ iſtud ꝓnomen quẽ intelligit homo ſtultus ſeu ẽt vir iniuſtus. Et ſic nota ꝙ peccator eſt ille ſcilicet Quem vides.

Priuatum luce directiua.
Libatum fece infectiua.
Damnatũ voce dei viua.
Grauatum nece deiectiua.

Hic eſt ergo quẽ a ſe exulat clara diſcretio. figuratus. ſ. in Sanſon de quo dı̄ Judicũ xv. Quem cum cepiſſent philiſtei ſtatim eruerũt oculos eius. ¶ Item hic eſt quem fedans maculat carnalis vnctio. ij. Regum. xix. Quem vnximus regẽ ſup nos mortuꝰ eſt. ¶ Item hic eſt quem damnans iaculat diuina ſanctio. Et ſic dicit dominꝰ de homine peccatore Geñ. vj. Delebo inquit hominem quem creaui a facie terre. ſequitur. Penitet enim me creaſſe eos. ¶ Itẽ hic eſt quem dure vapulat mortis damnatio. Unde. ij. Paral. xiij. dicitur de Jeroboam. ꝙ reſiſtere non valuit regi iuda quem percuſſit dominus ⁊ mortuus eſt. Et de antixpo dicitur. ij. Theſ. ij. Quem dñs Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui ⁊c.

A **Quo.** Pronomen ablatiui caſus. Nota ꝙ quo poteſt referri ad perſonas. ad res. ⁊ ad loca. Et primo ad ꝑſonas. ſ. ad deum. ad iuſtũ. ⁊ ad impium ſicut de alijs caſibus dictũ eſt. ¶ Primo igit dicamus de quo prout refertur ad ꝑſonas. Et ſic dico de deo ꝙ iſte ſm̃ dicta collecte eccliaſtice. Deꝰ a quo ſancta deſideria recta conſilia. ⁊ iuſta ſunt opera. Iſte eſt ſine quo nihil eſt validum nihil ſanctũ. Iſte eſt a quo bona cuncta ꝓcedũt ſicut canimus in Kyrie. Iſte eſt in quo omnis edificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in dño. In quo ⁊ vos coedificamini in habitaculum dei in ſpiritusancto. ſicut dicit Eph. ij. Et ſicut dicitur. j. Cor. xv. Iſte eſt in quo ⁊ ſtatis per quem ⁊ ſaluamini. ¶ De viro aũt iuſto dicamꝰ ꝙ iſte eſt de quo dñs videt poſſe dicere illud Matth. xvij. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui. Et merito. quia certe iſte eſt quo.

Purgant crimina noxia.
Celantur merita ꝓpria.
Sectant ſana conſortia.

Juſtꝰ eſt dico ille quo purgant crimina noxia. Uñ Leuiti. viij. Quo expiato ⁊ ſanctificato fudit ſanguinẽ ad fundũ altaris. Eſt etiã ille quo celantur merita ꝓpria. Uñ de angelo apparente dixit manue. Judi. xiij. Quẽ cũ interrogaſſem quis eſſet aut quo nomine vocaretur noluit dicere. Eſt inſup quo ſectantur ſana cõſortia. vnde Geñ. l. dicitur de Joſeph. Quo aſcendẽte ierũt cum eo omnes ſenes domus pharaonis. ¶ De viro vero impio ⁊ iniuſto poſſum dicere ꝙ iſte eſt de quo dicitur Leui. xv. ꝙ vir de quo egreditur ſemen coitus lauabit corpus ſuum aqua. Et Leui. xxij. Omnis homo qui acceſſerit ad ea que ſanctificata ſunt ⁊ q̃ obtulerunt filij iſrael domino in quo eſt immundicia. peribit coram dño. Sic ergo patet ꝙ quo refertur ad ꝑſonas. ¶ Secundo dico ꝙ quandoꝗ refertur ad res.

B Et ſic dico ꝙ eſt dare Unum quo: quo

Cibant viri peſtilentes.
Ornant viri ſapientes.
Ditant viri preſidentes.

Eſt dico vnum quo. quo cibantur peſtilentes viri. ſ. peccatores ⁊ hoc eſt peccatum ſeu etiã quodlibet delectabile mũdi huius. De quo Gene. iij. De ligno de quo preceperam ne comederes comediſti. Talibus poteſt dici illud. j. Regum. j. Digere paulisper vinũ quo mades. ¶ Item eſt vnum quo. quo ornantur ſapientes viri. Et iſtud ſignat bonum gratie ſcilicet merita ⁊ virtutes. De quo Nume. iiij. Sument palliũ hiacynthinũ quo cooperient candelabrum. Pallium enim iſtud ſignat ornamentũ virtutum quo ſcilicet ſancti viri veſtantur. De quo Deu. viij. Ueſtimentum tuũ quo operiebaris nequaꝙ̃ vetuſtate defecit. ¶ Item eſt vnum quo. quo ditantur preſidentes viri ſcilicet dyadema glorie paradiſi quo ſcilicet coronantur beati. De quo Canti. iij. Egredimini filij ſyon ⁊ videte regẽ ſalomonem in dyademate quo coronauit eũ mater ſua. Quo igitur aliquando refert ad res.

¶ Tertio dico ꝙ quo quandoꝗ refertur ad loca. C Et ſic dico ꝙ eſt dare ſcilicet vnum locum. Quo

Boni recedunt.
Juſti procedunt.
Bona ſuccedunt.
Mala accedunt.

¶ Primus locus ſignat locum mundialem. ſeu etiã ſtatum proſperitatis mundane. Iſte enim eſt ille locꝰ in quo mali delectantur ſtare. ⁊ a quo viri ſancti ſolẽt recedere. Iſte eſt eñ ille periculoſus locus. de quo dı̄ iij. Regum. xxj. In loco hoc in quo linxerũt canes ſanguinem naboth. lambent quoꝗ tuum ſanguinem. vt ⁊ de iſto poſſumus dicere illud. iiij. Reg. v. Locus in quo habitamus anguſtus eſt. ¶ Scd̃us ſignat locum regularem. ſ. locũ eccleſie vel religionis. ſeu ẽt ſtatũ hoim̃ perfectorũ. Iſte eſt paradiſus voluptatis quã dñs a principio plantauerat in quo poſuit hoiẽ quẽ formauerat. De quo. j. Paral. xj. Uenerũt ad ꝑſidiũ in quo morabat dauid. ¶ Tertius ſignat locũ ſupernalem in quo ſcilicet eſt abundantia omnium bonorũ. De quo Judi. xviij. Tradet vobis dñs locũ i quo nullius rei eſt penuria. Et de iſto poteſt dici illud. j. Reg. xix. In quo loco ſunt ſamuel ⁊ dauid. D ¶ Quartꝰ autẽ locꝰ ſignat ſtatum infernalẽ. De quo. ſ. dñs loquitur dãnatis Eſaie. j. Super quo percutiam vos vltra addẽtes preuaricationẽ. Omne caput languidũ ⁊ omne cor merens ⁊c. Si autẽ de tp̃e vis aliq̇d dicere. dic ꝙ iſtud ꝓnomen quo ſignat tp̃s.

Preſentis mortalitatis.
Ingentis vtilitatis.
Fluentis proſperitatis.
Sequentis penalitatis.
Florentis felicitatis.

¶ De tp̃e vite ꝑſentis põt dici illud heſter ij. Sicut ſolita erat eo tẽpore quo eã paruulam nutriebat. De tp̃e vitẽ ingentis. i. de vita ⁊ ſtatu hoim̃ ꝑfectorum põt dici illud Judi. xviij. Uenerat tempꝰ quo ſacrificiũ offerri ſolet. ⁊ Heſter. ij. Eo inquit tp̃e quo mardocheus ad regis ianuã morabatur. Iſtud eſt eñ tp̃s gratie quo ſ. ſacrificiũ cordis cõtriti deo offerimus. ⁊ quo ꝑ ſpẽ ⁊ ꝑ fidẽ ad ianuã celi ſtamꝰ. ¶ De tp̃e fortune labentis. ſeu mũdane ꝓſperitatis inſtabilis ⁊ fluentis põt dici illud. ij. Mach. j. Tẽpus fuit quo ſol refulſit qui prius erat ſub nubilo. ¶ De tp̃e vero pene ſequentis ſ. quo miſeri in inferno puniẽtur dı̄ Job. vj. Tp̃e quo fuerint diſſipati peribunt. ⁊ vt incaluerint ſoluentur de loco ſuo. ¶ De tp̃e aũt ſtatus florentis quo. ſ. beati in eterna felicitate gaudẽt põt dici illud Job. xiiij. Cõſtituas mihi tp̃s in quo recorderis mei. putas ne mortuus hõ rurſum viuat? cũctis diebus quibus nũc milito expecto donec veniat immutatio mea. Sequitur Operi manuum tuarũ porriges dexterã. Et hec igit de quo ꝓnomine ſufficiant quo ad preſens.

**Quorum.** Nota ꝙ iſtud pronomen quorum quod eſt genitiuũ plurale. poteſt referri ad bonos ⁊ ad malos. Et primo dicamus de malis ꝙ iſti ſunt. ſ. quorum. D

Rebellio deo opponitur.
Opinio fetet ⁊ ſpernitur.
Elatio cadit ⁊ labitur.
Poſſeſſio nimis extenditur.
Cognatio ſplendida cernitur.
Affectio ardet ⁊ vritur.
Cognitio tenebris tegitur.
Locutio murmure pungitur.
Cibatio melle vngitur.

¶ Iſti eñ obſtinate deo opponunt. Uñ iob. xxj. Qui dixerũt deo recede a nobis ⁊ quaſi nihil poſſet omnipotens eſtimabant eũ quorũ ſententia ꝓcul ſit a me. ¶ Item iſti vt infames iure cõtemnuntur. Uñ Prouerbio. ij. Quorũ vie peruerſe ⁊ infames greſſus illorũ. ¶ Itẽ iſti ꝑ prudẽtes nunꝙ̃ extolluntur. Uñ Job dicebat de talibus Job. xxx. Quorũ virtus erat mihi pro nihilo. Et ibidem. Quorũ patres non dignabar ponere cum

Ayuntamiento de Madrid

ponere cum canibus gregis mei.¶ Itē iſti terrenoꝝ opibus immerguntur. Vñ de peccatore diuite poteſt. dici illud ps. Hoc mare magnum ⁊ ſpacioſuȝ manibus.ibi reptilia quorum non eſt numerus. Reptilia dico.i.diuitie.¶ Itē iſti pre ceteris ꝓle fecundantur. Ps. Quoꝝ filij ſicut nouelle plantatiões ⁊c. Filie eoꝝ compoſite ⁊c.¶ Itē iſti cupidine reꝝ comburuntur. Unde i ps. In quoꝝ manibꝰ iniquitates ſunt.dextera eoꝝ repleta eſt muneribus.¶ Itē iſti caligine ceca cõteguntꝛ hoc eſt dictu.ignorãtie cecitate. Vñ Eſa.xxix. Ve q̄ ꝓfundi eſtis corde vt a dño abſcõdatis cõſiliuȝ quoꝝ ſunt in tenebris opa.¶ Itē iſti acredine ꝟboꝝ vtuntꝛ. Unde in ps. Quoꝝ os maledictiõe plenuȝ eſt ⁊ amaritudine.veloces pedes eoꝝ ad effundendũ ſanguinē.¶ Iteȝ iſti dulcedine cibi alliciuntꝛ.qꝛ ſicut dicitꝛ Deut.xxxij. De quoruȝ victimis comedebant adi-
B pes:⁊ bibebãt vinũ libaminũ. Et phil.iij. Quoꝝ deꝰ venter eſt ⁊c.¶ In bono ꝟo ſignificato dic ꝙ quorum põt referri ad bonos. Vñ nota ꝙ iſti ſunt Quorũ.

Expiatur prauitas ſublata per penitentiam.
Regulatur leuitas iuuata per temperantiam.
Declaratur lenitas planata per complacentiã.
Candidatur caſtitas purgata per continentiã.
Confirmatur entitas renata per permanentiã.

¶ Dico ergo ꝙ iſti ſunt quorum per penitentiã culpa remittitur Unde in ps. Beati quoꝝ remiſſe ſunt iniquitates ⁊ quorum tecta ſunt peccata. Unde Luc. v. Quorum vt ieſus fidē vidit dixit.hõ remittuntꝛ tibi peccata tua. Et Iohan.xx. Quoꝝ remiſeritis peccata remittuntꝛ eis. Et quoꝝ retinueritis retenta ſunt eis. ¶ Itē iſti ſunt quoꝝ ꝑ tēperantiã vita dirigitꝛ. Unde Exo.xxvj. Uniꝰ menſure erunt oīa ſaga quoꝝ quinq̄ iunges ſeorſum. Quinarius.n.numerus q̄nq̄ ſenſus ſignat:qui.ſ.ſunt ſemꝑ ꝑ tēperantiã moderãdi.¶ Itē iſti ſunt quoꝝ ꝑ mititatē ⁊ clemētiã lenitas vngitur. iſti em̄ ſunt leues ſuaues ⁊ vncti. Nume.iij. Hec ſunt nōīa filioꝝ aaron qui vncti ſunt ⁊ quoꝝ cõplete ſunt conſecratiões. Et Eccl.xliiij. Hi ſunt viri miſericordie quoꝝ pietates nõ defuerunt.¶ Itē iſti ſunt quoꝝ ꝑ continentiam puritas tergitur. Unde de panibus ꝓpoſitõis ideſt de ſanctis viris dicitur Leui.xxiiij. Quoꝝ ſex altrinſecus ſuper menſam puriſſimã corã dño ſtatues.¶ Itē iſti ſunt quoꝝ ꝑ permanentiã durat eternitas:qꝛ.ſ.iſti viuũt ineternũ.vnde Phil.iiij. dicitur ꝙ iſti ſunt quorum nomina ſcripta ſunt in libro vite. Et hec de quorum ſufficiant.

A **Quos.** In accuſatiuo. Nota ꝙ quos ſimili modo põt dici de bonis. Unde nota ꝙ boni ſunt quos.

Status ſupernus facit tutiſſimos.
Amor fraternus facit cariſſimos.
Splendor lucernus facit doctiſſimos.
Uigor internus facit promptiſſimos.
Labor externus reddit aptiſſimos.
Rigor paternus facit ſanctiſſimos.
Dulcor maternus reddit letiſſimos.
Tenor eternus reddit certiſſimos.

¶ Dico ergo ꝙ iſti ſunt quos efficit tutiſſimos puritas ſuperna:quia ſcilicet propter virtuteȝ corruptibilem qua prepollent fortiſſimi ſunt ⁊ tuti. Unde de angelis dicitur Geñ.xxxij. Quos cum vidiſſet iacob ait Caſtra dei ſunt hec. ¶ Itē iſti ſunt quos dat gratiſſimos caritas fraterna. Unde de Ioſeph ⁊ fratribus ſuis dicitur Geñ.xliij.ſic. Quos cũ vidiſſet ⁊ beniamin ſimul fecit eos introduci domum. ¶ Item iſti ſunt quos dat doctiſſimos claritas lucerna:hec eſt reuelatio ſanctiſpiritus. Unde Exo.xxviij.loqueris cũctis ſapientibus corde quos repleui ſpiritu ſapiētie. ¶ Item iſti ſunt quos promptiſſimos facit vigoroſitas interna. Exod.xxxvij.vbi dicitur.ꝙ beſeleel fudit quatuor circulos quos poſuit ĩ quatuor angulis per ſingulos pedes menſe. Circulus enim in pede nihil aliud eſt q̄ volubilis obediētia in prompta executõe. pes em̄ curſum ⁊ motũ ſignat.¶ Item iſti ſunt quos efficit aptiſſimos aduerſitas externa:quia.ſ.quanto viri ſancti magis ꝑ tribulatiões concutiuntur ⁊ malleantꝛ.tanto aptiores in dei niſibꝰ iudicantꝛ. Vñ de lapidibus fundamēti templi dꝛ ſic.iij.Reg.v. Quos lapides dolauerunt cemētarij ſalomonis. Unde de tribulatis ⁊ pauperibus põt dici illud Iob.xiiij. Quibꝰ non eſt operimētum in frigore.quos ymbres montiũ rigant ⁊c.¶ Itē iſti ſunt quos efficit ſanctiſſimos ſeueritas paterna. Et ſic dicitur Apocal.iij. Ego quos amo arguo ⁊ caſtigo.¶ Itē iſti ſunt quos efficit letiſſimos felicitas ſuperioris hieruſalem que ſurſuȝ eſt ⁊ eſt mater noſtra. De quo Baruch.v. Ecce venient filij tui quos dimiſiſti diſperſos collecti ab oriente in occidentē in verbo ſancti gaudētes in honore dei.
¶ Itē iſti ſunt quos efficit certiſſimos ꝟitas eterna. hoc eſt dictu.veritas ꝑdeſtinationis eterne qua.ſ.iſti ſunt quos ab eterno numerauit.⁊ in ſaluandoruȝ numero deſcripſit ⁊ appropriauit. Unde de numeratiõe dicitur Nume.j. Hi ſunt quos numerauit moyſes.⁊ aaron. Et de deſcriptiõe dicitꝛ.ij.Paral.iiij. Hi ergo ſunt quos ſupra deſcripſimꝰ nominatim. De appropriatõe aũt dꝛ Leu.xxv. Mei aũt ſerui ſunt filij iſrael quos eduxi de terra egypti. Et breuiter de ꝑdeſtinatis dicit dñs ioh.xvij. Pr mãifeſtaui nomē tuũ hoibꝰ quos dediſti mihi de mũdo. Sequitꝛ. Ego ꝓ eis rogo. nõ ꝓ mũdo.ſȝ pro his quos dediſti mihi.qꝛ tui ſunt. Sequitꝛ. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi. Et hec de quos in bono ſignificato ſufficiãt.¶ In malo ꝟo ſignificato dic ꝙ mali ſũt. Quos B

Adorat error ſecularis.
Honorat fauor ppłaris.
Deuorat rigor ſupnalis.
Lacerat terror ĩfernalis.

¶ Iſti dico ſunt quos error ſecularis ſolet adorare:qꝛ.ſ.iſti in ſeculo reputantur magni figurati ĩ ydolis.vnde Deu.xxix. Adorauerunt eos quos neſciebant ⁊ quibus nõ fuerant attributi. ¶ Item iſti ſunt quos honor popularis ſolet exaltare. Iſti enim honoribus eleuantur.ſed in fine turpiter deprimuntur.ij. Reg.xviij. Plures fuerunt quos ſaltus cõſumpſerat de populo q̄ quos vorauerat gladius. Saltus enim qui eſt rupes alta ⁊ ſciſſa.honoruȝ deſignat altitudinem. ¶ Iteȝ iſti ſunt quos rigor ſupernalis ſolet deuorare ſeu etiam condemnare ſcilicet rigor iuſtitie diuine. Vñ dñs ipſe dicit Hiere.xlv. Ecce quos ego edificaui ego deſtruo.quos plantaui per temporales ꝓſperitates.ego euello ⁊ deſtruo per eternales aduerſitates.¶ Itē iſti ſunt quos terror infernalis ſeu crudelitas hoſtilis ſolet iugulare ſeu etiaȝ lacerare. Unde iiij.Reg.x.de damnatis ⁊ demonibus dꝛ ſic. Quos cũ apprehendiſſent viuos iugulauerunt eos.

**Quibus.** Nota ꝙ ſicut dictum fuit de quos ⁊ quorum.ſic dicendum eſt de quibus.ꝙ ſcilicet ad bonos ⁊ ad malos.ſeu etiam ad bona ⁊ ad mala diuerſimode referatur. Dic ergo de bonis perfectis ⁊ virtuoſis ꝙ iſti ſunt quibus. A

Aſſignatur virtus integralis.
Miniſtratur panis ſpiritalis.
Perficitur iuſſus paternalis.
Tribuitur terra ſupernalis.
Non preualet hoſtis infernalis.
Ualde placet ſermo mgr̃alis.
Infligitur labor temporalis.
Aſcribitur cibus eternalis.

¶ Dicamus ergo de iſtis quibus.id eſt de viris perfectis ⁊ iuſtis ꝙ iſti ſunt quibus aſſignatur ſeu in quibus cõmēdatꝛ virtus generalis ſeu ſpiritalis. Iſti enim complete ⁊ adulte ſunt virtutis.vnde de duobus filijs yſaac dicitur Geñ.xxv.ſic. Quibus adultis factus eſt eſau vir gnarus venandi ⁊ homo agricola. Iacob autem vir ſimplex habitabat in tabernaculis.¶ Iteȝ iſti ſunt quibus miniſtratur panis ſpecialis ſeu ſpũalis ſcilicet euchariſtie. Iſte enim eſt panis iuſtorum non peccatorum. Vñ de Ioſeph ⁊ ſuis fratribus Geñ.xlvij.dicitur ſic. Quibus ſtatuta cibaria de horreis publicis prebuit. Et Exo. xvj. Quibus ait moyſes. Iſte eſt panis queȝ dedit vo-



Ayuntamiento de Madrid

bis dñs ad veſcendum. ¶ Item iſti ſunt quibus pficitur iuſſus paternalis. Iſti enim ſunt maiorib9 ad obedientiã ſemp prompti. Vñ Gen. l. Quibus iuſſa expleuerunt tranſierunt. xl. dies. ¶ Itẽ iſti ſunt quibus diuidit ſeu tribuit terra ſupnalis. ſ. hereditas paradiſi. Vñ Deut. j. Paruuli veſtri de qb9 dixiſtis q captiui ducerent. ipſi ingredientur. ⁊ ipſis dabo terrã ⁊ poſſidebũt eam. Et Job. xv. dicitur. Quib9 ſolum data eſt terra. ¶ Itẽ iſti ſunt quib9 non pualet hoſtis iſfernalis. Vñ iſti poſſunt cõparari filijs enachim. quib9 nullus põt ex aduerſo reſiſtere ſicut dicitur Deu. ix. ¶ Item iſti ſunt qbus valde placet ſermo magiſtralis. i. doctrina maiorum ⁊ meliorum. Vñ. ij. Para. xxiiij. Quib9 audientibus legit rex omnia verba voluminis. ¶ Item iſti ſunt quibus infligitur labor tpalis ſcilicet pſens aduerſitas ⁊ pauptas. Unde Job. xxiiij. Quibus non eſt operimentũ in frigore. Et Luc. xij. dicit de coruis. i. de hiſpidis heremitis ⁊ alijs viris ſanctis. Conſiderate inquit coruos quia non ſeminant neq metũt. quibus non eſt cellarium neq horreũ ⁊ deus paſcit illos. Unde de aduerſitate dicitur Hiere. xlix. Ecce quibus nõ erat iudiciũ vt biberẽt calicẽ ire dñi bibẽtes bibet ⁊c. ¶ Itẽ iſti ſunt quib9 aſcribitur cibus eternalis. ſ. cibus glorie ⁊ dulcedo paradiſi. Unde. Sap. xvj. Diſpoſuiſti inqt populũ tuũ. quibus dediſti concupiſcẽtiam delectamenti ſui nouũ ſaporem eſcam parans ⁊c. ¶ In malo vero dic q peccatores ⁊ impij ſunt illi ſcilicet quibus. B

| | |
|---|---|
| Indignat ſumma diuinitas. | Iſti ſunt igit quibus |
| Hebetat mentis ſubtilitas. | ſumma diuinitas idi |
| Reſeruat mortis obſcuritas. | gnat vt de rebellib9 |
| Obſtinat cordis calliditas. | filijs iſrael dr̃ Nume. |

xxij. Quib9 irat9 dñs iurauit dicẽs. Si videbũt hoies iſti terram quã pollicit9 ſum abrahe ⁊c. Et in pſ. Quibus iuraui in ira mea ſi itroibũt i requiẽ meã. ¶ Itẽ iſti ſunt qb9 mentis ſubtilitas hebetat: q2. ſ. luce ſciẽtie p ignorantiã ſunt priuati. De quib9 Sap. xiij. Vani ſunt oẽs hoies. in qbus nõ eſt ſcĩetia dei. ¶ Item iſti ſunt qbus mortis obſcuritas reſeruat videlicet i iferno. Vñ. ij. Pet. ij. Hi ſũt fontes ſine aqua. nebule turbinib9 exagitate. qb9 caligo tenbrarũ reſeruat. ¶ Itẽ iſti ſunt qb9 cordis calliditas obſtinat. ſ. ad faciendũ malum. Unde de caldeis ⁊ eo2 malicia dr̃ Hiere. viij. Mittã vobis ſerpentes ⁊ regulos qb9 nõ eſt incantatio ⁊c. Hec ergo dicta de qbus ſufficiant quo ad pſonas. ¶ De reb9 vero dic tam bonis q malis q varia ⁊ diuerſa ſunt negocia rerũ v3 quedam bone qbus. C

| | |
|---|---|
| Inſtruimur. | Dico ergo q ſunt res bone |
| Corrigimur. | qb9 iſtruimur ⁊ iſta ſunt di |
| Perficimur. | uina lex ⁊ mãdata. ⁊ ſacre |
| Reficimur. | pagine atq ſciẽtie documẽ |
| ¶ Quedã male qb9. | ta. vñ de mandatis diuinis |
| Allicimur. | põt dici illud Gen. xlix. Fi |
| Inficimur. | nitis iacob mãdatis qbus |
| Afficimur. | filios iſtruebat collegit pe |

des ſuos ſup lectum. De duob9 vero teſtamentis põt intelligi illud Num. x. Fac tibi duas tubas argẽteas qbus cõuocare poſſis multitudinẽ. Iſta aũt figurant in vaſis aureis ſalomonis. De qb9 dr̃. iij. Reg. x. Omnia vaſa de quibus potabat rex ſalomon erãt aurea. ¶ Itẽ ſunt quedã quib9 corrigimur. Et iſta ſunt mũdi tribulamina ⁊ aduerſa. De quib9 Luce. xxj. Venient dies in quibus nõ relinquet lapis ſup lapidem. Sequitur. Surget gens contra gentem. ⁊ terremot9 erũt per loca ⁊c. ¶ Item dico q ſunt quedam quibus pficimur. Et iſta ſunt gratie merita ⁊ virtutes. ⁊ iſta ſunt ſpiritualia ornamenta. de quibus dicitur Judic. viij. Tulit gedeon ornamẽta ⁊ bullas quibus colla regalium camelorum decorari ſolent. ¶ Item dico q ſunt quedam quibus reficimur. Et iſta ſunt delitie ⁊ gaudia paradiſi. De quibus dicitur Leui. xxv. Facite precepta mea atq iudicia ⁊ cõplete ea. vt habitare poſſitis in terra abſq vllo pauore. ⁊ gignat vobis humus fruct9 ſuos quib9 veſcamini vſq ad ſaturitatẽ. Iſta cibaria parant yſaac quibus ſcilicet libenter veſcitur ſicut dicitur Gen. xxvij. ¶ Itẽ dico q ſunt qdam res male quibus allicimur. Et iſta ſunt tpalia mundi bona qbus fatui plus debito attrahuntur. Ideo Deu. vij. dr̃. Nõ cõcupiſces aurũ ⁊ argentũ. de quibus facta ſunt ſ. ydola talia enim non ſunt cõcupiſcẽda. ſ. diuitie. imo ſm apſm. j. Thi. vj. Habẽtes alimẽta ⁊ qb9 tegamur his debem9 cõtenti eſſe. ¶ Item dico q ſunt qdã qb9 inficimur. Et iſta ſunt vitia ⁊ peccata de qb9. iij. Reg. xvj. dicitur. Ambulauit in vijs patris ei9. in peccatis ſuis qbus peccare fecit iſrael. Et. iiij. Regũ. xxiiij. dr̃. Seruiuit in immundicijs quib9 ſeruierat pater eius. ¶ Itẽ dico q ſunt qdã qb9 afficimur. Et iſta ſunt tormenta infernalia. quib9. ſ. ſi peccauerim9 affligimur. Iõ bene cõſulit ſcriptura Eccl. xij. dicens. Memento creatoris tui in dieb9 iuuentutis tue. anq veniet dies afflictionis tue. ⁊ appropinquãt anni de qb9 dicas nõ mihi placent. Hec igitur de quibus ſufficiant ⁊c. D A

## Quiſquã. quicquid.

Nota q quiſq idem eſt quod quicunq ſeu aliquis. Sumitur tñ vt cõiter in terminis negatiuis. Nota igitur ſicut dictum eſt de qui ⁊ de quis. Quiſq poteſt ad diuerſa referri. vi3. Ad iuſtũ. ad ſtultũ. ad damnatum. ¶ Primo ergo dico q iuſt9 poteſt dici quiſq. idest aliquis vel quicũq q2 pcerto iuſti p eo q p caritatem ad oẽs generaliter ſe extendunt. iõ quiſq ſeu quicũq merito dici pñt. Notabis ergo de tali quiſq. i. de viro iuſto. ſ. Quod.

Hic maiorum legibus religatur.
Hic ciborum fluctibus non grauatur.
Vitiorum enſibus non truncatur
Deceptoris artibus non ledatur.
Adulantis vocibus non fraudatur.
Caſtigantis acubus non ſtimulatur.
Hic terrenis ſpecubus non locatur.
Hic proprijs opibus non ditatur.
Hic celitus omnibus ſatiatur.
Hic inferni cruciatibus non deputatur.

¶ Dicam ergo de dño. Quiſq. i. de quolibet viro iuſto. q hoc ſine imperio non vagatur. Ad iuſtum enim ſpectat q nõ ſit vagabundus. ſed q maiorum legibus ſit ſubiectus. Unde Joſeph in perſona ſuperioris dr̃ Gen. xlj. Abſq tuo imperio nõ mouebit qſq. ¶ Item dico q ciborũ edulio non grauat. Abſtinens enim dꝫ eſſe vir iuſtus. Vñ Leu. vj. Nec quiſq comedat ex eo. hoc eſt de ſacrificio ſacerdotũ. ¶ Itẽ dico q vitiorum gladio nõ truncat. Vñ. j. Reg. xj. Nõ occidetur quiſq in die hac. Ita q demones de iſto pñt dicere illud qd iudei de xpo dixerũt Joh. xviij. Nobis nõ licet interficere quẽq. ¶ Itẽ dico q hic fraudis cõmercio non letatur. Deus enim taleo non pmittit q ipſi fraudent ſeu decipiãt innocẽtes. Unde de filijs iſrael dicitur. j. Para. xvj. q de9 nõ pmiſit quẽq calũniare eos. ¶ Itẽ dico q v̾borũ eloquio non fraudatur. ſ. p adulationẽ. Non delectat enim in adulationib9 deceptorũ. Iõ cuilibet adulatori põt dici illud Prouer. xxiiij. Nõ lactes quẽq labijs tuis. Et Eccl. xj. Ante mortẽ non laudes hoiem quẽq. ¶ Itẽ dico q correctorũ iaculo ſtimulatur. vñ Eccl. vj. Priuſq interroges ne vituperes quẽq. ſed cũ interrogaueris corripe iuſte. ¶ Item dico q terrenorum tumulo nõ locat. vi3 p auariciam. Unde de tumulo nouo qd erat exciſum in petra dicit Luce. xxiij. q in eo nondũ quiſq poſit9 fuerat. ¶ Itẽ dico q pcitatis vinculo non ligatur. Juſt9 enim liberalis eſt ⁊ nõ pcus. ita q illa que hꝫ non ſunt ſibi ppria ſed omnibus cõmunia. Unde Act. iiij. Nec quiſq eorũ poſſidebat aliquid nec ſuum eſſe dicebat. ſed erant eis oĩa cõia. ¶ Itẽ dico q hic celeſti ferculo ſatiatur. Iſte enim habet finaliter ſufficiẽtiã paradiſi. Vñ Act. iiij. Nec enim qſq egens erat inter eos. ¶ Itẽ dico q hoc eterno ſtimulo nõ artat: q2. ſ. iſte nõ iudicatur aut cõdẽnatur ad penã eternã: q2. ſ. ſicut dr̃ Joh. v. Neq enim pater iudicat quẽq.

Ayuntamiento de Madrid

B dicat quēq̄.Sic ergo p3 q̄ qſq̄ ſumit in bono. ¶Sz adhuc dico q̄ ſumi poteſt i malo.Et ſic dico q̄ p qſq̄ intelligitur peccator. Quiſquis eñ ſemp ſignat aliquod dubium.ſicut cuz dicitur: Quiſquis ſic loquat mecū.Eſt eñ pnomē cōpoſitiuū ⁊ adiectiuuz ſignās ſ.peccatorem q.ſ.ſemper eſt dubius ⁊ incertus.fallax. cōpoſitus ⁊ ineptus.Sonitus enim terroris in auribus ipſi: ⁊ cuz pax ſit ſemp inimicicias ſuſpicat ſicut dr Job.xv.Dicam⁹ ergo q̄ qſq̄ ſeu qſquis.i.pctōr.

Detractionis vitio roditur.
Rebellionis odio foditur.
Poſſeſſionis amore moritur.
Obliuionis horrore mergitur.
Iniuſtitie furore ducitur.
Diffidentie pauore ſoluitur.
Opulentie dulcore pellitur.
Peſtilentie terrore ſternitur.

¶De detractione taliū dr nume.xiiij.Nec quiſquis ex his qui detraxerūt mihi ītuebit. ¶De rebellione iſtorū qui.ſ.obedire ſuis maioribus cōtradicūt dicit iij.Reg xij.Nec ſecut⁹ eſt quiſq̄ domū dauid.De poſſeſſione vero terrena quō tales p cupiditatē eneruat ⁊ quō vita gratie ipſos priuat dr Luc.xij.Nō in abundantia cuiuſq̄ vita eius. ¶De obliuione ꝟo ⁊ ignorātia iſtoꝝ dicitur.j.Corin.vj.Nō eſt inter vos ſapiēs quiſq̄.Iſti eñ nec vidēt nec audiunt illa q̄ ptinent ad ſalutē.Unde.j.Reg.xxvj.Non erat qſq̄ qui videret ⁊ itelligeret ⁊ vigilaret.Et.j.Reg.xxx.Nec audiet vos quiſq̄.De iniuſtitia aūt coꝝ dicit Rom.iij.Nō eſt iuſtus quiſq̄.nec eſt intelligens aut reqrēs deū. ¶De timore aūt ſeu diffidentia iſtoꝝ dicitur.ij. Reg.xvij. Fortiſſim⁹ quiſquis pauore ſoluetur. Un de vecordia taliuz dicit.ij.Mach.v.Nec ſimpliciter quiſq̄ ſe iudeū eſſe cōfitebatur.ſ.pre timore. ¶De opulentia autem que eis in morte eripitur.vide in diues ⁊ in ſimilibus ⁊ in alijs titulis.⁊ i tabula. ¶De peſtilētia ꝟo ſ.dānationis ⁊ mortis:que.ſ.iſtos finaliter cōprehendit.dr.j.Reg.xxx.Nō euaſit ex eis quiſq̄.Et.ij.paral. xxij.Nec ſupeſſe quēq̄ qui euadere neceſſe potuiſſet. Hec ergo de quiſq̄ ⁊ quiſquis ſufficiant.

A **Quiſpiam.** De quiſpiam ſicut ⁊ de quiſq̄ poteſt dici q̄ referri poteſt ad impium ⁊ ad iuſtum. Eſt enim idem quod aliqs ſeu quiſq̄.veruntamen vt cōmuniter refertur ad impiuz ⁊ iniuſtum.Unde nota q̄ talis quiſpiam.

Inficitur carnali macula.
Excludit a dei ſpecula.
Seiungit celi camerula.
Repellitur a ſacra copula.
Reijcitur a gente credula.
Nō paſcit ſecreta pabula.
Nāciſcitur inferni iacula.

¶Dico ergo q̄ talis quiſpiā carnali macula inficit. ſ.peccato luxurie: Un geñ.xxvj.Potuit coire qſpiam de populo cū vxore ſua. ¶Itē a dei ſpecula ſecludit Un Exodi.xxiiij. Moyſi ad loquēdum cū dño aſcēdenti dr ſic. Nullus aſcendat tecū nec videat quiſq̄ per totū montez.q.d. talis quiſq̄ non eſt dign⁹ contēplari vel audire diuina ſecreta. ¶Itē iſte a celi ſedula ſeiungit.Hoc eſt dictu a paradiſo.Un Deut.j.non videbit quiſpiā de hominibus generationis hui⁹ peſſime terrā bonā quaz ſub iuramēto pollicitus ſum patribus veſtris. ¶Itē iſte a ſacra copula repellitur ſeu refugitur: qr.ſ.mali a ſocietate bonorū vitantur ⁊ ab ipſis ſolitarij dimittuntur.Un de fatuo nabal dicitur.j.Reguz.xxv.Erat aūt vir quiſpiaz in ſolitudine.Un de bonis fit phibitio de frequentanda ſocietate maloꝝ.Joſue.vj.Cauete ne qppiā cōtingatis ⁊ ſitis rei puaricatiōis. ¶Itē iſte a gente credula reijcit ſeu ēt cōtemnit:qr.ſ.tales a fidelib⁹ tanq̄ excōicati habent.Et hoc eſt qd pcipit. iiij.Reg.iiij.vbi dicit.Si ſalutauerit te qſpiā nō rñdeas ei. ¶Itē iſte ſecreta pabula nō paſcit.ſ.de futuris rerū negocijs more pphetico meditando. Un.iij. Reg.xxij.Non eſt hic propheta dñi quiſpiā. ¶Item iſte inferni iacula nanciſcit.qr.ſ.finaliter īfernalis dānatio talibus intentatur.Unde Prouer.xxvj.Maledictum in quempiam ſuperueniet.Sufficit.

A **Quo.quocūqz.** Cū quo ſit aduerbiū loci,poſſum⁹ dicere q̄ in ſcriptura fit mentio de multiplici quo ſeu loco.vez de loco morali.vitali.letali.fatali.venali.mortali. Loc⁹

Moralis eſt frequentandus.ſ.virtutis ſtatus.
Uitalis eſt affectandus.ſ.paradiſus.
Letalis eſt deteſtandus.ſ.peccati virus.
Fatalis eſt acceptandus.ſ.mors aut letus.
Uenalis eſt refutandus.ſcilicet mundus.
Mortalis eſt formidandus.ſ.infernus.

¶Primo igitur dico q̄ per quo ſeu quocunq̄ intelligitur ſtatus moralis ⁊ virtualis.Uirtus enim ⁊ pfectio ⁊ morum locus ⁊ ſtatus eſt quo quilibet tendere debet.⁊ ibi quocūq̄ ierit declinare.ſicut dauid de ſeipſo dicebat.j.Regum.xv.Ego vadam quo itur⁹ ſuz. Ut ſic vnus alteri dicat illud.j. Regum.xiiij. Perge quo cupis ⁊ ero tecum.quia procerto ad iſtud quo.id eſt ad ſtatum ⁊ gradum virtutis debemus alter alterū comitare ⁊ virtuoſorum exemplis illuc accedere ⁊ tranſire.Iſte enim locus ſeu ſtatus eſt locus.

Diuinitatis.
Humilitatis.
Satietatis.
Securitatis.
Societatis.

¶Eſt dico locus diuinitatis. Deus eñ ad hunc locū ɔtinue nos pcedit ⁊ nos debem⁹ ēt eū ſequi dicēdo.ſ.illō Lu.ix.Magiſter ſequar te quocūq̄ ieris. Et Mar.xiiij.Sequimini eū quocūq̄ itroierit. Sed dico debemus eū inquātum.ſ.noſtre fragilitati poſſibile eſt:qr.ſ.attingere ſummam pfectionē ſuaz impoſſibile eſt.ſicut ſcz ipſe dicit Joh.xiij.Domine quo vadis: Rndit Jeſus.Quo ego vado vos non poteſtis venire.Et Joh.viij.ipe dicit.Ego ſcio vnde venio ⁊ quo vado.⁊ quo ego vado vos non poteſtis venire.Iſte eſt ergo locus diuinitatis:de quo.ſ.recedere nō valebat ille qui ī pš.dicebat deo.Quo ibo a ſpiritu tuo.⁊ quo a facie tua fugiam.Si aſcendero in celum tu illic es. ſi deſcendero ad infernum ades ⁊c.q.d.vbicūq̄ ad locum ⁊ ſtatum virtutis acceſſerimus.deum preſentez inuenimus.vnde ⁊ Petrus ſibi legitur dixiſſe. Dñe quo vadis: Et ille protinus reſpondiſſe.vado romaz iterum crucifigi.Spiritus vbi vult ſpirat.⁊ neſcimus vnde veniat aut quo vadat.Sequamur pro virib⁹ ad iſtud.quo ſeu quocunq̄. Juxta illud Ezech.j. Quocūq̄ ibat ſpiritus illuc ⁊ rote pariter eleuabantur ſequētes eū.Iſte eſt ergo locus autoritatis ſeu diuinitatis. ¶Item dico q̄ iſte eſt locus humilitatis.Jō viro pfecto poteſt dici illud Ezech.xxxij.Quo pulcrior es deſcende ⁊ dormi.Iſtuc enim debemus ire deū orando.ſanctos ſectando.mala calcando.maioribus parēdo.minoribus herendo.Deuz dico orando.Unde.iij. Reg.viij.Quocūq̄ miſeris eos orabunt te. Sanctos etiam ſectando ſeu etiam imitando dicentes ſcilicet Ruth.j.Quocūq̄ perrexeris pergam.Mala inſup vincendo ſeu etiam ſuperando.Unde.j.Reg.xiij.At ſaul confirmato regno ſuper iſrael pugnabat per circuitū aduerſus inimicos.⁊ quocūq̄ ſe verterat ſuperabat. ¶Item maioribus parendo ⁊ obediendo. Unde de nubibus dicitur Job.xxxvij. Quod luſtrant cuncta p circuitum quocūq̄ eas voluntas gubernantis duxerit ad omne quod preceperit illis.Minoribus etiam herendo ⁊ eis conuerſando ſcilicet cum innocentib⁹ ⁊ benignis.Sicut bene dicitur de innocentib⁹ Apoc. xiiij.Hi ſequuntur agnum quocūq̄ ierit.Unde de pditione talis pure ⁊ inocētis ſocietatis videbatur ruben vēdito Joſeph dicere Geñ.xxxvij.Puer nō comparet ⁊ ego quo ibo: Uirtus igitur ⁊ perfectio locus eſt humilitatis. ¶Item dico q̄ iſte locus eſt ſatietatis in iſto enim quo ſatiatur ⁊ reficitur donis ⁊ gratijs.mens humana.ibi etiam paſcitur ⁊ reficitur ipſe deus.vnde anime virtuoſe pōt dici de xpo illud Cant. vj.Quo abijt dilect⁹ tuus o pulcerrima mulieꝝ.Quo declinauit dilectus tuus.⁊ queremꝰ eū tecū. Dilect⁹



Ayuntamiento de Madrid

me⁹ deſcẽdit in hortũ ſuum ad areolam aromatũ. vt paſcat in hortis ⁊ lilia colliget. ⁊ Mar.xiiij. dixerunt diſcipuli chriſto. Quo vis eamus ⁊ paremus tibi paſcha? ¶ Itẽ dico ꝙ iſte eſt locus ſecuritatis. De⁹ enim ſeruat ⁊ cuſtodit oẽs illos qui in iſto loco morant ſcilicet in ſtatu virtutis. Iudi.ij. Quocũqꝫ ꝑgere voluiſſent. manus domini ſuꝑ eos erat. Et Prouer.xxi. Cor regis in manu domini. quocũqꝫ voluerit inclinabit illud. ¶ Itẽ eſt locus ſocietatis ſeu etiam caritatis vñ Luce.x. dicitur. Quod xp̃s miſit diſcipulos binos añ faciem ſuam in omnẽ ciuitatẽ ⁊ locum quo erat ipſe venturus. Patet igitur quomodo ꝑ quo ⁊ quocunqꝫ

B intelligitur ſtatus moralis ⁊ virtualis. ¶ Secũdo dico ꝙ ꝑ iſta aduerbia intelligit ſtatus vitalis ⁊ eternalis. ſ. gloria paradiſi. Iſte eſt.n. locus quo iuſtus aſcẽdere cupit. in quo finalr̃ ſicut in termino requieſcit. Vñ dñs dicit anime beate. j. Reg.xiiij. Perge quo cupis ⁊ ero tecũ. Et Exo.xxxij. Duc pplm̃ iſtũ ad locũ quo locut⁹ ſũ. ſ. ad terrã ꝓmiſſionis paradiſi. Et breuiter de iſto quo dici põt cuilibet btõ illud Ezec.xxi. Uade ad dexterã ſeu ad ſiniſtrã quocũqꝫ faciei tue eſt appetitus. Et.ij. Reg.ij. Quo aſcẽdã in ebron? Iſte tñ locus interdicit peccatori: q2. ſ. xp̃s dixit cuilibet tali. Queretis me ⁊ nõ inuenietis. ⁊ quo ego vado vos nõ poteſtis venire. Ioh.viij. Quia ſicut dr̃ Luce.xij. Paradiſus eſt loc⁹ quo fur nõ appropiat. nec tinea corrodit. ſoli.n. iuſti ⁊ beati ſunt ibi in ſecuritate. Mar.vj. Quocũqꝫ introieritis in domum ibi manete. Hic eſt igit loc⁹ vitalis ⁊ ſuꝑnalis. ¶ Tertio dico ꝙ ꝑ quo ⁊ quocũqꝫ intelligit locus ſeu ſtatus letalis ⁊ criminalis. hoc eſt dictu. ſtatus peccati. Iſte.n. eſt locus.

Obſcuritatis ⁊ ignorãtie.
Pronitatis ⁊ inſolentie.
Tenuitatis ⁊ indigentie.

Locus dico ignorãtie ⁊ obſcuritatis. Et ſic dr̃ de peccatore Iohã.iij. Quod neſcit vñ veniat aut quo vadat. vñ Ioh.xij. Qui ambulat ĩ tenebris. neſcit vñ veniat. aut quo vadat. ¶ Locus ẽt inſolentie ⁊ ꝓteruitatis: q2. ſ. peccator vt cõiter eſt ꝓteruus ⁊ obſtinatus. ⁊ voluntate ꝓpria nimis plenus. iij. Reg.xix. Abijt quocũqꝫ eũ ferebat volũtas. ¶ Locus inſuꝑ indigẽtie ⁊ ſterilitatis: q2. ſ. peccator caret diuitijs ⁊ copia gratiarꝫ. Luce.xij. Nõ habeo quo congregẽ fructus meos. Hic eſt ergo locus letalis ⁊ criminalis. ¶ Quarto dico ꝙ ꝑ quo in-

C telligitur locus ſeu ſtatus fatalis. i. mortis tẽporalis quo ſcꝫ omnes tendimt. Vñ cuilibet de mũdo recedẽti ⁊ ad mortẽ tendenti poteſt dici illud Geneſis.xvj. Agar ancilla ſaray. Vñ venis aut quo vadis? Sequitur. A facie domine mee fugio. Agar enim eſt caro mortalis domina ipſius eſt anima. a cuius facie caro fugit ad mortẽ. j. Macha.ij. Quo ergo nobis adhuc viuere. Hic igit eſt ſtat⁹ facilis atqꝫ mortalis. ¶ Quinto dico ꝙ ꝑ quo ⁊ quocunqꝫ intelligit ſtatus venalis ⁊ mundialis. Mundus enim eſt locus diſperſionis ⁊ exilij locus depreſſionis ⁊ martyrij. locus vagationis ⁊ diffugij. Locus dico diſperſionis ⁊ captiuitatis. Vñ Baruch.iij. Ecce inquit nos hodie in captiuitate noſtra ſumus quo nos diſperſiſti in improperiũ ⁊ in maledictum. Locus etiam depreſſionis: quia ſcilicet hic compellunt boni multa ⁊ varia pati. Unde Chriſtus dixit Iohã.xxi. Petre cum eras iunior cingebas te ⁊ ambulabas quo tu volebas. Cum autẽ ſenueris extendes manus tuas ⁊ ali⁹ cinget te. ⁊ ducet quo tu nõ vis. Locus inſuꝑ vagationis quia ſcilicet mali volũt per mundum diſcurrere ⁊ agere ſine freno: Hiere.xl. Quocunqꝫ placet tibi vt vadas vade. ¶ Sexto ṽo dico ꝙ ꝑ quo ſeu quocunqꝫ intelligi poteſt ſtatus mortalis ⁊ infernalis. Infernus enim locus erroris. locus eſt terroris. locus eſt horroris. De errore ⁊ ignorantia dicit Eccl's.ix. Nec ſenſus nec ratio. nec ſapiẽtia. nec ſciẽtia erit apud inferos quo tu properas. De terrore autẽ ſeu timore ſatis ſupponit in pſal. vbi dicit illud predictum. Quo ibo a ſpiritu tuo ⁊ quo a facie tua fugiam. Si aſcẽdero in celum tu illic es. ſi deſcẽdero ad infernum ades ſcilicet ad puniẽdum me. De horrore ṽo ſcilicet future ⁊ horrende habitationis poteſt dici de anima damnata illud quod de duab⁹ alatis mulieribus quandã anforã portantibus in qua latebat iniquitas dicit Zach.v. Quo iſte deferunt anforam vt edificet ei locus in terra ſennaar. Sennaar qui interꝑtat fetor ſignat infernũ quo ſcilicet anfora. ideſt peccatrix anima a duabus mulieribus. i. a duab⁹ culpis ꝑcipuis. q̃ ſunt caro alliciens. ⁊ mundi gloria decipiẽs finaliter deportat vt ibidẽ locus ſuus ꝑpetuo ſtatuat. Patet ergo ꝙ ꝑ quo ſeu quocunqꝫ põt locus aut ſtatus multiplex denotari.

## Quotiẽs. Quotienſcunqꝫ. A

De quotiens quomodo accipit ꝑ multiplicationem. tam numeri ꝙ̃ tẽporis. poſſum dicere ꝙ ꝑ quotiẽs ſumitur multiplicatio in bono ⁊ in malo. In bono enim dico. multiplicanda eſt ⁊ reiteranda.

Compunctio cordis interioris.
Remiſſio culpe exterioris.
Deuotio cauſe ſuperioris.

¶ Reitera igitur compunctionẽ internam. Exẽplo ſcilicet filiorũ iſrael. De quibus dicit Iudicum.v. ꝙ quotiẽſcũqꝫ penituerũt ſe receſſiſſe a cultura dei ſui. dedit eis virtutẽ reſiſtendi. Reitera etiam remiſſionem fraternam. Iuxta illud Math.xviij. Quotiens peccauerit ĩ me frater meus remittã ei: vſqꝫ ſepties? Non dicã inquit ſepties: immo ſeptuagies ſepties. Reitera inſuꝑ deuotionẽ paternam ſeu ſuꝑnam ſcilꝫ deuotionẽ ad ſacramẽtũ altaris. j. Cor.xi. Quotiẽſcunqꝫ manducabitis panẽ hũc ⁊ calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat. ¶ In malo autem ſignificato nota ꝙ ꝑ quotiens oſtẽdit quomodo mali ſolent male agendo aut ſuſtinendo vices multiplicare videlicet.

Carendo lumine directiuo.
Utendo flumine turbatiuo.
Cadendo turbine deiectiuo.

¶ Iſti enim multotiens lumine priuantur ſcilicet lumine fidei. ſcientie ⁊ gratie. Unde Iob.xxj. Quotiens lucerna impiorum extinguetur ⁊ ſuperueniet eis inundatio. ¶ Item iſti multotiens turbant ⁊ turbant quia ſcilicet per mala opera ſua exacerbãt multotiẽs creatorem. Pſal. Quotiens exacerbauerunt eum in deſerto. in ira excitauerunt eum in inaquoſo. ¶ Itẽ iſti multotiens penis agitantur ſcilicet ab ipſo deo. Unde Exodi.x. Inquit quotiens ꝯtriuerim egyptios ⁊ ſigna mea fecerim in eis.

## Quod. Quodcunqꝫ. et eoꝶ. A

De his cauſatim ſicut de que ſupra dictum eſt põt dici. De qd̃ videlicet ꝙ eſt dare multiplex quod. i. multiplicẽ ſubſtantiã in bono vel malo ſignificato aſſumptam. Nota ergo ꝙ eſt dare. Unum quod.

Reuerendum ſcilicet deus.
Atterendum ſcilicet corpus.
Promerendum ſcilicet paradiſus.
Perferẽdum. ſ. tribulatio ſeu tormẽtum.
Auferẽdum. ſ. culpa ſeu peccatum.
Deſerendum ſcilicet mundus.
Afferendum. ſ. fides ſeu cultus.
Regendum. ſ. cor vel ſubditus.
Operandum. ſ. bonum opus.
Formidandum ſcilicet infernus.

¶ Dico ꝙ inuenit vnum quod reuerẽdum. Et iſtud certe eſt deus. qui ſcilicet valde eſt neutre ⁊ anormale conditionis ⁊ hoc certe. quia durat eternaliter. j. Iohan.j. Quod fuit ab initio. quod audiuimus quod vidimus de ṽbo vite. Quia venit temporaliter. Luc.ij. Paſtores loquebantur ad inuicem. tranſeamus vſqꝫ in bethleem vt videamus hoc verbum quod factum eſt. ⁊ quod fecit dominus ⁊ oſtẽdit nobis. quia vincit virtualiter ſcilicet mundũ. Quia ſicut dicit. j. Ioh.v.

Nõ natũ

Ayuntamiento de Madrid

Quod natū eſt ex deo vincit mundū. Quia ꝓcedit libe
raliter ſcʒ conferēdo vitā eternā. ſicut dicit. Joh. j. Qd
factū eſt in ipſo vita erat ⁊ vita erat lux hoīm. ¶ Iteʒ
dico ꝙ inuenitur vnum quod atterēdum. Et iſtud cer
te eſt corpus noſtrū. quod ſcilicet per penitentiam et
abſtinentiam debet teri. calcari. pariter atqꝫ frangi.
Et hoc certe. quia cito perit et deficit. quia fedat et in
ficit. quia ad malū trahit et allicit. Deficit dico ⁊ hoc
quia eſt carneum fragile et defectiuum. quia ſicut di
citur. Johan. j. Quod natum eſt ex carne caro eſt. Infi
cit etiaʒ. quia ſicut dicitur Leuiti. xj. Omne qd reptat
ſuper terram abhominabile erit. Et Numc. xix. Uas
quod non hʒ operculum deſuper immundū erit. Alli
cit inſuper ſcʒ ad pctm̄. qꝛ ſicut dr̄. Sap. ix. Corpus qd
corrumpitur aggrauat animaʒ. ¶ Itē dico ꝙ inuenit
vnum quod promerendum. Et iſtud eſt premium glo
rie paradiſi. Iſtud enim eſt Quod

Dulciter delectat.
Pia mens affectat.
Patiens expectat.

Qd dico dulciter delectat.
Unde iſtud eſt illd mel. de
quo dicit puerb. xxv. Mel
inueniſti comede quod ſufficit. Quod etiaʒ pia mens
affectat. Unde dn̄s dicit anime ſitibunde illud. iij. Re
gū. iij. Poſtula quod vis vt dem tibi. Qd inſup homo
iuſtus expectat ſicut ſcilicet finale ſalarium ⁊ merce
dem. De quo dicit apls. j. Corin. ij. Quod oculus nō vi
dit. nec auris audiuit. nec in cor hominis aſcēdit que
ꝑparauit deus his qui diligunt illuʒ. In ſero eīm mor
tis redditur iſta merces Math. xx. Ite ⁊ vos in vineā
meam et quod iuſtū fuerit dabo vobis. Tunc enim di
cetur illud quod ſequitur. Amice nō facio tibi iniuriā
nonne ex denario conueniſti mecū: tolle quod tuū eſt
et vade. ¶ Itē inuenitur vnū qd perferendū ſcʒ omne
quod in mundo triſte vel aſperū reꝑitur. Iſtud eſt eīm
quod preſentem infert dolorem. Quod celeſtem con
fert honorem. Quod funeſtum aufert meroreʒ. Quod
enim preſentē dolorē conferat patʒ in ſcriptura vnde
Eccli. ij. Omne quod tibi applicitū fuerit accipe. ⁊ in
dolore ſuſtine. et in humilitate tua patiētiaʒ habe. Itē
ꝙ celeſtem honorem conferat patʒ Phil. ij. vbi de cru
ce ⁊ cruciatu xp̄i dicitur ſic. Propter quod et deus ex
altauit illum. ⁊ dedit illi nomen ⁊c. Quod inſuper fu
neſtum ideſt infernalem merorem auferat ſeu etiam
quod ſempiternum dulcorē conferat. patet. ij. Corint.
iiij. vbi dicitur. Id enim quod in preſenti eſt momen
taneum et leue tribulationis noſtre ſupra modum in
ſublimitatem eternum glorie pondus operatur in no
bis ⁊c. ¶ Item dico quod inuenitur vnum quod aufe
rendum videlicet peccatum. quod ſcilicʒ per peniten
tiam de conſcientia debet auferri. Et hoc certe qꝛ mē
taliter ſolet fedare. Quia mendaciter ſolet fraudare
quia finaliter ſolet necare. Peccatum enim animam
fedat ideſt peccatum dicitur immundicia. Unde Ja
co. j. Propter quod abijcientes omnē immundiciam
et abundantiam malicie. ⁊c. Peccatum etiam animā
fraudat. Et ideo dicitur mendacium. Unde Eph. iiij.
Propter quod deponentes omne mendacium loqui
mini veritatem. Peccatum inſuper animaʒ trucidat
ſcilicet in inferno. Unde Coll. iij. Qui enim iniuriam
facit recipiet illud quod inique geſſit. Unde Malac.
ij. Propter quod dedi vos contemptibiles omnibus
populis. vt et peccatoribus dicatur illud. Numeri.
xiiij. Cur tranſgredimini verbū domini quod vobis
non cedet in proſperum. ¶ Item dico quod inueni
tur vnum quod deſerendum. Et iſtud procerto eſt
mundus ſeu gloria vana. mundana. ſeu etiam vanum
gaudium terrenorum quod ſcilicet mentaliter debet
deſeri et contemni. Et hoc certe quia ſemper iſtud
concomitatur ingens iniquitas vrgens neceſſitas. ſe
quens aduerſitas. Ingens dico iniquitas quia ſicut
dicitur. prime Johannis. ſecundo. Omne quod in mū
do eſt: aut eſt concupiſcentia oculorū aut cōcupiſcētia
carnis. aut ſuperbia vite. Urgēs inſuper neceſſitas qꝛ
videlicet omne quod terrenum ſeu mundanū eſt cito
compellitur deficere: breue eīm ⁊ tranſitoriū ſolet eſſe
Unde. Eccl. xiiij. Omne opus corruptibile in fine de
ficiet. ⁊ zacha. xj. Quod moritur moriatur et quod ſuc
ciditur ſuccidatur ⁊c Sequens inſuper aduerſitas qꝛ
ſcilicet omne gaudium terrenum tranſit finaliter ad
merorem. De diuitibꝰ enim poteſt exponi illud Joh.
ij. Omnis homo primum bonum vinum ponit. ⁊ cuʒ
inebriati fuerint id quod deterius eſt. qꝛ ſcilicet bo
num vinum id eſt dulcedinem proſperitatis ſequi
tur quod deterius eſt ſcilicet poculuʒ aduerſitatis fu
ture. ¶ Item dico quod inuenitur vnum quod aſſe
rendum. Et iſtud eſt certe quicquid pertinet ad no
ſtre fidei ſacramentuʒ. Unde de fide catholica poteſt
dici illud. Apoc. iij. Tene quod habes vt nemo acci
piat coronam tuam. Unde de iſto ſecreto quod id eſt
de fide pōt modo dici qdʼē iſtud ꝑ qd homo ſaluat. Qd
nunc occultatur. Quod fine reuelatur. Per quod di
co homo ſaluatur. j. ad. Corintios. xv. Notū vobis fa
cio euangelium quod accepiſtis. in quo et ſtatis. per
quod et ſaluamini. Quod etiam nunc occultatur qꝛ
ſcilicet nunc videmus per ſpeculum in enigmate Un
de dominus cuilibet fideli dicit illud Johan. xiij. Qd
ego facio tu neſcis modo. ſcies autem poſtea. Quod
inſuper finaliter reuelatur ſcilicet in patria quando
ſcilicet tunc facie ad faciem videmus ſicut eſt Quia
ſicut dicitur Math. x. Nihil opertum quod non re
uele tur et occultum quod nō ſciatur. ¶ Item dico ꝙ
inuenitur vnum quod reparandum. Et iſtud certe eſt
cor et conſcientia mentis noſtre ſeu etiam noſtrorum
collegium ſubditorum. Iſtud enim quod.

Eſt requirendum quando perditur.
Eſt recedendum quando ſpernitur.
Eſt alligandum quando frangitur.
Eſt conſolandum quando infirmatur
Eſt conſeruandum quando firmatur.

Ut ſic dicat qlibet illud. Eze. xxxiiij. Qd perierat req
ram qd abiectum fuerat reducā. Qd fractū fuerat al
ligabo. Qd infirmum cōſolidabo. Et qd pingue ⁊ for
te cuſtodiam. ¶ Item dico: ꝙ inuenitur vnum quod
operandum: et iſtud certe nihil aliud eſt quā quodli
bet bonum opus ⁊ continentia mandatorum. Iſtud
enim quod debemus operari ⁊ facere. Ut indictum
magiſtraliter: vt edictū ſcripturaliter: vt oſtenſuʒ exē
plariter. vt impenſuʒ fraternalit. vt appenſuʒ equani
miter. Iſtud eīm qd eſt magiſtraliter indictū: qꝛ. ſ. deꝰ
iſtud qd ꝑcipit atqꝫ mandat. Uñ ipſe videt cuilibet di
cere illud. iiij. Regum. iiij. Hoc age qd ꝑcipio tibi. vñ
Baruch. vj. Perficiunt quod īperatum eſt eis. Itē
iſtud quod eſt literaliter edictum ſcʒ in diuina ſcri
ptura. Unde Apoc. j. Quod vides ſcribe. Et. ij. Corin.
iiij. Scriptuʒ eſt. credidi ꝓpter quod locutus ſuʒ. Itē
iſtud quod eſt exemplariter oſtenſuʒ. Exo. xxv. Inſpi
ce ⁊ fac ſm exemplar quod tibi in monte monſtratū
eſt. Et Judi. vij. Quod me videritis facere hoc facite.
Item iſtud quod eſt finaliter impenſum. qꝛ. ſ. bonum
opus ſemꝑ debet fieri fraternaliter ⁊ charitatiue. Qd
eīm deus coniunxit hō non ſeparet. et potiſſime iſtud
quod ſpectat ad ſubſtantiam temporalem que ſcʒ eſt
proximis miſericorditer impendenda. Unde. Actuū.
iij. Quod aūt habeo hoc tibi do. Et illud. Math. xx.
Tolle quod tuum eſt ⁊ vade. Iteʒ iſtud quod eſt equa
nimiter appenſuʒ: hoc eſt in iuſtitia ⁊ equitate quia
ſcʒ quicquid facimus. iuſte ⁊ eque fieri debet. Juxta
illud. ij. Paral. xxvij. Fecerunt quod erat rectum corā
domino. Et Deut. xvj. Juſte quod iuſtuʒ eſt exequeris
¶ Ultimo vero dico ꝙ inuenitur vnum quod formi
dandum. ⁊ iſtud certe eſt tormentū ⁊ pena inferni qd
ſcʒ correſpondet malis operibus que hic fiunt. Unde
de quolibet malo ⁊ peruerſo opere et de tormento ſi
bi correſpondente. poteſt dominus dicere cuilibet pec
catori illud. Ezechie. xxxiiij. Lac comedebatis et la
nis cooperiebamini. quod craſſum erat occidebatis.
Quod infirmuʒ erat nō cōſolidaſtis. Qd egrotū non

Ayuntamiento de Madrid

ſanaſtis. Quod fractū non alligaſtis. Quod abiectuȝ
non reduxiſtis. Quod perierat nō queſiſtis. Et ſic ptȝ
quō inuenitur multiplex qđ. De quo pro qꝛ qđ eſt cō-
iunctio cauſalis multa poſſent dici ſed omitto gratia
breuitatis. qꝛ ſupra ſatis dictū eſt de Qꝛ. ¶ De quod-
cunqȝ vero poteſt dici ꝙ idē eſt ꝙ quod: niſi quia ma-
gis diſtincte ⁊ ḡnaliter ſupponit. Eſt eṁ idē ꝙ oē qđ.
Nota ergo ſicut ſupra de quecūqȝ ꝙ ē dare. Quodcūqȝ
Prebēdum corde liberali.
Petēdum voce filiali.
Reddēdum iure naturali.
Vidēdum mente ſpiritali.
Dicēdum clamore verbali.
Agēdum manu corporali
Pendēdum lance equali.
Quodcūqȝ ꝓbēdū ⁊
erogandū ſignat bo
na mūdana ſeu qc-
quid tēpaliter poſſi
dem⁹ ꝙ.ſ. tale quod
cunqȝ eſt in neceſſi-
tate ꝓximis erogā-
dum. vnde cuilibet viro liberali dꝛ. j. Reg. xxv. Quod
cunqȝ inuenerit man⁹ tua da ſeruis tuis. ⁊. j. Eſdre. vij
Quodcūqȝ petierit a vobis eſdras ſcriba. abſqȝ mora
detis. ¶ Itē quodcūqȝ petēdū ſignat bona ſupna ſcilȝ
gratie ⁊ glorie. ⁊ quicquid eſt de eiſdem. peti et appeti
ſemꝑ oȝ. Joh. xv. Quodcūqȝ volueritis petetis ⁊ fiet vo
bis. Et ibidē. Quodcūqȝ petieritis patrē in noīe meo
dabit vobis. ¶ Itē quodcūqȝ reddēdum ⁊ reſtituēduȝ
ſignat vota ſeu verba non vana. in quib⁹ ſcȝ deo ⁊ pro-
ximo ſuim⁹ ſpāliter obligati. vnde Eccl'es. v. Quod-
cunqȝ voueris redde. ¶ Itē quodcunqȝ vidēdum ⁊ in
ueſtigandum ſignat ſecreta ſana ſcȝ ſacramēta ⁊ ſecre
ta fidei ⁊ ſcripture que. ſ. ſunt cum diligētia perſcrutā
da. j. Reg. xix. Quodcūqȝ videro nunciabo tibi. ¶ Itē
quodcunqȝ dicēdum ſeu ꝑdicādum ſignat preconia di
uina. ſ. omnē ſanā doctrinā ⁊ quicquid ad dei laudem
ſpectat. qꝛ ſcȝ quodcunqȝ tale loquēdū eſt ⁊ dicendum
iij. Reg. xxij. Quodcūqȝ dixerit mihi dominus hoc lo
quar. Et Job. xiij. Loquar quodcunqȝ mihi mens ſug-
geſſerit. ¶ Item quodcunqȝ agendum ſeu operandū
ſignat facta virtuoſa ſcilicet mandata dei et quecūqȝ
bona opera que nobis a deo indicuntur. De quibus.
Eccleſiaſtes. ix. Qđcūqȝ facere pt man⁹ tua inſtanter
operare. Et Col'. iij. Quodcūqȝ facitis ex aīo operami
ni. Et. ij. Eſdre. iiij. Quodcunqȝ dixerit illis faciunt.
¶ Item quodcunqȝ pendendum ſeu moderandum ſi
gnat ſerioſa acta. De quibus Eccleſiaſtici. xlij. Quod
C cunqȝ trades numera ⁊ appende. ⁊c. ¶ De eoquod au
tem inꝑtum ſumitur cauſatiue poteſt dici quod vt cō
muniter eoqđ denotat cām mali. Mali dico aut cul
pe aut pene. Si ergo q̄rit̄ q̄re de⁹ pctōribus indignat̄
et quare ipſis mala tēpalia et perpetua a deo inferunt̄
Certe poteſt reſponderi ⁊ reddi cauſa quod eoꝙ.
Immunde ſolent maculari.
Indigne ſolent indignari.
Conficte ſolent conuerſari.
Effronte ſolent obſtinari.
Inepte ſolent commutari.
Supbe ſolent eleuari.
Acerbe ſolent effrenari.
Verboſe ſolent garrulari.
Doloſe ſolent amicari.
Curioſe ſolēt verbis iactari.
Anxioſe ſolent inimicari.
Doloroſe ſolent inquietari.
Ocioſe ſolent deum ſectari.
¶ Iſte enim ſunt. xiij. eoꝙ ſeu cauſe quare altiſſimus
odio habet peccatores. et a deo arguuntur et vilipen-
duntur. Et primo certe eo quod inmundo ſtratu ma-
culantur quod ſcilicet facit luxuria. Unde de filio.
Emor qui corruperat. Dinam filiam Jacob dicitur
Geneſis. xxxiiij. Quod filij Jacob irati ſunt eo quod
fedam rem eſſet operatus in iſrael. ¶ Item arguun-
tur eoquod ſuperbo motu indignantur. quia ſcilicet
ſi alios in aliquo gradu ſapientie precedunt. faciliter
contra eos indignantur. Unde contra mundi ſapien-
tiam dicitur Eccleſiaſtes primo. Agnoui inquit
quod in his quoqȝ eſſet vanitas et afflictio ſpiritus
eo ꝙ multa ſapiētia multa ſit indignatio. Et q̄ addit
ſcientiam addit ⁊ laborem. ¶ Item arguunt̄ eoꝙ cō-
uicto ritu conuerſant̄: ſcilicet per hypocriſim: vnum
ſcilicet habētes in pectore: ⁊ aliud in opere. Vñ Eſai.
xxix. Eoꝙ populus iſte ore ſuo ⁊ labijs ſuis honorat
me. corde autē longe eſt a me. Sequit̄. Peribit ſapien
tia a ſapientibus ⁊c. ¶ Item arguunt̄ iſti eoꝙ edicto
chriſti non ligant̄. quia ſcilicet iſti non obediunt pre-
ceptis ⁊ verbis diuinis. Unde Hiere. xxix. Dabo eis
in vexationem. maledictionem. ſtuporem. ſibilum. ⁊
opprobrium cunctis gentibus eo ꝙ nō audierunt ver
ba mea. ¶ Item arguuntur iſti: eoꝙ infirmo ſtatu va
riantur: quia ſcilicet iſti non perſeuerant in bono. im
mo conuertuntur in nihilum ⁊ in malum. Unde Eze-
chie. xxij. Eo ꝙ conuerſi eſtis in ſcoriam: congregabo
vos in ignem ad conflandum. ¶ Item reprehendun-
tur iſti: eoꝙ pro elato ſtatu ſubleuantur: quia ſcilicet
iſti ſunt elati ⁊ preſumptuoſi in factis ſuis. Unde cui-
libet tali elato dicitur. Ezech. xxix. Eoꝙ eleuatum eſt
cor tuum quaſi cor dei: idcirco hec dicit dominus. Ec
ce ego adducā ſuꝑ te deos alienos robuſtiſſimos gen
tium ⁊ nudabunt gladios tuos ſuper pulcritudinem
ſapientie tue. ⁊c. ¶ Item redarguunt̄ iſti: eo ꝙ acerbo
tactu effrenantur: qꝛ ſcilicet iſti crudeliter acerbe ef-
frenantur contra alios ad vindictam. Unde. Eze. xxv.
Dabo vltionem meam ſuper ydumeam. Sequitur.
Pro eo ꝙ fecerunt paleſtini vindictam. ⁊ vlti ſe ſunt
toto animo. ¶ Item reprehenduntur iſti: eo ꝙ verbo
ſo ſtatu garrulantur: quia ſcilicet iſti ſolent verboſe ⁊
garruloſe alios deridere. Ezech. xxv. dictum fuit a do
mino populo Amon. Pro eo ꝙ dixiſti euge euge ſu-
per ſanctuarium meum quod pollutuȝ eſt: ⁊ ſuper do
mum iuda quoniam ducti ſunt in captiuitatem idcir
co ego tradam te filijs orientalibus ⁊c. Sequitur. pro
eo ꝙ plauſiſti manu: et percuſiſti pede: ⁊ gauiſus es
toto affectu ſuper terram iſrael: idcirco ego extendā
manum meam ſuper te. ⁊ dabo te in direptionem ⁊c.
Et breuiter iſtud eſt verum quod certe deo ſumme diſ
plicet. quando quis alios deridet et quando infortu-
nijs alienis letatur. ¶ Item reprehenſibiles ſunt iſti
eo ꝙ non fido nexu copulantur. quia ſcilicet iſti non
ſunt veri amici. immo falſi Unde Ezechie. xxix. dixit
dominus egypto. Pro eoꝙ fuiſti baculus harundi-
neus domui iſrael et de manu confractus es Sequi-
tur Adducam ſuper te gladium et interficiam te ⁊c.
Baculus enim harundine⁹ exterius eſt ſolidus, inte
rius vero concauus et cito ⁊ faciliter frangens. ſigni-
ficans falſum amicum. qui ſcilicet apparet ⁊ non eſt.
¶ Item argui poſſunt iſti eo ꝙ inſano iactu ſtimulā
tur. Iſti enim preſumptuoſe ſe iactant ſicut de pharo
ne dicitur Ezech. xxix. Pro eo ꝙ dixeris fluuius me⁹
et ego feci eum. idcirco dabo terram egypti in ſolitu-
dineȝ gladio diſſipatā ⁊c. ¶ Itē iſti ſūt reprehenſibi-
les eo ꝙ maligno ſo ductu inimicantur. quia ſcilicet
iſti ſunt qui graui odio et inimicicia alios ꝑſequūtur
Unde Ezechiel. xxxv. Ecce ego ad te mons ſeyr. ⁊ ex-
tendam manum meam ſuper te. ⁊ dabo te deſolatuȝ
atqȝ deſertuȝ eo ꝙ fueris inimicus ſempiternus. ⁊ cō
cluſeris filios iſrael in manus gladij ¶ Item argui
poſſunt iſti eo ꝙ inquieto fluctu coagitantur. Cor eṁ
impij quaſi mare feruens quod quieſcere non valet
beſtiarũ.ſ.ſimplicium pauperũ ⁊ egenorũ. Eſaie. iij.
Rapina pauperis in domo veſtra.Iſta potiſſime pa-
tent in mundi principibus ⁊ tyrannis.In mundi vſu
rarijs ⁊ auaris.In mundi officialibus ⁊ balliuis Iſti
enim ſunt ſicut aues rapaces inter quas illa reputatur
nobilior ⁊ melior:que eſt crudelior ⁊ rapacior. Quia
ꝓculdubio hodie inter tyrannos ⁊ nobiles impios ⁊
peruerſos.illi quo ad mundũ valentiores reputant̃:
qui in crudelitate ⁊ rapina alijs preponunt̃: ⁊ qui ra
pacius contra pauperes debachant̃: ⁊ qui amplius
patriã ⁊ eccleſiam depopulant̃.Et ideo iſti in ſcriptu
ra nõ homines:immo lupi vel leones merito nuncu-
pant̃ Ezech.xxij.Principes eius quaſi lupi rapiẽtes
Et in pſ.Suſceperunt me ſicut leo paratus ad predã
ſicut leo rapiẽs ⁊ rugiens.Et ideo breuiter bene dico
ꝙ iſti tranſcẽdũt humanitatẽ.¶ Scdo dico ꝙ rapto
res offendunt diuinitatẽ.Sunt enim raptores deo ſum
me contrarij.Quia.ſ.deus eſt iuſtus:iſti ſunt iniqui.
Deus eſt miſericors:iſti impij.Deus dat ſua: iſti ve-
ro rapiunt aliena.Iſti ergo deo ſunt cõtrarij: ⁊ iõ ab
eo odiunt̃ tanꝙ ipſius publici inimici. Ouis enim na-
turaliter odit lupum.Sic deus qui tanꝙ ouis ad oc-
ciſionẽ ductus eſt odit iſtos q̃ lupi:ſicut dictũ eſt. no-
minant̃: ⁊ q̃ more lupi in rapinis ⁊ excoriationibꝰ oc
cupant̃.Un̄ ipſe dñs dicit Eſaie .lxi .ego dñs diligẽs
iudiciũ ⁊ odio habẽs rapinã. Un̄ ipſe cõquerit̃ de ra
ptoribus dicẽs. Ezech.xxxiiij.Facti ſunt greges mei
in rapinam: ⁊ oues mee in deuorationẽ oĩm beſtiarũ. C
¶ Tertio dico ꝙ raptores incendũt fraternitatem.
quia.ſ.tales omnes fratres vicinos ⁊ cõpatriotas per
rapinas excoriant ⁊ inflãmãt . Hyena enim animal eſt
crudeliſſimũ ⁊ naturaliter odit pantheram. ⁊ ideo ſi
pellis panthere iuxta pellem hyene ponat̃.pili pan-
there ꝑ violentiã abradunt̃.vt dicit Pli. Sic vere cũ
raptores ſint viris ſimplicibꝰ inimici.ſi contingat ꝙ
pelles.i.poſſeſſiones panthere.i.ſimpliciũ ſint cõtin
gue ⁊ vicine pellibus ⁊ poſſeſſionibꝰ hyene.i.raptorum
paulatim pellis panthere.i.poſſeſſio ſimplicis per
hyene pellem.i.rapinam ſpoliat̃.De quibꝰ dr Ezech
xxij.Rapiebant violenter egenum ⁊ pauperẽ ⁊ adue
nã opprimebãt abſq iudicio.Et procerto tales ſunt
fatui:qr procerto tales diuitie ſic per rapine violen-
tiã acquiſite:vt cõiter nec proficiunt nec ſufficiũt: im
mo inficiũt ⁊ deficiunt.Patet in mundi tyrannis qui
quãto ſunt ad rapinã ꝓmptiores.tãto ſunt a diuitijs
remotiores.Exemplo auiũ predaliũ q̃ vt cõiter nunꝙ
pingues ſunt immo ſunt vt cõiter macilentes. Iuxta
illud.

Ayuntamiento de Madrid

illud prouerb.xi. Alij diuidunt ꝓpria ⁊ ditiores ſunt: alij rapiunt nō ſua ⁊ ſemꝑ in egeſtate ſunt. Iſti etiam deberēt aduertere quō lex talionis exigit vt qui rapinaꝫ cōmittit rapinā ſentiat. Et ideo q: iſti rapiūt aliena iuſto dei iudicio fit ꝙ a demonibꝰ ab eis rapiūtur ⁊ auferunt ꝓpria. vcꝫ corpus ⁊ anima q̄ ſunt ſua. Exēplo formicaleonis qui formicas capit ⁊ venat ⁊ tandē a paſſeribꝰ rapit ⁊ vorat. Q: vere tales qui ad rapiēdum pauperes occupant a paſſeribꝰ qui patiunt mortuū caducū. i. a demonibus qui de celo ꝓpter ſupbiā ceciderūt: in inferno finaliter rapiunt. Un̄ Job. v. Cuius meſſem famelicus comedet: ⁊ ipm̄ rapiet armatꝰ ⁊ bibēt ſitientes diuitias eius. Patꝫ ergo quō rapina eſt fraternitatis grauatiua. Diuinitatis eſt offenſiua Humanitatis eſt exceſſiua. Maligni em̄ hoīes ⁊ peruerſi: qui. ſ. delectant ⁊ gaudēt in violētijs ⁊ rapinis. fugiēdi ſunt ⁊ vitādi. Juxta illud ꝓuer. xxiiij. Ne emuleris viros malos. nec deſideres eē cū eis: q: rapinas meditat mēs eoꝝ ⁊ fraudes labia eoꝝ loquunt. Quia reuera oīs rapina vitāda eſt ⁊ fugiēda. Quia

Deus hoc precipit ſtabiliter.
Raptus intercidit faciliter.
Inde mors accidit finaliter.

Quia dico deus hoc tradidit ſcripturis mandando Et ſic ipſe dicit Ezec. xlv. Iniquitatē ⁊ rapinas intermittite: ⁊ iudiciū ⁊ iuſtitiā facite. Q: etiā cito raptus intercidit. Conſtat em̄ ꝙ diuitie q̄ per rapinā veniunt cito deficiūt ⁊ pereūt. Un̄ de deo ⁊ fortuna pōt dici illud Dan. xi. Rapinas ⁊ ꝑdam ⁊ diuitias eoꝝ diſſipabit: ⁊ contra cogitationes firmiſſimas iniet ꝯſiliū. vn̄ Senec. dicit. Nemo eſt cui rapina diu feliciter ceſſit. Q: etiā mors raptu ꝓcidit. Cōſtat em̄ ꝙ rapina cā eſt dānatiōis ⁊ mortis. vn̄ ꝓuer. xxi. Rapine impioꝝ detrahēt eos: q: noluerūt facere iudiciū. Iſta ergo ſufficiant de rapina. Uide de auaricia ⁊ de preda.

a **Rachel.** Nota ꝙ rachel vxor yſaac ꝑdilecta interpretat ouis: vel viſio videns deū: ſeu videns principiū. Et pōt applicari ad quālibet ſanctā aīam aut pſonam deuotaꝫ. yſaac. i. xp̄o fide ⁊ caritate deſponſatam. benignā mitē ⁊ omniū deū qui eſt rerūꝫ principium videntem ⁊ ſpeculātem. Uide igitur hyſtoriam ⁊ applica vbi volueris.

**Raphael.** Raphael interpretat medicina dei angelus. ſ. qui thobiā ſanauit filiuꝫ eius conduxit ⁊ vxorauit. ſibiq; reſtitui pecuniam procurauit ⁊c. Applica.

**Raphaym.** ciuitas amorreorum interꝑtatur gygantes vel medici. ſiue facture noſtre: ſeu laxati eorum. ⁊c.

**Raro.** De raro multa poſſent dici: ſed in biblia nihil inueni vocale. Uide de tarde: Et de ſepe ⁊ cetera.

a **Rebecca.** Nota q̄d rebecca filia batuelis vxor yſaac patriarche. interꝑtatur patiētia ſeu etiam multum accipiens vel accepit. Et ſi vis dic quod rebecca fuit. ſcilicet

| | |
|---|---|
| Oneri ſubiugata. | Hec applica de qualibꝫ de |
| Hoſpiti valde grata. | uota aīa ſeu deuota pſona |
| Munere ſubarrata. | que. ſ. interpretatur patien |
| yſaac coniugata. | tia. ſeu multū accipiens ꝓ |
| Geminis fecundata. | eo. ſ. q: in hac vita patienter |
| In ebron tumulata | mala tolerat. multa in pa |

radiſo recipit ⁊ reportat. Dicā ergo ꝙ iſta fuit oneri ſubiugata per patiētiam: ⁊ ad hoc facit q̄d dictū eſt. ſ. ꝙ rebecca interpretat patiētia. vn̄ Gen̄. xxiiij. Ecce inquit rebecca egrediebat habēs ydriam in ſcapula ſua puella decora nimis. virgoq; pulcerrima ⁊ incognita viro. ¶ Item iſta fuit hoſpiti valde grata. vn̄ ibidem dicit. Quō ſeruus abrae petijt ab ea aquā ⁊ rebecca celeriter ydria depoſita dixit. bibe dn̄e mi. quin etiaꝫ camelis tuis hauriam aquam. ¶ Itē iſta fuit munere ſubarrata ſcilicꝫ munere gratie in preſenti ⁊ glorie in futuro. Unde etiā ibidem dicitur ꝙ eliezer qui interꝑtatur deus meus fortis ſeu adiutor ꝓ latis vaſis argēteis ⁊ aureis dedit ea rebecce ꝓ munere. Argētum em̄ gratiā. aurū gloriā ſignat: quas. ſ. deus noſter adiutor et fortis anie beate ꝑſtat ⁊ donat. ¶ Itē iſta fuit yſaac coniugata. yſaac em̄ interꝑtatur gaudiū. ſignificās ipſum deū cui in gaudio paradiſi aīa finaliter ꝯiugatur Sic beata agnes de ſeipſa dicebat. Illi ſum deſponſata cui angeli ſeruiunt. cuius pulcritudinem ſol ⁊ luna mirantur. Gene. xxv. yſaac cum. xl. eſſet annorū duxit vxorem rebeccam. ¶ Item iſta fuit geminis fecundata. Peperit enim rebecca prolē geminā. ſ. eſau ⁊ iacob ſignans ꝙ anima beata ſeu etiam quelibet ſacra virgo duplicem prolem. i. duplicia bona opera producit. ſcilicꝫ corporalia ⁊ ſpūalia. prouerb. xxxi. Oēs domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Uel duplicē prolem idest duplicem corporis ⁊ anime ſtolam Gen̄. xxv. Dedit dn̄s conceptūꝫ rebecce. Roma. ix. Rebecca ex vno concubitu habens geminos filios yſaac patris noſtri ¶ Item iſta fuit in ephron tumulata quia ſcilicet iſta in cimiterio paradiſi finaliter eſt ſepulta. Ephron em̄ interpretatur viſio ſempiterna. vn̄ Gen̄. xlix. In agro Ephron ſepultus eſt yſaac cum rebecca coniunge. ⁊c. a

**Reus. Reatus.** Cum reatus idē ſit q̄d peccatū: ſeu obligatio ad penam debitā pro peccato. Igitur notabo ꝙ hō efficitur peccator. ſeu reatu ad penam aſtrictus.

Propter omiſſam reuerentiam
Propter commiſſam violentiam.
Propter remiſſam diligentiam
Propter dimiſſam continentiam.

Efficitur dico reus ꝓpter obmiſſam reuerentiā. ⁊ ſic reus peccati dicitur qui deum ⁊ parentes non debite reueretur. Deum dico ſicut illi qui irreuerenter ad ſacramentuꝫ altaris accedunt. ſicut dicitur. j. Corint. xj. ꝙ quicunq; manducauerit panē. aut biberit calicē domini indigne: reus erit corporis ⁊ ſanguinis domini. Parētes etiam: quia ſcilicꝫ quicūq; patrem aut matrem irreuerenter offenderit: criminis reus erit Geneſis. xliiij. Niſi inquit reduxero puerum ſupple ſicut patri promiſi peccati reus ero in patrē meum. ¶ Itēꝫ efficitur homo reus propter commiſſam violentiam: vtpote quando committit homicidium ſeu furtum. vnde Numeri. xxxv. Qui volens ſanguinem fuderit. Sequitur. Si quis hominem ferro percuſſerit. et percuſſus mortuus fuerit: qui percuſſit erit reus homicidij. Sequitur. Non accipies precium ab eo qui reus eſt ſanguinis. ¶ Item reus efficitur homo propter remiſſam diligentiam. Et ſic dicitur Leuitici. v. quod anima que tetigerit aliquid immundum aut occiſuꝫ a beſtia: aut per ſe mortuum: et oblita fuerit immundicie ſue rea eſt et deliquit. ¶ Item efficitur homo reus propter dimiſſam continentiam ſicut de adultera dicitur. Numeri. v. Cum inquit mulier biberit. ſi contempto viro adulterij rea eſt pertranſibunt eam aque maledictionis. et inflato ventre computreſcet femur. Multa poſſent dici de reo: ſed ſatis dicitur de peccatore. De reo autem inquantum ſumitur ſecundum iura ſcilicet pro defenſore cauſe. ſeu etiam pro inuaſa vel accuſata: nihil ponit vocaliter in ſcriptura

**Rebellio.** Nota quod rebellare idem eſt quod ſurſum vel iterum bellare. Eſt enim idem quod contradicere Nota igitur quod inuenitur ſcilicet. a

Rebellio aduerſus ſpiritum que fit interius.
Rebellio aduerſus inditum ſeu prelatum que fit exterius.
Rebellio contra paracletum que fit ſuperius.
Primo modo rebellat animus.
Sed ſecundo modo rebellat infimus.
Sed tertio rebellat peſſimus.

Primo igitur dicam quod eſt quedam rebellio contra rationem que fit in animo. Conſtat ex mq; in mente noſtra ſemper inueniunt aliqui mali proterui af-

Ayuntamiento de Madrid

fectꝰ:qui ſenſualitatē ſequētes cōtra rationē rebellāt.
Caro em̄ concupiſcit aduerſus ſpm̄. ⁊ ſpūs aduerſus
carnē ſicut dicit̃.Gal.v.Dicit em̄ Pli.li.naturalium
ꝙ in ripa barotis opidi putei vacuātur ⁊ diminuunt̃
cum occeanus mūdat̃ ⁊ auget̃:quādo vero occeanꝰ di-
minuit̃ tūc illi putei plus replent̃. Putei abyſſi ſunt
noſtri interiores affectus:q̄r.ſ.iſti ſunt qui occeano.i.
mortui rōnis obuiant ⁊ ſuis inclinationibꝰ rebellant
Vñ de talibꝰ pōt dici illud Iob.xxiiij.Ipſi fuerunt re
belles lumini.neſcierūt vias eius:nec reuerſi ſunt p ſe
mitas illius.Ipſi inq̄t.ſ.carnales ⁊ ſenſuales affectꝰ,
lumini.i.rōni rebelles exiſtunt:⁊ p ipſiꝰ ſemitas non
incedunt.Iſta eſt igitur quedā rebellio ꝯtra rōnē q̄ fit
in animo.¶ Scdo dico ꝙ inuenit̃ q̄dam rebellio con
tradictionū q̄ fit ab infimo.Et iſta eſt illa qua ſcꝫ ma-
B li ſubditi ⁊ inferiores rebellāt ꝯtra p̄latos ⁊ ſupiores.
Multi eñ ita rebellis ⁊ ꝯtrarie ſunt nature ꝙ ſupio
ribus ⁊ melioribꝰ ſemp obſtāt ſimiles illi piſci qui dr̃
accipēſer vel accipēder vel elopes.ſm librū de rerum
natura.cuius ſquame tēdunt in cōtrariū verſus caput
qui etiā cauda p̄uia cōtra alioꝝ naturā p maria ſemp
natat.In iſto em̄ piſce cauda natādo p̄ponit̃ caput ve
ro retrocedit ⁊ poſt trahit̃.Sic vere dicā ꝙ in multis cō
munitatibus ⁊ collegijs inueni.it̃:q̄r.ſ.ſquame.i.ſubdi
ti:cōtra caput.i.ꝯtra ſupiores ⁊ meliores p rebelliōes
inuidias ⁊ detractiōes ſe ordināt:⁊ caudas.i.deterio-
res ⁊ minus valētes p̄ponūt ⁊ erigūt.Capita vero.i. il-
los qui capitaneatu digni fuerāt ſuppeditant.ipſoſq̄
poſt alios ſequi cogūt.Et ideo de ꝯgregatiōe taliū pt
dici illud.j.Eſdre.iiij.Ciuitas illa a diebus antiquis
aduerſus reges rebellat.⁊ ſeditiones ⁊ bella cōcitant̃
in ea.Et ibidē dicit̃ ſic.Rebellis eſt ⁊ nocēs regibus.
Nume.xx.Audite rebelles ⁊ increduli.Iſta eſt ergo re
bellio ꝯtra dn̄m q̄ fit ab infimo.¶ Tertio dico ꝙ inue
nitur rebellio ꝯtra ſanctionē q̄ fit a peſſimo.i.rebellio
ꝯtra deū.Cōſtat eñ ꝙ p̄uerſi ⁊ obſtinati ſemp ꝯtrariā
C tur ⁊ rebellāt deo.ipſiuſq̄ volūtati ⁊ iuſſionibꝰ ꝯtra-
dicūt:ꝯtra illud Nume.xiiij.Nolite rebelles ee cōtra
dn̄m.Et merito.Q̄r certe qui cōtra dn̄m rebellat ⁊ re-
calcitrat.finaliter mortē ⁊ dānationē reportat.Pau-
le paule durū eſt ꝯtra ſtimulū recalcitrare Actuū.ix.
Cuius tñ ꝯtrariū faciūt quidā ſupbi q̄r certe q̄dā ſunt
qui lꝫ a deo p tribulatiōes ſint p̄eſſi:ita tñ ſupbi ⁊ ob
ſtinati ſunt ꝙ ſemp deo recalcitrare ⁊ rebellare contē
dunt.Siles anguille q̄ etiā poſtq̄ excoriata eſt palpi-
tat ⁊ recalcitrat ⁊ ſe mouet.Sic tales etiā tribulatio
nibus excoriati.⁊ p paupertatē bonis oībus denudati p
ſupbiam tñ palpitare ⁊ recalcitrare nō ceſſant deoq̄
murmurādo ⁊ peccādo rebellāt.Audiāt ergo iſti illō
Nu.xv.Anima que p ſupbiaꝫ aliq̄d peccati ꝯmiſerit
q̄m aduerſus dn̄m rebellis fuit.pibit de p̄plo ſuo.Ta
libus ergo bñ dicit̃ Deut.ix.Contēpſiſtis inquit impe
rium domini dei vr̄i:⁊ nō credidiſtis ei.neq̄ vocē eius
audire voluiſtis.ſed ſemp fuiſtis rebelles.Sic igitur
pꝫ quomō multiplex rebellio reperit̃.Vide vbi. Con
tra.vbi aduerſus ⁊ in ſimilibus titulis.

**Recedere.** Nota ꝙ recedere idē eſt qḋ ab ali
quo fugere ⁊ elōgare.Et iō nota ꝙ
multiplex receſſus inuenit̃ in ſcriptura vicꝫ Receſſus
Damnabilis ⁊ vitioſus. Primꝰ eſt receſſus im
Laudabilis ⁊ virtuoſus pij a virtutibꝰ. Scd̄s
A Triſtabilis ⁊ doloroſus, eſt receſſus iuſti a cri-
minibus.Tertiꝰ eſt receſſus dei a pctōribus.Recedit
impius ab omni bonitate.Recedit iuſtꝰ ab omni pra
uitate.Recedit deꝰ a cordis feditate.¶ Dico ergo pri
mo ꝙ eſt quidaꝫ receſſus malus ⁊ vitioſus.Et iſte fit
qñ hō recedit ab illis cum quibus ipſe debꝫ manere.
vel q̄ ipſe ſecū dꝫ habere.Et ſic nota ꝙ mali recedunt
ſcꝫ A deo.A p̄lato.A ſcipſo.A proximo.⁊ a viro iuſto.
A deo em̄ recedūt p nequiciaꝫ ⁊ obſtinationē.A p̄lato
recedūt p proteruiā ⁊ indignationē.A ſcipſo recedunt
per ſuperbiam ⁊ elationem.A proximo recedunt per
fallaciam ⁊ p̄ditionē.A viro iuſto recedūt p inuidiam
⁊ pturbationē.¶ Dico ergo ꝙ a deo recedūt p nequi-
ciaꝫ ⁊ obſtinationē;q̄r.ſ.hō qui cū deo p grām ꝯiungi
tur.a deo p pctm̄ recedit ⁊ diuidit̃.⁊ maxime qñ ab ip
ſo p obſtinationē ⁊ maliciā elongat̃.Exēplo lune que
tunc tēporis cornuta eſſe incipit.qñ primo a ſole rece
dit.Quia pcerto iſti cornua ſupbe p̄ſumptionis ⁊ du
re etiā obſtinatiōis accipiūt.qui a deo p vitia ſe diſiū-
gunt.De iſtis dicit̃ Iob xxxiiij. Quaſi de induſtria re
ceſſerūt a deo.⁊ vias eius intelligere noluerūt.Potiſ
ſime aūt a deo recedūt illi q̄ ſibip idololatriā opponū
tur.⁊ q̄ aduerſario eiꝰ diabolo p vitia cōiungunt̃ ⁊ ſeq̄
viāi piꝰ dedignāt̃.De ydololatris em̄ dr̄ eccli.x.Initiū
ſupbie apoſtatare facit:a deo qui fecit illū recedit cor
eius.De illis etiā qui nolūt eſſe de eiꝰ amicis ⁊ iunxe
runt ſe inimicis illius dr̃ Hiere.v.Receſſerūt ⁊ abie
runt ⁊ nō dixerunt metuamꝰ dn̄m. et Hiere.xvij.Ma
ledictus hō qui ꝯfidit in hoīe:⁊ ponit carnē brachiuꝫ
ſuū ⁊ a dn̄o recedit cor eius.Et ſic dico ꝙ iſti recedunt
a deo p nequiciā ⁊ obſtinationē.¶ Itē dico ꝙ a p̄lato
recedūt p proteruiā ⁊ indignationē.Et iſti ſunt inobe
dientes apoſtate ⁊ negligētes:⁊ mādata doctorū ⁊ ma
iorum facere contēnētes.De q̄bus dr̄ zach.vij.Auerte
runt ſcapulā recedētes ⁊ aures ſu[illegible] aggrauauerūt ne
audirēt ⁊ cor ſuū poſuerūt vt adamantē.Iſti ſunt figu
rati in naamā qui ſalubre mandatū helyſei facere cō-
tēnebat.immo recedebat indignās:ſicut dr̃.iiij.Reg.
v.Quia ſicut.iiij.Reg.viij.dicit̃.Receſſit edom ne eēt
ſub iuda.¶ Itē dico ꝙ recedūt a ſcipſo p ſupbiā ⁊ ela
tionē.Auicule eñ vt cōiter recedūt a nido ſuo vbi ſunt
genite ⁊ nutrite ſtatim qñ ſciunt volare ⁊ qḋ plus ē vix B
aut nūq̄ ibi ꝯſueuerūt amplius reuenire.Sic vere cha
riſſimi hō a nido p̄prie vilitatis in quo eſt creatꝰ ⁊ ali
tus ⁊ nutritus.i.a ꝯſideratione ꝯditionis p̄prie tūc re
cedit qñ volatū ſupbie incipit:⁊ qḋ peius eſt ad ſcipm
vix aut nunq̄ amplius reuenit aut accedit. Sola em̄
ſupbia facit hoīem recedere a ſcipſo ⁊ obliuiſci penitꝰ
quid ſit hō.Vñ Hiere.iiij.Omne volatile celi receſſit
¶ Itē recedūt a p̄ximo p fallaciā ⁊ proditionē.Sicut
em̄ canis frequētat hoīem q̄diu videt ipm tenere pa-
nē i manu poſtq̄ vero nihil habuerit.recedit ⁊ dimittit
eum.Sicut etiā locuſte.yrundines ⁊ turtures in eſtate
apparēt ⁊ veniūt.in hyeme abeūt ⁊ recedūt. Sic falſi
amici optime frequētant hominē dum habꝫ panēꝫ in
manu.i.duꝫ eſt diues ⁊ dum eſt in eſtate proſperitatis
ſtatim vero quando iſta ceſſauerunt iſti ab eo recedūt
et de ipſo amplius nihil curant Prouerbio.xix.Fra-
tres pauperis hoīs oderunt euꝫ:⁊ inſuper amici eius
longe receſſerunt ab eo. Item recedunt a viro iuſto p
inuidiam et per turbationem. Inuidus enim nunq̄
vult eſſe cum meliore neq̄ cum potentiore ſe.Unde di
cebat Abimelech ad yſaac Geneſis.xxvj.Recede a no
bis quia potentior nobis factus es.Et Geneſis.xxxvj
Receſſit eſau a fratre ſuo Iacob. Iſte eſt ergo multi- C
plex receſſus malus et vitioſus.¶ Secundo principa
liter dico quod eſt quidam receſſus bonus et virtuo-
ſus.Et iſte eſt receſſus a malo ⁊ a peccato.Quia ſicut
dicitur Thobie.iiij.Multa bona habebimꝰ ſi timue-
rimus deum ⁊ ſi receſſerimus ab omni peccato.Unde
nota quod recedendum eſt ſcꝫ
A nefaria ſocietate,
A contraria crudelitate.
Ab omnimoda iniquitate.
Ab incommoda impietate,
Recedendum eſt ergo a mala ſocietate et amicicia.
Libenter enim recedit lepus a ſocietate canuꝫ:⁊ ouis
a ſocietate luporum:ſic ⁊ homo iuſtus a ſocietate ma
lorum.Unde Eſaie.lij.Recedite et recedite:pollutum
nolite tangere exite de medio eius:mundamini q̄ fer
tis vaſa domini.Et illud.Num.xvj.Recedite a taber
naculis hoīm impiorū.¶ Item recedēdum eſt a vana
crudelitate ⁊ ydololatria.Homo em̄ qui diligit dn̄m
ſuum.libēter recedit a cultura ⁊ a familia aduerſarij
ſui. Sic fidelis recedere debet a quacunq̄ cultura et
reuerētia

Ayuntamiento de Madrid

reuerētia dyaboli.Ezech.xiiij.Conuertimini ⁊ recedi te ab ydolis.¶ Itē recedendū eſt ab omni iniquitate et malicia.Aues enī alique de regionib⁹ frigidis ſolent in hyeme recedere ne ipſas ꝓpter frigus oportet ſuccumbere.Iniquitas eſt frigus congelās aīas ꝑ ſdeuotionē ⁊ peccatū:⁊ ideo eſt ab eo recedēdum.vnde prouerbi.iij.Time deum ⁊ recede a malo. ꝯtra illud.iiij. Regū.xv.Non receſſit zacharias rex iſrael a peccatis ieroboam.¶ Itē recedendū eſt ab impietate ⁊ iniuſticia.vñ Eccli.xxxv.Salutare ſacrificiū attendere mandatis:⁊ deꝑcatio pro peccatis recedere ab iniuſtitia.
D Iſte eſt ergo receſſus bonus ⁊ fructuoſus. ¶ Tertio principaliter dico ꝙ eſt receſſus grauis et doloroſus. Et iſte eſt ille receſſus quo dñs recedit a peccatorib⁹ ⁊ iniuſtis.ipſis grām ſubtrahens in pñti ⁊ gloriam in futuro Vñ.j.Reg.xxviij.Philiſtijm pugnat cōtra me et dñs receſſit a me.Et vere quādo dñs recedit ab homine:bene ſequitur ꝙ philiſtim ideſt demones cōtra eum pugnant:quia vere qui a domino deſeritur.multis impugnationibus fatigatur.vnde Oſee.ix.Sed ⁊ ve eis non cum receſſero ab eis. Iſtuʒ tamen receſſuʒ procurant tria genera perſonarum.videlicet
Proſperitate gaudentes.
Carnalitate madentes.
Preſumptuoſitate tumentes.
De illis autē qui gaudēt ꝓſperitate dicitur. Job.xxj. Ducunt in bonis dies ſuos ⁊c.qui dixerūt deo recede a nobis ſcientiā viarū tuarū nolumus.De iſtis auteʒ qui madent carnalitate dicitur.Job.xxij.Fluuius deliciarū ſupple ſubuertit.fundamēta eorū qui dixerūt deo recede a nobis.De illis vo qui tumēt pſumptuoſitate dicitur.Eſaie.lxv.Recede a me:non ꝓpinques
E mihi:quia immūdus es.¶ Si aūt vis aliquid dicere negatiue.ſ.de non receſſu qđ idē eſt ꝙ alicubi vel cum aliquo ſtabiliter permanere ⁊ ab eodē nō excedere vel exire.dic ꝙ viri ſtabiles ⁊ ꝯſtātes a deo ⁊ a virtutib⁹ nō recedūt:ſʒ durabiliter ibi ſiſtūt.Exēplo Job.qui dicebat Job.xxvij.Donec deficiā nō recedā ab innocentia mea.Igitur nota ꝙ eſt dare non Receſſum fortis conſtantie quem iuſtus appetit.Non receſſum ingis malicie qui malis competit.Non receſſum dure triſtitie qui malos appetit ſeu impetit.Non receſſum grate leticie qui ſemper ſuppetit.i.ſufficit. Primus non receſſus pertinet ad iuſtos Secūdus nō receſſus ptinet ad ſtultos.Tertius nō receſſus ptinet ad damnatos. Quartus autē nō receſſus ſpectat ad beatos.¶ Dicā igitur ꝙ eſt vnus nō receſſus qui eſt pfectorū.Vir enī iuſtus ⁊ pfectus nūꝙ fugit aut recedit a xpi fide quaʒ ſemel ſuſcipit a xpi verbis q̄ ſemel ꝑcipit.a ſancta vita qua ſemel incipit a bono amore quē ſemel accipit. Dic a xpi fide quā ſemel ſuſcipit ps.Nō receſſit retro cor noſtrum.et Eccli.viij.Ne feſtines recedere a facie eius.Item non recedit a xpi verbis ſeu mandatis que ſemel percipit.vñ de Ezech.dr.iiij.Reg.xviij.ꝙ adheſit dño ⁊ non receſſit a veſtigijs eius. fecitꝙ mandata eius.Et Job.iij.A mandatis labiorū eius non receſſi. Itē nō recedit a ſancta vita qua ſemel incipit. ſicut.ſ. facit bon⁹ religioſus q̄ a via ſcepta nō faciliter recedit Exodi.xxxiij.Joſue nō recedebat a tabernaculo.Vñ.j. Reg.xij. precipitur ſic.Nolite recedere a tergo dñi:ſʒ ſeruite domino in omni corde veſtro. Itē non recedit ab amicicia quam ſemel accipit.Iuxta illud Senece. ſic diligamus quaſi deſinere non liceat.Hic eſt igitur non receſſus hominū perfectorū. ¶ Deide dico ꝙ eſt dare non receſſum hoim iniuſtorū illorū.ſ.qui in ſuis malicijs obſtinati nunꝙ volunt recedere ab iniquis. iiij.Regū.xvij.Ambulauerunt filij iſrael in vniuerſis peccatis ieroboam ⁊ non receſſerūt ab eis. nauis enī vbi eſt ferrum.quādo a caſu ad rupē adamantis trahitur vix aut nunꝙ pōt amplius recedere:ferrū enim quod ibi eſt tanto impetu trahitur ab adamāte ꝙ amplius recedere nō permittit. Sic vere in naui mentis humane ferrum dure obſtinationis cum fuerit coniunctum adamanti attractiuo.ideſt peccato ⁊ eius cōplacentijs.taliter adherebit quod amplius recedere non licebit.Quia ſicut dicitur Prouerbi.xxij.Adoleſcens iuxta viam ſuam graditur etiaʒ cū ſenuerit non recedet ab ea.Senuerit inquit ideſt in peccatis antiquatus fuerit.Quomodo igit̄ euadet aut recedet durus ⁊ obſtinatus peccator certe neceſſe eſt ꝙ facit ſicut naute.qui videntes ſe in mari ab adamante detentos. rupem illam adamantinam circueunt ⁊ q̄ſiꝙ fit ꝙ talem angulum rupis inueniunt.qui.ſ.ferrum nō attrabit immo fugit.Sicut enī dicunt doctores ⁊ ego ꝑ experiētiam vidi ſepe in eodem lapide eſt vnus angul⁹ attractiuus ⁊ alius retractiuus. Sic vere eſt de peccato.Habet enim cum ſuis angulis ⁊ conditionibus complacentibus et attractiuis multos alios retractiuos.Circui ergo ⁊ conſidera ⁊ certe multas cauſas inuenies recedenti.vnde Naū.iij.Omnis qui viderit te reſiliet a te.Vt ⁊ ſic dicat peccator penitens ipſi peccato ſuo dimiſſo illud Hiere.iij.Receſſimus non veniemus vltra ad te.Eſt ergo dare non receſſum hoim iniuſtorum.¶ Deniꝙ dico ꝙ eſt dare non receſſum hominū dānatorū.⁊ iſte certe eſt ille quo in inferno ligatis recedere non licebit.Job.xv. Non recedet de tenebris:⁊ ramos ipſius arefacit flāma. Iſti enim ampli⁹ non recedent a malis ⁊ mala amplius non recedēt ab eis .prouerbio.xvij.Non recedet maluʒ de domo eius Et naum.iij.Non recedet a te rapina.¶ Vltimo vero dico quod eſt dare non receſſum hominum beatoruʒ illorum ſcilicet qui ſunt in patria et gloria ſempiterna:quia ſcilicʒ iſti exinde recedere:nec volunt nec poſſunt.Ipſa etiam gaudia paradiſi ab eis recedere nūꝙ poſſunt Eſa.liiij.Miſericordia autem mea nō recedet a te ſufficit.Vide de fugere de dimittere.de relinquere.

**Recenſere.** Nota quod recenſere idem eſt qđ iuuare vel computare.Et ſi vis vide de Ibi.

**Recidiuum.** Nota quod recidiuum dicitur a reincido.dis. ſeu recido. dis. Et eſt proprie recidiuum idem quod reiteratus caſus Eſt autem recidiuus caſus magis pericloſus ⁊ magis vituperabilis ꝙ̄ caſus.Quia ſcilicʒ primus caſus debet eſſe cautio et preſeruatio recidiui.Sicut Seneca in prouerbi.dixit.quod cautio eſt in reliquum lapſus alterior.Etiam in infirmitatibus perculoſiora ſunt recidiua.Igitur dico quod loquendo moraliter ille recidiuare dicitur qui poſt conuerſionem aut penitentiam relabitur in peccatum.Quia tamen nō inueniuntur concordantie vocales de huiuſmodi recidiuo tranſeo quia ſcilicet in alijs titulis ſicut ſunt redire.retroſum ⁊ reuerti plenarie ſatis tangā ⁊c.

**Reclinare.** Vide vbi Inclinare

**Recludere.** Vbi Includere.

**Recipere.** Nota ꝙ recipere ſumitur multipliciter in ſcriptura.eſt enim generaliter loquendo Receptio . A

| | |
|---|---|
| Contributiua. | Primo ergo dico qđ eſt generaliter receptio contributiua et illa eſt qua |
| Retributiua. | |
| Cōſolatiua | |
| Caſtigatiua. | |
| Condēnatiua | |
| Charitatiua. | |
| Obeditiua. | |

quis recipit vt contribuat et vt reddat. Et ita recipiunt illi qui a deo recipiunt gratias et virtutes: et ipſi contribuunt et reddunt opera virtuoſa. Exemplo terre que recipit ſemen et fructum reddit. Exemplo radicis que humorem a terra recipit ipſum tamē ſibi non retinet ſed ad ramos reſtituit et transfudit quia . ſcilicet homo iuſtus recipit a deo ſemen bone inſpirationis:et retribuit fructum bone operationis recipit a deo per temporalem poſſeſſionem et ipſam

Ayuntamiento de Madrid

retribuit per gratiarūactionē vel per elemoſynarū
recōpenſationē. Exēplo ſpeculi qđ ſpēm ꝛ imagines a
facie recipit ꝛ eam ꝑ reflexionē radiorū iterū faciei ꝛ
oculis reſtituit ꝛ remittit q2 ſcilicet viri gratifici quic
quid beneficiū a domino recipiūt ſtatim ipi dño ꝑ gra
tiarum actionē vel per boni vſus executionē vſq3 ad
oculos repreſentāt reijciunt ꝛ remittūt. Et ſic faciunt
iuxta illud qđ dicit Eccli. iiij. Nō ſit porrecta manus
tua ad accipiendū ꝛ ad dandū collecta. Qđ eſt ↄtra il
los qui bene recipiūt ſed nihil reddūt ſimiles aeri vel
alij corpori dyaphano qđ bñ ſpecies ꝛ imagines reci-
pit ipſas tamē nō replicat oculo neq3 reddit. Sic vere
mali ↄtinue dei ꝛ aliorū beneficia recipiunt ipſi tamē
nec per recōpēſationē nec ꝑ gratiarūactionē reſtituūt
neq3 reddunt. contra illud. Rom. xiij. Reddite oībus
debita. Qđ eſt etiā cōtra illos qui non ſolū bona rece-
pta nō reſtituūt. immo qđ etiā peius eſt pro bono rece
pto malū reddūt. Exēplo male terre q̄ q̄uis recipiat
bonū ſemen: reddit tamē aliquotiēs malū fructū ps.
Retribuebāt mihi mala pro bonis ſterilitatē anime
mee. Iſta eſt ergo receptio cōtributiua ſeu reſtitutiua
B ¶ Secūdo dico ꝙ eſt receptio retributiua. Et iſta eſt
illa qua mali in iſto mūdo laute recipiūt mūdi bona
pro totali retributione ꝛ mercede. Math. vj. Amē di
co vobis receperūt mercedē ſuam. Iſti enim nō habēt
oculū niſi ad recipiēdum ꝛ aggregādū. Et iſti ſunt fa
tui: q2 cū natura plus de cibis recipit q̄ digerere poſ-
ſit. infirmitatē incurrit. Sic iſti quia de bonis mundi
magis recipiunt q̄ digerant ꝛ q̄ debite diſpenſant. in
firmitates diuerſorū vitiorū ꝛ poſtea mortē eternaliū
tormētorū exinde finaliter incurrūt. Et iſta quotidie
inueniunt in auaris qui nō ceſſant bona mūdi plenis
hauſtibus recipere et nullam ſatietatē habere. Sunt
eñi de natura materie que ſm phos hꝫ poſſibilitatem
recipiendi oēm formā. Sic iſti capacitatē habēt ad re
cipiendum oēm pecuniā. Sed audiāt quid dictū fuit
epulāti diuiti. Luc. xvj. Fili recepiſti bona in vita tua
lazarus aūt ſimiliter mala. Nūc autē iſte ↄſolatur tu
vero cruciaris. Quia procerto de receptiōe diuitiarū
peruenit ad receptionē penarū. et ſic dico ꝙ iſta eſt re
ceptio retributiua: q2. ſ. tales recipiunt ſuū premiū in
hoc mūdo. ¶ Tertio dico ꝙ eſt receptio conſolatiua.
Et iſta eſt illa qua iuſti a deo in paradiſum recipiunt
ꝛ qua ipſi a deo ſua p̄mia recipiūt ꝛ amplectunt Luna
eñi tunc a ſuꝑiori parte plenā a ſole illuminationē re-
cipit: q̄ñ ei immediatius in nouilunio ſe ↄiungit Tūc
eñi a ꝑte celi plene illuminat: q̄uis a ꝑte terre carere
lumine videat. Sic ↄ̄e beati in patria q̄ñ cū ſole iuſti
tie xp̄o cōiuncti ſunt: tūc a ꝑte ſuꝑiori. ſ. q̄tū ad aīam
illuminationē glorie paradiſi recipiūt. ꝛ tūc a deo ꝑ
gloriā ſuperi9 illuminant q̄uis a ꝑte inferiori. i. q̄tuꝫ
ad corpus eclipſari ꝛ perire hic inferius ſuꝑficialiter
cognoſcant. Et de tali receptione dr̄ Gal. iiij. vt adop
tionem filiorū dei reciperemus. Ibi recipiunt.
Operarij lucrum ꝛ vtilitatem.
Obſeſſi pacem ꝛ ſecuritatem.
Deuij hoſpitium ꝛ humanitatem.
Infirmi remedium atq3 ſanitatem.
Famelici conuiuium ꝛ ſatietatem.
Dico ꝙ ibi recipitur plena merces ꝛ vtilitas ab ope-
rarijs Ruth. ij. Plenā mercedē recipies a dño. Item
recipitur pax ꝛ ſecuritas ab obſeſſis. Thobie. iij. Re-
cipi in pace ſpiritū meū. Itē recipit hoſpitiū a deuijs
Lu. xvj. Recipiat vos in eterna tabernacula. et. j. Ma
cha. ij. Helyas dum zelat zelū legis recipit in celum.
Itē recipitur remediū ab infirmis. iiij. Regū. v. Reci
piet ſanitatē caro tua. Itē recipitur conuiuiū a fameli-
cis Unde Iudicū. xix. Poſtq̄ lauit pedes eorum reci
pit eos in conuiuium. Iſta eſt ergo receptio conſolati
ua. ¶ Quarto dico ꝙ eſt receptio caſtigatiua. Et iſta
eſt illa qua homo in mundo iſto recipit caſtigationes
et flagella quia ſicut dicitur Hebr. xij. Flagellat deus
omnē filium quem recipit. Et non ſolum viri iuſti re-
cipiunt tribulationem. immo etiā viri impij ꝛ iniuſti
Quia ſicut dicitur. prouerbio. xj. Si iuſtus in terra re
cipit: quāto magis impius ꝛ pctōr. Iſta tñ ē differētia: q2
iuſti recipiunt patienter: iniuſti vero impatiēter. Q2
ſicut dicitur Hiere. vij. Hec gens que non audiuit vo
cem dei: nec recipit diſciplinā. ¶ Quinto eſt receptio
condēnatiua. Et iſta eſt illa quam poſt laborē hui9 vi-
te mali recipiunt in inferno loco denarij diurni. Colo
ſenſes. iij. Qui iniuriam facit recipiet id quod inique
geſſit. ¶ Sexto eſt receptio charitatiua. Et iſta eſt il-
la qua quis recipit alios ad hoſpitiū ꝛ ad ver. ā Heb.
xiij. Hoſpitalitatē nolite obliuiſci. per hāc eñi quidā
placuerūt angelis hoſpitio receptis. De quo Math.
x. Qui vos recipit me recipit. ¶ Septimo ē receptio
obeditiua. Et iſta eſt illa qua deus per fidē ꝛ deuotio-
nem in corde recipitur a deuotis. de qua Ioh. j. Quot
quot aūt receperunt eum dedit eis poteſtatē filios dei
fieri. Iſta igitur de receptione ſufficiant. Uide. ſ. de ac
cinere Et infra de Suſcipere. A

**Recordari.** Cuꝫ de meminiſti ꝛ memoria. de
meditatione ꝛ cōſideratione ſint
ſuperius multa dicta. De recordari breuius eſt dicen-
dum Cum igitur recordari nihil aliud ſit q̄ aliquid ꝑ
teritum meditari. Poſſumus notare qđ in ſcriptura
inuenit recordatio humana. ſ. ꝛ diuina. Recordari eñi
pertinet ad mentem rōnalem q2 recordatio eſt act9 ip
ſius rōnis. Dicam9 ergo primo de his que dominus
recordatur Recordat eñi aliqua q̄tum ad ſe ꝛ aliqua
q̄tum ad nos. Quātum ad ſe enim recordatur. ſcilicꝫ.
Suam immenſam nobilitatem.
Suam clementem benignitatem.
Suam coniunctam fraternitatem.
Quantum ad nos vero ipſe recordatur.
Noſtram paternalem generoſitatem.
Noſtram deuotam ſedulitatem.
Noſtram innatam fragilitatem.
Noſtram perpeſſam aduerſitatem.
Noſtram commiſſam iniquitatem.
Iſta enim omnia recordatur deus vel ad noſtram mi
ſerationem: vel ad noſtram punitionem. Recordatur
ergo dominus ſue ſupernalis nobilitatis. Uir eñi po
tens ꝛ nobilis nocere debili dedignatur quando ſuaꝫ
eminentem celſitudinem recordatur. Et iſtud allegat
Hieremias volens deum ad miſericordiam prouoca
re dicens. Hieremie. xiiij. Solij glorie tue recordare
ne irritum facias pactum tuuꝫ nobiſcum. Item recor
datur ſue naturalis benignitatis Luce. j. Recordatus
eſt miſericordie ſue et veritatis ſue domui iſrael. Et in
ps. Cū iratus fueris miſericordie recordaberis ¶ Itē
recordatur ſue fraternalis communitatis: quia ſcili-
cet ipſe recordatur quomodo ipſe per incarnationē
fuit humano generi fraternaliter copulatus. Gene.
vj. ꝛ. ix. Cumq3 apparuerit arcus meus in nubibus re-
cordabor pacti mei quod pepigi tecum. ¶ Item ipſe
recordatur noſtre paternalis generoſitatis. ſicut fa-
ciunt homines qui quandoq3 recordantes parentum
nobilitatem ſeu probitatem cōtemplatione eorum fa
ciunt filijs multa bona. Sic deus recordatur ſanctorū
fundatorum et predeceſſorum noſtrorum. Exod. xxxij.
Recordare abraam yſaac et iacob. ¶ Itē ipſe recorda
tur noſtre ſpiritalis ſedulitatis quia ſcilicet homo al
teri facilius miſeretur: quando precum ſuarum inſtā
tiam recordatur. Unde Hieremi. xviij. Recordare qđ
ſteterim in conſpectu tuo. ¶ Item recordatur noſtre
corporalis fragilitatis Deus enim nobis facilius in-
dulget quando fragilitatem conditionis noſtre videt
Pſalm. Recordatus eſt quoniam puluis ſumus: ho-
mo ſicut fenum: dies eius tanq̄ flos agri ſic efflorebit
Et iterum. Recordatus eſt quia caro ſunt: ſpiritus va
dens et non rediens. ¶ Item ipſe recordatur noſtre
temporalis aduerſitatis. Deus enim illis libentius
compatitur: qui mundi tribulationibus affliguntur.
Pſalmiſ. Requirens ſanguinem eorum recordatus
eſt: non

Ayuntamiento de Madrid

eſt: nõ eſt oblitus clamoꝛe pauperũ. ¶ Itẽ recoꝛdatur noſtre criminalis iniquitatis quia ſcʒ ꝗuis modo crimina noſtra diſſimulat tñ recoꝛdatur ⁊ ea finaliter puniet. Oſee. viij. Nũc recoꝛdabit iniquitatũ eoꝛũ: ⁊ viſitabit peccata eoꝛũ. Iſta ſunt igitur illa que dominꝰ re-
B coꝛdatur. ¶ Secũdo dico ꝙ ſunt aliqua de quibus iuſtus recoꝛdari tenet. Et ſic nota ꝙ ad quẽlibet iuſtuʒ pertinet recoꝛdari multa. videlicet.

Flagicia que commiſimus.
Supplicia que meruimus.
Solacia que amiſimus
Iudicia que perpendimus.
Seueritatẽ quam euaſimus.
Maieſtatẽ quam offendimus.
Xpi paſſionẽ quã cauſauimꝰ.
Tribulationẽ quã habuimus
Beneficia que recepimus.

Igit recoꝛdemur flagicia ꝗ cõmiſimꝰ ezec. xvj. Recoꝛdaberis viarũ tuarũ ⁊ confunderis Et xx. ca. Recoꝛdamini viarũ veſtraruʒ exemplo petri. de quo dicit. Math. xxvj. Qñ recoꝛdatus verbi qđ dixerat illi Jeſus egreſſus foꝛas fleuit amare. ¶ Itẽ recoꝛdemur ſupplicia ꝗ meruimus. ſ. moꝛtẽ. iudiciuʒ ⁊ infernũ Cõtra quod dr Treno. j. Soꝛdes eius in pedibus eius. nec recoꝛdatꝰ eſt finis ſui. ¶ Item recoꝛdemur ſolacia que perdidimus. ſ. bona paradiſi ꝗ per peccatũ ꝑduntur ps. Super flumina babylonis illic ſedimus ⁊ fleuimus duʒ recoꝛdaremur tui ſyon ¶ Item recoꝛdemur iudicia ꝗ perpendimus. iſta enim ſunt ſumme recoꝛdanda. ſcʒ iudicia dei quomodo ſcilicʒ deus punit nocẽtes ⁊ ſeruat innocentes. De quo. Job. iiij. Recoꝛdare obſecro quis vnꝙ innocẽs perijt. Contra quod de malis iudicibus dicitur Dan. xiij. Qued auerterãt oculos ſuos ne recoꝛdarẽtur iudicioꝛũ iuſtoꝛũ. ¶ Iteʒ recoꝛdemur ſeruitutem quam euaſimꝰ quia ſcʒ homo qui euaſit a peccato ſemꝑ debet recoꝛdari ſeruitutẽ peccati. Deutero. xvj. Recoꝛdaberis quoniã ſeruꝰ fueris in egypto ¶ Item recoꝛdemur maieſtatẽ qua offendimus Eſa. xlvj. Redite p̄uaricatoꝛes ad coꝛ. recoꝛdamini prioris ſeculi. Et Eſa. lxiiij. In vijs tuis recoꝛdabunt nois tui. ¶ Itẽ recoꝛdemur xpi paſſionẽ quã cauſauimꝰ treno. iij. Recoꝛdare paupꝑtatis mee nec abſinthij ⁊ fellis ¶ Iteʒ recoꝛdemur tribulationẽ quã ꝑpter pctm̃ pertulimꝰ treñ. j. Recoꝛdata eſt hieruſalẽ dierũ afflictiõis ſue. Iteʒ recoꝛdemur bñficia que recepimus. Luc. xvj.
C Fili recoꝛdare quoniã recepiſti bona in vita tua. Iſta igitur ſunt illa ꝗ vir iuſtus recoꝛdari tenetur. ¶ Tertio dico qđ ſunt aliqua que vir vnicus recoꝛdari ꝓbatur. Et ſic nota quod peccatoꝛ recoꝛdatur

Deliciarum ad delectandum.
Iniuriarum ad vendicandum.
Nequiciarum ad complacendum

De delicijs dr Nũm. xj. Recoꝛdamur piſciũ quos comedebamus in egypto. De iniurijs etiã dicit. j. Macha. x. Recoꝛdati ſunt malicie magne quã fecerunt. De nequicijs etiam de quibus. ſ. ad cõplacẽdum mali recoꝛdantur. dicit. Ezechi. xx. Recoꝛdati eſtis iniquitatis vr̃e reuelaſtis p̄uaricatiões vr̃as ⁊ apparuerũt pctã veſtra. Sic ergo patʒ quõ aliqua recoꝛdatur deus. aliqua iuſtus. aliqua impius. Vide ſupra de Memoꝛia. de Conſideratione ⁊c.

A **Rectus. rectitudo.** Nota ꝙ rectitudo eſt quedã rerum dimẽſio per quã in equalitate ⁊ ꝓpoꝛtione debita ꝑſeuerant. ita ꝙ non plus ad vnã partẽ ꝙ̃ ad alterã ſe inclinant. In moꝛibus aũt rectitudo idẽ eſt qđ perfectio veritatis. ſanctitas et debita cõditio Rectũ ergo ideʒ eſt qđ debitũ et iuſtũ. Et ideo poſſumus dicere qđ rectitudo nihil aliud eſt ꝙ̃ moꝛũ iuſtitia ⁊ ſanctitudo. ⁊ ſic rectus dicitur quilibet hõ iuſtus. qui in nulla parte ſui eſt per hypocriſim: vel per fallaciã. vel per aliaʒ nequiciã toꝛtuoſus. Et non ineſt iſta rectitudo homini naturaliter niſi per accidens inclinetur. Sicut exẽplũ habemus de iſtis ardoꝛibus paruulis ſicut ſunt tribuli ſeu vepres. De intẽtione eni nature eſt ꝙ facit arboꝛem rectam. ⁊ ꝙ recte ipſam eleuet verſus celum ita etiã ꝙ in principio quãdo de terra naſcuntur recte ſunt et verſus celum tendunt. Sed pro certo tanta eſt in eis debilitas naturalis qđ ſtatim quando creuerũt ad terram inclinãtur ⁊ quanto plus ſenuerint. tanto amplius incuruantur ⁊ tanto magis a rectitudine deprauantur. Sic vere homo naturaliter creatur rectus ꝗtum ad aĩam qꝛ ſcʒ hõ a natura hʒ ſinderẽſim ſeu rectitudinem rõnis per quã cognoſcit naturaliter quid ſit iuſtum. ⁊ ꝑ quã naturaliter tendit ſurſuʒ ad deuʒ ꝑ deſideriumꝫ affectum. Quia ſicut dicitur prouerbio. xxvij. Coꝛ rectum exquirit ſapiẽtiam. Sʒ procul dubio conditio carnis ⁊ mentis noſtre ita eſt debilis ꝙ ſtatim ad terrã. i. ad terrenoꝛũ miſeriã inclinat. ⁊ ad mũdum ⁊ mundana quãto plus vixerit incuruatur. ⁊ ſic tota ipſius rectitudo in toꝛtuoſitatis vitiũ cõmutatur Et hoc eſt quod dicitur. Eccl's. vij. Hoc inueni ꝙ fecerit dominꝰ hominẽ rectũ ⁊ ipſe infinitis ſe immiſcuit queſtionibus. Quia igitur talis rectitudo naturalis de facili coꝛrũpitur per pctm̃ neceſſe eſt ꝙ homini inſit alia rectitudo que eſt moꝛalis ⁊ virtualis cuc ſcilicet ideʒ eſt quod iuſtitia que nõ ſinat hominẽ deflecti ad aliqua vitia vel peccata. De quo in perſona Job dicitur Job. j. Quod erat vir ille ſimplex et rectus et timens deum. Ubi aduerte qđ ſicut res recta ſiue ſit regula ſiue columna eſt vt communiter.

Firmioꝛ ad manendum.
Pulcrioꝛ ad videndum.
Planioꝛ ad tangendum.
Verioꝛ ed ſequendum.

Eſt infirmioꝛ per patiẽtie foꝛtitudinẽ. Erat inquit vir
Eſt pulcrioꝛ per apparẽtie gratitudinẽ. Ille inquit demõſtratiue loquit. Eſt planioꝛ per innocẽtie mititudinem. Simplex inquit. Eſt verioꝛ per exiſtẽtie certitudinem. Rectus inquit. ¶ Primo igitur dico ꝙ ille ꝗ B
ſimpliciter eſt rectus habet foꝛtitudinem patientie. quod oſtenditur cum dicitur. Erat vir. Iſtud enim verbum erat. ſignat ſterilem ſtabilitatem. ⁊ iſtud nomen vir ſignat virtualem foꝛtitudinem ⁊ firmitatem. Nã ſicut columna quãto magis eſt recta tanto magis eſt firma: ⁊ tanto ſub onere plus eſt ſolida atꝙ ſira. Sic homo quanto in moꝛibus eſt rectioꝛ: tanto ad ſuſtinẽdum onera tribulationum per patiẽtiam eſt foꝛtioꝛ ⁊ ad pſeuerãdum in bono ꝑ foꝛtitudinem eſt firmioꝛ. ij. Eſdre. ix. Cuʒ abſoluiſſet legem omnes recti ſteterũt. Iſte eñ videt ſimilis colũne cypreſſine que cũ eſt bñ recta vix aut nunꝙ flectitur ſub onere. Sic nec iuſtus Unde Seneca. Stat rectus ſub quolibet pondere nulla illuʒ res mouere facit. Vir inquit erat in terra hus nomine iob. Unde de ſtabilitate et perſeuerantia talium. dicitur Job. iiij. Recoꝛdare obſecro quis vnꝙ innocens perijt aut quando recti deleti ſunt. quaſi diceret tales qui ſunt recti ⁊ iuſti non faciliter pereũt per peccata. ⁊ ideo nõ merentur deleri per toꝛmenta. Iſti igitur habent foꝛtitudinem patientie. Erat inquit vir ¶ Secundo dico quod illi ſunt ſpiritualiter recti habent pulcritudinem apparentie. quod oſtenditur cuʒ dicitur Ille quod eſt pronomen demonſtratiuum. Res enim que ſunt notabiliter pulcre ſolent eſſe libẽtius demonſtrate. Et ideo cuʒ iſti demonſtrantur per iſtud pronomen ille bene videtur ſignificare quod iſti ſunt per honeſtam apparentiam demonſtrabiles atꝙ pulcri. Res enim que ſunt recte et alte. ſunt ad videndum vt communiter valde pulcre ſicut patet de illis arboꝛibus et columnis que quanto ſunt altioꝛes et rectioꝛes. tanto ſunt ad videndum pulcrioꝛes: delectabilioꝛes ⁊ mirabilioꝛes. Et maxime quia tales recte et alte arboꝛes ſunt vt communiter continue reuirentes. Sic vere illi qui ſunt recti in actu per iuſtitiaʒ ſunt vt cõmuniter delectabiles in aſpectu per honeſtã apparentiaʒ. ⁊ ideo de iſto ille id eſt de iſta demonſtrabili apparẽtia dicitur Sapieñ. x. Iuſtum deduxit dñs per vias rectas ⁊ oſtendit illi regnum dei. iſti ergo habent pulcritudinem apparentie. ¶ Tertio dico ꝙ iſti

Ayuntamiento de Madrid

qui ſpūaliter ſunt recti habent mititudinē innocētie. Simplex inquit. Res enim que ſunt bone ꝛ recte: ſunt vt communiter bene leues. ſuaues ꝛ plane qꝛ aſs ſi ha berent gibboſitates ꝛ aſperitates nō eſſent recte. Sic vere illi qui ſpiritualiter ſunt recti debēt eſſe innocen tes ſimplices atqꝫ plani non em̄ debēt habere aliquā concauitatē falſitatis. ſed ſimplicitatem ꝛ planiciem totius veritatis. Simplex inquit. i. ſine plica. qꝛ ſcilꝫ res q̄ ſunt ſine plica ꝛ ſine tortuoſitate ſunt recte. Sic illi qui ſunt innocētes ꝛ ſimplices ſunt ſine fraude. vn̄ prouerbio. ij. Qui enim recti ſunt habitabūt in terra ꝛ ſimplices permanebunt in ea. Ac ſi diceret. Idē ſunt recti ꝛ ſimplices. Habent igitur iſti aptitudinem in nocentie. ¶ Quarto dico ꝙ iſti qui ſpūaliter ſunt re cti habent certitudinem exiſtentie. qꝛ. ſ. tales nihil ha bent curuum: fictum ꝛ falſum. ſed totum quicquid eſt in eis ꝛ interius in intentione. ꝛ exterius in conuerſa tione totum eſt verum. ſolidum atqꝫ firmū. Et hoc no tatur in verbo. Rectus ꝛ timens deū Rectū em̄ ꝛ verū pro eodē ſupponunt. Et ideo ille proprie rectus dicit̄ qui ſine cuiuſcumqꝫ fictiōe verus. firmus ꝛ ſolidus inue nitur: vt ſic cuilibet tali poſſit dn̄s dicere illud qđ di ctum fuit dauid. ij. Regum. xxix. Rectus es tu ꝛ bonus in conſpectu meo Iſtam autē rectitudinē exiſtentie de bemus habere potiſſime religioſi ꝛ clerici qui ſumus exemplar ꝛ regula aliorū. Regula em̄ ſumme dꝫ eſſe recta. quia ſi eſſet falſa ꝛ curua. oīa regulata fierent ſi militer ita curua. Sic ꝛ nos qui ſumus exemplar et regula aliorū habemus neceſſario eſſe recti ꝛ virtuoſi qꝛ alias ſi eſſemus torti: curui ꝛ defectuoſi. oēs alij no ſtri imitatione fierent vitioſi. Rectus ergo ꝛ timens deum prouerb. xxi. Qui autē rectus eſt dirigit viam ſuā Sed proculdubio iſtud eſt aduertēdum ꝙ ad habēdū rectitudinē omnimode perfectionis multa recta ſunt neceſſaria. Debemus enim habere.

| | |
|---|---|
| Rectum cor intentionis. | Omnes em̄ rectitu |
| Rectos oculos diſcretiōis | dines iſtas dꝫ habe |
| Rectos pedes affectionis | re hō ad hoc ꝙ poſ |
| Rectos amplexꝰ dilectiōis. | ſit ſpūaliter eē rectꝰ |
| Rectas pēnas cōtēplationis. | Igit̄ habeat rectitu |
| Rectas manus opationis. | dinē in corde intētio |
| Rectas vias ꝯuerſationis. | nis qꝛ ſicut dr̄ in ps. |
| Recta verba p̄dicatiōis. | Lux orta eſt iuſto. ꝛ |
| Recta labia eruditionis | rectis corde leticia. |
| Rectā vocē iubilationis. | Et iterū. Quā bonꝰ |
| Rectos frenos moderatiōis. | iſrael deꝰ his qui re |

cto ſunt corde. Alibi ꝛ. Bn̄fac dn̄e bonis ꝛ rectis cor de. Rectitudo enim intētionis ꝛ cordis ſup oīa placet deo. ¶ Itē habeat rectitudinem in oculo diſcretionis Hieremi. xxvi. Facite mihi vt bonū eſt ꝛ rectū in ocu lis veſtris. Qđ eſt ꝯtra inuidos qui rectis oculis non poſſunt reſpicere alios. i. Regum. xviij. vbi dicit̄. Nō rectis ergo oculis aſpiciebat ſaul dauid. Qđ eſt ꝯtra fatuos qui etiā de ſuis proprijs actibus recte neſciunt iudicare. qꝛ ſicut dicit̄. prouerbi. xij. Uia ſtulti recta in oculis eius. ſed non ſic. ſed iuxta illud quod dr̄. puer. iiij. Oculi tui recta videant. ¶ Itē habeat rectitudinē in pede affectionis Ezech. i. Pedes eorū pedes recti ¶ Item rectos amplexus dilectionis. Canti. i. Recti diligunt te. ¶ Item rectas pennas contemplationis Ezech. i. Penne eorum recte alterius ad alterā. ¶ Itē rectas manus operationis. prouerbioꝝ. xx. Ex ſtudijs ſuis intelligitur puer ſi recta et munda ſunt opera eiꝰ Et. iij. Regum. xv. Fecit aſa rectum in conſpectu domi ni. ¶ Item rectas vias vite et conuerſationis. Unde Sapiētie. x. Iuſtum deduxit dominus per vias rectas Et Eccleſiaſtici. li. Ambulauit pes meus iter rectum. Quamuis de malis dicatur illud Prouerbiorum. ij. Quod ipſi relinquunt iter rectum ꝛ ambulant p vias tenebroſas. Quinimmo ſicut dicitur Prouerbiorum xxix. Abhominantur impij eos qui in recta ſunt via. Quia ſicut dicitur Prouerbio. xvi. Eſt via q̄ videt̄ ho mini recta ꝛ nouiſſima eius ducūt ad mortē. ¶ Itē ha beat recta verba predicationis prouerbio. viij. Ueritatem meditabitur guttur meuꝫ. aperientur labia mea vt recta predicent. ¶ Item habeat recta labia erudi tionis. prouerbiorū. viij. Recti ſunt omnes ſermones mei. ¶ Item rectam vocem iubilationis. ps. Rectos decet collaudatio. Laudabunt omnes recti corde: Iu ſtitie domini recte letificantes corda. rectis corde leti cia. ¶ Item habeant rectum frenum moderationis. Eccli. xxviij. Facito frenos ori tuo rectos. Et ſic habe bit ſpiritum rectum gratie ꝛ deuotionis. ps. Cor mun dum crea in me deus. ꝛ ſpiritū rectuꝫ innoua in viſce ribus meis. Et finaliter perueniet ad terram rectam eterne habitationis ps. Spiritus tuus bonus dedu cet me in terram rectam: letificabis in gaudio cū vul tu tuo. iſtis igitur modis efficitur homo rectus q̄uis multi ſunt ita peruerſi. quod nihil volunt cogitare: di cere aut facere recte ſimiles cancro qui nunq̄ vadit recte. Et ſimiles cani rabido qui vacillando et nunq̄ recte dicitur incedere: quia breuiter hodie ſunt pauci homines ita recti: quia ſicut dicitur Michee. vij. Pe rijt iuſtus de terra et rectus in hominibus non eſt. Et Amos. iij. Neſcierunt facere rectum. ꝛc. Non ſic ergo ſed ſit homo verus: rectus: realis: ꝛ non deuius vel ob liquus. Rectus inquit et timens deum Sic habebit. Exiſtētie certitudinem. Innocentie mititudinem. Ap parentie pulcritudinem. Permanentie fortitudinem Et ſic bene dicetur. Erat vir ille ſimplex et rectus ꝛ ti mens deum. Sufficit. vide. ſ. de iuſtitia.

## Reconciliatio.

Nota ꝙ recōciliatio idem eſt qđ de diſcordia ad pacē ꝛ ad cōcordiā reductio. et qꝛ. ſ. de pace ꝛ pacificatione plenarie eſt tractatum: modo ſupereſt aliquid dicen dum. Nota ergo ꝙ reconciliatio eſt ſcilicet Actus ca ritatis. Actus vnitatis. Actus benignitatis. Indulgē tie venie et pietatis. Et ideo eſt triplex reconciliatio videlicet Una quam.
Fecit deus carnem aſſumendo.
Facit homo corde penitendo.
Facit iuſtus mente remittendo.
Eſt igitur reconciliatio celeſtis numinis placatiua. Exiſta eſt illa per quam deus fuit mundo reconcilia tus quando filius extitit incarnatus. Iſta enim recon ciliatio facta eſt per patrimoniuꝫ filij dei: quando ſo rorem noſtram humanam creaturam per incarnatio nem accepit in vxorem. Chriſtus enim fuit ſicut ſaphi rus qui dicitur diſcordes reconciliare: quia ſcilicꝫ iſte deum ꝛ hominem reconciliauit ꝛ ad vnitatem fidei concordauit. Unde. ij. Corint. v. Omnia autem ex deo qui reconciliauit nos ſibi per chriſtum. Et ibidem. Deus erat in chriſto mundū reconcilians ſibi. ¶ Itē eſt reconciliatio dei et hominis vnitiua Et iſta ſit per penitentiam. quādo enim deus eſt inimicus ꝛ contra rius alicui propter peccatuꝫ: ſi vult reconciliari neceſ ſe eſt quod penitentia interueniat ſatiſfaciendo: cul pam cogitando et emendam agendo. ꝛ ſe in omnibus humiliando. Adamas enim et magnes dicuntur la pides reconciliationis. Quia ſicut dicit Dyaſcori des Per iſtos mulier repudiata redit in gratiam viri ſui. Sic penitentia animam peccatricem chriſto viro ſuo reconciliat. ipſoſqꝫ ſimul pacificat et concordat. iu dicum. xix. Secutuſqꝫ eſt eam vir ſuus volens recon ciliari. Potiſſime autem iſta reconciliatio fit quan do mater ipſius dei pro peccatoribus intercedit Ora tio enim beate virginis et ſanctorum: et etiam oratio propria multum facit. Unde. ij. Machabeorum. i. Ex audiat dominus orationes veſtras ꝛ reconcilietur vo bis nec vos deſerat in tempore malo. ¶ Item eſt re conciliatio fraterni turbinis lenitiua. et iſta eſt illa qua hō tenetur reconciliari fratri ſuo ſibi diſcordi et offenſo. Charitas enim non debet pati ꝙ nos qui fra tres ſumꝰ in xp̄o p rixaꝫ aut p odiū diuidamur q̄nimmo neceſſe ē ꝙ ſtatim inuicē ꝯcordemur. Exēplo gruū que quandoqꝫ inter ſe dicuntur fortiter pugnare: ſed ſtatim

Ayuntamiento de Madrid

ſtatim finita pugna inuicem reconciliare non obmit-
tunt ꝓpter hoc inuicē volitare ⁊ cōiterū pariꝰ habitare
Sic ⁊ nos ſi alter alteri aliquotiēs iraſcimur neceſſe
eſt ꝙ inuicē recōciliemur ⁊ ꝙ omi odio ⁊ rācore dimiſ
ſo. ⁊ in habitatione ⁊ in volatu .i. in oratiōe ſimul ite-
rum copulemur. Et de hoc Math. v. Si frater tuꝰ hꝫ
aliqd aduerſum te: vade prius recōciliari fratri tuo ⁊
ſic offeres munus tuū. roma. v. Reconciliati ſalui eri
mus ab ira. Deꝰ eīm qui caritas eſt. nō haberet munꝰ
gratū ſi ſibi ab odioſis ⁊ iracundis offerret. Et iō vult
vt aſi omnia recōciliemur ⁊ vt per caritatē inuicē con
cordemur. ij. Mach. xij. Reconciliatus obtulit ſacri
ficium. patꝫ ergo ꝙ eſt recōciliatio fraterna. Interna.
Eterna ⁊c. Uide. s. de Pace Pacificare. Concordia.
Caritate. Amore. ⁊ ſimilibus. ⁊c.

**recumbere.** Uide vbi accumbere ſeu Accu
bare. Et vbi diſcumbere.

a **Redarguere. reprehendere.**
ſeu reprobare. Nota ꝙ multiplex redarguere inueni
tur videlicet. Redarguere quod facit

Animus.
Optimus.
Peſſimus

Primo dico qđ eſt vnū redarguere
qđ facit animus qđ eſt euitandū. Et
iſtud pcerto nihil aliud eſt ꝙ remor
ſus cōſcientie. q: ſcꝫ conſcia ſtatim vt hō malū aliquod
facit ipm redarguit ⁊ remordet. Eſt eīm ſicut verticu-
lum ſupra campanile. qđ ſtatim ⁊ ſubito vento ꝯtra-
rio ſe opponit. Unde Sap. xvij. Frequēter eīm p̄occu-
pant peſſima redarguēte eos ꝯſcientia. Boni aūt ⁊ iu
ſti hmōi redargutionē vitant: q: ſcꝫ a reprehēſibilibus
rebus cauent. ⁊ ſicut impij corda ſua non moleſtāt. ſi-
cut Job de ſeipſo dicebat Job. xxvij. Juſtificationē quā
cepi tenere non deſeram: neqꝫ enim reprehendit me cor
meuꝫ in tota vita mea. Et Judith. viij. dr. Omnia que
locuta es vera ſunt. ⁊ non eſt in ſermonibus tuis vlla
reprehenſio. Sic eſt tamē ꝙ certe talis ꝯſcientie repre
henſio tunc eſt vtilis qñ ex tali redargutione emēda-
tio ſequit. ⁊ quandoquis per pniam mordēte ꝯſciētia
reformat. ſicut Job de ſeipſo dicebat Job. xlij. Ipe me
reprehendo ⁊ ago penitētiam in fauilla et cinere. Et
bene dicit Ago pniam quia ſcilicꝫ ex tali cordis redar
gutione non debet ſequi obſtinatio vel deſperatio. ſed
potius ſpes venie ⁊ pnia ſeu conuerſio. ſicut bñ videt
innuere ſcriptura ſcilicꝫ. i. Job. iij. vbi dicit ſic. Si rep
hēdit nos cor noſtrū: maior eſt deus corde noſtro. q. d.
maior eſt deꝰ vt indulgeat ꝙ debeat eſſe cordis deſpe-
ratio. vt remordeat. Iſta eſt igitur redargutio quā fa-
cit animus. ¶ Scđo dico ꝙ eſt redargutio quā facit
optimus. hoc eſt dictu bonꝰ pdicator ſeu platus q. ſ.
malos redarguit ⁊ caſtigat. Iuxta illud. Jude. Redar
guere omnes impios. Ut ⁊ de malis operibꝰ dicat illud
Eph. v. Nolite cōicare operibus infructuoſis tenebrarū
magis aūt redarguite. Et certe non ſolū mali ⁊ mala
redargui debent immo etiam ipſi boni ſi ipſos contin
gat male agere ſicut paulus legitur reprehendiſſe pe
trum pro eo ꝙ gentes iudaizare cogebat. ſicut ſcilicet
ipſe dicit Gal. ij. Reſtiti inquit petro in faciē quia re
prehenſibilis erat. Iſta eſt igitur redargutio quam fa
cit optimus. ¶ Tertio dico ꝙ inuenitur redargutio
quam facit peſſimus. Inuidi enim ⁊ detractores nihil
inueniunt ita bene factuꝫ quin iugiter reprehendant.
Boni autem econuerſo. q: ſcꝫ boni redarguunt ſe et
non alios. alij vero nō ſe ſed alios. Unde de viro iuſto
dr in ps. Factus ſum ſicut hō nō audiens ⁊ non habēs
in ore ſuo redargutiones. Sufficit Uide de arguere et
corrigere ⁊ ſimilibus.

a **Reddere.** Nota ꝙ reddere pſupponit pmiſ-
ſionē. receptionē. vel aliqualem ob-
ligationem. Et quia homo obligatur et tenetur. Deo
Proximo ſibi ⁊ prelato. Quia etiam deus tenetur ho
mini ſicut creator creature. factor facture. genitor ge-
niture Hinc eſt quod Aliqua reddit deus. Aliqua red
dit homo. Et aliqua ſunt reddenda deo. Et aliqua ho
mini. ¶ Primo quidē dicamus de deo ſicut enim di
cit Eccli. v. Altiſſimꝰ eſt patientiſſimus redditor. Pa
tientiſſimus enim dicitur. q: ſcꝫ non ſtatim reddit ꝓ-
miſſa ſua ſiue bona ſiue mala. quinimmo cōmuniter
conſueuit differre vſqꝫ ad tēpus. ſed finaliter optime
reddit homini quicquid debet Ipſe eſt ſicut grus que
ſubito non mouetur a terra. immo in principio anteqꝫ
volare incipiat dicitur facere nouem paſſus. Poſtqꝫ
vero incepit cito volat. Sic deus non ſtatim proſilit
ad volatū ſuorū actuū exequēdū vel ad reddēdū pmia
iuſtis. vel ſupplicia iniuſtis. Multos eīm paſſus ſolꝫ trā
ſire diſſimulās pctā hoīm vt emēdētur ⁊ merita iuſto
rum vt meliꝰ pbētur. Sꝫ pro certo qñ ipſe incipit red
dere ipſe nō ſolꝫ p modico deſiſtere: imo ſolꝫ actū ſuū
exercere celeriter ⁊ cōplere ⁊ vnicuiqꝫ reſtituere ⁊ red
dere quod meretur ps. Tibi domine miſericordia. q:
tu reddis vnicuiqꝫ ſm opera ſua. Ipſe eſt eīm ſicut ter
ra que ſi bene colitur reddit homini fructus bonos.
Si vero non bene colitur. reddit ei ſpinas ⁊ tribulos
⁊ alios fructus malos. Quia pro certo deus reddit ge
neraliter bona bonis ⁊ etiā vt cōiter mala malis. Apo
ca. xxij. Ecce venio cito ⁊ merces mea mecum eſt red-
dere vnicuiqꝫ ſm opera ſua. Diſpenſator enim qui eſt
ſuper opera ſua non reddit mercedē operarijs omni
ſero immo expectat vſqꝫ in finem ſeptimane. ⁊ tūc red
dit omnibus ſalarium quod promiſit. Sic deus fineꝫ
ſeptimane huius vite expectat: vbi poſt mortē reddet
omnibus quod debebit puerbi. xxiiij. Seruatorē ani
me tue nihil fallit. Reddetqꝫ homini iuxta opera ſua
Notemus igitur qđ deus Reddet.

Gratiam penitētibus.
Copiam indigētibus.
Gloriā triumphantibus.
Eloquētiā pdicantibus.
Brauium militātibus.
Premiū laborātibus
Gaudiū lamētantibus.
Salariū miſerātibus.
Suppliciū delinquētibꝰ.

Dicamꝰ igitur ꝙ deꝰ
penitētibꝰ reddit gra
tiam. Eccli. iij. Dñs p
ſpector eſt qui reddet
gratiā. iij. Re. ij. Filijs
berzellay reddes gras
¶ Itē indigētibꝰ red-
dit copiā. Joel. ij. Red
daꝫ vobis annos quos
comedit locuſta. ¶ Itē triumphantibus reddit gliaꝫ
zach. ix. Hodie quoqꝫ annūcians duplicia reddā tibi.
Per duplicia enim intelligit gloria paradiſi propter
duplicem ſtolam anime ſcilicet et corporis. ¶ Item
predicantibus reddit facundiaꝫ. vnde Soph. iij. Tūc
reddam populis labium electum. ¶ Item dico quod
deus militantibus reddit brauium. vnde. ij. Thimo.
iiij. Curſum conſummaui. fidem ſeruaui. bonum cer-
tamen certaui. ideo repoſita eſt mihi corona iuſtitie
quam reddet mihi dominus iuſtus iudex. Item labo
rantibus reddit premium. Unde Sapiētie. x. Reddet
deus mercedem laborum ſuorum ⁊ deducet eos in via
mirabili. ¶ Item lamentantibus reddit gaudium.
pſalm. Redde mihi leticiam ſalutaris tui et ſpiritu
principali confirma me. ¶ Item miſerantibus red-
dit ſalarium: quia ſcilicet deus valde remunerat
homines miſericordes. Unde dauid poſtqꝫ peper-
ciſſet ſauli dictum ſibi fuit. i. Regum. xxiiij. Reddat
tibi dominus viciſſitudinem. Unde Prouerbiorum.
xxv. Si eſurierit inimicus tuus ciba illum et dominꝰ
reddet tibi. ¶ Item delinquentibus reddit ſuppliciū
quia ſcilicet ipſe eſt qui reddit retributionem ſuper-
bis. pſalm. Ipſe eſt qui impijs et peccatoribus reddit
vindictam Eccleſiaſtici. xij. Ipſe eſt qui reddit vltio-
nem hoſtibus ſuis. et his qui oderunt eum retribuet.
Et ſic patet quod eſt quedam redditio ſuperior et di-
uina. ¶ Secundo vero dico quod eſt quedam reddi- B
tio inferior et humana. Et iſta eſt illa qua homo tene
tur reddere vnicuiqꝫ quod ſuuꝫ eſt. Omnia enim que
ſunt libenter reddunt illud ad quod naturaliter obli
gantur. Sicut patet de ſtellis que libenter reddunt
illuminationem. De terra que libenter reddit fructu
um productionem. Quia breuiter omnes creature ſi-
ne difficultate conſueuerunt reddere illum debitum

Ayuntamiento de Madrid

famulatum ad quē ipſas natura voluit obligare. ⁊ q̄ꝛ
hō grecis ⁊ barbaris ſapiētibꝰ ⁊ inſipiētibus debitoꝛ
eſt neceſſe eſt ꝙ vniciuiqꝫ reddat qđ dꝫ. vꝫ. deo. ꝓximo.
p̄lato. ſubdito. ſibiipſi. Juxta illud Math. xxij. Red
dite q̄ ſunt ceſaris ceſari ⁊ q̄ ſunt dei deo. Ubi aduerte
ꝙ in iſta redditiōe tria ſunt breuiter attēdēda videlicꝫ
Uolūtatis promptitudo.
Equitatis rectitudo.
Dignitatis celſitudo.
Primū facit autoritas legis. Reddite Scđm facit ne
ceſſitas gregis. q̄ ſunt inq̄t ceſaris ceſari. Tertium ꝓ
bat ſublimitas regis. que ſunt inquit dei deo. Jſte eñ
ſunt tres cauſe ꝓpter quas dꝫ hō reddere illud qđ dꝫ
vicꝫ. Propter timorem legis mandatorum. Reddite.
Propter amorē gregis proximorum q̄ ſunt ceſaris ce
ſari. Propter honorē regis ſup̄norum. q̄ ſunt dei deo.
¶ Jgitur dico ꝙ ad reddēdum debita nos excitat au
toritas mandatorum dei vel legis Et hoc oſtēditur cū
dicitur. Reddite. quod ē imperatiui modi ſignificās
qđ ex legis imperio ⁊ mandato ad reddēdum debita
obligamur. Juxta illud Romañ. xiij. Reddite oībus
debita. cui tributum tributū: cui vectigal vectigal. cui
timorē timorē. cui honorē honorē. ⁊ Math. xviij. Red
de quod debes. Quicquid eñ a deo vel a proximo rece
pimus neceſſe eſt ꝙ vno modo vel alio reddamꝰ. Exē
plo maris quod aquas fluminū ⁊ fontium recipit: ip
ſaſqꝫ iterum fontibus ⁊ fluminibus reſtituit atqꝫ red
dit. Sic ⁊ nos bona que a deo recipimus reddere de-
bemus per gratiarūactionē ps. Uouete ⁊ reddite dño
deo veſtro. Jlla vero q̄ recepimus a proximo debemꝰ
ſibi reddere p recompēſationem. Hierem. l. Reddite
illi ſm opus ſuum. Aduerte tamē quod quidam ſunt
ſimiles ſanguiſuge q̄ ſanguinē bene bibit ⁊ recipit: ip
ſum tamē non niſi per violētiam reddit. Sic ſunt mul
ti qui ſemꝑ volūt recipere ⁊ nihil reddere Hiere. xxij.
Mercedē eius non reddet ei. Nō ſic ergo ſꝫ reddamꝰ
q̄ꝛ ad hoc excitat autoritas mandatorum dei legis.

C ¶ Jtē reddamus debita quia ad hoc nos inuitat ne-
ceſſitas ꝓximoꝛꝫ gregis. Que ſunt inquit ceſaris ce
ſari ideſt q̄ ſunt hominis homini. Ac ſi dicat, Reddi-
te proximis veſtris illa q̄ tenemini eis reddere. Uñ no
ta qđ nos debemus reddere ſcilicꝫ.
Parentibꝰ pietatem
Maioribus humilitatem.
Uxoribus charitatem
Seruitoribus vtilitatem.
Conquerētibus equalitatem.
Delinquētibus ſeueritatē.
Arguētibus veritatem.
Jgitur reddamꝰ noſtris parētibꝰ pietatē. Exēplo qua
rumdam auium que parētes ſuo ſenio cōfectos fouēt
⁊ nutriunt. ſicut in iuuentute ab eis fuerant enutrite.
Et vocantur iſte aues ciconie. ⁊ tales ſunt aues illius
nature ſicut dicit Plinius. Dantes nobis exēplū. vt
parētibus vicē reddamus ⁊ quod eos neceſſitatis tē
pore nutriamus primo Thimo. v. Mutuam vicē red
de parētibus. ¶ Jtem reddamus noſtris maioribus
humilitatem: quia ſcilicꝫ ad ipſos ꝑtinet dicere nobis
illud. Luc. xvj. Redde rationē villicationis tue. Tene
mur enim eis humiliter reddere rationē de regimine
vite noſtre. Jtem reddamus charitatē noſtris vxoribꝰ
vicꝫ vxoribus naturalibus ſi ſumus laici: vel ſpiritua
libus ſcilicꝫ eccleſijs ⁊ beneficijs ſi ſumus clerici. Un-
de. j. Corinth. vij. Uir vxori debitum reddat. ¶ Jtē red
damus vtilitatē noſtris ſeruitoribꝰ. Math. xx. Uoca
operarios ⁊ redde illis mercedem. ¶ Jtem reddamꝰ
equalitatem de nobis conquerētibus Luc. xix. Si ali
quem defraudaui reddo quadruplum. ¶ Jtē reddamus
ſeueritatem malis delinquētibus. vnde Heſter.
ix. Percuſſerunt iudei inimicos reddētes eis quod ſi
bi parauerant facere. ¶ Jtem reddamus veritatē ar-
guentibus Actuū. iiij. Uirtute magna reddebant apo
ſtoli teſtimonium reſurrectionis Jeſu chriſti ⁊c. Sic

igitur patet quod homo debet reddere que ſunt ceſa-
ris ceſari ideſt reddere cuilibꝫ quod ſm diuerſam con
ditionem ipſius ſibi debet. Unde Marci. xij. Reddi-
te que ſunt ceſaris ceſari. Patꝫ quod ad reddendum
debita nos inuitat neceſſitas proximorum gregis.

¶ Tertio dico quod ad hoc nos iuitat ſublimitas ſu D
pernorū regis. que ſunt inquit dei deo quia ſcilicꝫ ho
nor et excellentia tāti principis nos debꝫ inducere ad
ſibi reddendum illa que debemus eidem pſalm̄. Red
de altiſſimo vota tua. Nota ergo quod ſibi reddende
ſunt. Uota ⁊ promiſſiones. Preces ⁊ orationes. Lau-
des ⁊ gratiarumactiōes. De promiſſionibus dicitur
Eccleſiaſtici. v. Si quid voueris deo non moreris red
dere. De orationibus dicitur. Oſee. xiiij. Reddemus
vitulos labiorum noſtrorum. De gratiarumactioni-
bus autem dicitur. Eccli. xxxv. Bono animo gloriam
redde deo. Et in pſal. Tibi reddetur votum in hieru-
ſalē. Sic igitur patet quomodo reddēdū eſt. Aliquid
ſup̄norum regi. Aliquid proximorum gregi. Aliquid
mandatorū legi. Et iſta eſt redditio inferior ⁊ huma
na. Jſta igitur de reddere ſufficiāt. Uide ſupra de Re-
cipere ⁊ de Reſtituere. A

## Redigere. redactus.

Cū redigere idē ſit quod aliquid
in aliud conuertere vel mutare. Poſſumus dicere qđ
in ſcriptura reperitur Redigere quo
Uita terminatur.
Corpus caſtigatur.
Uirtus eneruatur
Libertas ligatur.
Fortuna mutatur.

Eſt igiť q̄dam redactio ter-
minatiua. Et iſta eſt illa qua
caro nr̄a finaliter redigitur
in cinerē ⁊ in mortē. vñ Job.
xvj. Jn nihilum redacti ſunt
oēs artus mei ⁊ Job. xvij. Caligauit ad indignationē
oculus meus: ⁊ membra mea quaſi ad nihilū redacta
ſunt. ¶ Jtē eſt redactio carnis ſubiugatiua Et iſta eſt
illa qua iuſtus corpus ſuum in ſeruitutē redigit ⁊ qua
etiam mentē ⁊ intellectum in fidei obediētiam ſuppo
nit. De corpore enim quō p ſpiritū viri iuſti in ſerui-
tutem redigitur. Patꝫ. j. Corin. ix. vbi dicitur Caſtigo
corpus meū ⁊ in ſeruitutē redigo: ne forte cum alijs ꝑ
dicauerim ipſe reprobꝰ efficiar. De intellectu ꝟo quō
in fidei obediētiam captiuatur. Patꝫ. ij. Corint. x. vbi
apoſtolus dicit ſic. Jn captiuitatē redigētes omnē in
tellectum in obſequium xp̄i. ¶ Jtē eſt redactio virtu-
tis deſtructiua. et iſta eſt illa quādo per pctā boni mo
res ⁊ conditiones ad nihilum rediguntur. ⁊ in malos
⁊ ſuꝑfluos cōuertuntur ⁊ qua etiam mēs humana in
ſeruitutē carnis ſeu dyaboli redigitur ⁊ frenatur. Si
cut dauid de ſeipſo dicebat in ps. Et ego ad nihilum
redactus ſum ⁊ neſciui. Ut ſic peccatoribus dicatur il
lud. Job. xiij. Memoria noſtra comparabitur cineri:
⁊ redigētur in lutum ceruices noſtre. Cuius tamē con
trarium dicebat apoſtolus de ſeipſo. j. Corin. vj. vbi. ſ.
dicebat ſic. Omnia mihi licent ſed ego ſub nullius re
digar poteſtate. ¶ Jtē eſt redactio pauperū grauati
ua. Et iſta eſt illa qua iuſtos impij ⁊ tyranni ſub ſue ty
rannidis redigunt poteſtate. Sicut ſcilicꝫ de Circe le-
gitur in Ouidio libro. xiiij. Fabula. xv. ꝙ hoſpites ab
ea recollectos in porcorum effigiē cōuertebat. ⁊ in ſer
uitutem propriam redigebat Quia ſcilicꝫ tyranni ho
ſpites ſuos. ideſt illos qui in ſuis territorijs hoſpitan
tur ⁊ manent. ſolēt in ſeruitutem ſuam redigere. ⁊ a li
bertatis effigie tranſmutare. Unde Sap. xix. Alij qui
dem ignotos non recipiebant aduenas. Alij autē bo-
nos hoſpites in ſeruitutem recipiebant: vt ⁊ ſic de bo
nis talibus iniurias ſuſtinētibus dicatur illud. ij. Co
rinth. xj. Suſtinetis inquit ſi quis vos in ſeruitutē re-
digit. ſi quis deuorat: ſi quis accipit: ſi quis in faciem
vos cedit. ¶ Jtē eſt redactio fortune mutatiua. ⁊ iſta
certe eſt illa qua mundi diuites ⁊ peccatores. qui ſcilꝫ
modo magni ⁊ excelſi quo ad mundanam gloriam re
putantur finaliter in nihilum rediguntur ps. Domi-
ne in ciuitate tua imaginē ipſorum ad nihilum redi-
ges. Et. ij. Eſdre. j. Omnia honorifica eius ad nihilū
redegerūt

Ayuntamiento de Madrid

redigerunt. vt r' ſic breuiter de redactione fortune eoꝝ in nihilum que fit per tribulationem. ⁊ etiam de redactione anime eorum in nihilum que fit per gratie ⁊ glie amiſſionem et finalem damnationem dicat dominus Ezech. xxvi. Porro cum dedero gloriam tuam in terra viuentium: in nihilum redigam te ⁊ non eris. ps. Ad nihilum rediges valde iſrael: Iſtam autem redactionem in nihilum que ſcilicet per culpam ⁊ penã efficitur ſum me timebat hieremias dicens Hierem. x. Scio inquit domine. quia non eſt hominis via eius. nec vt ambulet ⁊ dirigat greſſus ſuos. Corripe me domine verumtamẽ in iudicio ⁊ non in furore tuo: ne forte ad nihilum redigas me. Et ſic igitur patꝫ quomodo diuerſi diuerſimode in aliud rediguntur. Si vis latius cum exemplis et figuris. Uide vbi Conuertere. vel Mutare.

a **Redimere.** Nota ꝙ redemptio proprie habet locum in ſeruitute. in captiuitate in vẽditate. vel hereditate. Et ideo quia mũdus fuit ſeruituti peccati ſubiugatus. ad captiuitatem inferni dãnatus. et hereditate paradiſi priuatus. chriſtus nobis iſta tria reſtituit ⁊ redemit. quando pro iſtis obligationibus deo patri in crucis ſupplicio pro ſuo populo ſatiſfecit Eſa. lxiij. In dilectione enĩ ſua redemit nos. Et generaliter ⁊ ſpiritualiter loquendo per redemptionẽ intelligitur illa ſalus ⁊ liberatio. quam chriſtus natus ⁊ mortuus ſuis fidelibus procurauit. Et ita redemptio idem eſt. ꝙ ſalus vel ſaluatio. ¶ De iſta ergo aliquid eſt dicendum. Et dicamus. ꝙ ſicut hereditas vendita. per proximum poteſt redimi. ſicut habemus ex legibus ciuilibus ⁊ diuinis. ⁊ hoc introductuꝫ eſt: ne hereditates extra genꝰ illorum quorum ſunt deuoluantur. Et ſi caſu vendite fuerint vel diſtracte. vt per redemptionem ad genus ⁊ ad ſanguinem reuertantur. Sic vere chariſſimi cũ primogenitus frater noſter adã vendiderit poſteritatem ſuam. ⁊ noſtram ſcilicet hereditatem gratie ⁊ glorie. ipſamqꝫ dyabolo obligauerit pro vno miſerabili morſu pomi voluit dei filius per carnis aſſumptionẽ fieri frater noſter. vt haberet ius hereditatem redimendi ⁊ nobis reſtituendi ⁊ reddẽdi Leuit. xxv. Si attenuatus frater tuus vendiderit hereditatem ſuam propinquus eius poterit eam redimere. Deus enim pater miſit filium ſuum ſicut theſaurum precioſum repoſitum in ſacco humanitatis vteri virginalis. ad redimendum captiuos ſuos quos dyabolus ſubiugauerat ſeruituti ſue. quia ſicut dicitur in ps. Redemptionem miſit dominus populo ſuo mandauit ineternum teſtamentuꝫ ſuum. Quia ſcilicet iſte eſt qui venit dare animam ſuaꝫ redemptionem pro multis. ſicut dicitur Matthei. xx. Tantũ eſt enĩ preciũ ſalutis humane. ꝙ nulla res corporalis poterat ſufficere ad redẽptionẽ. ideo oportuit ꝙ pro iſta redemptione daret dei filius vitam ſuam. Quia ſicut dicitur. j. Thimo. ij. Ipſe dedit redemptionẽ ſemetipſum pro nobis. ¶ Et nota ꝙ ſicut ille qui redimit aliquẽ a captiuitate facit ſibi generaliter tria bona. quia ſcilicet ipſi ab hoſtibus liberantur. Ipſi qui erant ſerui liberi efficiuntur. Ipſis etiam patria ⁊ hereditas reſtituuntur. Sic vere chriſtus nos redimendo. Hoſtium tulit poteſtatem. Gratie dedit libertatem. Glorie reſtituit hereditatem. Quantum ad primum. ipſe nos redemit a demonũ iuriſdictione. Ps. Quos redemit de manu inimici de manu peccatoris liberauit eos. Quantuꝫ ad ſcḋm ipſe nos redemit de criminuꝫ obligatione. ps. Ex vſuris ⁊ iniquitate redimet animas eorum. Quantum ad tertium. ipſe nos redemit de inferni inflammatione. quia ſicut dicitur in ps. Ipſe eſt qui redimit de interitu vitam tuam. qui coronat te in miſericordia ⁊ miſerationibus. In prima redemptione confringitur hoſtium ditio. Quia iſte eſt qui redemit nos de manu tribulantis. pſal. In ſecunda redemptione aboletur vilis conditio ſcilicet ſeruitus peccati. ps. ⁊ ipſe redimet iſrael ex omnibus iniquitatibus eius. In tertia vero redemptione aperitur patrie regio: vel conceditur celi poſſeſſio. De qua Luce. xxj. Appropinquat redemptio veſtra. Quia ſicut dicitur de chriſto Hebreoꝝ. ix. Ipſe per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta eterna redẽptione inuenta. Et de iſta etiam dicitur Roma. viij. Expectantes redemptionẽ corporis noſtri. Iſta eſt igitur triplex redemptio de qua dominus nos redemit Sicut enim dicitur in libro Odorici de mirabilibus orientis. Eſt in India quedam regio vbi homines vadunt nudi faciem caninam habentes. qui ſi hominem in bello capiunt. ſi non ſit qui eum redimat ipſum comedunt. Si vero aliquis redemptor fuerit ipſum liberum dimittũt Sic vere chariſſimi in regione inferni ſeu mundi ſunt demones. qui ſunt nudi ſpiritualiter virtutibus. vel naturaliter ſine corporibus vel temporaliter ſine rebus mundialibus. ⁊ ſcḋm hoc dicit Grego. Nudi ergo cum nudo luctemur. Iſti igitur faciem habent caninaꝫ. propter crudeleꝫ inſatiabilitatem. Et ideo homines quos in bello tentationum poſſunt capere per peccatum. ſolent in inferno comedere ⁊ vorare: preter illos quos chriſtus ex ſua miſericordia voluerit redimere ⁊ ſaluare. ps. Dominus enim redemptor meus et adiutor meus. ⁊ in ipſo ſperauit cor meum ⁊ adiutus ſum. In iſto ergo redemptore noſtro debemus gaudere ⁊ ei de redemptione per eum nobis data gratias agere ⁊ eum collaudare. Iuxta illud. ps. Dicant nunc qui redempti ſunt a domino quos redemit de manu inimici. de regionibus cõgregauit eos. Iſta ergo de Redemptione ſufficiant. Uide ſupra de Liberare. Et infra. de Saluare. ⁊ ſimilibus titulis. ⁊c.

**Reducere.** Nota ꝙ reducere idem eſt ꝙ iteruꝫ vel retro aliquid ducere. Et pertinet reductio ad illos qui ſunt extra locum propriũ vel extra ſtatum. Et ſic dico ꝙ reducere pertinet ſcilicet. b

| | |
|---|---|
| Ad victores. | Per victorem de captiuitate |
| Ad paſtores. | |
| Ad rectores. | Per paſtorem de deuietate: |
| Ad predicatores. | |

Per rectorem ab iniquitate. Per ſpeculatorem ſeu predicatorem a fatuitate. Deus enim eſt victor qui reducit captiuos virtualiter eruendo. Prelatus eſt paſtor qui reducit deuios exemplariter precedendo. Iudex eſt rector qui reducit iniquos corporaliter puniendo. Predicans vero eſt ſpeculator qui reducit fatuos terribiliter clamando.

Quidã ergo reducuntur per deum victoreꝫ virtualiter.
Quidam reducunt̃ per bonũ paſtorem exemplariter.
Quidam reducuntur per iuſtuꝫ rectorem manualiter.
Quidam vero reducunt̃ per verum doctorẽ affabiliter.

¶ Primo igitur dico. ꝙ eſt reductio virtualis que completur per deum victoreꝫ. Sicut enim rex potens de aduerſario ſuo triumphãs captiuos ſuos quos alius primo acceperat ſolet de captiuitate liberare. ⁊ ad propria reducere ⁊ ſaluare. Sic vere deus qui de dyabolo triumphauit in cruce. captiuos ſanctos patres de inferno liberauit ⁊ ad patriam quam perdiderant reduxit ⁊ ſuperius ad gloriam ſecum duxit ⁊ traxit. Ipſe enim ſicut dicitur. j. Regũ. ij. Mortificat et viuificat. deducit ad inferos ⁊ reducit. Deus enim mortificauit et ad inferos humanum genus deduxit. quando ipſum propter peccatum ade morti corporis pene ⁊ eterne et anime condemnauit. Ipſum vero tunc viuificauit ⁊ reduxit. quãdo per mortem ſuam ipſum eripuit ⁊ ſaluauit Numeri. xxxv. Liberabitur innocens ⁊ reducetur per ſententiaꝫ in vrbem. id eſt in paradiſum. Quotidie etiam illos qui in carcere obſtinationis a dyabolo tenentur captiui. ſolet dominus ad ſalutem reducere et eos miſericorditer liberare Deutero. xxx. Reducet te dominus deus tuus de captiuitate tua. Ipſos enĩ reducit quandoqꝫ per cõſolationes. quandoqꝫ per inſpirationes. quandoqꝫ per tribulationes. Per cõſolationes enĩ reducitur per proſpera blandiendo Iudicũ. xix. Secutus eſt eaꝫ. id eſt animam peccatricem vir ſuus volens blandiri ⁊ ſecum reducere. Per tribulationes etiam reducit per aſpera deterrẽdo Ruth. j. Egreſſa ſum plena. ſed vacuã me redu



Ayuntamiento de Madrid

ꝑit omnipotens. Per inſpirationes vero reducit mirabiliter conuertendo. ſicut fecit paulum quia ſcilicet ſm̄ occulta ſua iudicia ſepe dimittit hominẽ ire in adinuẽtionibus ſuis ſm̄ praua deſideria cordis ſui. vt poſt euꝫ mirabiliter reducat. Unde Eſa. lvij. Uias eius vidi ⁊ dimiſi eum. ⁊ reduxi eum. Et ſic de iſta reductione ⁊ conuerſatione quam multipliciter facit deus ipſemet dicit zacha. x. Reducam eos de terra egypti. Ut ſic homo ſic reductus dicat ſibi illud. ps. De abyſſis terre iterum reduxiſti me. Iſta eſt ergo reductio ſpiritualis que com-
B pletur per deum victorem. ¶ Secundo dico. ꝙ eſt reductio exemplaris que completur per iuſtum paſtorem. Quis ſcilicet ſicut paſtor ouium precedit gregeꝫ. ita ꝙ oues eum ſequuntur. ⁊ ſic a campis ⁊ paſcuis ad domicilium reducuntur. Sicut etiã oues errantes. qñqꝫ vocando. quandoqꝫ verberando. quandoqꝫ etiam precedẽdo ⁊ viam oſtendendo ad ſemitam rectam reducit. Sic prelatus precedendo per bona exempla clamando per bona monita vel feriendo per aſpera facta. debꝫ deuios ſubditos ad viam rectitudinis reducere. et eos vſqꝫ ad domicilium. ideſt eccleſie vel religiõis gratie etiam vel eterne ſaluationis domiciliũ anteire. ij. Reg. xv. Reduc tecum fratres tuos. Elephas enĩ dicitur hominem errantem ad viam reducere. ⁊ in via ſe ponens dicitur cũ precedere ⁊ viam oſtendere. Sic vere bonus prelatus in via iuſtitie exemplum dando ſe ponit. ⁊ ſic ſubditos errantes ad veritatem reducit. Unde prelatus dicit illud Ezech. xxxiiij. Qđ perierat requiram. qđ abiectum fuerat reducaꝫ. qđ confractum fuerat alligabo. ⁊ quod infirmum fuerat conſolidabo. ⁊ qđ pingue eſt ⁊ forte cuſtodiam. Iſta eſt ergo reductio exemplaris que completur per bonuꝫ paſtorem. ¶ Tertio dico. ꝙ eſt reductio manualis que completur per iuſtum rectorem. Et iſta eſt illa quam faciunt mundi iudices ⁊ rectores. qui violenter ⁊ per timorem penarum reducunt homines a deuio vitiorum. ſimiles alchimiſtis. qui vi metalla puluerizata ⁊ calcinata non reducũt in corpus niſi per ignis violentiam. cum adiunctione rerum liquabiliuꝫ admixtarum. Baculus etiam tortus ad rectitudinem non reducitur niſi primo in igne ponatur. ⁊ niſi per violentiam ad partem oppoſitam conuertatur. Sic vere neceſſe eſt. ꝙ mali ⁊ impij per rigorem iuſtitie reducantur ad bonuꝫ quia alias ſemper vacarent ad malum ꝙuis iſti ſunt. quandoqꝫ aſina balaam. De qua dicitur Nũeri. xxij. ꝙ cum balaam verberaret eam volens ad ſemitã reducere. ipſa increpabat euꝫ reprehendendo dicens Cur me cedis ecce iam tercio ⁊c. quia ſcilicet tales in patientia non recipiunt huiuſmodi caſtigationes. ſed potius cum murmure ⁊ querela propter hoc tamen non debet iuſtus iudex ceſſare. ſed proteruum populum ad rectitudinem iuſtitie reducere. Exemplo bubulci qui ſtimulo boues reducit. dicens Eſaie. xxxvij. Ego reducam te in viam per quam veniſti. Iſta eſt ergo reductio manualis que completur per iuſtos rectores. ¶ Quarto dico. ꝙ eſt reductio verbalis. que exercetur per predicatores. Doctores enĩ ⁊ predicatores clamando. docendo. monendo. arguendo reducunt homines ad saluteꝫ Unde ipſis dicitur illud Gene. xxix. Date potum ouibus. et ſic ad paſtum eas reducite. Et ſic igitur patet. quomodo eſt quadruplex reductio. Sed vide ſupra de Conuerſione. Et infra de Reuerti.

## Redundare.
Uide vbi abundare.

## Reedificare.
Uide vbi Edificare.

## A. Referre. Reportare.
Nota ꝙ Referre idem eſt ꝙ iterum ferre ſeu iterato portare aut reportare. Et ſic dico ꝙ nos inuenimꝰ multiplex referre. Et ſic certe dico ꝙ a diuerſis diuerſimode Referuntur

Fructus ⁊ opera.
Merces ⁊ munera.
Uerborum federa.
Grates non aſpera.

¶ Primo igitur dico ꝙ referuntur fructus ⁊ opera. quia ſicut arbor recipit humorem ⁊ ager ſemen. ⁊ tandem fructuꝫ reſtituunt ⁊ referunt prout poſſunt. Sic homines ſemen ⁊ humorem gratie ⁊ boni propoſiti recipiunt. et tandem fructum bonorũ operum reportant ⁊ referunt Ut ſic dicant tales fructifici relatores illud Geñ. xliij. Inuenimus pecuniam in ore ſaccorum. quam nunc eodem pondere reportamus. Pecunia eniꝫ iſta eſt diuina gratia. que ſcilicet in ore ſacci conſcientie recipitur. ſed tandem per multiplicationem bonorum operum eodẽ pondere. ideſt proportione debita reportatur. Unde ibidem dicit Jacob filijs ſuis pecuniam duplicem ferte vobiſcum ⁊ illam quam inueniſtis in ſacculis reportare. Cuius tamen contrarium faciunt multi. qui ſcilicꝫ bonos fructus non referunt. immo nullos vel ſaltem inutiles ſeu paucos. Nullos dico. quia ſcilꝫ multi ſunt qui ſicut bone arbores in fide ⁊ eccleſia plantantur. ⁊ ſeminantur. qui tamen per peccata corrupti ⁊ bonis fructibus impediuntur. Sicut de ſemine iacto inter ſpinas dicit dominus Luce. viij. Et hi ſunt qui audiunt ⁊ a ſollicitudinibus ⁊ diuitijs ⁊ voluptatibus vite euntes ſuffocantur. ⁊ non referunt fructum. Paucos etiaꝫ. quia ſcilicet multi ſunt qui paucos bonorũ operꝫ fructus reportant. ſicut Hiere. xiiij. dicitur. ꝙ ſcꝫ iuerunt ad hauriendum aquam ⁊ non inuenerunt. portauerunt vaſa B
ſua vacua. Patꝫ ergo ꝙ referũtur fructus ⁊ opera. ¶ Secundo dico. ꝙ referuntur munera. Ille enĩ referre debitum munus dicitur a quo merces iuxta qđ meruit reportatur. Homo enim qui alicui domino ſeruiuit hoc ſolum debet ab eo reportare. qđ apud eum noſcitur meruiſſe. Ideo bene dicitur. ij. Cor. v. ꝙ omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal xpi. vt recipiat vnuſquiſqꝫ propria corporis prout geſſit ſiue bonum ſiue malũ. Ut ſic de bonis dicatur illud Heb. x. Patientia inquit vobis neceſſaria eſt vt facientes voluntatem dei reportetis promiſſionem. ¶ Tertio dico. ꝙ referuntur verborꝫ pondera. quia reuera illi qui vba dei referũt. ſicut ſunt predicatores ⁊ qui aliena verba reportant ⁊ dicũt. ſicut ſunt nuncij vel relatores debent verba ſua debite ponderare. ⁊ id qđ iuſtum ⁊ verꝫ eſt reportare. iij. Reg. ix. Reuerſi nuncij retulerunt omnia. Et Judic. vij. In moduꝫ referebat qđ viderat. Qđ tamẽ eſt cõtra multos relatores verborꝫ. qui ſcꝫ nõ charitate ſed adulatione moti ſolent que ⁊ plus ꝙ̃ audierũt referre. Sed de talibus relatoribus et relationibus ſeu reportationibus bonis vel malis tranſeo. qꝛ multa dicta ſunt vbi. Dicere vel Narrare. ⁊ vbi Uerbũ ſeu ſermo ⁊ ſimilia. Et vbi Detractio. Inuidia ſeu murmur. ¶ Quarto aũt dico: ꝙ referunt grates nõ aſpera. qꝛ ſcꝫ gratias benefactoribꝰ noſtris debemus referre ⁊ ipſos de ſua munificentia cõmendare. vñ Mac. xij. Chorus ſcõs gratias referentiũ ibat ex aduerſo. Uide. s̄. ſatis de gratiarũactiõe. Et ſupra de Narrare. ⁊ ſimilibus. quia leuiter tranſeo de Referre.

## Reficere. refectio.
A Nota ꝙ reficere quandoqꝫ ſumitur pro reparare. ſicut cum dicitur Matth. iiij. ꝙ chriſtus vidit duos fratres reficientes rethia ſua. Quandoqꝫ vero et communiter ſumitur pro ſatiare ſeu recreare. Et ſic igitur dico ꝙ in ſcriptura reperitur

Refectio ſpiritalis. qua reficitur homo ſerenus.
Refectio fraternalis. qua reficitur languens egenus.
Refectio ſupnalis. qua reficit homo pclarus. ſ. beatꝰ.
Refectio mundialis. qua reficitur ardens auarus.

¶ Primo igitur dicam ꝙ eſt dare refectionem hominis ſereni. hoc eſt dictu refectionem hominis ſpiritualis ⁊ iuſti. Nonne paterfamilias conſueuit ſeruos ſuos poſt laborem ad refectionem vocare. Et auicula etiam pullis ſuis refectionem afferre. ⁊ procurare. Sic deus deuotos ſuos reficit. ⁊ quandoqꝫ per gratiam. quandoqꝫ per euchariſtiam. et quandoqꝫ per diuine ſcripture ſcientiam eos paſcit. Unde ipſe dicit Matth. xj. Uenite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati eſtis et ego reficiam vos. Juſtus enĩ a deo ſpiritualiter reficitur. ipſe

etiam

etiam econuerſo delectat ſpiritaliter ⁊ reficit ipſum deū
ſicut ipſe deus noſter innuit Mar. xiiij. vbi ait. Ubi eſt
refectio mea vbi cum diſcipulis meis manducē: Et etiā
homo iuſtus reficit ⁊ recreat alterum ſicut ſcꝫ paulus
dicebat philemoni. Itaqꝫ frater ego te fruar in domino
refice viſcera mea in chriſto. Iſta eſt igitur refectio ani-
mi ſereni. ¶ Secundo dico. ꝙ eſt dare refectionē pau-
peris egeni. Et iſta eſt illa qua pij ⁊ elemoſynarij nutri-
unt ⁊ reficiunt indigentes Judith. vj. Uocatis omnib⁹
expleto ieiunio refecerunt. Et Actuū. xxviij. dicit Pau
lus. ꝙ poſt exitum maris incole regionis accenſa pira
reficiebant eos. Et certe talis refectio faciēda eſt. quia
ſcilicet ipſe deus reputat ſibi factā. ſicut ipſe dicit Eſa.
xxviij. Hec eſt requies mea: reficite laſſum ⁊ hoc meū
eſt refrigerium. Eſt igitur dare refectionem pauperis
egeni. ¶ Tertio vero dico. ꝙ eſt dare refectionem homi
nis ſuperni. Et iſta certe eſt illa qua beati in patria per
fruitionem beatificam reficiuntur. ⁊ qua ibi perpetuo
delectantur. Pſalmi. Dominus regit me ⁊ nihil mihi
deerit: in loco paſcue ibi me collocauit. Super aquam
refectionis educauit me. ¶ Quarto autē dico. ꝙ eſt da
re refectionem diuitis externi. illā ſcilicet qua diuites
in hoc mundo replentur. ⁊ qua facultatibus ⁊ volupta
tibus ſatiātur. Contra quos dicit Eccleſiaſtes. x. Bea-
ta terra cuius rex nobilis. ⁊ cuius principes veſcuntur
tempore ſuo ad reficiendum ⁊ non ad luxuriā. Tranſeo
quia ſatis dictū eſt vbi. Satietas ⁊c.

A **Refrigerium. Refrigerare.** Nota ꝙ
refrigerare eſt de calore ad frigiditatē tranſire. Et ideo
ſcdm ꝙ inuenitur multiplex eſtuatio. ſic inuenitur mul
tiplex refrigeratio. Et ſic nota ꝙ eſt dare. Refrigerium
quod fit in
Pectore interiori.
Uictore exteriori.
Sub arbore ſuperiori.
Iecore deteriori.
Feruore poſteriori.
¶ Juſtus refrigeratur ab ardore temptationis. Pau-
per refrigeratur a furore vexationis. Beatus refrigera-
tur a feruore mutationis. Peccator refrigeratur a ſu-
dore ſolationis. Damnatus refrigeratur a ſudore con-
ſolationis. ¶ Primo igitur inuenitur refrigerium qđ
interior facit deuotio. Sicut enim videmus. ꝙ feruor cō
tinue febris hominem occideret. niſi refrigerium inter-
ueniret. qđ feruorem huiuſmodi terminaret. Sic vere
ardor temptationum animam per conſenſum occide-
ret. niſi ipſam gratie ⁊ deuotionis refrigerium tempe-
raret. Ideo iuſti dicere videntur domino illud pſal. Trā
ſiuimus per ignem ⁊ aquam et eduxiſti nos in refrige-
rium. ¶ Aduerte autem ꝙ ſicut medicus pro refrigerā
do ardorem infirmitatis plura exhibere ſolet antido-
ta. Sic vere ſi ardorem temptationis refrigerare volu-
mus plura temperatiua adhibere debemus. Adhibea
tur igitur.
Contritionis gemitus.
Confeſſionis vomitus.
Subiectionis aditus.
Turbationis fremitus.
Deuotionis ſpiritus.
¶ Refrigerat igitur mentem gemitus ⁊ fletus contri-
tionis ſeu compunctionis. Aqua enim frigida ſumme
ſolet refrigerare. Sic aqua ſeu profluuium lachrymar
Et de hoc Hieremie. xviij. Nunquid de petra agri defi-
ciet nix lybani aut auelli poſſunt erumpentes aque fri
gide ⁊ defluentes quaſi dicat non. immo tales aque fri
gide ſemper debent in petra agri. i. in firma conſcientia
reperiri. ¶ Item refrigerat mentem vomitus ⁊ iactus
confeſſionis. Homo enim quandoqꝫ refrigeratur ⁊ ſa-
natur per vomitum. Sic peccator per confeſſionis ia-
ctum. Unde Eccleſiaſtici. xxxj. Surge de medio et vo-
me ⁊ refrigerabit te. et non adijcies corpori tuo infirmi
tatem. ¶ Item refrigerat mentē aditus ⁊ motus ſubie-
ctionis. Motus enim in rebus ſubtilibus ſolet refrige
rare. patet in aere ⁊ in vento. Sic vere motus obedientie
⁊ diligentie mentem ab ardore temptationis ſolet refri
gerare. Unde Eccleſiaſtici. iij. Qui obedit patri: refrige
rabit matrem. ideſt conſcientiam ſeu mentem. ¶ Item
refrigerat animum fremitus ⁊ metus turbationis ſcili
cet diuini timoris. Unde ipſi menti humane poteſt di-
ci illud Hierem. xlvij. Uſqꝫ quo concideris o mucro do
mini? Uſqꝫ quo nō quieſces ingredere in vaginam tuā
refrigerare ⁊ ſile. ¶ Item refrigerat mentem ſpiritus ⁊
virtus deuotionis. Ros enim ⁊ etiam aure flatus ſolēt
refrigerare. Sic vere deuotionis ros ⁊ inſpirationis fla
tus refrigerant mentem eſtuantem ⁊ motā. Unde Ec
cleſiaſtici. xviij. Nonne ardorem refrigerabit ros. quia
ſcilicet ſicut dicitur Eccleſiaſtici. xliij. Ros obuians ab
ardore venienti humilem efficiet eum. Unde etiam da-
uid talem refrigeratiuum ſpiritum appetebat dicens.
Remitte mihi vt refrigerer priuſqꝫ abeam ⁊ amplius
non ero. Et breuiter iuſtus debꝫ eſſe frigidus ⁊ non fer
uidus. quia ſcilicet ad temperandū ſe ⁊ alios debꝫ eſſe
refrigeratus et maturus exemplo cerebri quod cum ſit
frigide nature. cordi quod eſt nature feruentis pro tan
to fuit oppoſitum vt refrigeraret ⁊ temperaret ſuo fri-
gore cordis eſtum. Quia reuera frigidi ⁊ temperati viri
feruorem ⁊ rigorem diuine iuſtitie ⁊ etiam alienum ri-
gorem temperant. ipſum quoqꝫ refrigerant atqꝫ ſedāt
dicentes. ſcilicet illud predictum Hieremie. xlvij. Uſqꝫ
quo concideris o mucro domini ⁊c. In omni enim com
munitate deceret habere tales. qui ſcilicet deū per ora
tionem. rigoroſos ſocios per diſcretam monitionem ſci
ant et valeant temperare. et debito refrigerio moderari
Sicut enim dictum eſt ſupra Eccleſiaſtici. xviij. Ardo-
rem refrigerabit ros. Sic igitur patet. ꝙ inuenitur re-
frigeriū qđ interior facit deuotio. ¶ Secundo dico. ꝙ B
inuenitur refrigerium qđ exterior facit compaſſio. Et
iſtud eſt refrigeriū miſericordie. quo ſcilicet pauperes
⁊ egeni a viris miſericordibus refrigerantur per opera
pietatis. ⁊ a mundi tribulationibus ⁊ miſerijs recrean-
tur. Quando enim fatigatus ⁊ eſtuans inuenit arborē
folijs ⁊ fructibus plenam. magnam complacentiam ⁊
refrigeriū ſumit ibi. Sic certe pauper ⁊ tribulatus quā
do inuenit hominem miſericordem. qui ſcilicet ipſum
ſub vmbra hoſpitij ſui recolligit. et fructibus elemoſy-
narum ſuarum eum paſcit ⁊ nutrit. maximū refrigeriū
ibi ſumit. Unde apſtus de ſeipſo dicebat. ij. Thimo. j. Dat
miſericordiam dominus oneſiphori domui. quia ſepe
me refrigerauit. Unde dominus de tali refrigerio dicit
Eſa. xxviij. Refice laſſum et ecce hoc meum refrigeriū
Iſtud eſt ergo refrigerium quod exterior facit compaſ-
ſio. ¶ Tertio dico. ꝙ inuenitur refrigeriū. qđ ſuperior
facit ſaluatio ſeu habitatio ſeu manſio. Et iſtud eſt cer
te refrigerium glorie paradiſi. In altis enim montibus
inuenitur gratius refrigeriū qꝫ in vallibus. Unde pro
habendo aere frigidiore ⁊ puriore ſolent diuites loca ar
dua frequētare in regionibus feruentibus. Sic vere in
altis montibus paradiſi inuenitur ⁊ eſt locus refrige-
rij ⁊ quietis. ⁊ non in vallibus huius mundi Sapien.
iiij. Juſt⁹ ſi preoccupatus fuerit morte in refrigerio erit
Et ideo monet ſcriptura Hiere. vj. dicens ſic. Interro-
gate de ſemitis antiquis que ſit via bona et ambulate
in ea. ⁊ inuenietis refrigeriū animabus veſtris. ¶ Quar C
to dico. ꝙ inuenitur refrigerium quod inferior facit de
fectio. ſeu etiam qđ deterior facit affectio. Et iſtud eſt
illud quo per indeuotionem a feruore charitatis ⁊ de-
uotionis peccator refrigeratur. ⁊ in diuerſis vitijs con
gelatur Math. xxiiij. Quoniam abundabit iniquitas
refrigeſcet. charitas multorum. Unde de infrigidatio-
ne talium dicitur zacha. xiiij. In illa die non erit lux. ſed
frigus ⁊ gelu. Quinto vero dico. ꝙ inuenitur refrige-
rium quod poſterior facit damnatio. Pena enim infer
ni frigori comparatur pro eo ꝙ ibi morte tam tempora
li qꝫ eterna virtus totaliter eneruatur. ⁊ omnis prece-
dens fortuna penitus adnullatur Deut. xxviij. Percu



Ayuntamiento de Madrid

tiet te dominus febre ⁊ frigore. Ut de damnatis ⁊ demonibus dicatur illud Job. xxiiij. Nudos dimittunt homines veſtimenta tollentes. quibus non eſt operimentum in frigore. Demones enim dimittunt damnatos nudos ab omni ſcilicet veſtimento ſpei gratie ⁊ fortune ⁊ ipſos frigore damnationis eterne grauant. Beati vero huiuſmodi refrigerium non timent. ſed celeſti ⁊ conſolabili refrigerio gaudent Prouerbiorum. xxxi. Non timebit domui ſue a frigoribus niuis. omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Iſta ergo de Refrigeratio ſufficiant tam in bono ꝙ in malo. Vide ſupra vbi frigus ſeu frigiditas. ⁊c.

A **Refugium.** Nota breuiter ꝙ quia ille qui nõ eſt ſatis potens hoſtibus obuiare. ſolet ad alterius refugium recurrere ⁊ adire hinc eſt ꝙ cum nos ſatis fortes ⁊ potentes non ſimus vt noſtris hoſtibus ſpiritualibus obuiemus. neceſſe eſt vt ad tuta ⁊ ſecura refugia recurramus. Igitur nota ꝙ nos inuenimus Refugium

Tutum ⁊ ſecurum.
Bonum atque purum.
Vanum ⁊ obſcurum.

¶ Primo dico refugium tutum et ſecurum eſt deus. Ad iſtum enim debemus refugere. ⁊ ſue protectioni et cuſtodie nos committere. ⁊ noſtra a facie inimici. exemplo ſcilicet piſcium qui a facie leuiathan refugiunt ad caudam ceti. vt ab eo defendantur. qui ſcilicet pugnat pro ſeipſis viriliter contra ipſum. ſicut dicit Iorath. Sic vere nos leuiathan dyaboli pugnam atque inſidias metuentes. debemus ad chriſtum per orationem refugere ⁊ eius protectioni ⁊ cuſtodie nos committere. qui ſcilicet nouit ſuos defendere ⁊ ſaluare. Dicat igitur quilibet illud pſal. Deus noſter refugium ⁊ virtus: adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos. Et certe dico ꝙ iſte eſt refugium ſcilicet

Pauperibus ne fame pereant.
Debilibus ne hoſti pareant.
Vagantibus ne domo careant.
Sperantibus vt tuti floreant.

¶ Eſt dico deus refugium ne fame pereant pauperibus pſal. Factus eſt dominus refugium pauperi. adiutor in oportunitatibus. ¶ Item eſt refugium ne hoſti pareant debilibus qui ſcilicet ſe defendere non poſſunt pſal. Petra refugium herinacijs. ¶ Item eſt refugium ne domo careant vagantibus pſal. Eſto mihi in deum protectorem ⁊ in domum refugij vt ſaluum me facias. ¶ Item iſte eſt refugium vt tuti floreant ſperantibus pſal. Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me. Deus eſt igitur refugium tutum ⁊ ſecurum.

B ¶ Secundo dico. ꝙ inuenitur refugium ſanum atque purum. Et iſtud certe nihil aliud eſt ꝙ religionis atque penitentie ſecuritas ſeu etiam bonorum ſeu iuſtorum ſocietas. Homo enim qui fortes ⁊ impios habet hoſtes ſolet refugere ad loca ſeu ad caſtra fortia atque tuta. ſeu etiam ad conſortia ſolida atque firma. Unde etiam de cõchili marino dicit Solinus. Qui videns piſcatorum inſidias ad ſcopulos refugit vel ad canum marinorum auxilium fugiens ipſorum conſortio ſeu refugio ſe committit. Sic vere debet homo qui hic inſidias tot hoſtiũ experitur ad aſperos ſcopulos ⁊ ad caſtrum religionis vel penitentie debet refugere. ⁊ canibus marinis. id eſt bonis paſtoribus ſeu alijs iuſtis hominibus lupos. id eſt demones impugnantibus ſe committere. ſeque eorum orationibus commendare. vt ſic poſſit horum confugio tutus eſſe. Unde illud predictum. Petra refugium herinacijs. Petra inquit id eſt penitentie duricia. Ut et ſic cuilibet taliter refugienti. dicatur illud pſalmus. Altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Iſtud eſt igitur refugium ſanum atque purum. ¶ Tertio dico ꝙ inuenitur refugium vanum ⁊ obſcurum illud ſcilicet quo mali recurrunt ad auxilia ſeu refugia mundanorum. Quod potiſſime eſt contra illos. qui refugiunt in neceſſitatibus ad ſortilegia ⁊ ad artes. ⁊ ad demonum refugia que non valent. ij. Mach. xij. Eos qui ab igne refugi erant gladius peremit. Et hec de refugio ſufficiant. quia pauce ſunt autoritates. Vide ſupra vbi fugere.

**Refulgere.** Vide ſupra vbi fulgor ſeu fulgere.

**Regalis.** Vide de rege. ⁊ vbi regius.

**Regere.** Nota ꝙ regere pertinet ad rectorem. Et inde dicitur rectitudo eo ꝙ ad rectorem pertinet ꝙ ſit rectus. Dicamus ergo primo de rege ⁊ rectore. ⁊ poſtea de rectitudine. ⁊ de recto. ⁊ ſucceſſiue de rege ⁊ regina ⁊ regno. Notemus igitur ꝙ regere eſt Actus A

Sapientie.
Diligentie.
Eminentie.

¶ Ille enim qui vult lex alios bene regere. debet habere ſapientiam ⁊ ſubtilitatem. j. Paralip. xxj. Det tibi dominus ſapientiam ⁊ ſenſum vt regere poſſis iſrael. Quia ſcilicet iſti qui alios regunt. ⁊ regi ⁊ regere per ſapientiam debent. Unde Prouerbiorum. xiij. Qui autẽ omnia agunt cum conſilio. reguntur ſapiẽtia. ¶ Item debet habere diligentiam et ſeculitatem. pſalmus. Qui regis iſrael intende. ¶ Item debet habere eminentiam ⁊ autoritatem. pſalmus. Reges eos in virga ferrea. Iſta enim tria pertinent ad rectorem. quia ſcilicet ſicut ille qui ducit alios non debet eſſe cecus. ſed clare videns. non debet eſſe dormiens. ſed ad viam attendens. non debet eſſe impotens. ſed gradu ⁊ autoritate alios precedẽs Sic vere ille qui ſe ⁊ alios vult bene regere ⁊ docere debet clare videre per diſcretionem. debet bene attendere per diligentie meditationem. debet etiam alijs preeminere per prelationem ⁊ iuriſditionem. Ut ſic de quolibet dicatur illud Apocali. vij. Agnus qui eſt in medio throni reget eos. Prelatus enim vel doctor dicitur agnus ab agnoſcendo. propter ſapientiam dicitur eſſe in medio regendi propter diligentiam. dicitur eſſe in throno propter eminentiam. ¶ Dicamus igitur hic ꝙ ſecundum verba iſtius autoritatis propter illa que dicta ſunt. Rector debet habere tres ſpirituales virtutes. Unde nota ꝙ ipſe debet habere. Clementiam ⁊ mititudinem. quia debet eſſe agnus: Iuſtitiam et rectitudinem. quia debet eſſe in medio. Potentiam ⁊ celſitudinem. quia debet eſſe in throno.

Primum probat nomen pietatis.
Sed ſecundũ locus equitatis.
Sed tertium ſtatus dignitatis.

¶ Dico ergo primo. ꝙ rector debet habere mititudinem ⁊ clementiam. quia debet eſſe agnus. Exemplo rectoris apum. qui aculeo dicitur carere. Iuxta illud Eccleſiaſtici. xxxij. Rectorem te poſuerunt noli extolli. eſto in illis. ſicut vnus ex ipſis. Valde enim commendatur clementia in rectore. ſicut dicit Seneca in libro de clementia ad Neronem. Quia ſcilicet rector debet eſſe agnus dulcis ⁊ humilis ⁊ benignus Apocalip. xiiij. Vide ſupra montem ſyon agnum ſtantem. Non auſterus impius aut crudelis. Pietas enim in ſuos: gladius eſt in hoſtes. ⁊ ideo pius debet eſſe vt ſecundum doctrinam apoſtoli. j. Thimo. v. diſcat prius domum ſuam regere ⁊ mutuam vicem reddere percuntibus. Habeat ergo mititudinem et clementiam. Iuxta illud Eſa. xlix. Miſerator eorum reget eos. ¶ Secundo dico. ꝙ rector debet habere rectitudinem et iuſtitiam. que notatur cum dicitur. In medio. Medium enim iuſtitiam ſignat. ſicut ſupra de medio viſum eſt. Quia ſcilicet rector debet eſſe in medio per equitatem non in angulo per perſonarum aut munerum acceptionem ⁊ partialitatem. Ut ſic ſit ille de quo dicatur illud Geñ. j. Fiat firmamentũ in medio aquarum. Firmus enim ⁊ firmamentum debet eſſe rector. vt non niſi ſecundũ iuſtitiam moueatur. Ut de eo dicatur illud Eccleſiaſtici. xlix. Natus eſt homo princeps fratrum firmamentum gentis. rector fratrum. ſtabilimentum populi. Et Eccleſiaſtici. x. In medio fratrum illorum rector in honore. ¶ Tertio dico. ꝙ rector debet habere celſitudinem ⁊ potentiam. Throni inquit. Quia ſcilicet

Ayuntamiento de Madrid

ſcilicet ad rectorem pertinet ꝙ habeat autoritatem vt
honoretur. et potentiam vt timeatur. Exemplo recto-
ris apũ qui duplo dicitur alijs eſſe maior. Aſs eñ nun-
ꝙ poſſet bene regere niſi haberet potentiam qua rebel-
les poſſet per violentiam gubernare. Exemplo celi qḋ
planetas inferiores regit ⁊ mouet ipſoſqȝ malo velle ſuo
contra naturam ſui proprij curſus ſecum per ſuam po-
tentiam ducit ⁊ tenet. Quia ſcilicet rector debet eſſe po-
tens in iuriſditione. dignitate ⁊ virtute vt ſubditos re-
belles poſſit per violentiaȝ gubernare. et proteruos qui
nolunt obedire poſſit violenter regere et ad ſequendum
curſum ⁊ ordinem iuſtitie contra appetitum proprium
coercere. pſal. Reges eos in virga ferrea. ⁊ tanꝙ vas fi-
guli confringes eos. Throni inquit. Quia ſcilicet thro
nus ſignat iudiciariam poteſtatem. De qua in. ps. Se
diſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam. Quia ſicut
dicitur Apocalip. iiij. De throno procedebãt fulgura ⁊
voces ⁊ tonitrua. Et ſic igitur dico. ꝙ ad rectorem per-
tinet habere Potentiam et Autoritatem. Juſtitiam et.
Equalitatem. Clementiam ⁊ Benignitatem. Sufficit
A Uide infra de Rege. ⁊ ſupra de iudice ⁊c.

## Rex. Reges. Regnare.

Nota ꝙ rex eſt nomen digni-
tatis officij et poteſtatis. Et dicitur rex ille qui regnat
dominando. et regit etiam gubernando. Et poſſumus
diſtinguere ꝙ in ſcriptura inuenitur Rex

Eternalis.
Spiritalis.
Temporalis.
Jnfernalis.

Rex eternalis eſt ſuperior. ſcilicet deus. De quo
Eſa. xxxiij. Dominus rex noſter. legifer noſter. dominꝰ
iudex noſter. Rex ſpiritalis eſt Rex interior. Et iſte eſt
quilibet homo iuſtus qui bene ⁊ debite ſe regit. De quo
j. Petri. ij. Uos eſtis genus electum. regale ſacerdotiuȝ
gens ſancta. ps. Domine in virtute tua, letabitur rex.
Rex temporalis eſt rex exterior. vt ſic per regem intelli-
gnatur omnes mundi principes ⁊ prelati ſiue boni ſiue
mali. De quibus Luce. xxj. Reges gentium dominan-
tur eorum. Rex infernalis eſt rex inferior. Et de iſto di-
citur Job. xlj. Jpſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie.
Et Apocal. ix. dicitur. Qḋ ipſi habebant regem ſuper ſe
angelum abyſſi. Jgitur chariſſimi ceteris omiſſis dica
mus aliquid ſcilicet. De rege
Glorioſo et admirabili.
Uirtuoſo et laudabili.
Uitioſo et damnabili.

B ¶ Primo ergo dicamus. ꝙ eſt quidam rex admirabi-
lis ⁊ glorioſus. Et iſte eſt deus qui eſt rex regum et do-
minus dominantiuȝ Apocalip. j. ⁊. xix. Quia ſicut dici
tur in Pſalmi. Jſte eſt deus magnus ⁊ rex magnus ſu-
per omnes deos. Sicut enim quelibet commu itas ho
minum. vnum prelatum iudicem vel rectorem habet. ſi
cut Eccleſiaſtici. xvij. dicitur. Jn vnamquamqȝ genteȝ
conſtituit rectorem. Sic neceſſe eſt ꝙ ſit vnus rex reguȝ
qui preſidet omnibus alijs regibus. ⁊ omnibus etiam
creaturis. vt ſic non ſit proceſſus in infinitum. Quia ſi
cut dicitur Eccleſiaſtes. v. Excelſo excelſior alius eſt. et
inſuper vniuerſe terre rex imperat ſeruiẽti. Non eſt eñ
dare aliquid quin habet ſuperioreȝ preter deum. qui eſt
dominus ſuper omnes. Omnes enim numeri ad vnita
tem reſoluuntur. ibi autẽ eſt ſtatus nec vlterius eſt pro
ceſſus. Sic omnes mundi dignitates ad vnitatem diui
ne potentie terminantur. Ultra iſtam eniȝ non eſt pro-
cedere. nec vltra altum regem dare. ſummum enim ⁊ vl
timum gradum tenet. Jſte enim vnus eſt ⁊ modum vni
tatis tenet. a qua omnes numeri oriuntur. ⁊ ad quam
etiam reſoluuntur quia iſte vnus eſt omniuȝ principiũ
atqȝ finis Eccleſiaſtici. j. Unus eſt altiſſimus creator.
omnium. omnipotens rex potens ⁊ metuendus nimis
Et ideo breuiter de iſto rege vnico poſſumus exponere
illud Ezechielis. xxxvij. Rex vnus erit omnibus impe-
rans. Ubi aduerte. ꝙ iſte rex habet quinqȝ conditio-
nes boni regis. Quilibet enim rex debet eſſe ſcilicet Sa
piens Liberalis. Fortis. Communis. Seuerus Sapiẽs
ad gubernandum. Rex inquit Liberalis ad premian-
dum. Unus inquit. quia vnitas ſe communicat alijs
numeris. Fortis ad defendenduȝ. Erit inquit. qḋ eſt ver
bum ſubſtantiuum. Communis ad iudicandum. Om
nibus inquit. Seuerus ad caſtigandum. Jmperans in
quit. qḋ ſcilicet eſt verbum correctiuum. Sic vere dico.
ꝙ deus habet. Sapientiam prudentiſſimam. quia rex.
Clementiam diffuſiſſimã. quia vnus. Potentiam ſta-
biliſſimam. quia erit. Prouidentiam communiſſimaȝ
quia omnibus. Juſtitiam ſeueriſſimaȝ. quia imperans
Ad iſtos eniȝ quinqȝ actus pertinet quicquid in mun-
di regimine deus facit. Omnia enim que ipſe facit aut
ſunt actus ſue ſapientie. aut ſue clementie. aut ſue po-
tentie. aut ſue prouidẽtie. aut ſue iuſtitie. ¶ Dicamus C
ergo ꝙ deus eſt rex ſapiens ⁊ prudentiſſimus. qḋ oſten-
ditur in nomine rex. qui dicitur a regendo. quia ſcilicet
regere ⁊ ſe ⁊ alios eſt actus hominis ſapientis. Juxta il-
lud. Si bene regna regis dignus es nomine regis. Jſte
autem regit et ordinat vniuerſa. Et ideo preſupponere
oportet ipſum habere ſapientiã infinitam qui tot crea
turas ſcit regere ⁊ ordinare. Similis ſoli qui dicitur rex
nature. qui ſciliȝ ſplendore lucis omnes planetas alios
excedit. ⁊ qui videtur regere vniuerſa. quia ſcilicet iſte lu
cem habet ſapientie infinite per quam omnia bene re-
git. Unde Marcianus dicit. Qḋ ſol eſt principium lu-
cis. rex nature. mens mundi. fulgor olimpi. moderator.
firmamenti. Unde de chriſto ſic ſapiente ⁊ lucido dici-
tur in perſona dauid. Suſcitabo dauid germen iuſtum
⁊ regnabit rex ⁊ ſapiens erit. Quia ſicut dicitur Job. ix.
Sapiens corde eſt ⁊ fortis robore. Rex inquit. Et ideo
de ſapienti regimine huius regis poteſt ſibi dici illud.
iij. Regum. xxj. Grandis autoritatis es ⁊ bene regis re
gnum iſrael. Jſte eſt ergo rex ſapiens ⁊ prudentiſſimus
¶ Jtem deus eſt rex pius ⁊ clementiſſimus. qḋ oſtendi
tur cum dicitur. Unus. Unitas eñ ſe cõmuuicat omni
bus numeris. Nõ eniȝ eſt dare numerũ quin ↄſtet ex vni
tatibus aggregatis. Sic dominus cuȝ ſit vnus. omni-
bus ſe cõmunicat per miſericordiaȝ ⁊ liberalitatẽ. Nec
eſt dare aliquem qui dona ſue cõmunicatiue clementie
non ſentiat in ſeipſo Prouerbiorũ. xx. Miſericordia ⁊ ve
ritas cuſtodiunt regem. Et Eccleſiaſtici. j. Unus eſt al
tiſſimus omnipotens rex ⁊c. ¶ Jtem deus eſt rex prepo
tens ⁊ ſtabiliſſimus. Erit inquit. Ad regeȝ eñ pertinet
ꝙ habeat poteſtatem ad impugnandũ inimicos. ⁊ ſta-
bilitatem ad defendendum ſubditos. Sic deus potens
eſt ad operandum. ⁊ ſtabilis ad perpetuo perſeueran-
dum. Erit inquit. qḋ ſignat eſſentie ſtabilitatem ⁊ tem
poris eternitatem. Quia ſicut dicitur Daniel. vij. Po-
teſtas eius poteſtas eterna ⁊ regnũ eius non auferetur.
⁊ nõ corrumpetur. Et. iij. Regũ. xj. Regnabis ſuper om
nia que deſiderat anima tua. eriſqȝ rex ſuper iſrael. Alij
enim reges proprie loquendo non ſunt nec erunt. quia
omnis potentatus breuis vita Eccleſiaſtici. x. Et Eſa.
xl. Omnes gentes quaſi non ſint ſic ſunt coram eo. Jſte
autẽ ſolus eſt ⁊ erit. ps. Dominus virtutum ipſe eſt rex
glorie ¶ Jtem deus eſt rex prouidens ⁊ cõmuniſſimus
Omnibus inquit. Jſte eñ rex per ſuam occultiſſimam
prouidentiam. non ſolum de vno vel de pluribus ſolet
curare. ſed de omnibus rebus ⁊ perſonis ſolet vniuerſa
liter prouidere Cauſe enim vniuerſales equaliter ſe ha
bent ad omnia ſicut patet in ſole qui eſt pater planeta
rum ſecundũ Ambroſium ⁊ alijs corporibus ſimilibus
que generaliter influunt vniuerſis propter ꝙ ſol in me
dio aliorũ a deo eſt creatus. vt omnibus equaliter eſſet
influere magis promptus. Sic deus procerto ad om-
nes et ad omnia generaliter mediocriter ⁊ equaliter ſe
habet ſicut cauſa vniuerſalis ⁊ pater ⁊ dominus numi
nis. quia ſcilicet non eſt perſonarum acceptio apud do-
minũ quia ad modũ ſolis paratus eſt ⁊ omnes illumi-
nare ⁊ per ſuam prouidentiam paratus eſt de regimine
omnium tam naturali ꝙ ſpiritali curam gerere ⁊ ha-
bere. Omnibus inquit Sapiẽ. vj. Equaliter eſt ei cura



Ayuntamiento de Madrid

de omnibus. Oculi enim qui ſunt ad regimen corpo-
ris conſtituti. non magis curant de ſalute vnius mem
bri quam alterius. immo generaliter de omnibus curant.
Sic deus facit: quia ſicut dicitur in pſal. Rex omnis
terre deus: pſallite ſapienter. Eſt ergo rex prouidens et
communiſſimus. ¶ Item deus eſt rex iuſtus et ſeueriſ
ſimus. quod oſtenditur cum dicitur imperans. Impe-
rium enim iuſtitiam et rigorem ſignat. In ſignum cu-
ius imperator ſolet enſem euaginatum ante ſe facere
portari. in ſignum quod ſemper eſt paratus malos et im-
pios detruncare. Iuxta illud ad Roma. xiij. Vis non
timere poteſtatem. bonum fac et habebis laudem ex il
la. Sequitur. Si autem malum feceris time. non enim
ſine cauſa gladium portat. Leo enim qui eſt rex anima
lium eſt animal aſperum et ſeuerum: quia ſcilicet quan-
do fameſcit dure ſolet beſtias deuorare. Sic vere deus
rex omnium qui continue eſurit et ſitit iuſtitiam. ſeueri-
ter ſolet beſtias. ideſt beſtiales homines condemnare.
et eos per mortem anime et corporis acerrime deuora-
re. Prouerbiorum. xx. Sicut rugitus leonis ita eſt ira re-
gis. Imperans inquit. Eſaie. xlv. Hec ſunt iuſtitie et
imperium. Et Eſaie. ix. Multiplicabitur eius impe-
rium et regni eius non erit finis. Et potiſſime iſta ſe-
ueritas iſtius regalis iuſtitie. apparebit in iudicio vbi
impios ſeueriter condemnabit. Iuxta illud Sapiē. xj.
Illos tanquam durus rex interrogans condemnaſti. Sic
ergo patet quomodo et quare deus dicitur rex. Unde
etiam de chriſto dicitur. Ecce rex tuus venit tibi man-
ſuetus. Iuſtum enim regem querebant magi cum ſedu-
litate. Iſtum regem deridebant iudei cum fatuitate.
Iſtum regem deſcribebat pylatus cum ſubtilitate.
Magi enim dicebant inquirendo Math. ij. Ubi eſt qui
natus eſt rex iudeorum. Iudei autem dicebant deriden
do Marci. xv. Aue rex iudeorum. Pylatus vero dice-
bat deſcribēdo. Luce. xxiij. Hic eſt ieſus nazarenus rex
iudeorum. Et Iohan. xix. Ecce rex veſter. Iſte autem rex
fecit in ſua beata incarnatione ſicut ſolēt facere reges
prelium ingreſſuri. qui quandoque accipiunt arma et
habitum alienum ne ab hoſtibus cognoſcātur. Iuxta
illud quod dixit rex iſrael. iij. Regum. xxij. Mutabo
habitum et ſic ibo ad pugnandum. Sic deus prelium
mundi ingrediens. habitum et arma aliena noſtre hu
manitatis aſſumpſit. in quibus cum demonibus dimi-
cauit. figuratus in Ioue. de quo dicit Ouidius. quod de
celo veniens ad terram occidere illum tyrannum im-
pium licaonem mutauit ſe in hominem. vt de chriſto
dicatur illud. iij. Regum. xxij. Rex iſrael mutauit ha-
bitum ſuum. Ubi deſcribitur vt notabiliter honoratus
quia rex. Ut laudabiliter ſociatus. quia rex iſrael. ideſt
viuentium deum ſcilicet ſanctorum et angelorum. Ut mirabili-
ter alteratus. qui mutauit habitum ſuum. De iſto ergo rege
poſſumus notare quod ipſe eſt rex

Amoroſus.
Specioſus.
Glorioſus.
Gaudioſus.
Uigoroſus.
Rigoroſus.

Quod ſit rex amoro
ſus. patet in pſal.
vbi anime dicitur
Concupiſcet rex
decorem tuum: quo-
niam ipſe eſt do-
minus deus tuus. Quod ſit rex ſpecioſus. patet Eſaie
xxxiij. vbi de homine beato dicitur. Regē in decore ſuo
videbit. Quod ſit rex glorioſus patet. ij. Regum. vj. vbi
dicitur. Quam glorioſus fuit hodie rex iſrael. Et in pſal.
Dominus virtutum ipſe eſt rex glorie. quod ipſe ſit rex gau
dioſus patet in pſ. vbi dicitur. Domine in virtute tua
letabitur rex. Et alibi. Rex vero letabitur in domino.
Quod ſit rex vigoroſus patet Eſaie. xix. vbi dicitur rex for
tis dominabitur eorum. Quod ſit rex rigoroſus patet Eſa.
xxxij. vbi dicitur. Ecce in iuſtitia regnabit rex. pſ. Ho-
nor regis iudicium diligit. Et ideo Hieremias dicebat
Hiere. x. Quis non timebit te o rex gentium. Et ſcien-
dum quod ſedes iſtius regis fuit crux. dyadema fuit de ſpi
nis: ſceptrum fuit de clauis. Et ideo iudei dicebant. Si
rex iſrael es deſcende de cruce. Contra quos Bernar.
dicit: immo ſi rex iſrael es. regni ſolium non dimittas.
Et ſic ergo dico quod deus dicitur rex. ſ.
Propter iuſtitiam.
Propter prouidentiam.
Propter potentiam.
Propter clementiam.
Propter ſapientiam.
¶ Bene ergo dicit rex vnus erit omnibus imperans.
¶ Secundo principaliter dico quod dicendum eſt de rege
laudabili et virtuoſo. Et ſic dico quod per regem intelligi-
tur omnis bonus iudex. princeps. prelatus. vel etiam
vir perfectus qui ſe et alios bene regit. Quelibet enim
caterua apum dicitur habere vnum regem cui alie obe
diunt et obſequuntur. et a quo alie reguntur et guber-
nantur. Sic vere in omni caterua populi. in omni ſcili
cet regione vel legione religione vel natione. neceſſe eſt
eſſe aliquem regem. ideſt aliquem dominum. iudicem
vel rectorem cui a ſubditis obediatur et per quem ſub-
dite debite gubernentur. Eccleſiaſtici. xvij. In vnam-
quamque gentem prepoſuit rectorem. vt ſic de quolibet ta
li rege dicatur illud Hieremie. xxiij. Suſcitabo dauid
germen iuſtum et regnabit rex et ſapiens erit. Iſtam
autoritatem vide ſupra diuiſam et proſecutam titulo
de dauid. vbi oſtenduntur quinque que debent eſſe in quo-
libet principe vel prelato. ¶ Sed adhuc nota quod rex tē-
poralis vel ſpiritualis debet habere multas perfectio-
nes et conditiones. Quanto enim maior eſt honore. tā
to magis debet habere de bonitate. Nota ergo quod iſte
debet eſſe ſcilicet

Audax ad precauendum.
Fortis ad reſiſtendum.
Cautus ad preuidendum.
Clemens ad indulgendum.
Iuſtus ad iudicandum.
Diligens ad inquirendum.
Humilis ad ſeruiendum.
Aſtutus ad cognoſcendum.
Stabilis ad perſeuerandum.
Autenticus ad imperandum.
Liberalis ad premiandum.
Sapiens ad gubernandum.
Innocens ad operandum.
Pacificus ad conuiuendum.
Honeſtus ad conuerſandum.
Flebilis ad deum timendum.
Deuotus ad offerendum.
Tranquillus ad audiendum.
Seuerus ad corrigendum.
Modeſtus ad loquendum.
Facilis ad conſilium credendum.
Parcus ad vina guſtandum.

¶ Iſte ſunt enim viginti due conditiones quas debēt
habere boni reges et boni prelati. et etiam quicunque
boni iudices et prefecti. ſicut poſſunt probari exem-
plis creaturarum et autoritatibus ſcripturarum. ¶ Di
co ergo quod quilibet talis debet eſſe audax ad precedendum
quia ſcilicet prelatus debet alios audacter precedere.
bonum exemplum eis dando. terribilia pro eorum de-
fenſione non timendo. et pro defenſione reipublice pri
mus ad terribilia incedendo. Sicut de rege apum le-
gitur quod primus de alueari egreditur. et poſt ipſum
totus grex apum ſequitur et obſequitur. Sicut etiam
de Iulio ceſare legitur nunquam eum dixiſſe militibus
ſuis ite illuc. ſed ſemper venite huc. Exemplo leonis re-
gis animalium qui eſt animal audaciſſimum ita quod de
eo dicitur. Prouerbiorum. xxx. Leo fortiſſimus beſtia-
rum ad nullius pauebit occurſum. vt de tali proceſſi-
ua et exemplari audacia dicatur illud Michee. ij. Trā
ſibit rex eorum coram eis. Et. j. Regum. xij. Nunc rex
graditur ante vos et pugnabit bella veſtra. Sit ergo
audax ad precedendum. ¶ Item debet eſſe fortis ad re
ſiſtendum. Bos enim qui dicitur eſſe rex iumentorum
eſt animal fortiſſimum in labore. Prouerbiorum. xiiij.

Ibi manifeſta

Ibi manifeſta eſt fortitudo bonis. In quo notatur ꝙ
illi qui ſunt reges et preſides aliorum. Debent eſſe vir-
tutibus fortiores. et ad ſuſtentationem laborum terri-
bilium ⁊ penarum pro defenſione populi ⁊ vtilitate pa
trie infatigabiliter promptiores. Exemplo etiaꝫ regis
apum. qui in duplo dicitur aliis apibus eſſe maior et
corpore et virtute. Quia breuiter ſi fortitudo ſpiritalis
ad pugnandum contra dyabolum requiritur in ſub-
ditis inferioribus. multomagis in prelatis et in regi-
bus. vnde Eſaie. xix. Rex fortis dominabitur eorum. i.
Eſdre. iiii. Reges fortiſſimi fuerunt in hieruſalem.
¶ Item debet eſſe cautus ad preuidendum. quia ſcili-
cet ipſe debet caute preuidere pericula gregis ſui ⁊ inſi
dias hoſtium. demonum ſcilicet et hereticorum. Exē-
plo regis gruum qui caput ceteris frequentius erigit.
et vndiqꝫ frequenter circunſpicit et ſi aliqueꝫ inſidian-
tem viderit. ad precauenduꝫ clamando premunit. Sic
prelatus debet curam de ſubditis gerere. caput inten-
tionis et intellectus ſepe ſurſum erigere. ⁊ ne ſibi ſub-
ditis ſuis aliquod periculum accidat debet cautius cir
cumſpicere et videre. et ſi quod periculum videt immi-
nere debet eos clamore predicationis premunire. et ad
precauendum periculum animare. Iuxta illud Actuū
xx. Attendite vobis et vniuerſo gregi ſuper quem ſpiri-
tusſanctus vos poſuit epiſcopos regere eccleſiam dei.
¶ Item debet eſſe clemens ad indulgendum. De natu
ra enim regum et principum debet eſſe ꝙ ſint clemen-
tes illis qui penitent deliquiſſe. Non enim debent eſſe
crudeles nec vindicatiui. Exemplo regum apum. qui-
quis habeant aculeum. nunquam tamen vtuntur acu-
leo ſcd̄m Ambroſium et Plinium. Exemplo etiā leo-
nis regis animalium qui mulieribus pueris ⁊ proſtra
tis ſolet parcere. et ipſos niſi fame compulſus nunꝙ̄
ledere. Quia videlicet prelati et ſuperiores debent par-
cere miſeris et pauperibus. et quāuis habeant aculeū
ideſt potentiā vindicādi. ipo tn̄ non debent vti niſi for
te fame ideſt zelo iuſtitie compellantur. iii. Reguꝫ. xx.
Reges domus iſrael clementes ſunt. nihil enim me-
lius ſedet quam clementia in principe. ſicut vult Sene
ca libro de clementia ad neronem. vide ibi. In ſignum
cuius de dauid qui etiam inimico ſuo capitali bis pe-
percit ſcilicet ſauli dicitur. i. Machabeorum. ii. Quod
dauid in ſua miſericordia conſecutus eſt ſedem regni
in ſecula. Et Prouerbiorum. xx dicitur. Miſericordia
et veritas cuſtodiunt regem. ¶ Item iſte debet eſſe iu-
ſtus ad iudicanduꝫ. Iuſtitia enim ſuper omnes alias
virtutes debet eſſe ſuperioribus deſponſata. Iſta enim
eſt illa per quam communitates reguntur. per quam
iura ſua omnibus redduntur. et per quam impii pu-
niuntur. et per quam innocentes ab impiis defendun
tur. Iſtam ergo debent habere reges tam temporales
ꝙ̄ ſpirituales. pſal. Honor regis iudicium diligit. Et
Prouerbiorum. xxix. Rex iuſtus eriget terram ſuam.
Exemplo ſolis qui rex dicitur planetarum. et ideo locū
tenet medium inter eos. Ad denotandum ꝙ tales de-
bent eſſe iuſti et medii inter partes. et non plus ad vnā
partem ꝙ̄ ad aliam per acceptionem perſonarum ten
dere ſeu pēdere. Unde de talibus regibus loquitur ſub
metaphora ſolis. Ambroſius in Exameron dicens ſic.
Sol inquit eſt oculus mundi. iocunditas diei. pulchri
tudo celi. menſura temporum. virtus et vigor omniuꝫ
terrenaſcentium. decor et perfectio ſtellarum. rex ⁊ do-
minus planetarum. Et ideo breuiter de tali virtute iu-
ſtitie dicitur. ii. Paralipomenon. ix. Idcirco poſuit do
minus regem ſuper populum ſuum vt faciat iudiciuꝫ
et iuſtitiam. ¶ Item iſte debet eſſe diligens ad inquirē
dum. Debet enim prelatus diligenter inquirere verita
tem. et de illis que pertinent ad animam ⁊ de illis que
pertinent ad rempublicam. Quia ſicut dicitur Pro-
uerbiorū. xxv. Gloria regum eſt inueſtigare ſermoneꝫ.
Diligentes enim debent eſſe et potiſſime ad cuſtodiaꝫ
ſubditorū. Exemplo regis apum qui in domo manēs
non ceſſat vndiqꝫ circuire. dans exemplū ſuperioribus
qualiter debent eſſe ſolliciti ⁊ diligentes ad cuſtodiaꝫ
domus dei. Cant. iii. Surgam et circuibo ciuitatē. Un
de de diligenti inquiſitione et circumſpectione talium
reguꝫ dicitur Iob. xxix. Cum ſederem quaſi rex circun-
ſtante exercitu. Sequitur. Oculus fui ceco ⁊ pes clau-
do. et cauſam quam neſciebam diligenter inueſtiga-
bam. ¶ Iteꝫ iſte debet eſſe humilis ad ſeruiendū. quia
ſcilicet ipſi debent ſeruire et deo et populo. Unde etiaꝫ
papa qui eſt rex regum vocat ſe ſeruum ſeruorum dei.
vt et de iſtis dicatur illud ps. Reges vt ſeruiant domi-
no. Et Eſaie. lx. Reges coruꝫ miniſtrabunt tibi. ¶ Itē
iſte debet eſſe aſtutus ad cognoſcendum. Quia ſcilicet
ſicut aquila regina auium viſum habet limpidiſſimū
et clariſſimum intantuꝫ ꝙ ab altitudine aeris videt pi
ſces in mari natantes. Leo etiam rex animalium dici-
tur oculis apertis dormire. Sic vere tales q̄ aliorꝫ ſunt
rectores ⁊ reges debēt habere oculos cordis ⁊ intelle-
ctus limpidos atqꝫ claros: apertos. vigiles et attētos.
vt ſcilicet diſcrete videant agenda ⁊ fugienda. tenenda
pariter ⁊ vitanda. Ita ꝙ ſiue dormiant in temporali ꝓ-
ſperitate. ſiue ſurſum preſideant in dignitatis ſublimi
tate. Debent tamen ſemper cogitare. attendere ⁊ vide-
re quid inferius faciunt piſces. ideſt ſubditi in huius
ſeculi vanitate. Eſa. xlix. Reges videbunt ⁊ conſurgent
principes. ps. Et nunc reges intelligite: erudimini qui
iudicatis terram. ¶ Iteꝫ iſte debet eſſe ſtabilis ad per-
ſeuerandum. Non decet enim regem eſſe nec in dictis
nec in factis mutabilem atqꝫ vanum. Exemplo leonis
regis animaliū qui colluꝫ dicitur habere immobile: q2
ſcilicet edictū et voluntas talium debent eſſe immobi-
lia atqꝫ firma. Danielis. vi. Scito rex ꝙ lex medorū et
perſarum eſt vt omne decretuꝫ quod ſtatuerit rex non
liceat immutari. ¶ Item iſte debet eſſe autenticus ad
imperandum. Exemplo leonis regis animalium. qui
in inceſſu. vultu. geſtu et rugitu autoritatē ꝓcedit. in-
tantum ꝙ ſolo viſu vel auditu a cunctis animalibus ti
mentur. Sic vere reges et prelati debent eſſe autentici
in geſtu. habitu. opere. et ſermone. et hoc non vt ſuper-
biant. ſed ne ſubditi eos deſpiciant. et vt terrorem ma-
lefactoribus incutiant. ii. Paralipomenon. ix. Ma-
gnificatus eſt ſalomon ſuper omnes reges. ¶ Iteꝫ iſte
debet eſſe liberalis ad premiandum. Exemplo aquile
auium regine et leonis animalium. que conditionem
habent mirabiliter liberalem ſcilicet ad predam ſuam
ſoli non comedunt. ſed ipſam aliis auibus ſe inſequen
tibus condiuidunt. quia ſcilicet ad iſtos pertinet libe-
ralitatem habere. bona ſua aliis diuidere. et benemeri
tos premiare. Exemplo regis darii. De quo dicitur. ii.
Eſdre. iii. Rex darius fecit cenam magnam. Et in ſi-
gnum huius reges conſueuerunt inungi. ad denotan-
dum ꝙ oleo pietatis et liberalitatis debent totaliter
eſſe vncti. ii. Regum. v. Unxerunt dauid regem ſuper
iſrael. Manus enim vncta faciliter mittit labi quod
tenet. Res etiam vncta valde eſt ſuauis mollis et lenis.
Sic vere illi qui ſunt vncti oleo pietatis ſcilicet reges
ſpiritales. bona ſua debent aliis libenter dimittere et
largiri. et mites et ſuaues ab omnibus inueniri. ii. Re
gum. ii. Me vnxit domus iuda in regem. Pietas enim
eſt mammilla qua tales reges debent ſubditos nutri
re. Iuxta illud Eſaie. xlix. Erunt reges nutricii tui ⁊ re-
gine nutrices tue. Et Eſaie. lx. Mammilla regum la-
ctaberis. Sit igitur liberalis ad premiandum. ¶ Iteꝫ
iſte debet eſſe ſapiens ad gubernandū. vnde illud Eſa.
xxxii. Ecce in ſapientia regnabit rex. Et Sapiē. vi. Rex
ſapiens populi ſtabilimentum. ¶ Item innocens ad
operandū. ii. Reguꝫ. xiiii. Rex ⁊ thronus eius ſicut in-
nocens. ¶ Item pacificus ad conuiuendū. iii. Regum
i. Uiuat rex ſalomon. qui ſcilicet interpretatur pacifi-
cus. ¶ Item honeſtus ad conuerſanduꝫ. Eſaie. xxxiii.
Regem in decore ſuo videbit. ¶ Item flebilis ad deum
timendū. ii. Reguꝫ. xiii. Rex et omnes ſerui eius fleue-
runt. ¶ Item deuotus ad offerendū. pſal. Reges thar
ſis ⁊ inſule munera offerent ⁊c. ¶ Item tranquillus



Ayuntamiento de Madrid

ad audiendū.Sap.vj.Audite reges ꝛ intelligite.❡Itē ſeuerus ad corrigendū.Prouerbioꝝ.xx.Diſſipat impios rex ſapiens.❡Itē modeſtus ad loquendū.Eſaie lij.Continebunt reges os ſuū.❡Itē facilis ad conſilium credendū: quia ſcilicet illud quod ſumme pertinet ad regem.iudicem vel prelatū.eſt credere et habere bonū conſiliū.Quia ſicut rex apū ſemper eſt circundatus multitudine apū aculeo armatarū ipſum iuuare et defendere paratarum. ſic quilibet talis debet ſecum habere multitudinem bonarū perſonarum ꝛ diſcretorum conſiliariorū cū aculeo et ſtimulo ſtricte conſcientie inimicoꝝ quoꝝ conſilio regatur.ꝛ quorū adiutorio vtatur.Job.xxix.Cum ſederem quaſi rex circūſtante exercitu.eram tamen merentiū conſolator.❡Item parcus ad vina guſtandum.Nam etſi immoderatus vini vſus in omni ſexu.in omni etate.in omni hominū conditione turpitudinis alicuius ꝛ vitij ſit adminiculum ꝛ fomentū.magis tamē in regibus ꝛ principibus: qui maieſtatis nomen.in crudelitatis crimen vertere non erubeſcentes:putant ſibi quicquid libet licere:maxime vino eſtuātes propterea ſalomon ꝙuis rex regibus tamen vinū prohibet:dicens Prouerbio.xxxi. Noli regibus dare vinum.Iſte ſunt ergo conditiones boni regis. Et ſic dico ꝙ dictū eſt de rege laudabili ꝛ virtuoſo ꝙuis hodie poſſumus dicere illud Judicū.xvij. In diebus il-
f lis nō erat rex ī iſrael. ❡ Tertio principalr poſſumus aliquid de rege odibili ꝛ vitioſo dicere ideſt de fatuo principe vel prelato. Et poſſumus dicere ꝙ mali prelati et principes hodie ſunt vitioſi.quia ſcilicet

Delitijs impinguantur.
Blandicijs delectantur.
Luxurijs inquinantur.
Seuicijs effrenantur.
Ignorantijs hebetantur.

❡ Dico ꝙ tales impinguantur magnis delitijs. vnde Geneſis.xlix.Aſer pinguis panis eius ꝛ prebebit delitias regibus. ❡Item dico ꝙ delectantur falſis blandicijs.quia ſcilicet tales hodie non diligunt niſi adulatores.Oſee.vij.In malicia ſua letificauerunt regem ꝛ in mendacijs ſuis principes. ❡Item dico ꝙ iſti inquinantur fedis luxurijs.ſimiles baſiliſco venenoſiſſimo regi ſerpentū.cui luxurioſi cōparantur qui viſu interficiunt et aſpectu. Et compara eos plutoni regi inferni ps.Concupiſcet rex decorem. ❡ Itē effrenantur diris ſeuicijs.ſimiles aquile regine auium et leoni regi animaliū qui ſuper omnia ſunt crudeles.vnde Dan.ij.dicitur quia rex in furore et in ira precepit vt perirent ſapientes.❡Item iſti hebetantur magnis ignorantijs. ſimiles boui regi iumentorum quod eſt animal hebes ſtolidū ꝛ inane. Eccleſiaſtici.x. Rex inſipiens perdet populū ſuū.Et Eccleſiaſtes.x.Ve terre cuius rex puer
G eſt.Iſta igitur ſufficiant de Rege. Vitioſo. Virtuoſo ꝛ Glorioſo. ❡ Sed ſi velis vlterius procedere.dic ꝙ in ſcriptura fit mentio principaliter de quatuor regibus ſcilicet.De rege iuda.De rege dauid.De rege ſalomone.De rege iſrael. Qui ſcilꝫ quatuor ſtatus eccleſie ſignificant. quorū tres ſunt in via.ꝛ vnus in patria.Et iſti certe ſunt

| | |
|---|---|
| Incipientes | Primi viuūt in vera fidei confeſſione. |
| Proficientes. | |
| Virtuoſe viuentes | |
| Glorioſe gaudentes. | Rex iuda.q̄ |

interpretatur confitens.Secundi viuunt in boni operis patratione. Dauid manu fortis.Tertij viuunt in quieta virtutum perfectione. Salomon pacificus. Quarti vero viuunt in beata ſalutis adeptione. Iſrael videns deum

❡Primū eſt regnū nouiter conuerſorū.
Secundū eſt regnū fortiter actiuorū.
Tertiū eſt regnū penitus perfectorū.
Quartū vero eſt regnū celitus beatoꝝ.
❡Primū eſt regnū penitentiū.
Secundū eſt regnū militantiū.
Tertium eſt regnum ſuperantium:
Quartū vero eſt regnū triumphantiū.
❡In primo regno incipiūt tyrones.
In ſecūdo regno exercentur agones.
In tertio regno vincūt commilitones.
In quarto regno condiuidunt predones.

❡ Dicamus ergo ꝙ eſt dare vnū regnū incipientium in quo viuunt homines penitentes. ꝛ iſti ſignantur ꝑ regem iuda.quia ſcilicet iuda interpretatur confitens vel glorificans.quia videlicet illi qui nouiter conuertūtur ad deum.debent peccata ſua confiteri ꝛ dicere.deū etiam debent per vere fidei confeſſionem agnoſcere. ipmq̄ laudare benedicere ꝛ agnoſcere. Hier.xvij. Sta in porta ꝑ quā ingrediunt reges iuda. Porta eīm iſta eſt penitētia ſeu fides que.ſ.eſt porta ingredientiū ad ſalutē. Vñ breuiter de quolibet tali rege iuda ſeu rege iudeoꝝ pōt dici illud Mat.ij.Vbi eſt qui natus eſt rex iudeoꝝ.vidimus ſtellam eius in oriente. Talis eīm rex nouiter natus dr̄ ſtella.q: ipſius vite claritas in oriente ſpectatur vbi certe a magis ſeu regibus.i.a perfectis hominibus laudatur ꝛ adoratur. Conſtat enim ꝙ viri iuſti nouiter incipiētes cōmendant.ipſorūq̄ nouū regnū ꝛ regimē magnificāt atq̄ laudāt.dicēdo.ſ.Mat. xxvij.Tu es rex iudeoꝝ. Et ibidē. Aue rex iudeoꝝ. Aduerte tñ ꝙ multi ſunt reges iuda.ſ.reges bene incipientes.cito aūt deficientes ꝛ male ꝑ oia finientes.ſicut ad literā videmus de mundi regibus ꝛ principibus ꝛ etiā noſtris p̄latis ꝛ antiſtitibus. Et ſic notabis d̄ talibus nouis regibus.ꝙ iſti ſcilicet

Chriſti eccleſias ſolent ſpoliare.
Vanas fantaſias ſolent frequentare.
Legis iuſtitias ſolent abdicare.
Pene moleſtias ſolent tolerare.

❡Iſti dico grauant et ſpoliant chriſti eccleſias. vnde iiij.Regum.xij.Tulit Joas rex iuda omnia ſacrificata que ſacrificauerunt patres ſui reges iuda. Item iſti agunt ꝛ frequentant multas neq̄cias. vnde.iiij. Reg. xxi.Fecit manaſſes rex iuda abominationes peſſimas ſup oia que fecerant ante eū ammorrei. Et ponunt ibi horribilia auguria de iſto rege iuda.Itē iſti ſolēt abdicare legis iuſtitias.vñ Eccli.xlix. Reliquerūt legē potētis(al's altiſſimi)reges iuda ꝛ ꝯtēpſerūt timorē dei. Itē iſti ſolē tolerare duras moleſtias.ſ. finalr in inferno vbi.ſ.demonib⁹ ſubiugant.iiij.Reg.xxiiij.Egreſſus eſt Joachim rex iuda ad regē babylonis.ꝛ trāſtulit fortes exercitus in captiuitatē ꝛc. Nō ſic boni incipiētes.non q: ſicut dictū eſt. Et dare vnū regnū incipientiū quo viuunt hoies penitētes.❡ Deinde dico ꝙ eſt dare vnū re- D
gnū ꝑficientiū quo viuūt hoies laborātes ſeu etiā militātes.Ibi eīm regnat et impat rex dauid q̄ īterptat̄ manu fortis.q:.ſ.illi ꝑ bonas opationes ꝛ fortes manualr ſeu actualiter laborant ꝛ militāt in iſto regno.ſ. in iſto ſtatu eccleſie imperāt atq̄ regnāt.Et ſiūt de iſtis manu fortibus ꝛ ad bene operandū ꝛ laborandū habilib⁹ poſſumus notare ꝙ iſti reges.

Deuotionis titulo ſunt dotati.
Compaſſionis riuulo ſunt rigati.
Durationis tumulo ſunt fundati.
Saluationis cumulo ſunt letati.

❡ Dic ergo ꝙ tales reges dauid dotātur titulo deuotionis:q:.ſ.iſti ſunt qui deo per orationē ꝛ deuotionem aſtāt ꝛ q̄ deo ſacrificāt ꝛ immolāt. Et hoc eſt qd̄ dr̄.ij. Reg.vij.Ingreſſus aūt dauid rex ſedit corā dño. Et.j. Para.xviij. Vaſa aurea argētea ꝛ enea cōſecrauit dauid rex dño. Itē iſti reges dauid rigant riuulo cōpaſſionis. Sicut.ſ.de dauid rege legit.ij.Reg.xij. Nō com paſſiōe duct⁹ ceſſauit ꝑſequi abſalon. ꝙuis amō ipſi⁹ primogenitū occidiſſet. Itē iſti reges dauid fundātur tumulo duratiōis.durāt eīm ꝛ ꝑſeuerāt in bono.iij. Regū.j. Rex dauid ſenuerat.Senect⁹ eīm ſignat longā durationē ꝛ perſeuerantiā.Vnde ibidē. Viuat dñs meus dauid rex ineternū.Item iſti reges dauid letant ioculo conſolationis.j.Paral.xix. Sed et dauid rex letat⁹ eſt gaudio

Ayuntamiento de Madrid

gaudio magno et benedixit domino. Patet ergo ꝙ eſt dare vnū regnum proficientium quo regnāt homines laborantes. ¶ Deniqꝫ dico. ꝙ eſt dare vnum regnum ſancte viuentiū. quo regnant vitia ſuperantes. Et iſtō eſt regnum hominum perfectorum. qui ſcilicet intelliguntur per regem ſalomonem qui interpretaſ pacificꝰ: qui ſcilicet viri perfecti reges pacifici proprie nuncupantur. Reges dico eo ꝙ debite ſe et alios regere dinoſcuntur. Pacifici eo ꝙ pacem cum hoſtibus mentalibus. mundialibus ⁊ infernalibus per virtutis predominantiam conſequuntur. De viro enī perfecto dicit Seneca. ꝙ iſte fecit ſibi pacem nil timendo diuitias non concupiſcendo. Unde de tali rege ſalomone dicitur Eccleſiaſtici. xlvij. Salomon imperauit in diebus pacis. Et. iij. Regum. iiij. Salomon pacem habebat ab omni parte. Et breuiter nota. ꝙ talis rex Salomon. id eſt. vir perfectus ſolet.

Affluere dono liberali.
Solet miteſcere more maternali.
Solet clareſcere luce doctorali.
Solet fragreſcere fama virtuali.
Solet exereſcere throno magiſtrali.

¶ Dico ergo ꝙ tales dono liberali ſolent affluere. iij. Regum. x. Rex ſalomon dedit regine omnia que voluit ¶ Item tales more maternali. ſolent niteſcere. quia ſcilicet tales ſolent eſſe vncti in regem. id eſt benigni. miſericordes et mites. iij. Regum. v. Miſit hyram rex tyri ſeruos ſuos ad ſalomonem. audiuit enim ꝙ vnxiſſent eum in regem. ¶ Item tales luce doctorali ſolent clareſcere. quia ſcilicet iſti luce ſapientie fulgent. iij. Regum iij. Dedit dominus ſalomoni ſapientiam. Unde. iij. Regum. x. Uaſa de quibus habebat rex ſalomon erant aurea. Aurum autem ſplendorem ſapientie ſignat. ¶ Item tales fama virtuali ſolent fragreſcere. Iſta ſunt aromata bone fame que regina ſaba attulit ſalomoni. quia ſicut dicitur. iij. Regū. x. Aromata dedit regina ſaba regi ſalomoni. Aromata autem ſignificant fragrantiā bone fame. quam ſcilicet regina virtutum ſapientia ſolet dare. ¶ Item tales throno magiſtrali ſolent precellere. quia ſcilicet tales viri perfecti ⁊ in hoc ſeculo ⁊ in futuro excellentia maieſtatis digni ſunt preſidere. iij. Regum. x. Fecit rex ſalomon thronum de ebore. Et ibidem Magnificatus eſt rex ſalomon ſuper omnes reges ⁊c. Sic igitur patet. ꝙ eſt dare vnum regnum ſancte viuentium. quo regnant vitia ſuperantes. ¶ Quarto dico. ꝙ eſt dare vnum regnum ſemper letantium quo regnant celitus triumphantes. Et iſtud certe eſt regnum paradiſi. quod ſcilicet per regnum iſrael et per reges iſrael. denotatur. quia ſcilicet iſrael interpretatur videns deū. quia ſcilicet viſio beatifica eſt merces et gloria triumphalis. que ſcilicet beatis conceditur poſt obtentam victoriam vitiorum. Ut ſic cuilibet tali dicatur illud Johannis. j. Rabi tu es filius dei tu es rex iſrael. Sic ergo pꝫ. ꝙ in ſcriptura fit mentio de quadruplici bono rege.

k ¶ Sed ſiuis adhuc dic. ꝙ in ſcriptura fit mētio de quadruplici malo rege. videlicet. De rege

| | |
|---|---|
| Aſſyriorum. | Iſti enī |
| Amorreorum. | quatuor |
| Babyloniorum. | reges ⁊ re |
| Egyptiorum. | gna fi |

lios iſrael grauauerunt. deum contempſerunt. ⁊ ſuperbe ſuper alios regnauerunt. Et ideo certe per iſtos poſſum demones vel tyrannos intelligere. qui ſcilicet ſemper ſuperbe et tyrannice ſolent alijs imperare. De dyabolo enim legitur. ꝙ ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie Job. xlj. De tyrannis autem ſeu malis prelatis dicit dominus Oſee. viij. Ipſi regnauerūt ſed non ex me principes extiterunt. ſed non per ſpiritum meū. Nota igitur de talibus malis regibus. quoniam. Iſti ſunt
Qui captiuant iuſtos et exulant.
Qui predantur atqꝫ depopulant.
Qui occidunt grauant ⁊ iugulant.
Qui affligunt pungunt ⁊ ſtimulant.
Qui promittunt falſum ⁊ ſtipulant.
Qui ſe malis iungunt ⁊ copulant.
Qui ſe morte eterna iaculant.

¶ Dic igitur ꝙ mali reges libertatem ſolent exulare. quia ſcilicet demones animas libertate gratie ⁊ glorie ſpoliant ⁊ eas in ſeruitutē peccati ⁊ inferni captiuant. Unde. iiij. Regum. xvij. Tranſtulit rex aſſyriorum iſrael in aſſyrios. Et. iiij. Regum. xxiiij. Omnes viros fortes ⁊ bellatores duxit rex babylonis captiuos. ¶ Item facultatem ſolent populare ſeu etiam depredando vaſtare. quia ſcilicet demones depopulāt poſſeſſiones virtutum. tyranni vero poſſeſſionem diuitiarum. Unde Hieremie. xxxvj. Rex babylonis vaſtabit terram hanc ¶ Item innocentes ſolent iugulare. tyranni enim etiā innocentibus non parcunt. Unde Hieremie. lij. Iugulauit rex babylonis filios Sedechie. ¶ Item quieſcentes ſolent ſtimulare ſeu etiam perturbare Eſaie. vij. In die illa reddet dominus his qui tranſflumen ſunt in rege aſſyriorum. ¶ Item verbis et promiſſionibus ſuis confidentes ſolent decipere. et eis falſa ⁊ mendacia narrare. Sicut patet. j. Machabeorum. xj. vbi dicitur ꝙ Jonathas miſit ad regem Demetrium vt eos qui in arce erant eijceret. Cui reſpondit demetrius. Non hoc tantum faciam tibi et genti tue. ſed etiam gloria illuſtrabo te et gentem tuam. Sequitur. Mentitus eſt demetrius cuncta que dixit. et abalienauit ſe a Jonatha. ¶ Item peſtilentes ſolent exaltare ſeu copulare. ſcilicꝫ ſibi. quia ſcilicet mali principes et tyranni malos ⁊ impios ſibi iungunt et copulant. ipſoſqꝫ in ſuis curijs et officijs promouent ⁊ exaltant. Unde Heſter. iij. Rex aſſuerus exaltauit aman. et poſuit ſolium eius ſuper omnes principes quos habebat. ¶ Item delinquentes ſolent damnare ſcilicet in fine quando deus poſtꝙ iſti durē grauauerunt. auſtere ipſos in inferno condemnat. Unde Ezechielis. xxx. Ecce ego ad pharaonem regem egypti. et comminuam brachium eius forte. ſed confractum. et eijciam gladium de manu eius. et confortabo brachia regis babylonis. id eſt dyaboli contra eos ⁊ brachia pharaonis concident. Et hec de Rege in bono ⁊ in malo ſufficiant ⁊c.

# Regina.

Nota ꝙ regina in ſcriptura poteſt intelligi anima deuota. vel quelibet ſancta virgo. vel etiam virgo maria. Iſte enim regine ſunt. qꝛ ſeipſas bene rexerūt. ⁊ regis ſummi ſponſe ⁊ vxores ſunt Nota ergo. ꝙ ad reginam pertinet ſcilicet a
Regem cum populo concordare.
Semper clementiam demonſtrare.
Se per decentiam adornare.
Hoſtis potentiam refrenare.
Regis amiciciam vendicare.

¶ Hec enim omnia facit beata virgo. vel etiam ſancta anima vel perſona. Iſta ergo eſt regina cum rege populo concordatiua. Populus enim ad reginam ſolet recurrere: quando vult regem ad veniam aut clementiam inuitare. Exemplo regine Heſter. ad quam mardocheus cum populo iudeorum recurrens. regis Aſſueri iram ⁊ ſententiam mutauit. et ipſum iudeis reconciliauit concordauit Heſter. vij. vbi dicitur. ꝙ cum rex aſſuerus vidiſſet Heſter reginā: placuit oculis eiꝰ: ⁊ dixit ei. Quid petis heſter regina? Que eſt petitio tua? ſi dimidiam partem mei regni petieris dabitur tibi. At illa reſpondit. Da mihi animam meam pro qua rogo ⁊ populum meum pro qua obſecro. Iſta enim regina intantū placet regi aſſuero. id eſt deo. ꝙ peccatores ſibi pro libito reconciliat. ⁊ omnia que vult ab ipſo acquirit ⁊ impetrat. ¶ Item dico ꝙ iſta magne clementie demonſtratiua. Ad reginam enī proprie pertinet. ꝙ ſit clemens ⁊ miſericors. ⁊ ad indulgendū ⁊ ad gratiam impetendū ⁊ ad beneficia concedendum. ⁊ ad miſeris veniā procurandum Dan. v. Regina ingreſſa eſt domum conuiuij. Et Heſter. j. Regina vaſti fecit conuiuium. qꝛ ſcꝫ iſta eſt liberalis. ita ꝙ conuiuiū miſericordie ſue oībus eſt paratum. Unde Eſaie. xlix. Erunt reges nutricij tui ⁊ regine

Ayuntamiento de Madrid

nutrices tue. ¶ Item dico ꝙ iſta eſt megne decentie re
preſentatiua. Ad reginam enī pertinet ꝙ decentiſſime
ſit ornata. Sic iſta ornata fuit virtualiter per honeſta-
tem. Nunc vero ornata eſt ſupernaliter per gloriam et
maieſtatem. Unde in ps. Aſtitit regina a dextris tuis in
veſtitu deaurato circundata varietate. ¶ Item iſta eſt
hoſtis potentie refrenatiua. quia ſcilꝫ iſta ſola eſt que
hoſtem humani generis ſuperat et proſternit Luce. xj.
Regina auſtri ſurget in iudicio aduerſus generationē
iſtam et condemnabit eam. ¶ Item iſta eſt dei amici-
cie obtentiua vel vendicatiua. quia ſcilicet regina ſu-
per omnes alias perſonas a rege diligitur ⁊ familiari-
tatem ipſius aſſequitur ⁊ amplectitur. Unde Neemie
ij. dicitur. Et regina ſedebat iuxta regem. Iſtis ergo ra
tionibus ad iſtam reginam debemus per orationem re
currere. ⁊ eam per deuotionem colere. ⁊ per humilia ob
ſequia venerari Hieremie. xliiij. Uenite ſacrificemus re
gine celi. Unde Heſter. vij. Aman autem ſurrexit vt ro
garet Reginam pro anima ſua. Intellexit enim para-
tum a rege ſibi malū. Iſta igitur que tanti regni eſt re
gina. ⁊ que tanti regis eſt mater. filia ⁊ amica poteſt di
cere illud Apocal. xviij. Sedeo vt regina ⁊ vidua non ſum
vbi oſtenditur ꝙ iſta caret labore. pollet honore. feruet
amore. ¶ Primū probat ſtatus tranquillitas. Sedeo
Sed ſecundum regni ſublimitas. Ut regina. Sed ter-
tium viri communitas. Uidua inquit non ſū. Iſta enī
Eſt in refrigerio firmitatis. Sedeo. Eſt in faſtigio di-
gnitatis. Ut regina. Et in coniugio charitatis. Uidua
non ſum. Et breuiter dic ꝙ regina debet eſſe

B Decens ⁊ ſpecioſa.
Placens ⁊ amoroſa.
Clemens ⁊ viſceroſa.
Tremens ⁊ timoroſa.
Cultu religioſa.
Statu imperioſa.
Egeno paſcuoſa.
Impio rigoroſa.
Solio glorioſa.

¶ Igit dic ꝙ regina de bet eſſe de- cens ⁊ ſpecio ſa. decet enī vt reges pul cras vxores habeant ne vxorum tur
pium tedio ad adulteria aliarū prorumpant. Unde de
aſſuero dicitur Heſter. j. Quod precepit vt introducerent
reginam vaſthi coram rege vt oſtenderet cunctis popu
lis et principibus illius pulcritudinem. ¶ Item debet
eſſe placens ⁊ amoroſa. Unde de aſſuero dicit Heſter.
v. Cumqꝫ vidiſſet heſter reginā ſtantem placuit oculis
eius ⁊ dixit. Quid petis regina ⁊c. ¶ Item debet eſſe
clemens ⁊ viſceroſa. quia ſcilicet decens eſt vt regine cle
mentia mitiget iram regis. Unde Heſter. vij. Surrexit
aman vt rogaret reginam pro anima ſua. Intellexit enī
paratum a rege ſibi malū. ¶ Item debet eſſe tremens
⁊ timoroſa. quia ſcilicet regem debet timere et reuereri.
Unde Heſter. xv. Cumqꝫ inquit rex eleuaſſet faciem. et
ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet. regina
corruit colore in pallorem mutato. ¶ Item debet eſſe
cultu religioſa ſcilicet deum orando ⁊ ipſum deuote co-
lendo. Unde Heſter. xiiij. Heſter quoqꝫ regina fugit ad
dominum ⁊c. ¶ Item debet eſſe ſtatu imperioſa. Unde
in ps. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato
circundata varietate. ¶ Itē debet eſſe egenis paſcuoſa
quia ſcilicet libenter debꝫ pauperes recreare. Unde He
ſter. j. Uaſti quoqꝫ regina fecit conuiuium ⁊c. ¶ Item
debet eſſe impijs rigoroſa. quia ſcilicet regina nunꝙ de
bet eſſe ita clemens ⁊ pia quin bene permittat impios ⁊
proteruos ſuſpendi. ſicut Heſter regina permiſit Amā
ſuſpendi. licꝫ legitur ipſā rogaſſe pro anima ſua Mat
thei xij. Regina auſtri ſurget in iudicio contra genera
tionem iſtam ⁊ condemnabit eam ⁊c ¶ Item debꝫ eſſe
ſolio glorioſa dicens ſcilicet Apocal. xviij. Sedeo vt regi
na ⁊ vidua nō ſū. Sufficit vide ſupra de filia. de Puel
la. Et infra de Uxore.

## A Regius. Regalis.

Cum regnum ſeu rega le dicat illud quod ad
reges noſcitur pertinere ſeu a regibus dependere. hinc
eſt ꝙ ſecundum diuerſitatem regum inuenitur diuerſi
tas regiorum. Et quia eſt dare reges bonos et malos.
hinc eſt ꝙ regiū ſumitur in bono ⁊ in malo. Et primo
quidem in bono. Et ſic certe dico. ꝙ eſt illud regium di
citur bonum. dignum. virtuoſum honeſtum ⁊ autenti
cum inuenitur. ſicut ſcilicet id quod a ſummo rege deo
procedere inuenitur. vel quod ad viros ſanctos et iuſtos
qui ſcilicet in ſcriptura regnū ſeu reges ⁊ ſacerdotes (
dicuntur Apocalip. j.) pertinere probatur. Sic ergo dic
ꝙ eſt dare Aliquod regium

| | |
|---|---|
| Temporaliter. | Primum debet parum reputari. |
| Uirtualiter. | Sed ſecundum multum honorari. |
| Eternaliter. | Sed tertium ſemper affectari. |

¶ Igitur dico ꝙ eſt dare regium temporale. quod eſt va
num ⁊ tranſitorium. quia reuera omnia illa que in hoc
mundo regalia vel regia dinoſcuntur. periculoſa vana
⁊ tranſitoria comprobantur. Et hoc certe multiplici ra
tione. videlicet Propter
Diſſenſiones ⁊ controuerſias.
Uagationes ⁊ inſolentias.
Occiſiones ⁊ iniuſtitias.
Detractiones ⁊ inuidentias.
Ambitiones ⁊ auaricias.
Proditiones ⁊ fraudulentias.
Uiolentias ⁊ extorſiones.
Delectationes atqꝫ blandicias.
Epulatiōes ⁊ caſtrimargias.
¶ Et breuiter dicam. ꝙ in domibus ⁊ curijs regijs ſo-
lent communiter eſſe ⁊ vigere controuerſie ⁊ diſſenſio-
nes. Unde. iij. Regum. x. dicitur. ꝙ ſuſcitauit dominus
aduerſarium ſalomoni de ſemne regio. ¶ Item ibi ſo-
lent vigere inſolentie ⁊ vagationes. Ut cōmuniter enī
tales regij ocijs et vagationibus intendunt. Sicut de
dauid legitur. ij. Regum. xj. Quod cum deambularet
in ſolario aule regie. vidit berſabee ſe balneātem. et eā
concupiſcens fedauit et vriam virum eius occidit.
¶ Item ibi ſolent vigere iniuſtitie et occiſiones. Mul-
ta enim homicidia iniuſta vel publica vel occulta ſo-
lent in curijs regijs perpetrari. ſicut in multis regnorū
hyſtorijs legitur ꝙ ſemen regium extinctum eſt vt alij
iure poſſent ſuccedere loco ſui. Sicut. iiij. Regum. xj. le-
gitur. ꝙ athalia omne ſemen regium interfecit vt re-
gnaret in hieruſalem. ¶ Item ibi ſolent vigere inuiden
tie et detractiones. ſicut de Aman legitur Heſter. v. ꝙ
inuidia motus dixit. Cum hec inquit omnia habeam.
nihil me habere puto quādiu videro Mardocheum iu-
deum ſedentem ante foras regias ⁊c. ¶ Ibi ſolent vige
re auaricie ⁊ ambitiones Semper enim ſolent ad am-
pliores diuitias anhelare et ad altiores ſtatus ambire.
Exemplo Aman de quo dicitur Heſter. vj. quod Aman
atrium domus regie intrauerat. quando ſcilicet voca-
tus fuit a rege vt diceret quo honore dignus eſſet quē
rex honorare vellet. credens pro ſe fieri queſtionem dixit
ſic. Homo quem honorare rex cupit debet indui veſti
bus regijs. et accipere regium dyadema ⁊c. ¶ Item ibi
ſolent vigere fraudulentie ⁊ proditiones. ſicut de yſma
el legitur Hieremie. xlj. ꝙ yſmael qui erat de ſemine re-
gio venit ad godoliam in maſphat et comederunt pa-
nes ſimul ⁊ tamen interfecerunt eum ipſe ⁊ ſocij ſui. Et
ſequitur ibidem. Quod yſmael incedens ⁊ plorans venit
in occurſum. xl. virorum ⁊ occidit eos ⁊c. ¶ Item ibi ſo
lent vigere violentie ⁊ extorſiones quia ſcꝫ tales officia
les regij. ſolent rapinas ⁊ extorſiones facere ⁊ crudelita
tibus violentijs ſe ⁊ regiū palaciū inflāmare. Unde iij.
Reg. xvj. dicit. ꝙ zamri ingreſſus eſt palaciū ⁊ ſuccēdit
ſe cum domo regia. O quot ſunt hodie tales in regijs
palacijs. qui ſcilicꝫ propter ſuas adinuentiones ⁊ con-
ſilia domos regias igne rapine ⁊ violentie incendunt.
¶ Itēꝫ ibi ſolent vigere blandicie ⁊ delectationis. quia
ſcilicet tales regij delitijs ⁊ blandicijs ſolum vacant
Unde Eſaie. vij. dicitur Babylonice ciuitati. Ornaſti
et inquit regio vnguento. Et multiplicaſti pigmenta
tua. ¶ Item ibi ſolent vigere caſtrimargie ⁊ epulatio-
nis. Unde de vria legitur. ij. Regum. xj. Quod cibus re
gius

gius ſecutus eſt eum. dormiuitqꝫ ante portas domus regie. Et tamen conſtat ꝙ occaſione illius dormitionis fuit mors ipſius machinata. Sic igitur patet. ꝙ eſt dare regium temporale quod eſt vanum ⁊ tranſitorium.

B ¶ Secundo dico. ꝙ eſt dare regnum virtuale. quod eſt ſanum et meritorium. Et ſic dico. ꝙ illi dicuntur regij. vel regales. qui ſcilicet chriſto regi celeſti ſunt dedicati. vel ipſius regijs virtutibus ſunt dotati. Illa enim bona regia dicuntur. vel regalia. que ſcilicet ſunt magnifica et honeſta. et a chriſto rege regum data. et ab ipſo dependentia et conceſſa. Siue igitur nos agamus de ſupremis. ſiue regalibus ſeu regijs. Dic ꝙ in ſcriptura reperitur ſcilicet.

Regia ſeruitus.
Regius tranſitus.
Regius habitus.
Regius affectus.
Regius aſpectus.
Regius paſtus.
Regius potus.
Regius cetus.
Regium genus.
Regium munus.

¶ Et ſic dic ꝙ viri iuſti ⁊ ſancti pro tanto dici poſſūt regij vel regales. quia ſub ſunt ſub regis diſtrictu. quia ſcilicet iſti in ſeruitute regis chriſti viuunt. ſibiqꝫ in ſtatu religionis. timoris. vel penitentie ſeruiunt atqꝫ ſubſunt. dicentes illud Geneſis. xlvij. Eme nos in ſeruitutem regiam. Sequitur. Et leti ſeruiemus regi. ¶ Item quia viuūt virtuoſo vel regio conuictu. Uita enim virtuoſa vita eſt regia et glorioſa. De qua ſcilicet dicitur Numeri. xxj. Uia regia gradiemur. non declinabimus ad dexteram aut ſiniſtram. ¶ Itez quia pollent regio contextu. hoc eſt dictu. ſancta ⁊ honeſta conuerſatione. quia ſcilicet honeſta conuerſatio eſt regius habitus regis chriſti. Unde de quolibet ſancto et honeſto viro poteſt dici illud Heſter. viij. Mardocheus autem de palacio ac de conſpectu regis egrediens fulgebat veſtibus regijs. hiacintinis ⁊ aerinis coronam auream portans in capite. ⁊ amicto pallio ſerico atqꝫ purpureo. ¶ Item quia parcunt regio affectu. quia ſcilicet viri perfecti debent habere pium ⁊ regium animum faciliter indulgendo. Exemplo regis Aſſueri: De quo dicitur Heſter. viij. Quod ſceptrum regium aureum protendit ſcilicet ad heſter. quo ſignum clementie monſtrabatur. ¶ Item placent regio aſpectu. Iſti enim habent aſpectum regium. autenticum videlicet. ⁊ honeſtum. Unde Danielis. ij. dicitur. Dentur inquit nobis legumina ad veſcendum ⁊ aquam ad bibenduz. ⁊ contemplare vultus noſtros ⁊ vultus puerorum qui veſcuntur cibo regio ⁊c. ¶ Item quia cibantur de regio paſtu ſcilicet ſacramento altaris. Unde. ij. Regum. xj. Secutus eſt eum cibus regius. Et illud ſupra dictum puerorum qui veſcuntur cibo regio. ¶ Item quia potantur de regio guſtu ſeu potu ſcilꝫ ſanguine precioſo chriſti Heſter. j. Uinum quoqꝫ magnificentia regia dignū erat. ¶ Item quia ſociantur a regio cetu. hoc eſt dictu. A digna ⁊ honeſta iuſtorum ſocietate. Unde de rege Aſſuero dicitur Heſter. j. Quod ipſe interrogauit ſapientes qui ex more regio ſemper ei aderant. ¶ Item quia extolluntur regio genere. j. Pet. ij. Uos eſtis genus electum. regale ſacerdotiuz. Et Danielis. j. Ait inquit rex prepoſito eunuchorum vt introduceret de filijs iſrael ⁊ de ſemine regio ſcilicet finaliter in paradiſum. Ut ſcilicet illis dicatur. quod dictum eſt. iij Regum. x. de regina ſaba ideſt de anima beata ꝙ rex ſalomon ſcilicet chriſtus dedit ei om̄ia que voluit. ⁊ que petiuit exceptis his que vltra obtulerat ei munere regio. Sic igitur patet. ꝙ eſt dare regium virtuale. qđ eſt ſanum ⁊ meritorium.

C ¶ Tertio dico. ꝙ eſt dare regium eternale quod eſt dignum ⁊ permanſorium. ⁊ iſtud certe ſignat bona ⁊ dona regia glorie paradiſi. vt ſic de anima beata ⁊ chriſto rege ⁊ ſponſo ſuo dicatur illud. quod de rege Aſſuero ⁊ regina heſter dicitur heſter. xv. Cumqꝫ inquit heſter regio fulgeret habitu. ſtetit contra regem vbi ipſe reſidebat ſuper ſolium regni indutus veſtibus regijs auroqꝫ refulgens. Et ſic ergo patet. ꝙ eſt dare quoddam regiū quod eſt eternale. Quoddam regium quod eſt virtuale. Quoddam regium quod eſt temporale. Et hec ſufficiant pro preſenti.

## Regio.

Nota ꝙ regio inuenitur multiplex in ſcriptura. videlicet Regio A

Uiatorum.
Perfectoꝝ.
Beatorum.
Peccatoꝝ.
Uitiorum. ⁊
Meritorum.
Tormentoꝝ.

Regio viatoꝝ eſt vita temporalis. Iſta eſt eniz regio in quam miſſus eſt adā peregrinari poſt peccatuz. Ruth. j. Abijt homo de bethleem vt peregrinaretur in regiōe moabitide. ¶ Regio perfectorum eſt vita ſpiritalis. Et iſta eſt regio religionis vel eccleſie. vel ſancte ſcripture in qua ſcilicet viri perfecti habitant ⁊ meditant. Iſta eſt regio. de qua dicitur Iohan. xj. ꝙ ieſus abijt in regionem iuxta deſertum. Iſta eſt regio ad quam venit dei filius per incarnationem accipere ſibi regnum ⁊ recuperare poſſeſſionem animarum Luc. xix. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquaz accipere ſibi regnum. Iſta eſt regio in qua ſancti ſicut ſpirituales mercatores merces virtutum portauerunt ⁊ lucruz meritorum ⁊ premium reportauerunt. Quia ſicut dicitur in ps. Deus dedit illis regiones gentium ⁊ labores populoruz poſſidebunt. ¶ Regio beatorum eſt patria ſupernalis. Et iſta eſt illa regio vbi ſancti poſt huius vite labores quieſcunt. De qua in pſal. dicitur. Placebo domino in regione viuorum. ¶ Regio peccatorum eſt patria mundialis. Et iſta eſt regio quaz alter alteri aufert violenter ⁊ in qua vnus multa mala facit ⁊ infert. De qua Eſaie. j. Regionem veſtram coram oculis veſtris alieni deuorant. Iſta eſt regio que q̄uis peccatoribus ſit delicioſa. eſt tamen ipſis damnabilis ⁊ periculoſa. Sicut de loth legimus. ꝙ ipſe eleuatis oculis vidit omnem regionem circa iordanem que vniuerſa irrigabatur aquis. Et ſequitur ꝙ ibi fuit paulo poſt captus. ⁊ captiuatus. ¶ Regio vitiorum ⁊ meritorum eſt habitatio cordialis. Et iſta eſt de qua dicitur Eſa. ix. Habitantibus in regione vmbre mortis. lux orta eſt eis. Regio enim vmbre mortis eſt excecatio cordis vbi lux ſpiritalis oritur. quando expulſis vitijs gratia ſubintrat. ¶ Regio damnatorum eſt habitatio infernalis. Et de iſta poteſt dici illud Ioel. j. Flamma ſuccendit omnia ligna regionis. Iſta igitur de regione ſufficiant Uide de Regno. de Patria. de habitatione. de Ciuitate ⁊ alijs ſimilibus titulis locū vel patriā ſignificantibus.

## Regnum. Regnare.

A Nota breuiter ꝙ in ſcriptura multiplex regnum inuenitur tam in bono q̄ in malo. In bono enim inuenitur Regnum

Superius.
Inferius.
Interius.
Exterius.

Primum eſt regnuz eccleſie triūphantis. Secundum eſt regnum eccleſie militantis. Tertium eſt regnum anime vel conſcientie virtuoſe. Quartum vero eſt regnum ſcripture vel ſapientie luminoſe.

In primo regno regnant beati.
In ſecundo regno regnant prelati.
In tertio regno regnant deuoti.
In quarto regno regnant edocti.

Iſta enim ſunt quatuor regna dei. videlicet. Patria Eccleſia Anima ⁊ Scriptura. Regnat eniz deus in patria ſicut rex in conuiuio. De quo Luce. xiiij. Beatus qui manducabit panem in regno dei. Regnat deus in eccleſia ſicut rex in exercitu ſeu prelio. De quo Hieremie. xxiij. Regnabit rex ⁊ ſapiens erit ⁊ faciet iudicium ⁊ iuſtitiam in terra. Regnat deus in anima ſicut rex in camera ſeu in palacio. iij. Regum. ij. Salomon ſedit ſuper thronum ⁊ firmatum eſt regnum eius. Regnat etiam deus in ſcriptura ſicut rex in ſecreto conſilio. Et de hoc Michee. iiij. Regnabit dominus ſup illos in mon

Ayuntamiento de Madrid

te ſyon Et breuiter iſta ſunt regna quibus loquit da-
uid in ps. Regna terre cantate deo: pſallite domino.
Et ideo ſicut legitimi hr̄des regni naturaliter habēt
affectum et appetitū ad regnū. ſic cū nos ſimus here-
des et ſucceſſores iſtius quadruplicis regni dei. Jaco.
ij. Heredes regni quod repromiſit ꝛc. debemus iſtud
regnū diligere ꝛ appetere ꝛ ad ipſum totis affectibus
anhelare. Juxta illud Math. vj. Primū querite regnū
dei. Regnū enim glorie eſt querendū vt occupetur. Re-
gnum eccleſie eſt querendum vt gubernetur. Regnū
anime eſt querendū vt reparetur. Regnum ſcripture
eſt querendū vt contempletur. Et ideo breuiter de iſto
quadruplici regno exponam⁹ illđ Luce. xiij. Videbitis
Abraam. Jſaac ꝛ Jacob et omnes prophetas in regno
dei. Ubi oſtenditur ꝙ ſicut dictū eſt. deus habet qua-
druplex regnū qđ a nobis diuerſimode eſt querendū.
videlicet Regnū

Beatorum. — Beati enī regnant
Prelatorum — in pria. Et iſti ſunt
Perfectorum — Jſaac qui interpre-
Diſcretorum. — tatur riſus. Prela-

ti regnant in eccleſia. et iſti ſunt Abraam qui interpre-
tatur pater multarū gentiū. Perfecti regnant in pro-
pria conſcientia. et iſti ſunt iacob. ideſt ſuplantator ſci-
licet dyaboli. Diſcreti regnant in ſcripture ſapientia.
B Et iſti ſunt prophete. ¶ Primo ergo dicamus ꝙ eſt
vnū regnum paradiſi quod datur intelligi per yſaac. q
interpretatur riſus ſeu gaudiū pro eo ꝙ illi qui ſunt il-
luc ſunt in perpetuo gaudio atꝙ riſu. ps. Dominus
regnauit exultet terra. letentur inſule multe. Gen. xxj.
Uocauit abraam nomen filij ſui yſaac dicens. Riſum
fecit mihi dn̄s. Et poſſumus notare ꝙ iſtud regnū eſt
affectandū multiplici ratione. videlicet q2 hꝫ ſemper
Interminabilē ſeu durabilē eternitatem.
Jndefectibilem fertilitatem.
Jmperturbabilem tranquillitatem.
Jnobfuſcabilem claritatem.
Jneſtimabilem amenitatem.
Jndepreſſibilem autoritatem.
Qđ enim ſit eternitas interminabilis. patet Dan. vij.
vbi dicitur. Poteſtas eius poteſtas eterna ꝛ regnum
eius non corrūpetur. Et Dan. iij. Regnū eius regnum
ſempiternū. ¶ Jtem ꝙ ibi ſit fertilitas indefectibilis.
patet in illo verbo Luce. xiiij. Beatus qui manducabit
panē in regno dei. Jdeo de pauperibus dicitur Mat.
v. Beati pauperes ſpiritu: quoniā ipſorū eſt regnū ce-
lorū. Sequitur. Beati qui eſuriunt ꝛ ſitiunt iuſtitiam
quoniā ipſi ſaturabuntur. ¶ Jtē ꝙ ibi ſit tranquilli-
tas imperturbabilis. patet Luce. xij. vbi dicitur. Noli
te timere puſillus grex: quia complacuit patri veſtro
dare vobis regnū. ¶ Jtem ꝙ ibi ſit claritas ſeu formo-
ſitas inobfuſcabilis patet Math. xiij. vbi dicitur. Ful-
gebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. ¶ Jtē ꝙ
ibi ſit iocunditas incontriſtabilis. ¶ Jtē ꝙ ibi ſit ame
nitas ineſtimabilis patet Sap. v. vbi dicitur. Qđ ſan-
cti accipient regnum decoris ꝛ dyadema ſpeciei de ma-
nu domini. ¶ Jtem ꝙ ibi ſit autoritas indepreſſibilis
patet in ps. vbi dicitur. Regnum ipſius omnibus do-
minabitur. Jſtud eſt regnum ſuperius quod eſt affe-
C ctandū. ¶ Secundo dico ꝙ in ſcriptura inuenitur re
gnū inferius quod eſt gubernandū. Et iſtud eſt regnū
eccleſie militantis: qđ nullus debet appetere vt preſit
ſed ſolū vt proſit. vt ſcilicet ſibi poſſit dici illud. iij. Re
gū. xxj. Grandis autoritatis es et bene regis regnum
iſrael. Et hoc oſtenditur cū dicitur. Abraam qui inter-
pretatur pater multarū gentiū. ſignificans prelatos
qui in regno eccleſie principant. qui ſcilicet patres ſpi-
rituales merito nuncupant. Luce. j. Sicut iurauit ad
abraā patrē noſtrū daturū ſe nobis. Et nota ꝙ in iſto
regno debet eſſe
Juſtitie rectitudo.
Jnnocentie mititudo.
Perſeuerantie longitudo.
Penitentie artitudo.
Concordie quietudo.
¶ De iuſtitia dicit Eſaie. xxxij. Ecce in iuſtitia regna-
bit rex. De innocentia dicitur Math. xix. Sinite par-
uulos venire ad me. talium eſt enim regnum celorum.
De perſeuerantia dicitur Luce. ix. Nemo mittens ma-
nū ad aratrū et reſpiciēs retro aptus eſt regno dei. De
penitentia dicitur Mathei. iij. Facite penitentiam: ap-
propinquabit enim regnum celorum. De concordia di
citur. iij. Regū. ij. Confirmatum eſt regnū in manu
Salomonis qui ſcilicet interpretatur pacificus. Jſtud
eſt regnum inferius quod eſt gubernandum. Abraam
inquit. ¶ Tertio dico ꝙ in ſcriptura inuenitur regnū D
inferius quod eſt reformandum. Et iſtud eſt regnū po
tentiarum anime. et appetitiuū corporis et deſiderio-
rum corporalium ſenſuū. Jſta enim ſimul iuncta fa-
ciunt vnum regnū in quo nullus niſi perfectus domi-
natur ad plenum. vnde Seneca epiſtola. xxxvij. Mul-
tos reges ſi te ratio rexerit. Et de iſto regno dicitur Lu
ce. xvij. Regnum dei intra vos eſt. Jacob inquit. quia
ſcꝫ interpretat ſupplantator. ꝛ qui etiā fuit luctator: q2
ſcilicet illi qui ſunt Jacob ideſt illi qui ſciunt dyabolū
deludere et ſupplantare. et qui contra propria deſide-
ria ſciunt luctari. ſciunt in anima ſua ſpiritualiter re-
gnare. et ſuis appetitibus imperare. Et iſtud eſt illud
regnum de quo dicitur Romanorum. xiiij. Non eſt re
gnum dei eſca et potus. Quia ſcilicet illi qui volunt
eſcis et potibus indulgere nunꝗ poſſunt in regno ani
me imperare. quia videlicet non per carnis delectatio-
nes ſed per multas tribulationes oportet nos regnū
celorum intrare. Actuū. xiiij. Jacob inquit Luce. j. Re-
gnabit in domo Jacob in eternum. Et ideo de iſto regi
mine ſiue regno. dicit Origenes. Et habetur in gl. Rex
inquit a regēdo dictus eſt. Si ergo animus rite regnat
et corpus obtemperat. Si vitia freno ſobrietatis pre-
mas merito rex vocaris: quia iuſte te regis et effectus
talis vt digne ad audienda verba rex voceris. Jſtud eſt
ergo regnum interius quod eſt reformandum. Et ſm̄
iſtum modum regnandi quilibet viri iuſti dicuntur re
gnū ꝛ reges. Juxta illud Apoc. j. Feciſti nos deo noſtro
regnū. Et ſꝫ illđ cōe. Seruire deo regnare eſt. ¶ Quar
to vo dico ꝙ eſt regnū exterius qđ eſt habitandū. Et
iſtud eſt regnū ſacre ſcripture ꝛ fidei xp̄iane qđ deſigna
tur ꝑ ꝓphetas: q2. ſ. deus multifarie loquēs patrib⁹ in
ꝓphetis. i. in ſcripturis ꝓphetaꝝ ꝛc. Heb. j. Et de iſto
regno dicit Luc. xiij. Multi venient ab oriente et occi-
dente ꝛ recūbent cū abraam Jſaac ꝛ Jacob in regno ce-
lorū. filij aūt regni eijcient in tenebras exteriores. Tene
bras inqt. i. in cecitatē ꝛ obſtinationē eternā. Jſtud eſt
eñ regnū qđ perdiderunt iudei ꝛ tranſlatū eſt ad gen-
tes. Quia ſicut dicit Eccli. x. Regnū transfert de gente
in gentē ꝓpter iniuſtitias. iniurias. ꝯtumelias. ꝛ diuer
ſos dolos. vnde Math. xx. Auferet a vobis regnū dei ꝛ
dabit genti facienti fructus eius. Jſtud igitur eſt qua-
druplex regnū dei ſcilicet Scripture. Anime. Eccleſie.
ꝛ Patrie. Et ſic dico ꝙ regnū accipit in bono. ¶ Sed E
adhuc dico ꝙ regnū accipitur in malo. Et ſic dico. ꝙ
eſt triplex malū regnū. ſ. Regnū

Eminentie temporalis. — Regnū tēpora
Conſcientie criminalis. — le eſt regnū
Peſtilentie infernalis — tyrannoꝝ. Re-

gnū criminale eſt regnū vitioꝝ. Regnū infernale eſt re
gnū damnatoꝝ. Regnū tyrannorum eſt tranſitorium.
Et de hoc dicit Dan. ij. ꝙ deus mutat tpa ꝛ etates. trāſ
fert regna atꝙ ꝯſtituit. Regnū vitioꝝ eſt infectorū q2
ſcꝫ qn̄ vitia in aia regnāt ꝛ dn̄antur. oēs vtutes ipſi⁹ cor
rūpunt. Jdeo dr̄ Ro. vj. Nō regnet peccatū in mortali
corpe veſtro vt obediatis ꝯcupiſcētijs eius. Regnū dā-
natoꝝ eſt afflictorū. Et d̄ hoc dicit Apoc. xvj. ꝙ qntus
angelus effudit fialā ſuam in beſtiā ꝛ factū eſt regnū
eius tenebroſum. Quia. ſ. angelus xp̄s qui qntus pōt
dici ꝑ eo ꝙ ipe ſupeminet ſpiritib⁹. ſicut eſſentia qnta
corporibus fiala veneni ſue indignationis in beſtiam
ideſt

Ayuntamiento de Madrid

idest in dyabolum effudit. et ſic totum regnum inferni triſte et tenebroſum fecit. Et de hoc dicitur in pſal. Effunde iram tuā in gentes que te non nouerunt. ⁊ in regna que nomen tuum non inuocauerunt: Et ſic dico qđ in ſcriptura inuenitur triplex malum regnum. ¶ Sed de temporali regno poſſumus adhuc notare ꝙ illud regnum eſt vituperabile ſcilicet Propter ſuā.
Inſtabilem mobilitatē.
Turbabilem diuerſitatē.
Terribilem crudelitatem.
Odibilem fallacitatem.
Mirabilem carnalitatem.
Iſtud enim regnum habet mobilitatem mutabilem. quia ſcilicet ſicut dicitur Eccleſiaſtici.x. Regnū transfertur a gente in gentez. Iſtud eſt regnū tyri vbi ſemel accidit ꝙ ſerui dominos expulerunt et occiderunt. et loco eoruz regnauerunt. ſicut ponit iuſtinus. Si vero in regno mūdi et preſentis eccleſie mali imperant. ſerui regnant. domini vero ideſt viri iuſti et boni ſeruiunt atqꝫ ſubſunt. Eccleſiaſtici.x. Uidi ſeruos in equis ⁊ principes ambulantes quaſi ſeruos ſuper terram. Unde iiij. Regū.ij. dicit Adonias. Meum erat regnum. ſed tranſlatum eſt regnum et factum eſt fratris mei. Et Danielis.iiij. Regnuz tuum tranſit a te. Et Danielis v. Diuiſum eſt regnuz tuū et datum eſt perſis ⁊ medis. Item habet diuerſitatem turbabilem: quia ſcilicet in regno huius mundi non eſt pax. Unde ps. Conturbate ſunt gentes et inclinata ſunt regna. Et Luce.xxj. Surget gens contra gentem. et regnum aduerſus regnū. Item habet crudelitatem terribilem. Unde Prouerbiorū.xxx. dicitur ꝙ terra mouetur per ſeruum cuz regnauerit. Unde verſus. Crudelius nihil eſt humili cum ſurgit in altuz. Item habet fallacitatem cunctis odibilem. vnde Danielis.xj. Ueniet clam et obtinebit regnū in fraudulentia. Item habet carnalitatem valde mirabilem. quia hodie in multis regna reguntur per mulieres. Unde verſus. Regna regunt vulue clamat gens tota ſimul ve. Dedecus eſt regi a muliere regi. Iſta ergo de regno et de regnare ſufficiant. Uide ſupra de Regere et de Regno. et de Rectitudine: Et vbi princeps. Et vbi Miniſtrare. Et vbi pugna. quia ibi inuenies de Regno ⁊ miniſterio bonoruz ⁊ malorum angelorum ⁊c.

## Regredi.

Uide vbi Reuerti.

a

## Regula.

Nota ꝙ regula dicitur a regendo: quia ſcilicet illud debite regulatū dicitur qđ eſt iuſte et debite gubernatum et rectū. Eſt enim regula idem qđ regimen vel menſura. Et ſi vis dic ꝙ nos inuenimus Regulam
Rationis.
Lectionis.
Iuſſionis.
Regula rationis eſt in cordiali conſcientia. quia ſcilicz quilibet in corde ſuo habet inſtinctū ⁊ regulā rationis ſm quaz ſi ſe regulauerit non errabit. Iſta eſt enim regula valde recta. ad cuius exemplar ſi lineas operuz tuoruz protraxeris. opus rectuz et perfectum operaberis. Ad quod monet ſcriptura Leuit.xix. dicens. Nolite facere iniquū quid in iudicio. in regula. in pōdere. in menſura. Ille enim in regula iniquum aliquid facit qui cōtra conſcientiaz ſuā agit. Iſta eſt ergo regula rationis que eſt in cōcordiali conſcientia. ¶ Regula lectionis eſt in literali ſapientia: quia ſcilicet ſcriptura ſacra regula eſt ⁊ doctrina ſm quā recte ⁊ ſancte viuitur in hoc mundo. Figura ad hec.iij. Regū.vj. vbi dicitur ꝙ ſalomon in templo ſculpſit cherubin ⁊ palmas. operuitqꝫ omnia laminis aureis opere quadro ad regulā. Cherubin enī interpretatur plenitudo ſcientie. Palme ſempervirentes ſignificant immortalitatē. Quia procer toverus ſalomon dominus deum in templo eccleſie ſacrā ſcripturā durabilē ⁊ immortalem poſuit. vbi plenitudinē ſcientie collocauit. quā certe opere quadro ad regulam fabricauit. inquantum in ipſa omniū virtutum regulas ⁊ omnis certitudinis quadraturas ſignauit. Et de iſta dicitur Philip.iij. Idem ſapiamus et in eadem permaneamus regula. Cuius tamen contrariū faciunt heretici. qui ſcilicet in iſta ſacre ſcripture regula non idem ſapiunt cum fidelibus nec in eadem regula permanent, cum eiſdem. Figurati in illo acbior qui abſcondit regulam auream propter quod populus iſrael cecidit in prelio. et ideo lapidatus eſt. Quia in iſtam auream regulā ſcripture diuine ⁊ ipſius veritatem heretici celant et abſcondunt. immo etiaz male interpretando confundunt. ⁊ ſic populum iſrael decipiendo cadere ante hoſtes ſuos demones per diuerſos errores faciunt. ⁊ propter hoc ipſi finaliter in inferno pereunt et ſuccumbunt. Non ſic ſed ſequamur veram regulam lectionis que eſt in literali ſapientia. Iuxta illud.ij. Corin.x. Spem inquit habentes creſcentis fidei veſtre in vobis magnificati ſm regulā noſtram. ¶ Regula iuſſionis eſt in fraternali ſeu in virtuali obſeruātia. Et iſta certe eſt regula eccleſie vel religionis que ſtat in obſeruantia mandatorum: quā ſcilicet qui profeſſus ſemel fuerit perpetuo ſeruare debebit. quam ſi digne ſeruauerit eterne vite premiuz reportabit. Iuxta illud Gala.vj. Quicunqꝫ hanc regulam ſecuti fuerint pax ſuper illos ⁊ miſericordia ⁊ ſuper iſrael dei. Quod nobis concedat qui viuit ⁊ regnat.

## Religio. Religioſus.

a

Nota qđ religio nihil aliud eſt ꝙ̄ ſtatus hominum perfectorum ſub certis mandatis et regulis deo famulantium. Et dicitur religio a religo religas. quia ſcilicet illi qui in baptiſmo ad fidei cognitionem obligantur et ligantur. in religione ad morum perfectionem voluntarie aſtringuntur ⁊ per certa vincula votorum ibidem fortius religantur. Et breuiter religio debet eſſe in mundo ſicut turris fortior ⁊ altior in caſtro. Quia ſicut illi qui in ciuitate vel in caſtro tuti non ſunt. ad turrim pro ſecuritate refugiunt. Sic infirmi qui in mundo a dyabolo timent capi. ad turrim religionis accedunt. Ibi enim a longe concurſus hoſtium ſpeculantur. Ibi tutius viuitur ⁊ ibi ſecurius habitatur. Iſta eſt enī ſicut turris lybani que reſpicit cōtra damaſcuz. mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortiū. Breuiter igitur nos poſſumus notare ꝙ ſtatus talis eſt tanꝙ̄ ſecurior eligēdus propter multas laudabiles virtutes que ibidē eſſe noſcuntur. Et iſte procul dubio ſunt.ſ. Uirtus
Caſtitatis.
Paupertatis.
Humilitatis:
Cōmunitatis.
Taciturnitatis.
Habitus vilitatis.
Iſta ſunt enim quedam ſpiritalia ligamina quibus homo ligatus religioſus efficitur. Caſtitas enim ligat luxuriam. Paupertas auariciam. Obedientia et humilitas ſuperbiā. Communitas inuidiam. Parcitas gule immundiciam. Charitas iracundiam. Taciturnitas oris inſolentiam. Operoſitas accidiam. Habitus vilitatis inanem gloriam. Iſta ſunt ligamina quibus religauerunt ſancti patres pueros et ſubditos ſuos in cunabulo eccleſie vel religionis ne ſcilicet per vitia deſtruerent. ſed vt infra diſcipline limites perſiſterent et manerent. ¶ Dicamus ergo primo de virtute floride caſtitatis. Iſta eſt enim ſpecialis virtus religioſorum quia ſicut apes que communiter in eodem alueari morantur. perpetuam caſtitatem ſeruant. et nunꝙ̄ carnaliter cohabitant nec immundas aut fetidas ſedes libēter viſitant aut frequentant. Sic vere religioſi qui communiter habent viuere. debent caſtitatē perpetuam tenere. oīa immunda ⁊ carnalia fugere. ⁊ nunꝙ̄ ſe ꝑ carnis vitiū maculare. Et ideo dicitur Iac.j. Religio mūda ⁊ immaculata apud deū. hec eſt immaculatum cuſtodire. Et ideo Cyprianus libro de.xij. abuſionibus dicit. Quod pudicicia ſeu caſtitas eſt ornamētū nobiliū. exaltatio hūiliuz. nobilitas ignobiliū. pulchritudo viliū ſolamē merentiū. augmentū pulchritudinis. decus re

Ayuntamiento de Madrid

ligionis.minoratio criminũ. multiplicatio meritorũ.
amica creatoris omniũ. Iſta autem proculdubio ſunt
hodie contra multos ſimiles columbis . que q̃uis in
communitate viuant.⁊ q̃uis ſub eiſdem columbarijs
ambitu reſideant.ſunt tamen aues vltra modũ luxu=
rioſe ⁊ immunde.intantũ ꝙ etiã tempore ſenectutis et
ſi operari non valeant.tamen oſculari non ceſſant . In
quo notatur qḋ non omnes illi qui in collegijs et ce=
nobijs viuunt caſti ſunt:quinimmo multi ſunt qui vl
tra modum luxurie ⁊ inmundicie non ſolum in iu=
uentutis ,ſed etiam in ſenectutis tempore ſe ſubmit=
tunt.Sicut ad preſens patet de religioſis infinitis qui
plus vacant hodie voluptati q̃ caſtitati . plus luxurie
q̃ continentie vel religioni.Et hoc eſt ꝙ luxuria domi
na mũdi.tante eſt improbitatis ꝙ vbiqꝫ ſe ingerit.Re=
ſerat enim palacia principum : penetrat cameras pre=
latorum . poſſidet aulas clericorum ſubuertit currus
contemplatiuorũ.rumpit cellulas religioſorum.In ſe
nibus enim fumigat.in iuuenibus militat.in mulieri
bus imperat.Quid plura.totũ fedat.totũ inficit.totũ
aquis diluuij conſumit.iſta domina luxuria . Patet
B igitur ꝙ religioſi debent habere virtutem floride caſti
tatis.¶ Secundo dico ꝙ ipſi debent habere virtutem.
intime paupertatis : quia ſcilicet religioſi debent eſſe
pauperes voluntarij. ⁊ omnia bona temporalia debẽt
vilipendere.⁊ a mente ſua totaliter abdicare. ¶ Exem
plo apum que ſtercora ſua volando eijciunt : ita ꝙ ad
alueare ſuum ipſa nunq̃ portant neqꝫ deferunt. Colũ
be ⁊ hyrundines dicuntur de nidis ſtercora ſua eijcere:
⁊ ad hoc ſuos filios edocere. Sic vere religioſi qñ aluea
re religionis ſunt ingreſſuri:debent omnia ſtercora di=
uitiarũ dimittere:⁊ ipſa a nido cordis ſui quantũ ad
amorem ⁊ deſideriũ totaliter abdicare. Unde dicit Ce=
ſarius in ammonitione. xxv. Quod ad perfectionem
religionis pertinet ſubiectione ⁊ abiectione gaudere:
paupertatis ſtudiũ querere.et non ſolum facultates:
immo etiam voluntates de cordibus extirpare . Nihil
enim habere interdum neceſſitatis eſt:nihil autẽ cu=
pere eſt virtutis.Et iſta ſunt contra multos religioſos
qui magis ſunt ad temporalia inclinati.et in amorem
temporalium inuoluti q̃ alij qui ſunt in ſeculo nutri=
ti.Similes vpupe que de nido ſtercora nõ eijcit: immo
ipſa ibidem aggregat et dimittit . Quia ſcilicet tales
ſtercora diuitiarum non eijciunt nec relinquunt : ſed
in nido cordis et hoſpitij ſui ipſa per auariciam accu=
mulant et dimittunt intantum ꝙ multi qui pauper=
tatem profeſſi ſunt:ditiores in clauſtro fiunt q̃ eſſent
ſi in ſeculo remanſiſſent . Quod bene apparet de reli=
gione alborum monachorum qui faciunt de formicis
illud animal quod vocatur grillus : quod ſemper ſtat
iuxta ignem in muro.et ſpecialiter in furno : et de illo
animali faciunt formicas: quod eſt dictu : ꝙ religioſi
qui deberẽt ſemper ſtare in clauſtro ⁊ in eccleſia ad de=
uotionem et orationem:aſſimilantur formicis aggre=
gantibus corporalia:⁊ conuerſi qui debent facere tem
poralia ⁊ congregare in horrea pro monachis : modo
ſunt grilli.quia ſtant iuxta monaſterium ad ſeruitiũ
monachis vagantibus ad exteriora.de quibus Hiero=
ny.in epiſtola ad heliodorum. Multi inquit ſunt di=
tiores monachi q̃ fuerant ſeculares .⁊ ſub chriſto pau
pere opes poſſident:quas ſub dyabolo locuplete non
habebãt. Suſpiret ergo eos religio diuites:quos mũ=
dus habuit indigentes. Non ſic ergo ſed habeant re=
C ligioſi virtutem intime paupertatis. ¶ Tertio dico ꝙ
iſti debent habere virtutem obedientie et humilitatis.
Obedientia enim eſt propria virtus religioſorum: qui
proprie voluntati renunciant:et voluntati prelatorum
ſe ſubiugant . Exemplo apum que miro modo obedi=
unt regi ſuo.ipſumqꝫ precedentem ſequuntur:⁊ ipſum
fatigatum deferũt et ei obſequuntur. Sic religioſi mi=
ro modo debent regi idest prelato ſuo obedire:⁊ ipſum
patienter et humiliter ſupportare. Unde Bernard.in
quodam ſermone dicit: ꝙ in religione viuendũ eſt or=
dinate:ſocialiter et humiliter. Ordinate ſcilicet quan=
tum ad ſe. Socialiter quantum ad proximum. Humi
liter quantũ ad deum et prelatum . Que tamen ſunt
contra multos religioſos qui prelatis nolunt obedire
ſed contraire:non eis obſequi:ſed eos perſequi: nõ ſub
ferula laborare:ſed vndiqꝫ ſine regula diuagari. Simi
les vapori igneo in ventre nubis detẽto : qui dedignãs
manere et exterius ad libertatem appetens exire nu=
bem rumpit: et exterius fulminando oculos intuen=
tium valde ledit. Quia ſcilicet tales in ventre nubis id
eſt in clauſtrali obedientia morari non curantes. reli=
gionem rumpunt exterius vagando exeunt . et choru=
ſcationem malorum exemplorum oculos intuentium
valde ledunt. Contra quos loquitur Bernard . ſuper
Canti.ſermone.x. Non inquit eſtis contenti chriſti vi
ta:non ſufficit vobis regulare ieiunium: ſolennes vigi
lie:impoſita diſciplina:priuata prefertis cõmunibus.
et illam quam vobis ſemel ſubieciſtis ſcilicet propriã
voluntatem iterum habetis magiſtram . Nonne iſta
eſt que docet nos nature non parcere:rationi non acq
eſcere:ſeniorum exemplis et conſilijs contraire: nobis
etiam non parere:cum tamen melior ſit obedientia q̃
victima:⁊ vt noſtra teſtatur regula. Quicquid ſine pa
tris ſpiritalis mandato fit : vane glorie deputabitur
non mercedi. Debent ergo habere virtutem obedientie D
et humilitatis . ¶ Quarto dico ꝙ iſti debent habere
virtutẽ amicicie et communitatis : quia ſcilicet apes
commune habent domiciliũ. communẽ habent cibũ
communem habent exercitũ:communem regem ⁊ do=
minum. Sic religioſi omnia debent habere commu=
nia. Actuũ.iiij. Et ſpecialiter ad bonos religioſos per=
tinet habere communẽ vitam non partialem:quia ſci
licet vita partialis ſemper habet aliquid de hypocriſi
vel de vana gloria intermixtum. Quia pro certo vita cõ
munis religionis cuicunqꝫ perfecto ſatis eſt ardua: et
cuicunqꝫ infirmo ſatis eſt cõgrua. Unde hugo de clau
ſtro anime lib.j.dicit ſic. Abũdans eſt pauperi religio
mediocri ſufficiens.tolerabilis diuiti.infirmis larga.
delicatis compatiens.fortioribus moderata. peniten=
tibus miſericors.peruerſis ſeuera.bonis optima. Hec
ſunt inquit beneficia religionis. Quod eſt contra mul
tos qui vitam communem nolunt tenere . et maxime
cõtra illos qui in diuerſitate lauti victus:diſſoluti ge=
ſtus:curioſi habitus. ameni cantus : et omnis ſuper=
flui actus : ſtudent quanto plus poſſunt a communi
conuictu aliorum totaliter deuiare. Contra quos Hu
go de.xij.abuſionibus dicit ſic. Sunt quidem qui mẽ=
te vagi.oculis attoniti.habitu diſſoluti.aliud cantant
aliud cogitant . In choro ſunt corpore. in foro mente.
nunc intus ſunt nunc foris exeunt ⁊c. Non ſic ergo ſi
ſit in ipſis regula communitatis . ¶ Quinto dico ꝙ
in eis debet eſſe ſilentium magne taciturnitatis. Apes
enim certis horis ſilentium dicuntur ſeruare : et non
niſi vſqꝫ ad craſtinum poſtq̃ licentiam ſurgendi ha=
buerint amplius ſtrepere:vel aliqualiter murmurare
non audent. Sic et boni religioſi ſilentium ſeruant: et
non niſi cum licentia vel pro neceſſitate debita locutio
nibus vacant. Apocalypſis.viij. Factũ eſt ſilentium in
celo tribus horis ⁊c . Quamuis de multis dicat Ceſa=
rius ammonitione.xxviij. Quod nihil prodeſt in habi
tatione ſilentium.ſi in cogitatione ſit vitiũ. Nec valet
exterior ſerenitas:ſi in corde vel animo ſit tempeſtas. E
¶ Sexto dico quod in religione debet eſſe habitus
magne vilitatis : et etiam cibus magne ſobrietatis.
Exemplo formicarum que in congregatione viuunt.
que habent coloris deformitatem quantum ad vilita=
tis habitum : penitus ſtrictam tenuitatem quantum
ad ſobrietatis victum : laboris continuitatem quan=
tum ad ſedulitatis actum . Et ideo dicit Euſebius in
ſermone. Quod verus religioſus debet eſſe neglector
quietis.fugax voluptatis. appetitor laboris : patiens
abiectionis:impatiens honoris:pauper in pecunia:di
ues in conſcientia:humilis ad merita:ſuperbus ad vi
tia. Que

Ayuntamiento de Madrid

tia. Que tamen procul dubio ſunt hodie contra multos qui reuera in religione non diligunt ſobrietatem ſed ebrietatem: non habitus vilitatem ſed curioſitatem: non laboris ſedulitatem ſed magis quietis ⁊ laſciuie voluptatē. O deus vbi ſunt hodie religionis priſtini profeſſores: heremorum frequentatores: delitiarū corporis contēptores: diuitiarum ſeculi relictores: celeſtiū contemplatores. diſcipline ⁊ penitentie ſectatores: ⁊ dei ſolius amatores. ⁊ ſub aſperitate ⁊ vilitate habitus dñi ſeruitores? pauci ſunt enim hodie in clauſtro tales. Quia ꝓ certo modo obſcuratū eſt aurum: mutatus eſt color optimus: diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omniū platearum: vt ſcribitur Trenorum. iiij. Modo enim non eſt qui conſoletur hieruſalem de omnibus carnis eius quia hodie facta eſt quaſi vidua dña gentiū. Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Teſte enim ꝓſpero libro de vita contēplatiua. Quidā ad religionem conuerſi ex priſtinis moribus nihil abijciunt: quia ſcilicet nō mutantur mente ſed veſte: non actu ſed habitu: non opere ſed ſermone. In religione enim ſeculariter viuunt: opinionem virtutis ꝓ virtute querunt: ꝑdicant magna nec faciunt: accuſant vitia nec deponunt: publice ſibi diſplicere diſſimulant: quod occulte cōmittunt. Quid plura? Magni ſtudent non fieri ſed videri. Non ſic chariſſimi ſed habeat religioſus. In habitu vilitatem. In verbo taciturnitatem. In conuictu cōmunitatem. In obedientia humilitatem. In mente paupertatē. In carne continentiā ⁊ caſtitatē. Et ſic erit religioſus id eſt virtutibus ⁊ ſpūalibus vinculis religatus. Sufficit. Vide de predictis virtutibus in titulis ſuis. Itē vide de Iuſto. de Perfecto ⁊c.

## Relinquere.

Nota ꝙ relinquere ſumitur in bono ⁊ in malo. Quia. ſ. malum
A eſt relinquere bona: ⁊ bonum relinquere mala. Et eſt relinquere idē quod dimittere. Fugere ſpernere. Abijcere. ⁊ cetera ſimilia. ¶ Et poſſumus breuiter notare ꝙ in ſcriptura inuenitur relinquere

Virtuoſum.
Vitioſum.
Fructuoſum.
Doloroſum
Amoroſum.
Glorioſum.
Periculoſum.

Virtuoſe enim relinquit ſanctus iniquitatem. Eccli. xvij. Conuertere ad dominū ⁊ relinque peccata tua. Vitioſe relinquit iniuſtus bonitatē. Prouerb. ij. Relinquunt iter rectū et ambulant per vias tenebroſas. Fructuoſe relinquit iuſtus poſt ſe bona documenta ⁊ exēpla. Doloroſe relinquit diues ꝓſperitatem: et hoc eſt in morte: quando relinquēt alienis diuitias ſuas: ⁊ ſepulchra illorum domus eorum in eternum. Amoroſe relinquit deus hereditatē ſcilicet paradiſi quando fuit incarnatus. Hiere. xij. Reliqui domū meam: dimiſi hereditatem meā: dedi dilectam animā meā in manu inimicorū eius. Glorioſe relinquit beatus mortalitatē: videlicet quando in morte relictis temporalibus anima anhelat ad eterna. dicens illud Iohan. xvj. Exiui a patre et veni in mundū: ⁊ iterū relinquo mundū ⁊ vado ad patrem. Periculoſe relinquit deus fragilitatē: quia ſcilicet ſi deus ꝓpter peccatū relinquit hominem ſibi ipſi ſtatim cadit. Unde Ezec. vj. Qui relictus fuerit ⁊ obſeſſus fame morietur. ¶ Dicamus ergo primo ꝙ eſt quoddā relinquere virtuoſum. Et iſtud eſt illud quo viri ſancti relinquūt illa que ſue ꝯtraria ſunt saluti. Naturale eſt enim animalibus aliquibus preſentire pericula: ⁊ ipſa relinquere ⁊ fugere toto poſſe. ſicut de equis pluries eſt expertum. Sic homo qui peccata ſua ſcit ſibi eſſe periculoſa: debet ipſa relinquere: ⁊ ne propter ipſa pereat refutare. Exemplo caſtoris qui propria membra virilium venatori relinquit. propter que imminere periculum ſibi ſentit: et ſic venatoris periculum effugit et euadit. Quia ſcilicet homo videns ſibi imminere periculum mortis ſpiritalis et eterne: debet omnia illa propter que ſibi imminet relinquere: vt ſic poſſit periculum euitare. Iuxta illud Prouerbiorum. xxviij. Qui confeſſus fuerit ⁊ reliquerit peccata ſua miſericordiam conſequetur ſicut de apoſtolis legimus. Math. iiij. Quod relictis rhetibus ⁊ patre ſecuti ſunt dominū. In quibus verbis oſtenditur ꝙ tria ſunt que ſunt principaliter relinquenda: videlicet

Anxie ſeculi facultates.
Noxie corporis voluptates.
Proprie cordiū voluntates.

Mūdi facultatem probat factio alligatiua. rhetibus
Carnis voluptatem probat dictio generatiua: patre.
Cordis voluntatem probat optio proſecutiua: ſecuti ſunt dominū. Homo enim alligatur a ſeculi facultatibus. Et hoc oſtenditur cum dicitur: rhetibus. Homo etiam generatur ex corporis voluptatibus. ⁊ hoc oſtenditur per vocabulū patre. Homo inſuper famulatur cum animi voluntatibus: ⁊ hoc oſtenditur cū dicitur. Secuti ſunt dominū. Per rhete ergo intelligitur ſeculi facultas. Per patrem intelligitur corporis voluptas Per conſecutionem intelligitur animi volūtas. ¶ Et
breuiter dico ꝙ relinquere debemus anxiam rerū poſ- B
ſeſſionem que notatur per rhete. Noxiam carnis infectionē que notatur per patrem. Propriam mentis affectionē que notatur per hoc quod dicitur. Secuti ſunt dominū. Sequi enim alium ꝙ ſe: ſignum eſt ꝙ hoc eſt contra propriā voluntatem. Igitur relinquamus rerū anxiā poſſeſſionem: quod oſtenditur cū dicitur. Relictis rhetibus. Mundi enim poſſeſſiones ⁊ bona ſunt quedā rhetia quibus in hoc mari magno ⁊ ſpacioſo piſcator dyabolus per auariciā homines capit: ipſoſque per malam conſuetudinē taliter inuoluit ꝙ ad littus inferni ipſos pertrahit ⁊ perducit. Abachuc. j. Facies homines ſicut piſces maris: ⁊ ſicut reptilia non habētia ducē: totū in hamo ſuo ſubleuauit: traxit illud in ſagena ſua: ⁊ congregauit in rhete ſuū. Talia enim rhetia ſunt relinquenda: ⁊ a prudenti animo contemnenda. Exemplo cuiuſdam piſcis qui dicitur mugil qui per mare diſcurrens vbi rhete piſcatoris ſentit: ita fortiter in oppoſitū reſilit ⁊ recedit: ꝙ dum ante ſe rhete relinquit: a periculo ſe liberat ⁊ euadit. Quia vere dū rhetia iſta. ſ. mundi bona videmus ante nos. non debemus illuc per deſideriū fortius impingere: ſed per contēptū ipſa refugere ⁊ relinquere. ⁊ retrorſum ad ꝯſiderationē illorū que primo retro nos veniūt. ſ. mortis iudicij ⁊ inferni toto conatu animi nos trāſferre: ⁊ ita poterimus auaricie periculū euadere: ⁊ a dyaboli inſidijs nos ſaluare. Relictis inquit rhetibus. Marci. j. Relictis rhetibus ſecuti ſunt eum. Figurati Gen. xxxix. vbi dicitur ꝙ Ioſeph relinquens palliū in manu mulieris que tenebat eū: et ad peccatū inducere volebat: fugit: ⁊ peccatū luxurie ⁊ proditionis euaſit: propter quod ſuper totū regnū poſtmodū prefectus fuit. Dyabolus enim dicitur mulier propter maliciā: quia breuis omnis malicia ſuper maliciā mulieris. Eccli. xxv. Bona mūdi dicuntur palliū: quia exterius nos operiūt: ⁊ quia nos calefaciūt per auariciā. Sed pro certo dū illud palliū per cōtemptū relinquitur: multiplex peccatū vitatur: ⁊ regni celi ſoliū impetratur. Unde xp̄s diſcipulis ſuis querentibus. Mat. xix. ⁊ dicentibus. Ecce nos relinquimus omnia et ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? legitur reſpondiſſe. Omnis qui reliquerit propter me domū: patrē: matrē: ſorores: fratres: vxorē: filios ⁊ agros. centuplū accipiet ⁊ vitam eternam poſſidebit. Relictis ergo rhetibus. i. contemptis bonis temporalibus. Quod eſt contra multos qui iſta rhetia non relinquunt: ſed ipſa pro viribus reparant ⁊ reficiunt: ⁊ in eis quod peius eſt per auariciam ſe inuoluunt. iuxta illud Iob. xviij. Immiſit in rhete pedem ſuum: tenebitur planta eius laqueo. Piſces enim habent viſum valde obſcurum: ⁊ ideo in rheti faciliter capiuntur. Aues vero que viſum naturaliter habent clarum: in rheti non faciliter inuoluūtur: niſi forte de nocte quando ab ipſis rhetia non videntur. Et ideo dicitur. Prouerbio. j. Quod fruſtra iacitur rhete ante oculos pennatorum: ipſi enim contra ſanguinem ſuum inſidiantur. Sic vere illi qui ſunt piſces fragiles ⁊ defectuoſi: quia ſcilicet viſum diſcretionis habent debilem ⁊ obſcurum in talia rhe-

Ayuntamiento de Madrid

tia facilis p cupiditatē impingūt. Illi vō q̄ visū discretionis habent clarum. ⁊ qui pennis contemplationis sursum tendunt. tales dico talia rhetia precauent: fugiunt ⁊ relinquūt. ita φ quilibet talis ⁊ de se ⁊ de aliis potest dicere illud ps. Cadent in retiaculo peccatores singulariter sum ego donec transeam. Relinquamus igitur rerum anxiam possessionem. j. Macha. ij. Relinquebāt quecunqȝ habebant in ciuitate. Et pculdubio charissimi relinquere temporalia q̄tum ad affectū nō debet esse nobis graue: cū certi simus φ infra breue siue velim⁹ siue nolum⁹ necesse erit nobis oīa in morte dimittere. Eccli. x. Nescit inqt φ vita preterit ⁊ mors appropinquet: ⁊ relinquunt omnia alienis. Et Ecclesiastici. xiiij. Relinques alienis labores tuos. Preueniamus ergo voluntate necessitatem: ⁊ relinquamus mentaliter: vt dictum est rerum anxiam possessionem

C Relictis inquit rebus. ¶ Deinde dico φ nos debemus relinquere carnis noxiam voluptatem seu infectionem. que ostenditur cum dicitur. Patre: quia scilicet carnis voluptas est ille pater qui pducit ⁊ generat vniuersos. De quo Ezech. xvj. Pater tuus amorreus ⁊ mater tua cethea. Talem ergo patrē scilicet carnis voluptatem ⁊ infectionem debemus relinquere ⁊ horrere. Genes. ij. Propter quod relinquet homo patrem ⁊ matrem suam. idest corpus ⁊ carnem ⁊ omnem carnis infectionem: ⁊ adherebit vxori sue idest gratie ⁊ virtuti. Sicut enim dicit saluator. Qui diligit patrem suum ⁊ matrem suam plus φ me non est me dignus. Math. x. ⁊ Luc. xiiij. Relicto ergo patre idest relicta omni carnali infectione: et omni carnali affectione. Unde. ij. Esdre. iiij. Homo patrem suū relinquit. Quod est contra illos qui non possunt relinquere carnis infectionē sicut sunt viles ⁊ luxuriosi. Nec carnales parentele excessiuam affectionem: sicut sunt multi ecclesiastici prelati qui sunt vltra debitum circa parentes affectuosi. Isti enī non relinquunt patrē: matrem: filios ⁊ fratres Hoc est dictu affectionē carnaliū amicoȝ: q̄nimmo ipsos p nimiū affectū continue secū portant. Similes symie que filios nimis diligens et eos relinquere nolens: sed potius secum portans a venatore capitur ⁊c. Uide supra de filiis. Nō sic ergo sed relinquamus carnis infectionem. Iuxta illud Prouerbio. ix. Relinquite infantiā ⁊ viuite. Et etiā carnalē affectionē. i. nimiū affectū parentū. Unde Thob. xiiij. Reliquerunt gētes idola sua. Igitur relinquamus carnis noxiā infectionē. Patre inquit. Ruth. ij. Nunciata sunt oīa que feceris ⁊ cū reliqueris parentes tuos ⁊ veneris ad terram quā nesciebas. ¶ Denique dico φ debemus relinquere mentis ppriē volitionem seu affectionem. Secuti sunt inquit dn̄m. Quamuis enī canis quāqȝ appetat alicubi currere: videns tamen dominū ⁊ magistrū suū ad partem oppositā ire. solet ppriū iter dimittere: ⁊ ad sequendum dn̄m se transferre. Sic vere φuis nos ex appetitu nostro multa velimus facere: si tamen dn̄s noster deus vel platus contrariū nobis dicat ppriā voluntatē nostram debemus relinquere: ⁊ nos volūtati domini cōformare. Secuti inqt sunt dominū. Unde d̄ paralitico per dn̄m saluatorem curato dicitur Luc. v. Qd relictis omnibus surgens secutus est eū. Sic igitur patet q̄uo tria sunt principaliter relinquenda: ⁊ q̄uo est vnū relin

D quere virtuosū. ¶ Sed scd̄o principalr dico φ est vnū relinquere vitiosū. Et istud est relinquere maloȝ: qui scȝ relinquunt illa que sunt vtilia ad salutē sic ẽ puero qui libenter relinquit castrū vt habeat pomū. Et qui libenter relinquit scholas vt currat ad coreas. Qz breuiter peccator voluntarie relinquit bonū ⁊ eligit malū Relinquit paradisum ⁊ currit ad infernū. Unde nota φ isti relinquunt

Deum per iniquitatem.
Parentes per impietatem.
Correctionem per proteruitatem.
Religionem per apostasie prauitatem.

Dico ergo φ isti relinquunt deū per iniquitatē. Deuteronomij. xxxij. Deum qui te genuit dereliquisti. Et ideo ipse dn̄s dicit. ij. Paral. xij. Reliquistis me ⁊ ego reliqui vos. Et. j. Paralipo. v. Reliquerunt dominum deum patrum suorum. ¶ Item relinquunt parentes per impietatem. ij. Esdre. iiij. Homo patrem suum relinquit ⁊ ad mulierem suam coniungitur. ¶ Item relinquunt correctionem per peruersitatem: Unde Prouerbio. x. Qui autem odit increpationes errat. ¶ Itē relinquunt religionem per apostasie prauitatem. vnde. Prouerbiorum. xxvij. Sicut auis transmigrans de nido suo: sic homo qui relinquit locum suū. Istud est ergo relinquere vitiosum. ¶ Tertio vero dico φ est vnum relinquere fructuosum. Et istud est illud quod faciunt iusti quando relinquunt posteris suis bona documenta et bona exempla. Ut dicitur. ij. Machab. vj. Adolescentibus exemplum forte relinquam. De relinquentibus vero bonā doctrinam ⁊ bona documenta: dicitur Eccli. xxiiij. Prophetiam quasi aquas effundam ⁊ relinquam eā querētibus sapientiā. Mali vero post se relinquūt mala exempla: similes limaci que post se infectionis sue vestigiū relinquit. Sic isti relinquunt vbiqȝ signa ⁊ vestigia sue male vite. Sap. ij. Ubiqȝ relinquamus signa leticie nostre. De relinquere doloroso. amoroso. glorioso. periculoso collige ex premissis ⁊ ex tabula. Ista igitur de relinquere sufficiant. A

## Reliquie.

Nota φ reliquie dicuntur omnia illa que post consumptionē alicuius rei remanent ⁊ relinquuntur. Et sic reliquie ppriē idē sunt qd̄ residuum. Et ideo nota φ in scriptura inueniūtur Reliquie

| | |
|---|---|
| Mortalitatis | Et sic dico φ reliq̄e nr̄e sunt illa q̄ |
| Prosperitatis. | post nos remanēt d̄ corpe de reb⁹ |
| Posteritatis. | ⁊ de gr̄a. Et sic dico φ sunt Reliq̄e |
| Nature | Prime sunt reliq̄e corporales: |
| Fortune. | Secunde sunt reliquie tēporales. |
| Parentele. | Tertie sunt reliquie personales. |

¶ Reliquie corporales sunt honorāde. Et iste sunt reliquie sanctoȝ que nobis post eoȝ mortē sunt relicte. Iste enī deuote debent recolligi ⁊ honorifice pertractari. Michee. v. Erunt reliquie Jacob quasi ros a domino. Iste enī sunt reliquie ⁊ fragmenta que nobis remāserunt de mensa xp̄i. In mensa enī xp̄i que est ecclesia: mundus ⁊ sui tyranni parauerunt diuersa genera ferculorū. idest diuersa genera sanctoȝ. Iuxta illud Mat. xxij. Thauri mei ⁊ altilia mea occisa sunt. De quibus reliquie suorum corporum ⁊ eis adiacentium nobis sicut pauperibus remanserunt. De christo enim remanserunt vobis vestimenta quibus fuit vestitus. scilicet crux: claui quibus fuit astrictus. spine quibus fuit infixus: securis cum qua fuit perfossus scilicet lancea. et quod plus est fm̄ aliquos preputium quo fuit circuncisus: lachryma qua fuit plorando perfusus: sanguis qui fuit in cruce excussus. Preputium enim dicitur ab angelo Karolo regi delatum: et in eius nomine monasterium de corrosio pictauen. dyocesi esse factum. et corrosium a carne filij nuncupatum. Lachryme vero in monasterio vindocinensi ostenduntur. Et sanguis in diuersis mundi locis a fidelibus honoratur ⁊ veneratur. Quamuis enim mirum aliquibus videatur φ aliquid de corpore in virgine assumpto remansit in terra: non est tn̄ incōueniens: quia sufficit dicere φ illud solum de christi corpore cum eo resurrexit quod de necessitate humane nature fuit. Ista vero que nō necessaria. immo quodammodo superflua ipsi nature fuerūt in mundo ad consolationem fidelium remanserunt. ⁊ pro incomparabilibus reliquijs regis francie et eius populo tanφ speciali filio fideli ⁊ pacifico ex dei prouidentia restiterunt. Ps. Quoniam sunt reliquie homini pacifico. Iste enim primo fuerunt in hierusalem. tandē athenis. tandem rome. tandem parisius. Esaie xxxvij. De hierusalem exibūt reliq̄e. Illud tamen mirū videt φ in predictis ciuitatib⁹ φdiu ibi reliq̄e iste fuerūt tādiu ibi liberales artes ⁊ sciētie floruerut. Hierusalem

Ayuntamiento de Madrid

ſalcꝫ eñ atthenis ꝛ rome magna ſuis tempoꝛib⁹ fue
rũt ſtudia:que modo cũ reliquijs pariſius ſunt trãſla
ta zacharie.viij.Poſſidere faciam reliquias.Iſte eñ
reqiue que fuerũt nobis in teſtamẽto pr̃is noſtri xp̃i
relicte:ꝛ per diuerſas ſucceſſiones ad nos ſũt poſtmo
dum deuolute Quia ſicut dicitur Eſaie.x.In verita
te reliquie iſrael cõuertentur Et bene dicit cõuertent
quia.ſ.iſte ad francos finaliter ſũt cõuerſe Michee
v.Reliquie fratrũ eius cõuertent ad filios iſrael.Iſte
ſunt igitur reliquie coꝛpoꝛales que ſunt venerande.
De diuerſis aũt reliquijs ſanctoꝝ ꝛ de infinitis mi
raculis eoꝝ poſſent infinita narrari ſed trãſeo gra
tia breuitatis Illud ſolum adde ꝙ quando reperiun
tur reliquie ſanctoꝛum:magnũ debet eſſe gaudiũ et
deuotio populoꝝ.Iuxta illud qđ dicitur.iiij.Regũ.
xix.Fac oꝛationem pro reliquijs que reperte ſunt.Ni
ſcilicet tunc debet homo oꝛare ꝛ plus ꝙ alſ deuotius
eſſe Et ecce ꝙ hic oſtendit Grandis deuotio quã de
bes habere.Fac oꝛationem.Diues poſſeſſio qua de
bes ſplendere:ꝓ reliquijs.Noua detectio qua debes
gaudere:repte ſunt.Proſequere ſicut vis Sunt igit
quedam reliquie coꝛpoꝛales que ſunt venerande Et
ſi vis pone hic poſſibile ſatis videt nõ eſt mirũ ſi re
liquie ſanctoꝝ faciant miracula:ſi membꝛa hominũ
moꝛtaliter viuentiũ miranda faciunt in hac vita Po
uit eñ Plini.li.ij.ꝙ in ſcithia quedã erant mulieres
que aſpectu ſuo hoĩes occidebãt.Nec mirũ vt ait ci
cero:ſi deo nature moꝛem comedẽdi homines in ho
mine voluit generare:ꝛ etiam venena in aliqbus mẽ
bꝛis aliquoꝝ hominũ ponere ne quid inqt mali eſſet
quod homini deeſſet Sicut tamẽ natura poſuit vene
num in aliquibus mẽbꝛis hominũ aliquoꝝ Sic cer
te nõ mirum ſi in aliquibus hominũ mẽbꝛis poſuit re
media ſanitatũ vnde ait idem lib.vj.ca.iij.Nõ pollex
dextri pedis piri regis ſolo tactu limoſos ſeu areno
ſos curabat Vñ etiã vt ait dictus pollex cum reliquo
coꝛpoꝛe cremari nõ potuit:immo in templo pro reli
quijs conditũ fuit:ſicut etiam dicit idem Plini⁹ Et
varro dicit quoſdã eſſe quoꝛum ſaliue ſerpentum icti
bus medebantur Etiam hic apud nos reges franco
rum tactu ſuo infirmitatem gutturis ſeu glandulas
curant Que certe omnia ad virtutem ſanctarum re
liquiarum applicari poſſunt Quia certe ſi membꝛa
infidelium paganoꝝ talia potuerunt:multo foꝛti⁹
alia poſſe debent membꝛa fidelium ſanctoꝛum Si
cut enim ponit Ouidius li.xiij.fabula.iij.Nõ moꝛ
tuo in bello troiano memnone ab achille occiſo et in
phꝛygia ſepulto omni anno ad ſepulcrum memnonis
cõueniũt aues dicte mẽnonides:ꝛ memoꝛes belli ibi
foꝛtiter inter ſe confligũt.Quod etiam Pli.lib.x.ca.
xxvj.dicit.Non mirum ergo ſi a fidelibus functoꝛum
coꝛpoꝛa viſitant ꝛ honoꝛantur.ex quo aues irrõnabi
les ſimile facere compꝛobant:qꝛ.ſ.deus vult vt ſancti
in memoꝛia hominum viuant:qui.ſ.dum viuerent in
hac vita ſoli domino viuere curauerunt.vnde Eccl.
xliiij.Coꝛpoꝛa ſanctoꝛum in pace ſepulta ſunt ꝛ viuẽt
B nomina eoꝛum ineternum Roma.ix.Reliquie iſrael
ſalue fient.¶Secundo dico ꝙ ſunt quedã reliquie tẽ
poꝛales que ſunt erogande Et iſte ſunt reliquie bono
rum tempoꝛalium:que reliquie dicũtur:eo ꝙ ad mo
dum reliquiarum iſta parum valent ꝛ parum repu
tantur ꝛ quia tanꝙ ſuperflua et nõ neceſſaria eſſe di
gnoſcuntur.Vel etiam qꝛ poſt moꝛtem filijs ꝛ paren
tibus ꝛ alijs relinquũtur Pſ.Dimiſerunt reliqs
paruulis ſuis Et procerto iſti dimittunt reliquias bo
noꝛum tempoꝛaliũ paruulis ſuis:nolentes ipſas pau
perib⁹ dare:ſed magis ſtudentes eas filis ſucceſſoꝛi
bus erogare.Quia ſicut diuites plati et alij ma
gnas reliquias faciunt vt pauperibus dentur.Sic im
pij auari magnas poſſeſſiones congregant vt ſuis fi
lijs relinquantur.Relinquunt enim alienis diuitias
ſuas:ꝛ ſepulcra illoꝝ domus eoꝝ ineternũ.¶Ter
tio vero dico ꝙ ſunt quedam reliquie perſonales que
ſunt infoꝛmande Et ſic reliquie accipiuntur pro ſuc
ceſſoꝛibus ꝛ filijs:qui poſt hominem relinquuntur.
Iſte reliquie quandoqꝫ ſunt bone:qñqꝫ male. Bone
enim reliquie ſunt boni filij bene docti.De quib⁹ di
citur Thobie.xiij.Beatus ero ſi fuerint reliquie ſe
minis mei ad videndum ciuitatem hieruſalem Un
de de bono filio ſic relicto:dicitur Eccl.xxx.Moꝛtu⁹
eſt inquit pater eius ꝛ eſt quaſi non moꝛtuus:ſimilẽ
enim ſibi reliquit poſt ſe filium Male vere reliquie
ſunt mali filij male docti:de quibus dicit in pſ.Re
liquie impioꝛum interibunt.Quia ſicut dicitur Eccl.
xvj.Nõ vtilius eſt moꝛi ſine filijs ꝙ relinquere filios
impios.Et ſic ſm̃ iſtum modum accipiendi per reli
quias.per relictos ꝛ per reliquos intelliguntur viri
iniqui qui ſcilicet a deo relinquuntur ꝛ qui reliquie
nulli⁹ valoꝛis eſſe noſcunt.ꝛ quo reliqui ſupfluit non
neceſſarij inueniunt Unde nota ꝙ iſti.i.petõres Per.

Diſcoꝛdiam diuiduntur. C
Seuiciam efferuntur.
Auariciam alios perſecuũtur.
Inconſtantiam facile dilabuntur.
Inanem gloꝛiam de paradiſo expelluntur.
Iniuſtitiam damnati finaliter puniuntur.

De reliquoꝛum enim diuiſione dicitur.j.Reg.xj.Nõ
reliqui diſperſi ſunt ita vt nõ relinqrent duo pariter.
De reliquoꝛꝫ crudeli inuaſione:dicitur Math.xxij.
ꝙ reliqui tenuerunt ſeruos patriſfamilias ꝛ contu
melia affectos eos occiderunt De auara vero talium
perſecutione.dicitur zach.xi.Reliqui deuoꝛent vnuſ
quiſqꝫ carnem proximi ſui. Et Abacuc.ij.Spoliaue
runt te qui reliqui fuerunt de populis.De talium au
tem incõſtantia ꝛ fugitiua delapſione dicitur.j.Ma
cha.iij.Reliqui autem fugerunt in terraꝫ philiſtijm.
De finali vero talium a paradiſo excluſione:dicitur.
Math.xxv.ꝙ nouiſſime venerunt reliqe virgines,
quibus dictum fuit neſcio vos:ꝛ quibus clauſa eſt ia
nua nuptiarum.De finali autem talium damnatio
ne ꝛ punitione dicitur Apocal.xij.ꝙ dꝛaco.i.dyabo
lus abijt facere bellum cũ reliquis ꝛc.Sufficit.

**Remanere.** Cum recedere ꝛ remanere ſint
cõtraria:hinc eſt quod vbicun
qꝫ recedere eſt bonum:remanere ſemper eſt malum.
Et ecõuerſo.Si recedere eſt malũ:ꝛ proculdubio re
manere bonum.Nota ergo quod remanere ſignat vt
communiter ſtationem ꝛ perſeuerantiam ſiue in bo
ne ſiue in malo.In bono enim ſignat bonam perſeue
rantiam:qua ſcilicet homo remanet in ſtatu gratie
nec exinde per peccatum recedit.Exemplo regis apũ
qui ſemper dicitur in alueari remanere:ꝛ exinde nũ
ꝙ recedere niſi ad locum competentioꝛem cum toto
agmine ſuo ex toto decreuerit ſe transferre Sic vere
nec nos a ſtatu gratie:vel a gradu pꝛomotionis eccle
ſie vel religionis nobis a deo conceſſe vnꝙ per pecca
tum:vel per ambitionem:vel alias recedere debem⁹
ſed ibi per pſeuerantiaꝫ continue remanere:ꝛ niſi foꝛ
te ad locum ꝛ gradum ꝛ ſtatum alium melioꝛem con
tingat ex cauſa rationabili nos transferre quod potiſ
ſime pertinet ad curatos ꝛ ad prelatos qui reges ſunt
ꝛ preſides alioꝛum:qui ſcilicet de ſuis officijs bene
ficijs ꝛ eccleſijs nõ debent ſine cauſa recedere:ſed ibi
cõtinue reſidere Exemplo chꝛiſti de quo dicitur Lu
ce.ij Remanſit puer Ieſus in hieruſalem. Ubi nota
ꝙ taliter remanentes:ꝛ in ſuo loco ꝛ ſtatu perſeuerã
tes vt communiter.

Solent viuere magis humiliter.
Solent regere magis vtiliter.
Solent cernere magis ſubtiliter.

Talis enim remanentia valet ad magis ſinceriter cõ
uerſandum:quia facit hominem eſſe puerũ Ad ma
gis vtiliter gubernandum quia facit hominem eſſe
Ieſum.i.ſaluatoꝛem.Ad magis ſubtiliter contemplã
dum:quia facit hominem eſſe in hieruſalem:que.ſ.
interpꝛetat viſio pacis.Nõ ergo homo remanẽdo I



Ayuntamiento de Madrid

domo vel clauſtro efficiaꝛ mĕdioꝛ in cõuerſādo: patʒ cũ dicit. Puer: quia. ſ. ipſe efficit quaſi purꝰ aer. Ui de ſupra de puero titulo de. Puero Cõſtat enĩ ꝙ mul ta mala exterius exeundo cõmittimus: que non fie rent ſi in domibus clauſtris ꝛ beneficijs maneremus Manus enĩ Moyſi dum in ſinu manebat erat mun da dum vero eã extrahebaꝛ apparebat lepꝛoſa. Puer inquit. Jo hs. vj. Eſt puer vnus hic ꝛc. Nõ etiam ho mo ſic remanendo fit vtilioꝛ in gubernando: patet qꝛ ſcʒ homo fit Jeſus. i. ſaluatoꝛ: quia cõſtat ꝙ homo ma gis iuuat ꝛ ſaluat populũ ꝛ ſubditos ſuos cum eis re manendo ꝙ ab eis recedēdo ſi Jo hs. viij. Remanſit Jeſus ſolus: ꝛ mulier in medio: ꝙ inſup homo ſic re manens fit ſubtilioꝛ ad cõtemplandũ: patet in verbo hieruſalẽʒ: que interptaꝛ viſio pacis. Ɱia vacat ho mo melius ad vidēdum ꝛ contemplandũ vitam eter nã interius remanēdo ꝙ exterius euagãdo in hieru ſalem inquit. vnd. ij. Regũ. xj. Dauid ergo remanſit i hieruſalẽ. Sic ergo ptʒ ꝙ recedere ſignat in bono. Nõ tamẽ eſt contra multos in quibus nihil boni rema net Dan. x. Nihil remanſit in me viriũ. Et qui in nul

B lo bono remanẽt ps. Unus ex eis nõ remãſit. ¶ Sed adhuc dico ꝙ remanere ſignat in malo. Et ſic remane re nihil aliud ẽ ꝙ in malo perſeuerare vel a bono de ſiſtere ꝛ tradere ꝛ ſic remanere pertinet ad tardos et ad pigros. Iſti enĩ ſunt ſicut vinaciũ qd remanet poſt primã expꝛeſſionẽ: qd exinde nõ exit niſi ꝑ violentiam toꝛcularis: ꝛ ideo vt cõiter parum valet. Sic tales qui ad omne bonũ faciẽdũ ſemper volunt vltimi remane re: ꝛ nunꝙ a malis ſuis conſuetudinibus niſi violen ter exire: ideo parũ pſſit aut facere aut valere Nume. xxxiij. Qui remãſerint erunt vobis quaſi claui in ocu lis. Et ideo docet in ſcriptura Exo. x. dicens. Non re manebit ex eis vngula Et ſicut dicitur Ezech. xxiij. Qui remanſerint gladio concident ꝛc. Uide ſupra de Perſeuerare. de Manere. Permanere ꝛ ſimilibus.

A **Reminiſci.** Uide ibi Memoꝛia et vbi Recoꝛ dari. Et ſi vis dic ꝙ nos inueni mus. Reminiſci dei iuſticie. Dei clementie ꝛ Noſtre prudentie. Eſt dico reminiſci dei iuſticie quod eſt me tuendum. Et ſic dicebat thobias. Thob. iij. Ne remi ſca. dñe deli. no. neq paren. noſtroꝛũ: neq vin. ſũmas de peccatis noſtris. ¶ Item eſt reminiſci dei clemen tie qd eſt appetendũ Et ſic dicendum eſt illud ps. Re miniſcere miſerationũ tuarũ dñe: ꝛ miſericoꝛdiarũ tuarũ que a ſeculo ſunt. ¶ Item eſt reminiſci noſtre prudẽtie qd eſt faciendum Et ſic certe dico ꝙ nos de bemꝰ reminiſci maloꝝ que cõmiſimus. j. Mach. vj. Reminiſcoꝛ maloꝝ que feci in hieruſalẽ. Et in ps. Reminiſcenꝛ et conuertentur ad dñm vniuerſi fines terre. Et bonoꝝ que recepimus. ſ. a deo ꝛ a parentibꝰ ꝛ ab amicis. vñ Eſa. lxij. Qui reminiſcimini dñi ne taceatis ꝛc. Trãſeo: qꝛ nõ ſunt autoꝛitates. Et ꝑ ſatis dictum eſt de Memoꝛari ſeu memoꝛia.

**Remittere. Remiſſio.** Nota ꝙ re mittere quã doq idem eſt ꝙ retro ſeu iterum mittere. Et ſic ſumi tur. Luce. xxiij. vbi dicitur ꝙ herodes remiſit Jeſum ad pylatum: quẽ. ſ. idem pylatus ſibi miſerat. ¶ Iteʒ ſumitur pꝛo relaxare. Unde res dicitur eſſe remiſſa quãdo eſt inanis ꝛ laxa. Uñ ſic ſumiꝛ Ecci. iiij. Noli eſſe remiſſus ꝛ inutilis i opibus tuis. Et hoc qꝛ ſicut dicitur Pꝛouerb. xij. Manꝰ remiſſa tributis ſeruiet. ¶ Item ſumitur remittere pꝛo indulgere parcere mi ſereri. condonare. Et ſic cõiter ſumitur in ſcriptura. Et ita remittere eſt actus.

Pietatis.
Libertatis.
Benignitatis.

Unde nota ꝙ tam. deus ꝙ homo remittunt ꝛ indul gent. Et ſic eſt remiſſio diuina ꝛ ſuperioꝛ. Et remiſ ſio humana ꝛ inferioꝛ. Eſt dico remiſſio diuina et ſu perioꝛ. Et iſta eſt illa qua. ſ. deꝰ remittit et remittet.

Peccata penitentibus.
Debita poſtulantibus.
Toꝛmenta reſurgentibus.
Et iſta eſt triplex remiſſio. ſcʒ.
Remiſſio culparum.
Remiſſio debitoꝛum.
Remiſſio penarum.

Pꝛimo ergo dico ꝙ deus remittit peccata penitẽtibus: quia. ſ. ſtatim qñ ho mo penitet de peccato: deus ẽ paratus indulgere delicto ps. Co gitabo pꝛo peccato meo: ꝛ tu remiſiſti iniquitatẽ pec cati mei. Sicut enĩ videmus ꝙ homo remittit offen ſam ſibi factã quando plures amici eius ꝑ remiſſio ne huiꝰ intercedunt. Sic deus tũc remittit nobis pec cata: qñ amici eius. ſ. grẽ ꝛ virtutes ꝑ parte nr̃a ſunt: ꝛ ſe ꝑ nobis apud deũ iterponũt. Iſte aũt ꝟtutes qbꝰ mediãtibꝰ deus nobis pctã remittit. ſunt ſcʒ. Chꝛiſti.

Nominis inuocatio.
Sanguinis irrigatio.
Fluminis expiatio.
Luminis apparitio.
Flaminis inflãmatio.
Culminis exoꝛatio.
Duri turbinis tribulatio.
Praui criminis cõfeſſatio.

Remittunꝛ dico ꝑ xp̃i nominis inuo cationeʒ. j. Joh. ij. Remittuntur vo bis peccata ꝑ no mẽ eiꝰ. Jtẽ per xp̃i ſanguinis irriga tioneʒ vñ Heb. ix. Sine ſanguinis effuſione nõ fit remiſſio. ¶ Iteʒ ꝑ xp̃i fluminis expiationẽ ſcilicʒ baptiſmũ vñ Luce. iij. Pꝛedicans baptiſmuʒ penitentie in remiſſionẽ oim peccatoꝝ. ¶ Jtẽ ꝑ xp̃i luminis apparitionẽ. ſ. ꝑ lumẽ fidei ꝛ ſcientie Luce. j. Ad dandã ſcientiã ſalutis ple bi eius in remiſſionẽ peccatoꝝ eoꝝ. Item ꝑ xp̃i fla minis inflãmationẽ. ſ. per ardoꝛem charitatis. Unde Luce. vij. Remittũꝛ ei peccata multa qm dilexit mul tum. ¶ Jtẽ xp̃i culminis exoꝛationẽ. ſ. ꝑ humileʒ de uotionẽ ꝛ pꝛecem. vnde Actuũ. viij. Roga deum ſi foꝛ te remittat tibi peccata. Item ꝑ duri turbinis flagel lationẽ. ſ. ꝑ tempeſtates ꝛ miſerias huius vite vnde. Ecci. ij. Remittet in die tribulatiõis peccata. Item ꝑ omnis criminis cõfeſſationẽ. vñ in ps Dixi confite boꝛ aduerſum me iniquitatem meã dño: ꝛ tu remiſi ſti impietatẽ peccati mei. Patʒ ergo ꝙ deꝰ remittit peccata penitentibꝰ quod eſt pꝛimũ. ¶ Scđo dico qđ ipſe dimittit debita poſtulantibus Nos. n. tenemur ſibi ad multa debita, quia. ſ. non ſolum tenemur ſibi rõne pctõꝝ que erga eum cõmiſimus: imo etiaʒ rõne beneficioꝝ que cõtinue ab eo recipimus: tenemur ſi bi recõpenſare. Et quia ĩpotẽtes ſumus ei retribu ere neceſſe ẽ ꝙ nobis clemẽter remittat Math. xviij. Omne debitũ dimiſi tibi qm rogaſti me Uñ. j. Mac. x. Remittimꝰ vobis pꝛeſtatiões multas. Et. xj. Que ad nos pertinebant decimarũ ꝛ tributoꝛum remitti mus. Deus ergo remittit debita petentibus. ¶ Ter tio vero dico ꝙ deus remittet toꝛmenta ſanctis reſur gentibꝰ Pater enĩ noſter adã obligauit nos deo ad habendum miſeriaʒ: moꝛtẽ ꝛ penam: ſed ꝑcerto iſta omnia in reſurrectione vltima ſanctis remittenꝛ qñ abſoꝛbebitur moꝛs in victoꝛia ꝛ immoꝛtalitas reſtitu etur: ꝛ ideo vita eterna ſignificaꝛ ꝑ iubileum annũ in quo oẽs poſſeſſiões ad pꝛimos dños reuertebãtur: in quo omnis ſeruus ad libertatẽ reſtituebaꝛ: ꝛ oĩa que vendita fuerãt ſine pꝛecio redimebanꝛ. ſicut dicitur. Leuit. xxv. ſignificãs ſtatũ illum in quo eſt plena re miſſio oim miſeriarũ huiꝰ vite. De quo. Leuit. xxv. Sanctificabitis annũ qnquageſimũ ꝛ vocabitis eũ remiſſionẽ. Sic ergo ptʒ quo deꝰ remittit Offenſam, Debitũ ꝛ penã Et ſic dico ꝙ eſt qdã remiſſio ſupioꝛ et diuina. ¶ Sed adhuc dico ꝙ eſt quedã remiſſio infe rioꝛ ꝛ hũana. Et iſta ẽ illa q̃ nos tenemur alijs remit tere ꝛ offenſas ꝛ penas: ꝛ nõ vltra debitũ nec rigoꝛoſe ꝑcedere ꝯtra ipos: ſʒ ipis potiꝰ idulgere. Sed de hoc vide. ſ. de Parcere qꝛ hic nõ ſũt auctoꝛitates vocales Uide ſi vis in Mauricio: vbi inuenies multã theoꝛicã.

**Renes.** Nota ꝙ renes ſunt mẽbra coꝛpis ad hu moꝝ depurationẽ ꝛ ad caloꝛis cõſerua tionem: ad pꝛolis ſuſcitationem ꝛ generationem oꝛ dinata B

dinata Uis ei generatiua vis veneris excitatiua: vis humoris venerei communicatiua latet in renibꝰ Et ideo ſpūaliter loquēdo ꝑ renes poſſunt multa intelligi. videlicet.

Uiri ſpirituales. — Uiri em̄ ſpūales ſunt renes
Affectꝰ cordiales. — eccle. Affectus cordiales
Appetitꝰ carnales. — ſunt renes aīe. Appetitus

cardinales ſunt renes carnis noſtre. ¶ Primo ergo dico ꝙ per renes deſignanṫ viri ſpūales Renes enim habēt ꝟtuti generatiue ſeruire. calorē naturalē fortificare: ſanguinē purificare: ⁊ vrinā a ſanguine ſugere ⁊ ad veſicam deſtinare Sic vere viri perfecti in corpore eccleſie generationi bonorū operū: vel generationi. i. cōuerſioni fidelium deſeruiūt Calorē charitatis in ſe ⁊ in alijs cuſtodiunt. In alijs etiam purificāt ſanguinē id eſt deuotionem. Et vrinā peccati id ē ab alijs ſugunt audiendo eorum confeſſionem. Iſti ſunt ergo renes xp̄i et eccleſie. De quibus diciṫ Eſaie. xi. Fides cinctoriū renū eius Et Dan. x. dicitur ꝙ ille vir mirabilis quē vidit Daniel per quē chriſtꝰ ſignificaṫ: habebat renes accinctos auro obriſo q. ſ. viri ſpūales accincti ſunt auro ſplendide honeſtatis. Et ſicut videmus ꝙ inter renes ille qui eſt dexter: eſt ſemꝑ altior ꝙ ſiniſter Et etiam vt cōmuniter minus pinguis Sic inter viros ſpiritales illi qui ſunt magis dextri. i. magis virtuoſi ⁊ perfecti. ſunt per contemplationē ⁊ affectionē magis alti. ⁊ magis macri per paupertatem ⁊ rerum attenuationē. Unde etiaꝫ poteſt dici de iſtis illud Treno. iij. Miſit in renibus meis filias pharetre ſue. ſ. ſagittas paupertatis. Per renes ergo poſſunt ſignificari viri ſpirituales. ¶ Secundo dico qꝺ per renes poſſunt denotari affectus cordiales Sicut em̄ in renibus eſt deſiderium carnis: ſic in affectu eſt deſiderium mētis Unde domino diciṫ. Scrutans corda ⁊ renes deꝰ Uñ in Pſ. Ure igne renes meos ⁊ cor meum: deus meꝰ ⁊ ſpes mea deus in eternū Et Hier. xij. prope es tu ori eorum longe aūt a renibꝰ ipſorum. A renibus inquit id eſt ab affectibus. ¶ Tertio dico ꝙ per renes poſſunt denotari apetitus carnales. Quia em̄ in renibus eſt ſedes ⁊ domiciliū libidinis. bene poteſt per renes tota carnalis infectio: ⁊ tota carnalis cōditio deſignari. Iſti ſunt em̄ renes qui ꝑ delicias inficiunṫ diſſoluti per laſciuiam. Renes cōmutati per inconſtantiā. Renes madefacti ꝑ affluētiam De diſſolutione em̄ laſciuie diciṫ Ezech. xxix. Diſſoluti ſunt oēs renes eox. De cōmutatione ꝟo debilis inconſtantie dicitur in Pſ. Renes mei cōmutati ſūt. De malefactione vero ſeu indefectione temporalis affluentie diciṫ Ezech. xlvij. Tranſduxit me per aquā vſqꝫ ad renes: Et ideo quia tales renes ſunt ita diſſolubiles Ita variabiles ⁊ defectibiles. Ita madefactibiles ⁊ corruptibiles neceſſe eſt ꝙ iſti. ſcilicet Per.

Mundam continentiam contegantur.
Strictam abſtinentiam arceantur.
Artam penitentiam vigeantur.
Mortis reminiſcentiam compeſcantur.

De mundicia enim continentie: dicitur Exodi. xxviij. Quod ſacerdotes debent operiri feminalibus lineis a renibus vſqꝫ ad femora De abſtinētia poteſt dici illud Exo. xij. Renes veſtros accingetis. i. ſtringetis. Et loquitur de eſu agni qui cum lactucis agreſtibus comedebatur. De penitentia dicitur in ps. Ure renes meos ⁊ cor meum. De mortis memoria diciṫ. iij. Regū j. ꝙ helyas erat zona pellicea accinctus renibꝰ zona enim pellicea que fit de pellibus animaliū mortuorum: mortis memoriam deſignat Sufficit.

a **Renouare.** Nota ꝙ ſupra de Nouitate ſatis dixi: ⁊ etiam alibi in titulis pluribus. Sed qꝛ ſupra de innouare nihil dixi: ideo modo ſimul: ⁊ de renouare aliquid eſt dicendum. Igitur dic quod in ſcriptura reperitur Renouatio.

Naturalis. — Prima eſt innouatio nature.
Uirtualis — Secunda eſt innouatio gratie.
Mundialis. — Tertia eſt innouatio fortune.
Criminalis. — Quarta eſt innouatio culpe.
Supernalis: — Quinta eſt innouatio glorie.
Infernalis. — Sexta eſt innouatio pene.


omnis qui relictus fuerit in ſyon: ⁊ reſiduus in Hie
ruſalem: ſanctus vocabitur omnis qui ſcriptus fuerit
in vita in hiruſalem. ¶ Itē iuſti dicunt reſidui quia in ſe
ipſis virtualiter roborantur. Et ideo dicuntur reſidui
ſeu etiam reſidentes. i. in ſtatu virtutis firmiter rema
nentes. Luce. vij. Reſedit qui erat mortuus ⁊ cepit lo
qui. De quo dicit. j. Mach. ix. Nō licet videret ꝙ flu
xit exercitus eius: ipſe tñ dixit his qui reſidui erant:
fugiamus ⁊ eamus ad aduerſarios noſtros. Sequit.
Abſit vt fugiamus ab eis: ⁊ ſi appropiauit tempus
nr̄um moriamur in virtute: ⁊ non inferamus crimen
glorie noſtre. Dicuntur ergo iſti reſidui: q2 in ſeipſis
virtualiter roborant. ¶ Itē dicunt reſidui: quia deo
regulariter dedicant. Sicut enim videmus ꝙ reſidua
ciboꝝ dantur pauperibus: ſic viri iuſti ⁊ illi qui i mū
do reputant reſidui: ⁊ quaſi reliquie modicum repu
tati: xp̄o pauperi dedicantur ⁊ ipſius ſeruitio deputā
tur: ſicut patet de illis qui claudos ⁊ mancos in reli
gione ponunt. ſanos vero ſi ponerent: perditos repu
tarēt. Igitur de talibus reſiduis domino dedicatis di
cit. ij. Paral. xxxiiij. Nō ioſias rex iuda abſtulit om
nes abominationes de vniuerſis regionibus filioꝝ
iſrael ⁊ fecit omnes qui reſidui erant in iſrael ſeruire
domino deo ſuo. ¶ Item dicunt reſidui quia ſurſum
ſingulariter eleuant. Videmus enim ꝙ illi qui ſunt re
ſidui de genere alicuius rei principalibus heredibus
mortuis quandoꝙ ſublimantur ad regnum. Sic iuſti
principalibus heredibus regni celeſtis. ſ. angelis de
cedentibus per peccatum ad iſtud paradiſi regnum:
ſicut vltimi ⁊ reſidui aſſumpti fuerunt: ⁊ loco ipſorum
finaliter regnauerunt: ibiꝙ reſederunt ⁊ remanſerūt
Unde de aſſuero dicit Heſter. xv. Nō ipſe reſidebat
ſuper ſolium regni ſui indutus veſtibus regijs. Ueſtes
eñ regie q̄s hñt iſti reſidui. i. veſtes beatoꝝ ſunt.
Iocunditas ⁊ exultatio.
Fertilitas ⁊ cumulatio.
Eternitas ſeu duratio.
Iſti eñ reſidui. ſ. beati ſeu ſancti letantur valde iocū
de. Unde Eſai. xxviij. Erit dominus in die illa corona
glorie ⁊ ſertū exultationis reſiduo populi ſui. ¶ Itē
iſti fruuntur ſemꝑ abunde. Unde de quolibet beato
poteſt dici illud. Cañ. v. Oculi eius ſicut columbe ſuꝑ
riuulos aquarum que lacte ſunt lote: ⁊ reſident ſuper
fluenta pleniſſima. ¶ Item ipſi figunt valde profun
de: quia. ſ. iſti ſunt fixi indeficientes: perpetui ⁊ eter
ni. vnde apl's in perſona beatoꝝ dicit. j. Theſſalo. iiij.
Nos autem qui viuim9: qui reſidui ſumus: rapiemur
obuiam cum xp̄o in aera. ⁊ ſic ſemper cū domino eri
mus. Et breuiter de beatis dicitur. Ioelis. ij. In mon
te ſyon ⁊ in hieruſalem erit ſaluatio in reſiduis quos domi
nus vocauerit. De damnatis vero dicitur econuerſo.
Hier. xliiij. Non erit qui effugiat ⁊ ſit reſiduus Et ibi
dem. Non relinquet de reliquijs vr̄is quicꝙ̄ reſiduū
Iſtud eñ potiſſime patet de impijs quorum ſubſtan
tia. fama. gloria. ꝓgenies ⁊ memoria ꝑerit cum ſoni
tu: ita ꝙ de his omnibus nihil poſt ipſos reſtat reſi
dui: q2. ſ. ipſis non reſeruat dominus ſuum reſiduum.
ſ. gloriam paradiſi. quinimo etiam reſiduum quod in
mundo relinquunt finaliter totum perit: quia. ſ. iſtud
reſiduum partim per tyrannos partim ꝑ malos famu
los: aut etiam per heredes fatuos cito trāſit. Ioelis.
j. Reſiduū eruce comedit locuſta: ⁊ reſiduum locuſte
comedit brucus: ⁊ reſiduum bruci comedit erugo.
Non ſic boni non: quia certe iſti habent reſiduū bo
num glorie paradiſi: ⁊ ſunt etiam reſidui ⁊ beati. De
dānatis autem ⁊ peccatoribus dicit. iiij. Reg. xxj. Nec
vnus quidem reſiduus ſit. Patet ergo: ꝙ eſt dare reſi
duum luminis intimi: qđ eſt virtutū ⁊ meritoꝝ. ¶ Se
B cūdo dico ꝙ eſt dare reſiduū fulminis peſſimi: quod
eſt culpaꝝ ⁊ vitioꝝ. Pctm̄ eñ reſiduū dicitur ꝓ eo: ꝙ
ſemꝑ in conſcientia reſidet ꝑ remorſum: ⁊ ꝓ eo: ꝙ ad
punitionem ad vltimum iudicium reſeruat: ꝙꝙ illos
qui peccant vltimos ⁊ reſiduos facit eſſe. Unde bre
uiter nota ꝙ tales: reſidui. ſ. pctōres.
Liberaliter diffugiunt ⁊ vagant.
Mentaliter ſuꝑbiunt ⁊ lauant.
Finaliter depereunt ⁊ dānant.
Iſti igitur vagant ⁊ diffugiunt labiliter ſeu faciliter:
quia. ſ. nihil vere ſtabilitatis habent. Uñ Ezech. xvij.
Reſidui autem in oēm ventum diſpergent. Item iſti
leuantur ⁊ ſuꝑbiunt inaniter ſeu mētalit. j. Macha.
ix. Reſidui fugerunt in montē. Item iſti damnantur
⁊ deficiunt ſeu depereunt finaliter. Unde Deut. xxxij.
Uidebit ꝙ infirmata ſit manus ⁊ clauſi quoꝙ defe
cerunt reſiduiꝙ conſumpti ſunt. Patet igit ꝙ eſt da
re reſiduum fulminis peſſimi ⁊c. ¶ De reſiduo ergo
gratie ⁊ culpe ſatis dixi. De reſiduo aūt glorie ⁊ pene
tranſeo: quia etiam aliquid de eis ſupra dixi.

**Reſiſtere.** Nota ꝙ reſiſtere eſt actus cōtrarie
tatis ⁊ obuiationis: controuerſie et A
repulſionis. Reſiſtentia eñ non eſt inter ſimilia: ſed
inter contraria. Omnia enim que ſunt reſiſtunt natu
raliter ſuis contrarijs. Et ideo poſſumus notare: ꝙ ē
quedam reſiſtentia. ſ.
Superne iuriſditionis ⁊ potentie.
Interne cōtradictionis ⁊ cōſtantie.
Humane obſtinationis ⁊ ſtulticie.
Primo dico ꝙ reſiſtit potentia dei affectionibus ſu
perboꝝ: quia ſicut dicitur Iacobi. iiij. De9 ſuperbis
reſiſtit humilibus aūt dat gratiam. Uideo enim i iſtis
horologijs ferreis ꝙ quāuis ibi ſint diuerſi circuli di
uerſimode ſe mouentes. eſt tamē inter alios vnus cir
culus qui vadit contra impetum alioꝝ: qui nihil pe
nitus operatur: niſi ꝙ reſiſtit impetui aliorum: ipſoſꝙ
facit retardare ne currant citius ꝙ̄ oportet. Natura
etiam videns ꝙ ꝓpter impetum firmamenti multa
poſſent contingere incōmoda: dedit ſibi vnum reſiſtēs
ſcilicet curſum ⁊ motum naturalem planetarum: qui
ꝯtinue contra curſum firmamenti mouet: ⁊ hoc facit
vt per talem reſiſtentiam: ſui motus violentia reſtri
gatur. Sic vere deus eſt circulus contradictiuus ⁊ hu
mano impetui reſiſtiuus. Cum enim in horologio hu
ius mundi: multi ⁊ diuerſi ſint circuli. i. multe ⁊ diuer
ſe perſone: que diuerſos ⁊ contrarios habent motus
ideſt multas diuerſas ⁊ contrarias conditiones. af
fectiones ⁊ inclinationes. vnus enim currit ad diuiti
as: alius ad delicias: vnus diligit culmen honorum:
alius appetit vindictas inimicorum. Et breuiter im
petus iſtorum ⁊ ſe ⁊ alios deſtrueret: niſi circulus cō
trarius: hoc eſt dictu: motus occulte dei ꝓuidentie: ꝑ
ſuam occultam reſiſtentiam: ipſorum impetum im
pediret. Et ideo nō ſunt timēde malorum ſeuicie: cū
certiſſimum ſit: ꝙ non poſſunt ſeuire vltra ꝙ̄ eis per
miſſum eſt: cum certi ſimus: ꝙ deus qui eſt circulus ⁊
ſpera incircūſcriptibilis: cuius centrum vbiꝙ eſt: cir
cumferentia autem nuſꝙ̄ ſm philoſophum: qui ha
bet ſtatum hominis in manu ſua: ſuo motu cōtrario
eorum affectionibus ⁊ violētie reſiſtit: ipſoſꝙ vltraꝙ̄
expediat aliquid facere nō permittit. Sap. xviij. Re
ſtitit ire ⁊ finem impoſuit neceſſitati. Iſte eſt enim cui
nullus poteſt reſiſtere: ⁊ qui ſolus poteſt omnibus cō
traire. Unde Heſter. xiij. In ditione tua cuncta ſunt
poſita: ⁊ non eſt qui tue poſſit reſiſtere voluntati. Et
iſta eſt prima reſiſtentia qua. ſ. reſiſtit dei potentia af
fectionibus malorum. ¶ Secundo dico ꝙ eſt quedam B
reſiſtētia: qua reſiſtit iuſti cōſtantia tētationibus im
piorum. Apes enim ſemꝑ dicuntur ꝑate reſiſtere cui
libet domicilium ſuum impetēti: ⁊ mella ſua rapere cu
piēti. Aper etiam ſcutum oſſeum: hoc eſt dictu: carnē
duram ad modum ſcuti oſſei dicitur habere in late
re dextro: quod iaculis venatoris ſolet opponere: vt ſi
bi poſſit melius reſiſtere ⁊ ab ipſius impetu ſe ſalua
re. Sic ⁊ vos chariſſimi nos debemus ſemꝑ eē parati re
ſiſtere hoſtibus ſpiritalibus. ſcilicet Mundo. Carni
⁊ dyabolo: ⁊ eorum tētationibus. ſuggeſtionibus ⁊ im
pugnationibus: ſcutū fidei ⁊ conſtantie ipſis debem9



Ayuntamiento de Madrid

opponere.vt poſſimꝰ aduerſus eos debite preualere.
j.Pet.v.Aduerſarius vr̄ dyabolus tanꝙ leo rugiens
circuit querens quem deuoret:cui reſiſtite fortes in fi
de.Sicut enim inter lapides precioſos ametiſtus et
dyoniſius dicūtur reſiſtere ebrietati. Amerites alias
amatides dicitur reſiſtere igni: quia veſtis ab eo ta-
cta non comburitur igni.Ceramus al's ceraunius⁊co
rallus dicuntur reſiſtere tempeſtati.Sic vere charif-
ſimi nos debemus reſiſtere.
Ebrietati carnalis voluptatis.
Igneitati auare cupiditatis.
Et tempeſtati dyabolice malignitatis.
Judicum .xx. Qui ſimulauerant fugam verſa vice
fortius reſiſtebāt.⁊.ij.Paral'.xxvj. Uiri robuſtiſſimi
reſtiterunt regi.Quāuis hodie ꝓculdubio de multis
poſſit dici illud.Leuit.xxvj.Nullus veſtrum audebit
inimico reſiſtere. Hodie enim ita ſumus ſpiritualit
impotentes.ꝙ nec inimicis reſiſtimus:nec etiam ab
eis fugere volumꝰ. Sed quod peius eſt:ab ipſo cape
nos permittimus.Ad minus eīn ex quo nos nequimꝰ
eis reſiſtere:ſaltem nos debeamus fugere:⁊ occaſio-
nes vitioꝝ totis viribus declinare. Exemplo leporis
⁊ capree:q̄ animalia ſunt valde timida ⁊ debilia nul-
lius impetui reſiſtere valentia:⁊ ideo natura ipſis de
velocitate curſus prouidit: vt que per fortitudinem
nequeunt alijs reſiſtere:ſaltim poſſint per fuge reme
dium ſe ſaluare.Sic vere ⁊ nos in quibus non eſt tan
ta fortitudo ꝙ poſſimꝰ reſiſtere multitudini.ſicut di-
citur.j. Paralip.xx. Debemus nobis fuge remedia
querere:⁊ occaſiones pugne prudenter ⁊ ſagaciter de
clinare:ſic faciebat ille qui dicebat in pš. Ecce elon-
gaui fugiens ⁊ manſi in ſolitud ic.Iſta eſt ergo illa re
ſiſtentia qua reſiſtit iuſti conſtantia tentationibꝰ de-
C. moniorum. ¶ Tertio dico ꝙ eſt quedam reſiſtentia
qua reſiſtit impij ſtultitia preceptionibꝰ prelatorum.
Mali enim ⁊ obſtinati reſiſtunt dei inſpirationibus.
Prelati inſtructionibus.Proximi volūtatibus.Sub
diti ſupplicationibus. Reſiſtunt eñ mali deo:ſimi-
les gallo qui eſt ſupra cāpanile: qui ſemꝑ verſa facie
videtur reſiſtere vento.Unde Actū.vij.Dura facie ⁊ i
circūciſis cordibus ſemper ſpirituiſancto reſtitiſtis.
Item mali reſiſtūt prelato⁊ cuilibet viro iuſto.ij.Thi
mo.iij.Janmes⁊ mābres reſtiterunt Moyſi ⁊c.Item
mali reſiſtunt proximi volūtatibus.j.Reg.xv.Reſti-
tit amalech filijs iſrael in via cū aſcenderent de egy-
pto.Item mali reſiſtunt ſubditi ſupplicationibus.ij.
Thimo.iiij.Alexāder erarïꝰ valde reſtitit vbis meis.
Sufficit.Uide ſupra de contrarietate ⁊c.⁊ de Obuia
re ⁊ ſimilibus ⁊c.

## Reſpicere. Reſpectus.

Nota ꝙ re-ſpicere idē
eſt quod aliquid attendere vel videre.Et inuenitur in
A ſcriptura duplex reſpectio.Dei ſcilicet ⁊ hominis.
¶ Deus enim habet tres oculos quibus reſpicit vni
uerſa.ſ.Oculum ſcientie:quo mundū reſpicit ad gu-
bernandum.Oculum clementie: quo bonos reſpicit
ad adiuuandum.Oculum iuſtitie quo malos reſpicit
ad contemplandum. Iſtis eñ tribus oculis reſpicit
dominus vniuerſa.Oculus enim ſcientie :eſt filiꝰ cui
attribuitur ſapientia.Oculus clementie:eſt ſpūſſan-
ctus cui attribuitur bonitas. Oculus iuſtitie:eſt pa-
ter cui attribuit potētia.Et ſic dic ꝙ deus habet.
Unum reſpectum valde luminoſum
Unum reſpectum valde gratioſum.
Unum reſpectum valde rigoroſum.
Reſpectus luminoſus eſt reſpectus ſue ſcientie. Iſte
eſt enim reſpectus lincis:que videt vltra ꝑietem. Re
ſpectus aquile que de ſummo aeris loco videt piſcicu
los in aqua nature.Reſpectus ſolis:qui ſm̄ philoſo-
phos dicitur oculus mundi:⁊ ſm̄ poetas ante omnes
alios deos omnia dicitur primus reſpicere ⁊ videre.
Juxta illud Eccleſiaſtici.xlij.Sol illuminans per om
nia reſpexit.Quia ſcilicet iſtum reſpectum diuine ſci
entie nullus paries poteſt occupare. nulla diſtantia
poteſt impedire. nulla nox vel obſcuritas poteſt ob-
fuſcare.Teſte enim pſal.Excelſus dominus ⁊ humi-
lia reſpicit:⁊ alta a lōge cognoſcit.Unde Job.xxxviij.
Omnia que ſub celo ſunt reſpicit.Reſpectus amoro-
ſus eſt reſpectus ſue clementie.Iſte eſt enim ſicut ocu
lus caladrij:qui reſpiciendo infirmum morbum ipſi
us ad ſe trahit:ipſum quoqꝫ qui debet ſanari libenter
reſpicit:ab alio vero oculum auertit.Sic deus oculo
ſue miſericordie reſpicit illos:qui ſm̄ occulta ſue pre
deſtinationis per eum finaliter ſunt ſaluandi. ⁊ qui ī
paradiſo perpetuo ſunt collocandi.Notaꝙ iſte reſpi
cit penitētes ⁊ tribulatos.indigentes ⁊ pauꝑatos.pa
tientes ⁊ humiliatos.De penitentibus enim dicitur
Luce.xxij.Quod dominus cōuerſus reſpexit Petrū
⁊ recordatus Petrus verbi Jeſu egreſſus foras fle-
uit amare.De indigentibus dicitur in pš.Oculi eius
in pauperem reſpiciunt:palpebre eius interrogāt fi-
lios hominum. De humilibus vero dicitur.Luce.j.
Reſpexit humilitatem ancille ſue: ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes generationes. Iſte autem
reſpectus diuine clementie ſumme apparuit in incar
natione verbi:quando reſpexit indigentias noſtras⁊
venit nos viſitare.Juxta illud pš.Reſpice d̄ celo ⁊ vi
de.⁊ viſita vineam iſtam.Iſte eſt ergo reſpectus amo
roſus ſue clemētie. Reſpectus rigoroſus:eſt reſpectꝰ
ſue iuſtitie.Iſte eſt enī reſpectus baſiliſci qui inuene-
nat alios quos reſpicit. Quia ſcilicet reſpectus diui
ne iuſtitie quando finaliter reſpicit malos:ipſos inue
nenat ⁊ occidit.pš.Reſpice inimicos meos qm̄ multi
plicati ſunt nimis.Et alibi.Qui reſpicit terrā ⁊ facit
eam tremere:qui tangit montes ⁊ fumigant.Et illud
Exo.xiiij.Reſpiciēs dominus ſuꝑ caſtra egyptiorum
in colūna ignis ⁊ nubis interfecit exercitum eorum.
Et iſti ſunt tres oculi dei quibus ſcilicet reſpicit vni-
uerſos.Et ſic dico ꝙ iſte eſt reſpectus diuinus. B
¶ Secundo dico ꝙ eſt reſpectus humanus: ⁊ iſte ſi-
militer eſt duplex. Bonus.ſ.⁊ malus. Bonus enim
reſpectus hominis nihil aliud eſt: ꝙ̄ ſenſus ⁊ diſcre-
tio cordialis:quo.ſ.homo debet reſpicere ⁊ videre illa
que ſibi ſunt vtilia ad ſalutē. De quo Eccl'.xxiij.Ni-
hil melius ⁊ dulcius ꝙ̄ reſpicere in mandata dei. Et
ſic nota:ꝙ aliqua ſunt reſpiciēda ſuperius.Aliqua in
ferius.Aliqua exterius.Aliqua interiꝰ. Aliqua poſte
rius.¶ Supius enim ſunt reſpicienda.ſ. gaudia bea
torum. exemplo ſtrutionis que vidēdo ⁊ reſpiciēdo
verſus ſtellas celeſtes parit ⁊ cōcipit oua ſua ſm̄ gre-
gorium in moral'.Quia vere dum ſtelle celeſtes.i. bea-
ti qui ſunt in patria ꝑ contemplationē ⁊ deuotionem
ꝑ orationē ⁊ ꝑ ſui auxilij implorationē reſpiciuntur:
oua bonorum oꝑum ⁊ bonorum affectuum a deuotis
fidelibus pariūtur. Et iō.Luc.xxj.ꝑcipit dominus di
cēs.Reſpicite ⁊ leuate capita vr̄a. Quod eſt contra il
los qui non reſpiciunt ad bona ſuꝑiora:ſꝫ ad inferio
ra:non ad celeſtia ſꝫ ad terreſtria:nō ad īmortalia:ſꝫ
ad corruptibilia:ſimiles beſtijs que ſurſum reſpicere
non poſſunt:ſed ſolum inferius verſus terram.Figu-
rati in illa muliere curua ⁊ contracta.de qua dicitur
Luc.xiij.ꝙ omnino ſurſum reſpicere non poterat.In
ferius ſunt reſpicienda ſupplicia damnatorum. Leo
enim terram reſpicit quando vidit venatores: ⁊ exin
de audaciam contra eos reſumit.Sic vere homo dꝫ ter
ram miſerie ⁊ tenebarum reſpicere: ⁊ ex aſpectu tor-
mentorum timorem dei conciꝑe: ⁊ ſic poterit contra
venatores inferni fortis eē. Ut ſic ſibi poſſit dici illō.
ij.Mach.j.Contēptos ⁊ abhominatos reſpice.¶ Ex
terius autem ſunt reſpicienda ſuſpiria egenorū.Ho-
mo enim debet oculis miſericordie miſerias hominū
reſpicere: ⁊ eis affectum compaſſionis oſtendere:⁊
ſibi quantum poterit ſubuenire:ſicut de cherubin ꝑ-
cipitur.Exodi.xxv.Reſpiciant ſe mutuo verſis vulti
bus.Quod eſt contra quoſdam ſuperbos ⁊ crudeles
qui hominem in neceſſitate poſitum reſpicere non di
gnantur

Ayuntamiento de Madrid

guātur. Hiere. xlvij. Non reſpexerūt pr̄es filios mani bus diſſoluti. ¶ Interi⁹ reſpiciēda ſunt flagicia vitio rum Exēplo mulieris q̄ in ſpeculo diligenter reſpicit maculas vultus ſui. Sic ⁊ nos in ſpeculis ꝯſciētie no ſtre debem⁹ reſpicere defectus ⁊ maculas vite nr̄e. ij. Para. xiij. Reſpiciēs iudas vidit inſtare bellū ¶ Po ſterius reſpicieda ſunt diſpēdia futuroꝝ. illa ſcȝ que veniūt poſt nos ſcȝ demones. mors ⁊ iudiciū ⁊ ſimilia Exēplo ſerpētis qui hoc hȝ ꝓpriū ꝙ pōt poſt ſe reſpi cere ſm pli. Et ſcribit. ij. Reg. ij. Reſpexit abner poſt tergū ſuū. Iſti ſunt igit boni reſpect⁹. quib⁹ homines reſpiciūt vtilia ad ſalutē. ¶ Sed de reſpectu malo pt dici ꝙ multi ſunt qui libētius reſpiciūt vilia ꝙ vtilia Sicut ſunt illi qui reſpiciūt mulieres ⁊ delectabilia mundi. Similes ceruo qui oēm nouitatē admirans. quicquid pulcrū videt libēter reſpicit: propter qđ ſibi aduenit ꝙ a venatoris iaculo ſepe perit. Sic tales q̄ pulcritudinē incaute reſpiciūt: ſepe p malas ꝯcupiās pereunt. Ideo ꝯſulitur Eccli. xv. Nō reſpicias in mu lieris ſpēm. Et hec de reſpicere ſufficiāt Uide de Aſpi cere. De cōſiderare. De oculo. De videre ⁊c.

B **Reſpondere.** Nota ꝙ reſpondere nihil ali ud eſt ꝙ aliqđ dicere: vel cām alicuius allegare. Et eſt reſpondere ꝟbum ſatiſfacto rium. quia ille qui reſpōdet intendit ſatiſfacere petēti Eſt igitur Reſpondere.

Uerbum obediētie ⁊ humilitatis.
Uerbum ſapiētie ⁊ ſubtilitatis.
Uerbum iuſtitie ſeu equitatis.
Uerbum ſtultitie ſeu p̄ſumptuoſitatis

Qđ enim ſit ꝟbum humilitatis patȝ: qꝛ ſcȝ ad humi les pſonas ptinet humiliter de petitis rn̄dere. Qꝛ ſcȝ ſm ꝙ dicit. prouerbi. xv. Reſpōſio mollis frangit irā ſermo dur⁹ excitat furorē. Humilis eīm nūꝗ dedigna tur alijs rn̄dere. Job. xij. Loquere terre ⁊ rn̄debit tibi. Supbi ꝟo ſepe rn̄dere dedignant. q̄uis audierit que dicunt. Job. xix. Seruū meū vocaui ⁊ nō reſpondebat mihi ore ꝓprio depcabar illū. Et Prouer. xxix. Seru⁹ qđ dicis intelligit ⁊ rn̄dere contēnit. ¶ Itē ꝙ rn̄dere ſit ꝟbū ſapie ⁊ ſagacitatis ptȝ: qꝛ cōſtat ꝙ ad ſapientē pertinet de dubijs ⁊ arduis rn̄dere. Juxta illud Eccli. v. Si eſt tibi intellectus reſponde ꝓximo tuo: ſin autē ſit digitus tuus ſup os tuū ne capiaris in ꝟbo indiſci plinato: ac ſi diceret. Ad ſapiētes ⁊ intelligētes perti net reſpondere. Ad ignorantes vero pertinet ſubtice re. ¶ Item qđ reſpondere ſit verbum iuſtitie ⁊ equa litatis patȝ in hoc quod ſicut reſponſio debet ade qua ri petitioni: ſic reſponſioni debet eſſe ꝓportio adequa ta interrogantis. quia ſcilicet inter petitionē ⁊ reſpō ſionē debet eſſe proportio adequata ⁊ ſic ſm adequa tionem iuſtitie. pena. culpe ⁊ premium merito propor tionabiliter comparatur. De pena enim. ⁊ de culpa di citur Eſaie. lix. Peccata veſtra reſponderunt vobis. De premio vero ⁊ merito dicitur Geneſis. xxx. Cras reſpondebit mihi iuſtitia mea. ¶ Item quod reſpon dere ſit quandoꝗ verbum fatuitatis patet quia fatui nullam habentes patientiam loquaces nullam ha bentes moderantiam ſemper volunt ad verba om nia reſpondere: ſimiles illi voci montium que dici tur echo que ad omnia vltima verba reſpondet: ſi miles campane que non poteſt ita parum tangi quin reſpondeat et quin ſonet. Sic tales impatientes mo dico tactu dure reſpondent. Et tales loquaces ad ōm nia verba reſpondere ſtudent. De reſponſione enim talium loquacium dicitur Prouerbi. xviij. Qui prius reſpondet ꝙ audiat: ſtultum ſe eſſe demonſtrat et confuſione dignum. De reſponſione impatientiū di citur Eſaie. xiij. Reſpondebunt ibi vlule in edibus ſuis ⁊c. Ulula enim dicitur abvlulando. Sic igitur pa tet quomodo reſpōdere diuerſimode poteſt ſumi ⁊c.

B **Reſtituere.** Nota ꝙ i ſcriptura inuenit mul tiplex reſtitutio. Reſtituit enīȝ gr̄a Reſtituit gloria. Reſtituit tēporalis ſubſtantia.

Gratia enim reſtituitur penitentibus.
Gloria reſtituitur triumphantibus.
Subſtantia reſtituitur indigentibus

De reſti tutiōe eīm gratie cō ſtat: qꝛ vic⁹ penitentia eſt vna virtus que gratiam perditaȝ ſolet reſtituere ⁊ reddere penitēti. Coluber eīm poſt pellis veteris dimiſſionem reſtituitur ad pri ſtinam fortitudinem ⁊ virtutem Sic homo p penitē tiam reſtituit ad p̄ſtinam grām ⁊ ſalutem. Ut ſic ei poſſit dici illud Geneſ. xl. Tres adhuc dies ſunt poſt quos recordabitur pharao miniſterij tui: ⁊ reſtituet te in gradum priſtinū. Iſti eīm tres dies ſunt tres par tes pnie ſcȝ Contritio Confeſſio ⁊ Satiſfactio: que. ſ. plenam reſtitutionem faciunt de perditis per pecca tum. Et nota qđ reſtituendo gratiam deus reſtituit.

Diſcretionis viſum.
Locutionis vſum.
Operationis actum.
Habitationis ſtatum.

De viſu diſcretiō ſ dr̄ Mar. viij. Qđ cec⁹ il le reſtitut⁹ ē ita vt cla re videret. De locutio nis vſu patet de zacharia. De quo dicitur Luce. j. Qđ nato iohanne ſolutum eſt vinculum lingue eius: et reſtituta eſt ei locutio. Unde Soph. iij. Reddam po pulis labiū electum Johannes interpretatur in quo eſt gratia. quia ſcȝ in ortu ⁊ natiuitate diuine gratie. recta locutio ſolet reſtitui peccatori. De actu bone operationis dicitur Matthei. xij. de illa que ſcȝ ha buerat manū aridam. quia ſcȝ chriſtus dixit ſibi Ex tende inquit manum tuam: ⁊ extendit: ⁊ reſtituta eſt manus illius. Manus autem operationeȝ deſignat De ſtatu priſtine dominationis qualiter quādoꝗ re ſtituitur a domino patet Danielis. iiij. vbi rex Nabu chodonoſor a deo ꝓpter peccata fuit de regno eiectus tādem peracta penitentia ad regnū iterū reſtitutus. Un̄ ip ſe dicit ibidem. In tpe illo ſenſus me⁹ reuerſus ē ad me Sequit. Et in regno meo reſtitut⁹ ſum: ⁊ magni ficētia amplior reddita ē mihi. Et breuiter de⁹ ē ille q̄ ſicut dicit Job. xij. multiplicat gentes ⁊ perdit eas: ⁊ ſubuerſas in integrū reſtituit. Pone hic ſi vis mate riā iuris quō ſcȝ aliq̄ ſunt quos iura reſtituūt i inte grum vt ſic dicatur de quolibet a deo reſtituto illud. ij. Regū. xvj. Hodie reſtituit mihi dom⁹ iſrael regnū patris mei. De ſitu vero tute habitationis: ⁊ potiſſi me de ſitu celeſtis patrie quomodo bonis reſtituitur poteſt dici illō. Daniel. xiiij. Angel⁹ domini reſtituit Abacuc in locuȝ ſuum. Et breuiter de reſtitutione vir tutum que ſit per gratiam dixit. Dauid in pſ. Domi ne quando reſpicies reſtitue animam meam a mali gnitate illorum a leonibus vnicam meaȝ. Hec igitur eſt reſtitutio gratie. ¶ De reſtitutione etiam glorie planum eſt. Homo enim hereditatem glorie paradi ſi per peccatum ade perdidit: chriſtus vero per ſuaȝ beatam incarnationem eam ſibi reſtituit pſal. Tu es qui reſtitues hereditatem meam mihi. Fenice enim in igne conſumpta: ipſa eadem auis ex eiſdem cineri bus in integrum reſtituitur. ⁊ noua auis de antiquis cineribus efficitur. Sic in vltima reſurrectione reſti tuetur nobis humana forma: que p ignem ⁊ incinera tionem mortis fuerat deſtituta. iiij. Regum. v. Reſti tuta eſt caro eius ſicut caro pueri. Iſtam autem ple nam reſtitutionem faciet dominus in vltimo iudicio Quia tunc ſicut dr̄. Math. xvij. Helias venturus eſt ⁊ reſtituet omnia. Et bene dixit omnia quia. ſ. tunc re ſtituetur bonis gloria: malis pena. Gloria dico bonis ſicut de thobia dicitur. Thobi. j. ꝙ facultas eius reſti tuta eſt ei. Unde etiam de pauperibus qui tunc beati ficantur dr̄. Ezechie. xxxvij. Deſerti fuerunt ⁊ poſt ea reſtituti. Pena etiā ipis malis reſtitui dr̄. Job. xxxiiij Juxta vias ſingulorum reſtitues eis. ¶ De reſtitu tione ꝟo tēporalis ſubſtantie. ptȝ ꝙ debeat fieri: qꝛ. ſ. q̄cq̄d de alieno hr̄ dȝ reſtitui creditori. vn̄. iiij. Regū. viij. reſtitue ei oīa q̄ ſua ſunt. vn̄ etiā aīa poterit di cere illud. Dan. iiij. In regno meo reſtitut⁹ ſuȝ. Qđ ē cōtra multos q̄ nihil volūt reſtituere qđ debēat. vl' cā debiti vl' cauſa meriti: vel ex cauſa iniurie vl' delicti.



Ayuntamiento de Madrid

niſi violēter. Exēplo ſpōgie q̄ ſcꝫ aquā ebibitā nūq̄ reſtituit aut reuomit niſi violēter ꝯprimaꝛ. Itē exemplo ſanguiſſuge q̄ etiā ſanguinē bibitū nūq̄ reſtituit vel euomit niſi violēter cōprimaꝛ. Sic ⁊c multi ſunt qui illud qꝺ de alieno biberūt nolunt reſtituere niſi p tribulationē: vel aliam diuinā vel humanā ꝯpulſionem cōpulſi fuerit vel coacti: contra illud Thob. iiij. Quicunqꝫ tibi aliqͩd opatus fuerit ei ſtatim mercedē reſtitue. Statim enī volūtatē denotat nō coactionē. Ad denotandum ꝙ reſtitutio debꝫ fieri volūtarie nō coacte Sic ergo patꝫ ꝙ eſt triplex reſtitutio ſcꝫ. Gratie Glorie ⁊ Tēporalis ſubſtantie ⁊c. Uide ſupra de Reddere Et infra de Retribuere.

A **Reſurgere. reſurrectio.** Nota qꝺ reſurgere idē eſt quod iterū ſurgere. Res enim qñ cecidit. tūc reſurgit qñ ad ſtatum priſtinū iterū ſurgit. Specialiter autem reſurrectio nihil aliud eſt q̄ de morte ad vitaꝫ reuerſio. Et ideo ſm ꝙ vita ⁊ mors diuerſimode capiūtur in ſcriptura ſm hoc multiplex pōt reſurrectio reperiri. Sicut enī contingit hoīem cadere a ſtatus proſperitate. a vite mortalitate. a gratie ſtabilitate. ſecūdum hoc eſt dare triplicem reſurrectionem videlicet. Temporalem Corporalem et Spiritualem. Et ſic dico quod.

Reſurgat anima ſpūaliter p grē reſtitutionē.
Reſurgat hō tpaliter p ſubſtātie recuperationē
Reſurgat corpus pſonaliter p nature reparationem.

Dicamus primo ꝙ eſt reſurrectio aīe q̄ eſt ſpiritalis. Aīa enī p pctm̄ efficiꝛ mortua. Iuxta illꝺ. Ezech. xviij. Aīa que peccauerit ipa morieꝛ. Sed ab iſta morte aīa reſurgit; qñ vita grē reſtituta de pctō conſurgit. Et de iſta dicit ſalomon Prouer. xxiiij. Septies in die cadit iuſt⁹ ⁊ reſurgit. ſimilis ficui egyptiace q̄ ꝯtra naturā oīm arborū ſi in aqua ponaꝛ ſtatim ſubmergiꝛ: ſed cū bene imbibita fuerit. iterū mirabiliter reſurgit ⁊ ſuperius reaſcendit. ſignificās virū iuſtū: qui ſi aliquando in aqua mūdane voluptatis p pctm̄ mergiꝛ ibi tamē non remanet: ſed iterum ad gratiam reſurgere ⁊ reaſcendere comprobatur. Etiam ſepe fit quod quanto plus primo per peccatum imbibiꝛ: tāto plus poſt conuerſionē ad altiorē gradū gratie reſurgere multotiēs inueniꝛ iuxta illud aplī. Roma. v. Ubi abūdauit delictum: ibi ſupabundauit ⁊ gratia. Et iſta eſt proprie reſurrectio prīa. De qua diciꝛ. Apoc. xx. Hec eſt reſurrectio prima: btūs ⁊ ſanctus qui hꝫ partē in reſurrectione prima. Prima enī diciꝛ iſta reſurrectio. qꝛ. ſ. pri⁹ dꝫ aīa reſurgere p grām q̄ corpus reſurgat ad gliam. Et poſſum⁹ aduertere ꝙ tria ſunt iſtius ſpiritalis reſurrectionis effectiua vel iuuatiua. ⁊ tria ſunt ipſi⁹ impeditiua ⁊ retardatiua. Prima tria ſunt ſcilicet.

Elemoſyna.
Euchariſtia.
Penitētia

De elyna dꝛ. Eccli. xvij. Elyna viri quaſi ſaccul⁹ ⁊ grāꝫ hoīs ꝯſeruabit ⁊ poſtea reſurget. De euchariſtia ꝟo diciꝛ. Iohā. vj. Qui manducat carnē meam ego reſuſcitabo eū. De pnīa vero diciꝛ. j. Theſ. iiij. Mortui qui in xpo ſunt reſurgēt primi. Mortui enī ſignant illos qui per pnīam mortificāt mēbra ſua. Tria vero q̄ iſtam reſurrectionē impediūt ſunt

Obſtinatio voluntatis.
Perpetratio iniqͩtatis.
Detētio i bonis mūdane pſperitatis.

Et de iſtis dicitur in pſalm. nunquid qui dormit non adijciet vt reſurgat; ⁊ eſa. xxiiij. Grauabit eā iniqͩtas ſua. nō adijciet vt reſurgat. Iſta ē ergo reſurrectio aīe que eſt ſpiritalis. ij. Thi. j. Admoneo te vt reſuſcites grām dei ⁊c. ¶ Scdo dico ꝙ eſt quedā reſurrectio fortune q̄ eſt tpalis. Et iſta eſt illa q̄ quis qñqꝫ cadit a ſtatu

B mūdane pſperitatis: ⁊ tande inde iterū ad pſperitateꝫ reſurgit. ps. Domine pbaſti me ⁊ cognouiſti me tu cog. ſeſ. meaꝫ ⁊ reſur. meam. Quāuis multi ſunt qui ita penitus cadant quod nunq̄ amplius reſurgunt Eſaie. xxiiij. Corruet not adijciet vt reſurgat. ¶ Tertio vero dico ꝙ eſt quedam reſurrectio nature que eſt perſonalis. Et iſta eſt illa qua omnis homo in nouiſſimo die reſurget ⁊ ante tribunal xpi perſonaliter aſſiſtet: vt iudicium pro ſe vel contra ſe recipiat: ⁊ penā aut gloriam reportet ⁊ habeat. De qua dicitur Iob. xix. In nouiſſimo die de terra ſurecturus ſum: ⁊ in carne mea videbo ſaluatorem meum: quem vi. ſum ego ipſe ⁊ non alius. Et poſſumus notare de iſta reſurrectione quod iſta.

Naturaliter exemplatur.
Exemplariter demōſtraꝛ.
Figuraliter predicatur.
Spiritualiter reuelatur.

Dico ergo qꝺ iſta exemplaꝛ naturaliter. Natura enī naturās deus volens ꝙ articulum reſurrectionis firmiter crederemus: nobis plura exēpla poſuit in natura Leo enī filios mortuos natos: ſuo rugitu ⁊ clamore i cubili vbi ſūt motu pariꝛ ⁊ tremore facit reſurgere: ⁊ vitā recipe ⁊ habere. Filij etiā pellicani mortui a mr̄e reſuſcitanꝛ. ⁊ per matris ſanguinē perſonaliꝛ ad vitam priſtinā reſtauranꝛ. Coluber etiā dimiſſa veteri pelle i foramine arto dꝛ renouari: ⁊ p noue pellis reſūptionē ad iuuentuteꝫ priſtinā reſtaurari. In qͥb⁹ quidē ꝟbis deſignat natura ꝙ ad terrorē ⁊ clamorē ipſi⁹ leonis xpi. p angelos clamātis ⁊ pconizātis. ſurgite mortui venite ad iudiciū: oēs q̄ mortui fuerāt reſuſcitabūꝛ: ⁊ reſumpta pelle corporū quā i arto mortis foramine iā ātiquatā dimiſerāt: iuuētutē ⁊ nouitatē corpoꝝ aſſeqꝛ. ueꝛ Ro. vj. Xps reſurrexit a mortuis ita ⁊ nos i nouitate vite. Reſurrectio ergo exēplaꝛ naturalib⁹. ¶ Itē dico ꝙ iſta demōſtraꝛ exēplariꝛ Iſti⁹ enī vltime reſurrectiōis exemplū preceſſit in reſurrectione chriſti. quia ſicut dicitur vbicunqꝫ intrat caput: intrant vel pnt intrare cōmuniter alia mēbra. Sic qꝛ chriſtus ad immortalitatem intrauit per reſurrectionem. ſignum et exemplū eſt quod ad eandem poſſumus finaliter introire. Chriſtus enim ſecundum apoſtolum. j. Corintios. xv. Reſurrexit primitie dormientium: quoniaꝫ quidem p hoīem mors ⁊ p hoīem reſurrectio mortuoruꝫ. Iſta ergo demonſtraꝛ exēplariter. ¶ Item dico ꝙ iſta predicatur figuraliter. Reſurrectio enī vniuerſaliꝛ figuratur. Ezech. xxxvij. In illo cāpo magno pleno oſſibus aridis q̄ ſpūm non habebāt in que venerunt caro: neruī ⁊ cutis. ⁊ igreſſus eſt in ea ſpūs ⁊ vixerūt. ſteterūtqꝫ ſup pedes ſuos exercitus magn⁹ valde. ¶ Et ſic quarto concluditur ꝙ iſta ordinatur ſeu reuelatur ſpūaliter. quia ſcꝫ in ſcriptura in multis locis ponitur iſta materia reſurrectionis. Ioh. xj. Reſurget frater tuus Cui reſpōdit martha. Scio qꝛ reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Et. j. Coꝛ. xv. Oēs quidem reſurgemus: ſed non oēs immutabimur. Ubi aduerte ꝙ reſurrectio vlr̄ extendetur. Omnes inqͩt. Infallibiliter cōcludetur. Quidam inqͩt. i. certe. Diuiſibiliter diſtinguetur. Qꝛ non oēs immutabimur a ſua prima vili ⁊ ponderoſa conditione. Corpus enī beatum immutabitur p dotes aīe ⁊ corporis. Quia ſcꝫ quidā reſurgēt ad vitam eternam: ⁊ immutabuntur p dotes aīe ⁊ corporis. Quidam reſurgent ad penam eternā: ⁊ iſti nō immutabunꝛ a ſua prima vili ⁊ ponderoſa conditione. Corpus enī beatū immutabiꝛ in reſurrectione. De paſſibilitate ad immortalitatem ⁊ ipaſſibilitatē. De ponderoſitate ad agilitatē. De obtuſitate ad ſubtilitatem. De obſcuritate ad claritatē. Sed pcerto corp⁹ damnatū mutationes hmōi nō habebit: qͥmo i ſua obſcuritate. grauitate ⁊ paſſibilitate ppetuo remanebit. Sola enī imortalitas ſibi dabitur: ⁊ hoc non ad pmium ſed ad ſupplicium. Qꝛ ſicut dꝛ. Apoc. ix. Tunc deſiderabunt mortem: ⁊ fugiet mors ab ipſis. non ergo omnes immutabimur. Quia procerto ſicut diciꝛ j. Corin. xv. Stella differt a ſtella in claritate. Sic ⁊ reſurrectio mortuorum. Sic ergo dico: qꝺ reſurrectio pbatur. Spiritualiter. Figuraliter. Exemplariter. Naturaliter ⁊c. Uide infra de vita: ⁊ reſurrectione xpi in litera. X. Et infra de ſurgere.



Ayuntamiento de Madrid

A **Rethe.** Nota ꝙ rethe ⁊ ſagena ſunt quedam ſi-loꝝ vel viminum inſtrumenta:ad ca ptionem piſcium:aīalium vel volatilium ordinata.⁊ poteſt ſignificare in bono ⁊ in malo.In bono eñ ſigni ficato dico quod eſt vnum rethe mentale. Aliud ver bale.Aliud reale. ¶ Primo dico ꝙ eſt rethe mentale qđ ſignificat cordis affectionem. Iſta eſt eñ q̄ mediā te homo capit bona gratie ⁊ glie.Et iđ ꝓcipitur.Luc. v.Laxate rethia in capturaꝫ.Et rñſum eſt ibidē.Per totam noctem laborauimus ⁊ nihil prendidimus:in verbo autem tuo laxabo rethe.Ad denotandum:ꝙ ni hil de bono acquiritur:niſi quando ad voluntatē do-mini rethe affectionis ad capturam ſpiritualiuꝫ re-laxatur Iuxta illud Ioh.xxj.Mittite in dexteram na uigij rethe.Dextera eñ nauigij eſt eccleſia:⁊ ſignat bo na ſpiritualia ⁊ eterna:ad quoꝝ ꝓculdubio captionē rethe volūtatis ⁊ affectionis debet extendi: ⁊ non ad ſiniſtram bonorum temporalium relaxari. Iſta ſunt enim Rethia.

Mergenda ꝑ contritionem.
Lauanda ꝑ confeſſionem.
Reficienda ꝑ ſatiſfactionem.

Quđ ergo rethia affectionum ſint ꝑ contritionē in ma ri mergēda.Patet Math.iiij.Uidi duos fratres mit tentes rethia in mare.i.in amaritudinē contritionis Item ꝙ iſta rethia ꝑ confeſſionem ſint lauanda.Pa-tet Luce.v.Ubi piſcatores deſcenderāt ad littus ⁊ la-uabant rethia ſua.Item ꝙ ꝑ ſatiſfactionem ſint refi-cienda.ptꝫ Math.iiij.vbi Ieſus vidit Iacobum ⁊ Io hānem reficientes rethia ſua.Iſtud eſt ergo rethe mē tale qđ ſignat cordis affectionem. ¶ Secundo dico ꝙ eſt rethe verbale qđ ſignat verbi predicationem.Pre dicatio eñ doctorum dr̄ rethe: q: iſto mediāte hoīes in naui vel mari huius mundi ꝑ conuerſionem capi-untur ⁊ ad litus fidei ⁊ eccle̅ ꝓtrahunt. vñ Mar.j.ꝙ Ieſus vidit Symonem ⁊ Andream mittētens rethia ſua in mare:erant enim piſcatores: dixit eis. Uenite poſt me:faciam vos fieri piſcatores hominū.Iſtud ñ guraṫ.iij.Reg.vij.vbi hyram fecit capita duarum co-lūnarum ad moduꝫ rethis.Duo eñ colūne duo ſunt t̄ſtamenta:que vtꝙ rethe autoritatum ⁊ ſententiarū:in habēt.in quo myſteria regni dei ſpiritualiter continē tur.Exo.xxvij.facies craticulam in modū rethis ene am. ¶ Tertio dico:ꝙ eſt rethe reale: qđ ſignat ec-cleſie congregationem.Eccleſia eniꝫ eſt rethe ⁊ ſagēa miſſa in mare huius mundi:in quo omnia genera pi ſcium.i.hoīum congregant.⁊ in fine ad littus mortis ⁊ iudicij pertrahunt ⁊ boni in reſeruationem paradi ſi eligunt:mali vero in infernum reijciunt.Mat.xiij. Iſtud eſt rethe ſymonis qđ plenum fuit magnis piſci bus centum quinquaginta tribus ⁊ cum tāti eſſent nō eſt ſciſſum rethe.Ioh.xxj.Per iſtos eñ piſces vniuer ſitas fidelium deſignat ꝑ eo: q: quotquot fuerunt ibi piſces:tot ſpecies hoīum ſunt eccliam repñſentantes. Rethe tamen iſtud .ſ. eccleſia ꝓpter iſtorum multitu dinem non ſcinditur.quia.ſ.eccleſia nunꝙ ꝑ ſciſmata diuiditur aut caſſatur.Una eſt eñ columba mea ⁊c. Iſtud eſt ergo triplex bonum rethe ⁊ ſpūale.ſ.eccleſia ſtice cōgregationis.Dñice predicationis. Sanctifice
B affectionis ſeu meditationis. ¶ Sed adhuc dico:ꝙ rethe pōt accipi in malo.Et ſic ſignat oē illud ꝑ quod homo capiṫ.inuoluiṫ vel decipiṫ. Et ſic dic ꝙ ꝑm ꝙ i uenio tria genera rerū que rethibus capiuntur. viꝫ. Piſces, cum ceteris natatilibus . Fere cum ceteris greſſibilibus.Aues cum ceteris volatilibus poſſunt inueniri tria genera maloꝝ rethium ſpūaliuꝫ viꝫ.

Rethe deliciaꝝ.ad capiendum carnales ⁊ natatiles
Rethe diuitiaꝝ ad capiendum auaros greſſibiles.
Rethe eminentiaꝝ ad capiendū ſupbos ⁊ volatiles.

Irretiunṫ ergo carnales in rethi corꝑalium deliciaꝝ. Et ſic loqṫ ſcriptura.Eccl's.vij.vbi nominat mulierē ſagenā vincula mqṫ ſunt manus eius:ſagena cor eius Sic loqṫ etiā.prouer.vij. vbi de mala muliere loquēs dicit.Quđ irretiuit iuuenē multis ſermonibus:⁊ ſta-tim eam ſequit̄ qſi bos ductus ad victimā: ⁊ neſcit ꝙ ad vincula ſtultus trahatur.Et bñ dicit ſermonib⁹ q: ꝓcerto falſi ſermones ſiue mulierum ſiue adulato-rum ſunt rethe qbus incanti homines capiunṫ.vnde Prouer.xxix.Homo qui blandis fictiſꝙ ſermonibus loquitur amico ſuo:rethe expandit pedibus ſuis. ¶ Item dico ꝙ irretiuntur auari in rethi diuitiarū tpalium.Sūma eñ mundi bona ſunt quedaꝫ rethia vbi dum incaute homines appropinquāt:ſubito dya bolus auceps trahit cordā auaricie:⁊ eos ibi detinet ⁊ inuoluit.Figuratus in illo leunculo q̄ leo factus eſt ⁊ didicit rapere ꝑdam:cui dicitur.Extendaꝫ ſup te re the meum:quia.ſ.tales hoīes leonini qui non querūt niſi ꝑdam bonoꝝ tpaliuꝫ acquirere:in rethe auaricie finaliter inuoluuntur:de quo recedere a dyabolo pro hibenṫ.Eze.xij.Extendam ſup illum rethe meū:⁊ ca-pietur in ſagena mea adducamꝙ eum in babylonem ibiꝙ morietur.Tales eñ qui in rethi auaricie capiū-tur:in babilonem infernalem deducunṫ: ⁊ ibi ꝑ eter-na ſupplicia moriunṫ.Et iſta ſunt ꝓprie rethia relin-quenda:de qbus fit mentio ſupra de relinquere.§.j. ¶ Item dico:ꝙ irretiunṫ ſupbi in rethe eminentiaꝝ ſecularium.Mundi enim dignitates ⁊ eminētie ſunt quedam rethia qbus capiunṫ ſupbi ⁊ ambitioſi:ſicut aues q̄ alte volantes qñꝙ inueniunt rethe appenſuꝫ in altis mōtibus ⁊ arborib⁹:qbus ſubito ſe inuoluūt ſicut patet de aue q̄ diciṫ auiceca.Sic ſuperbi alte vo lantes:in dignitatibus mundi inueniunt rethe pom parum qbus ꝑ ſupbiam ſe inuoluunt. Oſee.v.Quaſi rethe expanſum ſup mōtes thabor.Thabor eñ inter ꝑtaṫ:veniat lux.Quia.ſ.illi qui inuoluntur in rethi eminentie ſeu auaricie in montibus dignitatum:ni hil querunt niſi aduentum lucis:ideſt niſi ꝙ in luceꝫ veniant facta ſua.Iſta ergo ſunt tria genera maloruꝫ rethium:que ꝓculdubio ſunt fugienda ⁊ relinqūda. Iuxta illud.Math.iiij.Relictis rethibus ⁊ pr̄e ſecu-ti ſunt eum.Uide.ſ.de relinquere.§.j.Et iſta de rethi bus ſufficiant in bono ⁊ in malo.Uide de ligare: ⁊ de vinculis:⁊ in certis titulis ſimilib⁹.

**Retinere.** Nota ꝙ in ſcriptura multiplex retentio reꝑitur viꝫ. A

Retentio nocens ⁊ damnificans.
Retentio docens ⁊ notificans.
Retentio arcens ⁊ rectificans.
Retentio ſeruans ⁊ ſaluificans.

Primo dico ꝙ inuenitur retentio damnificatiua.Et iſta ꝓcerto eſt retentio diuitiaꝝ que ꝑ elemoſynas nō expellunṫ.Retentio miſerorum qui in ſeruitutem re tinenṫ ⁊ includunṫ:nec liberati reſtituunṫ. Retentio peccatoꝝ:qui ꝑ confeſſionem non excludunṫ. Omnis enim talis retentio periculoſa eſt. Quia ꝓcerto ſicut ſanguis mēſtruus ⁊ alij mali humores in corpore re tenti nec euacuati.multas infirmitates ⁊ qñꝙ etiam mortem cauſant.Sic bona terrena in archis.peccata vero in cōſcīetijs retenta:multoꝝ vitioruꝫ: ⁊ finaliter mortis eterne ⁊ infernalium tormentoꝝ pericula ge-nerant .Quod etiam de impijs verū eſt:qui ſcꝫ in ſuis carceribus retinēt paupes ⁊ captiuos.Et etiaꝫ de vſu rarijs:qui ſcꝫ paupes ſuis falſis contractibus laquea tos retinēt ⁊ obligatos.ipſoſꝙ ꝓprijs ſubſtantijs ſpo liant deuorantes:ſimiles illi piſci qui dr̄ pina.Qui te ſte Pli.cum ſit de natura conchilium teſtam ſuaꝫ la-te apit:⁊ piſciculos ibi recipit:quos tandem retinen-do ſe claudit:⁊ retentos deuorat ⁊ conſumit.Sic vere vſurarij piſciculis.i. paupibus ſub ſpē charitatis ſe aperiunt .quos cum ſuis laqueis ⁊ contractibus inuol uerint:tamdiu retinent inuolutos.ꝙ quicqđ habent deuorant ⁊ conſumunt.Idem vero faciunt tyranni:q̄ ſcilicet captiuos ſuos vſꝙ ad mortem ſolent:niſi ſe re dimant:retinere.dicentes .ſ.illud.Math.v.Amen di co tibi :non exibis inde ſcꝫ de carcere:donec reddas vl timum quadrantem. Talis fuit pharao:qui.ſ.filios



Ayuntamiento de Madrid

iſrael in ſeruitute ꝑpetua retinere volebat: itaq̄ ipſos non niſi violenter dimittere volebat. vñ Exo. x. ſibi dñs dr mandaſſe. Adhuc inquit retines populū meū ⁊ non vis dimittere eum. En pluam gradinem multam nimis q̄lis non fuit in egypto. Mō etiam dici poteſt de tenacibus qui diuitias ſuas retinēt nec dimittunt: niſi forte qñ ꝑ mortem aut tribulationem ꝑmuntur. Exemplo ſpongie q̄ aquas bibit ⁊ eas retinet: nec dimittit niſi qñ comprimit violent. Apoc. c. iij. Tene qđ habes. Iſta eſt igit retentio damnificatiua.

B ¶ Scđo dico: ꝙ inuenit retentio notificatiua. Et iſta certe eſt illa qua nos in mente nr̄a retinemus dei mādata ⁊ documenta: peccata ⁊ nocumenta. Uirtus eñ retentiua valde ꝓficit ſanitati: q2. ſ. niſi iſta eſſet: cibaria ſtatim emitterentur nec digererent: ⁊ ſic corpus minime nutriretur. Sic vere virtus retētiua ⁊ memoratiua valde proficit anime ſanitati: q2 ſc3 niſi ꝑ quiq3 ſenſus recepta retinerēt ⁊ memorie cōmēdarent: nūq̄ aīa ſpūaliter nutriret. vñ Luce. viij. dr. Qui autem in terram bonam. hi ſunt q̄ in corde bono ⁊ optimo audientes verbum retinent. ⁊ fructum afferunt in patiētia. Iſta eſt igit retentio notificatiua. ¶ Tertio dico ꝙ inuenit retentio modificatiua: ⁊ iſta eſt illa q̄ nos retinemus ⁊ retrahimus ⁊ coibemus malos appetitus ne corruant in malos cōſenſus. Et q̄ etiam nos retinemus alios quos ſc3 videmus ad malum labiles ⁊ decliues. ne ſc3 ruāt in aliquos malos actus. Nota. n. moledini retinet. ne nimis impetuoſe currat per pondus lapidis ſeu mole. ⁊ ꝑ retinaculum qđ eſt ibi. Sic vere pondus diuini timoris. ⁊ retinaculū tpantie moderantis. ⁊ prudentie gubernantis. ⁊ boni etiam pdicatoris admonētis. debet mētes nr̄as ab impetu malorum appetituum aut actuū retinere. ⁊ ſub debita regula coercere. vñ. ij. Regū. xviij. dr. ꝙ ioab cecinit buccina ⁊ retinuit ppl'm ne pſequeretur fugientem iſrael. Iſta eſt ergo retentio modificatiua. ¶ Quarto dico: ꝙ inuenitur retētio ſalnificatiua. ⁊ iſta nihil aliud eſt ꝙ̄ perſeuerantia que ſc3 alias virtutes retinet ⁊ reſeruat. Non ſufficit eñ ꝙ canis pdam capiat niſi pdam captam reſeruet ⁊ retineat. Uirtutes igitur capiamus ⁊ cuſtodiamus. Uñ Heb. iij. Domus inquit xp̄i. ſumus nos: ⁊ ſi fiduciam ⁊ gloriam ſpeiuſq̄ ad finem firmam retineamus. Hec igit ſufficiant de retinere. Uide de tenere. ſeruare ⁊ preſeruare ⁊c.

## A Retrahere.

Cum retractio ſit idē qđ aliqd ab aliquo termino vel ꝓpoſito retrotractio. poſſumus dicere ꝙ eſt. ſ. Retractio.

Uirtuoſa.
Uitioſa. et
Periculoſa.

Uirtuoſa dico: ſicut cū nos retrahimus nos ⁊ alios a pctō. Uitioſa etiam cū nos retrahimus nos ⁊ alios a bono ꝓpoſito facto ſeu cōſortio. Periculoſa etiam ſicut cū ꝑ diuinam ⁊ occultā ſententiam mali retrahunt ab huis mundi vita ⁊ ſolatio. De talibus ergo retractionibus multa poſſent dici: ſed autoritates vocales deſunt. Uide ergo de trahere. extrahere. amouere. reducere ⁊c.

## A Retorquere. retortus.

Uide infra torquere.

## Retribuere.

Nota ꝙ retribuere idē eſt qđ recompenſare. ſatiſfacere. reddere: vel pro aliquo beneficio vel maleficio cōpetens premiū aſſignare. Et dicitur a re ꝙ eſt cōtra: ⁊ tribuo buis. Unde retribuens quaſi ecōtrario tribuēs. Retributio eñ ſemp ſupponit precedere tributionē. Et ſic tribuere ſe habet per modum meriti. ⁊ retribuere per modum premij. Notare ergo poſſumus: ꝙ in ſcriptura inuenit. ſ. retributio.

Meritoria.
Damnatoria
Saluatoria.
Afflictoria.

Primo dico: ꝙ eſt retributio eq̄tatis ⁊ iuſtitie. Et iſta eſt illa q̄ quilibet tenet retribuere ⁊ recōpenſare alteri bñficia que ab ipſo recepit. tā deo. ſ. ꝙ̄ primo. Deo dico ſm ꝙ eſt ſibi poſſibile. iuxta illđ. pſ. Quid retribuam dño ꝓ oibus q̄ retribuit mihi. Calicem ſalutaris accipiam ⁊ nomē dñi inuocabo: ac ſi diceret. Aſſi non poſſum deo retribuere ſeu ſatiſfacere. ſaltem teneor ꝑ orationē ⁊ gr̄arum actionē nomē ipſius inuocare: Proximo etiam facienda eſt retributio. ſatiſfactio ⁊ recōpenſatio de bñfactis ⁊ de bñficijs ꝑ ipſum acceptis. Uñ. puer. xij. De fructu oris ſui vnuſquiſq̄ replebitur bonis: ⁊ ſm opera manuum ſuarum retribuetur ei. Eccli. vij. Honora patrem tuum ⁊ matrē tuam. ⁊ retribue illis quō ⁊ illi tibi. Exēplo ciconiar̄ que ſm Pli. ſunt aues maxime pietatis. Parētes. n. ſuos ſenio cōfectos ſolent nutrire: ſicut in iuuentute ab ipſis fuerant enutrite. Mō eſt cōtra multos ingratos ⁊c. De iſta autem retributione vide. ſ. vbicūq̄ agitur de gr̄arum actione. Iſta eſt ergo retributio equitatis ⁊ iuſtitie. ¶ Secundo dico: ꝙ eſt retributio prauitatis ⁊ nequicie. q2. ſ. multi ſunt ita puerſi: ꝙ non ſolū ꝓ bonis nō retribuūt bona. immo etiā ꝓ bonis multotiēs reddunt mala. pſ. Retribuebant mihi mala ꝓ bonis ſterilitatem aīe mee. ¶ Tertio dico: ꝙ eſt retributio bonitatis ⁊ clemētie. Et iſta eſt illa q̄ deus retribuit bonis ⁊ iuſtis retributionem vite eterne. puer. xij. Iuſtis retribuent bona. Nullum eñ bonum facit homo quin retribuat ei. vel in hoc ſeculo. vel in futuro. Uerūtñ melior eſt futura retributio ꝙ̄ ſit preſens Melius eñ retribuit filio ꝙ̄ ſeruo: ꝙ̄uis ſeruꝰ quotidianam mercedem accipiat. filius vero ad futuram attendat hereditatem. Q2 ſc3 ſeruus modico pn̄ti ſalario cōtentatur: filius vero expectans hereditate paterna finaliter premiatur. Sic vere multi ſunt ſicut ſerui qui in pn̄ti ſeruiunt ⁊ aliqua bona faciūt. ⁊ bona tēporalia a deo. ſicut totale ſuū ſalarium accipiunt. Boni vero ſunt ſicut filij q̄ a deo patre parum recipiunt in hoc mundo. ſed ab ipſo retributionem eterne glorie recipient in futuro. Luce. xiiij. Retribuet tibi in retributione iuſtorum. Et in pſ. Expectant iuſti donec retribuas mihi. Iſta eſt ergo retributio bonitatis ⁊ clementie. ¶ Quarto vero dico ꝙ eſt quedā retributio feueritatis ⁊ potentie. Et iſta eſt illa qua deus remunerat malos in inferno. retribuens eis ſupplicia que merentur. dicēs illud. Deut. xxxij. Mea eſt vltio ⁊ ego retribuam eis in tp̄e vt labat pes eorum. Teſte eñ ſapiēte. Eccli. xi. facile eſt deo in die obitus retribuere vnicuiq̄ ſm vias ſuas. Deus eñ tunc retribuet abundāter facientibus ſuperbiam. q2 ſicut dicitur. Eſai. lxvj. Uox domini reddentis retributionē inimicis ſuis ⁊c. Uide ſupra de reddere. de Reſtituere ⁊ de dare. de ꝑmio. de mercede ⁊ ſimilibꝰ.

## Retro. retrorſum. A

Nota ꝙ iſta aduerbia retro ⁊ retrorſum videntur ſignificare partē interiorē ⁊ poſteriorē. Significant eñ quandoq̄ preteritum. qñq̄ futurum. Et ſic generaliter eſt aduertendum ꝙ diuerſimode ſignificant in ſcriptura. Unde nota ꝙ Retro ſunt aliqua.

Uidenda.
Timenda
Cauenda.
Habenda
Spernenda.
Promerenda
Pauefcenda

Primo ergo dico: ꝙ eſt vnū retro qđ eſt attēdendū. ⁊ iſtud ſignat oīa illa que nobis retroacto tempore acciderunt. vic3 vitia que cōmiſimus: bñficia que recepimꝰ ſupplicia q̄ ſuſtinimꝰ ⁊ bona q̄ facere potuimus ⁊ obmiſimꝰ. Collū eñ factū fuit flexibile ⁊ mobile vt hō poſſet poſt ſe reſpicere. ad denotādū ꝙ ad virū diſcretū ptinet ſeipſū ꝑ cōſideratōe3 ad retroacta flectere: ⁊ ipa i mēte gere re ⁊ hr̄e. ſicđ ciuitate peccatrice dr̄ Tren. j. ꝙ ipa gemēs ⁊ uerſa eſt retrorſum. Et iō ſctā aīalia nō ſolum a parte ante: ſ3 etiā a parte retro habebāt oculos. Apoca. iiij. Animalia

Et ſic dico ꝙ eſt Retro.

Penalitatis
Mortalitatis.
Iniquitatis.
Humilitatis
Proſperitatis.
Diuinitatis.
Aduerſitatis

Ayuntamiento de Madrid

Animalia erāt plena oculis ante ⁊ retro. ⁊ Judicū. xx. Beniamin aſpiciēs retro vidit flāmas in ſublime ferri. ⁊ Eſai. xliiij. Cōuerſi ſunt ſapiētes retrorſū. Iſtud eſt ergo vnum retro attendendum. ¶ Scđo dico: ꝙ ē vnum retro metuendum. ⁊ iſtud ſignat mortem. iudicium ⁊ infernū. Iſta em̄ dicunt eſſe retro: quia nos ſequunt ⁊ perſequuntur. quia non vident nec cognoſcūtur: quia ſcilicet homo non videt retrorſe: ⁊ q2 etiam iſta pre oculis a fatuis non habentur. Inimici em̄ qui pugnant a parte retro. magis ſunt timēdi. q2. ſ. eoꝝ inſidie non pn̄t bñ ꝑpendi. ij. Paral. xiij. Jeroboā retro moliebatur inſidias. Dum em̄ ceruꝰ ad venatorē qui ante ipſū ſibilat reſpicit. Venator qui retro latet ipſū ſagitta percutit ⁊ occidit. Et ideo talia q̄ modo ſunt retro: ⁊ q̄ mō ſunt nobis incognita ⁊ ignota: debēt diſcrete meditari. ⁊ magis a ſapientibus formidari pſ. Conuertant retrorſum ⁊ erubeſcant. Iſtud eſt igitur
B retro qđ eſt metuendum. ¶ Tertio dico ꝙ eſt vnum retro qđ eſt ꝑcauendū: ⁊ illud retro nihil aliud eſt ꝙ̄ pctm̄ vel etiam ſtatus pctī. Pctōr em̄ ⁊ pctm̄ dr̄ eſſe retro: q2. ſ. peccatores pctm̄ retroponunt: nec de ipſo tollendo curant. vel etiā pctm̄ occulte nobis inſidiant vl' ꝓ eo etiā ꝙ ante oculos non hr̄. Pctōres etiā retro dicunt ꝓ eo ꝙ de ipſis apud dn̄m non curat. imo i inferno retroponent: ⁊ retro a facie dn̄i reijcient. vñ de pctōribus dr̄. Hie. vij. ꝙ facti ſunt retrorſū ⁊ nō in añ i. in ſtatu pctī nō gr̄e. Pctōr em̄ eſt ſemꝑ retro deū. i. in ſtatu pctī. Juſtus vō dr̄ ſꝑ eſſe ante deū. ſ. in ſtatu gr̄e. iuxta illud pſ. Non receſſit retro cor nr̄m. ⁊ declinaſti ſemitas nr̄as avia tua. Iſtud eſt illud retro i quo cecidit heli ꝑ deſperatione. De quo dr̄. j. Regū. iiij. ꝙ audita morte filioꝝ ⁊ captiōe arche, deſcendit de ſella retrorſum ⁊ cōfractis ceruicibus expirauit. Q2 ſcʒ q̄cunq; retro a ſtatu gr̄e ad ſtatū pctī cadit: niſi ipſum ſubleuet deus, morte incurrit ſpiritalē ⁊ eternā. Geñ. xlix. Cadat aſcenſor eius retro. Et ideo. j. Thimo. v. dr̄ ꝙ multe vidue abierunt retro poſt ſathanā. Retro. n. ire nihil aliud eſt: ꝙ̄ a recto itinere iuſticie retrocedere ⁊ abire. Exēplo planetaꝝ q̄ qn̄q; efficiunt retrogradi. Exēplo etiā fluminis q̄ per virtutē lapidis achatis qn̄q; a magis retrouertit a rectitudīe curſus ſui. ſicut dicit Pli. q2. ſ. magi demones mediante lapide. i. auricia pctī retrouertunt a rectitudine iuſtitie ſpiritales. ⁊ faciunt eos retrogrados. i. peccatores ⁊ obſtinatos. quēadmodū ſunt illi q̄ nihil volunt facere iuſte vel recte. immo quicquid faciunt agunt more cācri retrograde ⁊ iniuſte. Joh. vj. Multi diſcipuloꝝ abierūt retro: ⁊ iā cum xp̄o non ambulabant. Cuius tñ cōtrarium eſt de iuſtis. de quibꝰ dicit. ij. Regū. j. ꝙ ſagitta ionathe. i. volūtas viri iuſti nūq̄ retrorſū abijt. Eſa. l. Ego aūt non cōtradico. retrorſum nō abij. Dico igit ꝙ eſt vnum retro qđ eſt precauendum. ¶ Quarto dico ꝙ eſt vnum retro. qđ eſt acquirendum. Et iſtud eſt retro quod ſignat ſtatum pnīe: quia. ſ. penitētia facit hoīes reuerti ad ſtatum gr̄e quē dimiſerunt per peccatum. Sicut de magdalena penitēte dr̄. Joh. xx. ꝙ cōuerſa retrorſū vidit ieſū. ⁊ illud. Treñ. j. Iſta gemēs conuerſa eſt retrorſum. Vel etiam ſignat ſtatū humilitatis: q2. ſ. viri humiles non ſe reputant dignos apparere ante ſed magis eſſe retro. i. in ſtatu poſteriori: ⁊ depſſiori: ſicut de muliere emorroiſſa legimꝰ. Luce. viij. ꝙ ipſa acceſſit retro ⁊ tetigit fimbriā ieſu. ⁊ ideo meruit ſanari. Sicut etiam de Magdalena legit. Lu. vij. ꝙ ſtans retro ſecus pedes ieſu. flendo. lauādo. tergendo ⁊ oſculādo pedes domini meruit audire a dn̄o Dimiſſa ſunt ei pctā multa. qm̄ dilexit multū. Iſtud eſt ergo vnū retro acq̄rendū ⁊ habendū. ſ. ſtatus penitētie ⁊ hūilitatis q2. ſ. ſicut bos ſm̄ Pli. paſcitur retrocedendo. ſic iuſtus paſcitur gratijs ⁊ impiguatur virtutibꝰ retrocedendo. ꝑ penitentiā ⁊ humilitatem retro ſe tenendo. de quo Geñ. xlix. Gad accinctus preliabitur ante eū. ⁊ ipſe accinget retrorſum. Iſtud eſt ergo vnum retro quod eſt acquirendum.

¶ Quinto dico: ꝙ eſt vnū retro qđ eſt dimittēdū. Et C
Pꝛima eſt ergo ruina quam debemus cauere. Et iſta eſt ruina peccati qua ſcilȝ homo ruit de gratia in culpam de qua Ezech. xviij. Agite penitentiam et nõ erit vobis in ruinam iniquitas. Sicut enim foꝛtis ventus facit magnas arboꝛes ruere ꝙ̃ꝙ̃ videantur foꝛtiter radicate. Sic vere ventus diabolice temptationis facit quandoqȝ ruere. cadere et deficere a ſtatu gratie ⁊ virtutũ arboꝛes ſublimes et foꝛtes. qui videbantur alios in virtutibus eminere. Iſtud autem accidit quãdo nõ ſunt bene fundati in fundamento humilitatis. ſicut ſunt pꝛeſumptuoſi qui ſcilicet nimis pꝛeſumunt de ſe ipſis ⁊ alios ruentes contemnunt. tales enim permittit deus ruere in peccatum. Quia ſicut dicitur pꝛouerbioꝛum. xvij. Qui in ruina letatur alterius nõ erit impunitus vnde Mathei. vij. Uenerunt flumina. flauerunt venti. et irruerunt ſuper domum illam et cecidit et fuit ruina illius magna. Et hec magna et terribilis eſt ruina taliuȝ. Magna enim fuit ruina luciferi quãdo cecidit. Magna fuit ruina Ade quando peccauit. Magna fuit ruina petri quãdo negauit. Magna fuit ruina Jude quando deſperauit. Non eſt ergo bonuȝ nimis

nimis pſumere quia exinde contingit faciliter ruere et cadere. Eſa.xxvi. Terra gigantiū detrahes in rui-
B nam. Iſta eſt ergo ruina quā debes precauere. ¶ Item eſt ruina temporalis fortune que ſcʒ facit nos per mul ta infortunia cadere ⁊ ruere. Mūdi eñ ruine tribula tiones ⁊ pene ſunt ſuſtinēde ſicut ppria onera proprij ſenſus ⁊ ppter redonātie terre noſtre. Parū eñ ſum⁹ ⁊ impoſſibile eſt quin a ſtatu proſperitatis ſepiſſime corruamus ⁊ ideo pniam habere debemus ⁊ laudare dominū quotiens ruinas huius ſuſtinemus. Leui.ix. Laudauerūt dominū ruentes in facies ſuas. Multa autē ſunt que in ruinis ⁊ tribulationibus mundi pſit ad pniam nos mouere vicʒ. Quia tales etiā ⁊ ipis ma iorībus ſepi⁹ inferuntur. Quia etiā iſte a deo occulte ordinātur. Quia inſup in iſtis fideles ſuos de⁹ conſo-latur. ¶ Qd eñ ipſi maiores ſepe patiētur ruinaʒ to ta die videmus ad oculū. Alta eñ edificia ⁊ citi⁹ ⁊ pe riculoſius ruūt ꝙ infima. Sic vere altas perſonas vi-demus q̄ſqʒ citius ruere: ⁊ periculoſius declinare. pro uerbi.xvij. Qui altā facit domū ſuam q̄rit ruinā. Qd etiā a deo pueniant hmōi ruine vel ad hoīm punitio nem vel ad pbationem ptʒ Eſaie.iij. vbi dicit. Ruina hec in manu tua ꝙ inſuper deus cōſolet bonos q̄ ſu ſtinent hmōi ruinas. patet in ps. vbi dr Judicabit i na tionibus implebit ruinas. ⁊ illud. Eſa.lj. Cōſolabitur deus oēs eius ruinas. Iſta eſt ergo ruina quā debet iu ſtus ſuſtinere. ¶ Tertio dico ꝙ eſt quedā ruina quam
C abhorrere debemus. Et iſta eſt illa ruina qua pecca-tores per huius mundi ſolacia ruunt inferi⁹ in infer-num.ij. Macha.xv. Cognouerūt nichanorē ruiſſe cuʒ armis ſuis fulgur eñ de celo cū impetu ruit ad terrā ⁊ nō ſolū vſqʒ ad terrā immo etiaʒ ſe profundat infra terrā. Sic vere peccator de celo.i. de altitudine digni-tatum ruit finaliter. ⁊ hoc nō ſolū ad terrā.i. ad ſepul-crum immo etiā infra terrā.i. ad infernū. de quo.ij. pa rali.xiiij. Ruerūt ethyopes vſqʒ ad internitionē. quia domino cedente cōtriti ſunt. Et ſicut in ruina magno rum edificiorū fit magnus ſtrepitus ⁊ tumultus ſic in ruina talium clamat atqʒ tumultuat. loquitur ⁊ mur-murat totus mūdus Hiere.xlix. A voce ruine eius cō mota eſt terra. Et poſſumus notare ꝙ iſtam ruinā in terne mortis procurant multa videlicet.

Amor et amicicia peruerſorum.
Cultus et reuerentia ydolorum.
Contemptus et iniuria diuinorum.
Imprudens eloquentia labiorum.
Tumor atqʒ ſuperbia animorum.
Iniuſta preeminentia malignorum.

Dico ergo quod eternam ruinam operatur peruerſo rum amicicia. Unde Exodi.xxxiij. Caue ne cum habi-tantibus terre iūgas amicicias que tibi ſint in ruinā Item ydolorum reuerentia. Leuitici.xxvi. Cadetis in ter ruinas ydolorum veſtrorum. Item diuinorum of-fenſa et ruina. ps. Irritauerunt deum in adinuentio-nibus ſuis. et multiplicata eſt in eis ruina. Iteʒ labio rum mala eloquentia. Prouerbiorum.xxvj. Os lubri cum operatur ruinas. Item ſuperborum excellentia. Prouerbiorum.xvj. Ante ruinam exaltatur ſpiritus. Item malignorum preſidentia. Unde prouerbiorum. xxviij. Regnantibus impijs ruine hominū. Iſta eſt er go triplex ruina ſcilicet eternalis externalis et inter-nalis. Uide ſupra de Cadere et ſimilibus.

## Rufus.do.

A Nota ꝙ taʒ in bono ꝙ in malo ſi gnificato rufus dr i ſcriptura Xps ſanguine cruentatus. Juſtus flamine rubricat⁹. Pec cator crimine maculatus. Rufedo eñ color eſt rube⁹ ſubnigris maculis punctuatus. ¶ Primo igit dicaʒ ꝙ xps dicitur rufus propter ſanguinis cruentionem Sanguis enim ſue benedictiſſime paſſionis carnē⁊ pellem ipſius inrufauit Et ideo iſte in vacca rufa ex-titit figurat⁹. Quia ſicut dicit Nume.xix. ad moyſen adducebatur vacca a quo ſcʒ occidebatur. ⁊ populus eius ſanguine expiabat. Moyſes eñ populū iudaicū deſignat qui ſcʒ vaccā rufam xpm occidit ⁊ imolauit et ſic popul⁹ fideliū a peccatis ſuis expiatus fuit. Uñ ibidē ſcʒ Nume.xix. dicit. Adducant inq̄t ad te vaccaʒ rufam ⁊c. Uide hyſtoriam. xps igit dicit rufus ppter ſanguinis cruentationē. ¶ Secūdo dico ꝙ iuſt⁹ dicit rufus ppter flaminis rubricationē Calor eñ interior ⁊ complexio colerica ⁊ ignea efficit colorem rubicun-dum et rufum. Sic vere ignis et calor ſanctiſpūs quā do abūdat in hoīe: ipſum p charitatem facit rufum. ⁊ per honeſtam verecundiam rubicundum Ut ſic de quolibet tali rufo dicat illud.j. Reg.xvj. Erat aūt da-uid rufus et pulcer aſpectu. Iſte.n. eſt ille angelus de-quo dicit zach.j. Ecce inquit vir aſcendens ſup equuʒ rufum ⁊ ipſe ſtabat inter mirteta que erant in profun do. Quia pcerto vir virtuoſus equū rufum.i. corpus charitate ⁊ verūdia rubicūdū habet. et in profundo inter mirteta hoc eſt in ſocietate bonorum habitat atqʒ manet. Mirtus eñ arbor ſignificās viros famo ſos ⁊ bonos Mirtetū vero hoc eſt viridarium mirto rum. habitationeʒ ſignat eorundem zacha.vj. In qua driga prima equi rufi. Et ſi vis dic ꝙ iſti ſunt regioſi qui portant habitū rufum ⁊c. Sed de hoc plene dixi in reductorio meo morali vbi biblie figuras morali-zando vbi de viſionib⁹ zacharie tractaui. Juſtus ergo rufus dr ppter flaminis rubricationeʒ. ¶ Tertio di-co ꝙ etiam vir impi⁹ dicitur rufus propter criminis maculationē. Et ideo de eſau peccatore dicitur. Geñ. xxv. ꝙ qui primus egreſſus eſt rufus erat. Unde etiam iſti dixit fratri ſuo ibidē Da mihi de coctione hac ru fa. Color enim rufus vt dicit viſionomus maliciam ſignat ⁊ in facie ſubnigras maculas multas portat. ⁊ propter colericā complexionem quam pretendit ad vindictam et ſanguinem citovolat. Talis certe eſt vir impius quia ſcʒ iſte eſt iniquitate ⁊ malicia plenus. maculis infamie textus. et ad vindictaʒ et iracundiā ſemper prōptus: De malicia enim talium poteſt figu raliter dici illud Apoc.xij. Ecce inquit draco magnus rufus habens capita ſeptem ⁊ cornua ſepteʒ Uide ex poſitioneʒ alibi ſi vis in reductorio meo predicto De iracundia autem iſtorūʒ dici poteſt illud Apoc.vj. Ec ce inquit alius equus rufus: et qui ſedebat ſuper cuʒ datum eſt ei vt ſumeret pacem de terra ⁊c. De infa-mia vero luxurie iſtorum poteſt dici illud. Leuit.xiij. vbi dicitur quod ſi cicatrix ſubrufa apparuerit in cu te iudicabatur eſſe leproſus. Sequitur. Ueſtis inquit que alba, vel rufa macula fuerit infecta. lepra inquit iudicabitur. Lepra autem que inficit. vituʒ luxurie ſi gnat ⁊c. Uide vbi rubedo vel Rubor.

## Rugitus.

A Nota ꝙ rugitus eſt vox et clamor leonis ſicut barritus eſt vox et ſoni tus elephantis. Et eſt rugitus quedam vox terribilis audientibus. furorem pectoris ſignificans a quo pro-cedit. Et vt breuiter tranſeamus. Per rugitum poteſt denotari omnis vox doloroſa. clamoroſa. ⁊ pre pecto-ris impetu furioſa. Et ſic nota quod inuenitur.

Rugitus penitentium.
Rugitus preſidentium.
Rugitus iudicantium.
Rugitus predicantium.
Rugitus murmurantium.
Rugitus ſeuientium.
Rugitus inſidiantium.

Dico ergo qꝺ pre dolore gemunt ⁊ rugiunt homines penitentes. ps. Rugiebaʒ a gemitu cordis mei. ¶ Itē dico quod rugiunt iudices preſidētes. Uox enim illo-rum debet eſſe ſicut rugitus leonis ad terrendum ma lefactores ſicut ad rugitum leonis alia animalia de-terrentur. Amos.iij. Leo rugiet quis nō timebit? Un de prouerbio.xx. Sicut rugitus leonis ita eſt furor re-gis. ¶ Item rugiunt deus ⁊ angeli iudicantes. Unde Joelis.iij. Et Amos.j. Dominus de ſyō rugiet. hieru ſalem dabit vocem ſuaʒ. Ad literam enim rugitus iu-dicij fiet circa hieruſalem et circa montē ſynai de quo



Ayuntamiento de Madrid

Oſee.xi. Ipſe rugiet ⁊ formidabunt filij maris. ¶ Item rugiunt homines indigentes. A quibus ſe liberatum gratias agit deo ſapiens Eccli.li. Liberaſti inquit me a rugientibus preparatis ad eſcam ¶ Item rugiunt predicatores diuina iudicia reſonantes Iob.xxxvij. Poſt eum rugiet ſonitus. ¶ Item rugiunt rebelles contra ſuperiores murmurantes. Hiere.ij. Super eum rugierunt leones. ¶ Item rugiunt tyranni in ſubditos ſeuientes Iudicu.xiiij. Apparuit catulus leonis ſeuus ⁊ rugiens. ¶ Item dico ꝙ rugiunt demones inſidiantes. Un.j. Petri.v. Aduerſarius veſter dyabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret ⁊c. ¶ Cum igitur rugitus idem ſit ꝙ terribilis vox leonum quia ſcilicet rugitus eſt vox leonum. Mugitus boum. Garritus auium. Hynnitus equorum. Barritus elephantium Griunitus porcorum. Ruditus aſinorum. Balatus pecudum. Sibiluſque ſerpentum. Poſſum adhuc dicere aliter ꝙ ſicut rugitus eſt terribilis vox leonis. ſic multiplex rugitus id eſt multiplex terribilis vox et ſonus in ſacra pagina reperitur ſcilicet Rugitus

Mirifice dominantium.
Meſtifice penitentium.
Iuridice preſidentium.
Famelice indigentium.
Autentice predicantium.
Venefice murmurantium
Tyrannice ſeuientium.
Malignice nos mordentium.
Dannifice deſperantium

B Primo ergo dico ꝙ inuenitur rugitus mirifice dominationis. Et iſte certe eſt ille rugitus quem facit dominus in ſcriptura viris impijs comminando ⁊ poſt hanc vitam in iudicio terribilius arguendo. De preſenti enim rugitu terribilis comminationis dicitur. Oſee.xi. Dominus quaſi leo rugiet ⁊ formidabunt filij maris. Filij enim maris id eſt filij amaritudinis ſcilicet homines timoroſi et penitentes formidant et tremunt quando rugitum leonis id eſt verba chriſti in ſacra ſcriptura audiunt. De futuro vero rugitu quem in iudicio exercebit quando ſcilicet impios iudicabit. poteſt dici illud Hiere.xxv Dominus inquit de excelſo rugiet de habitaculo ſuo dabit vocem. rugiens rugiet ſicut habitatores terre. ⁊ Amos.iij. Leo rugiet: quis non timebit? Omnia enim animalia timent rugitum leonis: etiam homo ſtupeſcit quando audit. Sic certe omnes homines tunc timebunt quando audient rugitum xpi. etiam homines id eſt viri rationabiles et iuſti timebunt aſperitatem et ſententiam iudicantis. Iſte eſt igitur rugitus mirifice dominationis. ¶ Secundo dico ꝙ eſt rugitus meſtifice lamentationis: hoc eſt dictu: rugitus penitentie. Quia re vera ſicut leo tunc rugit ⁊ frendet quando predam ſuam ſe percipit perdidiſſe. Sic homo conſiderans quantam predam et quantum lucrum amiſit pre dolore commiſſorum frandere pariter et dolere incipit. pſal. Rugiebam a gemitu cordis mei afflictus ſum ⁊ humiliatus ſum nimis Unde penitens poteſt dicere illud iob iij. Antequam comedo ſuſpiro. et quaſi inundantis aque ſic rugitus meus. Penitens enim debet habere ſuſpirium contritionis. inundationem ſeu irriguum lacrymationis vocem et rugitum doloris confeſſionis. ¶ Ter-
C tio dico ꝙ eſt rugitus magnifice iuriſditionis. Sicut enim leo raro ſe oſtendit familiarem alijs animalibus niſi forte catulis ſecum nutritus immo toruitate vultus et rugitu vocis ſicut dictum eſt terret eos. Sic bonus prelatus ⁊ princeps nunquam debet ſubditis ſuis nimis familiaris eſſe: ſed toruitate vultus id eſt autoritate perſone ſue. et rugitu etiam et terrore vocis ſue debet eos a malo coercere et in obedientia debita continere. prouerbio.xx. Sicut rugitus leonis ita et terror regis. Princeps enim et iudex debet eſſe ita fortis: et ita etiam in loquendo ſeuerus ꝙ ſolo rugitu vocis ſue debet ſuperbos quoſlibet deterrere. zacha.xi. Uox rugitus leonum quoniam vaſtata eſt ſuperbia iordanis

Iſte eſt ergo rugitus magnifice iuriſditionis. ¶ Quarto dico quod eſt rugitus famelice ſeu triſtifice deſolationis. Et iſte certe eſt ille rugitus et ille clamor. quem miſeri in paupertate ⁊ tribulationibus faciunt in hac vita ſicut ſcilicet. Eſaias de ſe et ſuis ſimilibus dicebat Eſaie.lix. Rugiemus inquit quaſi vrſi omnes. et quaſi columbe meditantes gememus expectauimus iudicium et non ſalutem et elongata eſt a nobis. ¶ Quinto dico quod eſt rugitus autentice predicationis. Predicator enim alte clamans et comminans ſimilis eſt rugienti leoni qui ſcilicet ſolo rugitu ſuo infra circulum cauda factum continet ne exeant omnes fere. Quia per certo predicator rugitu predicationis ſue debet auditores taliter deterrere. quod de circulo dei mandatorum non audeant progredi vel exire. Unde de iſrael Hiere.ij. dicitur ſic. Super eum rugierunt leones. dederunt vocem ſuam. Hic eſt igitur rugitus autentice predicationis. ¶ Sexto dico quod eſt rugitus venefi- D
ce murmurationis. Detractores enim terrent et inficiunt auditores et etiam illos de quibus obloquuntur quando contra eos ipſos diffamando rugiunt et obloquuntur. Unde de talibus detractoribus poteſt dici illud. Baruch.vj. Sacerdotes inquit ſedent habentes tunicas ſciſſas. Sequitur. Rugiunt autem clamantes contra deos ſuos ſicut in cena mortui quaſi dicat ꝙ detractores contra deos ſuos ſolent faciliter murmurare. ¶ Septimo dico ꝙ eſt rugitus tyrannice depredationis. Tyranni more leonis rugiunt et predam et lucrum capere. et violenter ſemper querunt. Soph.iij. Principes in medio eius quaſi leones rugientes. Et illud Prouerbio.xxviij. Leo rugiens et vrſus eſuriens princeps impius ſuper populum pauperem. Sicut enim rugiendo et ſeuiendo leo rapit et ſi non poteſt rapere magis rugit. Sic tyranni rugiendo ⁊ comminando rapiunt alienum ⁊ ſi rapere nequeunt tunc amplius iraſcuntur Unde Eſaie.v. dicitur de tyranno Rote inquit eius quaſi impetus tempeſtatis rugitus eius vt leonis. rugiet vt catulus leonum. Et Ezec.xix. Leo inquit factus eſt; et didicit capere predam. et homines deuorare. Sequitur. Et deſolata eſt terra ⁊ plenitudo eius a voce rugitus ipſius. ¶ Octauo dico quod eſt rugitus malignice machinationis. Et iſte eſt ille quem dyabolus nos temptando contra homines rugire et machinare non ceſſat. j. Pet.v. Fratres. Sobrij eſtote et vigilate. quia aduerſarius veſter dyabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret cui reſiſtite fortes in fide. ¶ Nono dico quod eſt rugitus peſtifice deſperationis ille ſcilicet quo damnati in inferno recluſi dolent et rugiunt inceſſanter. Unde de inferno et rugitu habitatorum ſuorum dici poteſt illud Hiere.lj. Erit inquit babylon in tumulos habitatio draconum ſtupor ⁊ ſibilus ſimul vt leones rugient excutient comas velut catuli leonum. Et hec ſufficiant. Uide ſupra de leone ⁊ cetera.

**Ruminare.** Cum ruminare et maſticare idem ſit loquendo ſpiritualiter quod cogitare: deſiderare: ſtudere: et deliberare. multa poſſent dici ſed autoritates deſunt. Uide ſi vis in reductorio meo Leuiti.xj. vbi fit mentio de animalibus ruminantibus in lege mundis vel immundis.

**Rumor.** Nota quod rumor dicitur nouitas alicuius facti de nouo auribus publicata Uide ſupra nouitas quia autoritates non ſunt.

**Rumpere.** Nota quod rumpere idem eſt quod continuitatem intercidere vel caſ- A
ſare. Et poteſt ſignificare in bono et in malo. In bono enim ſignat diſſolutionem culpe ⁊ temptationis ⁊ ſic dicitur in ps. Diſrumpamus vincula eorum et proijciamus a nobis iugum ipſorum. In malo vero deſignat diruptionem culpe ⁊ temptationis ſpiritualium bonorum. et dei ſpeciliater mandatorum. Et ideo breuiter nota quod rumpunt.

Boni culpe prauitatem.

Mali maloꝝ

Ayuntamiento de Madrid

Mali morum honeſtatem.
Mors vite vanitatem.
Fortuna mundi proſperitatem.
Dyabolus bonorum tranquillitatẽ.
Deus malorum poteſtatem.

Quod ergo boni rumpunt culpe prauitatẽ patȝ Iudicum.xvj.vbi dicit᷑.Quod ſanſon rupit vincula dalide quõ ſi rumpat quis filum de ſtuppa.¶ Itẽ ꝙ mali rũpant morum honeſtatem patȝ Luc.viij.vbi de demoniaco dicitur.ꝙ ruptis vinculis agebatur a demonijs in deſerto.¶ Item ꝙ mors rumpit vite vanitatẽ patȝ Eccleſiaſtes.xij.Anteꝗ̃ rumpat᷑ funis argẽteus et cõfringatur ydria ſuper fontẽ.¶ Item ꝙ fortuna rũpat mũdi proſperitatẽ.patet Geñ.vij.vbi dicitur.ꝙ rupti ſunt omnes fontes abyſſi.Et Eſa.lix.Oua aſpidũ ruperunt et telas aranee texuerunt que ſcȝ difficiliter texuntur ⁊ faciliter rumpuntur. ¶ Item ꝙ dyabolꝰ rũpat bonorũ tranquillitatem patet Iob.xxx.vbi de demonibus poteſt dici illud quaſi rupto muro ⁊ aperta ianua irruerũt in me.¶ Item ꝙ deus rumpat malorum poteſtatem et pompoſitatem.patȝ Lu.v.vbi dicitur.ꝙ vinum nouum rumpit vtres veteres.¶ Si vero
B vlteriꝰ vis aliquid dicere de ruptura dic ꝙ in ſcriptura reperitur ruptio quam facit

Chriſtus.
Iuſtus.
Stultus.
Letus Uel.
Fletus.

Primo dico ꝙ eſt ruptio quaȝ facit chriſtus.Et iſta ꝓcerto eſt illa qua deus dirũpit diuerſimode diuerſa. Ipſe enim dirũpit Scelera que mẽtes vinculant.Aſpera que iuſtos iaculant.Proſpera que mali cumulant. ¶ Dirumpit dico ſcelera que vinculant mẽtis libertatẽ. Pctã enȝ funes et vincula dici poſſunt:quibus ſciliȝ aĩa taliter vinculatur q non niſi per dei gratiã liberat᷑.ſicut dicitur.Eccles.iiij.Funiculus triplex difficile rumpitur. Peccatum eñ dr̃ funiculus eo ſcȝ ꝙ triplex triplicem aĩe potẽtiam ligat.viȝ intellectum:memoriam:volũtatem.Sed ꝓcerto vincula dyaboli deus rumpit:quãdo gratiã ſuã in mentẽ influit ⁊ infundit.Exemplo ſcȝ ſaphiri lapidis precioſi.De quo ſcȝ dicit lapidariꝰ ꝙ vincula tacta dirũpit.Et ideo in ps.dr̃. Dirupiſti vincula mea:tibi ſacrificabo hoſtiã laudis. qđ potiſſime contingit in inferno qñ xp̃s ruptis vinculis dyabolice poteſtatis ipſos inde eripuit et extraxit ps.Eduxit nos de tenebris ⁊ vmbra mortis:⁊ vincula eorȝ diſrupit.Deꝰ ergo dirupit ſcelera q̃ vinculãt mẽtis libertateȝ.¶ Deinde dico ꝙ dñs dirupit aſpera que iaculãt iuſti bonitatẽ.Aſperitates eñ mũdi tribulationũ quibus ſcȝ in hoc mundo affligũtur iuſti.quãdoq; deꝰ miſericorditer rumpit ſicut ad literã factũ fuit d etẽporalibus vinculis beati Petri.Actuum.xij.Unde Hiere.xxx.Conteram iugum ſcȝ iſraelis de collo ſuo: et vincula eius dirumpã:⁊ non dominabuntur ei amplius alieni.¶ Deniq; dico ꝙ dñs dirũpit proſpera que cumulant culpe prauitatẽ.Deus enim fatuorũ proſperitates dirumpit et per tẽporales et eternales aduerſitates gaudio peruerſorum ſubuertit ps.Tu dirupiſti fontes et torrentes:tu ſiccaſti fluuios ethan. Deꝰ eñ irritatus nequicijs impiorum ſolet primo ſecretũ ſue patientie rumpere. Iuxta illud. Geneſis.vij. Rupti ſunt omnes fontes abyſſi. et catharacte celi apte ſunt Et poſt ſolet iram ſuam contra eos fulminare: ⁊ eorũ proſperitates et gaudia dirumpere et vaſtare. Sicut enim videmus quod rupta nube fulmina mittuntur. tonitrua audiuntur.et pluuie inferius in terram iaculantur et tranſmittuntur ps.Diſrupit petram et fluxerunt aque:abierũt in ſicco flumina. Unde etiam dicit dominus de impijs Oſee.xiij.Occurram eis quaſi vrſa raptis catulis:et dirumpam interiora iecoris eorum.Sic etiam chriſtus.Pȝ igitur ꝙ eſt ruptio quã facit chriſtus.¶ Secũdo principaliter dico quod eſt
C ruptio quã facit iuſtus. Et iſta certe eſt illa qua quis.

Peccatorum rumpit habenas.
Miſerorum rumpit cathenas
Malignorum rumpit ſequelas

Rumpit dico iuſtus vitiorũ habenas ps.Diſrumpamus vincula eorum.⁊ proijciamus a nobis iugum ipſorum.ſcilicet demonum vel vitiorum. ¶ Item rũpit iuſtus miſerorum cathenas.Eſaie.lviij. Dimitte eos qui confracti ſunt liberos et omne onus dirumpe. ¶ Item dirumpit iuſtus impiorum ſequelas. hoc eſt dictu concordias et federa hominum peruerſorum ſicut ſcilicet mouebat aſa rex iuda regem ſyrie dicens. ij.Paralippome.xvj. Rupto itaq; federe qđ habes cũ baaſa cũ facias a me recedere.Iſta ẽ ergo ruptio quã facit iuſtus.¶ Tertio principaliter dico ꝙ eſt ruptio quam facit ſtultus ſeu impius vel iuſtus.Mali enim dirumpunt et rumpunt ſcilicet.

Diuina mandata
Federa iurata
Secreta ligata.
Honeſta relata.

Diuina inquit mãdata:qꝛ ꝓcerto rũpunt vincula mandatorum:nec iugo dei quod eſt obedientia ⁊ obſeruantia ferri poſſunt exemplo ſcȝ illius demoniaci qui ruptis vinculis agebatur a demonibus in deſerto ſicut dicit᷑ Luc.viij.Qđ potiſſime poteſt dici de inſolẽtibus ⁊ apoſtatis.quos vincula mandatorũ ſeu obediẽtie nulla tenent Hiere. ij.A ſeculo confregiſti iugum:rupiſti vincula mea: et dixiſti non ſeruiam Et Hierem.v.Noluerunt inquit accipere diſciplinam:indurauerunt facies ſuas ſupra petram:noluerunt reuerti.Sequitur. Ecce hij ſimul confregerunt iugum ruperunt vincula.⁊c.Rumpunt ergo mali diuina mandata.¶ Item mali dirumpunt federa iurata quia ſcilicet vincula federum et naturales etiam leges q̃ ſunt de iuregẽtium tales rumpũt et omnẽ fidelitatem confundunt Sicut de illo anthioco dicitur.j.Machab.vj.Quod rupit citius iuramentũ quod iurauit ⁊c.¶ Item mali dirumpunt ſecreta collata ſeu ligata ſciliȝ ſecreta cordis ſui.quia ſcȝ nullũ proprium ſecretum ſciunt celare:ſimiles vtribus ſeu dolijs plenis muſto:que ſi aperta dimittantur nõ rũpuntur ſi vero clauſa fuerint et obtruſa.ſtatim per violentiam ſpiritus qui ibi per ebullitionem dilatatur ⁊ generatur neceſſe eſt quod rumpantur. Sic vere multi ſunt qui melius tenent res apertas ꝗ̃ clauſas. ⁊ minus temptantur dicere et reuelare res cõmunes ⁊ publicas ꝗ̃ ſecretas.Quod patet ſic quia quicquid eorũ fidelitati committitur ſtatim totum illud ſecretum rumpitur et omnibus publicatur. Unde ille heliu dicebat.Iob.xxxij.En venter meus quaſi muſtum abſq; ſpiraculo quod lagũculas nouas dirumpit. Math. ix.Rumpuntur et vinum effunditur.¶ Item mali dirumpunt honeſta relata ſcilicet bonam famam aliorum quam ſcilicet per detractionem diſſipant et dirũpunt Unde Mathei.vij.Ne conuerſi canes diripiant vos.Iſta eſt ergo ruptio quam facit ſtultus. ¶ Quarto vero dico quod inuenitur ruptio quam facit letus hoc eſt dictu mors temporalis ſcȝ ⁊ eterna quia mors temporalis rũpit et diſſipat ſcilicet.

Corporum naturam.
Carorum victuram.
Fortune figuram.

In morte eñ tam tẽporali ꝗ̃ eterna maxima fit diruptio diuiſio et deſtructio.De quibꝰ ſupra ſatis dixi.vt ſ. de diruptione mortis eterne que ſcilicet animã diſſicat et dirumpit.dicatur illud.Eſaie.xix. Dirumpetur ſpiritus in viſceribus eius.⁊ conſilium eius precipitabo.Et Sapieñ.iiij.dicitur ſic.Illos inquit dominus irridebit.Et erunt poſt hec decidentes ſine honore et in contumelia inter mortuos imperpetuũ. Quoniam dirumpet illos inflatos ſine voce et commouebit illos a fundamentis et vſq; ad ſupremum deſolabuntur.Sufficit de rumpere et dirumpere.

## Rurſus. Rurſum.

Cum rurſus vbicũq; adiũgatur ſemper ſignificet iterationẽ multiplicationem vel reuerſionẽ. B
Poſſuȝ breuiter notare ꝙ in ſcriptura inuenit᷑ rurſus

Corporalis reſurrectionis
Spiritalis reformationis
Uirtualis iteratiouis.
Criminalis deformationis.
Primum rurſus fiet in tēporuʒ vltimis finibus. q2 ſcʒ
in nouiſſimo die de terra ſurrecturꝰ ſum ⁊ rurſus cir
cundabor pelle mea: ⁊ in carne mea videbo deuʒ ſal-
uatorem meum. Job. xix. Unde etiam de rurſus reſur
rectionis dicebat ipſe Job. xvij. Rurſuʒ poſt tenebras
ſpero lucem. Uide ſupra exempla de reſurrectione.
¶ Secundũ rurſus fit in pectorum intimis cordibus
vel ſordibus ſcʒ rurſus penitētie ſpiritalis quo ſcʒ ho
mo poſt peccatum rurſus vertitur ad viam ſalutis.
De iſto dicitur Job. xiiij. Putas ne mortuus hō ſup-
ple per peccatum rurſus viuat ſupple per gratiā. q. d.
difficile eſt: tamē eſt poſſibile. Et de hoc dicitur Job.
xiiij. Si preciſum fuerit lignum rurſum vireſcit. et ra
mi eius pullulant. Uide ſupra de penitentia ⁊ conuer
ſione. ¶ Tertium rurſum fit in operuʒ oportunis fru
ctibus. Et iſtud eſt illud quo iuſti rurſus. ideſt iteruʒ
et iterum multiplicant opera bona ſua, ſimiles natu-
re que non eſt contenta ſemel producere fructus. imo
tam in arboribꝰ ꝙ in animalibus rurſus. ⁊ rurſus om
ni anno multiplicat ⁊ renouat fructus ſuos. ſic iſti bo
na opera. Unde Job. xxxvj. In manibus abſcondit lu-
cem et precepit ei. vt rurſus adueniat. ¶ Quartũ rur
ſus fit in ſcelerum peſſimis fructibus. Et iſtud eſt illd
rurſus quo mali rurſus et rurſus non ceſſant reitera
re renouare ⁊ facere mala facta. De quo dicitur Heb.
vj. Rurſus crucifigentes in ſemetipſis filiũ dei. Iſtud
B eſt ergo quadruplex rurſus. ¶ Sed ſi vis dic adhuc
de bono rurſus hoc eſt dictu de bona et virtuoſa bono
rum operũ multiplicatione et iteratione Et ſic dic qd
iuſti ſemper volunt et querunt ſcilicet rurſus.
Concipere vt bona pariant,
Effodere vt aquam hauriant
Reſpicere ſi bona veniant.
Comedere vt rurſus dormiant,
Quieſcere vt alta videant.
Conſulere deum ne pereant.
Tremiſcere vt fletu madeant.
Horreſcere vana que trāſmeant.
Acquieſcere ſanctis vt valeant.
Reſurgere. vt ſemper videant.
Conſolantur vt celum habeant.
Dicā ergo ꝙ iuſti rurſus cōcipiũt vt bona rurſus pa-
reāt virtutũ opa. Nō ſufficit. n. iuſtis ſemel bona ope
ra concipere et parere. immo rurſus et ſepius nititur
bona opera parere. Geñ. xxx. Rurſuſq; bala cōcipiēs
peperit alterum filium. ¶ Itē rurſus effodiunt vt rur
ſus hauriant gratie munera. Effodiunt dico ſcilʒ per
humilitatis profundum Geñ. xxvj. Rurſus yſaac fo-
dit alios puteos. Sequitur. foderũt in torrēte ⁊ inue-
nerunt aquam viuam. ¶ Iteʒ iuſti rurſus reſpiciunt
ſi forte veniant bona vel proſpera. Quia ſcilicet iuſtus
aliquid orando a domino petit non debet ceſſare ſi ſta
tim non exauditur. ſed rurſus et iterum attendere
et reſpicere quouſq; veniat quod optauit. Unde he-
lyas daturus aquam populo dicebat. iij. Regũ. xviij.
puero ſuo. Aſcende ⁊ proſpice contra mare. Et rurſuʒ
ait illi. Reuertere ſeptem vicibus. ſeptima autem vice
peracta, facta eſt pluuia grandis. Iteʒ viri iuſti cibos
accipiunt vt rurſus dormiant in patris dextera. Iuſti
enim iterum et iterum comedunt ⁊ recipiunt corpus
chriſti. vt iterum per deuotionē dormiant ⁊ quieſcant
Unde de helya dicitur. iij. Reg. xix. ꝙ ipſe comedit et
bibit ⁊ rurſus obdormiuit, ¶ Iteʒ iuſti rurſus requie
ſcunt et ita ſomniant leta vel aſpera. Et ſic de pharao
ne dicitur. Geñ. xlj. quod rurſus dormiuit ⁊ vidit alid
ſomniũ ſcilicet de ſeptem ſpicis plenis et vacuis. Se
quitur ibidē. Rurſus ſopore depreſſus vidi ſomniũ ⁊c.
¶ Item iuſti rurſus conſulunt deum ne pereāt per
letiy vulnera. j. Regum. xxiiij. Rurſum ergo dauid con
ſuluit dominum. Itē iuſti rurſus cōtremiſcunt vt rur
ſum defleant culpas ⁊ ſcelera. Job. xxxvij. Flante deo
concreſcit gelu. et rurſus latiſſime funduntur aque.
¶ Itē iuſti rurſus perhorreſcũt bona que tranſmeāt
in vita miſera ſcilicet bona temporalia. Eccleſ. ij. Ui
dens mala vniuerſa eſſe ſub ſole ⁊ cuncta vanitatem
et afflictionem ſpiritus. rurſus deteſtatus ſuʒ. ¶ Iteʒ
iuſti rurſus deprecantur vt ipſis valeant ſupra. ſicut
ſcilicet de helya dicitur. Jaco. v. Rurſus orauit ⁊ celũ
dedit pluuiam. ¶ Item iuſti rurſus reformantur vt
rurſus gaudeāt ſurſum in ethera. Unde de ſpirituali
reſurrectione et reformatione iſta poteſt dici ſcilicet.
Dañ. ix. Rurſus edificabitur platea. Et Jone. ij. rur-
ſus videbo templum ſanctum tuum. Et zach. xij. Rur
ſus habitabitur hieruſalem. ¶ Item iuſti rurſus con
ſolantur vt tandem habeant celuʒ et ſydera. Job. xvij.
Rurſum poſt tenebras ſpero lucem Et Baruch. iiij.
Cum enim induxit vobis mala ipe rurſus adducet vo
bis ſempiternam iocunditatem cuʒ ſalute veſtra. Sic
ergo rurſus ſumitur in bono. ¶ Iterum vero dico qd
rurſus quandoq; ſumitur in malo. Quia ſcilicet viri C
peccatores et impij multiplicant et iterant mala ſua.
Habent enim vnum rurſus.
Carnalis infectionis.
Mentalis preſumptionis.
Realis diſſenſionis.
Letalis obliuionis.
Finalis perditionis
In iſtis enim rurſus iteratur carnis affectio. Iſta eſt
eñ dalida de qua dr̃ iudicũ. xvj. Quod rurſum dalida
vinxit ſanſonē. Itē in his rurſus iterat̃ mentis p̄ſum-
ptio ⁊ ſic dr̄. Judi. xx. ꝙ filij iſrael rurſus fortitudine ⁊
numero confidentes ꝯflixerunt ſcilicet contra filios
beniamim ⁊ victi ſunt. Item in ipſis rurſus iterat̃ di-
ra diſſenſio. Unde. ij. Regum. xxj. Factum eſt rurſum
prelium philiſtinorum contra iſrael. Et. iiij. Regum.
xxiiij. Rurſum rebellauit Joachim contra nabucho-
donoſor. Item in iſtis iteratur ceca obliuio. Hebre. v.
Cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus. rurſus
indigetis vt doceamini. Item in ipſis iterat̃ dura per
ditio ſeu etiaʒ damnatio. Uñ. iiij. Reg. j. diciturq; rex
iſrael rurſum miſit alium principem ad helyam: qui
quia loquebatur ſuperbe deſcendit ignis de celo et de
uorauit eum. Sufficit. Uide vbi. Iterum. Et vbi Re-
uertere. Et ſupra de retro et retrorſum et ſimilia ⁊c.

Finit litera. R
Incipit litera. S

## SAbbatum Nota ꝙ ſab A

batum accipitur pro feſtiuitate: dies enim
ſabbati fuit prima dies que precepta eſt a
domino feriari. Iſta enim fuit ⁊ eſt dies ſe
ptima que ſabbatuʒ dr̃ a ſaturno qui prima hora diei
ſabbati dominatur Iſtud igitur ſabbatum fuit in pre
cepto ad literā obſeruatũ ſed tandeʒ in lege euangeli
ca ſabbatum ſpiritualiter intellectum in diem domi-
nicum eſt mutatum. ⁊ ad alia feſta eccleſie dilatatum
Preceptuʒ enim de obſeruantia ſabbati partim fuit
cerimoniale et ſic tranſijt partim fuit morale. et ſic in
noua lege remanſit. Sabbatuʒ enim idem eſt quod re
quies quia ſicut dicitur. Geneſis. ij. Dominus in ſab-
bato requieuit ſignans requiem ſpiritalem ⁊ ceſſatio
nem a vitijs que principaliter in ſabbatis ⁊ ſolennita
tibus eſt habenda. Qr tamen non eſt intentionis mee
loqui ſcientialiter: ſed ſolum moraliter: poſſum nota
re quod in ſcriptura ſit mentio de quatuor generibus
ſabbatorum videlicet de ſabbato.

| | |
|---|---|
| Exteriori, | Primum fuit ſabbatum legale. |
| Interiori, | Secundum eſt ſabbatum mentale. |
| Anteriori, | Tertium eſt ſabbatum feſtiuale |
| Superiori. | Quartum eſt ſabbatum eternale. |

Primũ fuit ſabbatũ iudeorꝝ, Iſtud eñ ſeruauerũt iu-
dei ita ſtricte ꝙ nec ignē accēdere nec aliquid coquere

nec vltra

nec vltra mille paſſus ire de ſuis tabernaculis audebant Iſtud ita ad litteram ſeruauerunt ꝙ etiam ipſam terram colere ſabbato noluerunt. nam ſeptimã diem ⁊ ſeptimum annum ſabbatum vocauerunt Septima enim dies erat ſabbotum perſonaruꝫ Exo. xx. Memento vt diem ſabbati ſanctifices. Septimus autem annus erat ſabbatum terrarum: quia etiam ipſa terra non colebatur. ſed quaſi quieſcere in ſuo ſabbato videbatur. Leui. xxv. Septimo anno ſabbatũ erit terre. ❡ Secundum ſabbatum ē deuotorum Iſti eñ celebrant ſabbatum ſpiritale in corde ſuo in quo ſcꝫ ab operibꝰ ſeruilibus id eſt a vitijs requieſcit in quo deus laudatur ⁊ honorat. in quo inſuper ſacrificium deo ſpiritus cõtribulatꝰ in ara cordis ⁊ in igne ⁊ feruore charitatis offert. Leui. xvj. Sabbatuꝫ requietionis eſt. i. requietionis al. ❡ Tertiũ ſabbatũ eſt ſabbatum chriſtianorũ ⁊ iſtud eſt ſabbatũ feſtiuitatum dei ⁊ ſanctorum: que debemus colere ⁊ feſtiuare: ⁊ in quibus nos debemus in dei ⁊ ſanctorum laudibus occupari Ezech. xlvj. Adorabit populus terre in ſabbatis et in Kalendis. ❡ Quartum ſabbatum eſt beatoruꝫ Gloria 'eñ eterna dicitur ſabbatum. quia ibi eſt.

Requies ſine labore. | Iſtud eſt eñ illud ſabba
Feſtiuitas ſine dolore. | tum quo poſt labores eb⸗

domade tranquillitas ſine timore huius vite. beate aie requiſcunt Eſa. lviij. Vocaberis ſabbatũ delicatum. Et ſic ergo patet ꝙ ꝑ ſabbatum poteſt omnis feſtiuitas deſignari ⁊ ideo ad culturaꝫ ſabbati. i. oĩm tã ſpiritualiuꝫ ꝗ̄ temporalium feſtiuitatum monet nos deus dicens Exo. xxxj. Cuſtodite ſabbatum meum. Quia ſicut dicitur Nee. xj. Precepta bona ⁊ ſabbatũ ſanctificatuꝫ oſtendiſti eis. ❡ Breuiter ergo poſſumꝰ notare ꝙ in diebus ſabbatorũ ⁊ feſtorum ſi ipm bene volumus colere plura neceſſaria requiruntur Eſt eñ neceſſarium.

Abſtergere feces carnalitatis.
Deponere pondus cupiditatis.
Peragere opus vtilitatis
Perſiſtere ſtatum ſtabilitatis.
Adorare culmen diuinitatis.
Informare plebem ſimplicitatis.
Cogitare ſtatũ mortalitatis.
Manducare cibum ſuauitatis.
Liberare a penis aduerſitatis.

Qꝺ ergo in iſtis ſabbatis ſit carnalitas abſtergenda patet Eſa. lxv. vbi dicitur. ꝙ beatus vir cuſtodiẽs ſabbatum ne polluat illud. Quod eſt contra multos qui magis tunc vacant pollutionibꝰ carnalitatis ⁊ immũdicie ꝗ̄ in alijs diebus Quibus dicitur. Ezech. xxij.
B Sãctuaria mea ſpreuiſtis. ⁊ ſabbata mea polluiſtis. ❡ Item quod ibi ſit cupiditas deponenda patet. Hieremie. xvij. vbi dicitur. Nolite portare onera die ſabbati. Onera enim ſignãt pondus terrene cupiditatis et onus terrenorum negociorum que ſcilicet in ſabbatis nullatenus ſunt ferenda. Quod eſt contra illos ꝗ magis ſe implicant in ſecularibꝰ negocijs in feſtiuitatibꝰ ꝗ̄ als: ſicut patet de vſurarijs ⁊ mercatoribus Unde Nee. xxiij. Vidi calcãtes torcularia in ſabbato. ❡ Itẽ ꝙ in feſtis ſit operũ vtilitas exequẽda patet Math. xij. vbi dicitur. Itaq licet ſabbatis bene facere: Quod eſt contra illos qui magis vacãt in diebus feſtiuis ad mala opa' ꝗ̄ ad bona. de quibꝰ Ezech. xx. In preceptis meis non ambulauerũt. iudicia mea ꝓiecerũt ⁊ ſabbata mea violauerunt. ❡ Item ꝙ in feſtis ſit ſtabilitas amplectẽda patet Math. xxiiij. vbi dicitur. Orate vt non fiat fuga veſtra in hyeme vel in ſabbato. ❡ Item ꝙ ibi ſit diuinitas adoranda. patet Ezech. xlvj. vbi dicit. Adorabit populus in ſabbatis. ❡ Item ꝙ ibi ſit ſimplicitas informanda et docenda patet Mar. vj. vbi dicit. ꝙ xp̄s facto ſabbato incepit in ſynagoga docere. ❡ Item ꝙ ibi ſit mortalitas meditanda. patet Math. xxviij. vbi dicit. ꝙ Valde mane vna ſabbatorũ veniũt ad monumentũ orto iam ſole. Venire aũt ad monumẽtũ nihil aliꝺ ē ꝗ̄ mortis memoriã habere. ❡ Itẽ ꝙ ibi ſit eucharíſtie ſuauitas mãducanda. patet Lu. xiiij. vbi dicit. qꝺ ieſus ĩtrauit domum cuiuſdã phariſei ĩ ſabbato manducare panem. ❡ Itẽ ꝙ ĩ feſtis ſit miſerorum calamitas ſupportãda patet Lu. lxiiij. vbi dicitur. Si bos cadit in foueã ſabbato liberat Et ſic ergo patet quõ plura ſunt neceſſaria ad ſpũalez obſeruantiam ſabbatorũ. Sed ꝓcerto chariſſimi hodie non ſic quia proculdubio pauci ſũt hodie qui in obſeruãtia feſtiuitatũ faciunt ſupradicta Dyabolus eñ plus nititur temptare homines de peccatis in feſtis ꝗ̄ als. Iuxta illud. ij. Macha. xv. vbi ille nychanor cogitauit cum omni impetu die ſabbati cõmittere bellum ⁊ ideo qr magis ibi viget dyabolica temptatio. maior eſt hodie vitiorũ cõmiſſio quia breuiter nõ ē hodie ꝗ digne colat feſta. vel ꝗ digne obſeruet ſabbata. quinimmo in modernis feſtiuitatibꝰ et ſabbatis plura fiunt hodie dyabolica maleficia ꝗ̄ diuina officia plura peccata ꝗ̄ ſacramẽta plura delicta ꝗ̄ preparamenta anime In feſtis modernis corpora lautius pinguant. ludi ⁊ choree frequentat gentes ſuperflue adornantur. et immundis operibꝰ plus ꝗ̄ alio tpe occupant. Nota ſerpentes eñ plus nocent de die ſole preſente ꝗ̄ de nocte ipſo abſente. Sic mali plus peccant in feſtiuitatibus in pñtia dei ⁊ ſanctorũ ꝗ̄ in alijs diebꝰ. Quod potiſſime apparet in iſtis qui in feſtis non veniunt ad eccleſiam ad audiendum diuina. ſed potius ad cõmittẽdum delicta. ſicut ſunt illi qui ad videndum mulieres viſitãt eccleſias et cetera ſimilia. Unde proculdubio iam videmus fieri illud quod als fuit dictũ. ij. Macha. vj. Templum inquam luxuria et cõmeſſationibꝰ erat plenuꝫ ⁊ ſcortantiũ cũ meretricibus. Et ſequit Neq autẽ ſabbata cuſtodiebant: neq ſolennes dies more patrio ſeruabãtur. Et ideo proculdubio dñs hodie in noſtris ſabbatis non delectatur ſed ipſa potiꝰ abhominatur ſicut dicitur Eſa. j. Neomenia ſabbatũ ⁊ feſtiuitates alias nõ ferã iniqui ſunt cetus veſtri. incenſum abhominatio ē mihi Non ſic. ſed cuſtodiamus ſabbata ſicut dictum eſt Iuxta illud Deu. v. Obſerua diem ſabbati ⁊ ſanctifica eũ Iſta ſufficiãt de ſabbato Vide ſup̄ de celebrare.

## Sacrificium. care.

Nota ꝙ cũ ſacrificium idẽ ſit ꝙ officium ſeu ſacram oblationem facere vel offerre et ſit ſacrificare vel offerre ſub ſpe gratie vel venie vel glĩe impetrande. A
Poſſumus notare ꝙ ſacrificiũ ſumitur in bono ⁊ in malo. ſm ꝙ videmꝰ ꝙ nõ ſolũ inueniunt ſacrificia ſctõꝝ ſed etiaꝫ ſacrificia ydolorum Opera eñ noſtra actus ⁊ affectus ſunt quedam ſacrificia. ꝗ ſi bona ſint ſunt ſacrificia virtuoſa. ſi vero mala. tunc ſunt ſacrificia vitioſa Dico ergo ꝙ eſt inuenire. ſ.

Sacrificium quod eſt mirabile. | Primũ ē quo
Sacrificium qꝺ eſt laudabile. | ſacrificamus
Sacrificiũ qꝺ eſt damnabile. | corporis mu⸗

nera glorioſa Secundum quo ſacrificamus domino opera virtuoſa. Tertium quo ſacrificamus demoni ſcelera vitioſa. ❡ Primum ergo ſacrificium eſt cũ ſumma reuerentia offerenduꝫ quia procerto ſacramẽtum ſeu ſacrificium eucharíſtie eſt offerendum non a perſonis immundis. ſed ab hominibus humilibus ⁊ honeſtis deo placitis reconciliatis et gratis. Iuxta illud. ij. Machabeorum. xij. Reconciliatus obtulit ſacrificium Quod primo deo patri pro peccatis noſtris in ara crucis fuit oblatũ quod etiam a ſacerdotibus in altari ⁊ in ſacramento continue ſacrificatur. figuratum Leui. ij. vbi dr ꝙ de ſimila ſacrificiuꝫ coctum in clibano immolatur Et Leui. xxiij. vbi precipitur quod nouum ſacrificium domino de nouis nouarum frugum panibus offeratur. quia ſcilicet ſacrificium iſtud ad litteram de ſimila quantum ad ſuam primordialem materiam conficitur et in clibano coquitur. et ſic in altari deo offertur vbi in corpus chriſti transformatur. Veruntamen nota quod

quotiens ſimila ſacrificabatur. ſemper oleum apponebatur. et ſemper in clibano coquebatur. ſicut dicitur Leui. vj. Ad denotandum ꝙ illi qui ſacrificant corpus xp̄i. debent habere ardorem dilectionis ⁊ oleum deuotionis ⁊ compaſſionis Numeri. vij. Simila conſperſa oleo in ſacrificio Quãuis proculdubio de multis poſſit hodie dici illud Joe. j. Interijt de domo dei noſtri ſacrificium ⁊ libatio. Quia ſcꝫ pauci ſunt hodie ĩ domo dei. q̄ domꝰ ſumꝰ nos teſte. apl̄o. Heb. iij. Qui ſacrificiū iſtō faciūt. q̄ libationē deuotiōis habeāt. Iſtud ergo ſacrificiū eſt cū ſumma reuerentia of-

B ferendum. ¶ Secundum ſacrificium eſt laudabile qđ eſt cum diligentia faciendum. ⁊ iſtud eſt ſacrificium ſpirituale quo homo offert ſpiritualiter ſe ⁊ ſua domino. ſcilicet perſonam ⁊ bona Et ſic ille ſpiritualiter deo ſacrificat qui cor verbum et opus ad ipſum ordinat. Et ſic breuiter poteſt notare quod iuenitur ſacrificium.

Contritionis.
Confeſſionis.
Correctionis.
Deuotionis.
Dilectionis.
Orationis.
Afflictionis.
Religionis.
Gratiarū actionis.

De ſacrificio contritionis dicit̄ in p̄s. Sacrificiū deo ſpiritus contribulatus. cor contritū ⁊ humiliatū deus non deſpicies. De ſacrificio confeſſionis dr̄ Malach. iij. Placebit deo ſacrificiū iuda ⁊ hieruſalē. Juda enim confitens interpretatur. De ſacrificio correctionis. p̄s. Sacrificate ſacrificiū iuſtitie ⁊ ſperate in dño De ſacrificio deuotionis dicitur Nume. xxviij. ꝙ ſacrificia ſingulorum erant ex ſimila conſperſa oleo. Simila eñ ⁊ oleum dulcedinem deuotionis deſignant. De ſacrificio dilectionis dicitur Leuiti. vj. Omne ſacrificium ſacerdotū igne conſumetur. Ignis enim ardorē dilectionis ſignat De ſacrificio orationis dicitur in p̄s. Eleuatio manuū mearū ſacrificium veſpertinuꝫ. De ſacrificio afflictionis dicitur. j. eſdre. ix. In ſacrificio veſpertino ſurrexi de afflictione mea. De ſacrificio religionis dicitur. Exo. v. Uiam triū dierū eamus vt ſacrificemꝰ deo noſtro in ſolitudine. De ſacrificio laudis et gratiarūactionis dicitur in p̄s. Sacrificiū laudis honorificabit me ⁊ illic iter quo oſtendam illi ſalutare dei. Iſta ſunt ſacrificia offerenda. ⁊ deo ſpiritualiter exhibenda quia proculdubio ſicut dicit̄. Eccli. xxxv. Salutare ſacrificiū attendere mādatis ⁊ diſcedere ab iniquitate Et ſi vis potes ponere quomodo antiquitus ſacrificabantur.

Boues.
Oues.
Thauri.
Hedi.
Columbe.
Turtures.
Thus.
Oleum.
Farina.
Uinum.

Et ſic de alijs q̄ oĩa poſſent exponi niſi eſſet ꝓlixū ⁊ ideo vide de hoſtia ⁊ de offerre. Illud ergo ē ſacrificiū laudabile qđ eſt cū diligētia faciēdū. ¶ Tertiū ē ſacrificium dānabile qđ ē cū vigilantia fugiēdū ⁊ illud ē ſacrificiū malorū opeꝝ qđ dyabolo faciūt pctōres. j. Mach. j. Acceſſit q̄dā iudeꝰ in oculis oĩm ſacrificare ydolis. Antiquitꝰ eñ ſolebant ſacrificare filios ⁊ filias ſuas demonijs ⁊ etiā ĩ aliquibus ꝑtibꝰ Indie aliq̄ ſunt q̄ ydolis ſuis ĩmolāt ⁊ ſacrificāt ſemetip̄os. ĩ p̄ſentia eñ ydoli ſe occidūt et ſic ꝓ deo ſe mori dicūt Sic vere chariſſimi hodie mlt̄i ſūt qui dyabolo ⁊ ſe ⁊ filios ſuos id eſt ſe ⁊ imitatores ſuos ſacrificāt ⁊ offerunt in q̄tum mala oꝑa faciunt et inq̄tum ad voluntatem ipſius viuunt. Unde nota ꝙ ſacrificant dyabolo.

Quidā ſacrificiū ſuperbie.
Quidā ſacrificiū pigricie.
Quidā ſacrificiū iuſtitie.
Quidā ſacrificiū luxurie.
Quidā ſacrificiū rapie ſeu auaricie.

De ſacrificijs ſuperbie dicitur. iij. Reg. xxij adhuc ppl̄s ſacrificabat ĩ excelſis. Et Eſa. lxv. Sacrificauerūt ſuꝑ mōtes. De ſacrificijs pigricie dr̄. ĩ p̄s. Comederūt ſacrificia mortuorū. Pigri eñ dicūt̄ mortui. q2 nō poſſūt ſe mouere De ſacrificijs iniuſtitie dicit̄. Sap. xij. Quō odibilia opera faciebāt ꝑ medicamina ⁊ ſacrificia iniuſta De ſacrificijs luxurie dr̄. Sap. xiiij. ꝙ egyptij obſcura ſacrificia faciebāt hoc ē dictu oꝑa luxurie q̄ ſemꝑ volūt fieri in obſcuro. De ſacrificijs vero rapine ⁊ ſeuitie dr̄. Eccle. xxxiiij. Qui offert ſacrificiū de ſubſtātia pauꝑis. quaſi qui victimat filiū in cōſpectu patris. Sic ergo patet quomodo ſunt ſacrificia ſceleris vitioſi. Sacrificia oꝑis virtuoſi. Sacrificia muneris glorioſi Sufficit de ſacrificio vide ſupra de hoſtia ⁊ de offerre ⁊c.

**Sacramentum.** Qui loq̄ de ſacramētis magis pertinet ad ſcientiā q̄ ad mores q̄uis ipſa ſacramenta ſint remedia contra peccata ſuperſedeo maxime q2 pauce ſunt autoritates in biblia. ⁊ potiſſime quia de ſacramentis faciunt tractatus infinitos theologi doctores in libris quorum corrigiam ſoluere non ſum dignus et maxime q2 de ꝑticularibꝰ ſacramētis locis pluribus eſt tractatum Et vide infra de ſeptem vbi forte aliq̄d dicam de ſeptem ſacramentis ⁊c.

**Sacerdos.** Nota ꝙ ſacerdos nomen eſt officij per quod quis diuinis vſibꝰ deputatur ⁊ ad exequendū cultū diuinuꝫ ſpecialiter dedicat̄. Et q2 breuiter ꝑ ſacerdotes ĩtelligi poſſūt omnes illi qui ſunt in eccleſia diuino cultui deputati ſiue ſint ſubditi ſiue p̄lati. Poſſumꝰ dicere ꝙ ex ip̄a nominis ſacerdotalis ſignificatione ſacerdotes tenentur eſſe hoĩes virtuoſi Sacerdos eñ ethimologizat̄.

Sacer dux. Sacra dans. Sacra docēs.

Quia ꝓcerto iſte debet eſſe ſacer dux ꝑ vite ſancte conuerſationē Sacra dās ꝑ ſacramētorū miniſtrationē Sacra docēs ꝑ ſancte doctrine predicationē. Iſte eñ eſt ſacer dux. quia habet alios exemplariter p̄cedere Exēplo arietis qui eſt dux gregis ouiū. ij. Reg. vij. Elegi te vt eſſes dux ſuꝑ populum meum iſrl̄. ¶ Item iſte eſt ſacra dans q2 iſte habet alios ſacramētaliter paſcere ⁊ ideo tales dicunt̄ paſtores. a paſcēdo q2 ſcꝫ tales ad ipſos ꝑtinet tꝑaliter ⁊ ſp̄ualiter ſubditos paſcere et nutrire vnde ſacerdotibus dicitur. j. Pet. v. Paſcite qui in vobis eſt gregē. ¶ Item iſte eſt ſacra docēs q2 habet alios ſp̄ualiter iſtruere. Unde Malach. ij. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. et legē requirent ex ore eius Et breuiter in bonis ſacerdotibꝰ pōt dici illud. ij. Eſdre. v. Steterunt ſacerdotes habentes ſtolas cum tubis Ubi aduerte quod ſacerdos hic deſcribitur.

Quātū ad interiora.
Quātū ad exteriora
Quātū ad vlteriora.

Et ſic dico ꝙ illi deſcribunt̄ ad illa q̄ ſunt habēda Interius q̄tū ad cordis purificationem. Exterius q̄tū ad operis vel corporis honeſtatē Ulterius quātū ad verbi veritatem. ¶ Et ita dico ꝙ ſacerdotes debent habere Conſcientie ⁊ innocentie ſanctitudinem quia debent eſſe ſacerdotes id eſt ſacri duces. Apparentie et euidentie pulcritudinem quia debent habere ſtolas. Sapientie et eloquentie rectitudinem. quia debent habere tubas. Iſti eñ debēt eſſe ſacerdotes. i. ſacri duces ꝑ inocē- B
tiam interiorem. Iſti etiam debent habere ſtolas id eſt mundas veſtes per apparentiam honeſtiorē. Iſti inſuper debent habere tubas id eſt reſonantiam vocis per eloquentiam vberiorem. ¶ Dico ergo primo quod in iſtis debet eſſe conſcientie et innocentie ſanctitudo Quod oſtenditur cum dicitur Steterunt ſacerdotes id eſt perſeuerauerunt ſacri duces. Ille eñ ſacer dicitur. qui in mente purus et innocens inuenitur: et ideo proprie illi ſūt ſacerdotes. q̄ ſunt in cōſciētia inocētes Nota res ſacra dr̄. quādo deo ſimpliciter dedicatur. Sic vere illi ſacerdotes et ſancte perſone

dicuntur

dicuntur. qui per mentis etiā vite innocentiam dn̄o ſpiritualiter dedicantur. ſteterunt inquit ſacerdotes. ij. Paral. xxxv. Steterunt ſacerdotes in officio ſuo. Et bene dicit ſteterunt. Ad denotandum quod pſone eccleſiaſtice debent in fide et moribus ſtabiles perſiſtere. Igit̄ ſunt ſacerdotes id eſt ſacri ⁊ ſcti duces Et vere chariſſimi iſti debent eſſe ſancti ⁊ a cūctis vitijs expediti. Nō em̄ oꝫ merito eſſe ſanctus. qui taꝫ ſcti principis eſt famulus. ⁊ qui eſt ad tractandū taꝫ ſāctas reliquias deputat⁹ Iuxta illud Leui. xix. Scti eſtote qm̄ ego ſanctus ſuꝫ. Nō ergo iſti debēt eſſe ſancti ⁊ ſacri. exemplo naturali pꝫ. Quia ſcꝫ illa corpora que ſunt ſitualiter altiora. ſunt vt cōiter puriora. ſicut patet de ſtellis ſuperiorib⁹ reſpectu inferiorum. Illa etiam que magis ſuo principio appropinquāt. in puritate potius perſeuerant. Sicut patet de riuulo qui magis eſt purus vbi eſt contiguus ipſi fonti. Ꝙ qn̄ ab eo eſt remotus Sic vere cum ſacerdotes ſint in gradu et dignitate ceteris altiores ⁊ fonti ſapiētie verbo dei oīm originaliū principio in ſacramenti myſterio ꝓpiores ita ꝙ ſtelle poſite in firmamēto celi ad alios illuminandum. ⁊ riui aquarū viuentiū ad alios irrigādū bene ⁊ cōgrue pñt dici. ipſi ꝓculdubio debēt eſſe puri. ſacri ⁊ ſancti. ⁊ ab oī culparū macula eſſe mūdi. Iuxta illō. j. Math. iiij. Elegit ſacerdotes ſine macula. Dicit em̄ Plini⁹. ꝙ arabes circa thura tātā religionē ſeruāt. ꝙ arborem thuris nullus eſt auſus incidere vt gummi diſtillet. niſi ſit ſacerdos mūdus ⁊ ſanctus pre omnibus circa illud tempus non pollut⁹. ſic em̄ credūt vt dicit̄ thus maiorē efficaciam habere. et ampliori influentia pemінere. Multo ergo fortius ſacerdotes noſtri mundi et ſancti eſſe debent qui nō ſolum thus. immo etiam illum qui thurificat̄ in altari ſanctificant atꝙ tractant Et iſta proculdubio nō ſolum exemplant̄ naturaliter. immo et figurant̄ litera liter Leui. xxij. vbi precipitur ꝙ ſi homo maculas habuerit. nō offerat panes deo ſuo nec accedat ad miniſteriū eius. Maculas em̄ enumerat dicens. Si cecus fuerit claudus. ſi puo vel grandi vel torto naſo. vel fracto pede. ſi mācus. ſi gibb⁹ ſi lipp⁹. ſi albuginē hñs oculo. iugeꝫ ſcabiam. ſi impetiginē habens in corpore. ſi herinioſus. Ecce quot ſint macule vitiorū a quibus debent mundari ſacerdotes Iſti em̄ nō debēt eſſe ceci in intellectu: non claudi in affectu: non pigri in ope. vel effectu. ❡ Itē nō debent habere diffornitatē in naſo diſcretionis. qꝛ naſus diſcretionis taliū non debet eſſe nimis puus ꝑ ignorantiam. non tortuus per maliciā non nimis magnus per preſumptionis ſtulticiā. Iuxta illud Roma. xij. Non plus ſapere ꝙ oportet ſapere. Iſti non debent eſſe.

Per affectionem defectuoſi.
Per imꝑfectionē monſtruoſi.
Per ſuperbiā gibboſi.
Per inuidiam lippoſi.
Per vanā gloriam albuginoſi.
Per luxuriam ſcabioſi:
Per auariciā impetiginoſi.
Per pigriciam hernioſi.

Tales em̄ difformitates corpis. maculas ſignāt mentis Et ideo ſi tunc tpis illi q̄ ſic erāt diffotmes corꝑalit̄ repudiabāt̄ multo forti⁹ repudiandi ſunt illi qui viciorum maculis defedant̄. Dicit em̄ pſ. Qui ingredit̄ ſine macula debet in tabernaculo dn̄i habitare ⁊ ambulans in via imaculata debet dn̄o miniſtrare. ⁊ hoc nō ſolū naturaliter vel figuraliter. immo etiā ſcripturaliter ⁊ figuraliter precipitur. Vn̄ Exo. xix. Sacerdotes qui accedūt ad dn̄m ſanctificentur ne percutiat eos. Ecce ergo quō iſti debēt eſſe ſacri patet in natura. in figura in ſcriptura ſcꝫ ſacerdotes. i. ſacri duces et ſancti principes ⁊ magnates. Et poſſumus notare plura que requiruntur ad hoc qō ſacerdotes ſancti ⁊ ſacri efficiantur. Requirit̄ em̄ qō
Maneant ſtabiliter ꝑ mentis firmitatē.
Caueant diligenter prauum ſocietatem.
Horreant mentaliter mundi ꝓſperitatem.
Polleant ſinceritet̄ per carnis caſtitatem.
Fulgeant moraliter mētis ſanctitatem.
Arceant viriliter regni iniquitatem
Subeant carnaliter grauē penalitateꝫ. Vel.
Suſtineant corꝑaliter penitentie aſperitatem
Defleant veraciter culpe malignitatem.
Teneant realiter cibi ſobrietatem.
Prebeant vtiliter exempli veritatem.
Habeant humiliter orandi voluntatem.
Videant ſubtiliter ſtatus ſublimitatem.
Iſte ergo ſunt. xij. conditiões que in ſacerdote requiruntur ad hoc ꝙ ſpiritaliter poſſit eſſe ſanct⁹. Dico ergo ꝙ iſte per mentis firmitatem debet manere. qꝛ ſcilicet ipſe debet eſſe infirmus ⁊ ſtabilis in moribus ⁊ in fide. Iuxta illud Exo. xxix. Erūtꝙ ſacerdotes mei in religione perpetua. In eccleſijs etiā ſuis debent ꝑſonalit̄ reſidere. nō vndiꝙ diuagari. Unde. j. Mach. vij. Sacerdotes ſteterūt añ altare. ❡ Item iſte debet cauere prauam ſocietatē. Vn̄ Leui. xxi. precipitur cuꝫ dicitur. Sacerdotes ad mortuos non accedant. ne cōtaminentur in mortuis. ❡ Item iſte mundi ꝓſperitatem debet horrere. quia ſcꝫ iſte debet habere in mente bona paradiſi. non bona hui⁹ mundi. Unde Deu. xviij. dicitur. Non habebūt ſacerdotes ⁊ leuite hereditateꝫ cum reliquo populo iſrael dominus enim ipſe ē hereditas eorū. Vn̄. iiij. Regū. xij. ꝓhibiti ſunt ſacerdotes accipe pecuniā. ❡ Item iſti per carnis caſtitatē debent pollere. Unde Nee. xij. Mundati ſunt ſacerdotes ⁊ leuite ⁊ mundauerūt populum. Itē iſti vite ſanctitate debent fulgere. Unde. j. Paral. xv. Sanctificati ſunt ſacerdotes ⁊ leuite. ❡ Iteꝫ iſti principū prauitatem debent arcere. Unde. ij. Paral. xxvi. Sacerdotes domini reſtiterunt regi. ❡ Item iſti debent penitentie aſperitatem ſuſtinere. Iudith. iiij. Induerūt ſe ſacerdotes cilicijs figura. ij. pal. iiij. vbi dicit̄ ꝙ ſacerdotes in mari lauabantur. Mare enim amaritudinē penitentie deſignat. ❡ Item iſte culpe malignitatē debet deflere. Culpam enim ſuam debet flere per compunctioneꝫ. Ioelis. j. Plangite ſacerdotes ⁊ vlulate miniſtri altaris. ⁊ culpam aliorum per compaſſionem. Ioelis. ij. Inter veſtibulum ⁊ altare plorabant ſacerdotes mini. do. ⁊ di. par. do. par. populo tuo ⁊c. ❡ Item iſte vite ſobrietatem debet tenere. Unde Ezech. xliiij. Uinum non bibet omnis ſacerdos quādo ingreſſurus eſt atriū interi⁹. ❡ Itē exēpli veritatem debēt prebere. vnde Deu. xvij. Accipietis exempla a ſacerdotibus leuitice tribus. ❡ Item orandi voluntatem debent habere. vnde. ij. Mach. j. Sacerdotes autem pſallebant hymnos vſꝙ quo conſumptuꝫ eſſet ſacrificium. ❡ Item humilitatē debent habere. videre em̄ ⁊ attendere debent ad ſublimitatem ⁊ eminentiam ſui ſtatus. de quo dicitur. j. Pet. ij. Uos autē eſtis genus electum regale ſacerdotium. gens ſancta populus acquiſitionis. Iſta ergo ſunt q̄ faciunt ſacerdotes eſſe veros ſacerdotes. i. ſacros duces. ſacros doctores. ⁊ ſacrorū datores Et ſic igitur patet ꝙ in iſtis debet eſſe innocentie ſanctitudo qō oſtenditur cum dicitur ſacerdotes. ❡ Secundo dico ꝙ hic oſtenditur apparentie vel euidētie pulcritudo. que oſtēditur cū dr̄. ſtolas Stola idē ē ꝙ nobilis veſtis. ſ. ſacerdotes debēt habere veſtes. i. exteriores. cōuerſatiões: nobiles ⁊ honeſtas. Honeſta enim conuerſatio ſumme requiritur in ſacerdote quia ſcilicet ſicut illa communiter libentius parantur et ornantur que viſibus hominum principaliter exponuntur ⁊ etiam que homines libentius intuentur Et inde eſt ꝙ mulieres ſolent melius ⁊ precioſius ſuas facies ornare. ad quam ſciunt viſus intuentium aſpirare Sic quia vita ſacerdotis eſt ſicut ſignaculum. ſicut ſpectaculum et ſicut miraculum. ad cuius vitam ⁊ mores reſpiciunt vniuerſi: neceſſe eſt ꝙ bene ſtolet̄ et honeſta cōuerſatione ⁊ virtutū multiplicatiōe multipliciter adornet Stolas in q̄t. de qb⁹ dr̄. ij. eſdre. j. Statuit ſacerdotes ❡ Scdo di

Ayuntamiento de Madrid

per vices dierum: amictos ſtolis. Ut ſic ſacerdotes figurentur in .xxiiij. ſenioribus, de quibus dicit. Apocal.iiij. Quod ſedebant ſuper thronos amicti ſtolis albis. Inueniunt enim bine ſtole ſcz prima ꝛ ſecunda. Prima eſt gratia que datur filio prodigo reuertenti Luc.xv. Cito proferte ſtolam primam ꝛ induite eum. Secunda eſt gloria que dat bone anime de corpore exeunti. de qua Eccli.xlv. Stola glorie induit eũ. Et iſte ſunt bine ſtole quibꝰ Joſeph induit fratres ſuos, Geneſis.xlv. vbi dicitur ꝙ proferri fecit ſingulis binas ſtolas beniamin autem dedit quinqꝫ ſtolas optimas. In generali enĩ omnibus dantur bine ſtole ſcz gratia in preſenti, ꝛ gloria in futuro. In ſpeciali aũt dabunt quinqꝫ ſtole ſcilꝫ qñ reſumpto corpore quinqꝫ ſenſus corporis quintuplici gloria dotabuntur ꝛ tunc implebitur quod dicit Apoc.vij. Uidi turbam magnaꝫ ꝛc. amicti ſtolis albis ꝛ palme in manibꝰ eorum. Et nota ꝙ hic per ſtolas, ideſt per veſtes ſacerdotales poſſunt intelligi ille virtutes que requirunt ad ornandũ cõuerſationẽ ſacerdotis ꝛ cuiuſlibet viri iuſti. Ueſtes enim ſacerdotales ſunt iſte ſcz.

Prima eſt linea interior,
Secunda eſt amictus.
Tertia eſt linea exterior vel ſuperior;
Quarta eſt cingulum,
Quinta eſt ſtola,
Sexta eſt manipulus,
Septima eſt caſula.

Secundum enĩ iſta ſeptem ego inuenio ſeptem ſpiritales ſtolas quibus viri iuſti ornantur ſcilicet,

Stola puritatis ꝛ innocentie,
Stola firmitatis ꝛ patientie.
Stola caſtitatis ꝛ continentie,
Stola charitatis ꝛ amicicie.
Stola humilitatis ꝛ obedientie.
Stola ſtabilitatis ꝛ perſeuerantie,
Stola felicitatis ꝛ affluentie,

Eſt igit habẽda ſtola innocentie ꝛ puritatis ꝛ iſta eſt illa veſtis linea que interius prius ꝛ ante oĩa eſt habẽda ꝛ a viris eccleſiaſticis induenda. Unde dicit .ij. Reg.vj. ꝙ dauid indutus ſtola biſſyna ſaltabat ante archam. Biſſus enĩ eſt ſpecies lini candidiſſimi. Quare ſcz Ezech.xliiij. precipit ꝙ ſacerdotes ꝛ leuite lineis induant. ¶ Itẽ eſt habenda ſtola patientie ꝛ firmitatis. ꝛ iſta ſignificatur per amictũ: quod eſt ornamentũ humerorũ: que portant onus. qꝛ ſcilicet patientia munit ꝛ ornat hominẽ ad hoc ꝙ poſſit tribulationũ onera ſuſtinere. Et de iſta ſtola dicitur. Eſa.lxiij. Iſte formoſus in ſtola ſua gradiẽs in multitudine fortitudinis ſue. iij. Reg.viij. Tulerunt ſacerdotes ꝛ portauerũt archã dñi Et Geñ.xlix. Suppoſuit humerum ad portandũ. ¶ Itẽ habẽda eſt ſtola continẽtie ꝛ caſtitatis. Iſta ſignificat in veſte linea ſuꝑiori q̃ ita dicit eſſe lata ꝛ longa ꝙ pedes attingat. Quia ſcz caſtitas debet ſe extendere vſqꝫ ad pedes ideſt affectus interiores. quia ſcz nõ ſufficit caſtitas corꝑis. niſi aſſit caſtitas mẽtis. Quod eſt cõtra hypocritas, qui iſtã ſtolam habent exterius in corꝑe ſed nunq̃ in corde. de quo. Mar.xij. Cauete vobis a ſcribis ꝛ phariſeis qui volunt ambulare in ſtolis ſupple exterius ꝛ nõ interius Ideo de ſtola ꝑfecte caſtitatis põt dici illud qđ de angelis dicitur Mar.xvj. ꝙ viderũt iuuenẽ ſedentẽ in dextris coopertũ ſtola candida. i. viderũt iuuenẽ angelicum ſtola caſtitatis indutũ. ¶ Itẽ eſt hñda ſtola amicicie ꝛ charitatis, ꝛ iſta ſignificat in cingulo quo pectus ſacerdotale debet ſtrĩgi

Amor enĩ eſt cingulũ copulatiuũ.
Amor eſt vinculũ colligatiuũ.
Amor eſt cingulũ amplexatiuũ.

Iſto ergo dñt eccleſiaſtici cingi. quia deo et primo debẽt charitatis amplexibꝰ ſemper cingi ſeu iungi. Unde de iſtis dicitur illud. ij. Mach.v. ꝙ apparuerunt equitantes per aera diſcurrẽtes: auratas ſtolas habentes. Aurum enim charitatem deſignat.

¶ Item habenda eſt ſtola obedientie ꝛ humilitatis: ꝛ iſta ſignificatur in ſtola qua ligat collum ſacerdotis, que deſignat xp̃i iugum ſuaue ꝛ onus eius leue. ſ. obedientiam voluntariam ꝛ humilitatem Eccli.vj. Torques illius in ſtola glorie Torques enim que pendet in collo obedientiaꝫ ſignificat. cui ſubijcimus colla noſtra. ¶ Item habenda eſt ſtola perſeuerantie et ſtabilitatis. ꝛ iſta ſignificatur in manipulo. qđ ponit in ſiniſtra manu, quia ſcz in ſiniſtra aduerſitatis neceſſaria eſt perſeuerantia ne ſuccumbat. Unde igitur in impoſitione manipuli dicit ep̃s. Accipe miniſter manipulum miniſterium tuum imple. Et de iſta ſtola põt dici illud, j. Mach.xiiij. Iuuenes induebant ſe gloria ꝛ ſtolis belli. Perſeuerantia enĩ eſt illa ſtola q̃ ſumme neceſſaria eſt in bello. ¶ Itẽ habenda eſt ſtola eterne glorie ꝛ felicitatis ſignificata per caſulã que eſt ſuperior cõtexta ex filis nobiliſſimus. quia vt communiter ſolet fieri de pannis aureis ꝛ ſericis ꝛ auratis. Quia ſcz ſtola eterne glorie eſt aurea: ſplendẽs rutilãs ꝛ fulgens. Iſta eſt ſtola qua deus veſtit milites ſuos poſt triumphũ vitiorum. Apoc.vj. Uidi ſub altari animas interfectorũ ꝑpter verbum dei ꝛ date ſunt eis ſingule ſtole. Iſta eſt illa ſtola iocũditatis de qua dicitur in pſ̃. Stola iocunditatis induit eum dñs. Et breuiter iſte ſunt ſtole bine ꝛ multiplices ꝛ veſtes virtutũ quibus debent ſacerdotes indui. Iuxta illud pſ̃. Sacerdotes eius induant ſalutari. Et ſic bene dico ꝙ in ſacerdotibꝰ debet eſſe apparẽtie ꝛ eminẽtie pulcritudo, qđ notat cum dicit ſtolas. ¶ Sed tertio dico ꝙ in ipis debet eſſe ſapiẽtie ꝛ eloquẽtie rectitudo. D
ꝛ hoc oñdit cum dicitur cum tubis. Per tubam enĩ in ſcriptura intelligitur predicatio redargutio: ꝛ comminatio prelatorum ꝛ etiã ſacerdotum. Ad iſtos enĩ pertinet tubare, ideſt alios corrigere. ꝛ eis predicare Et quia predicatio ſine ſcientia nõ põt eſſe. ideo notãdũ eſt ꝙ ſicut aquila que excedit alias aues in dignitate ꝛ in vocis roboantis terribilitate. ſicut ſacerdotes ꝛ eccleſiaſtici, qui reuera ſunt alijs gradu eminentiores debent eſſe in ſcientia clariores ꝛ in tubali vocis eloquẽtia auditoribus terribiliores. Iuxta illud. Oſee.viij. In gutture tuo ſit tuba quaſi aquila ſuper domum dñi. Aquile enĩ debent eſſe ꝑpter viſus ideſt ſciẽtie limpitudinẽ quia ſcz ad iſtos pertinet ſcire qđ ſit agendũ. Iuxta illud Nee.vij. Donec ſurgeret ſacerdos doctus ꝛ eruditus. iſti enĩ tenent ſcire iudiciũ inter mundũ ꝛ immundũ. inter leprã ꝛ peccatũ. ꝛ potiſſime in cõfeſſione. ideo leproſo dicit Math.viij. Uade oñde te ſacerdotibus. Sic dicitur enĩ Hiere.xviij. Nõ peribit lex a ſacerdote: nec conſiliũ a ſapiẽte: nec ſermo a ꝓpheta. Ad denotandũ ꝙ iſti debẽt ſcire legem diuinã ꝛ mãdata. debẽt dare conſiliũ ꝛ ſalubria documẽta. debẽt more ꝓphetarum denunciare futura gaudia vel tormẽta. Malach.ij. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiã ꝛ legẽ requirẽt ex ore eius. ¶ Itẽ tubã debent habere ſuper domũ dñi per autoritatem eloquentie. iuxta illud. ij. Paral.v. Concrepabãt ſtantes ſacerdotes canẽtes tubis. quia teſte Greg. ſuꝑ illo verbo. Dignus eſt operarius mercede ſua. Magne damnationis eſt ſine labore mercedem ſumere ꝛ vitiorum precia manducare. nihilqꝫ contra vitia predicare. Uide infra de tuba. Et ſic bene apparet quomodo ſacerdotes dñt habere iſta tria principalia. vicꝫ

Eloquentiã ad docendi rectitudinem.
Apparentiam ad conuerſandi pulcritudinem.
Innocentiam ad viuendi ſanctitudinem.

Bene ergo dictum eſt in autoritate ſteterunt ſacerdotes habentes ſtolas cũ tubis. iſta igitur dicta ſint de bonis ſacerdotibus. ¶ Sed heu proculdubio charissimi q̃ pauci ſunt hodie in ſancta eccleſia ſacerdo- E
tes qui habeant omnia ſupradicta. Quia teſte ſcriptura impletur illud. Eſa.xxiiij. Et erit ſicut populus ſic ſacerdos ꝛc. immo vere melior populus q̃ ſacerdos. Poſtquam igitur viſum fuit de illis dico breuiter ſicut

Ayuntamiento de Madrid

breuiter ſicut ad ſenſuꝫ videmus. moderni ſacerdotes
non precellunt alios in virtutibus ſed in criminibus
non ſanctitate ſed temporali poteſtate. nõ in iuſtitia
ſed in ſtultitia. nõ in ꝑfectione ſed in vite ⁊ moꝝ cor-
ruptione. Nam ꝓcerto chariſſimi ſunt hodie iſti

Symonie profeſſores.
Superbie ꝓceſſores.
Auaricie poſſeſſores.
Ignorãtie ſucceſſores.
Malicioſi machinatores.
Preſumptuoſi opinatores.
Delicioſi cõuerſatores.
Luxurioſi inquinatores.

Quod iſti ſint ſymonie ꝓ-
feſſores patet hodie. quia
multi ſunt qui ſymonia-
ce ingrediunt. ⁊ q̃ ſymo-
niace progrediunt. De
ingreſſu enĩ dicit ꝙ in-
trẽt ſymoniace. iiij. Re-
gũ. xiij. Igitur quicun-
qꝫ volebat implebat manum ſuã. ⁊ fiebat ſacerdos. q.
d. qui manibus plenis ingrediunt ſacerdotij digni-
tatem q̃uis indigni cõſequuntur. De ꝓgreſſu etiam
ſymoniaco talium dicit Michee. iij. Principes eius
in muneribus iudicabãt ⁊ ſacerdotes eius in merce-
de docebant. ⁊ prophete eius in pecunia diuinabant.
¶ Quod etiã ipſi ſint ſuꝑbie preceſſores patet ad literã
quia vere nulla eſt hodie maior ſuperbia q̃ in perſo-
nis eccliaſticis. Unde iſti ſunt ſacerdotes excelſoꝛuꝫ
quos ieroboam de nouiſſimis plebis conſtituit. iij.
Reg. xiij. Quia ſcꝫ in eccleſia illi qui ſunt de nouiſſi-
mis plebis ideſt de vili ⁊ humili plebe ſunt ſacerdo-
tes excelſoꝛũ. i. ſunt hodie magis ſuperbi ⁊ elati quã-
do ad ſacerdotium ſunt ꝓmoti. ⁊ tamen iſti deberẽt
timere illud quod dicit. iiij. Reg. xxiij. ꝙ ioſias occidit
omnes ſacerdotes excelſoꝛũ. ¶ Quod etiã iſti ſint aua-
ricie poſſeſſores patet Ezechie. xl. vbi in viſione mon-
ſtratum eſt ei gazophilatiũ ſacerdotũ qui excubabãt
in cuſtodijs tẽpli quaſi diceret. ꝓpterea excubant vt
gazam colligãt. Ad quod facit illud Malach. j. Quis
eſt in vobis qui claudat oſtia ⁊ incendat altare meuꝫ
gratuito. q. d. nullus. ꝙ etiã ſint ignorantie ſucceſſo-
res. patet. ij. Para. v. vbi dicitur ꝙ ſacerdotes nõ po-
terant ſtare: nec miniſtrare ꝓpter caliginem. ¶ Quod
iſti ſint malicioſi machinatores patet. Hieremie. vj.
vbi dicit. A minore vſqꝫ ad maximum omnes aua-
ricie ſtudent. ⁊ a propheta vſqꝫ ad ſacerdotem omnes
faciũt dolum. ꝙ etiã iſti ſint preſumptuoſi opinato-
res. patet. j. Machabeo. v. vbi dicit. ꝙ ſacerdotes ce-
ciderunt in bello dũ noluerunt fortiter agere. ¶ Quod
etiam iſti ſint delitioſi cõuerſatores patet quia hodie
magis vacant delitijs q̃ diuinis officijs. patet. Eſa.
xxviij. vbi dicit. Sacerdos ⁊ propheta neſcierunt pre
ebrietate abſorpti ſunt a vino. ¶ Quod etiam iſti ſint lu-
xurioſi inquinatores. patet ad ſenſum. quilibet enim
vult habere ſuam. Hieremie. xxxj. vbi in ꝑſona dya-
boli poteſt dici illud. Inebriabo animas ſacerdotum
pinguedine. Iſti enim in pinguedine luxurie ſue ⁊ in
nutriendo vxores ⁊ filias ſuas. expendunt patrimo-
niũ crucifixi. figurati in ſacerdotibus belis. Daniel.
xiiij. quibus occulte cũ vxoribus ⁊ paruulis de nocte
ſubintrantibus quicquid in altari ponebatur conſu-
mebant. Et ideo breuiter de pinguedine luxurie ſue
poteſt dici illud Hieremie. xxiij. Propheta nanqꝫ et
ſacerdos polluti ſunt in domo mea inueni maluꝫ eo-
rum ait dominus. Ecce ergo quales ſunt hodie mul-
ti ſacerdotes noſtri. Et inde eſt procerto chariſſimi.
quia tot vitijs inficiuntur. quot hodie a cuncto popu-
lo contemnuntur ⁊ a tyrãnis ⁊ principibus corrodun-
tur. ⁊ finaliter in inferno a demonibus affligunt. De
preſenti enĩ maledictione dicit. Malachie. ij. Ad vos
inquit mandatuꝫ hoc o ſacerdotes. Sequitur. Labia
ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam ⁊ legẽ requirẽt ex ore
eius. vos aũt receſſiſtis de via ⁊ ſcandalizaſtis pluri-
mos in lege. ⁊ irritum feciſtis pactuꝫ leui: ꝓpter hoc
dedi vos contẽptibiles ⁊ humiles cunctis ꝑplis. De
futura enĩ talium damnatione dicit. ij. Paral. xxiij.
Mathan ſacerdotem baal interfecerunt. Et ideo de
malis modernis ſacerdotibus pulcre loquit Hugo.
li. de. xij. abuſionibus dicit ſic. Sacerdotes inquit no-
ſtri otio vacant ebrietatibus ſtudent terrena ſapiunt
aſſidui in plateis. rari in eccleſijs tardi ad inueſtigan-
dum culpam peccatoris parati ad inquirendũ veſti-
gium leporis. libẽtius congregant canes q̃ pauperes
velocius panem cani q̃ pauperi porrigentes plures
ſeruiunt ad menſam q̃ ad miſſam famulos multos
clericos paucos quoꝝ thalamus ornatior eſt q̃ eccleſia
mẽſa paratior q̃ altaria cyphus calice ꝑcioſior. ⁊ equꝰ
miſſali carior cappa pulcrior caſula camiſia delica-
tior q̃ alba. ⁊ quod horribile eſt auditui mũdiora fe-
moralia q̃ corporalia. ecce ergo quomodo obſcuratũ
eſt aurum mutatus eſt color optimus. hec Hugo de
ſancto victore. Sic igitur breuiter oſtenſum eſt de cõ-
ditionibus tam bonorum q̃ malorum ſacerdotũ ſuf-
ficienter ⁊c.

**Satiare.** Uide infra vbi Saturitas. ibi pone- a
tur vtrunqꝫ ſimul ⁊ inuenies.

**Saccus.** Nota ꝙ ſaccus eſt veſtis ſeu inſtru-
mẽtum quod eſt vt[illegible]d continendum
penale ad induendum. vile ⁊ det[illegible]ile ad intuen-
dum. Et ideo nos poſſumus dicere ꝙ per ſaccum in
ſcriptura poteſt intelligi.

Saccus conſcientie interioris.
Saccus penitentie exterioris.
Saccus mortalitatis fragilioris.
Saccus ꝓſperitatis deterioris.
Saccus iniquitatis horridioris.

Dicamus igi-
tur primo quod
inuenit ſaccus
mentalis con-
ſciẽtie. Mẽs
enĩ humana eſt quidaꝫ ſaccus qui licet alia re preter
deũ impleri non poſſit. debemus tñ ipm ꝓ viribus
implere rebus ꝑtinẽtibus ad ſalutem. Impleat igit
iſte ſaccus duplici charitate. multiplici pietate ſapiẽ-
tie claritate. ⁊ totius iuſtitie equitate. Igit in iſto ſac-
co ponant duo talenta duplicis charitatis. Unde. iiij
Reg. v. Ligauit duo talẽta in duobus ſaccis. ¶ Item
in iſto ſacco ponant frumẽta nutricis pietatis. Gen.
xliij. Imple ſaccos eoꝛũ frumento. ¶ Itẽ in iſto ſac-
co ponat calix ſcientie ⁊ ſubtilitatis. Iſte eſt enĩ calix
Joſeph de quo dicit Gen. xliiij. Quod inuenit cyphũ in
ſacco benyamin. qui ſcꝫ erat minor filioꝛũ iacob. Ad
denotandũ ꝙ cyphus doctrine ⁊ ſcientie libentius in-
uenit in ſacco. i. mente ⁊ conſcientia humiliũ ⁊ mino-
rũ q̃ ſuperbientiũ ⁊ maioꝛũ. ¶ Item in ſacco iſto po-
nant pondera iuſtitie ⁊ equitatis. de quo Deu. xxv.
dicit Non habebis in vno ſacco diuerſa pondera. Et
ſic igit patet quõ inuenit ſaccus mẽtalis conſcientie.
¶ Secũdo dico ꝙ inuenit ſaccus penalis penitentie
Saccus enĩ qui eſt veſtis aſpera ⁊ pungitiuaꝫ ſignifi-
cat punctiones penitẽtie. de quibus dicit. Joel. j. Cu-
bate i ſacco miniſtri dei mei. Et Jone. iij. Ueſtiti ſunt
ſaccis a maiore vſqꝫ ad minorem ⁊ Eſa. xxij. Uocauit
dñs ad fletum ad planctũ ad caluiciũ ⁊ ad cingulum
ſacci. Sed de iſto ſacco penitẽtie potes videre titulo
de penitẽtia. ¶ Tertio dico ꝙ inuenit ſaccus morta-
lis impotẽtie: ⁊ iſte eſt ſaccus corporis humani qui a
beato Bern. in quinto libro meditationũ dicit: ſper-
ma fetidũ: ſaccus animarũ: cibus vermium Corpus
enĩ eſt ſaccus anime Unde ſancti in morte poſt exitũ
huius ſacci dicunt regratiando illud. pſ. Concidiſti
ſaccum meum ⁊ circumdediſti me leticia. ¶ Quarto
dico ꝙ inuenitur ſaccus temporalis affluentie: ⁊ iſte
eſt ille ſaccus quem dominus prohibet apoſtolis di-
cens Lu. x. Nolite portare ſacculum neqꝫ peram. Et
Lu. xij. Facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt the-
ſaurum indeficientẽ in celis. Saccus enĩ eſt vile indu-
mentum: quo ſcꝫ ſoli viles homines induunt. Unde
Heſter. iiij. dicitur. Quod indutum ſacco non erat lici-
tum aulam regis intrare ſignans mundi proſperita-
tem: que recte eſt indumentum hominum peccatoꝛũ
quo qui induti ſunt. vix aulam regis paradiſi intra-
bunt. Et de iſto ſacco dicit Aggei. j. Qui diuitias con-
gregauit miſit eas in ſaccũ ꝑtuſum. ¶ Quinto vero di-
co quod inuenit ſaccus iniq̃tatis ⁊ nequitie. Saccus enĩ
vile eſt indumentũ: quod faciliter contrahit multas

Ayuntamiento de Madrid

foꝛdes: ſic peccatum. Unde Eſa. xx. precipitur. Solue ſaccuꝫ de lumbis tuis. Sic igitur patet ꝙ ſaccus quinqꝫ modis ſumitur.

A **Sagitta.** Nota ꝙ ſagitta eſt inſtrumentum bellicoſuꝫ ad pꝛoijciendum delonge oꝛdinatum: ⁊ ad penetrandum vel pungendum pꝛincipaliter pꝛeparatum. Et habet ſagitta tria pꝛopꝛia ſcilicet

Subito currere.
Acute pungere.
Delonge ꝓcedere.

Et ideo breuiter dicamus ꝙ ſagitta poteſt accipi in bono ⁊ in malo. Unde nota ꝙ in ſcriptura inueniuntur tres ſagitte bone ⁊ tres male. Bone ſagitte ſunt iſte. ſcilicet

Sagitte cõtritionis.
Sagitte coꝛrectiõis.
Sagitte ꝑ̃dicationis.

Cõtritio eſt ſagitta coꝛdis cõpunctiua. Coꝛrectio eſt ſagitta carnis afflictiua. Pꝛedicatio eſt ſagitta gentis argutiua. ¶ Dico igit̃ pꝛimo ꝙ eſt ſagitta cõtritionis ꝓ penitentibus compungendis. Ex dolore eñ cõtritionis fiunt quedã ſagitte ſpiritale[illegible]bus compungit̃ coꝛ hominis penitẽtis. Ipſe eñ ſunt ſagitte potẽtis acute cũ carbonibus deſolatoꝛijs. quia ſcꝫ cõtritio eſt acuta ꝑ compunctionis doloꝛem: ⁊ habet carbones deſolatoꝛios per peccatoꝛum preteritoꝛum recoꝛdationem. Preterea ſagitte tria habent. ſcilicet

Ferrum durum ⁊ acutum.
Lignũ rectum ⁊ planum.
Pennas ligatas ⁊ ceratas.

Sic contritio debet eſſe vel debet habere ferrum doloꝛis ⁊ diſplicentie: lignũ equitatis ⁊ iuſtitie: pennas ſpei ⁊ fiducie. Habere eñ debet ſagitta cõtritionis: doloꝛis meſtitudinẽ ad coꝛda trãſfigendũ: ⁊ iſta eſt ferrũ durum. Equitatis rectitudinem ad culpã cũ pena compenſandũ: ⁊ iſtud eſt lignũ rectum. Spei vero ⁊ fiducie certitudinẽ ⁊ celſitudinem ad veniã: gratiam gloriam ſperandũ ⁊ affectandũ. Et iſte ſunt tres pennature ſagitte cõtritionis. ſcꝫ ſpes de triplici bono. ſ. de venia ꝓcuranda: de gratia acquirẽda: ⁊ de gloꝛia finaliter obtinenda. Iſte ergo ſunt tres ſagitte quas deus delonge immittit in coꝛ humanũ. Iſte ſunt ſagitte volantes citiſſime ꝓcurrentes. Iuxta illud pſ. Etenĩ ſagitte tue trãſeunt vox tonitrui tui in rota. Iſte ſunt ſagitte pungentes: ⁊ vſqꝫ ad interioꝛa pectoꝛis penetrãtes. pſ. Sagitte tue infixe ſunt mihi: ⁊ confirmaſti ſuper me manũ tuam. Iſte ſunt ſagitte quibus venatoꝛ deus occulte ⁊ ſubito cepit paulũ ⁊ magdalenam ipſoſqꝫ interius taliter vulnerauit ꝙ fons lachꝛymarũ ex eis diſtillauit. Unde breuiter ipſi deo poteſt dici illud pſ. Sagitte tue acute: populi ſub te cadent in coꝛda. Iſte ergo ſunt ſagitte cõtritionis ꝓ penitentibus

B compungendis. ¶ Secũdo dico ꝙ eſt ſagitta coꝛrectionis ꝓ delinquentibus puniẽdis. Sagitte enim rigoꝛem iudiciariũ deſignant. quo ſcꝫ prelati debẽt pungere ⁊ coꝛrigere delinquentes. Prelatus eñ in manu tenere debet arcũ iudiciarie poteſtatis: in quo eſt lignũ durũ quod tñ eſt curuum: ⁊ coꝛda mollis que tamen eſt recta: quia ſcꝫ in prelato debet eſſe lignũ duri rigoꝛis: quod ꝑ penitentiã flectatur: ⁊ coꝛda mollis miſericoꝛdie ⁊ dulcoꝛis: que tamen per iuſtitiã rectificet̃: vt ſcilicet nunꝙ̃ ſit ſine iuſtitia pietas: nec ſine pietate iuſtitie ſeueritas. De iſto igit̃ arcu debet prelatus ſagittas coꝛrectionis emittere: ⁊ peccatoꝛes deuios ſagittare. Prelati eñ dicunt̃ ſagittarij: qui preibant exercitum dñi exercituũ. Quia ſicut ad ſagittatariũ pertinet clare videre ⁊ attente reſpicere: ⁊ inde eſt ꝙ vnum oculũ ſolet claudere: vt rem ſagittandam melius poſſit diſcernere: ⁊ magis certe ſagittã iacere Sic prelatus debet clare videre per diſcretionẽ: attente reſpicere per diligentẽ deliberationẽ. vnum oculũ. ſcꝫ oculum carnis. qui ſcꝫ non videt niſi preces: fauores: odia ⁊ premia: debet claudere ꝑ fauoꝛis ⁊ odij rejectionem: ⁊ cum oculo ſpiritus recte diſcernere. per delictoꝛũ examinationẽ ⁊ ſagittanda ſagittare per iuſtã coꝛrectionẽ ⁊ punitionẽ: ne foꝛte ſit ſicut Lamech qui cum eſſet cecus ⁊ haberet arcum ⁊ a puero duceret̃ pꝛo beſtia hominem ſagittauit ⁊ cayn loco vnius beſtie interfecit: ſicut dicitur in hyſtoꝛia ſcholaſtica. Quia ꝓcerto illi qui ducunt̃ a puero. ideſt a pꝛopꝛia ſenſualitate: ⁊ maxime ſi careant claro viſu. ideſt diſcretionis ſubtilitate: ſi tales habẽt acutũ. i. ſi pollent iudiciaria poteſtate ſolent ſepe ꝓ beſtia hominem ledere: ⁊ iuſtum loco impij vulnerare. iij. Regũ. xxij. In incertũ ſagittam dirigẽs caſu ꝑcuſſit regeꝫ iſrael. Iſte eñ ſunt ſagitte in manu potentis quibus vtunt̃ filij excuſſoꝛum. Aduerte tamẽ ꝙ ſagitte coꝛrectionis debẽt habere in ferro acuciẽ ſeueritatis. in ligno planiciem benignitatis ⁊ rectitudinẽ equitatis: in penna molliciẽ pietatis: ⁊ dulciflue charitatis: quia ſm veritatem in coꝛrectione debet eſſe ſeueritas: equitas: benignitas: pietas: ⁊ charitas. Iſta enim ſagitta debet remitti contra contritos ⁊ humiliatos: quia tũc ſagitte paruuloꝛum debent fieri plage eoꝛum: ⁊ debẽt acui contra pꝛoteruos ⁊ obſtinatos: foꝛtioꝛ eñ ſagitta requiritur ad vulnerandũ hominem armatum ꝙ̃ nudum. Sic vere foꝛtioꝛ coꝛrectio requiritur ad caſtigandum obſtinatos. duricia ⁊ excuſationibus armatos ꝙ̃ alios manſuetos. Multi eñ ita ſunt foꝛtes in malicia ſua: ꝙ nullus põt eos domare. Similes illi militi troyano. q̇ dicebat̃ tignus: cui vulcanus q̇ deus maris pater erat. ſicut narrat. Ouidius li. xij. fabula. iij. ꝙ conceſſerat pater nec ferro poterat penetrari: quem tamen achilles cuꝫ toto impetu ſue foꝛtitudinis ad terram pꝛoſtrauit ⁊ ſuperauit. ipſum vulcanũ in albam auem mutauit. Quia pꝛocerto chariſſimi: aliquãdo inueniunt̃ aliqui ita duri ⁊ obſtinati: ꝙ ipſi ferro ⁊ ſagitta coꝛrectionis ſunt impenetrabiles: ita ꝙ de talibus dicit̃ illud Iob. xlj. Non fugabit eum vir ſagittarius. in ſtipulam. verſi ſunt ei lapides funde. Contra tales ergo non eſt mitius ꝓcedenduꝫ. ſed cũ conatu ⁊ impetu ẽ ab achille. ideſt a bono ꝑ̃lato talibus obuiandũ: vt ſic a malis vſibus recedere cõpellant̃. ⁊ vt in albã volucrem. i. in viros ꝑfectos neceſſario cõuertant̃. Iudith. vij. Filij iſrael non in lãcea vel ſagitta confidunt. ſed montes defendunt eos. Iſta eſt igit̃ ſagitta coꝛrectionis pꝛo delinquẽtibus puniẽdis

C ¶ Tertio dico ꝙ inuenit̃ ſagitta ꝑ̃dicationis ꝓ auditoꝛibus arguendis. Predicatoꝛ enim eſt ſicut ſagittarius: qui pharetrã ſacre ſcripture q̇ plena eſt ſagittis eloquioꝝ diuinoꝛum ſecum debet poꝛtare quibus debet impios verbaliter vulnerare. dicẽdo. Abacuch. iij. In luce ſagittarũ tuarũ ibunt. in ſplendoꝛe fulgurantis haſte tue: quaſi diceret. Sagitte diuinoꝛũ eloquioꝛũ nõ ſolum ſunt lux ⁊ ſplendoꝛ ad viam veritatis oſtendendaꝫ. immo etiam ſunt ſagitta ⁊ haſta ad pctõꝛes pungendũ. arguendũ ⁊ ꝑcutiendũ. Predicatoꝛ eñ aliquãdo dicit̃ ſagittarius: ⁊ aliquãdo ſagitta Sagittarius eñ fingitur eſſe animal quod eſt in inferioꝛi parte coꝛpoꝛis equus. ⁊ in ſuperioꝛi parte homo cum arcu ⁊ ſagitta. Quia ſcꝫ ꝑ̃dicatoꝛ debet eẽ equus ꝓpter diligentẽ diſcurſionem. ⁊ debet eſſe ſagitta pꝛopter diuinoꝝ eloquioꝝ diffuſionẽ. Et ſꝫ hoc pꝛedicatoꝛ põt cõꝑari ſagittario ſigno celeſti: qui eſt ſignum.

Igneum.
Maſculinũ.
Diuinum.

qꝛ iſti debẽt eẽ

Ignei per feruoꝛem charitatis.
Maſculini ꝑ rigoꝛem pꝛobitatis.
Diuini per ſplendoꝛem veritatis.

Sagittarius etiam ſm aſtrologos eſt domus.

Itineris.
Fidei.
Sapiẽtie.
Honoꝛ.
Aſtroꝛũ.
Diuinatiõis.
Somnioꝝ.

qꝛ iſti dñt eẽ

Diſcurſiui ⁊ veloces ꝑ ſedulitatẽ.
Firmi ꝑ fidei firmam credulitatẽ.
Sapientes ⁊ magiſtri per doctrine ſubtilitatem.
Honeſti ꝑ vite venerabilitatem.
Syderei per celeſtis ciuitatis conſiderationem.
Diuini per eterne aduerſitatis ꝓmeditationem.
Somniãtes ꝑ ſuꝑne felicitatꝭ ꝯtẽplationẽ. Ecce ergo qualis

Ayuntamiento de Madrid

qualis ſagittarius debet eẽ quilibet predicator: ⁊ etiã quilibet vir iuſtus ⁊ pfectus. Et ideo breuiter de iſto poteſt dici illud Geñ.xxj. Creuit puer ⁊ manſit in ſolitudine ⁊ factus eſt iuuenis ſagittarius. Ubi aduerte ꝙ quilibet perfectus debet habere

In profectu ſedulitatem. Creuit.
In affectu ſimplicitatem. Puer.
In effectu ſtabilitatem. Manſit.
In conuictu aſperitatem. In ſolitudine.
In intellectu ſublimitatem. factus eſt iuuenis.
In affatu ſeueritatem. Sagittarius.

Sed adhuc dico ꝙ iſte nõ ſolũ eſt ſagittarius immo ⁊ ipſe aliquando dicit̃ ſagitta. quia ipſe eſt ſagittarius alios verbaliter arguendo: ⁊ eſt ſagitta ⁊ de ipſo ſagittã faciens alios exemplariter reprehendẽdo. Et ſicut loquitur Eſaie.xlix.d. Poſuit me dñs ſicut ſagittam electam in pharetra ſua ⁊c. Et predicator etiaꝫ ⁊ predicatio debet eſſe ſagitta irreuocabilis q: ſcꝫ nullius timore debet retrocedere. Iuxta illud .ij. Regum j. Sagitta ionathe nunꝗ abijt retrorſuꝫ. Et ſic igitur patet ꝙ inuenit̃ ſagitta predicationis. ⁊ ſic oſtendit̃ quõ in bono ſignificato inueniuntur tria genera ſagittarũ. ſcꝫ predicatio. correctio. ⁊ contritio. Sed pro certo dico ꝙ in malo ſignificato inueniuntur alia genera ſagittarum. vicꝫ.

Sagitta tentationis.
D Sagitta detractionis
Sagitta tribulationis.

¶ Dico igit̃ ꝙ eſt ſagitta tentationis. Et iſta eſt tentatio diabolica qua ſcꝫ impedit diuerſimode viros. Ceruus eñ dum in latratu canũ ⁊ in ſibilatione venatoris delectatur ab alio venatore ſubito ſagittat̃. Ceruus eñ ſimplex animal eſt admirãs quicquid viderit de nouo. ⁊ ideo cuꝫ duo ſint venatores ſibi inſidiantes: vnus. ſ. aperte. alius vero occulte: cũ illius aperti ⁊ canum ſuoꝝ admirat̃ latratũ ⁊ ſibilũ occulti: ſentit ſagittam ⁊ venabulum ⁊ nõ euadit mortis periculũ. Sic vere chariſſimi: plures venatores ſpiritales nobis inſidiantur. ſcꝫ vnus apertus cum multis canibus. ſcꝫ mundus cum omnibus delectationibus. ⁊ vnus occultus cum ſagittis ⁊ arcubus. ſ. diabolus cum infinitis tentationũ generibus. Conſtat eñ ꝙ ſi incaute in latratu ⁊ ſibilo iſtius aperti venatoris. i. in amplexu delectationuꝫ mundi intendimus. venator occultus dyabolus ſagittas tentationuꝫ emittet. ⁊ dum eum nõ precauemus nos ſubito per aliquod peccatum mortale percutiet ⁊ occidet. Tentator eñ eſt ſagitta volans in die. negocium perambulans in tenebris incurſus ⁊ demoniũ meridianũ. Sagitta eñ volans dicit̃. quia ſagitta perambulans ſcilicet ſubita. in tenebris. quia occulta. incurſus ⁊ demonij. quia violenta. Et ideo quia ſicut ſagitte baliſtarum non ſunt expectãde: ſed potius fugiende. niſi homo fortiter ſit armatus. Sic ⁊ tentationes dyabolice ſunt fugiende: non expectande: niſi homo magnis virtutibus. ita ꝙ reſiſtere valeat ſit munitus Hiereñ.iiij. A voce equitis ⁊ mittentis ſagittas fugit oĩs ciuitas. Iſta eſt igit̃ ſagitta tentationis. Deinde dico ꝙ eſt ſagitta detractionis. Lingua eñ detractorum dicitur ſagitta. quia ſcꝫ ab occulto ⁊ a longinquo. hoc eſt dictu. ab abſentia venit. Unde in pſalmo. Filij hominũ dentes eorum arma ⁊ ſagitte. ⁊ lingua eorũ gladius acutus. Lingua eñ detractorũ ſimilis eſt lingue ſerpentis. que ſimilis eſt ferro ſagitte. ⁊ ſemper fundit venenũ. ⁊ iſta ad modum ſagitte vſqꝫ ad cor vulnerat: ⁊ venenũ infamie fundit ⁊ prauas locutiones. Unde Hiere.ix. dicitur ꝙ ſagitta vulnerãs lingua eorum: pacem cum amico ſuo loquitur. ⁊ occulte ponit ei inſidias. Deniqꝫ dico ꝙ eſt ſagitta tribulationis. Et iſta eſt illa qua deus vtitur aliquando ad probandũ bonos. aliquãdo ad puniendũ malos. Tyranni eñ ⁊ demones ſunt arcus ⁊ baliſta diuine iuſtitie. quibus mediantibus ſagittas iudiciorũ ſuorũ: ⁊ mundi tribulationũ ⁊ tormentorum emittit. pſ. Emitte ſagittas tuas ⁊ conturbabis eos. Iſtis auteꝫ ſagittis punguntur boni in preſenti ad ipſorum probationem. Unde Iob.vj. dicebat ipſe ſic. Sagitte domini in me ſunt quarum indignatio ebibit ſpiritum meuꝫ: ⁊ terrores domini militant cõtra me. Unde .ij. Regũ.xj. dicitur. Mõ direxerunt iacula ſagittarij ad ſeruos dauid. Iſtis igitur percutiunt̃ mali per multiplicem tribulationẽ. Deutro.xxxij. Sagittas meas cõplebo in eis. Iſtis inſuper percutiunt̃ damnati. ſcꝫ in iudicio per eternam damnationẽ. quia ſcꝫ tunc accipiẽt ſagittam ſue ſeuere ſentẽtie. Iuxta illud. Hiere. vj. Sagittam ⁊ ſcutum arripiet. crudelis eſt ⁊ nõ miſerebit̃. Et ipſos percutiet per executioneꝫ eterne miſerie ⁊ triſticie. Deutrono. xxxij. Inebriabo ſagittas meas ſanguine: ⁊ gladius meus deuorabit carnes de cruore occiſorũ: ⁊ de captiuitate nudati inimicorum capitis. Sic ergo patet quomodo tam in bono ꝙ̃ in malo multa ſunt genera ſpiritualium ſagittarum. videlicet tribulationis. detractionis. tentatiõis. predicationis. correctionis. ⁊ contritionis. Sufficit ergo. Uide ſupra de Arcu.

Sal. Cum ſal ſit illud quo cibi condiuntur: quo carnes ſaliuntur. quo a putredine reſeruantur. Poſſumus breuiter dicere ſm diuerſas ꝓprietates ſalis. Multa eñ inueniuntur genera ſpiritaliuꝫ ſalium in ſcriptura ſancta. Inuenitur eñ A

Sal ſapientie.
Sal penitentie.
Sal amicicie.
Sal imprudẽtie.
Sal affluentie.

Primo dico ꝙ inuenit̃ ſal ſapientie ⁊ diſcretionis. Sal eñ habet virtutem condiendi cibos. ⁊ saporẽ congruũ conferẽdi. Sic vere diſcretio ⁊ ſapientia condit temperat omnes actus humanos. ipſiſqꝫ ſaporem tribuit ⁊ valorem. Sicut eñ ſine ſale nullus cibus eſt ſapidus. ꝙ̃ꝙ̃ al's eſſet bonus: ſic ſine diſcretione nullus actus eſt validus: ꝙ̃ꝙ̃ eſſet al's virtuoſus. Iob.vj. Nũquid poterit comedi inſulſum: qđ ſale nõ eſt conditũ. Et ideo viris ſapientibus aliorũ facta temperantibꝰ dicitur Math.v.ca. Uos eſtis ſal terre: Iſtud eſt etiã potiſſiſſime ſal quo debẽt cõdiri verba noſtra. Iuxta illud Col.iiij. Sit inquit ſermo veſter in gratia ſemꝑ ſale conditus. Quia ſicut dicit̃ Leuiti.ij. In omni ſacrificio tuo. i. in oĩ opere tuo ſal appones. ¶ Secũdo inuenit̃ ſal penitentie ⁊ afflictionis. Sal eñ habꝫ virtutem corroſiuã. ⁊ carnis ſuperflue conſumptiuã. Sic penitentia carnem ſuperfluam. ideſt carnalitatem conſumit: ⁊ corporaliter mordificat ⁊ affligit. vnde de impoſitione penitentie poteſt dici illud Ezech. xliij. Offeres inquit hyrcum caprarum ⁊ vitulum et arietem ⁊ mittent ſacerdotes ſuper eos ſal. Quia. ſ. quando peccator qui recte eſt

Hircus fetens ſuper luxuriam.
Uitulus ſaliens pre ſuperbiam.
Aries lanam portans per auariciam.

Uult ſe domino ſpũaliter offerre. ſacerdos debet ſibi ſal penitẽtie imponere ⁊ inferre. Sicut eñ ſal preſeruat a putredine: ita penitentia a damnatiõe. Et ideo ſicut per ſalis immiſſionem helyzeus aquas ſanauit ſicut dicitur .iiij. Reguꝫ.ij. Sic per penitentie conceſſionem: xp̃s mundum a vitijs liberauit. Et anime damnate dicitur Ezechielis.xvj. Aqua inquit non es lota in ſalutem: nec ſale ſalita. Iſtud eſt ergo penitentie ⁊ afflictionis. ¶ Tertio dico ꝙ inuenitur ſal amicicie ⁊ cõiunctionis. Unde nota. Antiquitus enim quãdo componebant homines inter ſe pacta ⁊ confederationes: ſolebant comedere ſal. in ſignum ꝙ ſicut ſal eſt incorruptibile ⁊ quodammodo perpetuũ ⁊ eternũ ſic amicicie ⁊ cõfederationes abſqꝫ vlla corruptela ꝑpetue ⁊ eterne eſſent future. Et ideo dicitur ſal federis Leuit.ij. vbi dicitur. Non auferes ſal federis dei tui de ſacrificio tuo. Et ſic loquitur etiam .ij. Paral. xiij. Quod deus dedit regnum iuda filijs dauid in pactum ſalis. Sic etiam loquebantur illi qui ſcribebant regi .j. Eſdre.iiij. Damna inquiunt regis videre nephas ducimus memores ſalis quod in palatio B

comedimus.Iſtud igiť ſal cōfederationis ⁊ amicicie
cum deo ⁊ cum proximo debemus habere.de iſto nos
aſpergere ⁊ ſalire.Marci.ix.Habete in vobis ſal: ⁊
pacem habete inter vos. ¶ Quarto dico. ꝙ inueniť
ſal imprudētie ⁊ imperfectionis.⁊ ſic per ſal intelli-
giť vir iniquus.Sal eñ eſt quid ponderoſum.eſt etiā
quid infructuoſum.q2 nihil creſcit ſeminatū in ſale.
Sic vere peccator grauis eſt ⁊ oneroſus ad ſuſtinen-
dū.Iuxta illud.Eccľi.xxij.c.Harenā.⁊ ſalē. ⁊ maſſaʒ
ferri facilius eſt portare ꝙ virū ſtultuʒ.Sterilis etiā
eſt ⁊ infructuoſus ad fructum bonoꝝ operum produ
cendū.Soph.ij.Siccitas ſpinarū.⁊ aceruī ſalis:⁊ de
ſertū vſqꝫ in ſempiternū.Unde proprie eſt ſicut ſal ſi-
cilie quod in igne liqueſcit:⁊ ab aqua reſilit cōtra na
turā cuiuſcūqꝫ ſalis.Sic vere peccator aquā deuotio
nis ⁊ gratie refugit ⁊ in igne tentationis deficit ⁊ li-
queſcit.Matth.v.Si ſal euanuerit ad nihilū valet vl
tra niſi vt mittatur foras ⁊c.¶ Quinto dico ꝙ eſt ſal
affluentie ⁊ temporalis ſucceſſus.Sal eñ terraʒ vbi
ſeminatur :facit ſterilem intantum:ꝙ ſi aqua maris
egreſſa limites ſuos effunditur ſup terram fructuo-
ſam vix de octo annis poterit fructificare . Talis eſt
mundi ꝓſperitas:q2 procerto facit ſterileſcere ab om
nibus bonis operibus dilectores ſuos . Et ideo dya-
bolus facit ſicut ſolebant facere antiqui victores qui
capta aliqua ciuitate.qñ nolebant ꝙ amplius reedi
ficareť.poſt deſtructionē ſeminabant ibi ſal in ſignū
perpetue ſterilitatis ⁊ deſtructionis.Quia vere dya-
bolus poſtqꝫ animam ſpūaliter vicerit ⁊ deſtruxerit:
qñqꝫ ſal mundane ꝓſperitatis in ea ſeminare nititur
vt ſterilis perpetuo poſſit eſſe.Deuť.iij.Uſqꝫ ad ma-
re deſerti qđ eſt ſalſiſſimū vñ de abymelech diciť Iu-
dic.ix.Qđ deſtruxit vrbem ita vt ſal in ea diſpergeret
Et ſic pʒ quō ſal multis modis ſumiť in ſcriptura.

a **Salomon.** Nota ꝙ ſalomon poteſt ſignifi-
care xp̄m.vel etiam quēlibet.vi
rum iuſtum ⁊ potiſſime regem:iudicem.vel prelatū.
⁊ hoc triplici ratione.ſcʒ

| | |
|---|---|
| Rōne nominis. | Habuit eñ nomē gratioſiſſimū |
| Ratione ominis. | Omen fructuoſiſſimum. |
| Rōne culminis. | Culmen glorioſiſſimum. |

Nominis gratioſitas patet in ipſius interpretatio-
ne.quia ſcʒ ſalomon interpretatur pacificus . Iuxta
illud.Salomon imperauit in dieb9 pacis.Eccľi.xlvij
Quia ſcʒ ad virū iuſtuʒ pertinet ꝙ ſit pacificus ⁊ mo
deſtus.Interius quantum ad ſe.⁊ exterius q̄tum ad
proximū.⁊ ſuperius q̄tum ad deū.Unde.iij.Regum
iiij.diciť.Qđ ſalomon habebať pacē ab omni parte.
Ominis fructuoſitas patet in bonoꝝ multiplicatio-
ne.quia ſcʒ iſte ex diuino munere fuit dotatus omni-
bus bonis gratuitis ⁊ fortuitis.ſicut patet.iij.Regū
iij.Et.iij.Regū.x.vbi diciť.Qđ magnificatus eſt rex
ſalomon ſuper oīes reges diuitijs ⁊ ſapientia.⁊ vni
uerſa terra deſiderabat videre vultum ſalomonis: ⁊
audire ſapientiam eius.Culminis glorioſitas. patet
in regiminis adminiſtratione.q2 ſcilʒ iſte fuit rex po
tens ⁊ excelſus vnde.iij.Regum.iiij.dicitur.Qđ in iu
riſditione ſalomonis erant omnia regna a flumine
terre phyliſtijm vſqꝫ ad terminū egypti.Ad denotan
duʒ ꝙ ille qui vult eſſe verus ſalomon:⁊ ſpūaliter ſa-
lomon debet eſſe rex.ſcʒ debet iuſte regere: ſe ⁊ ſua ⁊
ſuos.Quod potiſſime ꝑtinet ad prelatos de quo po-
teſt dici illud.j.Paralyp.xxix.Sedet ſalomon in ſo-
lio dei in regem ꝓ dauid patre ſuo vt ſic de quolibet
ſalomon dicat deus illud.j.Paralyp.xxij. Salomon
filius meus paruulus puer eſt ⁊ delicatus.Ubi aduer
te ꝙ ſalomon ſpūaliter loquendo: eſt nomen amoris
⁊ dilectionis:filius inquit.qđ eſt nomen magni amo
ris.Nomen honoris ⁊ ꝓmotionis. meus inquit.di-
cit deus Honorabile eſt eñ eſſe filium magni regis.
Nomen timoris ⁊ ſubiectionis.puer inquit.ad queʒ
ſcʒ pertinet ſubijci ⁊ timere.Nomen ſplendoris ⁊ di-
ſcretionis.paruulus inquit.Animalia enim paruula
magis ſunt ſagacia.vt patet in formica ⁊ aranea.No
men dulcoris ⁊ deuotionis:q2 delicatus.Ergo qui vo
lunt eſſe ſalomon:habeant amorem ⁊ dilectionem.fi
lius inquit.iij.Regum.j.Salomon filius tuus regna
bit. ¶ Item habeat honorem ⁊ promotionem. vt ſcʒ
ſit filius ipſius dei.meus inquit.ſupple ipm imitan-
do ⁊c.vnde.j.Paraľ.xxviij. Deus elegit ſalomonem
filium meum.¶ Item habeat timorem ⁊ ſubiectio-
nem:⁊ ſit puer.quia ſcʒ ipſe debet eſſe more pueri ſim
plex:timens deum ⁊ ſeruiēs ei.j.Paraľ.xxviij.Tu au
tem ſalomon fili mi ſcito dominū deum patris tui ⁊
ſerui ei corde perfecto.¶ Item habeat ſplendorem ⁊
diſcretionem.vt ſit paruulus.quia ſcilicet paruuli cō
muniter plus abundāt in ſenſu qꝫ magni.De ſalomo
ne vero dicitur. ꝙ ipſe fuit ſapientiſſimus: ſicut ſu-
pra patet. ¶ Item habeat dulcorem ⁊ deuotionem:
quia ſcilicet ſalomon ſicut vir catholicus ⁊ deuotus
edificauit deo templum.ſicut patet.iij .Regum. v.et
deinceps.Et.ij.Paraľ.j. Aſcendit ſalomon ad alta-
re:Sufficit.

## Saluator.Saluare.Salus a

Nota ꝙ ſaluare idem eſt ꝙ adiuuare.protegere.libe
rare.Et eſt ſaluare

| | |
|---|---|
| Actus pietatis. | Et ergo q2 ſaluare pertinet ad |
| Actus poteſtatis. | virum pium q̄ hoc velit:⁊ po- |
| Actus charitatis | tentē q̄ hoc poſſit. Poſſumus |

notare ꝙ ſaluare pertinet proprie ad ſolum deum. q̄
vult ⁊ poteſt ſeruare ſperantes in ſe.Quia ſcilicet ſa
lus.honor virtus.⁊ gloria attribuitur deo noſtro:qui
ſedet ſuper thronum ⁊ agno. Apocaľ.vij .cap̄ . Dica-
mus igitur de ſalute illa que a ſolo deo procedit. Et
dicamus ꝙ deus

Saluat temporaliter a miſerijs mundialibus.
Saluat ſpiritualiter a nequitijs cordialibus.
Saluat eternaliter a ſupplicijs infernalibus.

Tria ſunt pericula a quib9 neceſſariū eſt nos ſaluari

Mundi miſerie ⁊ afflictiones.
Cordis nequicie ⁊ deceptiones.
Inferni moleſtie ⁊ damnationes.

Eſt dico quedam ſaluatio a miſerijs tp̄alibus. Et de
hac diciť in pš.Clamauerūt ad dominum cum tribu
larentur ⁊ de omnibus tribulationibus eorum ſalua
uit eos.¶ Item eſt ſaluatio a pectoralibus nequitijs
Et de hoc in pſal.Iuxta eſt dominus his qui tribula
to ſunt corde.⁊ humiles ſpiritu ſaluabit.¶ Item eſt
ſaluatio ab eternalibus ſupplicijs. ⁊ de hoc diciť in
pš.Salua me ex ore leonis ⁊ a cornibus vnicornium.

Deus igitur eſt ſaluator
Ad cuius ſalutem eſt recurrendum.
In cuius ſalute eſt ſperandum.
Per cuius adiutorium eſt triumphandum.
Per cuius miſericordiā eſt genus humanū liberādū

Iſtud expertus fuiſſe videbať iacob qui dicebat Geñ
xxxij.Uidi dominum facie ad faciē . ⁊ ſalua facta eſt
anima mea.In quibus verbis oſtenduntur plura ge
nera ſaluationū quib9 deus ſaluat homines.Ipe eñ
ſaluat homines per mentis illuſtrationē. quia vidi.
Saluat homines ꝑ hoſtis expugnationē.q2 dominū.
Saluat hoīes ꝑ carnis intuitionē.q2 facie ad faciem.
Saluat homines per celi retributionem.quia ſalua
facta eſt anima mea.

Deus enim ſaluat hominem.
Fidem ⁊ gratiam offerendo.
Hoſtis potentiam conterendo.
Carnis ſubſtantiam deferendo.
Celi felicitatem afferendo.

Primo modo ſaluat interius a mentis obſcuritate.
vidi inquit.Secundo modo ſaluat exterius ab omni
aduerſitate.dominuʒ inquit. Tertio modo ſaluat in
ferius ab inferni captiuitate : ⁊ apparuit ei facie ad
faciem.Quarto modo ſaluat ſuperius in celeſti feli-
citate.ſalua facta eſt inquit anima mea.



Ayuntamiento de Madrid

Prima eſt ſalus magne bonitatis.
Secunda eſt ſalus magne probitatis.
Tertia eſt ſalus magne caritatis.
Quarta eſt ſalus magne largitatis.

B ¶ Dicamus ꝙ hoïes ſaluat primo diuina bonitas ꝑ mentis illuſtrationẽ. ⁊ hoc oñdit̃ qñ dicit̃. vidi. Quia ſcꝫ ille dicit̃ ſaluare hoïem a ꝑiculo. qui lucernam ei accendit. ⁊ ꝑiculum ei oſtendit. ⁊ modũ ipm euadẽdi ſibi declarat ⁊ ꝓtendit. Sic ṽe deus hoïem ſaluare dr̃ inq̃tũ in obſcura domo cõſciẽtie pctõris: lucerna fidei ⁊ gratie ꝑ ipſum accẽditur. ⁊ ꝑiculum peccati: modusq̃ dictũ ꝑiculum exeũdi oſtendit̃ ⁊ monſtrat̃. vidi inq̃t. Baruch. iiij. Uiderunt in celeritate ſalutẽ. ⁊ iob xix. Uidebo in carne mea deũ ſaluatorẽ meuꝫ. Nulla eñ maior ſalus põt dari ceco: q̃ reſtituere ſibi viſuꝫ. Sic nec illi qui eſt mentalr̃ excecatus donum maius põt conferri q̃ ꝙ viſus debite diſcretionis in eo reparetur. Uñ ille cecus cui dñs dicit. Quid vis vt faciaꝫ tibi: nihil carius potuit petere niſi viſum: dicens. domine vt videam. ſicut dicitur Marci. x. Iſta igitur eſt ſalus prima quã introducit bonitas diuina. ſ. liberatio a peccato. Sed ꝓcerto ſicut ad plenaꝫ ſalutẽ viſus habẽdam tria naturaliter faciunt. ſ.

Organi diſpoſitio.
Luminis apparitio.
Collirij appoſitio.

¶ Sic ad ſalutẽ iſtam facit gr̃a que diſponit menteꝫ ⁊ aufert omne impediẽs ſcilicet peccata. ⁊ ꝑ cõſequẽs opatur ſalutem Unde Act. xv. Credimus ſaluari ꝑ gratiã. ¶ Itẽ apparitio luminis. ſ. fidei q̃ eſt lumen dirigens ⁊ erigens rõnem. ⁊ ꝑ ꝯñs lumẽ ſalutẽ faciens ⁊ procurans. vnde Marci. x. Fides tua te ſaluũ fecit. ¶ Itẽ appoſitio collirij ſacre ſcientie ⁊ ſcripture q̃ data eſt in ſalutẽ oïm credentiũ iudeo primũ ⁊ greco. vnde Luce. j. Ad dandã ſcientiã ſalutis plebi eius. Et ſic igitur patet quõ ſaluat diui-
C na bonitas ꝑ mentis illuſtrationẽ: q2 vidi inq̃t. ¶ Secundo dico ꝙ ſaluat diuina probitas ꝑ hoſtis expurgationẽ. ⁊ hoc oñditur cum dicit̃. dominum. Ad dñm n. ꝑtinet iuuare: ſaluare: protegere ⁊ defendere vaſallum ſuũ ab omnibus impugnatiõibus inimicorũ: qñ ſcꝫ req̃rit̃ a vaſallo. Sic ṽe dominus noſter ẽt nos vaſallos qui corpus ⁊ animam tenem⁹ ab eo: neceſſe eſt ſi ipſum ꝑ deuotam oratiõis inſtãtiã req̃ram⁹. ꝙ contra inimicos noſtros ſalutem ſui adiutorij ſentiam⁹. pſ. Domine deus ſalutis mee obumbraſti ſuꝑ caput meum in die belli. Iſte enim eſt iuſtus dominus qui nõ dimittit nos tentari vltra q̃ poſſumus ſuſtinere: q̃nimo ſtatim paratus eſt defendere ⁊ ſaluare qñ ei⁹ auxilium imploramus. dum tñ de repugnãdo tentationibus ⁊ tribulationibus noſtrũ debitũ primit⁹ faciamus. pſ. Ad ipm ore meo clamaui: ⁊ dominus ſaluauit me. Uñ notanduꝫ eſt ꝙ dominus noſter ſaluat nos a cũctis hoſtibus mentis ⁊ corporis. ⁊ ſpecialiter ipſe ſaluat nos ab iſtis. ſcilicet.

Ab hoſtili tentatione.
A carnali infeſtatione.
A tꝑali tribulatiõe.
A criminali infectiõe.
A corporali afflictione

¶ Saluat dico iſte dominus deuotos ſuos a tentatiõibus hoſtilibus. Et reuera null⁹ eſt q̃ poſſit reſiſtere tẽtationib⁹ dyaboli niſi ꝑ ipm ſaluet̃ ⁊ iuuet̃. Uerum tñ iſte eſt ſicut adeps leonis: quo ſꝫ Pliniũ. ſi quis inunctus fuerit: a cunctis ſerpentibus ⁊ reptilibus eo tꝑe ſaluus erit. Sic vere adeps ⁊ gratia iſtius leonis de tribu iuda ſi animã linit vel inungit ⁊ impinguat⁹ fuerit: ꝓcerto a reptilibus. i. a demonib⁹ ⁊ eoꝝ tentationib⁹ euꝫ ſaluat. vnde dicit̃ Hiere. xv. Ego tecũ ſum vt faluẽ te. Et in pſal. Deus ſaluauit eos de manu odientiũ vt notã faceret potentiã ſuã. ¶ Itẽ ſaluat ab infeſtationibus carnalib⁹. Nota ꝙ lapis q̃ dicit̃ gelaticẽ. ſeruat ⁊ ſaluat portãtẽ a morſibus vermiũ ⁊ muſcarũ. Quis melle fuerit ſine lacte inunctus ⁊ a veſtib⁹ totus nudus. ſicut videt̃ dicere Plinius. Sic vere deus qñ preſens eſt homini ꝑ gr̃am: ſeruat euꝫ a muſcis carnis. i. a malis ⁊ imũdis delectationibus ⁊ cogitationibus. Quis melle proſperitatis aliquotiens inungat̃. Ezechiel. xxxvj. Ego ero vobis in deuꝫ. ⁊ ſaluabo vos ab omnibus inq̃namẽtis vr̃is. ¶ Itẽ iſte ſaluat a tribulatiõibus tꝑalib⁹. Iſte eſt eñ ſicut lapis qui dicit̃ cerauni⁹: vel ſicut lignũ arboris que dicitur laurus quorũ p̃ſentia ſaluat ⁊ ſeruat hoïem a fulgure ⁊ tẽpeſtate. Quia ſcilicet nulla tẽpeſtas tribulationũ tẽporalium nocet homini quem domin⁹ ꝑ p̃ſentiam ſue gr̃e ſaluare voluerit. Exẽplum habemus de martyrib⁹. vñ apoſtoli ſentiẽtes tempeſtatẽ maris dixerunt Mat. viij. Dñe ſalua nos. perimus. Et ſequit̃ ꝙ impauit ventis ⁊ mari: ⁊ facta eſt trãquillitas magna. Ipſe eñ ſaluat a tribulationibus: vel eos tollẽdo vel temperando. vel in eis patiendi fortitudinẽ cõcedẽdo. vel illos q̃ inferũt ipſos ſubtrahẽdo vel auferẽdo. vñ in pſ. dicit̃. Saluaſti eñ nos de affligentib⁹ nos: ⁊ odiẽtes nos diſꝑdidiſti. vnde Eſa. xliij. Ipſe valde conſolatorie loquit̃ cuilibet tribulato ſic dicens. Noli timere ſeruus meus iacob q2 ego tecum ſum. Cum tranſieris ꝑ aquas tecum ero ⁊ flumina nõ opient te. Cum ambulaueris ꝑ ignẽ. nõ combureris ⁊ flãma non ardebit in te. q2 ego dominus deus tuus iſrael ſaluator tuus. ¶ Item iſte ſaluat ab infectionib⁹ criminalibus. ideſt a peccatis. Mat. j. Iſte ſaluũ faciet populũ ſuuꝫ a peccatis eoꝝ. ¶ Itẽ ipſe ſaluat a paſſionib⁹ corporalib⁹. vñ Mar. vj. Quicũq̃ eum tangebant ſalui fiebant ab infirmitatib⁹ ſuis. Sic igitur pꝫ quõ ſaluat diuina probitas D
ꝑ hoſtium ſuꝑationem. dominum inquit. ¶ Tertio dico ꝙ hoïeꝫ ſaluat diuina caritas ꝑ carnis intuitionẽ. ⁊ hoc oſtendit̃ cum dictum eſt: facie ad facieꝫ. Iſte eñ eſt ſicut caladrius qui ĩfirmũ ſaluat ⁊ ſanat qñ faciẽ ſuam ſibi vertit: ⁊ viuet qñ facie ad facieꝫ ipm ſpectat. Sic vere deus tũc humanum genus ꝓprie ſaluauit: qñ ꝑ beatam incarnationẽ faciẽ ſuaꝫ ꝑſonalr̃ declarauit. ⁊ quando facie ad faciẽ mũdum vidit. Iſtud bñ videbatur dauid ꝓtendiſſe cuꝫ dicebat in pſalmo. Ueni ad liberandũ nos dñe deus virtutũ. oſtende faciem tuam ⁊ ſalui erimus. Ueni inquit: ſupple ꝑſonaliter carnem aſſumẽdo: quia ſcilicet fili⁹ hominis venit ſaluare quod perierat Mat. xviij. Et Luc. xix. dicitur. Quod filius hominis non venit animas perdere: ſed ſaluare. Sciẽs enim filius dei. quia vana ſalus hominis: ⁊ quia longe a peccatorib⁹ ſalus. opatus eſt ſalutem in medio terre. vt ſcilꝫ ipſe daret ſalutẽ regibus. ⁊ redimeret dauid ſeruũ ſuum. Uñ nota ꝙ tũc tẽporis ipſe ſaluauit mundum.

A dyaboli poteſtate.
Ab inferni captiuitate.
A peccati malignitate.

¶ Saluauit dico mũduꝫ a dyaboli poteſtate. Eſa. xlix. Quod oblatum fuerit a robuſto ſaluabitur. ¶ Itẽ a captiuitate inferni. Hiere. xxx. Saluabo te de terra longinqua. ¶ Iteꝫ a malignitate peccati. vnde. j. Tymoth. j. Dominus ieſus xp̃s venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. Saluat igitur homineꝫ diuina caritas ꝑ carnis intuitionẽ. facie ĩquit ad faciẽ. De quo Soph. iij. Do-
minus deus tuus in medio tui fortis ipſe ſaluabit. E
¶ Sed quarto dico ꝙ ſaluat hominem diuina largitas per celi retributionem: ⁊ hoc oſtenditur cum dicitur. ſalua eſt inquit anima mea. Iſta autem ſal⁹ fiet ſpecialiter in iudicio: quando ſaluatorem expectam⁹ dominum noſtrum qui reformabit corpus humilitatis noſtre. Phyl. iij. Tunc enim ſaluabitur populus omnis qui inuent⁹ fuerit ſcriptus in libro vite. ſicut dicitur Daniel. xij. Et poſſumus notare. ꝙ iſta ſalus eterna dabitur finaliter. ſcilicet.

Peccata fugientibus.
Tormenta ſuſtinentibus.
In deo confidentibus.
Dominum inuocantibus.
Humiliter conuerſantibus.
Carnaliter continentibus.
Perfecte penitentibus.
Pacifice quieſcentibus.



Ayuntamiento de Madrid

Integre confitentibus.
Limpide contemplantibus.
Canonice ſubintrantibus.
Iuſtifice cogitantibus.
Seipſos contemnentibus.
In fide permanentibus.
Baptiſmum profitentibus.
In finem ptingentibus ſeu pſeuerantibus.

¶ Dico ꝙ deus ſaluat peccata fugientes Ezech.vij. Qui fugerint ſaluabunt vnde dicebat dauid.j.Reg. xxvij.Melꝰ eſt vt fugiã ⁊ ſaluer. ¶ Itẽ ſaluat tormẽta ſuſtinẽtes Thobie.xiij.Tu flagellas ⁊ ſaluas:deducis ad iferos ⁊ reducis.mat.x.Qui pſeuerauerit vſqʒ in finẽ ſaluus erit. ¶ Itẽ ſaluat in deo cõfidẽtes.vnde pſal.Saluabit eos q2 ſperauerunt in ſe. ¶ Itẽ ſaluat dominum inuocantes.pſ.Clamaui ⁊ dominus ſaluabit me.Et Ioelis.ij.Omnis qui iuocauerit nomẽ dñi ſaluus erit. ¶ Item ſaluat humiles ⁊ timentes pſal. Humiles ſpiritu ſaluabit. ¶ Itẽ ſaluat caſtos ⁊ continentes.Prouerbio.ix.Qui abſceſſerit ab ea.ſ.a mala muliere ſaluabitur. ¶ Item ſaluat perfecte penitentes.vnde Eſa.xlv.Cõuertimini ad me:ſupple per penitentiam ⁊ ſalui eritis. ¶ Item ſaluat in pace q̄eſcentes.Eſa.xxx.ca.Si reuertimini ⁊ quieſcatis ſalui eritis. ¶ Itẽ ſaluat integre confitentes. Hiere.xxxij. ⁊.xxxiij.In diebus illis ſaluabitur iuda.que interpretatur confitens. ¶ Item ſaluat limpide contemplantes.pſ.Dabo in ſyon ſalutem.⁊ in hieruſalem gloriã meam.Syon eñ interp̃tatur ſpecula. ¶ Item ſaluat debite ſubintrantes.ſcʒ in eccleſiaʒ ⁊ in bñficia. Ioh. x.Per me ſi q̄s introierit ſaluabitur. ¶ Itẽ ſaluat iuſte ⁊ ſancte cogitantes.pſ.Saluos facit rectos corde. De corde aũt exeunt cogitatiões.Matthei.xv. ¶ Itẽ ſaluat ſeipſos affligentes.Luce.ix.Qui ꝑdiderit animam ſuam propter me.ſaluam faciet eam. ¶ Itẽ ſaluat in fide permanentes.vnde Luce.vij.Fides tua te ſaluam fecit. ¶ Item ſaluat baptiſmum profitentes. Tytum.iij.Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis ⁊ renouationis. ¶ Item ſaluat ſemꝑ pſeuerantes.vnde Matthei.xxiiij.Qui autem perſeuerauerit vſqʒ in finẽ:hic ſalꝰ erit.Ecce igitur cariſſimi: quot genera perſonarum ſaluat dominus ineternũ.Quia ſicut dicitur Eſaie.xlv.Iſrael ſaluatus eſt in domino ſalute eterna.Et ſic igitur patet cariſſimi:quomodo inuenitur quadruplex ſalus.ſ.ſalus diuine largitatis ⁊ retributiõis.ſalus diuine caritatis ⁊ intuitiõis.ſalꝰ diuine poteſtatis ⁊ liberatiõis.ſalꝰ diuine bonitatis ⁊ illuſtrationis.Et ſic ſufficit.Vide de liberare ⁊c.

A

## Salutare.

bent pulmonem: habēt medullam: habēt cor: q̄ tn̄ nō
habētibus deficere dinoſcūtur. Sic vere chariſſimi il
li qui in ſe habēt ſanguinem xp̄i: ꝑ deuotionē ⁊ com
paſſionem: ſunt in virtutibus maiores: in moribus
meliores ⁊ in viribus fortiores: intantū ꝙ iſti habēt
cor diſcretionis ad recte meditandum. pulmonem de
uotionis ad ſanctum ſpiritum attrahendū: medullā
compaſſionis ad benigniter alijs ſuccurrendum ⁊ ad
alios miſericorditer nutriēdum. Quia breuiter talis
ſanguis eſt cauſa vite: cauſa clementie: cauſa vigoris
⁊ cōſtantie cōtra dyabolum. Cauſa vite dico. Ezechi.
xvj. Dixit tibi in ſanguine tuo.ſ. viue. Clementie etiā
Roma.iij. Poſuit deus ꝓpiciatorem ī ſanguine. Cō
ſtantie inſuper. Unde.j. Macha.vj. ꝙ elephantibus
pugnaturis: vt ſcʒ ad prelium animarentur oſtderūt
eis ſanguinem vue ⁊ mori. Habeamus igitur in mēte
iſtud teſtamentum.ſ. ſanguinem xp̄i ⁊ eius paſſionē
q̄r.ſ. ſine iſto teſtamēto.i. ſine iſtius ſanguinis memo-
ria: impoſſibile eſt hereditatē paradiſi haberi vl' ad
gloriam celi adipiſci. Ad Hebreo.ix dicitur ꝙ teſtamē
tum in mortuis confirmatum eſt. Unde nec primum
quidem ſine ſanguine dedicatum eſt. Patet igit̄ cha
riſſimi: ꝙ ſanguis xp̄i Reſtaurauit eternā heredita
tem. Uacuauit inferni ꝓfunditatē. Diſſoluit noſtrā
captiuitatem. Expiauit omnem iniquitatem. Et iſta
ſunt quatuor membra autoritatis. Patet igitur ꝙ in
f ſcriptura inuenitur ſanguis valoris precioſiſſimi.
¶ Secundo principaliter dico: ꝙ in ſcriptura inuenit̄
ſanguis dulcoris virtuoſiſſimi.ſ. ſanguis gratie. Gr̄a
enim eſt in anima ſicut ſanguis in corpore: q̄r.ſ. ſicut
ſanguis corpori dat vitam: ſic gratia anime. Et ſicut
videmus: ꝙ ſanguis cauſat in carne calorem. in vultu
ruborem. in actu vigorem. in intellectu ſubtilitatē. in
affectu pietatem. in manu largitatem. in voce iocūdi
tatem. Sic vere diuina gratia cauſat interius: calorē
charitatis. Exterius calorē ſeu ruborem verecūde ho
neſtatis. Uigorem virtuoſe operationis ⁊ probitatis.
Splendorem diſcrete ſubtilitatis. Dulcorē pietatis
Ualorem largitatis. Canorem iocūditatis. Unde ver
ſus. Naturales dicūt ꝙ ſanguineus eſt. Larg⁹ amās
hilaris cātans rubeiq; coloris: ⁊ breuiter ſanguis iſte
eſt vita ⁊ ſpūs ipſius anime. Quia ſicut dicitur Leui.
xvij. Anima omnis carnis in ſanguine eſt anima inq̄t
Iuxta illud. Ezech.xvj. In ſanguine tuo viue. Corpus
enī ſi perdat ſanguinem ſtatim moritur: ſic anima q̄
per peccatum perdit gratiā. Quia ſicut dicitur Eze-
chel.xviij. Anima que peccauerit ipſa moriēt. Et ad
uerte ꝙ ſm̄ Auicēnam: animalia carentia ſanguine
multo plures habent alas ⁊ pedes: quam animalia
ſanguinem habentia: ſicut patet de iſtis vermibus:
erucis. papilionibus: ⁊ ſimilibus. Tanta eſt virtus

ſanguinis: vt dicit: ꝙ natura in animalibus haben-
tibus ſanguinem per pauciora inſtrumēta poteſt ope
rari quā in nō habentibus per plura. Ad denotandū
ꝙ ſanguis gratie facit animam paucioribus eſſe cō-
tentam. illi autem qui iſto ſanguie carent ſcilicet pec
catores multis abundāt pedibus malarum affectio-
num: ⁊ multis alis diuitiarum ⁊ temporalium poſ-
ſeſſionū. Ideo bene dicitur. Deutero.xxxij. Nō deus
cōſtituit populum ſuum ſuper excelſam terram vt ſu
geret mel de petra ⁊ vt ſanguinem vue biberet mera
ciſſimum. Iſte eſt ergo ſanguis dulcoris virtuoſiſſimi
ſcilicet ſanguis gratie. ¶ Tertio principaliter dico G
ꝙ in ſcriptura inuenitur ſanguis doloris luctuoſiſſi
mi: ⁊ iſte ſanguis eſt mors ⁊ pena martyrum ⁊ bono-
rum: que per ſanguinem denotatur: quia ſcilicet ſan-
guis nō ſine dolore extrahitur: ⁊ per extractionē ho-
mo moritur. Et ideo per ſanguinem mors ⁊ pena me
rito deſignatur. de quo Gene.iiij. Uox ſanguinis fra
tris tui abel clamat ad me de terra. Effuſio enī ſan-
guinis iniuſta ſemper clamat iuſtitiam ⁊ vindictam
ad cuius clamorem deus taliter excitatur: ꝙ ſine vin-
dicta tranſire effuſionem ſanguinis nō patitur. Iu-
xta illud pſalmi. Ultiuo ſanguinis ſeruorum tuorū:
qui effuſus eſt introeat in conſpectu tuo. Unde etiā
ipſe dominus dicit. Gen̄.ix. Quicunq; fuderit huma
num ſanguinem. fundetur ſanguis ipſius. Et qd̄ plus
eſt ipſe dicit illud: ꝙ non tantum de manibus homi-
num. ſed etiam de manibus beſtiarum eſt vīdicta hu
mani ſanguinis requirēda. Unde etiam de harpia le
gimus: ꝙ cum hominem occiderit: tandem vidēs vul
tum ſuum virgineum in aqua: ⁊ perpendēs animal
ſibi ſimile occidiſſe: intantum dolet ꝙ mori dicitur
pre dolore. Dei etiam iuſtitia nō patitur quin qui ho
minē iniuſte occiderit. morte cōſimili ledatur. Apis
enim que aculeum infixerit: nequaquā amplius fru
ctum facit: quinimo cito moritur atq; perit. Sic vere
homo qui gladio animam pungit: morti neceſſario
ſubiacebit. quia ſicut dicitur Mathei.xxvj. Qui gla
dio percuſſerit: gladio peribit. Quod tamen nō attē-
dunt quidam qui ad ſanguinem fundendum contra
naturam inclinantur ⁊ in occidendo ⁊ vulnerādo ali-
os delectantur: et ſcire vel poſſe interficere glorian-
tur. Iſti ſunt quorum pedes ad malum currūt ⁊ feſti-
nāt vt effundāt ſanguinem. Prouerbiorum.j. Iſti de
berēt attendere: ꝙ animalia crudelia q̄uis ſitiāt ſan
guinem: nunꝙ tamē ſitiunt ſanguinem aliorum ſibi
ſimiliū. quia ſcilicet animalia ſui generis vel ſue ſpe
ciei nō occidunt. Iſti tamen illos qui ſunt eiuſdē na
ture cum eiſdem et chriſtiani homines ſicut ipſi. vul-
nerāt et occidūt: alios vero qui ſunt ſibi diſſimiles ī
moribus et ī fide: videlicet ſaracenos: cōtra quos de-
berent vertere iram ſuam. nō fatigāt neq; ledūt. Iſti
aſſimilantur quibuſdam hominibus cuiuſdam pa-
trie: quam Solinus lib. de mi. mun. notat de quibus
dicit ibidem ꝙ ſunt famuli dee martis: et in honore
ipſius enſes adorant et homines ipſis enſib⁹ ſacrifi
cant: et humanum ſanguinem eis. Et reuera chariſ-
ſimi tales ſunt illi: qui de enſibus faciunt deos ſuos
qui plus gloriantur in enſibus et lanceis: quam ī qui
buſcunq; bonis operibus. Iſti enim homines ſacri-
ficant ipſos impie occidendo: et per enſes eorum ſan-
guinem effundendo. Iſti enim ſunt qui immolant ho
mines vitulos adorantes. Oſee.xiij. Iſti ſunt qui ef-
fuderunt ſanguinem innocētem: ſanguinem filiorum
ſuorum: et filiarum ſuarum quas ſacrificauerunt
ſculptilibus Chanaam. pſal.cv. Et ideo hodie inter-
fecta eſt terra a ſanguinibus. q̄m maledictum: fur-
tum. adulterium et mēdacium inundauerūt ſuper ter
ram: et ſanguis ſanguinem tetigit. Oſee.iiij. Iſte eſt
igitur ſanguis doloris: qui eſt luctuoſus. ¶ Quarto
dico ꝙ in ſcriptura inuenitur ſanguis ſudoris qui eſt
laborioſus. Et iſte eſt ſanguis ſubſtantie temporalis
que ꝓ eo ſanguis dicit̄ ꝙ humana vita ex eo ſuſtentat̄

Ayuntamiento de Madrid

Uerũtamen ſicut videmus: ꝙ aues impie ſanguine vi
uunt. ⁊ hoc cum alieno non ſuo: ⁊ tamen ille aues no
biles nuncupant. Sic homines iniqui de ſanguine in
nocentium. i. de ſubſtantia pauperum viuunt: ipſumq́
vel ꝑ rapinam vel per vſuram deuorant ⁊ ebibunt: q̇
dam. ſ. violenter ⁊ aperte deuorando per rapinã more
leonis. De quo Nume. xxiij. Nõ accubabit leo donec
rapuerit predam ⁊ occiſoꝝ ſanguinem bibat. Quidam
occulte ⁊ fraudulenter ſugendo: ꝑ auariciam ⁊ vſuram
ſicut ſanguiſuga. Unde ꝓuer. xxx. Sanguiſuge due fi-
lie ſunt dicentes. Affer affer. Sanguiſuge enim ſunt
vſurarij. qui impceptibiliter ſanguinem temporalis
ſubſtantie nobis auferunt. ita ꝙ exinde nobis vacua-
tis ipſi groſſi ⁊ pleni fiunt. Eſai. j. Manus veſtre ſan-
guine ſunt plene. ⁊ Eſai. xv. Aque dibon replete ſunt
ſanguine. Iſti ſunt qui vehementer emungunt. ⁊ ideo
eliciunt ſanguinem. Prouerbio. xxx. Iſti ſunt viri ſan
guinum ⁊ doloſi: qui vt cõmuniter nõ dimidiant dies
ſuos. Iſta potiſſime ſunt contra crudeles principes ⁊
prelatos: qui ſunt ſicut leo ⁊ Aq̄la: que reges ſunt ani-
maliũ ⁊ auiũ: qui ipſa q̄bus principant̄ ſolent occide
re: ⁊ ſe de coꝝ ſanguine impinguare. Sic vere iſti ad
hoc vident̄ eſſe reges ⁊ principes alioꝝ. vt eos per in-
iuſtas exactiones temporaliter occidant: ⁊ de ſangui
ne ſue temporalis ſubſtãtie ſe impleant. ⁊ de hoc Ju-
dith. viij. Jam ordinant vt occidant pecora ſua ⁊ ſan-
guinem eorum bibãt. Iſte eſt igitur ſanguis ſudoris:
qui eſt laborioſus. Et ſic patet: ꝙ ſanguis in bono ſi-
I gnificato ſignat multipliciter in ſcriptura. ¶ Sed ad
huc in malo ſignificato: nota ꝙ in ſcriptura multipli
citer malus ſanguis inuenitur. videlicet Sanguis.
Luxurie ⁊ carnalitatis.
Nequicie ⁊ iniquitatis.
Seuitie ⁊ crudelitatis.
Item inuenitur ſanguis carnalitatis ⁊ luxurie. Per
ſanguinem enĩ intelligitur pctm̃ luxurie qḋ ad modũ
ſanguinis maculat ⁊ corrumpit. Unde de luxurioſo
poteſt dici illud: qḋ de Holoferne a muliere occiſo dr
Judith. xiiij. Nõ inuenerũt cadauer ſine capite holo
fernis in ſuo ſanguine volutatum. Iſti enim videntur
ſimiles illi ſerpẽti qui dicitur emorrois. qui morſu fa
cit ſanguinem fluere vſq; ad mortẽ. Quia. ſ. quos dya
bolus ꝑ tẽtationem luxurie momorderit: fluxu ſangui
nis carnalis voluptatis ipſos inficit ⁊ corrũpit. Exo.
iiij. Quicquid hauſeritis de flumine vertetur in ſan-
guinem. Tamẽ ſancti ⁊ iuſti bene cauent ab iſto fluxu
ſanguinis. Habent enĩ lapidem precioſum topazion
qui dicitur ſanguinem ſtringere. Hoc eſt dictu virtutẽ
caſtitatis: que nõ permittit iſti9 ſanguinis corruptio
nem ſentire: q2. ſ. iſti non ex ſanguinibus neq; ex volũ
tate carnis neq; ex volũtate viri: ſed ex deo nati ſunt.
Johã. j. Iſte eſt ſanguis carnalitatis ⁊ luxurie. Iſte
autem ſanguis non ſolum ſe extendit ad luxurie in-
fectionem. immo etiam ad nimiam carnis affectiõem
Sanguis enĩ ſi ſuꝑabundet. dicit̄ oculos obſcurare.
acutiem etiam gladij dicit̄ hebetare. Sic vere ſanguis
carnalis affectionis: oculũ recti iudicij ꝑuertit ⁊ acu
tiem iuſtitie cõfundit. Unde Petro dictum eſt. Mat.
xvj. Beatus es ſymõ bariona: quia caro ⁊ ſanguis nõ
reuelauit tibi. ¶ Item inuenitur ſanguis iniquitatis
⁊ nequicie: ⁊ ille eſt ſanguis iniquitatis culpe. qui i fi
ne corrumpit animam: de quo. Eſai. lix. Manus veſtre
pollute ſunt ſanguĩe. ¶ Itẽ iuenit̄ ſanguis crudelita
tis ⁊ ſeuicie: ⁊ ſm̃ hoc viri impij ⁊ crudeles dicuntur
viri ſanguinum ſeu viri ſanguinolẽti: qui ꝓ nummo
habent fundere ſanguinem. de quo dicitur. iij. Reg. ij
Effuderunt ſanguinem belli in pace. ⁊ tñ iſti deberent
timere illud. Eſai. ix. vbi dr. Nõ veſtimẽtum mixtum
ſanguine erit in combuſtiõem ⁊ cibus ignis. Sed de
iſto ſanguine ſupra viſum eſt ſufficit.

## A Sapientia. ſapiens.

Nota ꝙ ſapiẽ
tia dicitur a ſa
pere. ⁊ etiam a ſapore. ſm̃ Iſid. in li. ethi. Quia inquit
ſicut guſtus dr a diſcretione ciborum: ſic ſapiẽtia a co
gnitione rerum ⁊ cauſarum. Et eſt drĩa inter ſapiẽtiã
⁊ ſcientiam ⁊ prudentiam. Quia ſapientia ꝓprie dr d
eternis ⁊ intellectualibus. Scientia de naturalibus ⁊
rationalibus. Prudentia vo de hũanis ⁊ agibilibus.
Sepe tñ fit ꝙ ſapientia accipitur ꝓ quolibet p̄dicto
rum. Et ideo notemus ꝙ in ſcriptura multiplex ſapiẽ
tia inuenitur. ſ. ſapientia.

| | |
|---|---|
| Increata. | Prima eſt diuina ⁊ ſuperior. |
| Illuſtrata. | Scda eſt humana ⁊ interior. |
| Obfuſcata. | Tertia eſt mũdana ⁊ exterior |
| Deprauata. | Quarta eſt dyabolica ⁊ iferior ſeu |

deterior. ¶ Eſt dico ſapientia ſuperior q̄ eſt increata
⁊ ſic ſapiẽtia nihil aliud eſt q̄ꝫ perſona filij: q2 ſcilicet
ſapiẽtia; fili9 eſt patris. Ille enĩ eſt ſapiẽtia. Increata
Incarnata. Inſcrutabilis. Infallibilis. ¶ Increata di
co de quo. Eccli. xxiiij. Sapientia laudabit aiam ſuam
⁊ ſequitur. Ego ex ore altiſſimi ꝓdij p̄mogenita ante
omnem creaturam. Incarnata. Job. xxxviij. Quis po
ſuit in viſceribus hoīs ſapientiam. ¶ Inſcrutabilis
etiam. Unde ad Ro. xj. O altitudo diuitiaꝝ ſapiẽtie
⁊ ſcientie dei q̄ꝫ incomꝓhenſibilia ſunt iudicia eius et
inueſtigabiles vie eius. ⁊ Eſai. xl. Neq; eſt inueſtiga-
tio ſapientie eius. ¶ Infallibilis inſuꝑ. Quia ſicut
dicitur in pš. Sapiẽtie eius nõ eſt numer9. ⁊ ſic deus
habet ſapiẽtiam. increatam quantum ad paternã ge
nerationem. incarnatam quantum ad maternam ob
umbrationem. inſcrutabilem quantum ad iudeorum
execationem. infallibilem quantum ad creaturarum
diſpoſitionẽ. Quia breuiter iſte ſapiẽs corde eſt ⁊ for-
tis robore. Iſta eſt ergo ſapientia increata: que eſt ſu-
perior: ſed quia indignus ſum aperire os ad loquẽdũ
de iſta ſapiẽtia infinita. iuxta illud. Prouerbio. xxiiij.
Excelſa eſt ſtulto ſapientia. in porta nõ aperiet os ſu
um ideo pretermitto. ¶ Eſt etiam ſapiẽtia illuſtrata
que eſt interior. ⁊ iſta eſt ſapiẽtia virorum ſanctorum
⁊ iuſtorum q̄ ſciũt ⁊ ſapiũt illa que pertinẽt ad ſalutẽ
de quibus Prouerbio. xxiij. Eſto ſapiens ⁊ dirige ĩ via
animam tuam. ¶ Eſt inſuper ſapiẽtia excecata que
eſt exterior. ⁊ iſta eſt ſapiẽtia mũdi: que q̄ꝫuis videat̄
eſſe videns. eſt tamen ceca in illis que pertinent ad ſa
lutem. de quo. j. Corin. iij. Sapiẽtia huius mũdi ſtul-
titia eſt apud deum. ¶ Et eſt ſapiẽtia deprauata: ⁊ iſta
eſt ſapientia dyaboli. que quamuis de ſe ſit valde lim
pida: eſt tamen per maliciã valde turbida. Unde dya
bolo dicit̄. Ezechie. xxviij. Perdidiſti ſapientiam in
decore tuo. Quia ſicut dicit̄. Jaco. iij. Iſta eſt ſapiẽtia
terrena animalis ⁊ dyabolica. His igitur premiſſis ⁊
omiſſis: dicamus ſolum de illuſtrata ſapiẽtia ſcilicet
vera ⁊ vana: diuina ⁊ mundana. Et dicamus ꝙ ſapiẽ-
tia eſt virtus per quam anime res ſapiũt prout debẽt
⁊ ſic ſapientia dicitur a ſapio. pis. quia res ei ſapiunt
prout ſunt. ſm̃ Bern. Uel a ſapore. quia iſta diſtigut
de ſapore ſeu de virtute ⁊ conditione rerum. Unde ec-
cleſiaſti. vj. dicit̄. ꝙ ſapientia ſm̃ nomen eius. ſapidã
habet ſcientiam. Et Bernar. dicit. Inueniſti inquit
ſapientiam ſi prioris vite peccata defleas. ſi huius ſe
culi deſideria paruipendas: ſi eternam beatitudinem
toto deſiderio concupiſcas: inueniſti ſapientiam ſi
horum tibi ſingula ſapiunt prout ſunt. Iſta eſt igitur
ſapientia proprie ſapida ſcilicet conſiderare et cogno
ſcere vnamquamq; rem ſm̃ ſuum valorem: et iſtam
ſapientiam proculdubio debemus habere. ipſamq;
ſi defuerit procurare. Etiam animalia bruta quodam
inſtinctu nature dãt nobis exemplum intendendi ſa-
pientie. ſciunt enim nociua fugere: remedia querere:
et contra pericula futura vtilia procurare. Nociua
dico fugere. Unde de apibus legimus qḋ ꝙ loca feti-
da fugiunt et dimittunt. Remedia querere ⁊ cetera.
Unde de ceruo legimus: qḋ ſi vulneratus fuerit. ye-
ptannum comedit: et de corpore ſagittam expellit.
De Cane etiam. qui gramen comedit. Et ſic humo
res corruptos euomit: et periculum euadit. Utia
etiam

etiam pcurare. Unde de formica videmus: ꝙ sapiēter illud in hyeme comedit quod in estate congregauerat. Idcꝫ legitur de mure auentano. ꝗ dicit marmota Et ideo ad considerandū istoꝝ sapientiā monet sapiēs Prouer. vj. Uade ad formicam o piger ꝛ considera vias eius: ꝛ disce sapientiam. Exēplo igit istoꝝ ꝗ sapiēs esse voluerit: vitiorum pericula precauebit: ꝛ si peccare eum contigerit. penitentie remedium adhibebit: ꝛ contra futura infortunia virtutum copiā cōgregabit ꝛ spūalia comoda pcurabit. Et sic dr̄. Prouer. x. Qui congregat in messe filius sapiēs est. ¶ Ubi aduerte ꝙ tria requirunt ad hoc: ꝙ sapiens possit qs esse. vicꝫ. Subiugatio ppꝛie affectionis. Emulatio moralis pfectionis. Uendicatio finalis saluationis. ¶ Primū pbat nomen subiectiuū filius. Scōm nomen coniunctiuum. congregat. Tertiuꝫ nomē refectiuū. in messe qꝛ pculdubio ad sapientem ptinet. Humiliter affect⁹ subiugare. fili⁹. Utiliter virtutes cōiungere. ꝛ cōgregat. Fertiliter premia reportare. in messe. ¶ Per primum vitia corriguntur. Per scōm merita colligunt. Per tertium premia eligunt. ¶ Dico primo ꝙ sapiētes debēt subiugare cordis affectionem: qđ ostendit cum dicit. fili⁹. Filius eīm est nomē timoris. obedientie. subiectionis ꝛ discipline. Filius eīm naturaliter est subditus pr̄i suo: ad denotandum ꝙ ille qui vult esse sapiens. debet se subijcere deo prelato ꝛ alijs maioribus. ꝛ affectionem cordis sui dꝫ ꝑ rationē frangere: et ipsam rationis legibus subiugare: sicut eīm dicit prouer. x. Filius sapiens letificat pr̄em. Et idō puer. xxiij. docet hominem esse sapientē ꝛ filiū dei. Audi fili mi ꝛ esto sapiens ꝛ dirige in via aīam tuam. Sequit Audi prēꝫ tuū ꝗ genuit te ꝛc. Null⁹ eīm ppꝛie pōt esse sapiens: nisi sit filius. i. nisi sit sub discipline regulis cōstitutus: ꝛ ideo ꝗ nulli volunt subesse. neqꝫ aliquibus legibus subiacere: ꝛ ppꝛie prudētie consentire. ꝛ sibi soli credere. nunqꝫ possunt esse sapientes. Talibus dr̄. Esai. v. Ue qui sapientes estis in oculis vestris: ꝛ corā vobisinetipsis prudentes. Isti sunt ꝑsumptuosi qui oīa volunt facere ꝓm proprium caput: ꝗ similes sunt freneticis: quib⁹ videt ꝙ ipsi vident mirabilia: ꝗuis penitus nihil videant: nec possibile est ꝙ aliud detur eis intelligere: ꝙ qđ in fantasia cōceperūt. Tales sunt multi ꝗuis nihil penitus sciant. ipsi tñ credūt se mirabilia scire: quinimo alioꝝ sapientiā solēt cōtemnere: ꝛ suam ꝗ nulla est solent alijs anteferre. Contra istud dicit. j. Corin. iij. Si quis vult sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat vt sit sapiens. Et puer. iij. dicit. Ne sis sapiens apud temetipsuꝫ: ne innitaris prudentie tue sed sapientie tue pone modū. Dico igit: ꝙ ille ꝗ vult esse sapiens: dꝫ subiugare cordis elationem. Filius inquit. Et nota si vis ꝙ ad filium sapientem Pertinet.

Diligenter audire.
Dulciter assentire.
Supbe non sentire
Maiori obedire.
Cum bonis cōuenire.

Ista eīm quinqꝫ faciunt hominē sapientē. s. diligenter audire. Eccli. vj. Si dilexeris audire sapiēs eris. Idē consulit. Prouer. xxij. Fili mi inclina aurem tuam et audi ꝟba sapientum. Itē dulciter assentire. pertinet eīm ad sapientem nō repugnare omnibus que dicunt sed assentire his ꝗ fuerint rōnis. vñ Thob. iiij. Consilium a sapiente ꝑquire. ꝛ Eccli. iiij. Sapientia ꝛ scientia sensus ꝛ doctrina in ore sensati. Sequit. Non contradicas ꝟbo veritatis vllo modo. ¶ Item sapientis est superbe non sentire. Uñ Job. xiij. Utinaꝫ taceretis vt putaremini sapientes. ¶ Item sapientis est maiori obedire. de quo puer. xxviij. Qui custodit legem filius sapiens est: custodit legē inqt. i. ꝗ obedit legislatori. ¶ Itē sapiēs est cū bonis ꝯuenire. puer. xiij. Qui cū sapientib⁹ gradit sapiens erit. Et sic pcerto ꝗ ista quinqꝫ habuerit: fili⁹ sapiens erit. ita ꝙ de ipso poterit dici illud. ij. paral. ij. Bñdictus dn̄s ꝗ dedit dauid filiū sapientē ꝛ eruditū. Pꝫ igit ꝙ ad sapiētes ptinet subiugare cordis affectionem vel mentis elationem: filius inqt. ¶ Secundo dico ꝙ ad ipm ptinet emulare morum pfectionē. cōgregat inqt: qꝛ. s. aīalia prudentia cōgregant flores ꝛ mella sicut apes: ꝛ sicut herici⁹ cōgregāt poma. sicut formica ꝗ cōgregat grana. Congregare eīm est officiū sapientū. sicut dispergere stultoꝝ. Qꝛ vere si sapiētes esse voluerim⁹: debem⁹ flores gratiaꝝ: grana meritorum: poma ꝛ mella virtutū in persona ppꝛia cōgregare: cōgregat inqt. Uñ puer. vj. Uade inqt ad formicam o piger ꝛ disce sapientiam: ꝗ cum non habeat ducem: aut preceptorem: nec principem: parat in estate cibū sibi: ꝛ cōgregat in messe qđ comedat in hyeme. Et possum⁹ notare ꝙ sapiētes dn̄t cōgregare ꝛ accumulare in seipis Uirtutem.

Amoris.
Timoris.
Uigoris.
Doloris.
Fidelitatis.
Humilitatis.
Sedulitatis.
Taciturnitatis.
Patientie ꝛ stabilitatis.
Seueritatis.

Isti ergo aggregāt ꝟtutē amoris ꝛ dilectionis. qꝛ isti sunt ꝗ sicut dicit. puer. vij. Dicūt sapientie soror mea es. ꝛ prudētiā vocaui amicā meā. ¶ Itē ꝟtutē timoris ꝛ cōcussionis: qꝛ sicut dicit i. ps. Et puer. j. Principiū sapiētie est timor dn̄i. ¶ Itē ꝟtutē vigoris ꝛ durationis puer. xxiiij. Uir sapiēs fortis est vir doctus robust⁹ et validus. ¶ Itē ꝟtutē meroris ꝛ cōtritionis. Qꝛ sicut dicit. Eccles. vij. Cor sapiētis vbi tristitia. ¶ Itē aggregant ꝟtutem fidelitatis. ps. Testimoniū dn̄i fidele sapientiam ꝑstans paruulis. ¶ Itē virtutē hūilitatis: puer. xj. Ubi humilitas ibi ē sapientia. ¶ Itē ꝟtuteꝫ sedulitatis: qꝛ. s. sapientes sunt seduli ad obediēdum deo ꝛ ad mandata ipsius faciēdū. vñ. Exo. xxxv. Quis vr̄m est sapiens veniat ꝛ faciat quod dn̄s imperauit. ¶ Itē ꝟtutē taciturnitatis. Eccli. xx. Hō sapiēs tacebit vsqꝫ ad tp̄s. quinimo sicut dr̄. puer. xvij. Sstultus etiam si tacuerit sapiēs reputabitur. Naꝫ vt dr̄. Eccli. xxj. In corde sapientū os illoꝝ. ¶ Itē virtutē patiētie ꝛ stabilitatis: sicut dr̄. puer. xix. Si corripueris sapientem intelliget disciplinā. ꝛ Prouer. ix. Argue sapiētem ꝛ diliget te. ¶ Itē virtutē seueritatis. puer. xx. Dissipat impios vir sapiēs. Pꝫ igit: ꝙ ad sapiētē ptinet cumulare moꝝ pfectionē. cōgregat inqt. ¶ Tertio dico ꝙ ad sapientē ptinet vendicare vite saluationē: in messe inqt. Ille eīm ppꝛie est sapiēs ꝗ de pmissis suis scit bonā cōclusionem eligere: ꝛ ꝗ de opibus suis scit finem vtilē attingere ꝗ etiā de oīb⁹ ꝗ facit scit lucruꝫ ꝛ pmiū acqrere: ꝛ ꝗ ꝑ oēs vias quas tendit scit ad debitum portū ꝛ terminū puenire. Et pculdubio sapiēs est ille: ꝗ scit taliter ordinare se actus ꝛ affectus suos: ꝙ finem. terminū. portū cōclusionē ꝛ pmiū glīe paradisi nouit finaliter reportare ꝗ oīa ostendunt: qñ dicitur in messe. Messis. n. ꝗ est tp̄s in quo fit recollectio fructuū. ꝛ in quo agricola recipit pmiū ꝺ laboribus totius anni. signat paradisuꝫ in quo fructus glīe colligunt: ꝛ in quo labores hui⁹ vite remunerant. puer. vj. Cōgregat i messe vt comedat. Ista ē eīm messio multa: opari tñ pauci. Mat. xj. Qꝛ. s. soli sapiētes istā messeꝫ recolligūt: ꝛ ad istam pueniūt ꝛ attingunt. iuxta illud. puer. iij. Gliam sapientes possidebūt: stultoꝝ exultatio ignominia. Ista est eīm vltima ꝛ optima sapiētia: de ꝗ dr̄. Sap. vj. ꝙ ꝯcupiscentia sapientie deducet ad regnum perpetuuꝫ. Ista est clara ꝛ que nunqꝫ marcesset sapientia. Sap. ibidem. vj. Et sic patet quoniam sapiens proprie est ille: qui Attingit vite cōclusionem. Acquirit morum perfectionem. Deponit omnem presumptionem. Potissime autem talis sapientia requiritur in prelatis. Isti eīm qꝛ nō soluꝫ habēt re

gere ſe immo etiaꝫ alios neceſſe habent maiori ſapiē
tia illuſtrari. ſicut rex Salomon de ſeipſo dicebat. Ec
cleſ.ij. ſapientia inquit perſeuerauit mecum: ⁊ pre=
ceſſi ſapientia oēs q̄ fuerunt ante me in hierlm. ⁊ trā=
ſiui ad cōtemplandū ſapiam ⁊c. Et iō docet Sap.vj.
Si igiꝛ inquit delectamini in ſedibus ⁊ ſceptris ꝑpe=
tuis o reges ppli diligite ſapiam vt imꝑpetuū regne=
tis. Et circa hoc pones q̄cquid volueris de ſapientia
ſeu prudentia prelatoꝝ. Sic igiꝛ dico ꝙ eſt quedā ſapi
E entia v̄tuoſa. ¶ Sed adhuc dico ꝙ inueniꝛ ſapientia
vitioſa: ⁊ iſta eſt ſapientia mundana: q̄.ſ. pollent ho=
die ſapientes mundi. q̄ ſm doctrinam ſaluatoris. pru
dentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt. Luc.xvj
Iſta eſt eñ ſapiētia q̄ ſtultitia eſt apud deū. j. Coꝝ.iij.
Et poſſumus notare ꝙ illa eſt ꝓprie ſtultitia multi=
plici ratione. videlicet. Quia.
Generat mentis elationem.
Inducit dei obliuionem.
Incendit fratrum deceptionem.
Peruertit rectam intentionem.
Procurat eternam damnationem.
Dico igiꝛ ꝙ mundi ſapia eſt mentis elationis gene=
ratiua. Ut cōmuniter eñ mundi ſapientes ſunt ſuꝑbi
⁊ ꝑ ſuꝑbia alios vilipendūt. vñ. j. Coꝝ. viij. Sciētia in
flat. charitas edificat. Exēplo bufonis q̄ oculos hꝫ lu
cidos ⁊ valde pulcros: ⁊ tñ ſuꝑ oīa aīalia iſtud eſt qd̄
magis faciliter ſe inflat. Ad denotandū ꝙ illi quoꝝ vi
ſus per mundi ſapientiā plus eſt clarus animus ꝑ ſu
perbiā facilius fit inflatus. Elementa eñ perſpicua ⁊
lucida habent motū ſuū a centro ad circūferentiam:
ſemꝑ eñ volunt ſuperius aſcendere: ⁊ etiam ſurſum
eſſe ſicut ptꝫ de aere ⁊ de igne. Sic illi q̄ lumine mūda
ne ſapientie ſunt fulgidi: vt cōmuniter ꝑ ſuꝑbiā ſunt
tumidi. ſemꝑ eñ volunt ſurſum ad eminentiā ferri: ⁊
alijs in oībus anteferri. Qd̄ bene aduertebat ſapiens
qui dicebat. Eccl'ſ. j. In multa ſapiētia multa eſt indi
gnatio: ⁊ q̄ addit ſcientiam addit laborem. Iſta igiꝛ
mentis elatiōis eſt generatiua. ¶ Deinde dico. ꝙ dei
obliuionis eſt introductiua. Cōſtat eñ ꝙ illi q̄ magis
ſunt in ſeculo ſapientes: ſunt dei ⁊ illoꝝ que ad ſalutē
pertinent amplius ignorantes. Ille eñ aues q̄ vident
clarius de nocte. vident obſcurius de die: ſicut ptꝫ de
bubone: ⁊ ſimilibus. Ad denotandū. ꝙ illi qui in no=
cte negotiorum mundi clarius vident. in die virtutuꝫ
ignorantius ſe habent. Hiere.iiij. Sapientes ſunt vt
faciant mala: bene auteꝫ facere neſcierunt. Breuiter
iſtud eſt hodie verum: ꝙ illi qui ſunt in mundi ſapien
tia clariores: ſunt in moribus deteriores. Aquila eñ ī
viſu eſt clariſſima. ⁊ tamen eſt in actibus impijſſima
⁊ crudeliſſima. Dracones habent oculos valde ſplen
dentes: ⁊ tamen ſunt in veneno valde nocentes. No=
ctiluca de nocte videtur lucere: ⁊ tamē in rei veritate
vermis eſt ſine decore: qui ad nihilum poteſt valere.
Reuera chariſſimi tales etiaꝫ ſunt qui oculos habēt
in ſecularibus clariores: ⁊ qui in nocte huius vite iu=
dicantur ſapientiores: quia ꝓcerto iſti hodie more aq̄
le ſunt crudeles ⁊ rapaces ⁊ iniurioſi: more draconis
autem inflāmati ⁊ ambitioſi: more etiā noctiluce ſunt
vermes viles luxurioſi ⁊ ignominioſi. Iſti igitur non
ſunt ſapientes. ſed magis inſipientes. Eſai. xliiij. Cō
uertens ſapientes retrorſum: ⁊ ſcientiam eoꝝ ſtultaꝫ
faciens. Iſta eſt ergo dei obliuionis introductiua.
¶ Denique dico: ꝙ iſta eſt oīs deceptionis machinati
F ua. Iſta eñ ſapientia ad nihil aliud ordinatur: ꝗ̄ ad
deceptionem ꝓximoꝝ. Iſta eſt ſapientia catti: qui de
nocte videt contra naturam animalium aliorum: nā
tota malicia ſua ad nihil aliō eſt niſi ad mures explo
randum ⁊ decipiendum: deuorandum ⁊ comedenduꝫ
Sic vere chariſſimi ſapientia mundanorum tunc op
tima dicitur quādo ſocios decipit: ⁊ cōtra ipſos frau
des atque malicias machinatur. tota enim ſapientia
talium ad nihil aliud vacat: ꝗ̄ ad alios decipienduꝫ
inuoluendum: ⁊ per vſuras deuorandum. Iſta eñ eſt
ſimilis lapidi qui dicitur optalius: qui portātis ocu=
los acuit. ita ꝙ clarius ſolito videt: circūſtantiuꝫ au=
tem oculos ita illudit: ꝙ cum alios videat. ipſe ab ali
is non videtur. ⁊ iſte eſt lapis qui dicitur hominē fa
cere inuiſibilem. Quia vere ſapientia mundi oculos
intellectus poſſeſſoris ſui ſolet clarificare. ſed circū=
ſtantes ſolet decipere ⁊ ꝑ diuerſas malicias obfuſca=
re. Alios enim vident: ⁊ ipſi ſunt inuiſibiles quia ſcꝫ
ipſi ſciunt quid faciunt alij: ⁊ intentio eoꝝ tot ⁊ tan=
tis malicijs palliatur: ꝙ a nullo ꝑcipitur aut videtur
Et de hoc dr̄ Iaco. iij. Non eſt hec ſapientia deſurſum
ſed terrena animalis ⁊ dyabolica. Uerūtamen iſtud ꝑ
experientiam ꝓbatur ꝙ illi q̄ ꝑ aſtutiam ſapiētie ſue
nō ceſſant alios decipere ī fine taliter decipiunꝛ: ꝙ de
pertinētibus ad ſalutem nihil cogitāt nec meditātur
ſicut dicitur. Ezec. xxviij. Sapientia tua ⁊ ſciētia tua
hec decepit te. Eſt igitur iſta ſapientia deceptionis
machinatiua. ¶ Inſuper dico: ꝙ iſta ſapientia eſt in=
tentionis perturbatiua. Perturbat eñ ⁊ peruertit in
iſtis rectam intentionem: quod patet: quia intentio
iſtoꝝ debet eſſe in eternis: ſemper tamen ponitur in
terrenis. Unde iſti ſunt filij agar qui exquiſierūt pru=
dentiam. Similes talpe que optime eſt ſapiens ad ſe
in terra regendum: ſed nō extra terram. Sic iſti in ter
renis ⁊ nō in ſpiritualibus ſunt ſapientes: quia ſicut
dr̄. Math. xj. Deus abſcondit hec a ſapientibus ⁊ pru
dentibus ⁊ reuelauit ea paruulis. ¶ Ultimo dico: ꝙ
talis ſapientia eſt damnationis ꝓcuratiua. tales eñ
facilius damnantur ꝗ̄ alij. ⁊ merito: quia quanto pl⁹
habēt de ratione: tanto cum peccant plus merentur
damnationem. ſicut enim dicitur. Lucc. xij. Seruus
ſciens voluntatem domini ſui: ⁊ nō faciens plagis va
pulabit multis. Et iō dr̄. Dañ. ij. ꝙ preceptum fuit ꝙ
interficerentur ſapientes babylonis. quia ſicut diciꝛ.
Rom. viij. Sapientia carnis mors. ſapientia autem
ſpiritus ⁊ pax ⁊ vita. Et ſic igitur patet: quomodo ſa
piētia mundi eſt damnatiōis procuratiua intentiōis
perturbatiua deceptionis machinatiua. dei obliuio
nis introductiua: mētis elationis generatiua. Suf=
ficit. Uide ſupra de prudentia: ⁊ infra de ſcientia.

## Saturare. ſatiare

Nota ꝙ ſaturitas ideꝫ eſt: ꝙ repletio
de qua ſupra ſatis eſt factum. Et poſſumus notare ꝙ A
ſaturitas ſumitur in bono ⁊ in malo. Primo in malo
et ſic dico: ꝙ eſt ſaturitas. Guloſitatis. Crudelitatis.
Iniquitatis. Mundane ꝓſperitatis. ¶ Dico ꝙ eſt ſa
turitatis. guloſitatis. Et de iſta Prouer. xxv. Comede
quod ſufficit tibi ne forte ſatiatus euomas. ¶ Iteꝫ eſt
ſaturitas crudelitatis ⁊ iſta eſt illa: qua mali ſatianꝛ
de penis aliorum. Iob. xxxj. ſi nō dixerunt viri taber=
naculi mei: quis det de carnibus eius vt ſaturemur.
Qd̄ etiam pertinet ad detractores: qui recte ſatiātur
⁊ delectantur in diffamationibus alioruꝫ. de quibus
Iob. xix. Quare perſequimini me ſicut deus. ⁊ carni=
bus meis ſaturamini? ¶ Item eſt ſaturitas iniquita
tis: ⁊ iſta eſt illa qua mali ſe ſatiant vitijs ⁊ peccatis.
de qua dr̄. Ezc. xvj. Hec fuit iniquitas ſodome ſororis
tue. ſaturitas ⁊ abundantia panis. ocium ⁊ ſuperbia
vite. ¶ Item dico: ꝙ eſt ſaturitas mundane proſperi
tatis. ⁊ iſta eſt illa: qua diuites replentur bonis gau=
dijs huius mūdi: vicꝫ diuitijs temporalibus: delicijs
corporalibus. Iſta eſt quedam ſaturitas valde pericu
loſa ⁊ etiam cauſa multorum maloruꝫ. Iſta eñ talis
eſt que inflammat cordis affectionem. Inducit mētis
elationem. Contemnit dulcem deuotionem. Subuer
tit pacis quietationē. Excitat carnis corruptionem.
¶ Dico ꝙ iſta inflammat mentis affectionem. Sa=
turitas enim bonorum mundi ⁊ eorum repletio: ſem=
per portat ſecum deſiderium magis habendi pſalmi.
Manducauerunt ⁊ ſaturati ſunt nimis. deſiderium
eorum attulit eis. Quanto enim magis ſatiantur et
replentur: tanto magis ſunt inſatiabiles. ſemper eñ
creſcit venter auaricie. Prouerbiorum. xiij. Uenter
impioꝝ

Ayuntamiento de Madrid

implorꝝ inſatiabilis. Foliſinꝰ enim canũ nunꝗ̃ ad plenũ ſatiaṫ. ſic nec appetitus auarorũ. eſa.lvj. Canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem. ¶ Item dico quod iſta inducit cordis elationem. Satietas enim generat inflaturam. Sic vere mundi proſperitas generat ſupbiam. Oſe c.xiij. Saturati ſubleuauerunt cor ſuum et ſunt obliti mei. Nota lupus ſaturatꝰ nõ querit niſi ludere ſic nec iſti niſi mundi ludis ⁊ delicijs inhiare. et de deo penitus nõ curare. Nec.ix. Saturati ſunt ⁊ impinguati abundauerunt in delicijs. ¶ Itẽ dico ꝙ iſta contemnit omnẽ deuotionem. Ruſticus enĩ nimis ſaturatus groſſis cibarijs minꝰ de ſapore inuenit in delicatis. Sic illi qui groſſis mũdi bonis ſaturanṫ nũꝗ̃ in bonis delicatis ⁊ ſpiritualibus delectantur. Prouerbio.xxvij. Anima ſaturata calcabit fauum. ¶ Itẽ ſubuertit pacis quietationem. Sicut enim ille qui eſt ſatiatus ⁊ plenꝰ ſolet pati eructuationes ⁊ moleſtias in ventre. Sic ille qui plus debito in diuitijs ſatiatur penas ſollicitudines ⁊ controuerſias ſuſtinet in mẽte Eccſ.v. Saturitas diuitis nõ ſinit dormire eũ. ¶ Itẽ iſta excitat carnis corruptionẽ. Unde Hiere.v. Saturaui eos ⁊ mechati ſunt ⁊ in domo meretricis luxuriabantur. Et ſic dico quod ſaturitas proſperitatis facit multa mala. ⁊ ita patet ꝙ ſaturitas multipliciter ſu-

B mitur in malo. ¶ Sed adhuc dico ꝙ ſaturitas multipliciter ſumitur in bono. ⁊ ſic dico ꝙ ſaturitas bona multiplex eſt. Deus enim ſatiat bonos. Spirituali deuotione. Sacramentali refectione. Temporali afflictione. Eternali conſolatione. ¶ Satiat inquit eos deuotiõe ſpirituali. Unde in ps. De petra melle ſaturauit eos. Itẽ ſatiatꝰ eos refectione ſacramentali ps. Pluit illis manna ad manducandum. ⁊ pane celi ſaturauit eos. Item ſatiat eos temporali tribulatione. Job.x. Non leuabo caput ſaturatus afflictione et miſeria. Item ſatiabit illos eternali conſolatione ſcilicet voluptate glorie paradiſi De quo. Luce.vj. dicitur. Beati qui nũc eſuritis quia ſaturabimini. Et dauid dicebat in pſalm. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Illa eſt igitur vera ſatietas. quia dum viuit homo nunꝗ̃ repletur cor humanum. Iuxta illud Eccleſiaſtes.j. Non ſaturatur oculus viſu. nec auris auditu. Sed tunc erit perfecte ſaturatus; quando dominus qui infinitus eſt ſatiabit hominem de ſeipſo. Tunc dicitur illud in pſam. ſcilicet Edent pauperes ⁊ ſaturabuntur. ⁊ laudabunt dominum qui requirunt eũ. viuent corda eorum in ſeculum ſeculi. Sufficit Uide ſupra de replere

A
## Scandalum Scandalizare.

Nota quod proprie ſcandalum eſt illud quod eſt cauſa vel occaſio ruine. Scandalizare autem nihil aliud eſt ꝗ̃ aliquid offendere vel cauſam ſeu occaſionẽ ruẽdi accipere vel habere. Et eſt proprie ſcandalum idem quod obex obſtaculum ſeu offendiculum. Et ſic dico quod ſcandalum poteſt intelligi ſpiritualiter illud quod in via morum nos facit cadere vel errare. Unde nota quod inuenitur ſcandalum.

| | |
|---|---|
| Cruoris. | Scandalum cruoris eſt |
| Timoris | peccatum infidelitatis |
| Amoris. | ſcilicet cultus idolorũ |
| Tentationis. | vel defectus credendi |
| Locutionis | Ipſa enim idola erant |
| Operationis | alijs in ſcandalum et |
| Predicationis. | ruinam Exod i.xxiij. |
| Conuerſationis. | Si ſerуieris dijs eorũ |
| Oppoſitionis. | erit tibi in ſcandalum. |

Chriſtus enim et crux iſto modo dicuntur ſcandalum cruoris. inquantum iudei nolẽtes credere offenderũt in iſtum. ſicut in quendam lapidem quem pedibus cõcuſſiſſent. propter quod a fide ceciderunt. et per obſtinationem retrorſum corruerunt. Unde.j. Petri.ij. dicitur. quod Chriſtus non credentibus factus eſt lapis offenſionis ⁊ petra ſcandali. Unde.j. Corinthiorũ.j. dicitur. Predicamꝰ chriſtũ crucifixũ iudeis quidẽ ſcandalum gentibus autem ſtultitiam. Et ſic dico ꝙ ydola fuerunt ſcandalum fatue eis credẽdo: xps vero ſcãdalum eſt ipſi fatue denegando. ¶ Scandalum timoris eſt quando per timorem aliquis corruit in peccatum: ſicut fecerunt diſcipuli: qui ꝓpter timorem mortis vel fugerunt vel Chriſtũ negauerũt. De quo. mat. xxvj. Omnes vos in hac nocte ſcandalum patiemini in me. ¶ Scandalum amoris eſt: quãdo amor alicuiꝰ rei eſt alicui cauſa peccati. Unde.j. Regum.xviij. dixit ſaul de Michol filia ſua quam diligebat dauid. Dabo inquit ſibi vt fiat ei in ſcandalum. ¶ Scandalum tẽtationis eſt: quando tentatio vel ſuggeſtio dyaboli. vel etiam peccatoris eſt cauſa vel occaſio delinquendi. Unde de talibus tentationibus dicit dauid in ps. loquens de demonibus di. Iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi. ¶ Scandalum locutionis eſt quando ex verbis alicuius accipit homo occaſionem peccandi. Unde de incaute loquentibus dicitur. Eccli.xxvij. Nouiſſime peruertit os ſuum ⁊ in verbis ſuis dabit ſcandalum. ¶ Scandalum operationis eſt: quando ex operibus alicuius alij ſcandalizantur. ⁊ ad peccatum vel ad malam operationem inuitantur. De quo Mala.ij. Uos autem ſcandalizaſtis plurimos in lege irritum feciſtis pactum leui. Et loquitur malis ſacerdotibus: quorum mala opera ſunt ſcandalum aliorꝝ ⁊ de his poteſt intelligi illud. Mathei.v. Si manus dextera tua ſcandalizat te: eijce eam ⁊ proijce abs te. Manus enim dextera eſt ille. ad cuius opera debemꝰ habere exemplum. ſed ſi iſte male operando ſcandalizat te. eijce eum: ⁊ dimittet te. Iuxta illud Mat.xxiij. Que autem faciunt nolite facere. ¶ Scandalum predicationis eſt. quando doctor vel predicator bene docet ⁊ male operatur: inde ſcandalum in populo generatur: qui magis ad opera ꝗ̃ verba attendens: male faciẽdi autoritatem ſumit: et benefaciendi doctrinam contemnit. Ita tales doctores ⁊ predicatores ⁊ ſibi ⁊ alijs occaſio ſcandali fiunt. contra illud Eccleſiaſt.j. Non ſcandalizeris in labijs tuis. ¶ Scandalum conuerſationis eſt quando ex mala conuerſatiõe maiorum redũdat malum exemplum ad oculos ſubditorum. ⁊ de hoc poteſt dici illud Math.v. Si oculꝰ tuꝰ ſcãdalizat te. erue eum ⁊ ꝓijce abs te. Oculus enĩ dirigit corpus. ⁊ idẽ oculus noſter eſt ille cuiꝰ cõuerſatio ⁊ diſcretio debet eſſe operis noſtri exemplariter directiua ꝙ ſi propter malam conuerſationem ſcandalũ operationis prebeat. non debet imitari: ſed ab eius conſortio ſeparari. ¶ Scandalum oppoſitionis eſt quando aliquis per duriciam mentis ita omnibus indebite ſe opponit quod alijs eſt ſcandalum faciendi aliquod bonum. Et ſic chriſtus dicens ſe crucifigendum dixit Petro dicenti Abſit a te domine nõ erit tibi hoc reſpondit. Mat.xvj. Uade retro ſathana ſcandalum mihi es. Iſtis ⁊ alijs multis modis ſumitur ſcandalũ. ſed quocunꝗ̃ modo ſumatur eſt malum facere vel prebere. ſiue ſit in verbis vel in operibus. ⁊ in factis Quia ſicut dicit ſaluator. Math.xviij. Qui ſcandalizauerit vnũ de puſillis iſtis qui in me credũt expedit ei vt ſuſpẽdaṫ mola aſinaria in collo eius ⁊ demergatur in mare. Sufficit. Uide ſupra de ruina ⁊ de cadere.

## Scelus.

Nota ꝙ ſcelus accipitur pro quocunꝗ̃ enormi vitio vel peccato. Et ideo ſcḋm diuerſitatem mortalium peccatorum. potes diſtinguere varietatẽ ſcelerum ⁊ immanium delictorum. Uide vbi ſ. agitur de peccato ſiue generaliter ſiue particulariter.

## Scindere. ſciſſura.

Nota ꝙ ſciſſura nihil aliud eſt ꝗ̃ diuiſio alicuius continui Et poteſt accipi in bono et in malo. Unde nota ꝙ breuiter loquendo in ſcriptura inuenitur pluribus modis ſciſſura videlicet. Sciſſura Contritionis Confeſſionis Afflictionis. Compaſſionis. Diuiſionis. Damnationis. ¶ Eſt dico ſciſſura contritionis. Contritio enim habet virtu-

Ayuntamiento de Madrid

tem inſciſſiuaꝫ. Res eñ inſciſſiue dant a medicis ad
compacte materie diſſolutionem ⁊ ad habilitanduꝫ
eam ad expulſionem. Sic vere contritio materiaꝫ vi-
tiorum in corde per obſtinationem compactam inſci
dit et diſſoluit. ⁊ ad expulſionem confeſſionis ipſam
habilitat et diſponit. Et de hoc Joelis. ij. Conuertimi
ni ad me i toto corde ⁊c. ⁊ ſcindite corda veſtra. ¶ Itē
dico quod eſt ſciſſura confeſſionis. Membrum enim
quādoqꝫ ſcinditur. vt malus humor ibi contentꝰ exte
rius expellatur. Sic vere homo cū gladio lingue ſeip
ſum per confeſſionem ſcindit ⁊ aperit. ⁊ ſic humor vi
tiorū exit. ⁊ iſta eſt ꝓpria ſciſſura veſtimētorū de qua
fit totiens mentio in ſcriptura. Ueſtes eñ opimentū
vitiorū ſignificant que tūc tēporis ſcindūtur quādo ꝑ
confeſſionem apparent ⁊ aperiuntur. Job. ij. Sciſſis
veſtibus ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuuꝫ. Ubi
aduerte ꝙ iſti debent. Tollere omnem excuſationem
Sparſerunt. Cernere mortis reſolutionem. puluereꝫ.
Demere cordis exaltationem. ſuper caput Unde. iiij.
Regū. xix. dicit. ꝙ audiēs. Ezechias minas ſennache
rib. ſcidit veſtimenta ſua ⁊ indutus eſt ſacco. ¶ Item
dico quod eſt ſciſſura afflictionis ſeu correctiōis. Fer
rum enim ⁊ lapis ⁊ pannus ſcinduntur vt ad aliqua
opera adaptentur. per ſciſſuram enim amouent ſuꝑ-
flua que niſi ſcinderētur ⁊ tollerētur nunꝙ debito mo
do prepararent vel ad opera congrue aptarētur. Sic
vere ad hoc ꝙ homo ſit bene diſpoſitus in moribus ⁊
aptatus neceſſe eſt ꝙ per correctionem ⁊ tēperantiaꝫ
ſit a cunctis ſuperfluis preſciſſus ⁊ totaliter reſecatꝰ
Et de hoc Eccles. iij. Tempus ſcindendi ⁊ tempus cō
ſuendi. ¶ Item dico quod eſt ſciſſura compaſſionis.
Sicut enim arbores in eſtate ſcindunt vt liquor intus
latitans diſtilletur. ſicut patet de balſamo de vinea et
de thure. Sic vere dolor aliene miſerie debet nos per
compaſſionem ſcindere. ita quod liquorem beneficio
rum debemꝰ alijs diſtillare. Abacuc. iij. Fluuios ſcin
des terre. viderunt te ⁊ doluerūt montes. Quod bñ fi
guratur. zacha. xiiij. vbi dicitur. Scindetur mons oli
uarum ex media parte ſui. Mons oliuarū eſt vir mi
ſericors qui tunc tēporis ſcinditur quādo cōpaſſione
confoditur. ⁊ ad adiuuandum miſeros aperitur. Qđ
figuratum eſt in velo templi. qđ xp̄o moriente ſciſſum
legitur fuiſſe Math. xxvij. Quia corda miſericordiuꝫ
et piorum ſcinduntur ⁊ penetrātur in miſerijs aliorū
¶ Item eſt ſciſſura diuiſionis ſeu diſſenſionis. Quā-
do eñ aliqua res ſcinditur tūc vna pars ab alia ſepa-
ratur. Sic quādo diſcordia aliquos ſcindit tunc vnuꝫ
ab amore alterius ſeparat et ſeiungit. j. Corinthi. xj.
Conuenientibus vobis in eccleſiam dei audio ſciſſu-
ras eſſe inter vos. Et talis ſciſſura diſcordie partiali-
tatis et inuidie multum eſt hodie in eccleſia et in re-
ligione. Quod figuratum eſt tertij. Regum. xj. vbi di-
citur quod abdias propheta ſcidit pallium ſuum in
xij. partes. et vnam partem ſolum dedit Salomoni.
Ad denotandum quod deus ſcindebat et diuidebat
regnum Salomonis et quod vna ſola pars ſuis he-
redibus remanebat. Quia proculdubio chariſſimi
regnum Salomonis et pallium abdie. hoc eſt dictu
eccleſia chriſti ⁊ religio ſciſſa eſt hodie in multas par
tes. non enim eſt ibi vnitas vel continuitas concor-
die vel amoris. ⁊ ideo vix duodecima pars remanet
Salomoni pacifica. Quia procerto de nobis vix duo-
decimus inuenitur quod ſit pacificus aut modeſtus,
aut qui ſit a ſciſſura diſcordie et partialitatis aut in
uidie alienꝰ. Ideo dyabolus poteſt dicere illud quod
dictum eſt roboam tertij. Regum. xiiij. Scidi regnuꝫ
domus dauid et dedi tibi. Iſta igitur eſt ſciſſura diui-
ſionis. ¶ Item dico quod eſt ſciſſura damnationis.
Membra enim ſcinduntur ſceleratis ad penam. Et
ad punitionem talis eſt ſciſſura damnatoruꝫ qua ſci-
licet anima ſcinditur et affligitur diuerſis tormentis
qua etiam ſcinditur et diuiditur a conſortio beatoruꝫ
de qua ſciſſura poteſt dici illud quod dictum eſt. Da-
niel. xiij. Ecce angelus ſtat euaginato gladio. ⁊ acce
pta ſentētia ab eo ſcindet te medium Iſtud autem de
ſciſſura pene eterne intelligitur qꝛ cōſtat ꝙ ſenes qui
bus hoc dictum eſt. non fuerunt per angelum corpo-
raliter ſciſſi. ſed propterea lapidati. Sciſſura ergo ſi-
cut patet accipitur multis modis. Et ſic ſufficit.

## Scire. ſcientia.

Nota ꝙ ſcientia multi-
plicit accipit. Inuenit et
ſcientia Diuina que eſt ſuperior Mundana que ē in-
ferior. Sp̄ualis que eſt interior Scripturalis que ē ex
terior. ¶ Dico ꝙ deus habet ſcientiam inſcrutabilē.
Mundus habet ſcientiam variabilem. Iuſti habent
ſcientiam ſpiritalem. Scriptura habet ſcientiam in
finitam. ¶ De ſcientia diuina dicitur. Romanorum.
xj. O altitudo diuitiarum: ſapientie ⁊ ſcientie dei ꝙ̄
incomprehenſibilia ſunt iudicia eius ⁊c. De ſcientia
mundana dicitur Hieremie. x. Stultus factꝰ eſt om-
nis hō a ſcientia ſpiritali dr̄. j. Theſ. iiij. Sciat vnuſ-
quiſqꝫ vas ſuum poſſidere in ſanctificatione ⁊ honore
De ſcientia ſcripturali dicit Joh. vij. Quomodo lite
ras ſcit cum non didicerit. His igit p̄miſſis ⁊ omiſ
ſis dicamus ſolū de ſpirituali ſcientia que nihil ali-
ud eſt ꝙ̄ diſcretio vel prudentia per quam ſcꝫ ratio il-
luminatur ad cognoſcēdum bonum a malo ⁊ verum
a falſo. ⁊ ad ſciendum quid agendum ⁊ quid dimittē
dum ⁊ quid credendum ⁊ quid refutandum. ⁊ cetera
ſimilia Quia breuiter iſta eſt vera ſcientia per quam
ſciunt celeſtia. ⁊ appetuntur deus ⁊ ſancti vt diligan-
tur virtutes vt acquirantur. terrena vt contemnant
dyabolus ⁊ peccatum vt fugiantur. infernus ⁊ pecca
tum ⁊ tormentuꝫ vt caueantur. Iſta enim omnia ſunt
ſcienda ⁊ per veram ſcientiam cognoſcenda. Quia
ſicut dicit Luce primo Data eſt ſcientia ſalutis plebi
eius in remiſſionem peccatorum. Illa eſt enim vera
ſcientia per quam cognoſcuntur principia et media
et concluſiones. ¶ Cum igitur per iſtam cognoſcunt
pricipia rerū. ſ. deꝰ ⁊ illa q̄ de deo ſūt credēda. Iuxta il
lud. pſ. Scitote qm̄ dominus ipſe eſt deus. Item me
dia ſcꝫ illa bona que facienda ſunt ⁊ mala que ſunt vi
tanda. Eſai. vij. Sciat reprobare malum ⁊ eligere bo
num. Item concluſiones. ſcilicet bonoꝝ premia ⁊ ma-
lorum ſupplicia. j. Johis. iij. Scimus quoniam trāſla
ti ſumus de morte ad vitam. Dico: ꝙ iſta eſt vera ſciē
tia: ⁊ ꝙ nulla alia debet dici ſcientia. nec ſapientia re
putari. Et ideo iſtam ſcientiam dat deus amicis ſuis
Exemplo patriſfamilias qui libenter docet filiuꝫ ali
quem ſecretum punctum per quem proficere poteſt ⁊
valere. Unde. Sapientie. x. di citi [illegible] eduxit
dominus per vias rectas. ⁊ oſtendit illi regnum celo
rum. ⁊ dedit illi ſcientiam ſanctoruꝫ. Scientia enim
ſanctorum eſt ſcientia ſcripture ⁊ ſpiritalis ſapientie
⁊ doctrine: per quam. ſ. deus cognoſcitur: ⁊ per quam
cognitus diligitur. per quam etiam dilectus acquiri-
tur ⁊ habetur. Et ad hoc ipſemet nos excitat in ſcriptu
ra di. Hieremie. ix. Non glorietur ſapiens in ſapiētia
nec fortis in fortitudine ſua nec diues in diuitijs ſuis
ſed in hoc glorietur qui gloriatur noſſe me: quia ego
ſum dominus. Ut ſic cuilibꝫ noſtrū dicat illud. Mar.
xiij. Uobis eſt datum ſcire myſterium regni dei. Ubi
aduerte ꝙ iſta ſcientia etiam conſiderat hic quantuꝫ
ad principium quantum ad medium. ⁊ quantuꝫ ad ter
minum. Iſta eñ interius influitur. exterius diffundi
tur. ſuperius refunditur. Influitur dico iterius ꝑ ani
morum inſpirationem. Uobis inquit datum eſt. Dif
funditur exterius ad ſecretoruꝫ reuelationē. ſcire my
ſteriū. Refundit ſuperiꝰ ad diuinoꝝ cōtemplationeꝫ
Regni dei. ¶ Dicamus ergo primo: ꝙ iſta ſcientia a
domino ſolet ꝓcedere. Uobis inquit datum eſt. Item
iſta ſcientia ex ſp̄ali dato diuino habet. quia ad ipſaꝫ
homo nunꝙ attingeret niſi hoc deus deſuper ſibi da
ret. Etenim ſuper poſſibilitatem nature eſt ſcire qđ
pertinet ad ſalutem. Uobis inquit datum eſt. Sap. x.
Dedit illi ſciētiā ſctōruꝫ. honeſtauit eū in laboribꝰ vn

Iaco. ſ

Ayuntamiento de Madrid

Jaco.j.Oē datum optimuꝫ ⁊ oē donum ꝑfectū de ſurſum eſt deſcēdens a patre luminū.Sequit.Scitis fratres mei dilectiſſimi.Et illud.Lu.j.Ad dandā ſcientiam ſalutis plebi eius in remiſſionem.⁊c.Qd eſt contra alias ſcientias:⁊contra illos q̄ in alijs ſcientijs occupant:que.ſ.dant non a deo ſed a mundo:q̄les ſunt hodie eccleſiaſtici ⁊ ꝑlati: q̄ libentius ſe occupant in ſcientijs humanis q̄ diuinis.q̄bus dr.Oſee.iiij.Quia tu ſcientiaꝫ repuliſti repellam te ne ſacerdotio fungaris mihi.Non ſic qꝛ eſt ꝓpꝛie ſcientia eccleſiaſticoꝛuꝫ Uobis datum inq̄t.Dan.j.c.Danieli dedit deus ſcientiam ⁊ diſciplinā.Jſta ergo a dn̄o ſolet ꝓcedere.

¶Secundo dico:ꝙ iſta ſcienta cūcta bona ſolet oſtēdere.ſcire inq̄t myſteriū.ſ.ſalutis nr̄e:⁊ generalit̄ oīa que pertinent ad ſalutem.⁊ que neceſſaria eſt nos ſcire.Nota ergo ꝙ per iſtam ſcientiam nos debem⁹ ſcire multa.ſ.Carnis ꝓpꝛie fragilitatem.
Uite labilitatem.
Moꝛtis neceſſitatem.
Judicij aſperitatem.
Reſurrectionis integritatem.
Dei eternam autoꝛitatem.
Dei aſperam ſeueritatem.
Culpe damnoſitatem.
Celi eternam felicitatem.
Laudis diuine iocunditatem.
Coꝛdis deuotam humilitatem.
Tenere mundiciam ⁊ caſtitatem.
Habere honeſtatem.
Sufferre paupertatem.
Parati pati aduerſitatē.
Diſcere ſapientiaꝫ.
Conſolari alienam calamitatem.

Dico ergo chariſſimi:ꝙ iſta ſunt ſcienda ⁊ eterne memoꝛie cōmendanda. Sciamus igit̄ carnis ꝓpꝛie fragilitatem.pſ.Sciant gētes qm̄ homines ſunt.⁊ Eſai.liij.Uidimus eum virum doloꝛum ⁊ ſcientē infirmitatem.Quod eſt cōtra illos q̄ vilitateꝫ ꝓpꝛie cōditionis ignoꝛantes ad ꝓphana ⁊ inutilia ſcienda: oēm curā:oēm laboꝛē.oēm tꝑis curſum cōferunt.Contra quos bern̄.in meditationib⁹ dicit. multi multa ſciūt ⁊ ſeipſos neſciunt. ¶Jtem ſciamus moderne vite labilitatē.ij.Reg.j.Sciebā .n. ꝙ viuere nō poterat poſt ruinam.Et in.pſ.Notū fac mihi dn̄e finē meū vt ſciā quid deſit mihi.ecce mēſurabiles poſuiſti dies meos ⁊ ſubſtantia mea tanq̄ nihilū ante te. ¶Jteꝫ ſciam⁹ future moꝛtis neceſſitatē.Job.xxx. Scio ꝙ moꝛti trades me vbi conſtituta eſt domus oīum viuentiū. Jteꝫ ſciamus futuri iudicij aſperitatē.Job.xix.Fugite a facie gladij.qm̄ vltoꝛ iniquitatū gladius eſt: ⁊ ſcitote eē iudiciū. ¶Jtē ſciam⁹ future reſurrectionis integritatem. Job.xix. Scio ꝙ redēptoꝛ meus viuit:⁊ in nouiſſimo die de terra ſurrectur⁹ ſum ⁊ in carne mea ⁊c. ¶Jtem ſciam⁹ dei eternā autoꝛitatē. Deut.iiij.Scito ⁊ vide qm̄ dn̄s ipſe deus. ¶Jtem ſciamus dei aſperam ſeueritatē.Job.xj.Uerebar oīa opera mea. ſciēs ꝙ non parceres delinquenti. ¶Jtem ſciam⁹ culpe cōmiſſe damnoſitatē.Hier.ij.Scito ⁊ vide quia malum eſt ⁊ amarum reliquiſſe te deū tuum ⁊ non eſſe timoꝛem eius apud te. ¶Jtem ſciamus eternam celi felicitatem. Unde.j.Job.iij.Scimus qm̄ cuꝫ apparuerit ſimiles illi erim⁹. ¶Jtē ſciamus laudis diuine iocūditatem.Quia ſicut dicitur in.pſ. Beatus populus qui ſcit iubilationem. ¶Jtem ſciamus coꝛdis deuotam humilitatē.Phil.iiij.ca.Scio humiliari. ¶Jtē ſciamus ſeruare mundiciam ⁊ caſtitatem.j.Theſ.iiij Sciat vnuſquiſq; vas ſuū poſſidere in ſanctificatione ¶Jtē ſciamus ſanctimoniā ⁊ honeſtatē.Un̄.j.Thim.iij.Scias quomodo opoꝛteat te in domo dei conuerſari. ¶Jtem ſciamus ſufferre inopiam ⁊ paupertatē. Ad Philip.iiij.Scio abundare ⁊ penuriam pati. ¶Jtē ſciamus pati miſeriam,⁊ aduerſitatem .Ro.v. Scientes qꝛ tribulatio patientiā opat̄. ¶Jtē ſciam⁹ diſcere ſapientiam ⁊ veritatem. Col.iiij.Sciatis quō vos opoꝛteat vnicuiq; reſpondere. ¶Jtem ſciamus conſolari omnem alienam calamitatem.Unde Eſai.l.Dedit mihi dominus linguam eruditam vt ſciam ſuſtinere euꝫ qui lapſus eſt verbo.Ex iſtis chariſſimi conſtat myſterium ſalutis quod diuina ſcientia facit ſcire. Scire inq̄t myſterium.Dan̄.j.Danieli myſterium ꝑ reuelationem reuelatum eſt.Dico ergo:ꝙ iſta ſcientia res ſecretas ſolet oſtendere. Scire inq̄t myſterium. ¶Tertio dico ꝙ iſta ſcientia res celeſtes facit appetere.Regni inquit dei.Per iſtam em̄ ſciētiam naturalia contemnunt̄: ⁊ celeſtia recognoſcūtur: ⁊ cognita appetūt̄.Regni inq̄t dei.Unde illud Sap.x.Oſtendit illi regnum dei ⁊ dedit illi ſcientiam ſanctoꝛum.Sic ergo patet:ꝙ ſcientia ſpūalis habet ſuū terminum in celeſtibus ⁊ ſupernis:ſuum mediuꝫ in moꝛalibus ⁊ mundanis.ſuum pꝛincipium in ſupernaturalibus ⁊ diuinis.Uide ſupꝛa:de Sapiētia:⁊ Prudentia:⁊ infra de ſcriptura.Et ſic ſufficit. C

## Scribere. ſcriptura.

Nota breuiter ꝙ ſm̄ diuerſitatem libꝛoꝝ:inueniur diuerſitas ſcripturarum: A

¶Sic dico ꝙ inuenit̄ in ſancta ſcriptura Scriptura

| | |
|---|---|
| Sapientie. | Prima ſcribit̄ liber mandatoꝝ. |
| Preſcientie. | Scd̄a ſcribit̄ liber ſecretoꝝ. |
| Apparentie. | Tertia ſcribitur liber meritoꝛuꝫ |
| Recoꝛdantie | Quarta ſcibit̄ liber animoꝛum. |
| Jniuſtitie | Quinta ſcribit̄ liber vitioꝛum. |
| Affluentie. | Sexta ſcribit̄ liber p̄mioꝛum. |

¶Dico ergo ꝙ eſt ſcriptura ſapiētie: q̄ ſcribit̄ liber mādatoꝝ.Et iſta eſt ſcriptura ſacra:i qua.ſ.deus ſcripſit omnia illa mandata:que ſunt vtilia ad ſalutem. Jſta em̄ eſt ſicut tabule teſtamenti:in quibus ſcripſit nobis teſtatoꝛ noſter deus q̄cquid vult ꝑ nos heredes ſuos ſalubꝛiter adimpleri.Figurata in duabus tabulis legis que erant ſcripte digito dei ex vtraq; parte: ſcilicet in veteri ⁊ in nouo teſtamento digito diuine īſpirationis extitit exarata. ⁊ ꝑ ipſum deum hominibus diuulgata.Exo.xxxij.Jteꝫ.ij.Thimo.iij. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt. Jſta eſt ſicut arboꝛ plena floꝛibus.campus plenus frugibus pratū plenum graminibus.hoꝛtus plen⁹ fructibus. Quia ꝓcerto chariſſimi in iſta arboꝛe. in iſto campo. ī iſto hoꝛto.in iſto prato inueniunt̄.
Floꝛes bonoꝛum exemploꝛum.
Fruges bonoꝝ documentoꝛum.
Herbe ſalubꝛium ſacramentoꝛum.
Fructus vtilium pꝛemioꝝ.

Nota ſicut enim latrones in ſiluis ſe peregrinos ſimulant et viatoribus ſe aſſociant. ipſoſq; ſeorſum a via ducunt ⁊ in manibus latronum tradunt: et periculum trahunt ⁊ iſti proprie ſeductores. i. ſeorſum ductores ſunt ſic hodie multi ſunt q̄ a via recta ſecuritatis ⁊ veritatis alios ſolēt ſeorſū ducere ⁊ eos fallere ⁊ ſeducere ⁊ ab omni fortitudine ⁊ rectitudine trahere declinare ad pericula trahere ⁊ minare. patꝫ. In dyabolo tētatore. In vſurario prędatore. In muliere vel luxurioſo blanditore. In falſo amico adulatore. In hypocrita proditore. Omnes enim iſti homini ſe aſſociant vt ad ſpiritale temporale vel eternale periculum ipſum trahant ⁊ ſic fatuos a via ſecuritatis educunt ⁊ ſeorſum ad periculum ſecuꝫ trahunt Unde in ſecūda. Canonica Joannis dicitur. Multi ſeductores exierunt in mundum. Et ſi volumus poſſumus illos comparare cuidam piſci qui dicitur pina. Qui eſt piſcis cum teſta de genere conchilium. de quo dicit. plinij. li. nono capitulo. xlij. Quod coram alijs piſcibus ſe aperit. ⁊ mortuum ſe fingens tanq̄ ad deuorandum omnibus ſe exponit cum vero concham ſuam plenam piſciculis ſenſerit. continuo ſe claudere cōſueuit ⁊ piſciculos ſic ſeductos deuorat ⁊ conſumit Etiaꝫ potes notare de renardo q̄ fingit ſe eſſe mortuuꝫ. ⁊ ſic quadrigarij poſuerunt eum in curru ſuo ⁊ deuorauit allecia. Re uera ſic faciunt ſeductores. fingunt enī ſe mortuos. id eſt quaſi ſimplices ⁊ ignorantes: ⁊ incautos ⁊ ſe etiam alijs quandoq; in aliquibus aperiūt et eis in obſequijs ⁊ familiaritatibus ſe exponunt. vt eos attrahant ad ſe ipſos ſeducti igitur ſimplices in talibus confidūt ⁊ eis approximant ⁊ accedunt Joannis. ſeptimo. Nunquid ⁊ vos ſeducti eſtis iſti tamen ſeductores ſolent ſe ſubito claudere fauorē ⁊ auxilia negare et deceptos ī ſuis clauſuris ⁊ laqueis retinere. Patet de dyabolo qui primo ſe aperit et exponit delectabilia offerendo. promotiones et proſperitates dando ⁊ ſub ſpecie bona temporalia cōcedendo qui tandem incautos ſeducit ⁊ clauſa manu per mortem ipſos ſecum retinet ⁊ in inferno conſumit. Unde de iſto Apocali. xij. dicitur Serpens antiquus qui ē dyabolus ⁊ ſathan ſeduxit vniuerſum orbem. Patet in vſurario qui bona ſua pauperibus exponit. archas ſuas eis aperit ⁊ ſe quaſi mortuum ideſt ſimplicem ⁊ omnis malicie ſexpertem oſtendit: tandem vero ipſis ligatis ⁊ obligatis ſe claudit et eos exheredītat ⁊ cōſumit ⁊ ſic eos ſub ſpecie boni decipit et ſeducit. ij. Joannis. j. hic eſt ſeductor ⁊ antichriſtus. ¶ De muliere vero mala q̄d dicam. Iſta oblectando ⁊ obſequendo ſe exponit et aperit vt virum demulceat. cum vero ipſum in amore ſuo ligauerit ⁊ incluſerit ipſum vorat ⁊ ſic ſeducit miſerum et deuaſtat. Unde iſta eſt Jezabel de qua Apocalip. ſecundo dicitur. Permittis enim inquit Jezabel docere et ſeducere ſeruos meos. fornicari ⁊ manducari de ydolotitis. De adulatoribus ⁊ proditoribus planum eſt ꝙ ante omnia illis quos volunt ſeducere. aliqua ſecreta ſua reuelare ſolent ⁊ vt ad ſe eos alliciant. ſe aperiunt. et eis dulcibus promiſſionibus ſe exponunt cū vero ipſos capere poterint contra eos mox inſurgunt ⁊ ad ſeducēdū ſe eis aperiunt ⁊ oſtendunt Unde de adulatoribus dicitur Roma. xvj. ꝙ per dulces ſermones ⁊ benedictiones ſeducunt mentes innocentium. ¶ De hypocritis ⁊ hereticis idem conſtat ꝙ ſe ſimplices ⁊ mortuos ſimulant vt ad amorem ſuum gentes attrahant. ⁊ vt ſeducant ⁊ in erroribus inuoluant. Ita ꝙ iſti poſſunt dicere illud Neemie. j. Per vanitatem ſeducti ſumus. Breuiter igitur notare poſſumus ꝙ diuerſimode homines ſeducūtur. videlicet. Quidam per vinum ⁊ ebrietatem. Quidā per mulierem ⁊ carnalitatem Quidam per mendaciuꝫ ⁊ vanitatem Quidaꝫ per peccatum ⁊ iniquitatem. Quidam per hypocriſim ⁊ falſitatem. Quidam per dyabolum ⁊ malignitatem Quidam per adulatoreꝫ ⁊ verboſitatem. Quidam per hereticos ⁊ eorum peruerſitatē. Quidam per falſos amicos ⁊ eorum familiaritatem. Quidam per malos prelatos ⁊ coruꝫ exempla ⁊ prauitatem ¶ Dico igitur ꝙ quoſdam ſeducit vinum ⁊ ebrietas vnde. ſecundi Eſdre tertio. Viri q̄ preualet vinum omnibus qui bibunt illud ſeducit mentem regis. et orphani facit mentem vanam. ¶ Item quoſdam ſeducit luxuria et carnalitas. Unde Prouerbiorum. Quinto quare ſeduceris fili mi ab aliena ⁊ foueris in ſinu alterius. ¶ Item quoſdam ſeducit mendacium et vanitas. Hieremie. vigeſimotertio. Seduxerunt populū meum in mendacio ſuo ⁊ in miraculis ſuis. Iſtud potiſſime poteſt dici contra queſtores ⁊ reliquiarū portitores ¶ Item quoſdam ſeducit peccatum ſeu iniquitas Romanos ſeptimo. Peccatuꝫ ſeducit me ⁊ occidit. ¶ Itē quoſdam ſeducit hypocriſis atq; falſitas. figurati in illis qui per ſigna pſeudo prophete decepti ſunt Apocalipſis. decimonono Pſeudo propheta qui fecit ſigna q̄bus ſeducit gentes miſſus eſt in ſtagnum ignis. ¶ Itē quoſdam ſeducit dyaboli malignitas Apocalipſis. xx. Soluetur ſathanas de carcere ſuo ⁊ exibit et ſeducet gētes. ¶ Item quoſdam ſeducit adulatorum verboſitas de quo. Eſaie. nono. Erunt qui beatificant populum iſtum ſeducentes et qui beatificantur precipitati. Et idē dicitur Ephecſos. quinto. Nolite ſeduci inanibus verbis. ¶ Item quoſdam ſeducit hereticorum peruerſitas a doctrina veritatis ad doctrinam falſitatis. Unde taliter ſeductis poteſt dici illud. ſecundi Chorinthi. Undecimo. Sicut ſerpens euaꝫ ſeduxit aſtutia ſua. ita corrumpuntur ſenſus veſtri ⁊ excidunt a ſimplicitate que eſt in chriſto. ¶ Item quoſdam ſeducit amici ficta familiaritas. Unde ſedechie dictum eſt Hieremie. xxxviij Seduxerunt te ⁊ preualuerunt aduerſuꝫ te viri pacifici tui. demerſerunt in ceno ⁊ lubrico pedes tuos. ¶ Itē quoſdam ſeducit maloruꝫ ſuperiorum prauitas ⁊ exemplaritas Unde de manaſſe rege iuda dicitur quarti regum. xxj

Ayuntamiento de Madrid

gum vigeſimoprimo. Manaſſes iudam ⁊ habitatores
hieruſalem ſeduxit vt facerent maluȝ. Sufficit de ſedu
cere. Uide vbi decipere. ⁊ vbi fraus dolus ⁊c

A **Seges.** Nota ꝙ ſeges que nihil aliud ſignat ꝗ̄
blada ſeu ſpicas adhuc exiſtẽtes in cam
pis breuiter dicaȝ ꝙ diſcurrendo ſcripturam innuenio
plures ⁊ multas ſegetes moraliter intellectas etcetera
Eſt igitur Seges
Uirtutum ⁊ meritorum.
Salutum ⁊ premiorum·
Sanctorum ⁊ perfectorum.
Prauorum ⁊ peccatorum
Culparum ⁊ vitiorum
Gazarum ⁊ terrenorum
¶ Seges meritorū eſt multum vtilis Iſta eſt enī ſeges
quam boni ⁊ ſancti cōgregāt in horreo cordis ſui vt ex
inde tpe hyemis ⁊ mortis viuere valeāt ineternū. Et de
hoc gen. xij. In māipulos redacte ſegetes ꝯgregate ſūt
¶ Seges p̄miorū ē appetibilis. Iſta eīn ſeges quā poſt
hyemē hui⁹ vite beati colligunt in glīa eterna. De iſta
enim dicitur in pſ. Euntes ibant ⁊ flebant mittẽtes ſe
mina ſua ſcilicet duȝ viuerent. Nunc vero venientes ve
niunt cum exultatione portantes manipulos ſuos. Et
de iſtis dicitur Prouerbiorum. decimoquarto Ubi plu
rime ſunt ſegetes ibi manifeſta eſt fortitudo bouis. biſ
enim quanto fuerunt fortiores tanto ſunt his ſegetib⁹
pleniores. ¶ Seges perfectorū eſt cōmendabilis Per
fecti eniȝ ſunt ſeges chriſti quā ī agro eccleſie ſeminauit
et quam in horreo celi finaliter cōgregabit. vnde de ta
libus ſegetibus poteſt anima dicere illud verbum Ru
th. ij. Precepit mihi booȝ vt tamdiu meſſoribus iun
gerer donec omnes ſegetes meterentur. Meſſores eniȝ
ſunt angeli iuxta ſententiam ſaluatoris Mat. decimo
tertio quibus procerto anima debet iungi per deuotio
nem quamdiu ſegetes ideſt congregatio perfectorū ad
huc eſt ī mūdo ſcilicȝ in agro huius vite. ¶ Seges pctō
rum vel iniquorū eſt deteſtabilis. ⁊ iſta eſt illa ſeges dya
boli figurata in ſegetibus philiſtinorum quas vulpes
ſamſonis ligatis ad caudas facibus combuſſerunt. ſi
cut dicitur Iudicuȝ. xv. Quia vulpes. ideſt demōes quā
do a ſanſone: ideſt a chriſto poſt mortis terminuȝ emit
tentur. ſegetem reprobořum in inferno comburent. ij.
Regum xiiij. Succenderunt ſerui abſalon segeteȝ igni
¶ Seges vitiorū eſt execrabilis. Iſta enim ē ſeges que
in agro cordis reconditur ⁊ que tandem a vermibus re
morſus conſcientie deuoratur Hieremie quinto. Come
dit ſegetes tuas etcetera. ¶ Seges terrenorū eſt imper
manibilis. Iſta eſt enim ſeges diuitiarum. quam ſcilicȝ
diuites non debent ſibi totaliter retinere ſed parteȝ eax
debent pauperibus erogare. Iuxta illud Leuitici. deci
monono. Cum meſſueris ſegetem non tōdebis vſq; ad
ſolum. ſed relinques aduenis et pauperibus et cetera.
Sufficiat de ſegete Uide ſupra de meſſe ⁊ infra de ſemi
ne ſatis habebis.

A **Semen ſeminare.** Nota cum ſemen de
ſe habeat rationem
principij initiatiui. ſucceſſiui. termini multiplicatiui.
hinc eſt ꝙ ſecundum diuerſas ſuas acceptiones diuer
ſas habet morales ſignificationes. Et ſic dico ꝙ ſemen
in ſcriptura tam in bono ꝗ̄ in malo ſignat. Et ſic dico
ꝙ inuenitur. ſemen
Nobile ⁊ virtuoſum.
Utile ⁊ fructuoſum
Mirabile ⁊ glorioſum.
Damnabile et vitioſuȝ
Horribile et pudoroſum. Uel
Fluxibile et lubricoſum
¶ Dico ꝙ ſemen virtuoſum ſignat iuſtos. de quo. Io
annis octauo. Semen abrahe ſumus ⁊ non ſeruiuim⁹
vnꝗ̄. Semen fructuoſum ſignat bona opera de quo.
Oſee decimo ſeminate vobis in veritate iuſtitiaȝ ⁊ mete
te more miſericordie. Semen glorioſum ſignificat chri
ſtuȝ de quo Geneſis vigeſimoſexto In ſemine tuo bene
dicentur omnes tribus terre. Semen vitioſum ſignat
peccatores de quo Danielis decimotertio Semen cha
naan ⁊ non iuda ſpecies decepit ⁊c. ¶ Item ſemen pu
doroſum ⁊ lubricoſum ſignat peccatum carnis. de quo.
Leuitici decimoquinto. Uir qui patitur fluxū ſeminis
immundus eſt etcetera. Dicamus de duobus tantum.
⁊ dicamus ꝙ per ſemen intelligitur bonorum congre
gatio virtuoſa Boni enim ⁊ ſancti dicuntur ſemen. qꝛ
Semen eſt illud quod decidit ur a parentibus. Semen
eſt illud quod dat originem ipſis fructibus Semen eſt
illud quo mundus ditatur fructibus multis. ¶ Itē tri
bus rationibus ſancti dicuntur ſemen. qꝛ ſcilicet a ſan
ctis patribus ⁊ parentibus fuerunt deſceſi ⁊ diriuati ꝑ
ſucceſſionem ⁊ imitationem. Et ideo de ſanctis loquēs
dauid in Pſalmo. ſemen abraham ſerui eius filij iacob
electi eius. Iſti etiam fructibus bonorum operum de
derunt originem per ſanctitateȝ ⁊ perfectionem. Uñ de
eccleſia dicitur Eſaie ſexto. Semen ſanctum erit id qḋ
ſteterit in ea. ¶ Iteȝ inſuper fructus eterne glorie ſibi ip
ſis multiplicant per eterne vite adeptioneȝ. De quo Ec
cleſiaſtici. xliiij. Cuȝ ſemine ipſorum perſeuerant bona
Iſti ſunt ſemen quod dominus in agro eccleſie ſemina
uit. quod doctrinis ⁊ gratijs irrigauit et quod tandem
fructibus bonorum pullulauit Luce octauo ſemen ce
cidit in terraȝ bonaȝ ⁊ ortuȝ fecit fructum centuplū. O
deus quot boni fructus peruenerūt de bonis ſeminib⁹
ideſt de bonis perſonis quas dominus antiquitus in
agro eccleſie ſeminauit. Sed procerto mundus et eccle
ſia videtur eſſe ſicut quedam terra ſterilis. ſicut eſt nor
uegia. alique ſunt terre ſteriles de quibus bona ſemina
iactata degenerant in mala ita ꝙ ſi bonum frumentuȝ
iacitur. ſucceſſu temporis ſilligo efficitur. Sic vere cha
riſſimi videtur eſſe in eccleſia. Deus enim ſeminauit in
principio bonum ſemen bonum triticum: bonuȝ popu
lum ſed procerto ſucceſſu temporis ſemper fuit deterio
ratum quia facta ſunt nouiſſima hominis illius peio
ra priorib⁹ luce. vndecimo Ita ꝙ hodie videtur frumē
tuȝ in ſiligineȝ ⁊ aurum in rubigneȝ commutatū. O ꝗ̄
obſcuratuȝ eſt aurum mutatus eſt color optimus. Tre
norum primo. et ideo dominus conqueritur de eccleſia
Hieremie. ſecundo dicens. Quomodo conuerſa es in
amaritudinem vitis aliena. Ego plantaui te vineā ele
ctam. ⁊ omne ſemen verum. quaſi dicat. modo non ſic.
Nos etiam admiratiue poſſumus dicere illud. Mat
thei decimotertio Domine nonne bonū ſemen ſemina
ſti in agro tuo. vnde ergo habꝫ ȝiȝania. Et ipſe poteſt re
ſpondere illud quod ſequitur. Inimic⁹ homo hoc fecit
ſcilicet dyabolus figura habetur in athalia. quarti re
gum vndecimo ꝙ ipſa occidit omne ſemen regiuȝ in ie
ruſaleȝ Quia breuiter illi qui modo non videntur de tā
bonis ſeminibus proceſſiſſe. primi Eſdre ſecundo. Nō
potuerunt indicare ſemen ſuuȝ vtrum ex iſrael eſſet. nō
ſic chariſſimi ſed ſimus ſemper ſemen bonum ⁊ ſanctū
vt ſimus imitatores bonorum predeceſſoruȝ ⁊ deteſtato
res maloruȝ ſucceſſoruȝ. Iuxta illud Neemie nono. Se
paratuȝ eſt ſemen filiorum iſrael ab omni alienigena.
Ubi aduerte ꝙ ſicut agricola ſapiens ſemen quod ſemi
nandum eſt ſolet purgare inter alia blada eligere ⁊ a cū
ctis bladis alijs ſeparare. Sic vere illi qui bonuȝ ſemen
volunt eſſe in eccleſia ſunt corrigendi per diſcipline pur
gationem. ſeparatuȝ inquit ſupple ab immūditijs ſūt
eligendi per examinis diſcuſſioneȝ quia ſcilicȝ ibi debēt
eſſe ſemen filioruȝ iſrael. Sunt ſeiungendi per iniquorū
vitationeȝ quia ſcilicet ſeparādi ſunt ab omni alienige
na. ¶ Dico ꝙ iſti ſunt corrigendi. ſeparatum inquit. qꝛ
ſcilicet ſicut ſemen per ventum et flabelluȝ ſeparatur a
paleis ſic homo per flatum bone doctrine ⁊ aſpere diſci
pline ſeparatur a vitijs Hieremie decimoquinto. Si ſe
paraueris precioſum a vili quaſi os meum eris. ¶ De
inde dico ꝙ iſti ſunt eligendi quia ſicut agricola de me
lioribus granis eligit ad ſeminandum. Sic vere illi q



Ayuntamiento de Madrid

in eccleſia ſeminantur electi inter alios,eſſe tenētur.Ju
xta illud Hieremie ſecundo Ego plantaui te vineā ele
ctam ⁊ omne ſemen verum.Deuteronomij quarto.Di
lexit domin⁹ patres et elegit ſemen eorum poſt eos . Et
hoc oſtenditur cum dicitur ſemen filiorum iſrael qd̄.ſ.
fuit ſemē electū a dn̄o ſup̄ oēs alias nationes Ut de tali
iſraelitico ſemine dicatur illud Hieremie.xxxj. Adhuc
ſeminabo domum iſrael : et domum iuda ſemine ho
minum ideſt ſemine perſonaruꝫ rationabiliuꝫ ⁊ nobi
lium.Quod eſt hodie contra prelatos qui non ſemināt
domū eccleſie ſemine filiorum iſrael per quos intelligo
bonos ⁊ diſcretos ⁊ videntes deum . ſed potius ibidem
ſeminant ſemen ſuuꝫ.ſcilicet ignorantes nepotulos et
parentes.De quibus dicitur Eccleſiaſtici.qdrageſimo
ſeptimo. Dereliquit poſt ſe de ſemine ſuo gentis ſtulti
tiam.Et procerto tale ſemē poſt ſuos promotores ⁊ car
nales introductores non perſeuerat quia ſicut per p̄de
ceſſorum affectum introducuntur.ſic ſepe fit ꝙ ſucceſ
ſorum odiuꝫ deponuntur de quo Sapientie.tertio Ab
iniquo throno ſemen exterminabitur . Quod etiam eſt
contra principes ⁊ tyrannos qui procerto non ſemināt
in patria bonos ⁊ iuſtos officiales ⁊ balliuos.ſed crude
les ipſos ⁊ iniquos.et de hoc Eſa.decimoqrto de radice
enī colubri egredietur regulus ⁊ ſemen eius abſorbēs
volucrem.Colubri enim ideſt mali principes producūt
malos balliuos qui procerto ſunt quoddam ſemen peſ
ſimū per quod volucres abſorbētur .ideſt per quos bo
ni qui ſunt in patria rapinis ⁊ exactionibus deuorant.
¶ Denique dico ꝙ iſti ſunt ſubiungēdi ab omni inquit
alienigena . Quia ſcilicet. agricola ſemen ſuum electū
ad partem ponit nec ipſum bladis immiſcet.ſic et iſti q̄
ſemen ſanctuꝫ volunt eſſe: debent eſſe ad parteꝫ poſiti
ideſt per vite excellentiam necnon per ſocietatis fugaꝫ
ab oī alienigēa ideſt ab omni mala perſona ſeparati et
diſiuncti Quod tamen eſt contra multos in agro eccle
ſie ſeminatos qui procerto a malis perſonis non ſciun
guntur.ſed eis potius adiunguntur Scriptura enī pre
cepit Leuitici decimonono Non feres agruꝫ diuerſo ſe
mine Sed procerto ager eccleſie multum diuerſo ſemi
ne ſeminatur quia ſcilicet non tantum vnuꝫ ſemen ho-
minum ſed multiplex et diuerſuꝫ ſcilicet paruulorum ⁊
mulierū ⁊c. Ita ꝙ hodie verificatur illud ſecūdi Eſdre.
octauo Commixtum eſt ſemen ſanctum alienigenis gē
tibus.Et quid procerto dico ꝙ qꝛ ſeminatores ſunt im
mūdi neceſſe ē ꝙ ſemia ſint imūda.Quis enī pōt facere
mūdū de imūdo cōceptū ſemine.Job decimotertio.ꝗ iō
talibus poteſt dici hodie illud Eſaie.lvij. Accedite huc
filii auguratricis.ſemen adultere ⁊ fornicarie. Ab tamē
non ſic ſed ſimus ſemen ſanctum a malis diſtinctum.
ſemen electum ſemen purgatum atque correptum vt de
nobis dicatur illud Eſaie lxj.Iſti ſunt ſemē cui benedi
xit dominus.Et ſic nos erimus Semen.

Humile ad ſeruiendum.
Utile ad poſſidendum
Stabile ad reſiſtendum
Flebile ad penitenduꝫ.
Fertile ad producendum

Sint igitur boni humiles ad ſeruiendū Pſalm̄. Et ſe
men meū ſeruiet ipſi . ¶ Iteꝫ ſint vtiles ad poſſidendū
Pſalm̄. Semen ſeruorum eius poſſidebit eam ⁊ qui
diligunt nomen eius habitabūt i ea ſcilicꝫ in terra pa
radiſi ¶ Iteꝫ ſint ſtabiles ad reſiſtenduꝫ. Pſalm̄. Po
tens in terra erit ſemen eius generatio rectoruꝫ benedi
cetur.¶ Itē ſint flebiles ad penitenduꝫ.Quia ſicut dici
tur in Pſalmo.Qui ſeminant in lachrymis in exulta-
tione metent.¶ Item ſint fertiles ad bona opera pro-
ducendum Job quinto.Multiplex erit ſemen tuuꝫ. ſic
igitur patet quomodo per ſemen intelligitur ſanctorū
congregatio virtuoſa.¶ Adhuc dico per ſemen intelli
B gitur virtutum acquiſitio fructuoſa.Uirtutes enim et

bona opera ſunt ſemina quē in autumno huius vite ſe
runtur.Paradiſus vero ⁊ eterna premia ſunt fructus
qui in eſtate futuri ſeculi colliguntur. Bona etiam do
cumenta dicuntur ſemina iuxta verbum chriſti dicen-
tis Mathei.decimotertio.Semen eſt verbū dei.Iſtud
enim in corde auditoruꝫ ſeminatur vt fructus bonoruꝫ
operū reportetur Mathei decimotertio. Exijt qui ſemi
nat ſeminare ſemen ſuuꝫ etcetera.Sic ergo videmus ꝙ
ſecunduꝫ quantitateꝫ ſeminum expectatur quantitas
fructuuꝫ.Quia ſecundum Apoſtolum ſecunda ad.Co
rinthios nono. Qui parce ſeminat parce ⁊ metet.⁊ qui
ſeminat in benedictionibus de benedictionibus ⁊ me-
tet.Et ſic ſecunduꝫ quantitatem virtutum et meritorū
poſſumus ſperare copiaꝫ premiorum ⁊ gaudiorum. Et
ideo multis talibus ſeminibus debemus conſcientiam
ſeminare.vt poſſimus glorie copiaꝫ reportare.vt ⁊ ſim⁹
de illis de quibus dicit.Pſalm̄. Seminauerunt agros
⁊ plantauerunt vineas et fecerunt fructuꝫ natiuitatis.
Ubi aduerte ꝙ ſemen materiale Primo in agro diſper
gitur. Secūdo in terra affligitur.Tertio pluuijs aſper
gitur.Quarto in fructus conuertitur.Et ſic dico ꝙ per
iſtam quadrupliceꝫ ſeminis conditioneꝫ poſſunt qua-
tuor ſemina ſpiritualiter intelligi que debent a fidelib⁹
ſeminari.videlicet.Semen ſubſtantie temporalis . Se
men conſtantie virtualis.Semen ſcientie ſpiritalis . Se
men clementie cordialis . Semen ſubſtantie eſt diſper
genduꝫ ſeminauerunt inquit agros.Semen conſtātie
ideſt boni propoſiti eſt infigenduꝫ Plantauerūt inqt
ſemen ſcientie eſt effūdendū. Uineas inquit.Semē cle
mentie eſt influendum.fecerunt inquit fructuꝫ . ¶ Di
co igitur primo ꝙ eſt diſpergenduꝫ ſemen ſubſtantie tē
poralis quod oſtenditur cuꝫ dicit ſeminauerunt agros
Quia .ſcilicet ad diuites pertinet ſemē bonorum ⁊ opū
temporalium ſpargere et exinde agros pauperuꝫ irri-
gare et impinguare. Teſte enim . Gregorio. Fecundus
eſt ager pauperuꝫ et cito reddit ſeminantibus fructum
Et ideo in tali agro eſt ſeminandū.vbi eſt celeſte premi
uꝫ colligenduꝫ . Gen.vigeſimoſexto. Seminauit Iſaac
in terra illa et inuenit in illo anno centupluꝫ.Iſtud eſt
contra crudeles qui agros . ideſt pauperes per elemoſi
nas non ſeminant.ſed ipſos per rapinas depopulātur
et exterminant. Quod bene figurat in parabola ſemi
nantis vbi dicitur ꝙ volucres celi comederunt ſemē qd̄
ceciderat ſecus viaꝫ.Uia enīꝫ que continue cōculcatur
pauperes tribulatos deſignat et . Quia procerto volu
cres celi.ideſt mundi raptores.Et ſuperbi non ceſſant
ſemen huius vite ideſt ſubſtantias pauperuꝫ deuorare
Igitur eis poteſt dici illud quod dicitur leui. vigeſimo
ſexto Fruſtra ſeretis ſementē.quia ab hoſtibus deuora
bitur. Non ſic chariſſimi.qꝛ ſicut oſtenſuꝫ eſt diſpergē
dum eſt ſemen ſubſtantie temporalis ſeminauerunt in
quit agros ¶ Scđo dico ꝙ infigendum eſt ſemen pro
poſiti pectoralis ⁊ hoc oſtendit cū dicitur:plantauerūt
Bonū enīꝫ propoſitum eſt quaſi quoddaꝫ ſemē.a.quo
ſcilicet ampla ſeges pullulat operum et virtutuꝫ.Iſtud
ergo ſemen plantandū eſt et per perſeuerātiam in corde
firmiter radicandum.ſemen enim niſi mittat radicem
fructuꝫ non facit et ſic bonuꝫ propoſituꝫ niſi habeat p̄
ſeuerantiaꝫ ſtatiꝫ perit plantauerunt inquit quod ſcili
cet deſignat radicum firmitatem Iuxta illud Hierem̄
duodecimo. Plātaſti eos: ⁊ miſerunt radiceꝫ. Unde de
firmitate talis ſeminis poteſt dici illud Job . vigeſimo
primo Semen eoruꝫ permanet coram eis.Et illud Ge
neſis vigeſimoſecundo . Multiplicabo ſemen tuum ſi
cut ſtellas celi:ſtelle enim a ſtando dicuntur . Quod ta
men eſt contra multos qui in bono propoſito non ſunt
ſtabiles ſed potius variabiles et defectibiles . Figurati
in ſemine quod cecidit ſupra petram.quod natuꝫ aruit
quia radiceꝫ figere non potuit. Quare vere multi ſunt
ita duri et petrei ꝙ licet ſemen boni operis.ſemen boni
propoſiti

Ayuntamiento de Madrid

propoſiti ⁊ gratie diuine recipiant. quia tamen in ipis
non figitur in bono minime perſeuerant. pſ. Semē im
piorum peribit. Non ſic ergo ſed dico ꝙ infigenduȝ eſt
ſemen propoſiti pectoralis. Plantauerūt inqt. ¶ Ter-
tio dico ꝙ effundendum eſt ſemen ſcientie ſpiritualis. ſe
men enim verbum dei eſt quod predicator docēdo ſemi
nat et paterfamilias deus fructū bonoruȝ operuȝ repor
tat. Unde Apoſtolus dicit prima ad Corinthios nono
Si nos ſpiritalia ſeminauimus vobis non magnuȝ eſt
ſi veſtra carnalia metamus. Et hoc ſemen intelligitur
cuȝ dicitur vineas. Quia ſcilicet vinea que emittit vinū
quod inebriat ⁊ letificat. ſignat illuȝ qui ſemen doctri-
ne docet et predicat Hieremie. ſecundo. Ego plātaui te
vineaȝ electaȝ et omne ſemen veruȝ. Sed quid? proter-
to multis predicatoribus poteſt dici illud quod dicitur
Michee. ſexto Tu ſeminabis ⁊ non metes. Et Aggei.
primo Seminaſtis multuȝ ⁊ intuliſtis paruȝ. Quia ſci
licet multi ſunt qui ſemen doctrine bene recipiunt. ſed
fructuȝ operuȝ non faciunt: immo quandoqȝ peiores ꝙ̄
ante fiunt et tūc impletur illud Hieremie. duodecimo
Seminauerunt triticuȝ ⁊ meſſuerūt ſpinas. Ideo ergo
dico ꝙ effundendum eſt ſemen ſciētie ſpiritalis vineas
inquit. ¶ Quarto dico ꝙ influendum eſt ſemen clemē
tie ſupernalis fecerunt inquit fructum. ſemen eniȝ qḋ
producit fructus ad homines nutriendum eſt pietas q̄
fructus bonoruȝ operum producit et que indigentes ad
iuuat atqȝ nutrit Mathei. decimotertio. ſemen cecidit
in terram bonam et ortum fecit fructū. Et ſicut ſemen
modicuȝ eſt reſpectu fructus. ſic bonum opus valde eſt
modicuȝ reſpectu premij. Et breuiter omnia bona ope-
ra ſunt quedam ſemina fructus glorie eterne producti-
ua. dum tamen lachrymarum profluuio fuerint irriga
ta. Quia ſicut dicitur in Pſalmo. Qui ſeminant in la
chrymis in exultatione metēt. Uerum tamen ille qui ſe
minat caueat a nimio vento ſicut ille qui facit bonū opꝰ
debet cauere a vane glorie figmento quia alias de ipſo
dicetur illud Oſee octauo ſeminabunt ventum ⁊ turbi
nem metent. Quia vcȝ quādo cupido vane glīe ⁊ vane lau
dis fit in ſemine meſſis premij erit in turbine. Non ſic
ſed ſeminemus ſemina noſtra ſine tali vento ⁊ ſic repor
A tabimus fructum bonū Iuxta illud Geneſis. xlvij. Ac
cipite ſemina ⁊ ſerite. Quia ſicut dicitur Galathas. ſex
to. Quod ſeminauerit homo hoc ⁊ metet. Sic ergo pa
tet quomodo quatuor ſemina ſunt habenda et a fideli
bus diuerſimode ſeminādā hoc ergo de ſemine ſufficit

## Semita.

Cum ſemita nihil aliud ſit ꝙ̄ parua ⁊
breuis via: ⁊ ſepiſſime vnum pro alio
aſſumatur. Poſſumus dicere ꝙ per ſemitam poteſt in
telligi vita noſtra et tranſitus huius mundi. in quo di
uerſimode ambulamus. Breuiter ergo dico ꝙ inueni-
tur triplex ſemita. ſcilicet. Quedam breuis et tranſiti
ua. Quedam ſuauis et directiua Quedam grauis ⁊ de
ceptiua. ſemitam breuem currunt omnes mortales. ſe
mitam ſuauem currunt omnes morales ſemitaȝ grauē
currūt omnes carnales. ſemita ergo ſignat vitā morta
lium de qua. Iob decimoſexto ſemitam per quam nō re
uertar ambulo. ſemita etiam ſignat ſtatum moralium
B hoc eſt dictu vitam iuſtorum et perfectorum de quo ꝓ
uerbiorum quarto Iuſtorum quaſi lux ſplendens Si-
gnificat inſuper vitam carnalium hoc eſt dictu vitam
et conditionem malorum. ⁊ de hoc Iob. vigeſimoſecun
do. Nunquid ſemitaȝ ſeculorū cuſtodire cupis quā cal
cauerunt viri iniqui? Semita ergo. Prima eſt natura
lis que morte clauditur. Secunda eſt ſemita virtualis.
qua iuſtus graditur. Tertia eſt ſemita criminalis. que
a malo teritur. ¶ De prima nihil ad preſens De ſecun
da vero et tertia eſt aliquid dicendum. ¶ Dicamus er-
go ꝙ eſt quedam ſemita virtuoſa et quedam ſemita vi
tioſa. Semita eſt vita perfectorum. Iſta eſt enim ſemi-
ta per quam chriſtus ambulauit et perambulandaȝ do
cuit et mandauit Eſaie. ſecundo. Uenite aſcendamus
ad montem domini et ad domum dei Iacob. et docebit
nos vias ſuas ⁊ ambulabimus in ſemitis eius. Semita
enim eſt arta via per quam tranſeunt homines nō qua
drige. quam vt communiter non omnes ſciunt. ⁊ q̄ bre
uius ducit ad terminum quam via publica et quam in
ſuper pauci vadunt. Sic et nunc via perfectionis eſt ſi-
cut quedam parua ſemita iuxta viam publicam huius
mundi poſita: quam proculdubio pauci intrant. Quia
ſicut dicitur Mathei ſeptimo. Arcta ē via que ducit ad
vitam eternam. ⁊ pauci ingrediuntur per eaȝ. Soli enī
homines ideſt ſoli perfecti viri et perſone ratione vten
tes ſemitam perfectionis ambulant quia ſcilicet quaſi
omnes vadunt per ſtratam publicā ſtatus mundi pau
ci enim videntur ſcire iſtam ſcilicet perfectionis ſemitā
⁊ ideo neceſſarius eſt ibi ductor ſcilicȝ chriſtus qui nos
doceat ambulare et conducat. Quod bene petebat Da
uid dicens Deduc me domine in ſemita mandatorum
tuorum quia ipſam volui. quia ſicut dicitur Iob. vigeſi
mooctauo. Semitaȝ ignorauit auis nec intuitus eſt eā
oculus vulturis. Aues enim altevolantes ideſt ſuperbi
et preſūptuoſi. vultures ponderoſi et tardi. ideſt carna-
les luxurioſi iſtam viam ignorant. nec ipſam libenter
intrant. Iſta enim via ſecretior et per conſequens ſecuri
or et ad tranſeundum terminum paradiſi eſt breuior ce
tius enim et facilius ſaluatur ibi homo ꝙ̄ in via publi
ca ideſt ꝙ̄ in ſtatu ſecularium perſonarum. Sicut igi-
tur cerui ⁊ alia animalia ſilueſtria non libenter vadūt
per vias publicas timentes venatores ⁊ canes et homi-
nes trāſeūtes ſȝ potiꝰ vadūt ꝑ ſemitas ſolitarias ⁊ ſecre
tas ⁊ a paucis trāſeūtibꝰ freq̄ntatas. Sic ⁊ nos debemꝰ
ſemitā ꝑfectionis intrare et nos a via publica. i. a cōmu
ni tumultu ſeculi elongare vt ſic a canibus inferni poſ
ſimus nos tutius ſeruare quia ſicut dicitur Prouerbio
rum duodecimo. In ſemita iuſtitie vita ⁊ Prouerbiorū
tertio dicitur. quod vie eius ſcilicet ſapientie vie pulcre
et ſemite eius pacifice omnes. Et ſic cuilibet poterit di-
ci illud Pſalm̄. In mari via tua et ſemite tue in aquis
multis. Ubi aduerte ꝙ ſicut ſemita habet tres cōditio
nes quia. ſcilicet ipſa eſt ſtrictior rectior et mundior. ſic
ſemita ſtatus et perfectionis habet et continet.
Penitētie amaritudineȝ. in mari.
Iuſtitie rectitudinem ſemite tue.
Continentie ſeu mundicie pulcritudinē. in aquis mul-
tis. ¶ Primo igitur dico ꝙ in iſta ſemita debet eſſe
penitentie amaritudo cum dicitur in mari. Mare eniȝ
ſalſum et amaruȝ. vndoſum difficile ad potandū. vtile
tamen ad medicanduȝ. penitentiaȝ deſignat que diffici
lis eſt et aſpera ⁊ tamen vtilis atqȝ ſana. Semita enim
vt dictuȝ eſt ſtricta eſt ⁊ etiam difficilis aliquotiens ⁊ aſ
pera. tranſit enī per loca altiora que ſunt ad aſcendēdū
communiter grauiora. Sic vere penitentia grauis eſt
et difficilis ad eundum in celuȝ. eſt tamen breuis et pe-
netrabilis. in mari inquit. Eſaie xliij. Dominus dedit
in mari viaȝ et in aquis torrētibus ſemitam. De iſta ta
men ſemita nō curant delicioſi. Unde de carnali mulie
re dicitur. Prouerbiorum. quinto. Per ſemitam vite
non ambulat. vagi ſunt greſſus eius et inueſtigabiles.
Iſta ſemita potiſſime deſignat ſtatum religionis. vbi
ſcilicet penitentia valde viget vel vigere videt̄ ſicut enī
aliqua animalia ſunt ita indomabilia ꝙ nunꝙ̄ volūt
incedere ꝑ rectitudinē ſemitarū ſed potius vndiqȝ ſine
via ⁊ ſine ſemita diuagari. ſicut de onagris ⁊ bubalis
dicit̄ que ſunt animalia q̄ ſine iugo diſcipline ꝑ ſeculū
diuagant̄ figurati in aſina balaā que quia vidit angelū
cū gladio i via declinauit a ſemita ⁊ attriuit pedem ſedē
tis. q̄ dum verberaret eam ⁊ vellet ad ſemitam reduce
re incepit aſina murmurare. ſicut dicitur Numeri. xxij.

Quia vere chariſſimi aſina. ideſt vir carnalis dum i via penitentie ⁊ religionis videt ſtare angelum cuz gladio ideſt prelatum cum puniendi ⁊ corrigēdi officio. timet illuc accedere ⁊ quandoqꝫ nititur a tali ſemita retrocedere: ſicut potiſſime patet in apoſtatis ꝙ ſi ipſum ad ſemitam vite ⁊ penitentie verbo vel opere reducere voluerit ſtatiꝫ contra euz reclamabit. Et iſti deberent aduertere ꝙ ſanſon declinans per ſemitam inuenit in ore leonis mortui fauū mellis ſicut dicitur Iudi. decimoquarto. Quia videlicet illi qui declinant ſe ad ſemitaꝫ penitentie inueniunt ſibi fauum mellis diuine Sapientie et gratie in mari inquit. Sapientie quinto. Semita carine in fluctibus. Sic igitur in iſta ſemita eſt penitentie artitudo. quod oſtenditur in verbo ſemite. ¶ Quia ſci
D licet de natura ſemite eſt ꝙ ſit breuis ⁊ recta: ⁊ quanto breuior tanto rectior Iuxta illud Luce tertio. Dirigite vias domini rectas facite ſemitas dei noſtri. Quia procerto illi qui in ſemita perfectionis ambulant. rectitudinem iuſtitie ⁊ breuitatem expeditionis ſeruant quia ſcilicet ipſi ſunt breues alios celeriter expediendo ⁊ recti nunq̄ a iuſtitia deuiando Eſaie. vigeſimoſexto. ſemita iuſti recta eſt. rectus callis iuſti ad ambulandum. vide ſupra de rectitudine. Quod tamen eſt cōtra multos quorū ſemita nō eſt recta per fallaciā non eſt breuis ꝑ celeritatem ſed prolixa per tepiditatem ſicut ad litteraꝫ videmus de modernis multis iudicibus ⁊ prelatis de q̄bus poteſt dici illud Eſa. lix. Semite eorum incuruate ſunt. Semita talium eſt ſicut ſemita fluminū ⁊ aquaꝝ que ſemper eſt tortuoſa ⁊ longa. Sic a conditio iſtoruꝫ tortuoſa eſt per falſitatem ⁊ longa per prolixitateꝫ. Unde de ipſis intelligitur illud Gen. xlix. Fiat dan coluber in via Ceraſtes in ſemitis. Coluber eniꝫ qui ſemper tortuoſe incedit et dicitur a collabēdo ⁊ ceraſtes qui eſt ſerpens cornutus iuxta ſemitas inſidians beſtijs tranſeūtibus ſignat tales qui. ſcilicet ſunt tortuoſi per falſam intentioneꝫ ſunt collabentes per blandaꝫ adulationē: ſunt cornuti per ſuperbam elationem. ſunt etiam inſidiantes tranſeuntibus per aſtutam deceptionē. Quia proculdubio aliud non videntur facere hodie tales iudices et prelati et balliui niſi inſidiari tranſeuntibꝰ. vt ipſos mordeant rapine dētibus. Serpēs q̄q̄ ſit i recta ſemita. nunq̄ tamen propter hoc recte incedit nec etiaꝫ venenuꝫ dimittit. ſic vere iſti q̄uis ſint poſiti in ſemita recta iuſtitie. hoc eſt in officio ⁊ in ſtatu iudicature vel prelature. vbi. ſcilicet iuſtitia eſt facienda nunq̄ tamen ſunt iuſti ſed venenoſi. fallaces ⁊ infecti ſunt enim in ſemita iuſtitie. ſed procerto ipſaꝫ non ſequuntur nec per eam gradiuntur. ſed magis in ipſa alijs inſidiant. Unde ipſi dicere videntur illud Eſaie. xxx. Auferte a me viā declinate a me ſemitam ceſſet a facie noſtra ſanctus iſrael. Non ſic chariſſimi non. ſed ſit in iſta ſemita iuſtitie rectitudo vt ſic quilibet dicat illud. Prouerbiorum octauo In vijs iuſtitie ambulabo in medio ſemitarum iudicij. Ut et eis dominus dicat illud Prouerbiorum. Quarto. Ducam te per ſemitas equitatis quas cum ingreſſus fueris non artabuntur greſſus tui. ¶ Tertio
E dico ꝙ in ſemita perfectionis debet eſſe mūdicie ſeu cōtinentie ſanctitudo quod oſtēditur cum dicitur in aq̄s multis. Aque autem que maculas tollunt mundiciaꝫ et puritatem deſignant. Quia ſcilicet ſicut ſemita de ſui natura debet eſſe munda. ſic vita bonorum debet eē munda ⁊ pura. Unde Eſaie. xliij. dicitur. Quod dedit deus in aquis torrentibus ſemitam. et hoc eſt contra illos qui in ſemita perfectionis et religionis mundiciaꝫ non obſeruant. Quia procerto ibi debet eſſe mundicia et interius in corde. et exterius in carne et ſcilicet vlteriꝰ in ſermone Prouerbiorum tertio. Uie eius vie pulcre: et omnes ſemite eius pacifice. Iſte ſunt igitur ſemite iuſtorum et perfectorum. ſcilicet.

Mundicia corporalis.
Iuſtitia virtualis.
Penitentia temporalis.

De quibus admiratiue loquens ſcriptura dicit Iob. xxxvij. capitulo. Nunquid noſti ſemitas nubium magnas et perfectas Sancti enim ⁊ iuſti dicuntur. nubes ſicut ſuperius eſt oſtenſum. Iſte enim ſunt ſemite q̄s dauid ſibi doceri petebat dicens i pſalmo ſemitas tuas doce me. Iſte ſunt ſemite in quibus deduci poſcebat dicēs in pſa. Deduc me domine in ſemita mandatorum tuoꝝ Iſte ſunt inſuper ſemite in quibus illuminatum ſe dicebat. ibidem. Lucerna pedibus meis verbuꝫ tuū. ⁊ lumē ſemitas meis Et ſic igitur patet ꝙ ſunt ſemite virtuoſe ¶ Adhuc dico ꝙ ſunt q̄dam ſemite vitioſe. Et iſte ſunt ſemite impiorum. Peccata enim ſunt ſemite per quas gradiuntur iniqui Et ſic nota. ꝙ in ſcriptura inuenit.

Semita montuoſa
Semita tortuoſa
Semita tenebroſa.
Semita lubricoſa
Semita periculoſa

Montuoſa dico eſt ſemita ſuperborum. Iſti enim ſemper appetunt alta vnde Iudith. decimoquinto capitulo dicitur de illis qui erant de exercitu holofernis. ꝙ ipſi fugiebant per vias camporum: et ſemitas collium. Tortuoſa eſt ſemita auarorum. Iſti eñ in actibus ſuis nunq̄ recte incedunt. Eſa. lix. Semite eoruꝫ incuruate ſunt. Et ſemper intendunt ad iniuſtitiam ⁊ rapinam. Prouerbiorū primo. Semite omnis auari animas poſſidentium rapiunt. Tenebroſa eſt ſemita inuidorum. Iſti enim nunq̄ volunt videre bonum alicuius. Unde Iob. vj. Inuolute ſunt ſemite greſſus eiꝰ. Lubricoſa eſt ſemita immundorum. Unde ſicut ſemita per quam limax gradit eſt infecta ita ꝙ appet ibi veſtigiū gradientis. ſic vita illorum ita eſt immunda. vt eorum veſtigia appareant lubricoſa Iob. xlj capitulo. Poſt eum lucebit ſemita. Periculoſa eſt ſemita deceptorum vnde Iob decimooctauo: Diſcipula eius ſuper ſemitā. Et ſic igit patet ꝙ eſt ſemita virtuoſa ⁊ vitioſa ⁊ hoc ſufficit vide infra de via Et ſupra de Ambulare. ⁊ de Ire. ⁊ de Gradi.

## Semel.

Nota ꝙ iſtud aduerbium ſemel in ſcriptura inuenitur vel ſumitur in bono ⁊ in malo Unde breuiter dico ꝙ i ſcriptura inuenitur ſemel. A

Autoritatis.
Neceſſitatis.
Mortalitatis.
Seueritatis.
Felicitatis.
Penalitatis
Confeſſionis.
Damnationis.

Semel autoritatis ꝑtinet ad quemlibet ſuperiorē. magni eñ homines qꝺ ſemel precipiūt dꝫ fieri ad ipſos eñ ꝑtinet ſemel aliq̄d ordiare. ⁊ nō nūc vnū nūc aliud variare ſicut de deo dr Iob. xxxiij. Semel loq̄tur deus: ⁊ ſecundo idipſum non repetit. ¶ Semel neceſſitatis eſt illud qꝺ ſi q̄s ſemel voluerit. neceſſario obligatꝰ erit. de quo Deutero. xxx. Qꝺ ſemel egreſſuꝫ eſt de labijs obſeruabis Semel mortalitatis eſt illud quo homines tenētur ſemel neceſſario mortē pati. De quo Hebre. ix. Statutuꝫ eſt hominibus ſemel mori. Semel ſecuritatis eſt illud quo deꝰ ſemel in iudicio ſentētiā proferet quā nullus ſubfugiet aut ꝑuertit Et de hoc i pſ. Semel locutꝰ eſt deꝰ: duo hec audiui. q2 poteſtas dei ē. ⁊ tibi domine miſericordia q2 tu reddes vnicuiqꝫ ſm opa ſua. Semel felicitatis ē illud quo ſemel bti gloriaꝫ adipiſcunt quaꝫ nunq̄ amplꝰ perdere dinoſcūtur: vñ de chriſto dicitur Hebre. ix. Qꝺ ꝑ propriū ſanguinem introiuit ſemel in ſancta eterna redemptione inuenta. ſemel penalitatis ē illud quo xp̄s oblatus eſt ſemel pro nobꝰ deo patri. de quo. j. Petri. iij. xp̄s ſemel pro peccatis mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis ⁊c. Semel confeſſionis eſt illud. quo q̄libet ad minus ſemel in anno tenetur confiteri de quo pōt dici illud. ij. Regum. xiiij. Semel in anno tondebantur capilli abſalon. Semel damnatiōis eſt illud quo mali ſemel damnati. perpetuo remanent in iferno de quo

Ayuntamiento de Madrid

de quo poteſt dici illud .j. Regum xxvj Percutiam eũ ſemel lancea in terra ⁊ ſecundo opus non erit. Sufficiat ergo de ſemel quia exẽpla nõ allegaui. quamuis multa ſint. Quia tranſiui gratia breuitatis

## Semper.

Nota ꝙ ſemper ẽ vnũ aduerbium. quod ſignificat continuitatẽ frequẽtationem ⁊ eternitatem taꝫ in bono ꝙ̃ in malo. Et ideo breuiter diſcurrendo poſſumus notare ꝙ iſtud ſemper poteſt pertinere ad quatuor genera perſonarum. videlꝫ

Ad perfectos inferius reſidentes.
Ad beatos ſuperius preſidentes.
Ad infectos exterius delinquentes
Ad damnatos ſubterius gemiſcentes.

Et ſic dico ꝙ ſemper poteſt ſignare. Perſeuerantiaꝫ in gratia reſpectu perfectorum. Perſeuerantiam in gloria reſpectu beatoꝝ Perſeuerãtiã in culpa reſpectu peccatorum. Perſeuerantiam in pena reſpectu damnatorum ¶ Igitur dicamus primo de ſemper: quod ptinet ad perſeuerantiam perfectoruꝫ. quia ſcilicet perfecti viri ſemper in bono perſeuerant quia ſua bona opera nũ ꝙ̃ per peccatum mortale diſcontinuant ſeu ceſſant. Sicut enim creature ſemper continuant actus ſuos: ſicut videmus de igne continue calefaciente de celo cõtinue currente ⁊ influente: de ſole ſemper illuminante ⁊ ſic de alijs. Sic iuſti ſemper continuant bona opera. vel ĩ habitu vel in actu ſemper enim mouentur obediẽdo. ſemper caleſcunt charitatiue diligẽdo ſemper luminant bona documenta ⁊ exempla alijs oſtendendo vt ſic quilibet dicat illud Joannis. viij. cap. Que placita ſunt illi facio ſemper. Et ſic poſſumus notare ꝙ iuſti debent.

Semper ſperare.
Semper orare
Semper laudare
Semper videre.
Semper gaudere.
Semper ardere
Semper lucere.
Semper docere

Quod debeant ſemper ſperare in domino. Exemplo paruuli qui innititur nutrici ſue ne forte cadat in lutũ. ptꝫ per prophetam dicentem. Oſee duodecimo Spera in deo tuo ſemper. Quod etiaꝫ ipſi debeant ſemper orare patet per apoſtolum dicentem .j. Theſſaloni. v. Semp gaudete ſine intermiſſione orate. Et Luce. xviij. Oportet ſemper orare Quod inſuper ſemper debent laudare exemplo alaude ⁊ phylomene. que ſemper ſine itermiſſione cantant. patet Ephe. ſeos quinto vbi dicitur. Gratias agentes ſemper pro omnibus. ¶ Iteꝫ ꝙ iſti debẽt ſemper per contemplationem videre exemplo leonis. q̃ ſemper dormit oculos habens apertos Patet exemplo angelorũ. de qb⁹ dr̃ Mat. xviij. Qd̃ angeli ſp vident faciem patris q̃ in celis eſt. ¶ Item ꝙ etiam iuſti debeãt p ſpiritusſancti cõſolationẽ ſemper gaudere ptꝫ phi. iiij. vbi dr̃. Gaudete in domino ſemper iterum dico gaudete. Quod etiam ipſi ſemper debeant per dilectioneꝫ ardere. Exemplo lapidis albeſton. qui ſemel accenſus ſẽper ardet. patet Leuiti. vj. Ubi precipitur Ignis in altari meo ſemper ardebit. Quod nihilominus iſti ſemper debeant per diſcretionem lucere. Exemplo ſolis. qui lumen ſuum ſemper ſeruat patet Exodi. xxvij. vbi dicitur Ardeat lucerna ſemper in tabernaculo. Quod etiam ipſi adhuc debeant ſemper per predicationem docere ptꝫ exemplo chriſti Joannis. xviij. dicentis. Ego ſemper docui in ſynagoga. Iſtud eſt ergo ſemper id eſt perſeuerantia inquantum pertinet ad perfectos. ¶ Secundo dico ꝙ ſemper pertinet ad perſeuerantiam refectorum. i. beatorum. Iſti enim omnia que habent. habent ſemp. ⁊ omnia que faciunt. ſemper faciunt. Iſti enim ſunt.

Sicut ſtelle ſemper lucentes.
Sicut palme ſemper virentes.
Sicut angeli ſemper viuentes
Sicut piſces ſemper in aqua voluptatis eterne reſidentes.
Sicut ſponſi ſemper gaudentes.
Sicut reges ſemper regnãtes.
Sicut heredes hereditatem glorie ſemper diuidentes.

Et ideo breuiter nota de iſtis ꝙ ipſi

Semper ſunt in lauta ſatietate.
Semper ſunt in grata ſocietate
Semper ſunt in quieta tranquillitate.
Semper ſunt in leta iocunditate
Semper ſunt in tuta ſecuritate
Semper ſunt in noua felicitate.
Semper ſunt in magna fertilitate.

Dico ꝙ beati ſemper ſunt in lauta ſocietate quia ſcilicꝫ cuilibet ipſorum dominus videtur dicere illud qd̃ dixit dauid Miphyboſeth. ij. Reguꝫ. ix. capit. Tu comedes panem in menſa mea ſemper. ¶ Item dico ꝙ ſemp ſũt in grata ſocietate. Habent enim deũ pro ſocio. Ipſe enĩ dicit celeſti hieruſalem Ezechielis. xliij. capitulo Habitabo in medio tui ſemper: Et. iij. Regum. x. Beati ſerui tui q̃ ſtãt corã te ſp. ¶ Itẽ dico ꝙ ſp ſunt ĩ q̃eta tranq̃llitate nullum enim inueniunt perturbantem. Unde eſaie. lviij. Requiem dabit tibi dominus deus tuus ſemp ¶ Item dico ꝙ iſti ſunt ſemper in leta iocunditate vnde. j. Theſſa. v. capitulo. Semper gaudete ſine intermiſſione. ¶ Itẽ dico ꝙ iſti ſemper ſunt ĩ tuta ſecuritate. vnde. j. Theſſalo. iiij. Rapiemur ſimul obuiam chriſto in aera. et ſic cum domino ſemper erimus. ¶ Iteꝫ dico ꝙ iſti ſemper ſunt in noua felicitate Job. xxix. capitu. Gloria mea ſemper inouabitur ⁊ arcus meus ſemper in manu mea inſtaurabitur. ¶ Iteꝫ dico ꝙ iſti ſunt ſemper in magna fertilitate. vnde cuilibet dicatur a deo patre. fili tu ſemper mecuꝫ es ⁊ omnia mea tua ſunt Luc. xv. vbi oſtenditur ꝙ iſti ſunt.

Nobiliter vocati fili inquit.
Tenaciter obligati. tu ſemper mecum es
Utiliter ditati quia omnia mea tua ſunt.

Et ſic dico ꝙ pertinet ad perſeuerantiaꝫ perfectoruꝫ.

¶ Tertio dico ꝙ ſemper pertinet ad perſeuerantiam. malignorum. Mali enim ſemper ſunt perſeuerantes C in vitijs ⁊ ſemper addunt peccata peccatis. Et ideo notandum eſt ꝙ ſemper mali multis modis dicuntur mali videlicet quia.

Semper ſunt ſuperbi ⁊ ambitioſi.
Semper ſunt diſcordes et litigioſi.
Semper ſunt peruerſi et inuidioſi.
Semper ſunt rapaces ⁊ penurioſi.

Dico ergo ꝙ iſti ſũt ſemp preſumptuoſi. pſal. ſuperbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. ¶ Item ſemper ſunt litigioſi quia ſicut dicitur Prouerbiorum decimo tertio Inter ſupbos ſemp ſunt iurgia. ¶ Itẽ ſemp ſunt inuidioſi et odioſi Geneſis vigeſimoſeptimo. Oderat ſemper eſau iacob. ¶ Item ſemper ſunt penurioſi quia ſicut dicitur. Prouerbiorum vndecimo. alij diuidunt propria ⁊ ditiores ſunt: alij rapiunt non ſua ⁊ ſemper in egeſtate ſunt. Iſtud igitur eſt ſemper quod pertinet ad perſeuerantiam malignoruꝫ. ¶ Sed quarto dico ꝙ eſt vnum ſemper qd̃ pertinet ad perſeuerantiã damnatorũ Et iſtud eſt illud quo damnati ſemper ⁊ perpetuo ſũt in pena. ⁊ cetera allega quia non inuenio ad preſens: vt dic ſicut immediate. ſufficiat ergo de ſemper.

## Sempiternus.

Nota ꝙ ſempiternus idẽ A eſt quod ſemper eternus. Et poteſt ſempiternus accipi moraliter pro perſeuerantia ſempiterna. diuturna ſiue bona ſiue mala. Quia. ſcilicet ille eſt moraliter ſempiternus qui in bono vel ĩ malo propoſito eſt durabilis ⁊ eternus. Et ideo tam moraliter ꝙ̃ literaliter accipiendo. poſſum breuiter dicere: ꝙ in ſcriptura inuenitur ſempiternitas.

Uirtuoſa
Uitioſa
Gaudioſa.
Tedioſa.

Prima eſt hominũ pfectoruꝫ q̃ ſcꝫ boni dicuntur ſem

Ayuntamiento de Madrid

piterni pro eo ꝙ perſeuerando in bono ſunt ſtabiles et diuturni. Unde Hieremie.j. Apponentur ad dñs federe ſempiterno. Scḋa eſt hominū peccatoꝝ quia ſcilꝫ mali qñqꝫ ſunt in ſua mala volūtate taliter obſtinati ꝙ i ſempiternū videnſ ibi eē imutabilr confirmati Unde quilibet talis debꝫ dicere illud Treno.iij. In tenebris collocauit me ſicut mortuos ſempiternos. Tertia eſt ſempiternitas hoīm beatoꝝ quia ſcꝫ iſti ſunt ſuperi⁹ in gl̃ia ſempterna. vbi ſine defectu cuncta ſunt eis perpetua et eterna. Quia proculdubio iſti habent ſempiternam

Lucem
Ducem.
Nomen.
Omen
Leticiam.
Amiciciam

Dico ſempiternaꝫ lucē Eſaie.lx. Erit tibi dominus in lucem ſempiternam Dico etiam ſempiternū ducem Hie.x. ipſe de⁹ tu⁹ et rex ſēpitern⁹.

Itē nomē ſēpiternū eſa.lvj. nomē ſēpiternū dabo eis. Dico ſempiternum omen. Eſa.lj. Salus mea in ſempiternum erit. ❡ Item ſempiternam leticiaꝫ quia ſicut dicit Eſa.xxxv. Leticia ſempiterna ſuper capita eorum gaudium ꝛ exultationem obtinebunt iteꝫ ſempiternā amiciciam. Eſa.lv. feriam vobiſcum pactum ſempiternuꝫ quod nulla obliuiōe delebitur. Iſta eſt igitur ſempiternitas beatorum. ❡ Quarta eſt ſempiternitas i reproborum qui ſempiterne cruciantur. vnde in pš. dicitur. Quod deus percuſſit inimicos ſuos i poſteriora opprobrium ſempiternuꝫ dedit illis ꝛ cetera. Uide vbi perpetuus ꝛ eternus.

a **Senex ſenectus.** Nota breuiter ꝙ i ſcriptura inuenio triplicē ſenectutem videlicet
Senectutem moralem que eſt perfectionis
Senectutem letalem que eſt infectionis:
Senectutem carnalem que eſt defectionis.
❡ Prima ſenectus eſt virtualis. ❡ Secunda ſenectus eſt criminalis. ❡ Tertia ſenectus eſt naturalis. ❡ Dico primo ꝙ eſt ſenectus perfectionis. Moraliter enim loquendo. ſenectus ſignificat. Uitam perfectam virtuoſam ꝛ honeſtam quia ſicut dicitur Sapien. iiij. Senectus venerabilis eſt vita immaculata Palma enim dum eſt iuuenis non fructificat ſed tunc incipit fructum facere. quādo incipit ſeneſcere Sic vere homo dum eſt ignarus ꝛ iuuenis. per bona opera nō bene fructificat. Quando vero eſt ſenex ideſt prudens: matur⁹ ꝛ honeſtus ꝛ in moribus bene compoſitus ꝛ formatus tunc proculdubio fructus bonos facit ꝛ producit. et in bonis operibus fertiliter ſeneſcit vnde Pš. Multiplicabuntur in ſenecta vberi et bene patientes erūt vt annuncient ꝛ Eccleſiaſtici.xlvj. Uſqꝫ ad ſenectutem pmāſit in eo virtus: Et ideo quilibet vir perfectus et iuſtus ꝛ in ſtatu et gradu honoris ſemel vt pote in ſtatu prelationis conſtitutus: poteſt dicere de ſeipſo illud pš. Iunior fui etenim ſenui In quibus verbis oſtenduntur tria que quilibet ſenex: ideſt quilibet vir virtuoſus. debꝫ habere ſecundum tres conditiones naturales ſenectutis.
Senes enim naturaliter ſunt.
Senſu clariores.
Statu curuiores
Motu grauiores.
❡ Sic vir iuſtus ſpiritualiter. Senſus claritatem debet poſſidere. Mortis curuitatem ſeu qualitateꝫ debet preuidere. Morum grauitatem debet tenere: Primuꝫ probat etatis complexio. Iunior. Secunduꝫ temporis defluxio. fui. Tertiū nominis conditio. Senui. ❡ Dico igitur ꝙ ſenex ſpiritualiter debꝫ poſſidere ſenſus claritatem. ꝛ hoc oſtenditur cum dicitur. Iunior. Quia ſicut iuuenes plus pollent in ſenſibus corporalibus. ſic ſenes plus pollent vel ſaltem pollere debent in ſenſib⁹ ſpiritualibus Senex enim dicitur qui prudēs et diſcretus eſt in illis que pertinēt ad ſalutem Pš. Senes e⁹ prudentiam docent. vnde etiam danieli ꝙuis temporaliter valde iuueni pro eo ꝙ prudenter ſciuit iudices redarguere dictuꝫ fuit Danieli.xiij. Ueni ꝛ ſede i medio noſtrorum quia tibi deus hodie dedit honoreꝫ ſenectutis Nota ꝙ in India eſt genus hominū vt dicit Pli. qui in ipſo ſeptennio dicuntur caneſcere. ꝛ ita ſimul et ſemel ſenectutem ꝛ iuuentuteꝫ habere. Sic vere moraliter. poſſibile eſt ꝙ homo ſit iuuenis corpore canus tamen ſenex prudens ꝛ maturus ſit in mente Deuteronomij xxxiij. Sicut dies iuuentutis tue ita ꝛ ſenectus tua Iunior inquit Iob .xxix. Uidebant me iuuenes ꝛ abſcōdebantur ꝛ ſenes aſſurgentes ſtabant acſi diceret. in talibus iuuenes .i. motus iuuenilis abſconduntur. ꝛ ſenes .i. prudentie ſeniles habitant ꝛ morantur Patet igitur ꝙ ille qui locum ꝛ officium ſenum vult tenere debꝫ habere ſenſus claritatem. Deinde dico ꝙ qui ſpiritualiter vult eſſe ſenex. debet preuidere mortis curuitatem fui inquit quaſi dicat. iam tranſiuit tempus meuꝫ iaꝫ non ſum nec ero: ſed fui.
Senes enim naturaliter ad terram incuruantur
Senes etiam libentius terram intuentur.
Senes inſuper ad mortē amplius proximantur
Iuxta illud Hebreo.viij. Quod autem antiquatur ꝛ ſeneſcit prope interitum eſt. Sic vere cariſſimi: ille q̄ ſpiritualiter vult eſſe ſenex. debet ſemper ad terrā ad quā tendit reſpicere. et ad mortis cōſiderationē oculos inclinare ꝛ ſe moriturum in proximo cogitare dicendo fui. Iuxta illud Apocalip.xvij. Beſtia quam vidiſti fuit et non eſt ꝛ in interitum vadit. Igitur iſte debet preuidere mortis curuitatem. ❡ Deniqꝫ dico ꝙ iſte debet continere morum honeſtatem ſeu grauitatem ꝛ hoc oſtenditur in verbo. ſenui. De natura enim etatis ſenis eſt ꝙ ſit in moribus bene compoſitus ꝛ maturus iuxta illud Tytum.ij. Admone ſenes vt ſobrij ſint. Sicut enim videmus ꝙ ſenex naturaliter eſt curuior. albior., ſiccior. triſtior, tardior. ꝛ honeſtior. quia ſcilicꝫ ſenē pudet multa facere que iuuenem non puderet. Sic vere illi qui tenent locum ſenuꝫ vel qui ſenes volunt ſpiritualiter eē: debent eſſe.
Curui per humilitatem.
Albi per innocentiam et continentie puritatem.
Sicci per abſtinentie ſobrietatem
Triſtes per timoris diuini anxietatem.
Tardi per deliberationis maturitatem
Honeſti per geſtus ꝛ habitus compoſitam venuſtatē.
Talis enim ſenex erat abraam de quo dicitur Geneſis. xxiiij. Abraaꝫ erat ſenex dierumqꝫ multoruꝫ et domin⁹ in cunctis benedixerat ei. ꝛ ſic igitur dico. Quod illi q̄ officium ſenum ducunt et gerunt. ſcilicet eccleſiaſtici ꝛ prelati et qui ſenes virtualiter eſſe volunt debent.
Mores vendicare.
Mortem cogitare.
Senſu redundare.
Iunior fui etenim ſenui ꝛ ſic figurabantur in.xxiiij. ſenioribus qui in diuerſis ſedibus iuxta agnum cum coronis et cytharis et phialis morabantur ſicut dicitur. Apocalipſis quarto. Quia procerto illi qui iuxta ſedeꝫ dei ꝛ agni que eſt eccleſia in diuerſis ſedibus ideſt in diuerſis et diſtinctis officijs ꝛ dignitatibus ſedent coronam ſingularis perfectionis. cytharam laudis et gratiarum actionis ꝛ phyalam deuotionis habere debent Iuxta illud. Pſalmi. Iuuenes ꝛ virgines ſenes cum iunioribus laudent nomen domini iſta eſt igitur ſenectus moralis perfectionis. ❡ Secundo principaliter dico ꝙ in ſcriptura inuenitur ſenectus letalis corruptionis ꝛ iſta eſt ſenectus peccati. Senectus enim antiquitatis et diuturnitatis ꝛ conſuetudinis continuitatem deſignat. Et ideo ille proprie ſenex dicitur. qui per malam conſuetudinem in vitijs antiquatur. Prouerbiorum. vigeſimoſecundo Adoleſcens iuxta viam ſuam graditur et cum ſenuerit non recedet ab eo. Dico ergo ꝙ peccator dicitur ſenex multiplici ratione. videlicet quia ſenex naturaliter habet
Uiſum hebetatum.
Uultum corrugatum

Corpus

Ayuntamiento de Madrid

Corpus incuruatum.
Pilum dealbatum.
Dentem dislocatum.
Caput decaluatum.
Nasum inquinatum.
Sic vere peccator eſt hebetatus ꝓpter defectum viſus diſcretionis ⁊ contemplatiõis. Ge.xxvij. Senuit yſaac ⁊ videre non poterat: quod bene apparuit in q̄ñ iacob pro eſau benedixit. ¶ Item eſt corrugatus ꝓpter defectum honeſte conuerſationis Uultus enim exterioris apparentie totaliter eſt infectus Unde Eſa.xiij. facies combuſte vult⁹ eoꝝ. ¶ Itē ē incuruat⁹ quo ad effectū auaricie ⁊ ambitiõis ſemꝑ eñ reſpicit p' auaritiā inferius ad terram. pſ. Dorſum eorū ſemꝑ incurua. Et Treno. ij. Jacent in terra foris ſenex et puer. Figuratus. Judicum. viij. capitu. Ubi gedeon combuſſit ſenes ciuitatis cum ſpinis deſerti. Spine enī diuitie ſunt gregum cū q̄bus procerto ſenes ideſt procuratores per auaritiā concuruātur. ¶ Item eſt dealbatus per canicies hypocriſis ⁊ ſimulationis. Prouer. xx. Dignitas ſenū canicies. ¶ Itē eſt extentatus proper defectum diſcrete locutionis neſciunt enim dicere vnū bonū verbum: nec dare vnum bonū conſilium. Ezech. vij. Peribit lex a ſacerdote ⁊ conſiliū a ſenioribus. ¶ Itē eſt decaluat⁹ ꝓpter diſcooperturam iactantie et elationis. Quia ſcil3 peccator ſemper habet caput intentionis nudum. inq̄tum cor ſuum indiſcrete reuelat. Unde Eſa. iij. Decaluabit dominus verticem filioꝝ ſyon Et Ezec. xxix. Omne caput decaluatū ⁊ omnis humerus depilat⁹. ¶ Itē eſt inquinat⁹ per carnis infectionem. figuratus in ſenibus qui ſurrexerūt contra ſuſanam. Danie. xiij. Unde iij. Regū. xi. Salomon cum iam eſſet ſenex. deprauatū eſt cor eius per mulieres. Et ideo breuiter de talibus ſenibus poteſt dici illud Ezech. viij. Certe vides fili hominis q̄ ſeniores iſrael faciūt vnuſquiſq₃ in ſecreto cubili ſuo. Iſta eſt igit̄ ſenectus letalis corruptionis. ¶ Tertio dico principaliter q eſt ſenectus carnalis ſeu naturalis conditionis. Iſti enim ſenectuti oīa corruptibilia ſunt ſubiecta. Nihil enim de quatuor elemētis componitur. quin ſenectutē neceſſario patiatur. Illa enī3 que ſunt eterna ⁊ perpetua non ſeneſcunt. Illa vero que ſūt temporalia neceſſario veteraſcunt. Iſta ergo ſenect⁹ cōtinet multa commoda ⁊ incōmoda. Cōmoda autē3 ſūt iſta quia ſcilicet per ſenectūtem.
Caro ſubijcitur
Senſus acuitur
Finis aſſequitur.
Honor impenditur.
¶ Dico q caro ſubijcitur quia: ſcilicet in ſenectute ⁊ motus. ⁊ actus iuueniles ⁊ carnales minuūtur motus ſpirituales ⁊ virtuales confortantur ⁊ componuntur vnde. Seneca dicit Gaudeo q ſenui: eo q vitia in me ſenuerit vnde Eccle. xlvj. Uſq₃ in ſenectutem permāſit in eo virtus dico etiā3 q ſenſus acuit̄. Sicut enim dicit̄ Iob. xij. In antiquis eſt ſapientia ⁊ in multo tempore prudētia. vnde. Eccle. xxv. Corona ſenū multa peritia. et ideo ibidem docet ſapiens. in iuuentute diſceret homo ꝑ in ſenectute valeat prudēs eſſe. Quō inq̄t in iuuētute nō cōgregaſti. quomodo in ſenectute reperies? ¶ Item dico q finis attingitur quia ſcilicet ſenectus eſt ſtatus pro prior morte.
Ubi ſcilicet terminatur pugna ⁊ acquiritur victoria.
Ubi completur ſeruitium ⁊ adipiſcitur ſalarium.
Ubi labores terminantur ⁊ attrahuntur honores.
¶ Unde Iob. xlij. dicitur. Quod mortuus eſt in ſenectute bona plenus dierū ⁊ diuitijs. ¶ Item dico q honor impēditur: vt habetur Leuiti. xix. Honora patrē ⁊ matrē exēplo. pbicū. q̄ ſunt aues parentib⁹ confectis ſenio alimenta adminiſtrantes. Quod tamen eſt cōtra multos preſumptuoſos ⁊ proternos qui ſcilicet non reuerētur ſenes nec eis impendunt honorem. De quibus. Trenorum. quarto Facies ſacerdotum non erubuerunt: nec ꝗſenum miſerti ſunt quinimo ſenes hodie vilipendun tur et a fatuis iuuenibus abhorrentur vnde Eſaie. iij. c. Tumultuabitur puer contra ſenem ⁊ ignobilis contra nobilem Et illō Ezechie. nono. Non reueramur ſenem etcetera Sed non ſic boni. quia procerto ipſi impēdunt honorem. amorem. obſequium et ſubſidium ſeniorib⁹ Eccleſiaſtici. viij. Ne ſpernas hominē in ſenectute ſciens quia ex nobis ſeneſcunt. Patē igitur q plura ſunt commoda ſenectutis. ¶ Sē adhuc dico q multa ſunt ſenectutis incommoda. Senes enim ſunt naturaliter vt videmus. D
Paratiores ad iraſcendum.
Rapaciores ad acquirendum.
Tenaciores ad poſſidendū.
Debiliores ad ſubſiſtendum.
¶ Dico q iſti ſunt ad iraſcendū paratiores. ſenes eñ deficiunt in caloribus ⁊ in ſpiritibus vitalibus que ſūt cauſa dilatationis cordis et leticie ⁊ ideo ꝓpter frigiditatē conſtringentem: neceſſe eſt q faciliter iraſcantur Unde Innocentius in libro de miſeria humana dicit ſic Senex facile prouocatur: ſed non facile reuocatur. cito credit ⁊ tarde diſcredit velox eſt ad loquendum tardus ad audiendum. ſed non tardus ad irandum. ¶ Item dico q iſti ſunt ad acquirendum rapaciores Sicut eñ ouis auidius comedit in ſero q̄ in mane. ſic vere homo auiditus acquirit in ſenectute ſerotina. q̄ in iuuentute matutina. Quia ſcilicet teſte. Seneca. ceteris vitijs in homine ſeneſcentibus. ſola auaricia iuueneſcit. ¶ Itē iſti ſunt ad poſſidendum tenaciores. Senes enim naturaliter ſunt parci ſimiles auibus predalibus que quanto plus antiquantur: tanto vngues eorū plus claudūtur ⁊ incuruantur. ſic vere manus iſtorū tanto ſunt ad dandum clauſiores. quāto ſunt ſeniores ⁊ antiquiores Et iſti ſunt fatui ſenſus ſenectutis. quia quāto minus reſtat de via: tanto plus augent et ſeruant de viatico. ¶ Item iſti ſunt ad ſubſiſtēdum debiliores Quia ſcil3 in ſenectute virtus naturalis corrūpitur armonia corporis diſſoluitur. ⁊ membrorum cōgeries eneruatur. iō de miſeria ſenum loquitur Innocētius vbi ſupra. dicēs ſic in ſenectute inquit. cor affligitur ⁊ caput concutitur langueſcit ſpiritus. ⁊ fetet anhelitus facies rugat̄ ⁊ ſtatura curuatur. caligant oculi. ⁊ vacillāt articuli. nares effluunt ⁊ crines deffluūt. tremit tactus ⁊ deperit act⁹ dentes putreſcunt ⁊ aures ſurdeſcunt. Hec igitur de ſenectute ſufficiant tā in bono q̄ etiā in malo

## Sentire ſenſus.

Nota q ſentire nihil aliud eſt q̄ aliquid percipere: attingere. opinari vel cognoſcere. Et ideo a ſentire dicitur ſenſus inquantum accipitur pro ratione mentali de rebus diſcrete ſentiente ⁊ iudicante vel etiam inquātum accipitur pro ſenſu ⁊ potentia naturali vel cōmuni vel particulari obiecta exteriora cognoſcente ⁊ mente rante. His igitur prelibatis. Dicamus de ſenſu ⁊ ſentire quo ſentiuntur illa que pertinent ad ſalutem Et dicamus. q ſicut corpus per quinq₃ ſenſus naturales exteriora percipit ⁊ cognoſcit. Quia ſecundum Philoſophum Omnis noſtra cognitio incipit a Senſu ſic anima per quinq₃ ſenſus ſpirituales illa que ad ſalutē pertinent apprehendit. videlicet. A
Per viſum ſapientie diſcretionis
Per auditū obedientie ſubiectionis.
Per odoratum redolentie contemplationis.
Per guſtum ſuauis deuotionis
Per tactum penetrabilis compaſſionis.
¶ Sicut enim homo non viuit: niſi habeat ſenſus naturales. quinimo membrum dicitur mortuum vel paraliticum. quod non ſentit. Sic vere anima per gratiam non eſt via niſi ſpūalibus ſenſibus ſit dotata q̄nimo ſi illa q̄ ad ſalutē pertinēt ſentire ⁊ ꝑpendere nō cognoſcitur. ꝑfecto mortua iudicatur et per peccatum mortale ſicca ⁊ paralitica comprobatur. et iō ad ſpiritualia ſentiendum monet apl's Philipenſis. ij. dicens ſic Hoc ſentite in vobis quod ⁊ in xp̄o Ieſu ¶ In quibus verbis oſtenduntur quatuor que ſunt a pijs cordibus ſentien-

Ayuntamiento de Madrid

da ſcilicet.
Aliqua quē ſunt inferius.
Aliqua que ſunt interius.
Aliqua que ſunt exterius.
Aliqua que ſunt ſuperius.

¶ Igitur ſentiamus inferius mundi diſpendia. Hoc inquit quod eſt demonſtratiuum. Sentiamus interiꝰ cordis flagitia. In vobis. ſentiamus exterius crucis ſupplicia. In chriſto. ſentiamus ſuperius celi ſolacia. Jeſu inquit qui interpretatur. ſaluator. ¶ Dico igitur primo ꝙ nos debemus ſentire mundi diſpendia vt caueantur. Hoc inquit quod ſcilicet eſt pronomen demōſtratiuū ſignificās diſpēdia q̄ in mundo ſuſtinent. ſicut ſūt
Voluptates que decipiunt
Aduerſitates que afficiunt
Mors ⁊ penalitates que concutiunt.
Iſta enim ſunt demonſtrabilia quia preſentia ⁊ iō magis ſunt ſentienda: ⁊ ne noceant precauenda. hoc inqt. vnde Phi. iij. Quicunqꝫ perfecti ſumꝰ. hoc ſentiamꝰ. Meliꝰ em̄ ſentiunt pſentia ꝙ abſētia ⁊ meliꝰ demōſtrata ad digitū ꝙ denūciata ad placitū ſēſibile em̄ pſitatū potentie ſenſitiue magis mouet ſenſum. Et ideo iſta q̄ ſunt preſentia debemꝰ ſentire: ⁊ ab ipſis ſi mala ſunt: ſicut a nociuis retrocedere et abire. Salmo. n. ſentiens aquam amaram. retrocedit ad dulcem. Apes ⁊ formice ſentientes fumi vel alterius rei fetorē locū illū dimittūt bos ēt ſētiēs cadauer alteriꝰ bouis d̄ nouo mortui ⁊ occiſi: horrendo mugit ⁊ fugit. O chariſſimi quot ſunt in mundo amaritudines ⁊ dolores quot ſunt immūdicie ⁊ fetores ⁊ quot ſunt inſuper mortes. occiſiōes. triſtitie ⁊ merores Iſta ergo ſi diſcrete ſenſerimus: ipſa procerto fugiemus. ⁊ ab ipſis mentaliter recedemus. hoc ergo ſentite. Phylip. j. Sicut enim mihi eſt iuſtū hoc ſentire. Sed procerto videtur ꝙ multi poſſunt dicere illud. ij. Reg. xix. Nunquid vigent ſenſus mei ad diſcernēdū quaſi dicat non. Quia ꝓcerto multi ſunt qui ita ſenſū diſcretionis habent turbatū ꝙ inter bonū ⁊ malum ⁊ inter vtile ⁊ iutile diſcernere neſciūt quinimo vnū ꝓ alio recipiunt. mundiqꝫ tribulationes ⁊ miſerias non fugiunt neqꝫ ſentiunt. Similes enī ſunt. porcis qui nō ſentiunt fetorem ſtercorū. Similes etiam vrſis ſunt. qui non videntur ſentire dolorē verberū. Similes ſunt aſinis qui non ſentiunt laborem onerū: Ita enim ſunt deditiad mundi delectabilia. ⁊ ad mundi triſtabilia ꝙ illa non curant: immo quod peius eſt ipſa diligunt ⁊ ꝓcurant. vnde videntur dicere illud Prouer. xxiij. Verberauerūt me ⁊ non dolui. traxerūt me ⁊ no ſenſi. Iſti enī non ſentiunt nec mundi verbera que retrahunt. nec mundi vbera q̄ attrahunt. Hiere. iiij. Senſus cordis mei turbati ſunt. Non ſic ergo: ſꝫ ſentiamus mūdi diſpendia vt caueantur. hoc inquit ſentite. ¶ Secundo dico. ꝙ ſentiamus cordis flagitia vt deleant. ⁊ hoc oſtenditur cū dicitur. in vobis. Nihil enim eſt tantum in nobis ſicut ſunt peccata. quia ſcilicet iſta ſunt intus in medio cordis noſtri. Sunt enī in nobis ⁊ de nobis ⁊ a nobis ⁊ ideo ſicut ille qui habet ſpinam bene ſentit illam. Sic ⁊ nos debemus ſentire ſpinam peccatorum que ſemper conſcientiam pungit ⁊ remordet. niſi forte fuerimus ex toto mortui. i. i malo penitus obſtinati in vobis. inquit. vnde illud Actu. xx. Attēdite vobis ⁊ vniuerſo gregi ⁊c. Quod eſt contra multos ſimiles frenetico vel litargico. qui proprias infirmitates non ſentiūt ⁊ ideo vnus dormiendo ⁊ alius cantando moriuntur ⁊ deficiunt. Sic vere multi ſunt qui vitiorū pondere ſunt grauati ⁊ ita in profundū vitiorū demerſi. ꝙ proprias non ſentiunt infirmitates: quinimo cantando ⁊ dormiendo ⁊ in bono dies ſuos ducendo: incurrunt dum non aduertunt mortis eterne penalitatē. De quibus Rom. j. Quia non curauerunt habere deum in noticia: tradidit illos in reprobum ſenſū. Non ſic chariſſimi: ſed ſentiamus cordis flagitia vt deleantur. In nobis inquit.
¶ Tertio ſentiamus crucis ſupplicia vt videantur. in chriſto inquit. Chriſtus enī poteſt dici criſmate vnctꝰ vel quaſi cruci traditus. et ideo per nomen chriſti bene poteſt crucis ſuppliciū deſignari. Iſtud enim debemꝰ ſentire ⁊ per compaſſionem ⁊ deuotionem in corde iugiter continere. Sapien. j. Sentite de domino in bonitate. ſi enim caput patitur. totum corpꝰ ſentit. Et q2 caput noſtrum chriſtus eſt etiam crucis ⁊ mortis illiꝰ ſentiamus dolorem. Et ſic faciebat ille qui dicebat. Gala. ij. Chriſto confixus ſum cruci. Membrum tamen non ſentit dolorem capitis: niſi quamdiu capiti eſt coniunctum: Et ideo peccatores qui ab iſto capite ſunt diſiuncti non ſentiunt hodie penā ſuam. Romano. xj. Quis cognouit ſenſum domini: quaſi dicat: pauci. Nota oleū mandragore facit hominē ita dormire ꝙ pūcturas aut ſectiones non ſentit. Vnguentum etiam de ſemine iuſquiami factum ita ſtupefactum facit membrū cui apponitur. ꝙ quaſi totaliter perdit ſenſum. Sic vere quia hodie multi ſunt liniti oleo deliciarum. ⁊ repleti ſemine diuitiarū: hinc eſt ꝙ ſenſus cōpaſſionis ⁊ doloris chriſti et proximi perdiderūt ita ꝙ quaſi inſenſibiles remāſerunt. Sapien. iiij. Inconſtantia concupiſcentie tranſuertit ſenſum. Non ſic ergo: ſed ſentiamus crucis ſupplicia vt videantur. In chriſto inquit. ¶ Quarto ſentiamus celi ſolacia vt habeātur. Jeſu inquit quod interpretatur ſaluator quia ſcilicet ſalus ⁊ ſaluatio glorie eſt ſentienda et toto deſiderio appetenda. Quia ſicut dicitur. Roma. viij. Qui ſecundū ſpiritū ſunt q̄ ſunt ſpiritus ſentiunt. Nota vultur dicitur ſentire predā ſuā etiā vltra mare: valde enim viget in ſenſu odoratꝰ. Canis etiam poſtꝙ predam ſuā ſenſerit. nec ceſſat donec inuenerit. Illam ergo predā eterne glorie ſētiamus. et ipſam querere ꝑ bona opera non ceſſemus quouſqꝫ in patria habeamus. Quia ſicut dicitur Sapientie vj. Cogitare de illo ſenſus eſt conſummatus. Quod eſt cōtra multos ſimiles illis qui comedunt fructus dulces qui ſapores non ſentiunt boni vini quia certe nec ſapor nec odor eterne glorie ſentitur. ſi ſenſus cordis temporaliū dulcedine repleatur Sap. ix. Deprimit inhabitatio terrena ſenſum Non ſic ſed ſimus ſicut Iſaac De quo Geneſis. xxvij. ꝙ ſtatim vt ipſe ſenſit odoris veſtimentorū iacob fragrātiā ipſe dixit: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. Et ſic patet ꝙ quatuor ſunt que ſunt mentaliter ſentienda. ſed adhuc nota de ſenſu: inquantum dicit inibi rationem ꝙ in ſcriptura inuenitur multipliciter ſenſus. videlicet ſenſus
Diſcretionis.
Corruptionis.
Preſumptionis.
Elationis.
Primus eſt ſenſus hominum perfectorum De quo. j. Paralipome. xxij. Det tibi dominus ſenſum ⁊ prudentiam vt regere poſſis iſrael ſecundꝰ eſt ſenſus hominū peccatorum. De quo Geneſis octauo. ſenſus et cogitatio hominis in malum prona eſt ab adoleſcentia ſua. Tertius eſt ſenſus hominum ſuperborum qui. ſcilicet ſemper preſumunt ſcire maiora ꝙ ſciant De quo Rom. decimoquarto vnuſquiſqꝫ in ſuo ſenſu abundat. Quartus vero eſt ſenſus hominum fatuorum vnde. Epheſeos quarto. Gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui ⁊c. Vide ſupra de ſapientia. Prudentia ⁊ ſcientia.

## Separare ſeparatus.

Nota ꝙ ſeparare idem eſt qđ diuidere. ſegregare. diſiungere vel abinuicem ſpargere. Et ſic poſſumus notare breuiter. ꝙ eſt ſeparatio.
Virtuoſa
Vitioſa.
Doloroſa
Luctuoſa
¶ Prima eſt ſeparatio grandis bonitatis. ⁊ iſta eſt illa qua iuſti ſeparantur a vitijs ⁊ a malis conſortijs ⁊ qua ipſi deputātur diuinis vitijs et obſequijs de q̄. j. para. xxiij. Separatus eſt aaron vt miniſtret in ſancta ſanctorum. ſecunda ſeparatio eſt magne prauitatis. ⁊ iſta eſt illa qua homo a deo ꝑ peccatū diuidit. ⁊ qua homo ab alijs

ab aliȷ̈s ꝑ diſcordiã ſeiũgit ⁊ qua homo per partialita
tez ⁊ ſingularitatez a cõmuni more hominũ ſeparatur
De qua .ij. Parali.xxvj. Habitauit ozias ĩ domo ſepa
rata plenus lepra. ¶ Tertia ſeparatio eſt magne neceſ
ſitatis. Et iſta eſt illa qua corpus ab anima ꝑ mortẽ ſe
parat. De qua .j. Regũ.xv. caplo. Siccine ſeparat ama
ra mors. ¶ Quarta ẽ ſeparatio magne aduerſitatis. Et
iſta eſt illa q̃ impiȷ̈ ſicut ſunt excommunicati a deo et a
ſanctis in iudicio ſepabuntur ⁊ quando ab ipſis perpe
tuo diuidenẽ. de qua Mathei.xxv.cap. Separabit eos
queadmodum paſtor ſegregat gregem ſuũ et ponet qui
dẽ oues a dextris ⁊ hedos a ſiniſtris. Nota: ignis con
iungit ſimilia: ⁊ ſeparat diſſimilia ſicut pꝫ in metallis
Et ideo ignis cõflagrationis. ſeu etiã ignis. ideſt rigor
diuine iuſtitie malos a bonis tanq̃ diſſimiles ſepara-
bit. Bonos tanq̃ inuicẽ ſimiles in celo: malos etiã ſi-
cut inter ſe ſimiles ⁊ ꝯformes in inferno locabit Mat-
thei.xiij. Exibunt angeli ⁊ mittent eos in caminũ ignis
ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiũ. ¶ De ſeparatione pecca
ti ⁊ excõmunicationis: debes habere iſtã autoritatẽ di
uiſam Geneſis.xxx. Separauit in illo die capras ⁊ oues
⁊ hircos ⁊ arietes. pone eã hic. ¶ De ſeparatione vero
bona ⁊ virtuoſa. qꝛ ſcilicet iuſti per vite ſingularem ſan
ctitatẽ ab aliȷ̈s ſunt diſtincti. necnon a vitiȷ̈s ⁊ a malis
maloꝝ conſortiȷ̈s ſeparati poſſumus dicere. ſicut natu-
ra creaturas nobiliores ab ignobilioꝛb9 ſeparauit igno
biles vero inferius in terra dimiſit. nobiles aũt ſurſuꝫ
in celo ⁊ in ethere collocauit ſicut patet de ſtellis ſurſuꝫ
poſitis. ⁊ de animabus deorſuꝫ dimiſſiſque ſcilicꝫ ſepa
rate ſunt q̃tum ad naturalẽ conditionẽ. ⁊ q̃tum ad lo
ci diſtictionẽ. Sic vere chariſſimi: boni ſe debent a ma
lis diuidere: ⁊ ab eis q̃tũ ad mores per ſingularẽ excel-
lentiã ſegregare: necnon per loci ab ipſis diſiunctionez
ſeparare. Neemie.ix. Separatũ eſt ſemẽ filioꝝ iſrael ab
omni alienigena. Uide eã diuiſam ſupra de ſemine. In
vino eñ illud qđ eſt puꝝ. optime ſe ſeparat ab impuro.
Sic vere inter homines ille qui eſt iuſtus: optime ſe di
uidet ab iniuſto Hiere.xv. Si ſeparaueris precioſuꝫ a
vili quaſi os meũ eris. vnde breuiter de quolibet viro iu
ſto poteſt dici illud Eccleſiaſtici.xlvij. ſurrexit nathan
propheta in diebus dauid. ⁊ quaſi adeps ſeparatus eſt
de carne. Ubi aduerte. ꝙ illi qui in partẽ dñi ſeparanẽ
ab aliȷ̈s ſeparati q̃tũ ad quatuor eſſe tenenẽ. videlicet
ꝙ ipſi. Tarditatẽ debent excutere: ſurrexit inquit. Lar
gitatẽ debent perficere nathan qui interpretaẽ donans
Charitatẽ debent cõiũgere. quaſi adeps. Uoluptatem
debẽt diſiungere. ſeparatus a carne. Primũ probat mo
tus virtuoſus. Surrexit. Secũdũ actus gratioſus na-
than. Tertiũ viſcus glutinoſus. adeps. Quartũ cibus
venenoſus a carne. ¶ Dico ergo primo. ꝙ iſti debent a
B carne excutere omnẽ tarditatẽ. qđ oſtendiẽ in verbo ſur
rexit. Res eñ quãto ab iſtis inferioribus ſunt ampli9
ſeparate. tanto ſunt motu velociori agitate. ſicut patꝫ
de celo ⁊ de planetis reſpectu inferioꝝ. Nubes etiã quã
to plus eſt ſeparata a terreſtri materia tantoq; mouetur
ampliori ⁊ fortiori violentia. Sic vere illi qui ab aliȷ̈s ⁊
gradu ⁊ actu ⁊ loco ⁊ merito ſũt diſtincti ſicut ſunt eccli
⁊ religioſi. debent in motu bonoꝛũ opeꝝ eſſe velocius
occupati: qđ oſtendiẽ cum diciẽ ſurrexit. Surgere eniꝫ
motũ ſignificat ⁊ virtutẽ. vnde Mathei.xxv. Tunc ſur
rexerunt omnes virgines ille ⁊ ornauerũt lãpades ſuas
¶ Secundo dico. ꝙ iſti debent diuidere reꝝ facultatez
qꝛ videlicet quilibet ipſoꝝ debet eſſe nathan. ideſt do-
nans: quia ſcilicꝫ ipſi debent donare iniurias ⁊ dare ele
moſynas. Quia ſcilicet ſicut ille res que altius ſunt ſe-
parate ſunt ad influendũ magis parate. Sic illi qui in
ſortẽ dñi ſeparanẽ. plus liberales eſſe tenenẽ. ſcientes ꝙ
teſte ſcriptura Prouerbio.xviij. Donũ hominis dila-
tat viã eius ⁊ ante principes ſpaciũ facit. ¶ Tertio di-
co. ꝙ iſti debẽt ꝯiungere cordiũ claritatẽ. qđ oſtendiẽ cũ
diciẽ. adeps que ſcilicꝫ eſt viſcoſa ⁊ glutinoſa. ⁊ adherẽ-
tia magis prõpta. vt dicat illud Ps. Sicut adipe ⁊ pin-
guedine repleaẽ anima mea. ¶ Quarto dico. ꝙ iſti de-
bẽt dimittere corporis voluntatẽ: Quia ſicut dicit apo
ſtolus. Roma.viij. Qui aũt in carne ſunt deo placere
non poſſũt. Sic ergo dico ꝙ iſti debẽt eſſe ſeparati ab ĩ
mũdiciȷ̈s ⁊ a vitiȷ̈s per virtutes vnde leuiti.xx. Ego do
minus qui ſemper ſeparaui vos ab vniuerſis populis
ſeparate ergo mũdũ ab immundo ⁊c. tranſeo cauſa bre
uitatis vide de diuidere ⁊ de diſcordia ⁊ in aliȷ̈s ſimilibus
titulis ⁊ ſatis de materia inuenies.

## Sepelire ſepultura.

A Nota ꝙ ſepelire idem eſt ꝙ aliq̃d abſcondere. et contegere vel etiaꝫ operire. Et poteſt accipi literaliter ⁊ moraliter in bono ⁊ in malo. Et nota ꝙ homines diuerſimode ſepeliuntur. ſcilicꝫ.

In clauſtro per vite religionem.
In animo ꝑ morũ abſconſionem
In peccõ per mentis indurationem.
In mundo per reruꝫ delectationem.
In ſepulchro ꝑ mortis conditionem.
In paradiſo per glorie adeptionẽ
In inferno per eternam damnationẽ.

Dico ergo ꝙ ẽ ſepultura que fit in vite religione Quia religioſi iam ſũt ſpiritu mortui et ſepulti ⁊ in
proprio ſudario inuoluti. Et de hoc.iiȷ̈. Regũ.xiij. Cum
mortuus fuero ſepelite me in ſepulcro in quo vir dei ſe
pultus eſt. ¶ Item fit ſepultura in morũ abſconſione
iſta eſt ſepultura humilitatis. Uir eniꝫ humilis abſcõ
dit velat et ſepelit bona ſua mortuum eniꝫ et nulli9 va
loris ſe reputat. et ideo ſepeliendum et ab hominib9 nõ
videndum. De quo Eccleſiaſtici.xliiȷ̈. Corpora eorum
in pace ſepulta ſunt. ⁊ viuent nomina eorum in eternũ.
¶ Iteꝫ fit ſepultura in mentis obſtinatione. Peccator
eniꝫ ſepultus dicitur quando per obſtinationeꝫ totus
in vitiȷ̈s inuoluitur et quando per malas excuſationes
peccatũ ei9 ſicut per quoddaꝫ ſudarium inuoluitur: et
abſconditur. ⁊ quando ſub tũba. ideſt ſub pondere ma
le conſuetudinis ſepeliẽ. Et de hoc Hieremi. vigeſimo
Ibis in captiuitatem in babylonem ⁊ ibi ſepelieris. Se
pultores auteꝫ taliũ ſunt adulatores qui peccata alio
rum excuſant et ſepeliunt ⁊ abſcondũt De quib9 Luce
nono. capitulo. Dimitte mortuos ſepelire mortuos
ſuos. ¶ Iteꝫ fit ſepultura in mũdi delectatione. Quia
ſcilicet multi ſunt qui ita diligũt mundum ⁊ mũdana
ꝙ ibi videtur penit9 eſſe ſepulti. De quo.iiȷ̈. Reg. vige
ſimoprimo. Dormiuit manaſſes cũ patribus ſuis: ⁊ ſe
pultus eſt in orto domus ſue. ¶ Item fit ſepultura in
cadaueris tumulatiõe. ſcilicet ĩ morte Et de hoc. Tho.
iiȷ̈ Cuꝫ acceperit dominus animaꝫ meaꝫ corpus meuꝫ
ſepeli. ¶ Iteꝫ fit ſepultura in paradiſi habitatione.
Ibi enim eſt cimiteriũ vbi ſepeliuntur anime beatoruꝫ
vnde ſecũdi. Paralipo.xxvj. Quod ſepelierunt eũ ſcili
cet oziaꝫ in agro regaliũ ſepulcroruꝫ. ¶ Iteꝫ fit ſepultu
ra in inferni regione ⁊ manſione De qua luce.xvj. Mor
tu9 eſt diues ⁊ ſepult9 eſt in inferno His igitur preliba
tis dicam9 aliquid de ſepulturis iuſtorũ. ſicut eniꝫ vide
mus ꝙ ſemina ĩ terra ſepeliũtur et abſcondũtur vt iteꝝ
reueniant et naſcantur. ſic deus ordinauit ꝙ homo ſe
peliatur in terraꝫ. ſeminaẽ in morte: vt finaliter glorifi
catus reſurgat in beatorum ſorte ⁊ ꝙ etiaꝫ moraliter lo
quendo homo per humilitateꝫ ſepeliatur. vt tandẽ fru
ctificans oriaẽ per gratiaꝫ. Et ideo breuiter de diuerſis
ſepulturis ⁊ ſepulcris beatorũ poteſt dici illud.iiȷ̈. Reg
ij. Dormiuit dauid cuꝫ patrib9 ſuis ⁊ ſepultus eſt in ci
uitate. vbi aduerte ꝙ boni tripliciter ſunt ſepulti. vicꝫ.

Corporaliter in terre puluere.
Spiritualiter in morũ vellere
Eternaliter in celi litore.

Primum probat actus quietionis quia ſcilicet dormi
uit Scdm probat nomen perfectionis quia dauid. Ter
tium probat locus refectionis in ciuitate. ¶ Dico ergo B
primo ꝙ eſt quedam ſepultura q̃ eſt corporalis. Et iſta
eſt illa qua humana corpora ſepeliunẽ. et qua poſt mor
tem iuxta mores eccleſie recondunt ur que oſtendiẽ cuꝫ
dicitur. dormiuit ꝑ dormitionẽ eñ ſepultura itelligiẽ qꝛ
ſicut hõ volens dormire infra pannos. ſolꝫ in lectũ itra
re ⁊ ibi requieſcere ⁊ ſedere ſic homo ꝑ mortẽ dormire vo

Ayuntamiento de Madrid

lēs.pannis ſudarij ſolet inuolui ⁊ ſic in loco ſepulcri re-
queſcit corporaliter ⁊ ſopitur ⁊ ibidem abſconditᷣ ⁊ vela-
tur.Pſal.Sicut vulnerati dormientes ī ſepulcris.⁊.iij
Reg.xj.Dormiuit ſalomon cum patribus ſuis ⁊ ſepul
tus eſt.Et talis proculdubio ſepulta eſt meditanda eſt
frequentanda eſt etiam deflenda.⁊ cuȝ meſticia deplo-
randa.Eccleſiaſtici.xxxviij.Fili in mortuum produc la
chrymam et quaſi dira paſſus incipe plorare et non de
ſpicias ſepulturam eius et iſtud eſt vnū de operibus mi
ſericordie ſcilicet ſepulturis mortuorū intereſſe.⁊ eos ſi
neceſſe fuerit ſepelire.De hoc enim commendatᷣ.Tho.
dicente angelo.Thobie.xij.Cum orabas cuȝ lachrymis
et ſepeliebas mortuos:ego detuli orationem tuam do-
mino.Et bene dicit cum lachrymis orabas q: ſcilicȝ cū
lachrimis compaſſionis.⁊ cū feruore orationis debent
fieri ſepulture.Propter enim multa debet homo ſepul
turis intereſſe.videlicet.

Ad pietatis officium exercendum.
Ad orationis et elemoſyne ſufra-
 gium impendendum.
Ad communis caſus naufra-
 gium meditandum.
Ad amicorū ſuſpiriū conſolandū
Ad vane glorie diſpendiū deteſtandū
Ad hūane vite compendiū cogitandū.

Igitur dico ꝙ
in ſepulturis
debet pietatis
officiū exerce-
ri.Mouet em̄
pietas natura
lis quod tibi
vis fieri: aliis
debeas impartiri.Et ideo qui poſt mortem ſepeliri deſi
derat.iuſtum eſt ꝙ ad ſepeliendum alios manum mit-
tat.vnde Gene.xlix.Sepelite me cum patribus meis.
Sepultura enim corporū fuit a fidelibus tā noui ꝙ ve-
teris teſtamenti ſeruata.licet loco ſepulture combuſtio
vel comeſtio mortuorum fit a multis natiōibus frequē
tata.Antiqui enim corpora mortua comburebant.ip
ſa etiam yndi loco ſepulture comburūt yrcani vero ip-
ſos ne putreſcant comedunt et conſumunt.Sed procer
to fidelium pietas non patitur vt corpus humanū tali
ter pertractetᷣ.ſed potius abſconſum a viſibus.ſepultu
re eccleſiaſtice cōmendetur Ioſue.xxiiij.Mortuus ē io-
ſue et ſepelierunt eū.Ibi ergo debet pietatis officiū exer
ceri.Orationis etiam ſuffragium debet adimpleri ⁊ ſic
de aliis.quod tamen eſt contra multos qui magis ſe-
pulturas frequentant cauſa vanitatis ꝙ vtilitatis ma
gis ad mundi gloriā ꝙ ad mortis leticiaȝ magis ad po
puli honorē ꝙ ad mortui ſubſidiū et amorē.⁊ hoc patȝ
quia trāſacto die ſepulture nullum bonum faciunt am
plius pro eiſdem.Patet igitur ꝙ eſt quedam ſepultura
C corporalis.¶ Secundo dico ꝙ eſt quedam ſepultura
virtualis.Et iſta oſtenditur cum dicitur dauid.q̄ ſigni
ficat virtuoſum hominem.ſicut ſupra in ſuo titulo eſt
oſtenſum q: ſcilicet quilibet vir virtuoſus et perfectus
debet eſſe per humilitatem ſepultus:et in ſeipſo recon
ditus et abſconſus vnde.Geneſis.xv.Tu autem ibis
ad patres tuos ſepultus in ſenectute bona.Sicut enim
ille qui ſepelitur.

Primo ſudario inuoluitur.
Secundo in feretro ornato ponitur.
Tertio circa ipſum cerei accendūtur.
Quarto ad foueam defertur.
Quinto a cātātib⁹ ſacerdotib⁹ ꝯducitᷣ
Sexto in terra inferius inhumatᷣ.

Sic ꝓcerto iu-
ſtus debet po-
ni in ſudario.ſ.
puritate conſci
entie.Poni ēt
in feretro orna
to exterius honeſte apparentie.Cereis etiam et lumina
ribus circundari.i.claritate ſapientie.Ad foueam mor
tis deferri per conſiderationeȝ mortis ⁊ humane deflu
entie.Circa eum debet cantus audiri.ſcilicet laudis di-
uine et ſpiritalis leticie.et ſic debet inhumari per ſepul
turam et abſconſionem ſue virtutis et exiſtentie.Et ſic
erit dauid iſta tū ſunt contra multos q̄ ſcilȝ ꝑ abſconſi
onem virtutum non ſepeliuntur:ſȝ magis ſine ſepultu
ra ante conſpectum hominum dimittuntur ſicut ſunt
hypocrite.q̄ magis volūt videri ꝙ a conſpectu hominū
ſepeliri.ſicut ſunt etiam apoſtate q̄ magis volūt extert
us vagari ꝙ in religionis tumulo latitare Hierem̄.xvj
Non plangentur et non ſepelientur in ſterquiliniū ſuꝑ
facieȝ terre erunt.Nota hyena beſtia eſt horribilis que
in deſepelitione corporū delectatur.homineſq; de ſepul-
cris extractos deuorare ſecundum plinium.comproba-
tur.Sic vere diabolus tales de ſepulcris religiōis.hūi-
litatis abſconſionis vel etiā cōſiderationis per inanem
gloriam vel per apoſtaſiā extrahit et eos ꝑ diuerſa pec
cata deuorat ⁊ conſumit.Hiere.vij.Eiicient oſſa eoruȝ
qui habitauerunt hieruſalem de ſepulcris et expandēt
ea ad ſolem ⁊ lunam.Non ſic ſed ſepelientur vt dictum D
eſt q: iſta eſt ſepultura virtualis.dauid inquit.¶ Ter-
tio dico ꝙ eſt quedam ſepultura ſupernalis.Et iſta eſt
ſepultura animarū beatarum.que ſuperius in paradi-
ſo ſepeliri dicuntur intantum ꝙtum a noſtris viſibus
abſconduntur quod oſtenditur cuȝ dicitur in ciuitate.
ideſt celeſtium ciuium felicitate.Nota ꝙ in hybernia
dicitur eſſe quedam inſula vbi ſepulta corpora non pu-
treſcunt.ſignans paradiſum vbi ſi homo poſt iudiciū
ſepelitur.nunꝙ perpetuo corrumpetur.vnde.ij.Paraᷣ
xvj.Sepelierunt eum in ſepulcro ſuo quod foderat ī ci-
uitate.quod eſt contra multos.qui non in paradiſo.ſȝ
in inferno ſepeliūtur ſicut ſunt illi q̄ in peccato mortali
decedunt:qui tanꝙ excommunicati non ſunt digni in
paradiſi cimiterio ſepeliri:ſed potius in ſterquilino in-
fernali.Hiere.xxij.Sepultura aſini ſepelietur putrefa
ctus et eiectus extra portas hieruſalem.Ut cuilibet pec
catori dicat dominus illud.iij.Reg.xiij.quia inobedi-
ens fuiſti voci mee non inferetur cadauer tuū in ſepul-
crum patrum tuorum Et Eſa.xxiiij.Tu auteȝ proiect⁹
es de ſepulcro tuo tanꝙ ſcriptus inutilis.Sed non ſic
ſancti quia procerto ipſi ſunt ſepulti in agro figuli qui
fuit emptus precio ſanguinis ieſu chriſti.in quo ſepeliū
tur ꝑegrini beati.Mathei.xxvij.Unde de talibus po-
teſt dici illud Iob.v.Ingredieris in abundantia:ſepul-
crū tuū.ſicut infertur aceru⁹ tritici ī tēpore ſuo Iſta eſt
ergo ſepultura ſupernalis.et ſic patet ꝙ eſt quedam ſe
pultura perfectorū.¶ De ſepelitione autem malorū et E
etiam de multiplici genere ſepulcrorum poſſumus bre
uiter dicere ꝙ in ſcriptura inuenitur ſepulcrum

Uirtuoſum.
Glorioſum.
Uitioſum.
Lubricoſum.
Doloroſum.
Curioſum.
Gaudioſum.
Pernicioſum
Periculoſum

Primum eſt ſepulcrum humilita
tis Mathei.xxvij.Munierunt ſe-
pulcrum ſignantes lapidem cuȝ cu
ſtodibus.¶ Secundū eſt ſepulcrū
diuinitatis.ſ.ſepulcrū chriſti.vnde
de radice yeſſe qui ſtat in ſignuȝ po
pulorum dicitur.Eſaie.xj.quod ip
ſum gentes deprecabuntur et erit ſe
pulcrū eius glorioſum et zacharie
iij.dicitur.Adducam ſeruum meum orientem et ego ce
labo ſepulcrum eius.¶ Tertium eſt ſepulcrum iniqui
tatis.de quo in pſ̄ Sepulcrum patens eſt guttur eoꝝ
linguis ſuis doloſe agebant ⁊c.¶ Quartum ē ſepulcrū
carnalitatis Nume.xj.Sepelierūt populū qui deſide
rauit carnes.⁊ vocauerunt nomen loci illius ſepulcruȝ
concupiſcentie.¶ Quintum eſt ſepulcrum mortalita
tis.iob.xvij.Spiritus meus attenuabitᷣ:dies mei breui
abuntur:et ſolum mihi ſupereſt ſepulcrum.¶ Sextū
eſt ſepulcrum fallacitatis.ſicut hypocriſis et duplicita
tis.De quo mat.xxiij.Ue vobis hypocrite qui ſimiles
eſtis ſepulcris dealbatis que parent exterius homini-
bus ſpecioſa intus autem ſunt plena oſſibus mortuorū
et omni ſpurcicia.¶ Septimum eſt ſepulcrum felicita
tis.Et de Iob.iij.Gaudentq; vehementer cum inuene
rint ſepulcrum.¶ Octauum eſt ſepulcrum proſperita
tis de quo diuitibus dicitur Eſaie.vigeſimoſecūdo.Cu
quis es quia hic excidiſti tibi hic ſepulcrum.¶ Nonū
eſt ſepulcrum damnoſitatis.ſcilicet ſepulcrum inferni
de quo dicitur in pſalmo vbi dicitur de damnatis.Quō
ipſi ſunt ſicut vulnerati dormientes in ſepulcris quorū
non eſt memor amplius et ipſi de manu tua repulſi ſūt
Et alibi.Sepulcra illorum domus illorum in eternum
Sufficit.

## Septem ſeptimus.

Nota breuiter ꝙ ſecundum grego A
riū ꝙ ꝑ nūerū ſeptenariū vniuerſitas deſignatᷣ ſiue bo-
na ſiue

na ſiue mala. Et iſtud probat idem in omel. De Maria magdalena. quia vniuerſitas creaturarum in ſeptenario conſiſtit.

Terra enim diſtinguitur ſeptem climatibus.
Celum regitur ſeptem ſyderibus.
Tempus voluitur ſeptem diebus.
Mundus labitur ſeptem etatibus.

Et breuiter omnia que ſunt in quodam ſeptenario cōſiſtūt. quapropter d' tā generali numero in ſcriptura tā multipliciter dilatato: poſſumus notare ꝙ in ſcriptura inuenitur ſeptenariuꝫ.

Iuſtoruꝫ.
Malorum.
Donorum.
Bonorum.
Dolorum:
Doctorum.
Prelatorum.
Uitiorum.
Premiorum.
Remediorum
Demoniorum.
Angelorum.
Tormentorum.

¶ Dicamus ergo pᷣmo de ſeptenario iuſtorum. quia. ſcꝫ per iſtū numerum iuſtorum vniuerſitas deſignat. Iſti eñ ſunt ſicut ſepteꝫ planete qui cōtra curſū ꝓpriū firmamenti motui ſe conformant. Quia ſcilicet iuſti non curſum volūtatis proprie ſunt ſecuti. ſed firmamentuꝫ eccleſie chriſtum ſunt in moribus imitati. Unde iſti ſunt ſepeꝫ ſtelle ille. quas filius hominis in dextera ſua tenebat. ⁊ illa ſeptem candelabra: in quoꝝ medio ambulabat Apocal. j. Et ideo iſti configurant. iij. Reg. xix. In illis ſeptē milibus iuſtoꝝ quos ſibi deus ſeruauerat. qui nō curuauerunt genua ſua ante baal. Iſti figurantur in ſeptem filijs Job. De quibus Job. j. ⁊ xlij. dicitur. Iſti figurant etiam in ſeptem angelis ſtantibus ante deum. De quibus dicitur Thobie. xij. c. Quia ꝓculdubio chariſſimi iſti ſunt ſtelle per ſtatus eminentiam. ⁊ ſunt candelabra per ſplendentem ſapientiam: non curuantur ante baal per ydololatriam. immo ſunt filij Job. ideſt chriſti per ſpecialem amiciciaꝫ. ⁊ ſunt angeli per puram innocentiam. ſtantes ante deum per firmitatem ⁊ conſtantiaꝫ. Et ideo de ſeptenario iuſtoꝝ dicitur zacharie. iiij. Iſti ſunt ſeptem oculi dei diſcurrentes per vniuerſam terrā. Habent eñ ſapientie ſplendorem. quia oculi. Habēt. etiam diligentie vigorem. quia diſcurrentes. Habent inſuper penitentie laborem. quia ſcilicꝫ ipſi vadunt per vniuerſam terram. Unum tamen aduerte de iſto ſeptenario: quod Geneſis. xlj. dicitur. Quō pharao vidit in ripa fluminis ſeptem pulcras et pingues vaccas que virecta carpebant. ⁊ ſeptem alias macerrimas, que illas pulcerrimas cōſumebant. Sic procerto hodie fit. quia boues pingues. ideſt viros iuſtos qui per virtutes ſunt pinguiſſimi: deuorant hodie ⁊ infeſtant ſeptem macre. ideſt vniuerſitas malorum. qui per defectū gratie ſunt macerrimi. Patet igitur. ꝙ eſt ſeptenarium iuſtorum quia etiaꝫ ſicut dicitur Geneſis. iiij. In archa noe. ideſt in eccleſia poſita ſunt de mundis animalibus ſeptena ⁊ ſeptena que ibidem a diluuio ſunt ſaluata. ¶ Scdo dico. ꝙ eſt ſeptenarium malorum. Uniuerſitas eñ malorum ſicut ⁊ iuſtorum poteſt per ſeptenarium denotari. Iſti eñ figurant in ſeptem capitibus draconis. que ſeptem erant dyadematibus inſignita Apocal. xij. Iſti etiam figurant in ſeptē malis angelis cū ſeptem fialis que ire dei continebant venena Apoca. xvj. Iſti inſuper figurant in ſeptē viris de ſtirpe ſaulis: q̇ a dauid ſuſtinuerūt crucis ſuſpendia. ij. Reg. xxj. Quia ꝓculdubio chariſſimi: mali in iſto mundo dicunt ſeptē capita. inquātum capitanei ⁊ magiſtri ⁊ inquātū etiā dyadematibꝰ ideſt vniuerſis officijs ⁊ honoribꝰ ſunt in mundo precęteris inſigniti. Dicunt angeli inquātū eñ habēt limpidam ſenſus ſubtilitatē. habētes ſeptē fialas ire dei. i. cūctoꝝ criminū vniuerſitatē. Dicunt inſuper ſeptē viri de ſtirpe ſaulis. i. dyaboli qui finaliter ſuſpendunt ad furcas eterni patibuli. De iſto etiā ſeptenario ꝑt dici illud Luce. xj. ꝙ malignus ſpiritus aſſumit alios ſeptē ſpūs nequiores ſe. q: ſcilꝫ peccatores ſunt quodāmodo ipſis immūdis ſpiritibꝰ nequiores. Iſtud eſt ergo ſeptenariū maloꝝ. ¶ Tertiò dico. ꝙ eſt ſeptenariū donoꝝ. Septeꝫ eñ ſunt dona ſpūſſancti quibus ſancti mētaliter ſunt repleti. Iſti eñ ſunt ſeptē crines ſamſonis. quibus per dalilā. i. dyabolū ſubtractis receſſit ab eo ſpūs ⁊ amiſit fortitudinē. ⁊ captus a phyliſteis eſt ⁊ incarceratus et ligatus. Quia ꝓcerto tunc homo a demonibus excecatur. qñ ſeptem crinibus. i. ſeptē donis ſpūs viduat. Et ideo iſta dona figurant in illo candelabro de quo dicit zaca. iiij. Ecce candelabrū aureum totū. ⁊ ſepteꝫ lucerne eius ſuper illud. Iuſtus eñ dicit candelabrū: q: portat ignem charitatis. dicit aureus. q: continet ſplendorem honeſtatis: dicit habere ſeptē lucernas: q: habet ſeptēplicem ſpiritum virtutis. vnde Nūe. viij. Cum poſueritis ſeptē lucernas candelabruꝫ in parte auſtrali erigat. ¶ Quarto dico. ꝙ ē ſeptenariū bonoꝝ: ⁊ iſtud eſt ſeptenarium virtutū: ⁊ etiā miſericordie opeꝝ. Uniuerſitas eñ virtutū ad ſeptenariū reducit ſcꝫ triū theologicaꝝ ⁊ quatuor cardinaliū. vel etiā ſeptē virtutes figurantur in ſepteꝫ lampadibus que ante thronū chriſti ardebāt ſicut dicit Apoca. iiij. Iſte ſunt ſeptē gradꝰ tēpli: ꝑ quos homines ad veſtibulū aſcendebant. ſicut dicit Ezech. xl. Iſti ſunt ſeptem panes qui in deſerto turbam xpi famelicam ſatiabant Mat. xv. Uñ proculdubio chariſſimi: ſeptē opera miſericordie: ⁊ ſeptē virtutes: vel vt breuius loquar. vniuerſitas bonoꝝ opeꝝ ⁊ virtutū cōparātur ſeptē lāpadibus. quia mentē habēt illuminare ⁊ accēdere. cōparant ſeptē gradibus: quia animaꝫ habent ad celum eleuare ⁊ erigere. Cōparantur etiā ſeptem panibus: quia mentē habēt ſpiritualiter ſatiare ⁊ reficere. Et ideo de iſto ſeptenario pōt dici illud Geñ. xlj. Septē ſpice pullulabant in culmo vno. q: ſcꝫ in culmo vno. i. in animo vno debent ſeptē ſpice. ideſt vniuerſitas virtutū ⁊ opeꝝ pullulare. Et ſic ptꝫ. ꝙ eſt ſeptenarium bonoꝝ. ¶ Quinto dico ꝙ eſt ſeptenariū doloꝝ. quia ſcilicꝫ per ſeptenariū intelligitur vniuerſitas penarum. tam temporaliū q̄ eternaꝝ. Et de hoc Job. v. In ſex tribulationibus viſitabit te. ⁊ in ſeptima nō tanget te malū. Sex eñ tribulationes ſunt: fames. ſitis. frigus eſtus. labor ⁊ dolor. ⁊ mors eſt ſeptima. ¶ Sexto dico. ꝙ eſt ſeptenariū doctoꝝ ⁊ etiā predicatoꝝ: ⁊ iſti figurant per ſeptem angelos. ſeptē tubas habentes. De quibus dicit Apoca. viij. Uidi ſeptem angelos ſanctos in conſpectu dei. ⁊ date ſunt ei ſeptē tube. Angeli eñ qui dicuntur nuncij predicatores ſunt. qui debent eſſe nuncij diuine voluntatis ⁊ angeli mirande puritatis. ⁊ habere tubas vocalis auctoritatis. vnde Apoca. x. Locuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas. ¶ Septimo dico. ꝙ eſt ſeptenariuꝫ prelatorum: quia ſicut viſum eſt per ſeptenarium prelatorum poteſt vniuerſitas denotari. Et ſic dico. ꝙ iſti figurantur in ſeptem ducibus. De quibus dicitur Heſter. j. ꝙ erant primi ⁊ proximi ſeptem duces perſarum qui videbant faciem regis. ⁊ primi poſt eum ſedere ſoliti erant. Quia ſcilicet prelati ⁊ eccleſiaſtici ſunt duces exercitus chriſtiani ⁊ gradu ⁊ ſtatu ſunt proximi regis chriſti. et in ſacramento altaris facieꝫ ipſius intuentur. Et ideo Michee. v. dicitur. Suſcitabimus ſuper eum ſepteꝫ paſtores ⁊ octo primates homines. ¶ Octauo dico. ꝙ eſt ſeptenarium vitiorum. quia ſcilicet vniuerſitas vitiorū ſub ſeptenario continetur. ⁊ ſeptem capitalibus vitijs ſubalternatur. figurata in ſeptem demonibus que dominus de magdalena eiecerat Luce. viij. quia de peccatore dicitur Prouerbioꝝ. xxvj. Cum ſubmiſerit vocem ſuam ne credas ei: quoniam ſeptem nequicie in corde illius ſunt. De iſto poteſt etiam exponi illud Deutero. xxviij. ꝙ per vnam viam veniant ad te: ⁊ per ſeptem fugient a facie tua. Quia ſcꝫ per vnam viam venit ad deū ſcꝫ per viam gratie ⁊ penitentie: ⁊ per ſeptē ab eo receditur. ſcꝫ per viā ſeptem criminaliū peccatoꝝ. Iſti eñ ſunt ſeptē funes cū quibus ligatus fuit ſamſon a dalila. i. a dyabolo. vnde Judicū. xvj. Si ligatus fuero ſeptem fu-

nibus ero infirmus ſicut ceteri homines. et ſic eſt ſepte narium vitioꝝ. ¶ Nono dico. ꝙ eſt ſeptenarium premiorum. Premia eñ eterna in ſeptenario conſiſtunt ſciꝫ in tribus dotibus anime: que ſunt viſio. fruitio et dilectio. ⁊ in quatuor corporis. que ſunt agilitas. ſubtilitas impaſſibilitas. ⁊ claritas. Iſti enim ſunt ſeptem dies conuiuij aſſueri. in quo fuit regina heſter. ideſt anima coronata. De quo heſter. j. dicit. Quod rex aſſuerus qui interpretatur beatificans: ſeptē diebus iuſſit conuiuium preparari. Et hoc bene figuratur Eſa. xxx. vbi dicitur. ꝙ tūc erit lux lune ſicut lux ſolis: ⁊ lux ſolis ſeptēpliciter ſicut lux ſeptem dieꝝ Luna eñ humanā conditionē ſignat. que ad claritatem ſolis per beatificationē reducitur in q̄ꝝ tum per iſtum ſeptenariū augumentat. Iſtud eſt eñ ſeptenariū ſabbatoꝝ in quo terra a culturis ⁊ laboribus deſcebat. ⁊ in quo quilibet ſeruus liber fiebat. ſicut dicitur Deutero. xv. Iſte etiā eſt dies ſeptimus in quo dñs dicit omnia compleſſe: ⁊ quem dicitur benedixiſſe. ⁊ in quo dicitur quieuiſſe. ⁊ requieſcere precepiſſe. ſicut dicit Geñ. ij. Quia procerto in iſta ſeptima die. ideſt in ſtatu glorie paradiſi. eſt pfecta requies beatoꝝ. ⁊ liberatio ſeruitutū ⁊ laboꝝ. ⁊ cōplementum omnium gaudioꝝ Exo. xiij. Die ſeptima erit ſolēnitas domini. Iſtud eſt ergo ſeptenariū premioꝝ. ¶ Dico. ꝙ eſt ſeptenariū remedioꝝ. Et iſtud eſt ſeptenariū ſacramentorum. que ſunt remedia contra omnia vitia ⁊ peccata figurata in ſeptē vicibus. in quibus naaman in iordane fuit lotus. ⁊ a lepra curatus. iiij. Regum. v. Uade lauare ſepties in iordane ⁊ recipiet ſanitatez caro tua. Et in ſeptem vicibus quibus digitus in feſto expiationis in ſanguine intingebatur Nume. xix. Et in ſeptem vicibus quibus leproſis mundificādus ſanguine paſſeris aſpergebatur Leui. xiiij. figurata etiam in ſeptimo mēſe vbi fiebat feſtum expiationis Leuit. xxiij. Et in ſeptimo anno qui erat annus remiſſionis Deute. xv. Quia proculdubio chariſſimi ſeptenarium ſacramentoꝝ. qđ in iordane gratie inuenitur. ⁊ qđ in ſanguine paſſeris mortui. i. xp̄i efficacia ſortitur. leproſos. i. peccatores ſanat ⁊ mundat. ⁊ eos expiat ⁊ depurat. Ut ſic cuilibet dicatur illud ps. Argentū igne examinatū probatū terre purgatum ſeptuplū. Et Ioh. iiij dicit. ꝙ hora ſeptima dimiſit eum febris. febris eñ peccati tunc ſanatur. qñ ad horam ſeptimā. ideſt ad ſeptem ſacramentoꝝ remedium peruenitur. Iſtud eſt ergo ſeptenariū remedioꝝ Et nota de ſeptem virtutibus contra ſeptem peccata. ¶ Undecimo dico. ꝙ eſt ſeptenarium demonioꝝ. quia ſcꝫ vniuerſitas demonū per ſeptenariuꝫ intelligitur. ſicut de alijs eſt expreſſum. vnde iſti figurant in ſeptē angelis qui habebant ſeptem plagas nouiſſimas Apoca. xv. Et qui habent ſeptem fialas ire dei. Quia ſciliceꝫ demones habebant fialas: vbi eſt venenum tentationis. ⁊ faciunt plagas eterne mortis ⁊ dānationis. ¶ Duodecimo vero dico. ꝙ eſt ſeptenarium angeloꝝ. Iſti figurantur Apoc. v. vbi dicit. ꝙ agnus dei habebat cornua ſeptē: ⁊ oculos ſeptem. qui ſunt ſeptez ſpiritus dei miſſi in omnem terrā. Iſti eñ dicuntur cornua agni xp̄i propter ipſoꝝ fortem ⁊ inuincibilem poteſtatē. Dicuntur etiam oculi eius propter ipſoꝝ puritatem. quia ſcilicet iſti regunt mundum. ſicut oculus regit corpus zacha. iij. Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt. Et ꝙ etiaꝫ iſti per ſeptenarium intelligant: patet per raphaelem ducem Thob. xij. Ego ſum vnus ex ſeptez qui aſtamus ante deum. iſtud eſt ergo ſeptenarium angeloꝝ. ¶ Terciodecimo vero dico. ꝙ eſt ſeptenarium tormentoꝝ. quia ſcilicet per iſtum numerum poteſt etiaꝫ penaꝝ infernalium vniuerſitas deſignari. Et ſic loquit Geñ. iiij. Qui occiderit cayn ſeptuplum punietur. Sic etiam loquit. Leuit. xxvj. Addā plagas veſtras in ſeptuplum ꝑpter peccata veſtra. figurata Dañ. iij. vbi dicitur Nabuchodonoſor precepit vt ſuccenderetur fornax ſeptuplū. fornax eñ babylonis. ideſt pena inferni ſeptuplum ſuccēditur: quando reprobis penaꝝ vniuerſitas intentatur. vnde in ps. dicitur. Redde vicinis noſtris ſeptupluꝫ in ſinu eorum. Et Eccle. vij. dicitur. Non ſemines mala in ſulcis iniuſtitie: ⁊ non metes ea in ſeptuplum. Sic igitur patet chariſſimi: quomodo numerus ſeptenarius ſepe vniuerſaliter ſignificat. et quomodo diuerſimode ſumitur in ſcriptura.

## Sequi. Secutus.

Cuꝫ de ſequi ſit dictū in multis locis ⁊ titulis. de quibus dicitur in precedentibus. tamen breuiter poſſumus dicere. ꝙ ſequi moraliter loquendo ſumitur pro conſentire. pro imitari. pro obedire ⁊ etiam pro confirmare. Et ideo nota. ꝙ ſequi ſumitur in bono ⁊ in malo: vt ſequitur. Eſt enim quoddam A.

Sequi vtilitatis.
Sequi iniquitatis.
Sequi damnoſitatis.
Sequi felicitatis.

¶ Primum eſt ſequi perfectoꝝ. De quibus dicit Actuū. xij. Circūda tibi veſtimētū tuū ⁊ ſequere me. Secundū eſt ſequi peccatoꝝ: qui ſciliceꝫ ſequuntur dyabolum ei obediendo: ⁊ ſequūtur alios malos ſceleris conformando. ⁊ eorum conſortia frequentando. Unde de fatuo ⁊ muliere dicitur Prouer. vij. ꝙ ſtatim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam: ⁊ neſcit ꝙ ad vincula trahatur ſtultus. Tertium eſt ſequi reproborum. qui ſciꝫ neceſſario dyabolum in infernuꝫ ſequitur ⁊ ab ipſo in baratrum pertrahuntur. De quo poteſt dici illud. ij. Regū. xx. Separatus eſt omnis populus iſrael a dauid: et ſecutus eſt ſyba filium bochri. Quartum eſt ſequi beatorum. Iſti eniꝫ ſecuti ſunt vſq ad paradiſum bene operando. ipſum etiam ſequi dicūtur ipſi aſſociando ⁊ cum eo perpetuo perſeuerādo. De quibus dicit Apoca. xiiij. Hi ſequūtur agnum quocunq ierit. hi empti ſunt ex omnibus primitie deo ⁊ agno. ¶ Dicamus ergo primo. ꝙ eſt vnū ſequi vtilitatis. qđ eſt valde virtuoſum ⁊ iſtud eſt illud quo iuſti ſequunt dñm vel prelatum. vel etiam opera virtuoſa. Nota ꝙ

Canis ſolet ſequi ſuum benefactorem.
Captiuus ſuum redemptorem.
Exercitus ſuum ductorem.
Populi ſuum tutorem.
Diſcipuli ſuum doctorem.
Filij ſuum genitorem.

Sic vere nos debemus ſeq deum noſtꝝ creatorez nec non prelatuz ⁊ preceptorez ⁊ quēlibet iuſtum rectorem ⁊ informatorē. ⁊ hoc exēplo apoſtoloꝝ dicentiū Mat. xix. Ecce nos relinquimus omnia ⁊ ſecuti ſumus te. Ubi oſtendunt quatuor neceſſaria ad hoc ꝙ aliquis per humilē ſubiectionē vel per moꝝ imitationē ſequat dñm vel prelatū. Debet enim

Diſponere motum volitiuū. Ecce nos.
Deponere malum retractatiuum. Relinquimus oīa.
Perficere actum completiuum. Et ſecuti ſumus.
Reſpicere finem allectiuum. Te inquit.

¶ Primum facit diſpoſitio mentis obedientis.
Secundo depoſitio rei impedientis.
Tertio frequentatio motus perficientis.
Quartum meditatio finis allicientis.

¶ Igitur chariſſimi dico. ꝙ debemus diſponere mentē obedientem. Ecce nos inquit. Uoluntarie eñ non coacte eſt ſequella obedientie facienda. Canis eñ nobilis cum magno gaudio ſequitur dñm ſuum quando vadit venari. Magis eñ eſt neceſſe: ꝙ teneatur ne excedat: q̄ ꝙ prouocetur vt accedat. Sic vere ⁊ nos cum magna voluntate debemus ſequi dñm: ei humiliter obediendo: ⁊ voluntatem eius faciendo: ⁊ qđ precepit gaudenter exequendo: ⁊ nos ei virtualiter conformando dicens. Ecce nos. Exemplo Eſaie. v. ⁊. vj. Ecce ego. mitte me. gloria eñ magna eſt ſequi dñm. ſicut dicitur Eccleſiaſti. xxiij. Et ideo ſicut prompti ⁊ voluntarij debemus nos preofferre ad ſequendum dominum vel ſuperiorem vel meliorem. ⁊ nunq̄ retrocedere vel differre. ferrum enim voluntarie ſequitur adamantem. ⁊ ſolſequium voluntarie ſequitur ſolem. Sic procerto ⁊ tu voluntarie debes ſequi chriſtum vel quēlibet preceptorem: exemplo illius qui ſe preofferebat ad ſequendum chriſtum dicens Matt. viij. Magiſter ſequar te quocunq ieris. Quod eſt contra multos qui non ſequuntur deum: vel prelatum voluntarie: B

Ayuntamiento de Madrid

luntarie:ſed coacte.ſicut ſunt illi quibus eſt neceſſaria impulſio tribulationum. vel iniunctio mandatoꝝ ad hoc ꝙ volũtatem dei velint facere vel ſuperioribus obedire. Canis em̄ qui conſueuit ſequi vnum dñm: non libenter ſequitur alium niſi tractus. Planete etiam qui habent curſum propriũ contrarium motui firmamenti:nunꝙ̄ ipſum firmamentum ſequerentur: niſi per violentiam traherentur. Sic vere chariſſimi. quia multi ſunt qui pleni motu proprie volũtatis ſemper motui voluntatis diuine ſolent contrariari. ꝛ qui aliuꝫ dominũ ſcilicet dyabolũ per diuerſa vitia ſolent ſequi. Hinc eſt ꝙ non voluntarie xp̄m vel prelatum ſequuntur:immo neceſſe eſt.ꝙ per violentiã tribulationis aut correptionis ad ſequendũ trahantur Thobie.xj. Lento greſſu ſequantur iter noſtrum familie. Et de petro dicit Mathei.xxvj. Petrus aũt.ideſt peccator durus ſequebatur a longe. Non ſic ſed habeamus mentem obedientem. Ecce inquit nos. Quia ſicut dicitur Luce.ix. Si quis voluerit me ſequi deneget ſemetipſum. ideſt. propriam vluntatem. ꝛ tollat crucem ſuam ꝛ ſequatur me. Debemus igitur diſponere mentem obedientem. ¶ Deinde dico ꝙ nos debemus deponere cauſam impedientem. relinquimus inquit omnia.ſupple impedientia. Quia ſcilicet neceſſe eſt ꝙ homo dimittat.

Onera bonoꝝ temporalium.
Federa amoꝝ ſecularium.
Scelera fetorum carnaliũ.

Iſta em̄ omnia ad ſequenduꝫ dñm ſolent impedire. quapropter neceſſe eſt ipſa dimittere vel ſalteꝫ ab eis ſi non realiter Munera bonoꝝ mundialium.tamen mentaliter reſilire. Exemplo apoſtoloꝝ de quibus dicit Matth. iiij:ꝙ relictis rhetibus ſecuti ſunt xp̄m. Hec em̄ omnia ſunt quedam rhetia ſequelam dñi impedientia. Uide ſupra. de Relinquere. Dicit em̄ de ferro ꝙ ſi inunctum fuerit allio vel pinguedine: nunꝙ̄ poteſt ſequi adamantem. Quia procerto chariſſimi:illi qui predictis vnguentis. liniuntur.ꝛ qui predictis rhetibus vinciuntur obediendo dominum vel prelatum:non ſequuntur nec eiſdem. vt requiritur famulantur. Relinquimus inqt omnia. Math.xix. Uos qui reliquiſtis omnia ꝛ ſecuti eſtis me in regeneratione cuꝫ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue:ſedebitis ꝛ vos ꝛc. Oportet igitur deponere.

C cauſam impedientem. ¶ Denique dico.ꝙ qui vult ſequi dominũ.oportet perficere motũ expedientem. qḋ oſtenditur cum dicit. Secuti ſumus. quaſi dicat. iam cõpleuimus. Non enim ſufficit ꝙ homo incipiat:niſi perficiat. Nota aliquando eniꝫ ruſticus canis incipit ſequi predam:ſed inuentis cadaueribus vel ſpinis ꝛ ſepibus ſtatim ſequi omittit. Canis vero nobilis non ſic: qꝛ qḋ ſemel ſeq̄ inceperit:nunꝙ̄ quouſqꝫ apprehẽderit.vel apprehẽdat ſi ſit poſſibile ꝑtermittit. Sic vere multi ſunt qui quandoqꝫ ſequi dominum incipiunt:ſed occaſione modica pretermittunt. Sancti vero ꝛ iuſti:ex quo ſequi ceperint.nunꝙ̄ ceſſant.quouſqꝫ ipſum in gloria apprehenderint:ꝛ quouſqꝫ voluntatem ſuam fecerint ꝛ compleuerint: ſecuti inquit ſumus Thobie. vj. Profectus eſt thobias ꝛ canis ſecutus eſt eum. Silenites em̄ lapis eſt qui ſequitur motum lune.imago eniꝫ lune candide in ipſo refulget.que ſcḋm ꝙ luna in celo variatur: ſic ꝛ ipſe ſequendo lune influentiam variatur.cum noua em̄ innouatur.cum antiqua antiquatur.ꝛ cum eclypſante eclypſatur.ſicut dicitur in lapidario. Sic procerto chariſſimi:illum qui eſt luna perfecta ineternuꝫ:ꝛ teſtis in celo fidelis. videlicet chriſtum debemus mentaliter ſeq̄ per dilectionem et ſubiectionem. et nos ei conformare per ſuorum actuum imitationem Marci. xiiij. Sequimini cum quocũqꝫ introierit. Magnes enim lapis eſt qui trahit ferrum ſicut adamas. Uerumtamen ſi ambo lapides ſint preſentes:ferrum adamanteꝫ ſequitur ꝛ a magnete fugiens elongat. Sic vere chariſſimi:magnes. ideſt diabolus trahit poſt ſe homines ſicut chriſtus. Uerumtamẽ chriſto exemplariter nobis preſentato: vel nobis in paſchate ſacramentaliter reuelato: vel coraꝫ nobis in natiuitate corporaliter incarnato. ipſuꝫ ſequi eligere debemus.ꝛ a magnete.ideſt dyabolo reſilire. Secuti inquit ſumus Job.xxiij. Ueſtigia eius ſecutus eſt pes meus. viam eius cuſtodiui ꝛ non declinaui ex ea. Quod etiam in iſtis agilibus debemus facere. qꝛ dato ꝙ aliquando ſecuti fuerimus aliquas malas ſocietates vel operationes.quãdo tñ nobis beatorum exẽpla proponuntur.ipſos ceteris omiſſis ſi prudentes fuerimus ſequamur Math.ix. Sequere me ꝛ dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos Matthei.viij. Deus enim tales ſequentes.ideſt tales humiliter ſubiacentes valde diligit.ꝛ ipſos alijs amore maiori anteponit. Iuxta illud Geneſis.xlix. Amorem ſequentis priori pretulit. Quia ſcilicet priores.ideſt maiores ꝛ potentes a deo repudiantur. ſequentes vero.ideſt ſubditi et humiles ab eo temporaliter ꝛ eternaliter preferuntur Hebreorum. x. Aufer primum vt ſequens ſtatuat.ſecuti ſumus. Patet ergo.ꝙ nos debemus perficere motum expedientem. ¶ Inſuper dico. ꝙ qui vult digne ſequi dominum: ipſe debet reſpicere finem allicientem.ꝛc.inquit. Finis enim eſt cauſa eorum,que ſunt ad finem. ꝛ ideo quanto finis eſt melior.tanto ad alliciendum querentem eſt delectabilior. Cum igitur in iſta inquiſitione dominus ip̄e eſt finis qui debet conſequi et haberi. Ideo dico ꝙ neceſſe eſt ipſum reſpicere ꝛ ad eum accedere. Obiectum enim mouet potentiam. ꝛ ideo ſi conſideretur qualis ꝛ quantus eſt iſte quem ſequimur.ad ipſum proculdubio allicimur. ꝛ ipſum faciliter conſequimur.ꝛc inquit.ſcilicet o deus Hiere.xvij. Ecce ego non ſum turbatus ꝛc paſtorem ſequens. Bonum eſt em̄ ſequi bonum ductorem. qui libenter ducit ad bonuꝫ hoſpitium. Unde ille de ſe dicit Johannis.viij. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris:ſed habebit lumen vite. Ideo docet Deutero. xiij. Dominum deum veſtrum ſequimini ꝛ ipſum timete:vide ſupra de Reſpicere ꝛc. Sic igitur patet.quomodo quatuor requiruntur ad hoc ꝙ digne dominus ſequatur. Iſtud eſt igitur vnum ſequi quod eſt virtuoſum.

¶ Secundo dico.ꝙ inuenitur vnum ſequi iniquitatis D quod eſt valde vitioſuꝫ:ꝛ iſtud eſt illud quo mali ſequũtur dyabolũ eius ſuggeſtionibus fauẽdo vel quo ſequũtur peccatum ip̄m implendo ꝛ eligendo. vel quo ſequũtur malum conſortiũ. Nota porcus enim libentius ſequitur illum qui portat ſtercorum fetorem: ꝙ̄ illuꝫ qui fragrat roſarum odorem. Sic mali plus amant ſtercora peccatoꝝ ꝙ̄ roſas virtutum ꝛ meritoꝝ Hiere.ij. Prophete prophetauerũt in baal ꝛ ydola ſecuti ſunt. Et nota ꝙ mali ſequũtur ꝛ nituntur ſequi

Auaricie cupiditatem.
Immundicie carnalitatem.
Superbie pompoſitatem.
Symonie peruerſitatem.
Nequicie malignitatem.
Mentis proprie ſimplicitatem.

¶ Quod em̄ iſti ſequũtur auariciam.patet Ezech.xxxiij. vbi de malis dicit ꝙ auariciaꝫ ſequitur cor eoꝝ. Et Eſa. j.dicit.ꝙ omnes diligunt munera ſequũtur retributiones. Similes lingue ſtatere que illã partem ſequit.vbi plus de pondere ponitur. Quod etiam ſequũtur immũdiciam patet.ij. Petri.ij.vbi dicit ꝙ multi ſequũtur eoꝝ luxurias. ¶ Quod etiã iſti ſequant eoꝝ ſuperbiam. patet Oſee.xij.vbi dicit. Effraym paſcit ventũ et ſequit eſtũ. ¶ Quod inſuper ſequant ſymoniã. patet.iiij. Reg.v. vbi dicit de giezi.per quem ſymoniaci intelliguntur: ſecutus eſt poſt tergũ naaman. ¶ Quod iſti ſequantur nequiciã patet Job.xxxvj.vbi dicit. Caue ne declines ad iniquitatem:hanc em̄ cepiſti ſequi. ¶ Quod etiã iſti ſequant mentem propriã. patet Ezech.xiij.vbi dicit. Ue prophetis inſipientibus qui ſequũtur ſpiritũ ſuũ. Iſtud eſt igit ſeq̄ vitioſuꝫ. ¶ Tertio dico.ꝙ eſt vnũ ſequi dãnoſitatis qḋ eſt valde doloroſuꝫ.ꝛ iſtud eſt illud quo mors eterna ſequit ꝛ cõſequit peccatores figurata Apo.vj. vbi dicitur Ille qui ſedebat ſuper equũ pallidũ :nomen illi mors ꝛ infernus ſequebat eũ. Uñ Prouer.xviij. Impius cũ in profundum peccatoꝝ venerit contẽnit. ſed ſequit eum

AAA ij

Ayuntamiento de Madrid

ignominia et opprobrium. ¶ Quarto vero dico. ꝙ eſt vnum ſequi felicitatis. quod eſt valde glorioſuꝫ: ⁊ iſtud eſt illud quo gloria eterna ſequitur bonos poſt morteꝫ De quo Apocalip. xiiij. Ammodo iam dicit ſpiritus vt requieſcāt a laboribus ſuis: opa eñ illoꝝ ſequūtur illos.

A **Sermo.** Nota cum ſermo nihil aliud ſit ꝗ̄ verbuꝫ ſeu locutio: ſeu ꝗ̄ ordinata verboꝝ pronūciatio. poſſumus notare breuiter ꝙ inuenitur in ſcriptura multiplex ſermo. tā in bono ſignificato ꝗ̄ in malo. Jnuenitur enim ſermo diuinus ⁊ humanus. Diuinus ſermo eſt multiplex. Habet enim deus Sermonem naturalem qui eſt interius. Sermonem ſcripturalem qui eſt exterius. Sermonē regularem qui eſt poſterius. Sermonē legalē qui eſt ſuperius. ¶ Primū ergo ſermonē deus interius generauit. Jſte eñ ſermo eſt filius qui in mente patris eternaliter eſt conceptus ⁊ tādem voce. ideſt hūanitate corporaliter eſt veſtitus. ⁊ finaliter per partū virginis: ſicut per os patris exterius tēporaliter eſt prolatus. Et de iſto dicit̄ Sapien. xviij. Cum mediū ſilentiū tenerent omnia et nox in ſuo curſu mediū iter perageret. omnipotens ſermo tuus domine de regalibus ſedibus venit. Et Deutero. xxx. Juxta eſt ſermo valde in ore tuo. Secūdū ſermonē deus procul promulgauit ſcilicet ſermonē ſacre ſcripture. Jſte eſt ſermo qui primo fuit cogitatus in inſpirationibꝰ prophetarum tandē fuit dictatus in libris ⁊ voluminibus ſcripturaꝝ poſtea vero fuit diuulgatus in dictis doctoruꝫ ⁊ predicatoꝝ. Et de iſto dicit̄ Prouerbioꝝ. xxx. Omnis ſermo dei ignitus clipeus eſt omnibꝰ ſperantibus in ſe. Jſte eñ ſermo dicit̄ ſermo dei. quia continet diuinitatis honorem. Dicit̄ ignitus: quia inflammat charitatem vel charitatis ardorem. Dicit̄ clipeus: quia roborat firmitatis vigorē. Jſte eſt ſermo de quo dicit̄ Johannis. xvij. Sermo tuus veritas eſt. Quia ſicut dicitur in pſal. Declaratio ſermonū tuoꝝ illuminat ⁊ intellectuꝫ dat paruulis. Tertiū ſermonē deus poſterius fulminabit: ⁊ iſte eſt ſermo quē dicet reprobis i iudicio. De quo Eccleſiaſtes. viij. Omnia quecunqꝫ voluerit faciet. ⁊ ſermo illius poteſtate plenus eſt. Jta ꝙ etiam reprobi dicent tunc tēporis illud Johannis. vj. Durus eſt hic ſermo ⁊ quis poteſt eū audire? Quartū vero ſermonē deus ſuperius exclamabit: quando ſcilicet beatis dicet. Venite benedicti patris mei ⁊c. Quia ſicut dicit̄ Prouerbioꝝ. xij. Meror in corde viri humiliabit eū ⁊ ſermone bono letificabitur. Et ſic dico breuiter. ꝙ inuenit̄ multiplex ſermo diuinus.

B ¶ Sed adhuc dico. ꝙ inuenit̄ ſermo multiplex humanus. Et ſic dico ꝙ tā in bono ꝗ̄ in malo in ſcriptura inuenitur.

Sermo bonus ⁊ fructuoſus.
Sermo vanus ⁊ vitioſus.
Sermo durus ⁊ furioſus.
Sermo duplex ⁊ malicioſus.
Sermo ſimplex ⁊ ſuſpitioſus.
Sermo multus ⁊ preſumptuoſus.
Sermo ſtultus ⁊ infructuoſus.
Sermo falſus ⁊ proditioſus.
Sermo iniquus ⁊ pernicioſus.

¶ De ſermone bono dicit̄. j. Coꝝ. xij. Alij dat̄ per ſpiritum ſermo ſapientie: alij ſermo ſcientie. De ſermone vano dicit̄ Eccleſiaſtici. xxxij. Ubi non eſt auditus non effundas ſermonē. ¶ De ſermone duro dicit̄ Prouerb. xv. Reſponſio mollis frangit irā. ſermo durus ſuſcitat furorem. ¶ De ſermone duplici dicit̄ Eccleſiaſtici. xlij. Non duplices ſermonē auditus. ¶ De ſermōe ſimplici dicit̄. ij. Coꝝ. xj. Nam ſi imperitus ſum ſermone non tamē ſcientia. ¶ De ſermone multo dicitur Job. xxxij. Plenus ſum ſermonibus et coartat me ſpiritus vteri mei. ¶ De ſermone ſtulto dicit̄ Job. xxxviij. Quis eſt iſte inuoluens ſentētias ſermonibus imperitis. ¶ De ſermone falſo dicit̄ in ps. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum ⁊ ipſi ſunt iacula. ¶ De ſermone iniquo dicitur in ps. Firmauerunt ſibi ſermonē neqꝫ. Jgit̄ de ſermonibus bonis ⁊ fructuoſis ⁊ virtuoſis poſſumus aliquantulū dilatare ⁊ dicamus ꝙ ſicut

Bona arbor facit bonum fructum.
Bonus ſuccus habet bonū guſtum.
Bonus fructus ſtillat bonū ſuccum.
Bona vitis profert bonū vinum.

¶ Sic vere vt cōmuniter bonus homo profert bonum verbū. Nam ſicut bonus liquor ⁊ ſapidus demonſtrat bonum eſſe vaſculum de quo ſtillat. ſic bonus ſermo demonſtrat ſeu denotat hominē bonuꝫ eſſe a quo manat Boni eñ homines non libenter ſe occupant in vanis ſermonibus. ſed in bonis. Juxta illud apoſtoli Eph. iiij. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat. Et potiſſime illud pertinet ad doctores: ad predicatores: ad prelatos ⁊ preceptores. iſti eñ qui alios debent docere: debent habere ſermones limatos ⁊ ab omni turpitudine depuratos. vt ſic quilibet poſſit dicere illud. quod dicit ſapientia diuina Prouerbioꝝ. viij. Audite me quoniam de rebus magnis locutura ſuꝫ: aperientur labia mea vt recta predicent: veritatem meditabitur guttur meum. labia mea deteſtabuntur impiū. Juſti ſunt omnes ſermones mei: nō eſt in eis prauū quid neqꝫ iniquū

C Jn quibus intelligitur tota ars predicandi ⁊ ſermoneꝫ faciendi: quia ſciliꝫ homo debet ſermocinari de rebus magnis. Audite inquit me quoniā de rebus magnis locutura ſuꝫ. ideſt de rebus arduis ⁊ eternis. de rebus glorioſis ⁊ periculoſis. de rebus ad ſalutē pertinentibus ⁊ ſpectantibus: non ad mundum pertinentibus. Unde. Hebreoꝝ. v. De quo inquit nobis grandis ſermo ⁊ interpretabilis ad dicendum. ¶ Jtem debent ſermocinari cum ſumma rectitudine. vt recta inquit predicent: qꝛ ſcilicet nec fauore nec timore debꝫ deuiare a recto dicēs illud Heſter. xiiij. Da ſermonem rectū ⁊ bene ſonanteꝫ in ore meo. Sed hoc eſt contra multos qui non audent recte predicare: quinimmo per adulationeꝫ ſolent a ſermonis rectitudine deuiare. Et tamen ſcriptura dicit Prouerbiorum. xxix. Quod homo qui blandis fictiſqꝫ ſermonibus loquitur amico. rethe expādit ante pedes eius. ¶ Jtem debet ſermocinari cum veritatis certitudine. veritatem inquit. Vera eñ debet dicere non falſa quia ſcilicet ſi falſa diceret: errandi auditoribus cauſa eſſet: ⁊ ideo vt veritatem ſciat dicere. primo debet addiſcere poſt docere vt ſic ei dicatur illud Johannis. xvij. Sermo tuus veritas eſt. ¶ Jtem debet ſermocinari cū deliberationis plenitudine: meditabit̄ inquit guttur meum. Unde verſus. Qui bene vult fari: bene debet premeditari. Non eñ debet loqui a caſu ⁊ fortuna: ſed magis ex deliberatione ⁊ ratione. Quia ſicut dicitur Prouerbioꝝ. xvij. Qui moderatur ſermones ſuos prudentiſſimus eſt. ¶ Jtem debet eſſe ſermo cum correctionis acredine ⁊ fortitudine. Quia ſcilicet prudens debet loqui contra vitia ⁊ ea deteſtari. labia inquit mea deteſtabuntur impium. j. Regū. xxiiij. Confregit dauid viros ſuos in ſermonibus. ¶ Jtem debet eſſe ſermo cū acceptionis viciſſitudine. Juſti inquit ſunt ſermones mei. Juſtus eñ dicitur ſermo. quando equaliter arguit diuites et pauperes. notos ⁊ ignotos. ps. Diſponet ſermones ſuos in iudicio. vbi ſciliꝫ debet eſſe ſumma equitas. ¶ Jteꝫ debet eſſe ſermo ſine quacunqꝫ turpitudine: nō eſt inquit in eis prauū quid neqꝫ impium. quia ſcilicet in ſermone nih debet hereticum. nihil turpe. nihil diſſolutum: nihil etiam inhoneſtum ſonare. Juxta illud. Eccleſiaſtes. xij. Compoſuit ſermones rectiſſimos ac veritate plenos. Et ſic poterit talis ſermocinator dicere illud Sapiē. vij. Jn manu dei ſumus nos ⁊ ſermones noſtri. Et bene dicit in manu dei: quia procerto homo qui proprie ſentētie innititur: nunꝗ̄ vt cōmuniter bene ſermocinatur. A deo eñ debet egredi ſermo non ab homine: quia alˢ non haberet virtutē Eccleſiaſtici. xliij. Cōſummatio ſermonū ipſe eſt Gene. xxiiij. A deo egreſſus eſt ſermo ⁊ non poſſumus aliud. Et ideo prudēs in principio ſermonis debet dñm orare: vt ſermonē eius velit dirigere et iuuare: dicens illud Heſter. xiiij. Da ſermonem rectum ⁊ bene ſonantē in os meū. Ubi oſtenditur ꝙ ipſe

Ayuntamiento de Madrid

ꝙ ipſe debet. Implorare diuinã maieſtatẽ. Da. Intima
re verborum venuſtatem. Sermonẽ rectum. Intimare
diuinã voluntatẽ. Bene inquit ſonantem. Et ſic procer
to chariſſimi ſermones tales audientur ⁊ ab auditori
bus implebunt. Quãuis em̃ hodie ſermões nec libẽter
audiantur: nec efficaciter compleãtur Ezechiel. xxxiij.
Audiũt ſermones tuos ⁊ non faciunt eos: ſed qḋ peius
eſt deridentur: ⁊ vt in pluribus contennantur. vnde de
multis poteſt dici illud. ij. Para. xxxvj. Subſannabãt
nuncios dei: ⁊ paruipendebãt ſermones eius ⁊c. Omit
to. Vide ſupra de Loqui. de Lingua ⁊ labijs.

a **Serpens.** Nota breuiter ꝙ per ſerpentem ge
neraliter poſſunt ĩtelligi quatuor
videlicet chriſtus. iuſtus. impius ⁊ dyabolus. Et ſic di
co ꝙ inuenitur in ſcriptura ſerpens

| | |
|---|---|
| Mirabilis ⁊ glorioſus, | ¶ Dico p |
| Laudabilis ⁊ virtuoſus. | mo ꝙ inue |
| Execrabilis ⁊ vitioſus. | nit ſerpẽs |
| Deteſtabilis ⁊ odioſus. | glorioſus ⁊ |

mirabilis. ⁊ ſic per ſerpentẽ intelligitur chriſtus. qui di
citur ſerpens a ſerpendo. quia ſcilicꝫ circa terram ſerpit
homo corporaliter incedendo. Teſte em̃ Plinio: coriũ
ſerpentis pulueriſatum valde eſt medicinale. Sic pro
certo humanitas chriſti: que ſcilicꝫ fuit corium ⁊ pellis
ipſius dei. eſt cõtra crimina medicinalis: potiſſime q̃ñ
accipitur pulueriſata. ideſt quando conſiderata et ad
ſummã humilitatẽ reducta. ⁊ in haſta crucis cremata
⁊ quaſi in cinerem cõmutata. Teſte em̃ eodem Plinio
Qui pinguedine ſerpentis mortui inungitur: a cũctis
alijs viuis ſerpẽtibus formidatur. Sic vere ſi iſtius ſer
pentis. ideſt chriſti mortui pinguedine te per deuotio
nes ⁊ compaſſionẽ inunxeris. a viuis ſerpentibus. ideſt
a peruerſis ⁊ immortalibus demonibus tutus eris. Qḋ
bene figuratur Exod. iiij vbi virga moyſi dicitur in ſer
pentem mutata fuiſſe. Et ſerpentes magoꝝ pharaonis
legitur deuoraſſe. Quod etiam figuratur Nũe. xxj. vbi
dominus propter peccata populi miſit in eos ſerpẽtes
ignitos. ideſt ſerpentes ignem ſpirantes: vel dolorẽ ar
doris ignei inferentes. homines pungentes ⁊ inuenenã
tes. ex precepto tamen domini factus eſt ſerpens eneus
⁊ ſurſum pro ſigno in ſigno in palo leuatus. quẽ quicũ
qꝫ intuebatur. a ſerpentum morſibus ſanabatur. Item
dicit Plinius de ſerpente. ꝙ dicitur eſſe quidã ſerpens
qui vocatur tyrus. de quo mortuo tyriaca conficitur:
que ſerpentũ morſibus contrariatur. Sic procerto cha
riſſimi eſt de chriſto. qui voluerit ipſum ſequi ⁊ eius pin
guedine iungi ⁊c. Item proculdubio virga moyſi. ideſt
chriſtus qui eſt virga virtutis dei: quē miſit dominus
ex ſyon dominari in medio inimicorum ſuorum. in ſer
pentem. ideſt in corporalem hominẽ eſt mutatus. ⁊ tan
dem poſtꝙ factus fuerat eneus. ideſt per predicationẽ
reſonans in palo alte coram omnibus eſt leuatus. ⁊ ſic
per ipſum alij ſerpentes ſcilicet demones fuerunt victi
⁊ deuorati. ⁊ illi qui flammis deuotionis ipſorum vre
bantur per aſpectum. ideſt per fidem ⁊ conſideratione
ipſius ſunt ſanati. Et ideo ipſe chriſtus de ſeipſo loquẽs
dicit Johannis. iij. Sicut exaltauit moyſes ſerpentem
in heremo: ſic exaltari oportet filium hominis. Iſte eſt
B igitur ſerpens glorioſus et mirabilis. ¶ Secundo di
co. ꝙ eſt ſerpens virtuoſus ⁊ laudabilis ⁊ ſic dico. ꝙ per
ſerpentem intelligitur homo iuſtus. Serpentes enim
quandoqꝫ in capitibus habent lapides precioſos. Ser
pens etiam in hoc ſummã prudentiam dicitur habere
quia pro tuitione capitis totum corpus exponit percuſ
ſori. Sic vere chariſſimi vir iuſtus in cuius capite. ideſt
in cuius mente inuenit lapis precioſus chriſtus ⁊ eius
fides ⁊ gratia. quia ſcit ꝙ in ſuo capite ſcilꝫ chriſto. vel
in fide conſiſtit proprie vita ſua percuſſionibus ⁊ tribu
lationibus ſe exponit pro ipſo ſcilicet defendendo et ſe
ſibi perpetuo conſeruando. Et ideo bene monet deus.
Matthei. x. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes ⁊ ſimpli
ces ſicut columbe. Et in pſ. etiam dicitur. Laudate do
minum de celis: beſtie ⁊ vniuerſa pecora ſerpentes ⁊ vo
lucres pennate. Iſti em̃ dicuntur beſtie propter ſimpli
citatem. Dicuntur ſerpentes propter ſagacitatem. Di
cuntur volucres. propter contemplationis ſublimita
tatem. Dicuntur etiam pennate propter aliarum virtu
tum multiplicitatem. Sic ergo dico. ꝙ iuſtus dicitur
ſerpens viruoſus ⁊ laudabilis. ¶ Tertio dico. ꝙ inue C
nitur ſerpens vitioſus ⁊ execrabilis. Et ſic dico ꝙ per ſer
pentē intelligitur peccator. Serpens enim eſt animal
nociuum et venenoſum. Sic peccator per mala verba ⁊
exempla et opera nociuus eſt et venenoſus. Ideo pecca
toribus loquitur dominus Matthei. xxiij. Serpentes
genimina viperaruꝫ quomodo fugietis a iudico gehē
ne. Unde breuiter poſſumus dicere. ꝙ peccatores ſunt
etiam ſerpentes.

| | |
|---|---|
| Deceptione fallentes: | Sunt dico |
| Ambitiones feruente. | fallentes ꝑ |
| Detractione mordentes: | deceptionē |
| Turbatione ſeuientes. | Serpēs em̃ |

ſibilando mordet ⁊ inuenenat. Serpens eñ eſt valde le
nis ⁊ ſuauis. vix enī poteſt teneri. ſicut nec anguilla. et
ideo dicitur coluber a collabendo. Serpens inſuper nũ
ꝙ recte immo ſemper tortuoſe incedit. ſignans peccato
rum: qui quandoqꝫ ita eſt tortuoſus ⁊ cauteloſus. ꝙ eti
am dū ſibilat. ideſt dū blande ⁊ ſuauiter loquit ipſe ta
men inuenenat ⁊ perſequitur. Ita enim ſcit per cauilla
tiones collabi: ꝙ vix poteſt ab aliquo comprehendi. Et
ideo de ſerpente loquitur ſcriptura Gene. iij. Serpens
erat callidior cunctis animantibus terre. Talis figu
ratur in ſerpente qui ſeduxit euam. qui ſecundum Jo
ſephum vultum habebat virgineum: corpus tamen ſer
pentinũ. mulieri vero quam decipiebat: vultum virgi
neum oſtendebat corpus vero ſerpentis ſub arboris fo
lijs abſcondebat. Sic vere multi ſunt qui quando ali
quē volunt decipere. corpus ſerpentinũ ſuum. ideſt ſuã
prauam intentionem: et ſuam venenoſam conditionē
ſolent ſub folijs palliationum abſcondere: et vultum
virgineuꝫ. ideſt faciem blandientem et fallacem ſolent
alijs demonſtrare Eccleſiaſtici. xij. Qui medicabit als
miſerebitur incantatori a ſerpente percuſſo. Et ideo de
cautelis et malicijs talium dicitur Hieremie. viij. Ecce
mittam vobis ſerpentes ⁊ regulos quibus non fit incã
tatio. Iſti ergo ſunt fallentes per deceptionem. ¶ Ites
dico. ꝙ iſti ſunt feruentes per ambitionem. Sunt enī
ſerpentes aliqui tanti feruoris. ꝙ etiam pelles eoꝝ in
aqua frigida poſite faciunt eam feruere. vt dicit Pli
nius. Serpens toto corpore terram tangit ⁊ ſemper ad
herendo terre incedit. Serpens inſuper terram come
dit: ⁊ de puluere cibum ſumit. Sic vere chariſſimi mul
ti ſunt peccatores qui per auariciam ⁊ ambitionē ſunt
feruentiſſimi Nũeri. xxj. ⁊ Deutero. viij. Miſit domi
nus in populum ſerpentes ignitos. Toto enim corde ⁊
corpore. ideſt tota affectione ⁊ occupatione terram ⁊ ter
rena tangunt ⁊ diligunt: ⁊ puluerem bonorum tempo
ralium ſumme volunt. Eſaie. xv. Serpenti puluis pa
nis eius. Et ideo ſerpentem legitur dominus maledi
xiſſe dicendo ſic Geneſis. iij. Super pectus tuum gra
dieris ⁊ terraꝫ comedes cunctis diebus. Iſti igitur ſunt
feruentes per ambitionē. ¶ Item dico. ꝙ iſti ſunt mor
dentes per detractionem. Lingua em̃ ſerpentum eſt ve
nenoſa. ita etiam agitatur per violentiam veneni ꝙ vi
detur duas lingua habere. Sic vere lingua peccato
rum per detractionem venenoſa eſt ⁊ per duplicitatem
furcoſa eſt pſ. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpẽtes ve
nenum aſpidum ſub labijs eorum. Iſti em̃ non ceſſant
alios mordere: ⁊ ipſos veneno infamie inficere et noce
re. Eccleſiaſtes. x. Quemadmodum ſi mordeat ſerpens
in ſilentio ſic qui detrahit proximo in ſecreto. Iſti igit
ſunt mordentes per detractionem. ¶ Item dico. ꝙ iſti
ſunt ſeuientes per turbationem. Serpens enim prouo
catus ſolet acriter indignari. ⁊ hominem quandoqꝫ in
uadere ⁊ rimari. Quando eñ venenum ſuum calefit.
tunc faciliter percutit atqꝫ ledit. Sic vere peccator quã
do venum ſue iracundie in cordis ſuis viſceribus inca



Ayuntamiento de Madrid

leſcit. ita quandoq; furit et in iracundiam ardeſcit. ꝙ
modica occaſione alios verbo vel facto percutit aut in
uadit. ps. Furoꝛ illius ſecundū ſimilitudinem ſerpen⸗
tis. Et ſic figuratur Apocal. ix. vbi dicitur. Quod equi
locuſtarum de oꝛe ſuo emittebant ſulphur ignem et fu
muin: ⁊ caude eoꝛum erant ſimiles ſerpentibus. Quia
ſcilicꝫ tales ſunt ſuperbi ſicut equi. de oꝛe ſuo ſolent ver
ba ſulphurea: pꝛopter infamationis fetoꝛē. verba ignea
pꝛopter iracundie furoꝛem verba fumea pꝛopter iactan
tie clamoꝛem emittere. ita ꝙ cauda eoꝛum eſt ſerpenti⸗
na. inꝙtum finis verboꝛum qui per caudam intelligi⸗
tur: ad malūꝫ dicitur declinare Deutero. xxxij. Dentes
beſtiarum immittam in eos cum furoꝛe trahentiuꝫ ſu⸗
per terram atq; ſerpentium. Sic igitur dico: ꝙ per ſer⸗
pentem intelligitur peccatoꝛ. Et ſic patet. ꝙ in ſcriptu⸗
D ra inuenitur ſerpens vitioſus ⁊ damnabilis. ¶ Quar⸗
to dico. ꝙ eſt ſerpens venenoſus ⁊ odibilis. ⁊ iſte ſerpēs
eſt dyabolus: qui dicitur ſerpens pꝛopter maliciam in
decipiendo: ⁊ pꝛopter venenoſitatē in temptando ⁊ ſug
gerendo. Iſte eſt ſerpens quem dominus de celo pꝛoie⸗
cit. Quia ſcilicet ſicut inſula hybernie nullum ſerpen⸗
tem admittit: ſic inſula paradiſi nullum dyabolum re
cipit: aut ibi ſtare permittit. Unde Apocali. xij. dicitur
ꝙ de celo pꝛoiectus eſt draco ille magnus ſerpens anti⸗
quus ⁊c. Iſte enim eſt ſerpens qui peccatoꝛes in inferno
moꝛdebit ⁊ ipſos atrociter deuoꝛabit. Unde de peccato
ribus dicit dominus Amos. ix. Quod ſi celauerint ſe in
pꝛofundo maris: ibi mandabo ſerpenti ⁊ moꝛdebit eos
Et Eccleſiaſtici. x. dicitur. Quod homo cum moꝛtuus
fuerit hereditabit ſerpentes ⁊ vermes. Ueruntamen iſte
ſerpens finaliter viſitabitur ⁊ ad ignem eternum con⸗
demnabitur. Quia ſicut dicitur Apocali. xx. Angelus
qui habebat clauem putei abyſſi appꝛehendit dracone̅
ſerpentem antiquum qui eſt dyabolus ⁊ ſathanas ⁊ li⸗
gauit eum clauſitq; ⁊ ſignauit ſuper eum. Iſtud autēꝫ
erit in iudicio. quando chꝛiſtus qui eſt angelus teſta⸗
menti: luciferum ligabit: ⁊ eum in abyſſi puteo religa⸗
bit Eſaie. xxvij. Uiſitabit dominus ſuper leuiathan ſer
pentem antiquūꝫ ⁊c. Sic igitur patet quomodo per ſer
pentem poteſt dyabolus: peccatoꝛ: iuſtus: ⁊ chꝛiſtus in
telligi ⁊c. Uide de colubꝛo. ⁊ in titulis infinitis. vbi plu
ra de ſerpentibus ſunt exempla.

A **Seruare.** Nota ꝙ ſeruare ſignificat rei poſſe⸗
ſionēꝫ: tuitionem ⁊ defenſionem. Et
inuenitur in ſcriptura multiplex ſeruare: videlicꝫ

| | |
|---|---|
| Diuine pꝛotectionis. | ¶ Deꝰ em̄ |
| Mundane afflictionis. | ſeruat iu⸗ |
| Humane diſcretionis. | ſtos ne cō |
| Eterne damnationis. | fundātur. |

ij. Paral. xix. Diligit deus iſrael ⁊ vult ſeruare eū ineter
num. Mundus ſeruat bonos vt affligantur Actuū. xij
Petrus autem ſeruabatur in carcere. ¶ Deus ſeruat
peccatoꝛes vt conuertantur. Iuſti vero ſeruant ſeipſos
ne deſtruantur. Unde in epiſtola iude. Uos ipſos in dile
ctione ſeruate. ¶ Dyabolus ſeruat iniquos vt occidan
tur. ſicut carnifex qui ſeruat pingue animal. ⁊ poꝛcum
ad occidendum Iob. xxj. In diem perditionis ſeruatur
malus et ad diem furoꝛis ducetur. ¶ Dicamus ergo
breuiter et generaliter. ꝙ eſt vnum ſeruare diuinum: et
vnum humanūꝫ. Seruare diuinum eſt illud quo deus
ſeruat iuſtos

Ipſos liberando a temptatione.
Ipſos pꝛeſeruando a damnatione.
Ipſos collocando in ſaluatione.

¶ Pꝛimo ergo dico. ꝙ deus ſeruat iuſtos ipſos a tem⸗
ptatione liberando. Deus enim eſt ſicut nutrix que ſer⸗
uat puerum ne cadat in lutum ne maculetur. Deus eſt
ſicut diues mercatoꝛ qui ſeruat bonam pecuniaꝫ ne ex⸗
pendatur. Deus eſt ſicut tutoꝛ qui ſeruat pupilli here⸗
ditatem ne conſumat. Deus eſt ſicut ductoꝛ qui ſeruat
illum quem ducit ne in erroꝛēꝫ mittatur. Quia procul⸗
dubio cariſſimi deus eſt.

| | |
|---|---|
| Iuſtoꝛum nutritoꝛ. | |
| Iuſtoꝛum mercatoꝛ. | Et ideo ipſos tan |
| Iuſtoꝛum tutoꝛ. | ꝙ ſuos a peccato |
| Iuſtoꝛum ductoꝛ. | ſeruat ⁊ ne perdāt |

hereditatē gratie ipſos cuſtodit benigniter ⁊ pꝛeſeruat.
Uñ. j. Reg. ij. Pedes ſanctoꝝ ſuoꝝ ſeruabit et impij in
tenebꝛis conticeſcent: quia non in foꝛtitudine ſua robo
rabitur vir. Deus igitur ſeruat iuſtos a temptatione li
berando. ¶ Secundo dico. ꝙ deus ſeruat iuſtos a dam
natione pꝛeſeruando. Medicus enim qui curam habꝫ
de egro ſeruat eum a moꝛte ⁊ infirmitate dando ei aſpe
ras medicinas. Sic deus qui curam habet generaliter
de omnibus Sapientie. vj. Hominem a moꝛte inferni
pꝛeſeruat: dum ſibi aſperas medicinas tribulationum
miniſtrat. Mundi enim tribulationes medicine ſunt
Quia ſecundū Hieronimuꝫ. Quod creditur eſſe pena
medicina eſt. Et ideo dominus poſtꝙ licentiam vulne
randi ⁊ depauperandi Iob dederat dyabolo: legitur ſi⸗
bi dixiſſe Iob. ij. Uerumtamen animam eius ſerua. Un
de Apocalip. iij. Quoniam ſeruaſti verbum patientie
mee: ⁊ ego ſeruabo te ab hoꝛa temptationis. ¶ Tertio
dico. ꝙ deus ſeruat iuſtos in ſaluationem collocando.
Ille enim qui vult aliquid bene cuſtodire et ſeruare: ſo⸗
let illud in tuto loco reponere et locare. Patet in iſtis
magnis hominibus qui libēter ponūt theſauros ſuos
in religionibus: ⁊ maxime literas ſuas ⁊ pꝛiuilegia. Sic
vere deus qui vult ſeruare iniuſtos. Ideo ponunt iuſti
theſauros ſuos et coꝛ ſuum in deo: qui eſt vera religio.
et iſte eos imperpetuo ſibi vult reſeruare. Et ideo in tu⸗
to loco ſcilicꝫ in paradiſo ponit eos. Fructus enim qui
bene ſeruantur et cuſtodiuntur in tuto loco ponuntur
Sic et iſti. Unde Eſaie. xlix. Seruaui te et dedi te in fe⸗
dus populi. Deus ergo in paradiſo ſeruat bonos ⁊ bo⸗
na eoꝛum in paradiſo pꝛo eis reſeruat. Nota homo me
lioꝛa ⁊ vtilioꝛa ſeruat pꝛo amicis: vilioꝛa autem dat ex⸗
traneis. Sic deus pꝛo iuſtis ſeruat eterna: peccatoꝛibꝰ
ſeruat tempoꝛalia ⁊ terrena. pſal. In eternum ſeruabo il
li miſericoꝛdiam meam et teſtamentum meū fidele ipſi
Et ſic patet. ꝙ eſt quoddam ſeruare diuinūꝫ. ¶ Adhuc B
dico. ꝙ eſt vnum ſeruare humanum. Et iſtud eſt illud
quo quis ſe ſeruat a vitijs et a peccatis et quo quis ſer⸗
uat illa que ſunt vtilia ad ſalutem. Ille enim qui ſe vult
ab infirmitate ſeruare: ſolet bonam dietam et bonum
regimen: necnon et mandata medici obſeruare. Sic ve
re qui ab infirmitate et moꝛte peccati ſe ſeruare volue⸗
rit regimen diſcipline et mandata dei neceſſario obſer⸗
uabit. Iuxta illud verbum celeſtis medici Mathei. xix.
Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Ubi aduerte.
ꝙ ad ſeruandum.

Animus requiritur. Si vis.
Fructus pꝛomittitur. Ad vitam ingredi.
Modus oſtenditur. Serua mandata.
¶ Homo em̄ qui vult ſe bene ſeruare.
Debet habere motum electiuum. Si vis.
Debet habere fructum allectiuum. Uitam:
Debet tenere modum pꝛofectiuū Mandata.

¶ Igitur habeamus motum ſeu etiam votum electi⸗
uum. Si vis inquit. quaſi dicat voluntas requiritur.
Quia ſcilicet niſi homo velit ſeruare ſeipſum. impoſſi⸗
bile eſt ꝙ poſſit ſeruari. Bona enim voluntas ⁊ bonus
affectus eſt pꝛimum requiſitum ad cuſtodiam viri iu⸗
ſti. Si vis inquit quaſi dicat. niſi velis impoſſibile eſt.
Freneticus vix poteſt a moꝛte ſeruari. ⁊ hoc eſt. quia nō
vult nec patitur curari: nec credit infirmari. Sic vere:
nec homo a moꝛte eterna ſeruatur. qui infirmitate pec⸗
cati voluntarie delectatur. Uoluntas enim interioꝛ eſt
neceſſaria. Alioquin cuncta cuſtodia eſt fruſtratoꝛia.
Eccleſiaſti. xv. Si volueris mandata conſeruare: cōſer
uabunt te imperpetuum. Fidem placitam ſeruare ap⸗
poſuit tibi deus aquam et ignem ad quod volueris poꝛ
rigere manum: moꝛs et vita appoſita ſunt homini: qđ
placuerit ſibi dabitur ei. ſi vis ergo. Et nota ꝙ iſta di⸗
ctio ſemper ſignificat conditionēꝫ. Quia pꝛo certo mul
te conditiones requiruntur ad hoc. ꝙ homo debite a

peccato

peccato ſeruetur. Requiritur enim dilectio Johannis xiiij. Si diligitis me mandata mea ſeruate. Requiritur etiam verbi impletio Johannis. xiiij. Si quis diligit me ſermonem meũ ſeruabit. Requiritur inſup mortis euaſio: quia ſicut dicitur Johannis. viij. Si quis mandata mea ſeruauerit mortem non guſtabit ineternum. Et bene dicit mortis euaſio. idest peccati euaſio. Habeamus igitur chariſſimi motuꝫ electiuũ. ſi vis. Quod eſt contra multos qui non volunt a malo ſeruari quinimmo voluntarie criminibus ſubiugari. Quia ſcilicet teſte Augu. Peccatum a deo eſt voluntarium. ꝙ ſi voluntarium non eſt non eſt peccatum. Iſti enim ſunt ſimiles pueris. qui voluntarie intrant lutum: ſcientes ſcilicet ꝙ ibi maculãtur: ⁊ ſcientes exinde a matre ſepius verberentur. Quia procuIdubio miſer peccator voluntarie currit ad peccatuꝫ: ſciens exinde ſciat certiſſime ſe reportare primo maculam poſt tormentuꝫ. Iſti deberent attendere ad illud ſcilicet quod finaliter ſequitur: ⁊ dicere illud Danielis. xiij. Si enim hoc egero mors mihi eſt. Non ſic ergo: ſed ſeruemus nos ⁊ habeamus motũ ac votum electiuum: ⁊ firmam voluntatem Si vis inquit. ℭ Inſup dico. ꝙ videamus fructũ allectiuũ. Uitã inquit. Ad conuiuiũ regis inuitatus: ſeruat ſe a puerilibus ne fedatur. ſeruat ſe a fecibus ne maculet: ⁊ a vanis conſortijs ne tardet. Clericus enim ſciens qui ſperat aliquam bonam collationem ſiue bonum beneficium. bene caueat ꝙ habeat proceſſum in bonum: ⁊ bene ſeruet ſe ne faciat aliquem exceſſum: timet enim ꝙ ſibi obijceretur. quando vacante beneficio ipſuꝫ apprehendere niteretur. Cum igitur chariſſimi nos ſumus impetrantes ⁊ expectantes ad collationem ſummi prelati dei. ⁊ cum omnes ſimus inuitati ad illud eternum conuiuium ſupremi regis. ⁊ omnes ſperemus illud eternũ beneficiũ reportare: ⁊ nos in illo dulci conuiuio recreare. bene debemus ſeruare nos: ne vltra ꝙ deceat exceda mus. ⁊ cauere vt proceſſum bonarum virtutum et operum habeamus: necnon fedemur maculis vitiorum. ne ſatiemur groſſis cibarijs terrenorum. ⁊ ne tardemur vanis ſolacijs mundanorũ. Ad vitam inquit ingredi. qua ſi dicat. ingreſſus vite eterne illi promittitur qui voluntatem dei ſeruat ⁊ qui a vitijs preſeruatur. Unde Prouerbiorum. vij. Serua mandata mea ⁊ viues. ℭ Igitur videamus fructum allectiuum. Ad vitam inquit ingredi ℭ Denique dico. ꝙ neceſſe eſt ꝙ teneamus modũ directiuum ſeu perfectiuum. Serua inquit mandata. Obſeruantia eñ mandatorum eſt proprie modus ⁊ regula ſeruandi noſmetipſos. Mandata eñ dei. idest diuina: ſunt ſicut recepta medici quam infirmus debet ſeruare: vt ⁊ ipſe valeat a mortis periculo ſe liberare ⁊ ſaluare. ſicut enim dicitur Apocalip. j. Beatus qui legit et qui audit verba prophetie huius: ⁊ qui ſeruat ea que in ea ſcripta ſunt: quia ſicut dicitur. j. Johãnis. iij. Qui ſeruat mandata eius in ipſo manet. Et ideo breuiter nota ꝙ iſta mandata precipue mandantur ſeruari. videlicet

Mandatum charitatis.
Mandatum caſtitatis.
Mandatum firmitatis.
Mandatum puritatis.

ℭ De obſeruantia charitatis dicitur Ephe. iiij. Solliciti ſeruare vnitatem invinculo pacis. ℭ De obſeruantia caſtitatis dicitur Thobie. iij. Mundaꝫ ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia. ℭ De mandato firmitatis dicitur deutero. xxiij. Quodcũꝙ ſemel egreſſum eſt de labijs tuis obſeruabis. ℭ De obſeruãtia puritatis dicitur Geneſis xxxvij. Manus veſtras ſeruate innocias. Et ſic igitur patet. quomodo et que debemus ſeruare tenere ⁊ complere: vt generaliter dicatur illud Mat. xxiij. Omnia quecunꝙ dixerint vobis facite ⁊ ſeruate: vt ſic dicat hõ illõ Mar. x. hec oia ſeruaui a iuuẽtute mea. hec igit de Seruare ⁊ obſeruare ſufficiãt.

a

## Seruire. ſeruus.

Cum ſeruire pertineat ad ſubditum: ſeruire vero pertinet ad magiſtrum. Poſſumus dicere ꝙ generaliter et in ſcriptura inueniuntur quatuor genera ſeruitutis. Inuenitur enim ſeruitus.

Uirtuoſa. Prima eſt ſeruitus perfectorum.
Uitioſa. Secunda eſt ſeruitus peccatorum.
Gaudioſa. Tertia eſt ſeruitus beatorum.
Tedioſa. Quarta eſt ſeruitus damnatorum

ℭ Prima eſt ſeruitus magne perfectionis: ⁊ iſta eſt qua boni ſeruiunt domino vel prelato. de qua Luce. j. Seruiamus domino in ſanctitate ⁊ iuſtitia corã ipſo. ℭ Secunda eſt ſeruitus vilis conditionis: et iſta eſt ſeruitus vilis peccati. qua homo ſeruit dyabolo vel peccato. de qua Judicum. ij. Fecerunt filij iſrael malum in conſpectu domini ⁊ ſeruierunt baalim ⁊ aſtaroth. ℭ Tertia eſt ſeruitus magne prelationis. et iſta eſt illa qua beati ſeruiunt deo de qua dicitur. Quod ſeruire deo regnare eſt de qua poteſt dici illud. iij. Regum. x. Beati ſunt ſerui tui qui ſtant coram te ſemper. Et Eſaie lxv. dicitur ⁊ eſt verbum domini loquentis de ipſis damnatis. Ecce inquit ſerui mei comedent. ⁊ vos eſurietis. ſerui mei bibẽt et vos ſitietis: ſerui mei letabuntur. et vos contriſtabimini. ſerui mei laudabunt pre exultatione ⁊c. ℭ Quarta eſt ſeruitus dire damnationis. et iſta eſt illa qua reprobi ſunt in inferno ſubiecti. ⁊ ipſis tormentis ⁊ demonibus ſubiugati. De qua Hieremie. v. Seruietis ibi ſcilicet in babylone dijs alienis qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. ℭ Generaliter ergo dicamus aliquid de ſeruitute bona et mala: ⁊ dicamus ꝙ per ſeruũ poteſt intelligi quilibet perfectus vir. qui ſcilicet deo et prelato humiliter obedit ⁊ ſeruit. Seruus enim dicitur ille qui nõ eſt ſui iuris: ſed qui potius eſt ſubditus aliene voluntati: et dicitur ſeruus a ſeruiendo. vel etiam a ſeruando. Illi enim qui in bello capiuntur cum occidi poſſint a morte ſeruantur. Et ideo ſerui vitiorum efficiuntur. ⁊ poteſtati ipſorum ſubijciuntur. Sic vere chariſſimi cum deus nos a morte eterna preſeruauerit. ⁊ in bello crucis acquiſierit. iuſtum eſt vt ei obediamus et vt voluntatem noſtram voluntati ipſius totaliter ſupponamus. Juxta illud Joſue. xxiiij. Timete dominum ⁊ ſeruite ei corde perfecto. Uñ de iuſtis dicamus ſiue exponamus illud Apocalip. xxij. Serui eius ſeruient ei ⁊ videbunt faciem eius. Ubi aduerte ꝙ ille qui vult eſſe ſeruus dei debet habere quatuor. que debꝫ habere ſeruus cuiuſlibet magni viri: ℭ Seruus eñ magni viri dꝫ eſſe

b

Ornatus ⁊ compoſitus.
Diligens ⁊ expoſitus.
Diſcretus ⁊ informatus.
Ditatus ⁊ premiatus.

ℭ Sic ſerui dei moraliter diſponuntur: quia ſunt ſerui eius. Diligẽter exponuntur: quia ſeruient ei. Subtiliter inſtruuntur. quia videbunt. Utiliter aſtruuntur quia contemplantur faciem eius. Primum facit virtutum opulentia diſpoſitiua. Serui. Secundum operuꝫ diligentia expoſitiua. Seruient. Tertium ſenſuum vigilantia ſpeculatiua. Uidebunt. Quartum bonorum affluentia premiatiua. faciem eius. Primuꝫ pertinet ad virtualem diſpoſitionem. Secundum pertinet ad manualem operationem. Tertium pertinet ad cordialem ſpeculationem. Quartum pertinet ad eternalem retributionem. ℭ Dicamus ergo. ꝙ iſti ſunt diſpoſiti virtualiter. expoſiti actualiter. illuſtrati cordialiter. retributi ſeu premiati eternaliter. ℭ Dico ergo primo. ꝙ iſti ſunt virtualiter diſpoſiti: quia ſcilicꝫ ipſi ſunt ſerui eius ſcilicet dei qui eſt omnipotens rex potens et metuẽdus nimis ad magnum enim dominum pertinet ꝙ habeat ſeruos diſpoſitos ⁊ ornatos et in habitu et in geſtu. Unde etiam de ſalomone legimus. ꝙ miniſtri eius erant. ita diſpoſiti et ordinati ꝙ regina ſabba ſup hoc eſt mirata. ſicut legitur. iij. Regum. x. Sic vere chariſſimi deus qui eſt rex regum ⁊ dominus dominorum vult. ꝙ ſerui ſui ſint in moribus bene diſpoſiti: et gratijs et virtutibus adornati. ſerui inquit eius: vt etiaꝫ de eis intelligatur illud Apocali. vij. Iſti ſunt qui venerunt ex magna

tribulatione: et lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni et dealbauerunt eas ideo ſunt ante thronum dei et ſeruiunt ei die ac nocte. Et nota ꝙ ſeruitor debet eſſe talis videlicet. Quod

Sit letus.
Sit lotus.
Sit erectus.
Sit accinctus.
Sit ſuccinctus
Sit veſtitus.
Sit humilis ꝛ verecundus.
Sit pauidus ꝛ tremebūdus.

¶ Dico ꝙ pcerto charisſimi ſerui dei debent eſſe leti per ſpiritalem iocunditatē pſalmi. Seruus autem tuus letabitur. Hylaris enim dominus nunꝙ diligit ſeruum triſtem. Et ideo viri iuſti debent eſſe leti ꝛ in diuinis laudibus occupati, Eſa. lxv. Serui mei laudabunt cum exultatione: vt ſic dicatur illud Geneſis. xlvij. Salus noſtra in manu tua eſt: reſpiciat tantū nos dominus noſter et leti ſeruiemus regi. ¶ Item debent eſſe loti. per mundicie puritatem. Mundus enim dominus mundam vult habere famiiam. Unde illud predictum Apocalipſ. vij. Lauerunt ſtolas ſuas ꝛc. Et Luce. j. Seruiamus illi in ſanctitate. ¶ Item debent eſſe erecti per contemplationis ſublimitatem. Homo enim nunꝙ bene ſeruit: ꝙdiu eſt ad terram proſtratus. Sic nec homo: ꝙdiu ad terrena eſt per affectum inclinatus. Ualde enim eſt dominus excelſus et altus, quia ſcilicet ipſe dicit ꝙ celum ſibi ſedes eſt et terra ſcabellum pedum ſuorū Eſaie. lxvj. Et ideo neceſſe eſt ꝙ ille: qui ſeruit ſibi ſit ſurſum mentaliter erectus: et ad bona eterna per affectum et deſiderium eleuatus. Unde Eſaie. lij. Ecce intelliget ſeruus meus iacob: exaltabitur et eleuabitur et ſublimis erit valde. ¶ Item debent eſſe accincti. per abſtinentie parcitatē quando enim homo cingitur: venter eius ſtringitur. Nota ꝙ ſeruitores libenter aliqua zona nobili ſe accingunt. Sic vere chariſſimi: ſerui chriſti debent zona abſtinentie ſe cingere: Et ventrem ſuum per parcitatem ſtringere et artare. Unde Eccleſiaſtici. xxxiij. Onus virga et cibus aſino panis et diſciplina ſeruo cum opere. ¶ Item iſti debent eſſe ſuccincti per prompte obedientie voluntatem. Seruitores enim ſolent veſtes ſuas ſuccingere vt ad obſequia poſſint liberius currere et circuire. Sic vere ſerui chriſti debent eſſe parati ad obediendum ꝛ ad obſequia diſcurrendū Eccleſiaſtici. iiij. Qui ſeruiunt ei obſequentes erunt. ¶ Item iſti debent eſſe veſtiti per honeſte apparentie venuſtatem. Non enim decet ſeruitorem eſſe nudum. ne forte appareat in ipſo aliqua turpitudo. Sic vere ſerui dei debent per honeſtam conuerſationem eſſe veſtiti: et ante intuentium oculos cooperti. Honeſtas enim omnia ſolet tegere: et nihil ſinit in homine apparere. Unde Prouerbiorum. xxxj. Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. vnde de quolibet tali ſeruo poteſt exponi illud Philip. ij. formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus: et habitu inuentus vt homo. Iſtud totum eſt hodie contra multos domini ſeruitores. qui procerto ſunt hodie. ita inſolentes et impudentes. quod ac ſi nudi accederent ſiue incederent omnes eorum turpitudines ſunt omnibus apparentes. figurati in ſeruis dauid quos rex Amon in vituperium dauid vſq ad nates veſtibus detruncauit: et eis mediam barbam raſit. ſicut dicitur. ij. Regum. x. Barba in viro prudentiam ſignat. que duas partes habere debet. quia ſcilicet neceſſe eſt. ꝙ homo ſit prudens in ſpiritualibus et temporalibus. Sed quid: procerto rex amon dyabolus ſeruos dauid religioſos et eccleſiaſticos hodie dehoneſtauit: quia procerto mediam partem barbe ſue. hoc eſt dictū: prudentiam ꝛ diſcretionē ſpiritalem eis abſtulit. Aliā vero mediam partem. hoc eſt dictū. prudentiam terrenorū eis dimiſit. Ueſtes vero honeſtatis eis taliter truncauit. nates eis diſcooperuit: inꝙtum ſuarum natium turpitudinem et libidinem omnibus declarauit. vt de talibus ſeruis dicatur hodie illud Eſa. xx. Ambulauit ſeruus meus Eſaias nudus ꝛ diſcalciatus et diſcoopertus natibus. Non ſic ergo: ſed ſint veſtiti per honeſtatem. ¶ Item ſerui chriſti debent eſſe humiles et verecūdi. per reuerentie ſimplicitatem. Ad ſeruum enim pertinet. ꝙ ſit verecūdus. humilis ꝛ reuerens Danielis. xiij. Erubuerunt ſerui vehementer. ꝛ ꝙ ſuperioribus impēdat reuerentiam ꝛ honorem. Sic vere debent eſſe ad literam ſerui chriſti. Unde Philip. ij. Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. Et ſic dicat illud verbum, humilitatis quod dicitur in pſalmi. Seruus tuꝰ ſū ego et filius ancille tue. Iſtud eſt contra multos ſeruitores chriſti. qui magis ſunt ſuperbi ꝙ alij. nam hodie ſicut abundant in terrenis facultatibus: ita etiam abūdant in ſuperbijs ꝛ vanitatibus. Unde Prouerbiorum. xxx. dicitur. Quod per tria mouetur terra: ꝛ ſequitur per ſeruum cum regnauerit. Seruus enim ſuperbꝰ diceretur. qui proprio domino dedignaretur ſeruire nec vocatus inſuper reſpondere. Tales ſunt mali eccleſiaſtici: qui procerto domino ſuo ꝓprio chriſto ſeruire dedignatur. patet in canonicis qui intrant ad eccleſias ad recipiendum. ꝛ non ad ſeruiendū. de talibus ſuperbis loquitur Iob. xxxix. Nunquid volet rinoceros ſeruire tibi aut morabitur ad preſepe tuum: quaſi dicat ꝙ non. Rinoceros enim. id eſt vnicornis qui nulla arte domatur. a virgine tamen decipitur in cuius gremium inclinatur. ſignat tales cornutos. ꝛ ſuperbos: qui libenter in mulierū gremijs inclinantur. nunꝙ tamen per obedientiam domantur: nec ad preſepe chriſti. id eſt ad diuinum officium morantur: quinimmo ſibi ſeruire pre arrogantia dedignātur. Quod potiſſime apparet de multis fatuis nobilibus. qui in religione vel eccleſia poſiti nolunt facere officia conſueta dicentes illud Iohannis. viij. Filij abrahe ſumus et non ſeruiuimus vnꝙ: et de eis poteſt dominus dicere illud Iob. xix Seruum meum vocaui et non reſpondit mihi ore proprio deprecabar illum ꝛc. Non ſic chariſſimi: ſed ſint humiles et verecundi per ſimplicitatem. Unde Iudith viij. In ſpiritu contrito ꝛ humiliato ſeruientes illi. ¶ Item dico. ꝙ iſti debent eſſe pauidi ꝛ tremebūdi per diuini timoris dubietatem. Seruus enim ſemper debꝫ eſſe pauens et timidus. ne forte faciat quod diſpliceat domino ſuo: ſic ſerui chriſti. Sicut dicitur in pſalmi. Seruite domino in timore: et exaltate ei cum tremore. Et ſic chariſſimi dico ꝙ ſerui chriſti debent habere predictas octo conditionꝫ: et ſic erunt virtualiter diſpoſiti. ſerui inquit eius quod eſt primum autoritatis Geneſis. xliij. Omnes ſerui ſumus domini noſtri. ¶ Secundo dico. ꝙ illi qui volunt eſſe proprie ſerui chriſti. debēt eſſe actualiter expoſiti: quod oſtenditur cum dicitur. Seruient ei. Seruus enim debet eſſe diligens et attentus ad ſeruiendum magiſtro ſuo et expoſitus et paratus: ſic iſti ſeruiunt ei. Serui enim officium eſt ſeruire. quia alꝰ ſeruus proprie non diceretur ſi ſeruire non dignaretur. Et ideo ſerui chriſti debent eſſe ſeduli in ſeruiendo. et in laborem penitentie ſuſtinendo. Iuxta illud. j. ad Corinthios. ix. Caſtigo corpus meum et in ſeruitutem redigo ne forte cum alijs predicauerim ipſe reprobus efficiar. Et domino etiam per bona opera miniſtrando. j. Regum. vij. Preparate corda veſtra domino et ſeruite illi ſoli. Et bene dicit illi ſoli. quia procerto illi qui ſoli deo ſunt dedicati. ꝛ qui eius patrocinio et patrimonio ſunt ditati. debēt in eius ſeruitio eſſe ſolummodo occupati. Unius enim materie vnica eſt forma. vnius ſerui vnus debet eſſe dominus. vnius miniſtri vnus debet eſſe prelatus. Ideo cuilibet ſeruitori chriſti dicitur. Deutero. vj. Dominum deum tuum timebis. ꝛ illi ſoli ſerues. Quod eſt cōtra multos ſeruitores chriſti, qui ꝙuis in eccleſia deo ſoli fuerint dedicati: mundi tamen negocijs ſunt communiter occupati. cum tamen dicat dominus Luce. xvj. Quod nemo poteſt duobus dominis ſeruire ꝛc. Iſtud patet de clericis beneficiatis ꝛ prelatis. et alijs qui curas principum frequentantes. magis ſeruiunt regibus ꝙ deo vel celi ciuibus. Et tamen

iſtis

Ayuntamiento de Madrid

iſtis loquiꝛ ſcriptura.j.Coꝝ.vj.Precio empti eſtis ma
gno.ac ſi.d.Ideo nolite fieri ſerui hoim̄. Unde nota ꝙ
iſti non habent vnū dn̄m:immo multos. Seruiūt em̄
Delicijs corporalibus.
Diuitijs temporalibus.
Blandicijs feminalibus.
Principibus ſecularibus:
Demonibus ſpiritalibus.
Qd̄ em̄ iſti ſeruiant delitijs corporalibus.ſcilicet poti-
bus atqꝫ cibis.patet ad Roma.xvj.vbi diciꝛ. Domino
non ſeruiūt ſed ſuo ventri. Item ꝙ ſeruiant temporali-
bus diuitijs.patet per illū qui dicit ꝙ largus expendit
diuitias vt dn̄s.auarus aūt cuſtodit eas vt ſeruus.vn-
de Gal.iiij.Rurſum conuertimini ad infirma ꝛ egena
mūdi elementa quibus denuo ſeruire vultis.Et Rom̄.
j.diciꝛ ꝙ ſeruierūt creature potius ꝙ̄ creatori. Item ꝙ
iſti ſeruiant feminalibus blandicijs:patet Oſee.xij.
vbi diciꝛ.Seruiūt iſrael in vxore. Et de luxurioſo diciꝛ
Romanoꝝ.vj.Exhibuiſtis membra veſtra ſeruire im-
mundicie. Item ꝙ iſti ſeruiant ſecularibus negocijs.
patet Judith.iij.vbi diciꝛ. Melius eſt,vt viuentes ſer-
uiamus nabuchodonoſor regi magno.ſicut ſunt illi q̄
dimittūt ſeruire eccleſijs ſuis propter ſeruitiū regum.
Item qd̄ iſti ſeruiant ſpiritualibus nequicijs. Patet
Judicū.x.Seruierūt ydolis baalim ꝛ aſtaroth.Et bre-
uiter iſti videntur ſeruire demonibus:dum ſuis ſugge-
ſtionibus obediunt.Juxta illud.ij.Petri.ij. A quo ꝗs
ſuperatus eſt huius ꝛ ſeruus eſt.Uidentur etiam ſerui
re vitijs inquantū ipſa implent ꝛ perficiūt. Juxta illud
Omnis qui facit peccatū ſeruus eſt peccati.Johannis
viij. Non ſic chariſſimi:ſed ſeruiamus ei ſcilicet deo.
D Hiere.xxx.Seruiant domino ꝛ dauid regi ſuo.¶ Ter-
tio dico ꝙ illi qui volūt eſſe ſerui chriſti. debent eſſe cor
dialiter illuſtrati:quod oſtenditur cū dicitur. Uident
Seruus enim qui non poteſt videre bene nunq̄ poteſt
bene ſeruire.Et ideo de ſeruo dicitur Luce.xij.Beatus
ille ſeruus quem cū venerit dominus eius inuenerit vi
gilantē.Quia proculdubio chariſſimi:ſeruus dei de-
bet videns eſſe per diſcretionem ꝛ vigilans per conſide-
rationem:et per vtilium meditationē. Uidens inquit.
Apocalypſis.iij.Collirio vnge oculos vt videas. Ideo
iſtam diſcretionem petebat dauid in pſ.dicens. Ser-
uus tuus ſum ego da mihi intellectum.quaſi dicat.in
tellectus et diſcretio eſt neceſſarius ſeruo dei.Eſaie.lij.
Ecce intelliget ſeruus meus iacob.Quia procerto cha
riſſimi ſicut dicitur Prouerbioꝝ.xvij. Seruus ſapiēs
dominabitur filijs ſtultis. Seruus em̄ ſapiens eſt ho-
mo iuſtus:filius vero ſtultus eſt dyabolus cui procer-
to ſeruus ſapiens dominaꝛ:quando ſibi obuians ſuis
temptationibus contrariaꝛ. Eccl.x.Seruo ſenſato li-
beri ſeruiunt. Uel etiam per liberos poſſunt intelligi
ſeculares qui procerto ſeruis ſenſatis ideſt viris iuſtis
et religioſis ſeruiūt. quando ſenſatos eos conſpiciunt
Juxta illud Eccleſiaſtici.vij. Seruus ſenſatus ſit tibi
dilectus quaſi anima tua. Aduertendum tamen quod
dicit dominus Luce.xij.ꝙ ille ſeruus qui cognouit vo-
luntatem domini et non fecerit eam plagis multis de
bet vapulare.Quia proculdubio multi ſunt hodie ſer-
ui dei qui bene ſunt prudentes et diſcreti:et bene ſciūt
quid oportet facere.quid cauere:ſed procerto dei volun
tatem nunq̄ faciunt.nec ad aliquod bonum manū po
nunt:et ideo finaliter plagis eterne miſerie ſe exponūt.
Quod bene figuratur in ſeruo pigro.qui negociari no
luit in talento.ſed illud in terram abſcondit.ꝛ ideo au
dire meruit ſeruū inutilem eijcite ꝛ in tenebras exterio
res proijcite.ſicut dicitur Mathei.xxv. Quia procer-
to ille in tenebras exteriores ideſt in infernum proijci-
tur qui talentum ſcientie vel prudentie ſibi conceſſum
in terram ideſt in terrenis negocijs fodere ꝛ expendere
nititur:et exinde vitam eternam per virtutes et bona
E opera non lucratur. Non ſic ergo chariſſimi ſed ſint
cordialiter illuſtrati. ¶ Quarto modo dico ꝙ illi qui
ſunt ſerui dei erunt ſupernaliter premiati. faciem eius
inquit.Facies enim domini eſt gloria eterna.quia viſio
eſt tota merces.Iſtam igitur ſerui eius pro premio vi-
debunt quando celeſtem gloriam obtinebunt. dicētes
ipſi deo illud Heſter.xiiij.Ualde eni admirabilis es do-
mine et facies tua plena eſt gratiaꝝ.Ut de tali premio
ſeruorum dicatur illud Eſaie.xlj. Et tu iſrael ſeruus
meus quem elegi:ſemen abraam amici mei in quo ap-
prehendi te ab extremis terre:et a longinquis vocaui
te et dixi tibi. ſeruus meus es tu elegi te ꝛc. Quilibet
enim beatus dicitur videns deum qui ab extremis ter-
re ideſt ab iſta mortali vita ſurſū vocatur vbi a deo per
petuo premiatur.Sic igitur patet chariſſimi quomo-
do ſerui dei
Debent premiari ſupernaliter.
Debent doceri cordialiter.
Debent moueri actualiter.
Debent ornari virtualiter.
Bene ergo dictum eſt. ſerui eius ſeruient ei et faciem
eius videbunt. et hoc de bonis ſeruitoribus ſufficit. F
¶ Sed adhuc dico ꝙ ſeruitus accipitur in malo. Et
ſic per ſeruum intelligitur peccator homo enim eo ipo
qd̄ peccat ſubijcit ſe ſeruituti dyaboli et peccati:quia
ſicut diciꝛ Johan.viij.Qui facit peccatū ſeruus eſt pec
cati.Et illud predictū.ij.Pet.ij. A quo ꝗs ſupatus eſt:
eius ſeruus efficitur.Et ideo breuiter dico ꝙ eſt pecca-
tor Seruus

| | |
|---|---|
| Obliuioſus. | ¶ Eſt dico pec- |
| Tedioſus. | cator ſeruus ob- |
| Preſumptuoſus. | liuioſus. Obli- |
| Luxurioſus | uiſcitur enim ea |
| Pernicioſus. | que pertinēt ad |
| Malicioſus. | ſalutem ac igno |
| Proditioſus. | rat domini volū- |
| Furioſus. | tatem. Johānis |

xv. Seruus neſcit quid faciat dominus. Unde de ſer-
uo qui obliuioni dederat ꝙ dominus ſuus redire debe
ret dicitur Luce.xij. Ueniet dominus ſerui illius die
qua non ſperat ꝛ hora qua neſcit et diuidet eum:par-
temqꝫ eius ponet cum infidelibus. ¶ Eſt etiam pec
cator ſeruus deſidioſus ideſt piger. vnde iſte eſt ille
qui pre deſiderio operari noluit in talento. Mathei
xxv.Ideo a domino legitur audiuiſſe.Serue male ꝛ pi
ger ſciebas ꝙ homo durus ſum ꝛc. Peccator enim pi-
ger eſt ad omne bonū faciendum.Job.vij. Seruus de-
ſiderat vmbram. Unde de malo ſeruo dicitur Eccliaſti
ci.xxxiij.Seruū inclinant operationes aſſidue.Sequiꝛ
Mitte illū in operationē ne vacet. Multa em̄ mala
docuit ocioſitas.Et ibidem. Operatur in diſciplina ꝛ
querit requieſcere.laxa manus illi ꝛ querit libertatē.
¶ Item peccator eſt preſumptuoſus.quia ſcilicet indi
gnatur ſeruire deo ſuo vel prelato. Hierem̄.ij.Locutus
ſum tibi in abūdantia tua dixiſti non ſeruiā. Et Job
xix.Seruum meū vocaui ꝛ non reſpondit mihi. ¶ Itē
peccator eſt ſeruus luxurioſus. Romaṅ.vij.Carne ſer-
uio legi peccati. ¶ Item eſt ſeruus pernicioſus ideſt
iniquus et ingratus. Unde figuratur in illo Mathei
xviij.Qui veniam a domino ſuo obtinuit ꝛ tamen con
ſerui ſui miſereri noluit:et ideo in carcere poſitus fuit
Serue inq̄t neq̄ nonne ꝛ te oportuit conſerui tui miſe
reri ſicut ꝛ ego miſert⁹ tui ſū:vt habeꝛ ibidem. ¶ Itē
eſt ſeruus malicioſus.de quo Eccleſi.xxxiij.Seruo ma-
liuolo tortura ꝛ compedes. ¶ Item eſt ſeruus ꝓditio-
ſus:qꝛ ſcilicet fidelitatem non ſeruat dn̄o:immo ꝑ pec
catū ſe iūgit dyabolo ſui domini inimico.iiij. Regum
xxj.Tetenderūt ei inſidias ſerui ſui ꝛ interfecerūt eū.
¶ Item eſt ſeruus furioſus ꝛ ebrioſus. Unde Luc.xij.
Qd̄ ſi dixerit ſeruus ille,moram facit dominus meus:
et ceperit comedere et bibere et percutere familiam.ve
niet dn̄s eius hora qua neſcit et partem eius ponet cū
infidelibus.Et ſic igitur patet quomodo peccator ſub
ijcitur criminum ſeruituti:et quomodo comparatur
in ſcriptura multipliciter malo ſeruo.Et ideo breuiter
de peccatore dicitur Trenorum.j. Migrauit iudas

Ayuntamiento de Madrid

propter afflictionem et multitudinem ſeruitutis: habitauit inter gentes nec inuenit requiem. Quia procerto peccator nunq̄ poteſt proprie requieſcere q̄diu ſubiectus eſt ſeruituti peccati ſemper enim ſpinis remorſus conſcientie pungitur. ⁊ ſemper a magiſtro ſuo dyabolo de peccato in peccatum diſcurrere compellitur: multis etiam flagellis et tribulationibus ſubiugatur ps. Multa flagella peccatoris ⁊c. Unde de tali ſeruitute dicitur Hieremie. v. et. xvj. Seruietis ibi diis alienis qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. Hoc igit̄ de ſuitute ſufficit tā in bono ſignificato q̄ ī malo

A **Sex.** Nota breuiter cum ſenarius ſit numerus ꝑfectus. diuerſimode ſignificat in ſcriptura Unde breuiter dico ꝙ iſte numerus ſignat

Statum mortalis conditionis.
Statum moralis ꝑfectionis.
Statum penalis afflictionis.
Statum finalis ſaluationis.
Statum letalis corruptionis.

Dico primo ꝙ ſenarius ſignat mortalem conditioneꝫ videlicet ſtatum vite preſentis. Iſte enim eſt ſtatus laboris et doloris. figuratus in ſex annis quibus ſeruire ſeruum emptitium oportebat: figuratus in ſex annis quibus ſeminare decebat. Figuratus in ſex diebus quibus operari licebat. figuratus etiam in ſex diebus quorum curriculo ciuitas hiericho corruebat. De ſex annis ſeruitutis dicitur Exodi. xxj. Si emeris ſeruuꝫ hebreum ſex annis ſeruiet tibi: et ſeptimo egredietur liber. De ſex annis ſeminationis dicitur Exod. xxiij. Sex annis ſeminabis terram tuam et in ſeptimo ceſſabis ſeminare ⁊ metere. De ſex diebus operationis dr̄ Exo. xxiij. Sex dieb⁹ oꝑaberis. Et Luc. xiij. Sex dies ſunt quibus operari oportꝫ. De ſex vero diebus deſtructionis hiericho dicitur Joſue. vj. Circuite inquit vrbem ⁊c. Sequitur. Sic facietis ſex diebus. Et dicitur ibidem ꝙ tandem muri hiericho corruerunt. Et iſte ſenarius chariſſimi ſignat vitam preſentem que per ſex mundi etates vſqꝫ ad mortem diſcurrit: et tandem in ſeptima cū mortuis requieſcit. In iſto enim ſenario diuerſis ſeruitutibus ſubiugamur. In iſto ſenario gratiis et virtutib⁹ ſeminamur. In iſto ſenario variis operibus occupamur. In iſto ſenario more ciuitatis hiericho a noſtris hoſtibus impugnamur et tandem muris corporis cadentibus per mortem deſtruimur ⁊ caſſamur. Chriſtus enim ſexta hora mortuus eſt. ſicut dicitur Luce. xxiij. et Johannis. xix. Ad denotandum q̄ in iſto ſenario ſtatutum eſt hominibus ſemel mori. Igitur ſignificat iſte numerus conditionem mortalē.

B ¶ Secundo dico ꝙ ſignificat perfectionem moraleꝫ. Unde per numerum ſenarium poſſunt intelligi opera pietatis corporalia que continentur in iſto verſu. Uiſito poto cibo recolligo veſtio condo. Et etiam ſex opera pietatis ſpiritualia que ſimiliter in hoc verſiculo continentur. Inſtrue caſtiga ſolare remitte fer ora. Iſte eñ ſenarius eſt numerus perfectionis. Flos enim lilii ſex habet folliculos. lapis precioſus qui dicitur yris ſex habet angulos. leena cum primo parit ſex habet catulos. Quia procerto chariſſimi vir perfectus vel etiam anima ſancta debet iſtos ſex folliculos producere. in iſtos ſex angulos ſe diuidere: iſtos ſex catulos generare atqꝫ parere dicens illud Geneſis. xxx. Mecum erit maritus meus eo ꝙ genuerim ei ſex filios. Iſte ſenari⁹ figuratur in ſex calamis et in ſex brachiis candelabri per quod tabernaculum illuminabatur Exodi. xxv. Sex calami egredientur de lateribus candelabri. Figuratus fuit in ſex aliis quibus ſeraphin volare dicebatur. Eſaie. vj. Seraphin ſtabit ſuper illud ſex ale ⁊c. Figuratus inſuper fuit in ſex gradibus quibus ad thronum ſalomonis aſcendebatur. ij. Paralipomenon. ix. Fecit et ſex gradus quibus aſcendebatur ad ſolium. Figuratus nihilominus in ſex ydriis lapideis in quibus aqua in vinum in nuptiis a domino tranſmutatur. Johan. ij. Erant ibi lapidee ydrie ſex poſite ⁊c. Quia ꝓcul dubio ſancti viri qui debent eſſe

Sicut candelabrū lucentes per honeſtatē.
Sicut ſeraphin ardentes per charitatem.
Sicut ſalomon pacifici per vite tranqllitatē.
Sicut ſponſi nuptias faciētes ꝑ ſpūaleꝫ iocunditatē.

¶ Debēt habere ſex opera pietatis. quia procerto iſta ſunt ſex brachia quibus pauperes amplexamur. Iſta ſunt ſex ale quibus in celum eleuamur. Iſta ſunt ſex gradus quibus ad ſoliū eterni culminis ſublimamur Iſta ſunt ſex ydrie quibus aqua tribulationis in vinū cōſolationis mutata in paradiſi nuptiis conſolamur Et ſic ergo dico ꝙ iſte numer⁹ ſignificat ꝑfectionē moralē. ¶ Tertio dico qđ iſte numerus ſignat afflictionem penalem. Cuncte enim miſerie hominis in quodam ſenario continentur: quia ſcilicet quicquid patitur homo C

| | |
|---|---|
| Aut eſt labor. | Et de hoc ſena- |
| Aut eſt dolor. | rio dicitur Job |
| Aut eſt timor. | v. In ſex tribula |
| Aut eſt caſus. | tionibus libera |
| Aut eſt infirmitas. | bit te ⁊ in ſepti- |
| Aut eſt mors. | ma non tanget |

te malum. Quia procerto vt communiter illi qui hic iſtis ſex tribulationibus affliguntur. ſeptima tribulatione id eſt morte eterna non tanguntur. ¶ Quarto dico qđ iſte numerus ſignificat ſaluationem finalem: Sex enim ſunt que conſtituunt gloriam paradiſi ſcilicet

| | |
|---|---|
| Perfecta dilectio. | Et ideo iſti videntur eſſe ſex dies |
| Clara cognitio. | quib⁹ gloria do- |
| Eterna duratio. | mini obūbra- |
| Grata aſſociatio. | uit montē ſyon |
| Corporis glorificatio. | De quo dici- |
| Immortalitatis incorruptio. | |

tur Exodi. xxiiij. Habitauit gloria domini ſuper ſynai tegens euꝫ nube ſex diebus. ¶ Quinto dico ꝙ iſte numerus ſignat corruptionem letalem: quia ſcilicet per ſenarium poteſt intelligi multitudo peccatorum vel etiam vitiorum. Iſte enim numerus non attingit ad ſeptenarium virtutum et donorum. Et ideo dicitur Prouerbioꝝ. vj. Sex ſunt que odit deus ⁊c. Et hec de Senario ſufficiant.

**Siccitas. Siccare.** Nota qđ ſiccitas eſt quedam paſſiua qualitas contractiua. mortificatiua ⁊ de circūferentia ad centrū habēs motū: ⁊ poteſt ſignificare in bono et in malo: Et ideo nota ꝙ ſiccitas ſignificat A

Etatis antiquitatem.
Penitentie aduerſitatem.
Abſtinentie tenuitatem.
Uirtutum vacuitatem.
Diuitiarum ſterilitatem.
Tormentorum penalitatem.

¶ Prima eſt ſiccitas naturalis. Iſta eſt enim qua cōſumpto humido radicali corpus humanuꝫ in ſenectute ſiccatur. đ qua Ezechiel. xxxvij. Erant inqt oſſa multa ſuper faciē terre ſiccaqꝫ vehementer. ¶ Secunda eſt ſiccitas virtualis. ſ. ſiccitas penitentie: que. ſ. ſiccat ⁊ attenuat ſuperfluitateꝫ omniū vitiorū. Iſta eſt eñ ſicut ſal quod primo carnem remollit: deinde ipſam ſiccat ⁊ conſumit. Quia ſcꝫ penitentia remollit hominē ꝑ penitentiā ⁊ cōpunctionē. ⁊ tandē deſiccat eū per omniū ſuperfluoꝝ abſterſionem. De qua Exodi xiiij. Ingreſſi ſunt filii iſrael per mediū maris ſicci. Penitentia eñ eſt veſtis chriſti. qua tacta ſanatus eſt fons ſanguinis mulieris. ſicut dicit̄ Marci. v. Quia vere tunc ſanguis peccati ⁊ immūda. delectatio ſiccat̄ quando veſtis chriſti que eſt penitentia tangitur ⁊ habetur. ps. Abierūt in ſicco flumina. ¶ Tertia eſt ſiccitas corporalis. ⁊ iſta eſt ſiccitas abſtinentie. que ſcilicet facit hominē macidum atqꝫ ſiccū. Cynamomū enim ſiccum magis valet q̄ humidū. ſic plus valet homo abſtinens q̄ deliciis ſe humectans

Ayuntamiento de Madrid

humectans. Hieremie.lj. Deſertum faciaȝ mare eius
et ſiccabo venam eius. ¶ Quarta eſt ſiccitas crimina-
lis. Peccator enim dicitur ſiccus inquantum humore
gratie vacuatur. Ardor enim temptationis et peccati
tantus eſt. ꝙ rigorem virtutuȝ ⁊ gratiarum ſtatim de-
ſiccat. Unde de peccatore dicit dyabolus illud Eſaie
xxxvij. In veſtigio enim pedis mei ego ſiccaui omnes
riuos aggerum. Uirga enim ſicca facilis eſt ad fran-
gendū. inhabilis ad fructificandum: apta eſt ad com-
burendum. Brachium etiam ſiccum et paraliticum
q̄uis a corde aliqualiter nutriatur: nihil tamen am-
plius operatur. Sic vere peccator faciliter frangitur ꝑ
peccatū nunq̄ tamen a corde vel a radice ſcilicet ab ipſo
deo per gratiam vegetatur. et ideo nunq̄ poteſt bono-
rum operuȝ fructu fecundari: nec aliquid virtutis ope-
rari. Zacharie.xj. Brachiuȝ eius dextrū ariditate ſic-
cabitur et oculus eius dexter tenebreſcens obſcurabit̄.
¶ Quinta eſt ſiccitas temporalis, quia ſcilicet fortu-
na temporaliter aliquando ſiccat in vno homine mun-
danaȝ proſperitatem: ⁊ aliquando facit eam in alio re-
uireſcere. fortuna enim facit de hominibus ſicut natu-
ra de arboribus. alios facit per proſperitatem vireſcere
alios auteȝ per paupertatem areſcere. Unde de ipſa po-
teſt dici illud Ezechi.xvij. Humiliaui lignum ſublime
⁊ exaltaui lignum humile: et ſiccaui viride et frondere
feci lignum aridum. ¶ Sexta vero ſiccitas eſt eterna-
lis et infernalis: et iſta eſt illa qua impij in inferno cre-
mantur: et qua a cunctis bonis naturalibus et tem-
poralibus ſiccantur. Eccle.xl. Subſtantie impiorum
quaſi fluuius ſiccabuntur. Unde Apocalyp.xvj. Sex-
tus angelus effudit phialam ſuam in eufraten ideſt
in peccatorem. et ipſum ab omni bono deſiccauit. Eſa.
xix. Deſolabitur fluuius et ſiccabitur. Sic igitur pa-
tet quomodo ſex ſunt genera ſiccitatum. et de Sicca-
re ſufficit.

A **Sicut.** Cum iſta dictio ſicut ſemper denotat ſi-
militudinē. conformitatem ⁊ equalitatē
Poſſum⁹ dicere ꝙ ſm̄ ꝙ diuerſa ſunt genera perſonaꝝ
que diuerſis rebus aſſimilantur et conformantur. ſm̄
hoc poſſumus inuenire diuerſos ſicut. ideſt diuerſa ge-
nera ſimilitudinū. Notemus ergo ꝙ iſtud aduerbiuȝ
ſicut deſignat Similitudinē

Uirtuoſam et laudabilem
Glorioſam ⁊ mirabilem.
Uitioſam et damnabilem.
Tedioſam et triſtabilem.

¶ Prima pertinet ad gratie ꝓfeſſores. Secūda perti-
net ad criminū executores. Tertia ptinet ad glorie poſ-
ſeſſores. Quarta pertinet ad inferi habitatores. ¶ Di-
camus primo aliquid de ſicut ideſt de ſimilitudine ꝑfe-
ctorū: qꝛ ſcilicet viri iuſti ſe debent conformare deo. an-
gelis ſanctis ⁊ bonis ꝑſonis alijs ⁊ ꝓlatis. Juxta illud
apoſtoli.d.j. Coꝛ.vij. Uolo em̄ oēs eſſe ſicut meipſum.
Sicut em̄ mare ꝯformat ſe lune. ⁊ ſolſequiū ſe ꝯformat
ſoli: ita ꝙ ſicut luna ⁊ ſol ſuperius mouent̄ ⁊ diſponun-
tur. ſic mare et ſolſequiū inferius regunt̄ ⁊ regulant̄. qꝛ
generaliter omne inferius appetit eſſe ſicut ſuū ſupe-
rius. Sic vere nos q̄ ſumus hic inferius in lachrymaꝝ
valle. q̄ ad modū maris fluimus ⁊ refluimus. ⁊ nunq̄
in codē ſtatu manemus: ⁊ q̄ more ſolſequij ſolē iuſtitie
chriſtū per ſpem ſeq̄mur: ⁊ nos ad ip̄m ꝑ deſideriū in-
clinamus: debemus noſtris ſuꝑioribus ꝑ imitationeȝ
aſſimilari. ⁊ ſoli ⁊ lune ideſt deo et ſanctis conformare
⁊ ſicut ſe habuerūt: ſic ⁊ nos debemus moraliter ⁊ vir-
tualiter ordinare Math.ix. Sufficit diſcipulo ꝙ ſit ſi-
cut magiſter eius quaſi dicat. Sicut filius imitat̄ pa-
trem. diſcipulus magiſtrum atq̄ doctorem. ſic homo
debet imitari ſuū creatorem. ⁊ quemlibet boni exempli
datorē ⁊ collatorē. Juxta illud Ephe.v. Eſtote imitato-
res dei ſicut filij chariſſimi. Ut ſic de tali conformita-
te exponat̄ illud qđ de angelo dicitur q̄ apparuit mu-
lieribus Math.xxviij. Erat auteȝ aſpectus eius ſicut
fulgur. veſtimenta eius candida ſicut nix. Ubi oſtendi-
tur ꝙ nos debemus eſſe ſimiles deo et ſanctis in qua-
tuor. videlicet

In ſenſus claritate.
In cordis charitate.
In moꝛum honeſtate.
In carnis puritate.

Primū ꝓbat ſplēdor limpidus. Aſpectus eius. Scđm
ardor feruid⁹. Sicut fulgur. Tertiū pudor nitidus. Ue-
ſtimēta. Quartū cādor floridus ſicut nix. ¶ Igit̄ dico
ꝙ debemus eſſe ſicut ſancti in ſenſus ſplendore: quod
oſtendit̄ cū dicit̄. Aſpectus eius: qđ idē eſt ꝙ oculoꝝ vi-
ſus. Juſti em̄ debent eſſe ſicut linx cuius aſpect⁹ trāſcē-
dit parietē: qꝛ. ſ. aſpect⁹ diſcretionis ⁊ cognitionis nr̄e
debȝ penetrare vſq̄ ad intima ⁊ ꝓfunda. non em̄ debȝ eſſe
contentus cognitione iſtorū exterioꝝ temporaliū. ſed
vt etiā penetret vſq̄ ad profundū ſpiritualiū et eterna.
Unde Ezechi.j. Similitudo animaliū ⁊ aſpectus eorū
quaſi carbonū ignis ardentiū ⁊ quaſi aſpectus lampa-
darū. Sequit̄. Statura quoq̄ erat in rotis et aſpectus
horribilis: ⁊ totuȝ corpus plenū oculis in circuitu. Ut
de tali reꝑſentatione diſcretionis dicat̄ illud Mathei
xvij. Reſplenduit facies eius ſicut ſol. Et iſtud eſt con-
tra illos quoꝝ aſpectus non eſt ſicut ſol per diſcretio-
neȝ: quia ſcilicet magis delectantur aſpicere exteriora
temporalia q̄ eternalia. magis ſunt diſcreti in tempo-
ralibus q̄ in ſpiritualibus. Similes em̄ ſunt noctue
cui⁹ aſpectus eſt magis acutior de nocte q̄ de die. Non
ſic ergo ſed ſimus ſiles deo in ſenſus ſplēdore. ¶ Dein-
de dico ꝙ debemus eſſe ſimiles deo ⁊ ſanctis in cordis
ardore. ſicut fulgur inquit. fulgur eſt quid ardentiſſi-
mū: ita ꝙ quicquid tangit inflammat et vrit. Sic nos
debemus ita per charitatē eſſe flammei. ꝙ nos ⁊ alios
in dei amorem inflammando videamur eſſe fulgurei.
ſicut fulgur inquit Math.xxiiij. Sicut fulgur exit ab
oriente et apparet in occidente: ſic erit aduentus filij
hominis. Juxta illud Ephe.v. Ambulate in dilectio-
ne ſicut et chriſtus dilexit vos. Et illud Mathei.xxij.
Dilige proximum tuum ſicut teipſum ⁊c. Tamen de
fulgure vide ſupra ſi eſt aliquid ſuper. f. Simus igitur
deo conformes in cordis feruore. ¶ Denīq̄ dico ꝙ eſſe
debemus ſibi ſimiles in moꝛum decore. Ueſtimenta in-
quit. Per veſtimenta enim que tegunt omnia puden-
da et pudibunda intelligitur honeſtas geſtus. actus ⁊
habitus exteriororeſ: que ſicut exteriora quedam in-
dumenta vſibus hominum exponuntur et ab ipſis
omnia turpia ſi que in corde latitant occultantur. Si-
cut cameleon qui in pellis coloribus omnibus rebus
circumiacentibus ſe conformat. Sic et nos debemus
in moribus exterioribus omnibus bonis perſonis et
adiacentibus conformari. Ueſtimenta inquit Math.
xvij. Ueſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix. Et Ge-
neſis.xxvij. dicitur. Mō yſaac vt ſenſit veſtimentorum
Jacob fragrantiaȝ dixit. Ecce odor filij mei ſicut odor
agri pleni cui benedixit dn̄s. In iſta aūt exteriori ꝯuer-
ſatione potiſſime debent apparere quatuor ſpeciales
virtutes ſcilicet

Humilitas in obediendo.
Stabilitas in ſuſtinendo.
Sublimitas in contemplando.
Liberalitas in erogando.

Dico ꝙ ibi debet eſſe obedientia quia ſcilicet ipſe debȝ
conformare voluntatem ſuam voluntati dei ⁊ prelati. ⁊
dicere illud Mat.xxvj. Uerūtamen non ſicut ego ſed
ſicut tu vis. Item dico ꝙ ibi debet eſſe patientia. Eſaie
liij. Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt. Et Math.x.
Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio lupoꝝ ⁊c. Item
ibi debet eſſe contemplationis eminentia. Unde Eſaie
liij. Aſcendet ſicut radix de terra ſitienti. Item ibi debȝ
eſſe compaſſionis miſericordia. Luce.vj. Eſtote miſeri-
cordes ſicut ⁊ pater veſter miſericors eſt. Igitur ſimus
deo ſiles in morū decore. ¶ Inſuꝑ dico ꝙ debemus eſſe
deo ⁊ ſanctis ꝯformes in carnis candore ſeu pudore: ſi-
cut nix inq̄t. Nix ei q̄ eſt cādidiſſima caſtitatē dſignat

Ayuntamiento de Madrid

in qua nos debemus quantum poſſumus ſanctis hominibus ſimilari. Marci.ix. Veſtimenta eius facta ſunt candida ſicut nix. vt ſic imitetur illum qui dat niuem ſicut lanam: nebulam ſicut cinerem ⁊c. Sic igitur patet quomodo ſicut denotat conformitatem vel
B ſimilitudinem quam gerunt perfecti. ¶ Secundo dico principaliter. ꝙ ſicut quandoqꝫ denotat ſimilitudinem quã habent imperfecti. hoc eſt dictu peccatores. Et circa hoc breuiter nota ꝙ iſti dicunt eſſe Sicut

| | | |
|---|---|---|
| Ignis. | | Furorem crudelitatis. |
| Aqua. | | Algorem tepiditatis. |
| Cera. | | Fluorem carnalitatis |
| Ouis: | ꝓpter | Errorem ſimplicitatis |
| Locuſta. | | Ardorem voracitatis. |
| Vacca. | | Feruorem fatuitatis. |
| Vmbra. | | Horrorem obſcuritatis. |

Dico primo ꝙ peccatores ſunt ſicut ignis qui comburit ſiluã. hoc eſt propter crudelitatem. Ideo ps. Sicut ignis qui comburit ſiluam et ſicut flãma comburens montes. Item ſunt ſicut aqua per tepiditatem. ps. Sicut aqua effuſus ſum: et diſperſa ſunt omnia oſſa mea Item ſunt ſicut cera que fluit per carnalitatem. vnde ps. Sicut cera que fluit auferẽtur: ſuper cecidit ignis et non viderunt ſolem. Item ſunt ſicut ouis per ſimplicitatem. ps. Erraui ſicut ouis que periit. Item ſunt ſicut locuſta per voracitatem. ps. Excuſſus ſum ſicut locuſta ⁊c. Item ſunt ſicut vacca ꝓpter fatuitatẽ. Oſee. iiii. Sicut vacca laſciuiens ⁊c. Item ſunt ſicut vmbra per obſcuritatem vel etiam per debilitatem et inſtabilitatem. vnde in. ps. Sicut vmbra cum declinat ablatus ſum. Iſtud igitur ſicut denotat ſimilitudinẽ quã gerunt imperfecti. ¶ Tertio dico principaliter quod ſicut denotat ſimilitudinem quam gerunt beati: et ſic dico quod beati ſunt ſicut.

| | | |
|---|---|---|
| Sol. | | Splendorem inobfuſcabilem |
| Angelus. | ꝓpter. | Vigorem indefectibilem. |
| Deus. | | Honorem ineſtimabilem. |

Iſti enim habent eternum ſplendorem. Mathei.xiii. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum: Item iſti habent eternum vigorem: quia ſcꝫ ſunt ſicut angeli immortales. Marci.xii. In regno illo non nubẽt neqꝫ nubentur. ſed ſicut angeli dei ſunt. Item habent ſupernum honorem: quia ſcꝫ ſicut iſti homines ſunt ſic et ipſe deus eſt homo. vnde. i. Iohã. iiii. Fiduciã habeamus in die iudicii: quia ſicut ipſe eſt ⁊ nos ſumus. Et ſic dico qđ ſicut denotat ſĩltudinẽ quã gerũt beati. ¶ Quarto dico ꝙ ſicut denotat ꝯformitatẽ quã gerunt damnati: et ſic dico quod iſti ſunt Sicut fulgur igne inflãmati. Sicut oues lupis deuorati. Sicut greges valde diſſipati. Sunt dico ſicut fulgur quod ſemper iflãmatur. Lu.x. Videbam ſathanam ſicut fulgur de celo cadentem. Item ſunt ſicut oues que a lupis deuorantur. ps. Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos. Itẽ ſunt ſicut grex que valde diſſipat̃. Mathei.ix. Erant vexati et iacentes ſicut oues non habentes paſtorem. Hoc igitur de Sicut ſufficit. vide de quaſi de ſecundũ. de velut. de vt. de tanꝙ: ⁊ ifra de ſimilitudine ⁊c.

## A Signare. Signum.

Cum ſignum dicatur om̃e illud quod eſt alicuius rei future vel occulte ſignificatiuũ. Poſſumus dicere quod quelibet virtus poteſt aliqualiter dici ſignum. Signat enim ſignum quod gratia latet interius: et quod gloria venit finaliter ⁊ poſterius. Virtus enim ſignum eſt gratie: et gratia eſt arra future glorie. Deus enim ſignat ſuos gratiis ⁊ virtutibus vt eſſe ſui ab omnibus cognoſcantur et ne ab aliis ſcꝫ a demonibus infeſtentur. Nam ſicut vexillũ regium ante domuꝫ ponitur in ſignũ ꝙ ipſa eſt ſaluagardia ⁊ protectione regis. Sic deus ſigna diuerſarum virtutũ in ſuis ponit ad oſtendendum quod ipſos ſuos reputat et ſui tuitione reponit. Breuiter igitur notabo ꝙ tam in bono quam in malo ſignificato inuenio primo ſcꝫ Signum.

| | |
|---|---|
| Redemptionis. | Signum redẽ- |
| Defenſionis. | ptionis eſt xpi |
| Perfectionis. | incarnatio. de |
| Infectionis. | quo Eſaie. vii. |
| Damnationis. | Pete tibi ſignũ |
| Saluationis | a domino deo |

tuo. Sequitur. Propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignuꝫ. Ecce virgo concipiet et pariet filium ⁊c. Signũ defenſionis eſt crucis eleuatio. De quo Eſaie.v. Leuabit dominus ſignum in nationes. Signum perfectionis eſt virtutum decoratio. De quo Eccleſiaſtici.xlv. Corona aurea ſuper mitram eius expreſſa ſigno ſanctitatis: gloria honoris et opus fortitudinis. Signum infectionis eſt culparum maculatio: quia ſcilicet peccata ſunt quedam ſigna quibus dyabolus ita ſignat homines ꝙ faciliter ab aliis cognoſcuntur. De quo Ezechielis.xvi. In cunctis plateis ad omne caput vie ſigna edificaſti ſigna proſtitutiõis tue. ⁊ loquitur anime peccatrici. Signum damnationis eſt tormentoruꝫ flagellatio. De quo Trenorum.iii. Poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. Signum ſaluationis eſt premiorũ cumulatio. De quo Apocalypſis.xii. Signum magnũ apparuit in celo. mulier amicta ſole ⁊ luna ſub pedibꝰ eius et in capite eius corona ſtellaruꝫ duodecim. Mulier enim iſta eſt anima beata. que ſole ideſt immortali claritate tegitur. ⁊ que lunam ideſt inflexibileꝫ mortalitatem calcat. et que duodecim ſtellis ideſt duodecim celi gaudiis coronatur. Iſtis igitur duobus omiſ-
ſis dicamus aliquid de quatuor generibus primorum B
ſignorum. ¶ Dicamus igitur primo aliquid de ſigno incarnationis chriſti. Chriſti em̃ incarnatio fuit vnuꝫ valde mirabile ſignum. nullus enim potuit ipſum facere niſi deus. Iuxta illud Iohannis.iii. Nemo poteſt hec ſigna facere que tu facis niſi deus fuerit cum eo. Vnde poſſumus notare. ꝙ in chriſti incarnatione fuerunt quatuor notabilia ſigna. quia ſcilicet

| | | |
|---|---|---|
| Stabilitas. | | Immutata |
| Virginitas. | fuit | Impugnata |
| Seueritas. | | Temperata |
| Sublimitas. | | Inclinata |

¶ Dico ꝙ fuit immutata dei ſtabilitas. quodam em̃ modo fuit immutatus ille qui eſt immutabilis ⁊ eternus quãdo de immortali factus eſt mortalis. Et iſtud eſt illud ſignum quod fecit Moyſes coram pharaone quando virgam ſuam proiecit in terram et mutata eſt in draconem. ſicut dicitur Exodi.v. Quia vere moyſes ideſt deus pater volens coram pharaone. ideſt coram humano genere ſicut ioculator mirabilis facere ſigna ſua. virgam ſuam. ideſt filium ſuum benedictum qui virga eſt virtutis dei. proiecit in terram ideſt in beataꝫ virginem vbi per carnis aſſumptionem in ſerpentem ideſt in ſimilitudinem carnis peccati fuit mutatus et in hoĩeꝫ trãſformatus. Fuit igit̃ imutata dei ſtabilitas ¶ Deinde dico ꝙ fuit mirabile ſignũ: q2 fuit impugnata mr̃is v̾ginitas. ⁊ ſic figurata fuit in v̾ga Aaron ꝗ ſicca floruit ⁊ flores et fructus produxit. ſicut dicit̃ Numeri.xvii. Vnde ibidem dicitur. Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonii vt ſeruetur in ſignuꝫ. Virga enim iſta de radice yeſſe ideſt beata virgo que ꝙuis ſicca ſine carnalitatis humore ſemper fuerit per virginitatem florem tamen et fructum. ideſt ipſum dei filium produxit: quantum ad humanitatem. Et de iſto ſigno dicitur illud predictum Eſaie.vii. Dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet ⁊c. vt de beata virgine dicat humanum genus illud Deuteronomii.xxii. Hec ſunt ſigna virginitatis filie mee. Fuit igitur impregnata matris virginitas. ¶ Deniqꝫ tertium ſignum fuit ꝙ ibi fuit temperata dei ſeueritas. ⁊ ſic fuit figuratum in aſſuero. qui ita erat rigidus ⁊ auſterus ꝙ nullus ſub pena mortis erat auſus igredi ad ipſum niſi vocatus. niſi forte virgam aureã quam tenebat in ſignũ clemẽtie tenderet. Et ideo dicit̃ ꝙ regina heſter iſti regi placuit ⁊ virgam aureã ꝓ ſigno clementie ſibi

Ayuntamiento de Madrid

tis ſibi tetēdit. ⁊ ſic dicta regina heſter reconciliationē
populi ſui qui ad mortē adiudicati fuerāt. pro qua ad
regem intrauerat impetrauit. ſicut dicitur Heſter. iiij.
⁊. viij. Sic vere chariſſimi cum tanta eſſet regis aſſueri
ideſt dei patris ſeueritas ꝙ totū populum morti infer
ni adiudicauerat ꝙ nullus intrare ad euz poterat. niſi
primo virgā ſuā ideſt filiū ſuuz benedictū pro ſigno re
conciliationis extenderet in hūc mundū ad tandē re-
ginam heſter ideſt ad beatam virginē in ſignū clemen
tie fuit per incarnationem extenta. ⁊ ſic populo. i. hu-
mano generi venia eſt obtenta ⁊ tota ſeueritas obtem-
perata: Iuxta illud Geñ. ix. Arcū meū ponam in nubi
bus. ideſt filiū meū ponam in marie puris viſceribus
⁊ erit ſignū federis inter me ⁊ terram Eſt igitur tem-
perata dei ſeueritas. ¶ Inſuper quartuz ſignū fuit. ꝙ
ibi fuit inclinata celi ſublimitas. Magnū enim ſignū
⁊ mirabile eſſet. ſi celū ad terraz deſcenderet. Eſa. lxiiij.
Utinaz dirūperes celos ⁊ deſcenderes. Iſtud ſignū fuit
bene figuratū De Ezechia. iiij. Reg. xix. Cum enim ſi-
bi infirmanti ſanitas promitteretur. pro ſigno ſue futu
re ſanitatis ſol reuerſus eſt decem lineis in horologio
achaz. Ita ꝙ tunc ſicut dicitur Eccli. xlvj. Facta eſt vna
dies quaſi duoꝝ: q̄ vt dicit̄ Ecci. xlviij. Retro rediūt ſol
vt adderet vitā regi. Rex iſte eſt humanū genus qđ ſu
per alias creaturas mundi regnat. q̄ igitur ſanitas re
demptionis fuerat humano generi per ꝓphetas ꝓmiſ
ſa. hinc eſt ꝙ ꝑ ſigno ſue ſanitatis perficiende. ſol ideſt
dei filius in horologio corporis virginalis vſq; ad hu-
militatez incarnationis retroceſſit. ⁊ hoc per. x. lineas
ideſt vſq; ad decimū ordinem qui de hominibus conſti
tuit̄ nouē ſcilicet angeloꝝ ordinibus pretermiſſis. Un
de de iſto ſigno humilitatis poteſt dici illud Luce. ij.
Et hoc vobis ſignū. inuenietis infantem pannis inuo
lutum poſitum in preſepio. Et ſic poteſt humana na-
tura dicere illud Danielis iij. Signa ⁊ mirabilia fecit
apud me deus excelſus. placuit mihi predicare ſi-
gna eius: quia magna ſunt. ⁊ mirabilia eius: q̄ fortia.
Et ideo de iſtis multiplicibꝰ ſignis poteſt exponi illud
Luc. xxj. Erunt ſigna in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. In ſole enī
ideſt in filij diuinitate. In luna. ideſt in matris virgini
tate. In ſtellis. ideſt in iuſtoꝝ cōmunitate. Fuerūt tūc
temporis multa ſigna. q̄ ſcilicet ſicut dicit̄ Actuū. ij. ꝑ
apoſtolos multa ſigna ⁊ prodigia fiebāt in hieruſalē.
Et aduerte ꝙ iſta autoritas erūt ſigna. tria ſigna que
fecit deus hominibus videt̄ includere ſcilicet Signum
C Amoris. Terroris. Stuporis. ¶ Signū amoris eſt de-
lectabile. ſicut oſculū dilecto impenſum. Signū terro-
ris eſt formidabile ſicut patibulum latroni oſtenſum.
Signum ſtuporis eſt admirabile ſicut miraculū de no
uo factum. Et iſtud triplex ſignū legit̄ oſtendiſſe deus
quando ad oſtendendū amorem de iſto fecit ſignuz in
ſole. Joſue. x. quando ſol ſtetit in medio celi ⁊ non feſti-
nauit occumbere ſpacio vnius diei. vt populus iſrael ſe
vindicaret de ſuis inimicis. ad incutiendū terrorem. ſi-
cut faciet in die iudicij vel in aduentu. ſicut dicit̄ Joelis
ij. Sol conuertet̄ in tenebras. vnde Math. xxiiij. Poſt
tribulationem dierum illoꝝ obſcurabitur ſol. Et Apo
calyp. vj. vbi dicit̄ ꝙ ſol factus eſt niger ſicut ſaccus ci-
licinus. Sed ad inducendū ſtuporem fuit ſignū quan-
do ſol reuerſus eſt in decez lineis per gradus quos aſcē
derat in horologio achaz. iiij. Regū. xx. Et ideo Gene.
j. Cūq; dominus feciſſet duo luminaria dixit ꝙ eſſent
in ſigna. Certe beata virgo comparatur ſoli aptiſſime:
quia ſicut ſol materialis ceteras ſtellas et planetas ex
cedit in quatuor. vel extra quatuor: quia ſcilicet ſol eſt
maioris
Splendoris in claritate.
Feruoris in caliditate.
Ualoris in fecūditate.
Dulcoris in ſuauitate.
Sic beata virgo comparat̄ ſoli in claritate. patet q̄ ha
buit inter omnes gratiam dei. non ſolum ſicut ⁊ ceteri
fidem. immo experimentalem cognitionem. nam ipſa
ſciuit ſe ſine virili ſemine concepiſſe. ſine dolore peperiſ
ſe et multa alia. Ideo dicamus ꝙ beata virgo fuit cla-
rior in cognitione. Fuit etiam feruentior in dilectione.
Fuit etiam fecundior in operatione. Fuit etiaz dulcior
in exauditione. Unde in ipſa ſola fides in paſſione re-
manſit. Luc. ij. Maria autem conſeruabat omnia ver
ba hec in corde ſuo ⁊c. ¶ Nota ſex conditiones quas
beata virgo ſeruauit: videlicet Uiuendo innocenter.
Inquirendo ſapienter. Conferendo libenter. Memo-
rando frequenter. Obediendo humiliter. Continuan
do perſeueranter. Habuit puritatem incorruptionis:
quia virgo. Sedulitatez inquiſitionis. Quomodo fiet
iſtud. Utilitatem collationis. Conferens in corde ſuo.
Aſſiduitatem rememorationis. Conſeruabat omnia
verba hec. Humilitatem obeditionis. Ecce ancilla do
mini. Firmitatem continuationis. Actuū. j. Ibi omnes
erant vnanimiter perſeuerātes in oratione cum mulie-
ribus et Maria matre ieſu. ¶ Item ipſa fuit feruen-
tior in dilectione. patet in paſſione filij ſui domini no-
ſtri. nec miruz ſi vnicū filiū diligebat ſumme. ¶ Item
ipſa fuit fecundior in operatione. vnde beatus Ambr.
in libro. ij. de virginitate dicit. Quid nobilius dei ma-
tre que omniū regum nobiliſſimū genuit deum? quid
ſplendidius eſt ea. quam ſplendor elegit? quid caſtius
eſt ea que corpus ſine corporis contagione generauit?
vt de ceteris virtutibꝰ taceā. virgo erat nō ſolū corꝑe. ſed
etiam mente. corde humilis. verbis grauis. animo pru
dens. loquendi parcior. legendi ſtudioſior. non in nu-
mero diuitiarū. ſed in precepto pauperum ſpem repo-
nens. intenta operi verecunda ſermone arbitrium ha-
bens non hominez ſed deū querere. nullū ledere. omni
bus beneuelle. maioribus cōſurgere. rationē ſequi. vir-
tutē amare. Quando iſta faſtidiuit humilē: quando
deſeruit debilē. quando vitauit inopē? nihil eſt in ocu-
lis toruū. nihil eſt in verbis ꝓcax. nihil in actu verecun-
dum. non geſtu ſanctior. non inceſſu ſolutior non vox
ſpeculatior. vt ipſa ſpecies corporis ſimulatiuuz fuerit
mentis. figura probitatis. talē hanc euāgeliſta demō-
ſtrauit. talem angelus reperit. talē ſpiritu ſanctus ele
git. que digna fuit ex qua filius dei naſceretur. ¶ Itez
iſta fuit ſuauior in exauditione. Beatus Bernard. in
quodā ſermōe dicit. Ille ſolus ſileat o beata virgo Ma-
ria laudes tuas. qui te fideliter inuocataz ſenſerit vnq̄
in ſuis neceſſitatibus defuiſſe. et quid mirum ſi inuo-
cata adeſt que etiam non vocata preſto adeſt. ¶ Item
in alio ſermone. Maria omnibus omnia facta eſt. ſa-
pientibus ⁊ inſipientibus copioſiſſimā charitate debi
tricez ſe fecit omnibus miſericordie ſaccū aperuit. vt de
plenitudine ipſius accipiant vniuerſi. captiuus redem
ptionem. eger curationem: triſtis conſolationem:
peccator veniam. iuſtus gratiam. angelus leticiam. de-
inde tota trinitas gloriam. Dictum eſt igitur de ſi-
gno noſtre redemptionis. ſcilicet de dei filio incarna D
to. ¶ Secundo principaliter dicendum eſt de ſigno
noſtre defenſionis. ſcilicet de ſigno crucis. Crux enim
ſignum ſignificat dominicam paſſionem. noſtraz per
lignū ſaluationem. hoſtiū exterminationem. paradiſi
apertionē. Et ſic breuiter notabo quod crux eſt Signū
Amoris.
Ualoris.
Terroris.
Honoris.
Decoris.
Defenſionis.
¶ Eſt dico
crux ſignuz
amoris. Si
cut enī co-
lor rubēs ſi
gnificat ca-
lidam ⁊ feruidā complexionem. Sic vere crux xp̄i ſan-
guine rubefacta ſignū ſummi amoris ⁊ feruidi fuit fa-
cta. vt ſic ab ipſa cruce dicat̄ illud Cantico. viij. Pone
me vt ſignaculum ſuper cor tuuz. ¶ Item dico ꝙ eſt ſi-
gnum valoris. ⁊ ſic figuratur per ſerpentem eneū pro ſi
gno in palo eleuato. quē aſpicientes a ſerpentiū morſi-
bus ſanabantur. Numeri. xxj. Fac ſerpentem eneum ⁊
pone eū pro ſigno ⁊c. Quia ſcilicet ſi ſignū crucis ⁊ ſer-
pentis. i. xp̄i in eo pendentis aſpexeris. ab alijs ſerpen-

Ayuntamiento de Madrid

tibus ſcilicet a demonibus ſaluus eris. Xps enim cru-
cifixus fuit ſignũ. quia poſitus eſt in ruinam ⁊ reſurre
ctionem multorũ et in ſignũ cui contradicetur. Luc. ij.
¶ Item dico ꝙ crux eſt ſignũ terroris. Signũ enĩ ⁊ ve-
xillũ magni ducis. terror eſt ipſis inimicis. ſignũ enim
ſaluegardie regis ſolent homines timere. et ne contra
faciant precauere. Sic vere ſignum crucis ab hoſtibus
infernalibus timetur. et vbi in corde deuoto et in con-
uerſatione ſancta ſignũ illud viderint. ſtatim retroce-
dere compellũtur. vnde etiam dyabolus de iudeo qui
ſignũ crucis fecerat inueniſſe ſe dixit vas vacuum. ſed
ſignatũ. ſicut dicitur in vitaſpatrũ. Et ideo in ps. dicit
Timebunt qui habitant terminos terre a ſignis tuis.
vt ⁊ nos dicamus. Ecce ſignum domini. fugite partes
aduerſe: quia hoc ſignũ crucis erit in celo cũ dominus
ad iudicandũ venerit. ¶ Item dico ꝙ crux eſt ſignum
honoris. illi enĩ qui portant ſigna ⁊ arma regis ſibi re-
putant ad honorem. Sic vere illi qui iſtud crucis vexil
lum portant in corpore ⁊ in opere ⁊ in corde. vt ſic crux
dicat expreſſa ſigno ſanctitatis. gloria honoris ⁊ opus
fortitudinis. Item dico ꝙ eſt ſignũ decoris quia certe
iſtud ſignũ totũ decorat conuerſationẽ fideliũ. quan-
do ipſum in ſeipſis per bona opera reputant. ps. Si-
gnatũ eſt ſuper nos lu. vul. tui domine. ¶ Item dico ꝙ
crux eſt ſignũ defenſionis. per iſtã enĩ ab hoſtibus de-
fendimur. et a periculis mortis eterne preſeruamur.
Iuxta illud Ezec. ix. Signa thau ſuper frontem virorũ
gementiũ ⁊ dolentiũ ⁊c. Et dicitur ibidẽ ꝙ omnes illi
qui ſignati fuerũt. a morte preſeruati fuerunt. omnes
autem alij perierunt. Thau autẽ litera eſt que ſignum
crucis repreſentat. Quia procerto qui iſtud ſignũ in fron-
te. i. in interiori ⁊ exteriori conuerſatione habuerit a mor-
tis eterne periculo tutus erit. Sic ergo dictuʒ eſt de ſi-
E gno defenſionis. ſ. de cruce. ¶ Tertio principaliter di-
co de ſignis perfectionis. Et ſic dico ꝙ per ſigna poſſunt
intelligi gratie ⁊ virtutes. quibus viri iuſti ſicut peregri
ni tendentes ad celeſtem gloriã ſunt ſignati. Peregri-
ni enĩ portantes ſigna ſanctorum viri deuoti iudican-
tur. ⁊ ad ſui hoſpitiũ reuerti merito eſtimãtur. Pau-
peres etiã portantes ſignũ recipiuntur in conuiuium
et oues proprie a paſtore ſignate in domiciliũ introdu
cuntur. Sic procerto chariſſimi illi qui ſigna virtutuʒ
ſecuʒ portant de peregrinatione huius mundi ad celi
patriam properant. ⁊ ad ſummi regis conuiuiũ ſine re
futatione intrant. Igitur angelus qui habebat ſignũ
dei legitur dixiſſe. Apoca. vij. Signemus ſeruos dei no
ſtri in frontibus eorũ. Ut cuilibet virtutibus ſignato
dicatur illud Ezech. xviij. Tu ſignaculum ſimilitudi-
nis. plenus ſcientia: perfectus decore ⁊c. Et potes hic
ponere quomodo equi boni: ſpecies ⁊ moneta: certo ſi-
gno cognoſcuntur. Et applica ſimiliter. quomodo iu-
ſti certis ſignis celeſtibus comparantur. Et nota de ſe
pteʒ ſigillis alio loco. Et aduerte diuerſa diuerſis cau
ſis ſolent ſignari. Signatur enĩ

Litera vt expediatur.
Archa ne aperiatur.
Locus vt inueniatur.
Res vt cognoſcatur.
Mercatura vt bona dicatur.
Domus ne plus inuadatur.

Iſtis ſignis proculdubio chariſſimi ſignat deus ſignis
virtutũ viros ſanctos ⁊c. Uide in ſermone. Audiui nu-
merũ ſignatorũ vbi de ſigillis ſeptẽ ⁊ de ſignatione vir-
tutũ inuenies ad plenũ ⁊ pone totũ hic. Iſtud eſt dictũ
F de ſigno perfectionis. ¶ Quarto principalr̃ dico ꝙ in
ſcriptura inuenit̃ ſignũ corruptionis. correptionis vel
infectiõis. Hoĩes enĩ ⁊ porci leproſi cognoſcunt̃ per cer-
ta ſigna: ſic procerto peccatores ⁊ infecti. ⁊ corrupti per cer
ta indicia cognoſcunt̃. Unde nota ꝙ peccator cogno-
ſcitur per ſignum

Superbie et pompoſitatis.
Luxurie et carnalitatis.
Malicie et fallacitatis.
Auaricie et cupiditatis.

Dico ergo ꝙ ſunt quedã ſigna ſuperborũ. ⁊ iſta ſunt ele
uatio oculorũ. curioſitas veſtimentorũ. iactantia verborũ
⁊ cetera ſimilia. De hoc Heſter. xiiij. Tu ſcis ꝙ abho-
miner ſignũ ſuperbie quod eſt ſuper caput meũ. Superbia
enĩ ſigno leonis cõparatur in cuius conſtellatione na
ti. iracundi ⁊ ſuperbi efficiũtur. Eſt enim ſignũ igneũ
et diurnũ quod eſt de prima triplicitate. quia ſcilicet ſu-
perbia homines facit vanos. igneos ⁊ crudeles. primã
triplicitatem. ideſt prima loca diligentes et diem ma-
nifeſtationis ſuorũ laudabilium operuʒ appetentes.
¶ Item eſt ſignum immundorum: quia procerto luxu
rioſi cognoſcuntur per plura ſigna mala. Luxuria enĩ
ſimilis eſt ſigno capricorni quod homines facit turpes. ⁊
per ſe in immundicijs delectantes. Eſt enĩ ſignum ter
reum et nocturnum. in quo dominatur ſaturnus. Sic
vere luxuria homines turpes ⁊ infames facit. ipſoſq
ad delectationem immundiciaruʒ allicit et nocturnũ
ſignum dicitur. eo quod in obſcuro et in occulto opera
ſua facit. Et de iſto ſigno luxurie dicitur. Apocalypſis
xiij. Quod beſtia que aſcẽdit de abyſſo. faciebat ſigna
ita vt ignem faceret de celo deſcendere. Beſtia enĩ ideſt
beſtialitas luxurie que de abyſſo: ideſt de inſatiabilita-
te carnis aſcendit ignem malorum deſideriorũ in ho-
minibus accendit. et tunc plura mala ſigna exterius
oſtendit. vnde luxurioſis perſonis dicitur illud Ezec.
xvj. predictum. Feciſti tibi proſtibulum in cunctis pla
teis et ad omne caput vie. ideſt publice. Quia ſcilicet
mali ornatus: diſſoluti greſſus. et inhoneſti affatus.
ac immundi aſpectus que a mulieribus in publico fi-
unt. ſigna luxurie ſunt manifeſta. Equo enim qui eſt
vendendus ponitur certum ſignum ſuper caput. ſic
iſtis ⁊c. ¶ Item dico ꝙ eſt ſignum proditorum homi-
num. et iſtud eſt ſignum hypocriſis et fallacie amici-
cie. Signum enim quandoq; eſt falſum quod non ſu-
um repreſentat ſignificatum: vnde latrones quando-
q; ponunt ſigna publica in vijs periculoſis. vt homi-
nes iſtis ſignis inducti et decepti ad periculuʒ trahan
tur. Sic dyabolus ponit falſa ſigna hypocriſis in ma
lis hominibus et proditoribus. vt per eos leuius tran
ſeuntes per mundum ad inferni periculuʒ trahantur
De quibus Mathei. xxiiij. Surgent pſeudo chriſti et
pſeudo prophete. et dabunt ſigna et multos ſeducent.
Iſtud ſignum ſimile eſt ſigno ſcorpionis: quia ſcorpio
facie lambit et cauda pungit. Sic proditor oſculando
blanditur. et tamen blandiẽdo decipit atq; ledit. Ma
thei. xxvj. Traditor auteʒ dedit eis ſignũ dicens. quem-
cunq; oſculatus fuero ipſe eſt tenete eum. ¶ Item eſt
ſignum auarorum. et iſtud eſt ſignum cayn. qui inter-
pretatur poſſeſſio ſcilicet tremor capitis. quia ſcilicet
ſolent continue formidari. de talibus igitur malis ſi-
gnis vide infra de inuentionibus ſeptẽ ſigillorũ. et hec B
igitur ſufficiant quo ad preſens.

## Silentium. ſilere.

Nota ꝙ ſilere accipitur pro tacere. ac-
cipitur pro quieſcere. accipit̃ pro ceſſare. accipitur pro non
audere. Pro tacere ſumitur. j. Machabeorum. vij. Si-
luit terra iuda per paucos dies. Pro quieſcere ſumi-
tur. Iob. iij. Nunc enim dormiens ſilerem et ſomno
meo requieſcerem. Pro ceſſare ſumitur. Ezechiel. xxj.
vbi dicitur. Mucro domini ingredere in vaginam tuã
⁊ refragrare ⁊ ſile. Pro nõ audere ſumitur. j. Mach. j.
vbi de Alexandro dicitur. Quod ipſe obtinuit ſpolia
gentium. et ſiluit terra in conſpectu eius. Non proſe- B
quor. quia infra de taciturnitate dicet̃. ⁊ quere in loco ſuo.

## Similitudo.

Nota ꝙ in ſcriptura inueni-
tur multiplex ſimilitudo. ſci-
licet. Quedam mirabilis ⁊ ſtupenda. Quedam lauda
bilis ⁊ habenda. Quedaʒ damnabilis ⁊ cauenda. Pri
ma eſt ſimilitudo xpi incarnati. Secunda eſt ſimilitu
do iuſti reparati. Tertia eſt ſimilitudo impij damna-
ti. Primo modo fuit xps mortalibus aſſimilatus. Ut
ſicut dicitur Philippen. ij. Ipſe fuit in ſimilitudinem
hominũ

Ayuntamiento de Madrid

hominū factus ⁊ habitu inuentus vt homo. Secūdo modo iuſtus ſemper eſt melioribus conformatus. Luce.xii. Et vos ſimiles hominibus expectātibus domi‑num ſuum quando reuertatur a nuptijs. Tertio modo impius ſemper eſt deterioribus comparatus. Quia ſicut in Pſal. Homo vanitati ſimilis factus eſt. Et de iſta igitur triplici ſimilitudine aliquid eſt per ordinē dicendum. ¶ Dicamus ergo primo ꝙ eſt ſimilitudo mirabilis et glorioſa. et iſta eſt illa qua deus ſimilis factus eſt hominibus per carnis aſſumptionē ⁊ per mortalem conditionem ⁊ complexionem. Sol enim videtur aliquando eclypſari. ⁊ obſcurari ad ſimilitudinem lune q̃uis in veritate nec eclypſetur nec mutetur. hoc enim facit vmbra et interpoſitio lune que quandoqꝫ viſum ſolis impedit quando ſibi in nouilunio ſe coniungit. Sic vere ipſe ſol dei filius ad lune. ideſt ad mortalis inflexibilis nature ſimilitudinē obſcuratus fuit quando ipſe lune ideſt mortali et carnali nature extitit vnitus et coniunctus quamuis in rei veritate nunq̃ in ſe fuerit immutatus. Iuxta illud Malach.iij. Ego dominus qui non mutor. vnde de iſta ſimilitudine dicitur Roma.viij. ꝙ deus filium ſuum miſit in mundū in ſimilitudinem carnis peccati. Radius enim tranſiens per vitrum. vitri colorem et ſimilitudinem ſecum portat. et tamen vitrum non violat neqꝫ caſſat. Sic vere cum chriſtus per carnem virginis tranſiuit ipſam non corrupit nec violauit. et tamen carnis ſimilitudinem ſcilicet corpus quod aſſumpſit propriū ſecū traxit. Unde iſte videtur poſſe dicere illud quod ſamſon Iudic.xvi. Si ligatus fuero nouis funibus que nunq̃ fuerunt in opere infirmus ero et aliorum hominū ſimilis. Noui enim funes fuerunt viſcera virginis glorioſe quorum amor ſamſonem dei filium traxit ⁊ ligauit que in opere carnali nunq̃ fuerunt inquantum illam per carnis copulam nullus hominū maculauit. Iſtis igitur ligatus infirmus factus et carnem aſſumendo. ⁊ ſimilis alijs hominibus humanitus conuerſando. d. illud Sap.vij. Sum quidē ⁊ ego mortalis homo ſilis hominibus. Ubi aduerte ꝙ iſte ſimilis eſt hominibus .ſ. q̃tū ad

Nature veritatem.
Propriam diuinitatem.
Corporis qualitatem.
Intimam charitatem.

¶ Primum probat realis quidditas. ſum quidē. Secundum probat nominis dignitas. Ego. Tertium probat carnis raritas. Mortalis homo. Quartū probat communis paritas. Similis hominibus. ¶ Dico ꝙ deus eſt ſimilis nobis q̃tum ad nature veritatem. Ueram em̄ carnē habuit ⁊ non fictā. ſicut dixerūt heretici. qđ oſtendit cū dicitur. Sum quidem. Unde cū diſcipuli turbarentur de xpo. d. quia fantaſma eſt ipſe rn̄dit. habete fiduciā q2 ego ſum. q. d. nō ſum fantaſticus immo verus vt ſic ei dicatur illud Eſa.xiiij. Et tu vulneratus es ſicut ⁊ nos. noſtri ſimiles effectus es. Et illud Exo.iiij. Erat ſimilis carni relique. ¶ Deinde dico ꝙ nobis eſt ſimilis quantū ad ꝓpriam diuinitatē. Ego inquit. quod eſt prime perſone. ſignans illum qui dicit ego ſum primus ⁊ nouiſſimus. Eſa.xliij. Quia. ſ. deus habet ſimilitudinē cū anima rationali quantū ad intellectū: memoriā ⁊ voluntatē. d. illud Gene.j. Faciamus hominē ad imaginem ⁊ ſimilitudinem noſtram. ¶ Denique dico ꝙ eſt nobis ſimilis quantū ad corporis qualitatem: quia. ſ. ipſe fuit mortalis homo. Unde Philip.ij. dicitur ꝙ in ſimilitudinem hominū factus eſt. ⁊ habitu inuentus vt hō humiliauit ſemetipſm factus obediens vſqꝫ ad mortē. ¶ Inſup fuit nobis ſilis quantū ad mutuā charitatē. Similis inquit hoibus. Similitudo em̄ ſignificat amorē: q2. ſ. ſimilitudo mater eſt amicicie. xps aūt hoibus ſe charitatiue aſſimilauit. et omniū ſalutem appetens ſe diuerſis diuerſimode conformauit. vnde et aliquando cum apoſtolis orabat aliquando cum peccatoribus manducabat. vt de

ipſo dicamus illud Iaco.v. Helyas homo erat ſimilis nobis. Et ideo finaliter propter iſtā quadruplicē ſimilitudinē quā ad humanū genus habuit. ſancti in gloria ſumme gaudebūt. quādo deū ſibi ſimilē videbunt. Iuxta illud. j. Iohan.iij. Scimus quoniā cū apparuerit ſimiles ei erimus. Iſta eſt igitur ſimilitudo mirabilis et glorioſa. ¶ Uerūtamen adhuc poſſumus dicere ꝙ iſte ſm diuerſas cōditiones. ad diuerſas refertur aſſimilationes. Unde iſte dicitur ſimilis Homini q̃tū ad incarnationem. Boui quantū ad paſſionē. Leoni q̃tū ad reſurrectionē. Aui ſcilicet aquile quantum ad aſcenſionē. ¶ Iſte figuratur in ſimilitudine quam vidit Ezechiel qui vidit vnū animal quod erat ſimile in quatuor ſuis partibus quatuor dictis animalibus ⁊c. Unde ipſe de ſeipſo poteſt dicere illud ps. Similis factus ſum pellicano ſolitudinis. factus ſū ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Narra ſi vis de pellicano qui ſe vulnerat pro viuificatione pullorū ⁊c. Iſta eſt ergo ſimilitudo mirabilis ⁊ glorioſa. ¶ Secundo dico ꝙ eſt quedā ſimilitudo laudabilis ⁊ virtuoſa. et iſta eſt illa qua quilibet debꝫ eſſe pro poſſe ſuo ſimilis ſcilicet deo ⁊ ſanctis. q̃uis enim dicatur illud ps. Non eſt ſimilis tui in dijs domine. ⁊ nō eſt ſm opera tua. nihilominus tamen inquantū eſt humane conditioni poſſibile. ſemper debet homo conari ꝙ deo et ſanctis in virtutibus aſſimiletur. ⁊ ꝙ eis in moribus conformetur. Omnia enim appetunt aſſimilari principio et ſuo eſſe. et inde eſt ꝙ in omni perfecta generatione ſemper producitur ſimile. ſicut de homine generatur homo. de frumento frumentū. de vite vinū. ⁊ ſic de alijs q̃uis in imperfecta productione quandoqꝫ diſſimile de diſſimili oriatur. ſicut patet q2 pediculus naſcitur de homine. ⁊ vermis de carne. Sic ꝓculdubio chariſſimi nos debemus naturaliter appetere aſſimilari in moribus deo ⁊ ſanctis. qui fidei ⁊ ſalutis noſtre ſunt cauſa. ⁊ totius bonitatis principiū ⁊ origo. Geñ.j. Faciamus hominē ad ſimilitudinem noſtram. Saphyrus em̄ quanto eſt melior. tanto eſt colori celeſti propinquior ⁊ ſimilior. Sic pro certo illi qui ſunt in moribus meliores. ſunt in colore. ideſt in cōuerſatione celo ideſt celeſtibus hominibus ſimiliores. vt ſic dicat homo illud Eſaie xiiij. Aſcendam in celum ſuper aſtra celi exaltabo ſolium meum. ſimilis ero altiſſimo. Uide eam ſupra de aſcendere. vt et ſic figuretur homo in illis ſimilitudinibus. d quibꝰ iij. Regum.vij. ꝙ Salomon ſculpſit in tabulis cherubin leones et palmas et ſimilitudinem hominis ſtantis. Ubi aduerte ꝙ nos debemus deo et ſanctis in quatuor cōditionibus aſſimilari. videlicet. In ſciētie ſplendore limpido. Cherubin. In audacie rigore feruido. Leones. In clementie dulcore fluido. Palmas. In conſtantie vigore ſolido. Hominis ſtantis. Igitur ſimus homines ſimiles viris Limpidis et prudentibus. Rigidis et audacibus. Fluidis et clementibus. Solidis ⁊ conſtantibus. ¶ Dico ꝙ debemus eſſe ſimiles viris prudentibus et limpidis. Et iſtud denotat ſimilitudo cherubin que erat quedam figura vergens ad ſimilitudinem aquile que eſt auis clariſſimi viſus. et denotat illos qui in templo eccleſie viſum diſcretionis ⁊ prudentie habent clarum ita quod prudenter vident. conſiderant et cognoſcunt illa que pertinent ad ſalutem. Deuteronomij.xxviij. Adducet dominus ſuper te gentem in ſimilitudinem aquile volantis. Ut ſic figurentur tales in illis ſimilitudinibus animaliū que vidit Ezechiel. vbi erat ſimilitudo aquile et ſimilitudo animalium et aſpectus quaſi carbonum ignis ardentiū ⁊ quaſi aſpectus lampadarum. Sicut dicitur Ezechi.j. Quia pro certo chariſſimi inter ſancta animalia. ideſt inter ſanctos viros illi ſunt precipue ammirandi. qui ſunt ſimiles aquile clare videnti per ſplendorem ſapiētie. Carboni ardenti per fauorē amicicie. lampadi ſplēdenti per fulgorem honeſte apparentie. Et iſtud etiam ſignat iſta interpretatio nominis cherubin. q2. ſ. cherubin ſm Hierony. interpretat ſciētie plenitudo. Et ideo

B

Ayuntamiento de Madrid

de ſimilitudine taliuꝫ poteſt dici illud .j. Paral. xxviij.
Dedit eis aurū multū vt ex ipſo fieret ſimilitudo qua-
drige cherubin. ꝛ Ezech. xxviij. dicitur. Tu ſignaculuꝫ
ſimilitudinis plenus ſapientia ꝛ perfectus decore. Se-
quitur. Tu cherubin extentus ꝛ protegens. Uide ſi vis
ſ. de cherub. Simus igit̄ ſimiles vt dictū eſt viris pru-
dentibus ꝛ prouidis. ¶ Simus etiam ſimiles viris au
dacibus ꝛ rigidis. leones inquit. quia ſcilicet ad modū
leonū debemus eſſe audaces ad omne opus bonū agē
dū: q2. ſ. ſicut dicit̄ ꝓuer. xxx. Leo fortiſſimus beſtiarꝫ ad
nullius pauebit occurſum. Iſta potiſſime pertinēt ad
ꝓlatos. q debent eſſe rigidi ꝛ ſeui in iuſtitia ꝓſequenda
Iſta etiam apparuerunt in martyribus qui audacio-
res leone tyrannis intrepide reſtiterunt. Leones inqt.
vt ſic de quolibet tali dicatur illud .j. Mach. iij. Simi
lis factus eſt leo in opibus ſuis. vide. ſ. de leone. ꝛ aſſi-
mila virū iuſtū quibus volueris conditionib⁹. Leones
inquit. ¶ Simus inſuper ſimiles viris clementibus ꝛ
fluidis. palmas inquit. Palma enim que fructus dul
ces dactilorꝫ ꝓducit. ꝓpter quod ab elephantibus fre-
quentat̄. viros miſericordes deſignat. qui portant fru-
ctū dulcē miſericordie ꝛ operū pietatis. quo. ſ. elephan-
tes. i. pauperes nutriunt qui ipſos frequentant et cir-
cueunt. Unde de aſſimilatione virorꝫ piorꝫ ꝛ clementiū
dicitur Luce. x. vbi dn̄s petijt quis videret̄ ꝓximus illi
ſauciato. ꝛ rn̄dit legiſperitus. ꝙ ille q miſericordiā fece
rat in illo. Xp̄s vero dixit ei. vade ꝛ tu fac ſilr̄. Palmas
inquit. vt ſic dicat quilibet pauperum illud Cant. vij.
Aſcendam in palmam ꝛ apprehendam fructus eius.
vide. ſ. de palma. ꝛ cōpara virū piū. etiā in alijs condi-
tionibus palme. Similes ergo ſimus viris clementib⁹
ꝛ fluidis. ¶ Deniqꝫ ſimus ſimiles viris cōſtantibus ꝛ
ſolidis. Et ſimilitudinē inquit hominis ſtantis. Sta-
re em̄ ꝯſtantiā ſignat ꝛ v̄tutem. ſicut cadere deſignat
inconſtantiā ꝛ infirmitatem. Q2 ꝓcul dubio nos debe-
mus eſſe ſimiles ſanctis viris qui in fide ꝛ in moribus
fuerunt ſtabiles ꝛ manentes. vt ſint ſimiles non ſtellis
erraticis. immo fixis que. ſ. herent perpetuo firmamen
to. Iuxta illō. j. Corꝫ. x. Qui ſtat videat ne cadat. Simi-
litudinem inquit hoīs ſtantis. vnde Luce. xij. Et vos
ſimiles hoībus expectātibus dn̄m ſuū. Uide infra de
ſtare. Et ſic igit̄ dico ꝙ nos debemus eſſe ſimiles viris
ꝯſtantibus. clemētibus audientibus ꝛ prudentibus.
Que tn̄ ꝓculdubio ſunt hodie cōtra multos q magis
volunt ꝛ ſtudent eſſe ſimiles malis perſonis ꝙ̄ bonis
viris. impijs ꝙ̄ honeſtis. vnde ꝓculdubio chariſſimi
iſti non ſunt cherubin ſiſes ſeu aquile ſed noctue. non
leonibus ſed leporibus. non palme ſed ſpine. nō homi
ni ſtanti. ſꝫ potius homini corruēti. Iſti em̄ non habēt
more aquile viſum. ſed potius more noctue oculorꝫ cor
dū cecitatē. Iſti etiā more leonis non ſunt audaces. ſꝫ
more leporū ſunt fugaces. Iſti inſuꝑ more palme non
ſunt hoīm ꝑ elemoſynas nutritiui ſed more ſpine ſunt
corꝫ rapinis ꝛ exactionibus pungitiui. Iſti nihilomin⁹
more hoīs ſtantis non ſunt in bono perſeuerātes. ſed
potius more ruentis hoīs ab omni bono opere deſiſtē-
tes. Et ideo breuiter de iſtis poteſt dici illud Luce. vij.
Q2 ſimiles ſunt pueris ſedētibus in foro: quia ſcilicet
puer. nec eſt ſagax nec eſt audax. nec eſt ꝑ elemoſynam
fluidus nec eſt per ꝯſtantiā ſolidus. Non habeamus
igitur ſimilitudinē ſicut iſti pueri qui non ſunt ꝑ con-
ſtantiam ſolidi. Non ſic chariſſimi. ſed habeamus bo-
nam ſimilitudinem ꝛ non malam. quia ſicut dictum
eſt quedā eſt ſimilitudo laudabilis ꝛ virtuoſa. De hoc
autem ꝙ homo libenter aſſimilatur illi cui aſſociatur
C vide infra de ſocietate. ¶ Tertio dico ꝙ eſt quedam ſi-
militudo vitioſa ꝛ damnabilis. ꝛ iſta eſt illa qua mali
alijs malis libenter aſſimulantur. Quia ſicut cera mu
tat diſpoſitionem ſuam ꝛ figurā ſuam ad diſpoſitionē
ſigilli cui imprimitur. ꝛ ſigillo ſimilis efficitur. Sic ve
re homo aliorum moribus ſe aſſimilat. et ſic quando
eis per ſocietatem adiungitur ipſoruꝫ malis impreſſio
nibus ꝛ conditionibus ſe conformat. Iuxta illud Pro
uerbiorꝫ. xiij. Amicus ſtultorꝫ ſimilis efficitur. Poſſuꝫ
igitur notare ꝙ mali libenter ſe conformant viris.
Impijs ꝛ crudelibus.
Immundis ꝛ carnalibus.
Auaris et tenacibus.
Hypocritis et fallacibus.
Superbis et inanibus.
Laſciuis et ludentibus.
Obſtinatis et ſeipſas indurantibus.
Habent igitur iſti ſimilitudinē crudeliū vnde iſti ſunt
figurati in illa horribili beſtia. de qua fit mentio Apo-
calyp. xiij. de qua ibidem dicitur ꝙ ſimilis erat pardo.
Pardus enim eſt animal crudele ad ſanguinem pre-
ceps valde. Item gerunt ſimilitudinem carnaliuꝫ. Un
de iſti ſunt ſimiles beſtijs que naturaliter ſunt immū
de. Eccleſiaſtes. iij. Dixi de filijs hominum vt proba-
ret eos deus ꝛ oſtenderet eos ſimiles eſſe beſtijs. Unde
de luxurioſis dicitur Hieremie. xxiij. In prophetis hie
ruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium. Item ge-
runt ſimilitudinem tenacium. Et ſic ſunt ſimiles vrſo
qui cibos ſuos nulli vult libēter dimittere. ſic nec aua-
rus bona ſua. Unde Dan. vij. Ecce beſtia alia ſimilis
vrſo in parte. Item iſte gerunt ſimilitudinem fallaciū
hypocritarum: De quibus Math. xxiij. Ue vobis hy-
pocrite qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis. Item ge
runt ſimilitudinem inaniū de quibus pſal. Homo va-
nitati ſimilis factus eſt. Item gerunt ſimilitudinem
ludentium: quia ſcilicet iſti nihil aliud querunt ꝙ̄ in
ludis et ſpaciamentis occupati. Mathei. xj. Similis
factus eſt pueris ludentibus in foro. Iteꝫ gerunt ſimi-
litudinem ſeipſos indurantium. Unde Job. xxxviij. In
ſimilitudinē lapidis indurantur aque. Hoc igitur de
ſimilitudine ſufficit. Uide. ſ. de ymagine. de imitari. de
ſicut. de quaſi. et in alijs ſimilibus. et infra vide de ſo-
cietate.

**Symon.** Uide ſupra vbi beatitudo in illa au-
toritate. Beatus es ſymon bariona.
ꝛ ſi nō ſufficit adiūge que tabula indicat adiungēda.

**Simplex.** Simplicitas. Cuꝫ ſimplex dicatur B
quaſi ſine plica. Notandū ꝙ ſim-
plicitas idem eſt ꝙ innocentie veritas et puritas. Uir
enim innocēs ꝛ ſimplex in ſuis moribus ꝛ actibus ſem
per eſt planus. nunꝙ̄ per duplicitatem et fallaciaꝫ pli
catus. Plica enim obſcuritatem continet ꝛ duplicita-
tem habet. Quando enim pannus plicatur. tunc du-
plicatur. ꝛ tunc ſub plica aliquid occultatur. Sic vere
plica falſitatis et malicie duplicitateꝫ importat. ꝛ ſem
per aliquid de veritate abſcondit in corde interius ꝛ oc
cultat. Sed ꝓ certo ſimplex qui nunꝙ̄ vtitur tali plica.
ſemper eſt planus et apertus. et nunꝙ̄ abſcōditus aut
velatus. Iuxta illud eſtote prudentes ſicut ſerpentes ꝛ
ſimplices ſicut columbe. Mat. x. Ubi aduerte ꝙ ſim-
plex ꝛ innocens habet Longitudinem in duratione.
Eſtote. Limpitudinē in cognitione. Prudentes. Apti
tudinem in coniunctione. Sicut. Mititudinem in cō
ditione. Serpentes. Firmitudinem in dilectione. Et.
Rectitudinem in intentione. Simplices. Promptitu
dinem in affectione. Sicut. Pulchritudinem in con-
uerſatione. Columbe. Iſte enim ſunt octo conditiones
viri ſimplicis. ¶ Primo dico ꝙ iſti habent duratio-
nis longitudinem. Quia ſicut res ſimplices in natu-
ra ſua magis ſunt durabiles ꝙ̄ compoſite. Sic viri in-
nocentes et ſimplices magis ſunt in moribus perſeue
rantes. quod oſtenditur cum dicitur. Eſtote. Iuxta il-
lud Eccleſiaſtici. v. Eſto firmus in via domini. Unde
Job. ij. Adhuc permanes in ſimplicitate. Elephas em̄
eſt animal ſimpliciſſimum. in viuendo diuturniſſimū
et in ſtando fortiſſimum. Unde de durabilitate taliuꝫ
dicitur Prouerbiorū. ij. Qui enim recti ſunt habita-
bunt in terra et ſimplices permanebunt in ea. ¶ Se-
cundo dico ꝙ iſti habent cognitionis limpitudinem.
Res enim quanto ſimpliciores. tanto ſunt cōiter cla
riores. patꝫ in corporibus celeſtibus. ꝛ in luce que ſim-
plicia



Ayuntamiento de Madrid

plicia dicuntur eo ꝙ de elementis minime ꝯponũtur
Sic ſimplex homo a deo plus illuminatur vera pru-
dentia ꝙ illi qui confidũt in ſua ſapientia. Capra em̄
que eſt animal ſimpliciſſimum. viſum habet limpi-
diſſimum ⁊ acutiſſimum Sic vere ſimplices viſuꝫ di
ſcretionis habent ſubtiliſſimum Et de hoc poteſt di
ci illud Lu.xj. Si oculus tuus fuerit ſimplex totum
corpus tuum luminoſum erit ⁊ hoc oſtenditur cũ di-
citur prudentes. De quo Math.xxv. Prudentes vir-
gines aptauerunt lampades ſuas. ¶ Tertio dico ꝙ
iſti habẽt cõiunctionis aptitudinem. De natura em̄
ſimplicis eſt faciliter credere ⁊ ſe libenter aliis con-
formare Res enim que ſunt puriores ⁊ ſimpliciores
ſunt naturaliter cõuertibiliores vtꝫ in aqua pluuiali
Etiam ouis que eſt animal ſimplex faciliter ſequitur
preceſſoreꝫ Sic iſti. quod oſtendit cum dicitur Sicut.
quia iſti faciliter fiunt ſicut alij per imitationem vt
dictum eſt. Unde Philip.ij. Sitis ſine querela ſicut
ſimplices filij dei. ¶ Quarto dico ꝙ iſti habent cõdi
tionis mititudinem. Mite em̄ plane. dulciter ⁊ ſua-
uiter cõuerſantur quod oſtenditur cum dicitur. Ser
pentes Quia. ſ. ſerpentes non currendo nec ſaltando
ſed ſuauiter collabendo incedunt Unde prouerbio.
xj. Iuſtitia ſimplicis diriget viam eius Concorda de
ſerpente ſicut ſupra. ¶ Quinto dico ꝙ iſti habent di
lectionis firmitudineꝫ Simplices enim veraciſſime
⁊ tenaciſſime diligunt quicquid amant quod oſtendi
tur cum dicitur. Et: quod eſt coniunctio copulatiua
vnde Actu.ij. Sumebant cibum cum exultatiõe ⁊ ſim
plicitate. ¶ Sexto dico ꝙ iſti habent intentionis re-
ctitudinem quod oſtenditur cuꝫ dicitur ſimplices. i.
ſine plica. quia. ſ. res recta ſine plicatione nullam ha-
bet plicam. vt de quolibet dicat̃ illud Iob.j. Erat vir
ille ſimplex ⁊ rectus ac timens deum. ¶ Septimo di
co ꝙ iſti habent affectionis promptitudinem qꝛ ſcili
cet ſtatim volunt facere ſicut precipiunt ſuperiores.
Sicut inquit. dicentes illud Non ſicut ego volo ſed ſi
cut tu. Et Ephe.vj. Serui obedite dominis in ſimpli-
citate cordis. ¶ Octauo dico ꝙ iſti habent conuerſa-
tionis pulcritudinem quod oſtenditur cum dr̃ colum
be. que. ſ. in collo pulcerrimas habet pennas. ⁊ que ē
auicula valde ſimplex. ij. Cor. j. In ſimplicitate ⁊ ſin
ceritate conuerſati ſumus in hoc mundo Uide ſupra
A de columba Sufficiat ergo. vide de innocentia.

**Simul.** Cum illa que ſimul habitant. ſolent vt
cõiter ſe magis diligere ⁊ ſe meliꝰ co-
gnoſcere ⁊ inter ſe melius conuenire. patet ꝙ ꝑ iſtud
aduerbium ſimul poteſt intelligi ſocietas ⁊ coniun-
ctio amicicia ⁊ dilectio ſiue bona ſiue mala. Nota er
go ꝙ in ſcriptura inenit̃ quadruplex ſimul ⁊ quadru
plex ſocietas videlicet Simul.
Charitatiue dilectiõis.
Maculatiue coniunctionis.
Superlatiue religionis.
Copulatiue punitionis.
Primũ eſt ſimul hominum perfectorum: quia. ſ. per
fecti habitãt ſimul per charitatẽ. vnde. Gen. xxxiiij
Habitantes ſimul vnum efficiamus populum. Se-
cundum eſt ſimul hominuꝫ peccatorum Mali enim
et peccatores ſimul per malas concordias combi-
nant̃. ⁊ per malarum ſocietatum vinculum inuicem
adunantur. de quo in ps. Simul inutiles facti ſunt.
Tertium eſt ſimul hominum beatorum. beati enim
omnes ſimul habitant in paradiſo. ſicut omnes ſtel-
le ſimul ſunt in firmamento. Unde Eſa.lx. Gloria li-
bani ad te veniet. abies ⁊ pinus. ⁊ buxus ſimul Quar
tum eſt ſimul hominum reproborum. qui. ſ. ſimul in
inferno puniuntur ⁊ ſicut vue in torculari ſimul pre-
muntur vnde in pſal. Simul inſipiens ⁊ ſtultus peri
bunt. Igitur de duobus primis. ſ. de copulatione ⁊ ſo
cietate bonorum ⁊ malorum aliquid dicamus Boni
enim ſimul combinantur. inquantum in vna fide fir-
mantur vno amore ligantur. vni deo famulantur ⁊ in
vna eccl̃ia. religione vel patria commorantur. Oues
enim que ſunt animalia innocentia. Apes que ſunt
animalia fructificantia. Formice que ſunt animalia
prudentia. Cerui qui ſunt animalia valde ſimplicia: ſi
mul conſueuerunt commorari. ⁊ in vno loco pacifice
ſimul conuerſari. Sic proculdubio ⁊ nos ſi innocẽtes
vtiles prudentes ⁊ ſimplices eſſe volumus. ſimul per
charitatem ⁊ cõitatem ⁊ per morum conformitatẽ eſ-
ſe debemus. Iuxta illud ps. Simul in vnum diues et
pauper Ubi aduerte ꝙ vbicunq; de cõi vtilitate agi-
tur vel de concordie vnitate. oportet tria facere. vide-
licet. Perſonaliter conuenire. Cordialiter conſentire
Corporaliter ſubuenire. Primum facit plurium con-
gregatio: Simul. Secundum cordium copulatio. In
vnum. Tertium omnium contributio. diues ⁊ paup.
Iſte em̄ eſt triplex modus quo boni debent eſſe ſimul
Tenendo conformitatem perſonaleꝫ. Habendo con-
corditatem cordialeꝫ Regendo communitatem tem-
poralem. ¶ Igit̃ primo dico. ꝙ nos debemus conue- B
nire ꝑſonalit̃: ſimul inquit. Simul em̄ oportet conue
nire communitatem quando de republica vult tracta
rẽ nũꝙ em̄ negocia publica bene fierent. niſi illi quos
tangit inuicem conuenirent. bonum enim commune
debet preponi priuato Nam etiam ipſi planete ⁊ ſtel
le ſimul omni die ſuper noſtrum emiſperium tranſe-
unt ⁊ non ſibi immo communitati creaturarum pro
uident ⁊ ſuccurrũt Quando etiam planete plures in
vno ſigno conueniunt. tunc opera rerum mirabilia
faciunt. ⁊ effectus mirabiles quos ſeparati non face-
rent introducunt Simul igitur conueniamus. vt vti-
litatem cõem tractemꝰ ⁊ faciamus. Iuxta illud Ioh.
xxj. Erant ſimul petrꝰ ⁊ thomas ⁊ nathanael. Quod
eſt contra multos qui ad colloquia publica conueni-
re nolunt ⁊c. Iſtud etiam ſimul poteſt pertinere ad il
los qui ſunt eiuſdem collegij vel conſilij qui. ſ. non ſo
lum debent eſſe ſimul per communem habitationeꝫ.
immo etiam q̃tum ad morum ⁊ actuum conformita-
tem. Apes. n. que ſimul in eodem alueari morantur.
ſimul laborant ⁊ operantur. ⁊ ſimul in viuendo alte-
ra alteri conformantur Qđ vtiq; eſt contra ſingula-
res qui ſunt in eccleſia vel religiõe qui non ſunt ſimul
cum aliis communiter viuendo. ſed ſunt ſeparati ab
aliis ſingulariter viuendo ⁊ partialiter conuerſando
Et tales proculdubio ſunt hypocrite inter regulares
diuites vero ⁊ ſuperbi inter ſeculares qꝛ ſcilicet iſti de
communitate ⁊ concordia non curant ſed diſcordant
vnde Gen̄. xxxvj. Diuites erant valde et ſimul habi-
tare non poterant. Non ſic. quia nos debemus vt di-
ctum eſt conuenire perſonaliter. Simul inquit. vt de
diuerſis generibus hominum dicatur illud. Eſa. xj.
Uitulus leo ⁊ ouis ſimul morabuntur. Conuenire igi
tur debemus potiſſime religioſi ad ſimul.

| | |
|---|---|
| Laudandum. | Debemus igit̃ ſimul dominuꝫ |
| Tractandum. | laudare. Iob. xxxviij. Cũ me lau |
| Laborandum. | darent ſimul aſtra celi ⁊ iubila |
| Habitandũ. | rent omnes filij dei. ¶ Item ſi- |
| Manducandũ. | mul negocia tractare. Eſa. xlj. |

Simul ad iudiciũ ꝓpinquamus. ¶ Itẽ ſimul laborẽ
tolerare. vnde. ij. Macha. xj. Hortatus eſt ceteros ſi-
mul ſecũ periculum ſubire. ¶ Item ſimul in vnũ ha
bitare. vñ illud predictum Eſa. xj. Uitulus. leo ⁊ ouis
ſimul morabuntur. ¶ Item ſimul adinuiceꝫ mandu
care. vnde Eſa. lxv. Lupus ⁊ agnus paſcentur ſimul.
Dico ergo ꝙ nos debemus conuenire perſonaliter.
¶ Secundo dico ꝙ nos debemus conſentire cordia-
liter. in vnum inquit. Nihil em̄ valerent corpora eſſe
ſimul ſi corda in vnũ non iungerentur. ſicut enim ani
ma ⁊ corpꝰ q̃uis ſint res diuerſe. efficiuntur tñ vnuꝫ
quando ſimul iunguntur. vicꝫ vnus homo: Sic ex no
bis q̃uis diuerſis debet modo fieri vnum per vnita-
tem concordie in negocio quod tractat̃. vt dicatur ꝙ
vnus ſpũs. vna fides erat in eis. Et illud dictũ. Gen̄.
xxxiiij. Simul habitantes vnum efficiamus populũ.



Ayuntamiento de Madrid

Igitur debemus conſentire cordialiter. vide infra de vno. ¶ Tertio oportet ſubuenire generaliter qđ oſtēditur cum dicit. Pauper ⁊ diues. q uia. ſ. ad diuites ⁊ pauperes pertinet contribuere ſm conditionē eu iuſlibet. q2 negocium eſt commune. Iuxta illud prouerb. xxij. Diues ⁊ pauper obuiauerunt ſibi: Inuehe. ſi vis contra diuites qui minus volunt contribuere ꝙ egeni. ⁊ minus ad iſtā ſimultatē venire ⁊c. Non ſic ſimus ſed ſimul ſubuenimus. Iuxta illud Eſa. xlv. Accedite ſimul q2 ſaluati eſtis. Iſtud eſt ergo ſimul in bono
C ¶ In malo vo dico ꝙ ſiľ maloꝝ ꝯcordiā deſignat. Canes em̄ ⁊ lupi ꝗuis nō ſint animalia ſimul gregati naturaliter incedentia. nec ſimul vt cōiter paſcentia vel viuentia. ſed magis inter ſe diſcordantia ⁊ pugnantia. ſimul tamen multotiens conueniunt qſi. ſ. aliquā beſtiam ſimul deuorant aut inuadūt Sic mali ꝗuis inter ſe non habeant concordiā neq; pacem ſimul tñ quandoq; veniunt ad nocendum ⁊ ad diuerſa crimina faciendum. ps Congregati ſunt ⁊ conuenerunt in vnū aduerſus dñm ⁊ aduerſus xpm eius. Nota ꝙ dracones volentes trāſire mare ſimul conueniūt ⁊ deinde per caudas ſe ligant ⁊ inuoluūt ⁊ ſic tutius tranſeunt. vt dicit Pli. Sic iſti etiam Et ideo mali ſolent cōuenire multipliciter. videlicet ad ſimul.

| | |
|---|---|
| Deficiendum. | Iſti em̄ ſolēt ſimul de |
| Decipiendum. | ficere. ps Simul inuti |
| Se deuorandum, | les facti ſunt nō eſt q |
| Alios inuadendum. | faciat bonū. Itē ſolēt |

ſimul decipere. ps. Simul aduerſum te teſtamēta diſpoſuerūt tabernacula ydumeorū ⁊ yſmaelite. Itē ſolent ſimul ſe ledere Unde Eſa. ix. Manaſſes deuorabit effraym ⁊ effraym manaſſen. ſimul ipſi contra iudam. Item ſolent ſimul alios inuadere. Un̄ in ps. Circūdederunt me tota die. circumdederūt me ſimul Iſta igiť de ſimul ſufficiant tā in bono ꝙ in malo. Uide de congregare de concordia de pariter ⁊ de vno.

A **Simulacrum.** Nota ꝙ ſimulachrum dicitur a ſimulo las proco ꝙ ſimulachrum ſeu ydolū res eſt ficta et ſimulata nō exiſtens. neq; propria neq; vera Dico igitur ꝙ p ſimulacra poſſunt intelligi omnia illa que nullam habent veram eſſentiam nec durabilem veritatem. Et ſic dico ꝙ ſignat Uanitatem bonorum terrenorū. Falſitatem hominū deceptoꝝ. Qualitatem vanorū amicorum. Uilitatem diuitiū mūdanorū. ¶ Dico primo ꝙ ſimulacrum ſignat terrenā vanitatem. quia. ſ. bona mundi non ſunt bona quia ſunt quedam bonorū ymagines ⁊ ſimulacra. ps. Simulacra gentiū argentū et aurum. Et Oſee. x. dicitur. Mō iuxta vbertatem terre ſue exuberauerunt ſimulacris. Iſta em̄ ſimulacra hodie adorantur. ⁊ ſicut dij a mundi cupidis reputātur. ps. Confundantur q̄ gloriātur in ſimulacris ſuis. Veruntamen iſta ſunt proijcienda ⁊ a cordibus hominū expellenda Eſa. ij. Proijciet homo ydola argenti ſui ⁊ ſimulacra auri ſui. Significat igitur terrenam vanitatem. ¶ Secundo ſignificat hominū prauitatem. et ſignificat proprie hypocritas qui ſunt ſimulati ⁊ ficti. ⁊ qui ſunt ymagines ⁊ non res. ⁊ qui aliud ſimulant ⁊ aliud cogitāt. Iuxta illud. ij. Regum. xiiij. Lugere te ſimula ⁊ induere veſte lugubri Talia em̄ ſimulacra debent de domo dei que eſt eccleſia proijci ⁊ exinde omnis hypocriſis relegari. ſicut de Manaſſe dicitur. id eſt de bono prelato. ij. Parilip. xxxiij. ꝙ abſtulit deos alienos ⁊ ſimulacra de domo dei. Per ſimulacra etiā intelligunť luxurioſi qui ſciunt ſimulare falſos amores ⁊ dolores vt decipiant mulieres. ⁊ iſti ſunt ſimulacra priapi. Priapus em̄ fuerat quidam magnus ruſticus qui habuit virile membrum valde et exceſſiue magnum. ideo ſicut deus a mulierib9 gentilibus fuit cultus Unde. ij. Paralip. xv. dicitur Mō rex proiecit in luto ſimulacrum priapi. Ad denotandum ꝙ luxurioſi ſunt ſemper lutei ⁊ ſimoſi. Per ſimulacra etiā poſſunt intelligi ignorantes homines qui hodie in eccleſia ꝓ dijs. id eſt loco hominū ſanctoꝝ ſunt poſiti ⁊ exculti. et ibidem ab iniuſtis promotorib9 introducti. Figurati. j. Regum. xix. Ubi inuentum eſt ſimulacrum ſuper lectū dauid. Et nota de illo ſimulacro ſicut ſupra de dea ⁊ inuehe bene contra nepotes prelatorū qui ſunt ſimulacra muta ⁊c. j. Corint. xij. Ad ſimulacra muta ducebamini euntes neſciunt enim nec bene operari nec bene loqui. Zacha. x. Simulacra locuta ſunt inutile. ⁊ tamen iſta ſimulacra oportet adorare ⁊ honorare. ⁊ ipſis per adulationem thurificare Actuū. vij. Obtulerunt hoſtiam ſimulacro Sed procerto de iſtis ſimulacris ⁊ ſimulatis dicit Seneca vnū notabile Nihil inquit quod ſimulacrum ⁊ fictum eſt poteſt eſſe diuturnum. Quia vere tales ficti non diu perſeuerant Unde. Ezechielis. vj. Confringentur ſimulacra veſtra. Quod etiam de hypocritis ⁊ de malis diuitibus ⁊ de falſis amicis videmus. tales em̄ cito deficiunt ⁊ non durant. ij. Paralip. xxxj. Egreſſus omnis iſrael confregit ſimulacra. Igitur dico ꝙ ſimulacra ſignant hominū prauitatē. ¶ Tertio dico ꝙ ſignāt mūdanā charitatē ⁊ mūdanā amicitiā: q2 ſcilicet mundi amici non ſūt veri amici: nec perſeuerantes. ſed ſimulati ⁊ apparentes ⁊ in neceſſitatis tempore deſiſtentes. Et ideo conſulitur bene. j. Iohannis. v. Cuſtodite vos a ſimulacris. ¶ Quarto etiā ſignāt diuitum vilitatem. q2 ſcilicet ſicut diuites mundi ſūt ſimulacra qui ꝗuis non valeant nec bene operentur tamen per proſperitatem pinguntur ⁊ deaurantur ⁊ principaliter ab alijs honorant Oſee. xj. Simulacris ſacrificabāt Sufficit vide ſupra de ydolo.

**Synagoga.** Cum ſynagoga proprie loquēdo nihil aliud ſit ꝙ iudeorū cōgregatio vel eccleſia. Poſſumus breuiter dicere ꝙ p ſynagogam poteſt intelligi omnis congregatio hominum iniquorum de quibus Apoca. ij. Ecce dabo tibi de ſynagoga ſathane qui ſe dicunt iudeos ⁊ nō ſūt ⁊ mentiuntur Et ideo breuiter nota ꝙ ſicut poſſū videre pcurrēdo ſcripturam iſta ſynagoga. i. malorum collectio habet generaliter iſta vitia. ſ. A

Superbie tumorem,
Seuitie furorem,
Malicie liuorem,
Iracundie ſtridorem,
Auaricie ardorem.

De ſuperbia patet. Eccl. iij. vbi dr̄ ꝙ ſynagoge ſuperborum non erit ſanitas. De ſeuicia dicitur Math. x. In ſynagogis ſuis flagellabunt vos. De malicia. i. de hypocriſi dicitur Math. vj. ꝙ hypocrite faciunt elemoſynas ⁊c. De iracundia dicitur Luce. iiij. Repleti ſunt omnes in ſynagoga ira. De auaricia dicit. ps. B
Exarſit ignis in ſynagoga peccatorū. Sufficit

**Sine.** Nota ꝙ iſta dictio ſine eſt prepoſitio conſignificatiua; per ſe em̄ non ſignat. ſed cū alio. Semper autem habet aliquid tollere et priuare ſiue bonum ſiue malum fuerit Et ideo ſm ꝙ ſunt q̄ttuor genera perſonarum ſcilicet viri iuſti viri impij. viri beati. viri damnati. ſm hoc poteſt hec dictio ſine diuerſimode ſignare. ſignat enim quo ad.

Perfectos carentiam viciorum.
Imperfectos carentiam meritorum.
Beatos carentiam tormentorum.
Damnatos carentiam gaudiorum.

Dico enim ꝙ ſunt perfecti ſine criminibus Imperfecti ſine virtutibus. Beati ſine ſupplicijs Damnati ſine ſolatijs. Dico ergo primo ꝙ eſt vnum ſine quod ptinet ad viros perfectos Uiri enim iuſti ſunt ſine vitijs ⁊ ſine alijs que ſuam poſſent impedire ſalutem et ad hoc potes applicare oīa illa q̄ ſupra dicta ſunt de relinquere ⁊ de abſtinere quia ſine illis debemus eſſe. que de neceſſitate ſalutis ſūt relinquēda. vel etiā fugienda Et ideo breuiter nota quod beati. ſunt et debent eſſe Sine.

Luxurie fetore,

Deſidie

Ayuntamiento de Madrid

Inuidie liuoꝛe.
Deſidie toꝛpoꝛe
Triſtitie meroꝛe
Auaricie ardoꝛe.

Dico ergo quod debent eſſe ſine fetoꝛe luxurie: mundi enim ⁊ puri ſunt ⁊ ſicut apes ſine copula. et ſine luxurie macula vitam ducunt. pſalmiſta. Quod ille qui habitabit in tabernaculo tuo.⁊.quieſcet in mōte ſancto tuo. Qui ingreditur ſine macula.et operatur iuſticiaꝫ. Quod bene ſciuit Judas machabeꝰ.de quo dicitur.j. Macha.iiij. Quod ipſe elegit ſacerdotes ſine macula quia.ſ.iſti debent eſſe ſpeculum ſine macula ⁊ ymago bonitatis dei.ſicut dicitur Sapiē.vij. ¶ Jtem debent eſſe ſine coꝛpoꝛe deſidie Exemplo.ſ.ſolis ⁊ celi.qui ſine requie ſemper currunt ⁊ fluunt.vt ſic dicat iuſtus illud ps. Sine iniquitate cucurri ⁊ direxi. Homo enī ſine intermiſſione pꝛecipitur oꝛare.j.ad Thimo.v. Sine toꝛpoꝛe pꝛecipiẗ laboꝛare. Quia ſicut dicitur Jaco.ij. Fides ſine operibus moꝛtua eſt. ¶ Jtem debent eſſe ſine liuoꝛe inuidie exemplo creaturarum irrationabilium.que.ſ.ſine inuidia cōmunicant alijs bona ſua. De quo Sapiē.vij. Sapientiam inquam ſine fictione didici.⁊ ſine inuidia communico. ¶ Jtem debent eſſe ſine meroꝛe triſtitie De quo Eccle.iiij. Declina pauperi aurem tuam ſine triſtitia. ¶ Jtem debent eſſe ſine ardoꝛe auaricie Exemplo arboꝛum que fructus ſuos hominibus in eſtate dimittūt.⁊ ſine fructibus in hyeme perſiſtunt quia.ſ.fructus diuitiaruꝫ alijs debemus dimittere ⁊ ſine eoꝛum affectu in hyeme pꝛeſentis vite viuere ⁊ manere.quia ſicut dicitur Eccleſia.xxxj. Beatus vir qui inuentus eſt ſine macula.⁊ qui poſt auruꝫ non abijt.nec ſperauit in pecunie theſauris. Jſtud eſt ergo ſine.i.carentia que pertinet
B ad viros perfectos. Uide exempla in moꝛali pꝛopꝛietatū in tabula de carcere. ¶ Secundo dico ꝙ eſt vnū ſine qđ pertinet ad viros īperfectos. Et ſic dico quod mali ſunt ſine virtutibus ⁊ gratijs ⁊ ſine rebus pertinentibus ad ſalutem. Quia.ſ.vrſa parit catulum ſuū in ſpecie fruſti carnis ſine pedibus.ſine auribus ſine oculis ſine quibuſuis alijs membꝛis. Sic vere peccatoꝛes qui vrſi diaboli ſunt filij. carent pedibus.id eſt virtute perfectiōis.carēt auribus.id.eſt auditu obedientie ⁊ ſubiectionis.carent oculis.ſ.viſu pꝛudentie ⁊ diſcretionis carent etiam membꝛis moꝛalis perfectionis. Quia breuiter ſicut limax eſt ſine viribus.ſic peccatoꝛ ſine virtutibus. Breuiter igitur nota quod peccatoꝛ eſt.

Sine vigoꝛe.
Sine timoꝛe.
Sine dulcoꝛe.
Sine honoꝛe.
Sine rege.
Sine lege.
Sine auxilio.
Sine conſilio
Sine deuotione.
Sine quietione.
Sine cognitione.
Sine operatione.

Sunt dico ſine vigoꝛe Uñ. Judith.v. Homines ſunt ſine virtute ⁊ ſine pitia artis pugne. Jtē ſūt ſine timoꝛe. ideo dicitur Eccli.j. Qui ſine timoꝛe ē nō poterit iuſtificari. Jtem ſunt ſine dulcoꝛe.ſ.miſericoꝛdie. Sap.xix. Jllis ſine miſericoꝛdia ira ſuperueniet. Jtem ſunt ſine honoꝛe Judith.viij. Humiliabit oēs gentes et faciet illas ſine honoꝛe. Jtē ſunt ſine rege nolūt enī regi nec a ratione nec a deo.nec a bono pꝛelato. Oſee.iij. Longo tempe ſedebūt filij iſrael ſine rege ⁊ ſine pꝛincipe. Jtem ſunt ſine lege nō enī ſequuntur regulam neqꝫ legem.cum tamen dicat Apoſtolus Roma.ij. Qui ſine lege peccauerunt ſine lege peribunt. Jtem ſunt ſine auxilio.non enī habent auxiliū gratie dei. ps. Factꝰ ſuꝫ ſicut homo ſine adiutoꝛio inter moꝛtuos Jtem ſunt ſine conſilio.non enī ſequuntur conſilium ſapientum. cum tamen dicatur Eccleſiaſtici.xxxij. Fili ſine conſilio nihil facias Jtem ſunt ſine deuotiōe. Unde Oſee.ij.dicit.ꝙ filij iſrael ſedebūt ſine ſacrificio.ſine altari ſine ephot ⁊ ſine teraphin. Jtem ſunt ſine quietione hoc eſt dictu ſine pace. Cum tamē dicatur Hebꝛe.xij. Pacem ſequimini cum omnibus ⁊ ſanctimoniā ſine qua nemo videt deum. Jtem ſunt ſine cognitione id eſt ſine lumine fidei et ſcientie. Cum tamē dicatur ad Hebꝛe.xj. Sine fide impoſſibile ē placere deo ⁊c. Jteꝫ ſunt ſine bona operatione.cum tamen dicatur Jaco.ij.ꝙ fides ſine operibus moꝛtua eſt. Et ſic igitur patet ꝙ eſt vnum ſine.id eſt vna carentia que pertinet ad viros.ſ.ad peccatoꝛes. ¶ Tertio dico ꝙ eſt vnuꝫ aliud ſine quod pertinet ad viros beatos quia.ſ.iſti ſunt in patria ſine quocunqꝫ malo dicentes illud. Lu.j. Ut ſine timoꝛe de manu inimicoꝛū noſtroꝛum liberati ſeruiamus illi. ¶ Quarto vero dico quod eſt vnum ſine.quod pertinet ad viros dānatos q2.ſ.iſti ſunt perpetuo ſine omni bono.vñ Ecci.xx. Moꝛs hominū mēdacium ſine honoꝛe hec igitur de ſine gratia collationis ſufficiant.

**Sinere.** Uide vbi de ceſſare.de permittere.de relinquere.⁊ de dimittere.

**Singularis.** Uide vbi de ſingularitate.id eſt de excellentia virtutū.vel de ſingularitate.i.de partialis vite vanitate. Infra de ſolus ⁊ de vnus.⁊ in tabula in locis infinitis.

**Siniſtra.** Cum pars ſiniſtra hominis ſit illa que minus habet de caloꝛe ⁊ de naturali virtute ⁊ vigoꝛe et cum qua homo non bene vt communiter operatur. Quis.ā.in locis ⁊ exēplis pluribus.⁊ potiſſime in titulo de dextera ſint de ea multa dicta. Poſſum tamen notare ꝙ ſiniſtra multipliciter ſignificat in ſcriptura. Significat enim ſiniſtra.
Pꝛoſperitatis ſucceſſum.
Iniquitatis pꝛoceſſum.
Aduerſitatis exceſſum.

Dico pꝛimo ꝙ ſignat ſucceſſuꝫ pꝛoſperitatis. Quia.ſ. in ſcriptura per partē dexteram intelliguntur eterna per partem ſiniſtram intelliguntur terrena Dextera enī mundi pars.ſ.meridionalis eſt clara.calida ⁊ lucida.q2 ibi eſt ſemper ſol perfecte influens et lucens. Mūdi vero ſiniſtra pars.ſ.ſeptentrionalis. ſemp eſt frigida ⁊ obſcura q2.ſ.ſol ad partes illas nunꝙ totaliter ſe conuertit. Sic vere chariſſimi in dextera parte bonoꝛū ſpiritualiū ⁊ eternoꝛū ibi.ſ.ſol iuſticie ſemper lucet.ſemper caloꝛ charitatis feruet.⁊ ſplēdoꝛ veritas fulget. Jn parte vero ſiniſtra pꝛoſperitatis mūdane obſcuritas ignoꝛantie abundat ⁊ frigus indeuotionis viget.ibiqꝫ ſolis xpi pꝛeſentia nunꝙ apparet. De iſta ergo parte duplici dicitur Pꝛouerb.iij. Longitudo dierum in dextera eius ⁊ in ſiniſtra illius diuitie ⁊ gloꝛia. Et ſiniſtram diligunt multi magis ꝙ dextram quia.ſ.multi ſunt q̄ plus amant tempoꝛalia ꝙ eterna.⁊ plus pñt in tempoꝛalibus ꝙ in ſpiritualibꝰ et multi ſunt qui minus valent in parte dextera ꝙ in ſiniſtra Unde de ſtulto dr̄ Eccleſi.x.ꝙ coꝛ ſapientis in dextra eius.⁊ coꝛ ſtulti in ſiniſtra illius. Coꝛ enim ſtulti ⁊ affectio ſemper eſt in ſiniſtra terrenoꝛum. Quis in ipſa non ſit ſatietas animoꝛum.iuxta illud Eſa.ix. Comedet ad ſiniſtram ⁊ non ſaturabitur. Etiam dicitur ꝙ omne animal habet coꝛ in ſiniſtra parte excepto illo monſtro marino quod dicitur Xylion ⁊c. Uidebis multa de iſta materia in oculo moꝛali ſignat igiẗ ſiniſtra ſucceſſum pꝛoſperitatis. ¶ Secundo ſignificat pꝛoceſſum iniquitatis Status enim peccati ſignatur per ſiniſtram. Siniſtra enim minus eſt digna immo etiam ad ſiniſtram ponūtur illa que minus diligūtur Siniſtra etiam dicuntur illa.que mala ⁊ impꝛoba dicūtur. Et de hoc pꝛouer.iiij. Peruerſe vie q̄ a ſiniſtris ſunt. ¶ Tertio dico ꝙ ſignat exceſſum aduerſitatis. Dextera enim quandoqꝫ pꝛoſperitatem ſignat. ſiniſtra vero aduerſitatem.ij.Coꝛ.vj. Per arma iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris.vnde etiam de peccatoꝛibus dr̄. Mat.xxv. Quod chriſtꝰ in iudicio ponet agnos.i.iuſtos



Ayuntamiento de Madrid

a dextris.hedos id eſt peccatores a ſiniſtris ⁊c. Uide
ſupra de dextra ⁊ adiunge plura exempla ſi vis ſicut
ponitur infra de videre quomodo deluditur viſus et
ſic ſufficit.

A **Syon.** Nota ꝙ hyſtorice loquendo ſyon erat q̄-
dam pars ciuitatis hieruſalem vbi erat
caſtrum ⁊ fortaliciuꝫ ciuitatis ⁊ ideo pars illa erat al
tior.⁊ tutior ⁊ mundior ⁊ pulcrior ⁊ ideo quia caſtruꝫ
illud eminebat ciuitati.ita ꝙ per illud poterat tota
ciuitas hieruſalem defendi.ſicut per matrem filia de
fenditur ⁊ tenetur.Hinc eſt ꝙ in pleriſqꝫ ſcripture lo
cis ſyon mater dicitur ⁊ hieruſalem filia nuncupatur
Et inde eſt ꝙ in ps.dicitur ſm aliam tranſlationem.
Mater ſyon dicet homo.⁊ illud Treno.j. Egreſſus ē
a filia ſyon.i.a hieruſalem omnis decor eius.qꝛ.ſ.hie-
ruſalem que erat ciuitas inferior dr filia.⁊ ſyon q̄ erat
pars ciuitatis ſuperior dicitur mater eius Igitur cuꝫ
per ſyon in ſcriptura poſſit intelligi eccleſia militās
eccleſia triumphans.beata virgo et anima ſancta.
Poſſum notare ꝙ in anima inuenitur.

| | |
|---|---|
| Syon inferior. | Prima eſt locus ſaluationis |
| Syon ſuperior. | Secūda eſt locus refectionis. |
| Syon interior. | Tertia eſt locus deuotionis.. |
| Syon exterior. | Quarta eſt locus defenſionis. |

¶ Dico primo ꝙ eſt ſyon inferior que eſt locus ſalua
tionis quia.ſ.in eccleſia ſolummodo inuenitur ſalus
animarum omnes em̄ alie ſecte hominuꝫ ſunt extra
ſalutem preter illos qui ſunt in eccleſia per fidē ⁊ gra
tiam collocati.Syon em̄ erat locus magne fortitudi
nis vbi tutius morabat̃.iuxta illud Eſa.xxvj.Urbs for
titudinis noſtre ſyon. Sic vere eccleſia ē locus in quo
qui bene ſtat per gratiā ⁊ per fidem nō timet aliquem
ſpiritualē impugnatorē.nec aliquem aīe temptatorē.
Ibi em̄ ⁊ non alibi eſt defenſio tuta. Et hoc eſt qđ di-
citur Abdie.In mōte ſyon erit ſaluatio.Compa ſi vis
ſyon.i.regionem eccleſie vel religionis illi inſule hy-
bernie.vbi dum homo fuit nō moritur ⁊ illi vbi corp⁹
nunꝗ̄ putreſcit aut corrumpitur.qꝛ.in iſta ſyon.i.in
religione vel eccleſia ſi quis debite vixerit ⁊ manſerit
nnuꝗ̄ corrūpitur per vitia.nec moritur per ſupplicia
Ideo breuiter de laudibus ⁊ conditionibus iſti⁹ ſyon
ſcilicet de ſtatu religionis vel eccleſie poteſt dici illud
Eſa.xlvij.Dabo in ſyon ſalutem ⁊ in hieruſalem glo-
riam meam.Ubi aduerte ꝙ in iſta ſyon eſt vel debet
eſſe locus valde famoſus ⁊ virtute plenus.ſ.locus Li
beralis collationis.Dabo.Uirtualis cognitionis.in
ſyon que interpretatur ſpecula.Specialis tuitionis.
Salutem.Supernalis coniūctionis.Hieruſalē.Uir
B tualis laudationis.gloriam.¶ Dico igitur ꝙ hec de
bet eſſe locus libere collationis.qꝛ.ſ.ibi debent libere
dari ⁊ conferri beneficia ⁊ libere miniſtrari ſacramē-
ta Dabo:quaſi dicat.do gratis.non do ſi detis.Iuxta
illud Gratis accepiſtis gratis date Mat.x. Th⁹ em̄
quod libere exit de arbore.multo pl⁹ valet ꝗ̄ illud qđ
cum vinculis ferreis per fractionem corticis extorq̄-
tur.Sicut etiam de myrrha dicit Pli.Quia procerto
viri eccleſiaſti debent liberaliter dare ſua beneficia ſi
ue elemoſinas.⁊ non expectare ꝙ precib⁹ vel precijs
extorqueantur vel qđ per ſymoniaꝫ acquirantur.Da
bo inquit.Pſal'.Quis dabit ex ſyon ſalutare iſrael.
Sit igitur ibi locus libere collationis Quod eſt con-
tra multos ⁊c.Inuehe contra auaros.⁊ contra ſymo-
niacos qui non libere dant immo vendūt. ¶ Deinde
dico ꝙ iſte debet eſſe locus limpide cognitionis.Sy-
on inquit.quod interpretatur ſpecula qꝛ ſcilicet i iſta
ſyon debent eſſe homines ſpeculatiui.qꝛ.ſ.viri eccle-
ſiaſtici debēt ſpeculari ⁊ circūſpicere ꝓ ſe ⁊ ꝓ alijs illa
que pertinent ad ſalutem Debent em eſſe ſicut ſpecu
latores in exercitu chriſtiano quia.ſ.aduentū inimico
rum debent preuidere et alijs intimare. Ezech.xxxij.
Fili hominis ſpeculatoreꝫ te dedi domui iſrael.Sed
procerto multi eccleſiaſtici ſic nō faciunt.immo ſunt
ſpeculatores pulcrarum mulierum. Non ſic chariſſi
mi Nota in exercitu apium dicūtur alique eſſe que vi-
ce ſpeculatorū fungūtur.⁊ que pro ſui ⁊ exercitus cu-
ſtodia alijs quieſcentibus vigilare dicūtur.quod etiā
in gruibus dicitur eſſe notum Tales igitur debent eſ-
ſe eccleſiaſtici in exercitu chriſtiano quia.ſ.debent eſſe
vigiles ⁊ ſpeculatiui vt preſeruēt ſe ⁊ alios a nociuis.
ſcꝫ ab inſidijs infernalium proditorū.Quod etiam be
ne deſignāt ⁊ nomen ⁊ locus ſyon.quia.ſ.nomē inter-
pretatur ſpecula.⁊ locus altus ⁊ aptus ad ſpeculādū
⁊ delonge inſultus hoſtium intuenduꝫ. Et hoc quod
videtur ſupponere in ps.vbi dicitur. Circundate ſyō
⁊ complectimini eam.narrate in turribus eius.Nar
rate inquit.ſ.aduentus ⁊ inſidias hoſtium.Eſt igitur
religio vel eccleſia locus limpide cognitionis.Syon
inquit.et hoc potiſſime.quia ibi.debet deus diligi
⁊ cognoſci.pſal.Uidebitur deus deorum in ſyon.De-
niqꝫ dico ꝙ iſte eſt locus ſecure tuitionis.Salutem
inquit quia.ſ.ibi ⁊ non alibi eſt ſalus ⁊ ſecuritas ani-
maruꝫ.Syon em̄ erat pars fortior et tutior ciuitatis.
Ideo dicitur de eccleſia.iiij.Reg.xix.Qđ ſaluator ex-
iet de monte ſyon.vide ſupra de ſalute ⁊ ſalutare.In-
ſuper dico ꝙ iſte eſt locus fraterne quietionis vel con
cordis coniunctionis quod oſtenditur cū dicitur hie-
ruſalem que interpretatur viſio pacis.Quia.ſ.ſicut i
ſuperiori parte aeris nō fiunt tonitrua nec gradines
ſic nec in eccleſia vel religione debent eſſe litigia nec
diſſenſionum turbines.Uide ſupra de hieruſaleꝫ vn
de in ps dicitur.Benedicat tibi dominus ex ſyon et
videas bona hieruſalem omnib⁹ diebus vite tue.Eſt
igitur locus concordis coniunctionis.Etiam dico qđ
iſte eſt locus ſolennis laudationis.Gloriam inquit
meam.Quia.ſ.in iſta ſyon debet eſſe gloria.laus.ho-
nor ⁊ magnificentia dei qꝛ ad literam in latere mon-
tis ſyon dn̄s iugiter laudabatur.ſic debet ⁊ in eccle-
ſia.pſal'Lauda hieruſalem dominum lauda deū tuū
ſyon.Gloriam meam inquit.ps.Diligit domin⁹ por
tas ſyon ſuper omnia tabernacula iacob.Glorioſa di
cta ſunt de te ciuitas dei.Et vere glorioſa fuerunt di-
cta.quia ibi fuit dei gloria collaudata.Iuxta illud ps.
Pſallite domino qui habitat in ſyon.annunciate
inter gētes ſtudia eius.Iſta eſt igitur ciuitas que vt
dictum eſt eſt locus.

| | |
|---|---|
| Letus. | Qđ ipſuꝫ dili- |
| Quietus | gat patet i ps. |
| Tutus. | vbi dr.Diligit |
| Clarus. | dn̄s portas ſy |
| Gratus. | on Qđ ipm eli |
| Et ideo iſtis. | gat pꝫ i ps vbi |
| rationibus iſtum. | dicitur.Elegit |
| locum dicit̃ deus. | dn̄s ſyō ꝙ etiā |
| Diligere. | ipm habitat. |
| Eligere. | pꝫ in ps.vbi di |
| Habitare. | citur Mōs ſy |
| Conſeruare. | on in quo ha- |

bitaſti in eo.ꝙ inſuper ipm conſeruet patet in ps.vbi.
dr.Deus ſaluam faciet ſyon ⁊ edificabūtur ciuitates
iude.¶ Sed adhuc proculdubio ⁊ procerto pn̄s eccle
ſia vel religio non videtur hodie talis ſyon qꝛ procul-
dubio hodie in ea non ſunt predicte quinqꝫ virtutes.
ſed potius loco quinqꝫ virtutum eſt ibi quintuplici-
tas vitiorum.Unde procerto ſicut hodie video.ibi ſūt
hodie iſti ſcilicet.

Superbia tumentes.
Fallacia pallentes.
Pigricia torpentes.
Culturam dei ſpernentes.
Mundi bona vellentes.

Dico ꝙ ibi eſt hodie copia hominum ſuperboꝝ.vn̄.
Eſa.iij.Eleuate ſunt filie ſyon ⁊ ambulauerūt exten-
to collo Et nota ꝙ iſte dicuntur filie ⁊ non filij.ꝓ eo
quia ipſi ſunt quaſi femine effecti.⁊ ꝑ carnalitate ⁊ i
conſtantiam ad femineitatem deducti. ¶ Itē ibi eſt
copia hoīꝫ deceptorū.ſ.hypocritaꝝ.Un̄.Eſa.xxxiij.



Ayuntamiento de Madrid

Conterriti ſunt in ſyon peccatores . poſſedit tremor hypocritas. ¶ Itē eſt ibi copia hominū torpentium ⁊ pigrorū. Vñ Eſa.lij. Solue vincula colli tui captiua filia ſyon. ¶ Item ibi eſt copia hominū dei cultū contemnentium ⁊ laſciuorū quia ſcȝ nec deo dignantur diuinū officium celebrare. Treñ.j. Vie ſyon lugent eo ꝙ non ſit qui veniat ad ſolennitatē. ¶ Item ibi eſt copia hominū crudeliū ⁊ iniquorū. qr.ſ.nō faciunt cōſciētiā acquirere per extorſionē auaricie vel rapine de quo. Mich.iij. Ve qui edificatis ſyon in ſanguinib⁹ ⁊ hierusalem in iniquitate. Non ſic chariſſimi qr ꝓcerto
C ſyon inferior. vt dictū eſt.ſ.eccleſia debet eſſe locus ſaluationis. ⁊ hoc eſt primū principale . ¶ Secundo dico principaliter ꝙ eſt ſyon ſuperior que eſt ſtatus refectionis. ⁊ iſta eſt ciuitas paradiſi vbi eſt ſalus ⁊ refectio beatorum. Iſta eñ eſt ſyon ſuperior.

Vbi apparet dei magnitudo.
Vbi eminet dei celſitudo.
Vbi abundat laudis gratitudo.
Vbi fulget luminis limpitudo.

De magnitudine dr in ps. Deus in ſyon magn⁹. De dei celſitudine dr in ps. Ego cōſtitut⁹ ſum rex ab eo ſuper ſyon montē ſanctū ei⁹ De laudis plenitudine. dr. Eſa.xxxv. Veniet in ſyon cū laudib⁹. De luminis limpitudine dr i ps. Videbit de⁹ deorū i ſyon. Eſt ergo ſyō ſuperior locus refectionis ſeu ꝓmotionis. ¶ Tertio dico ꝙ inuenit ſyon interior que eſt locus deuotionis Et ſic per ſyon intelligit anima ſancta vbi.ſ.deus ſpiritualiter cōmorat. ⁊ que deū mentaliter contemplatur. Iuxta illud Joel.iij. In ſyon dñs commorabitur. Quarto principaliter dico ꝙ eſt ſyon exterior que eſt locus defenſionis Et ſic ꝓcerto dico ꝙ per ſyon intelligitur beata virgo a qua ⁊ in qua omnis homo pōt defendi ⁊ ſaluari qui ad iſtum locū per ſpem voluerit fugere ⁊ ibi per deuotionem morari. Ideo docet in pſalmis. Circumdate ſyon ⁊ complectimini eam. Iſta eſt eñ ſyon ſpūalis in qua deus perſonaliter habitauit. Quā cordialiter illuſtrauit Quā dñs mirabiliter adamauit. ⁊ quā dñs ſpecialiter dedicauit. Beata eſt virgo ⁊ etiam ꝗlibet ſancta ꝑſona ſicut in ſcriptura patet a deo.

| | |
|---|---|
| Spūaliter habitatur. | De⁹ eñ ē iſtius ſyon |
| Cordialiter conſolat. | ſpūaliter habitator. |
| Efficaciter adiuuat. | Joel.iij. Ego dñs de⁹ |
| Supnaliter adamatur. | vr habitans in ſyon. |
| Specialiter dedicatur. | Itē ē iſtius ſyon ami- |
| Virtualiter roboratur. | cabilis cōſolator Eſa. |

lj. Conſolabitur de⁹ ſyon Item eſt iſtius ſyon prōptiſſimus adiuuator. ps. Diligit dñs portas ſyon. Item eſt iſtius ſyon ſupernaliter adamator. zach. viij. zelatus ſum ſyon zelo magno Item eſt illius ſyon ſpecialiſſimus dedicator. ps. Elegit dñs ſyō. Itē ē iſti⁹ ſyō virtualiſſim⁹ roborator. qr ipe dicit.j.Paral.ij. Ponā i ſyō lapidē angularē qr .ſ. deus ſemper adiuuat roborat ⁊ fortificat perſonā ſanctā. ⁊ maxime virginē glorioſam. ⁊ ideo de ipſa dr. Eſa.xxvj. Vrbs fortitudinis noſtre ſyon. ſaluator ponet in ea murus. Iſta igitur ad ſyon pertinent que dicta ſunt ⁊ ſic de ſyon ſufficit ꝙtum ad omnes partes.

A

## Sitis. ſitire.

Cum ſitis nihil aliud ſit ꝙ bibēdi appetitus ex interiori calore cauſatus. Poſſumus notare ꝙ tam in bono ꝙ in malo ſitis diuerſimode ſumitur in ſcriptura . vnde nota ꝙ inuenitur Sitis.

| | |
|---|---|
| Amoris charitatiui. | Prima ſignat deſide |
| Ardoris inflāmatiui. | riū hominū ꝑfecto- |
| Doloris maceratiui. | rū de qua dr in Pſal. |
| Feruoris cōcrematiui. | Sitiuit aīa mea ad |
| Dulcoris delectatiui. | deū fontem viuū Se- |

cunda deſignat deſiderium malignorū de quo in ps. Eſurientes ⁊ ſitientes anima eorum in ipſis defecit. Tertia denotat ſuſpirium et indigentiam miſerorum. de quo Ro.xij. Si eſurierit inimicus tu⁹ ciba illum ſi ſitit potū da illi Quarta denotat ſuppliciū dānatorū: qr pena valde grauis ē ſitis exceſſiua. vñ de anima poteſt dici illud Ezec.ij. Ponam eā quaſi ſolitudinem. ⁊ ſtatuam eam velut terrā inuiam. ⁊ interficiam eam ſiti Quinta vero ſignificat appetitum beatorū. qui ſcȝ quanto plus deum vident. tanto amplius ipſum ſitiunt ⁊ cupiunt. vñ Eccl.xxiiij. Qui edunt me adhuc eſurient. ⁊ qui bibunt me adhuc ſitiēt. De duplici ergo ſiti bona ⁊ mala in genere aliquid ſpecialiter eſt tractandū. ¶ Dicamus ergo ꝙ eſt ſitis beatorum. que eſt virtuoſa. ⁊ iſta eſt proculdubio ſitis illa ꝗ ſancti ſitiunt. deſiderāt ⁊ cupiūt omne bonū. Nota ꝙ onager intantum diligit aquam claram ꝙ licet multum ſitiat nunꝙ vult bibere. dato ꝙ inueniat aquam turbidā. immo ſitim ſuā dicitur tolerare quouſqȝ reperiat aquam puram Quod etiam videtur ſupponere dauid in ps. cum dicitur. Expectabunt onagri in ſiti ſua vide.ſ. de expectare Si vere homo naturaliter ſitiat ⁊ appetat aquam puram.ſ.deum ⁊ bona ſpūalia ⁊ eterna. nunꝙ procerto debet aquā turbidā.ſ.delectabilia bonorū temporalium bibere: nec ex illis ſitum ſui deſiderij refrigerare ſed potius ipſum deum ⁊ bona eterna vſqȝ poſt iſtam vite miſeriam expectare. d. in ps. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuū quando veniam ⁊ apparebo ante faciem dei. Vbi aduerte ꝙ tria ſunt principaliter ſitienda ⁊ toto deſiderio appetenda. vicȝ Stabilitas deſiderij . Fecunditas refrigerij. Nobilitas miniſterij. Primā ſitim prouocat gratia. Sitiuit inquit. a. m. ad deum Secundā ꝓuocat gloria. ad fontem viuum. Tertiā prouocat patria quando veniam ⁊c. Igitur ſitiamus gratie ſocietatem. glorie ſatietatem. patrie ſecuritatem. ¶ Dico B
ergo primo ꝙ nos debemus ſitire dulcem ſocietatem que fit a gratia ad deū inquit. Sponſa eñ deſiderat ad ſponſum ſuū attingere ⁊ ipm amplexari perſonaliter ⁊ tenere. ſic anima debet deum amplexari ꝑ charitatem ⁊ tenere. ⁊ attingere per gratie ſocietatem. ad deū inquit. Ad deū eñ ſignificat dependentiā ad terminum ad quem: Vñ ipe deus dixit Johan.vij. Qui ſitit veniat ad me ⁊ bibat.ſ.aquam vite gratis. Quando eñ homo ſitiens nō pōt inuenire aquā ſolet quādoqȝ tēꝑare ſitim ſuam cū malogranato. vel cū lapide candi in ore poſito quouſqȝ per aquā penitus ſatietur Sic vere qr nos ad preſens non poſſumus attingere ad fontem glorie ſempiterne vbi eſt refrigerij plenitudo neceſſe eſt ꝙ ſitim deſiderij cordis noſtri temperemus cū lapide ⁊ cum malogranato id eſt cū illo qui lapis angularis dicitur. ⁊ qui in ſcriptura malū punicum nuncupatur. Vnde ſcriptura dicit. Sap.xj. Sitierunt ⁊ inuocauerunt te. ⁊ data eſt eis de petra altiſſima aqua ⁊ requies ſitis de lapide duro. ad deū ergo. ps. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarū. ita deſiderat anima mea ad te deus Debemus ergo ſitire dulcem ſocietatē que fit a gratia. ad deum inquit. ¶ Secundo debemus ſitire plenam ſatietatē ꝗ fit a gloria. fontē inquit viuū. Ceru⁹ eñ ſitiens nō bibit in riuulo. immo currit ad fontem vbi ſatiet ad plenum Sic ⁊ nos nō debem⁹ bibere in riuulo bonorū mūdi. quia ibi nō eſt requies ſitis noſtre quia.ſ. de aqua iſta dr Johan.iiij. Qui biberit ex hac aqua ſitiet iterum. quinimo debemus properare ad fontem viuū glorie paradiſi qui ad plenū refrigerat ⁊ ſatiat cor humanū Vnde Johā.iiij. Qui biberit ex aqua quā ego dabo nō ſitiet in eternum. ſed aqua quā dabo illi fiet in eo fōs aque ſalientis in vitam eternam . Vnde breuiter de temperamento iſtius ſitis dicitur Apoca.vij. vbi loquitur de beatis. non eſurient neqȝ ſitient amplius. neqȝ cadet ſuper eos ſol neqȝ vllus eſtus. quoniam agnus qui eſt in medio throni reget eos ⁊ deducet eos ad fōtes aquarum ⁊c. Igitur ſitiamus plenam ſatietatem que fit a gloria. ¶ Tertio dico ſitiamus tutā ſecuritatem que fit in patria. quando inquit veniam ⁊ apparebo ⁊c. Sicut enim peregrinus valde ſitit ⁊ appetit



Ayuntamiento de Madrid

reuenire ad patriam Miles bannitus de curia valde desiderat reuerti ad regis presentiam Mulier repudiata valde cupit redire ad viri gratiam Sic homo qui in Adam de patria paradisi fuit bannit⁹ ⁊ in hoc mundo relegat⁹ ⁊ peregrinat⁹. ⁊ dei regis ⁊ viri sui presentia destitut⁹ valde debet sitire ⁊ appetere ꝙ ibi sit iterum restitut⁹. quando inquit veniam ⁊ apparebo ante faciē domini. Idē faciebat absalon qui bannitus ꝑpter fratricidium dicebat ioab. ij. Reg. xiiij Obsecro ergo vt videam faciem regis. q̄si inq̄t veniā. vñ de isto desiderio ⁊ de ista siti veniendi ad patriā dr̄ Apoc. xxij. Sponsus ⁊ sponsa dicūt veni ⁊ qui sitit veniat. ⁊ qui vult accipiat aquā vite gratis. Sic igit̄ patet quō sitiēda est bonitas beatoꝝ q̄ est virtuosa q̄ꝛ procerto bonoꝝ est sitire bona. j. Coꝛ. iiij. Esurimus ⁊ sitim⁹ ⁊ nudi sum⁹. quia sicut dicitur Math. v. beati qui esuriūt et sitiūt iusticiam q̄m ipsoꝝ est regnū celoꝝ. ¶ Sed adhuc dico ꝙ est sitis maloꝝ q̄ est vitiosa. Mali. eñ semper sitiūt et desiderant mala Situla eñ serpens est quem qui momorderit siti perit Sic diabol⁹ post ꝙ hoiem peccato moꝛtali inuenenauerit facit eū taliter per mala desideria sitire ꝙ eternā moꝛtem solet incurrere et sentire. vt de talibus sic moꝛsis dicatur illud Ezec. xix. Transplantata in desertū in terra inuia ⁊ sitienti. Et ideo nota ꝙ mali sitiunt.

Diuitias ⁊ facultates.
Delicias ⁊ voluptates.
Eminentias ⁊ dignitates.
Violentias ⁊ feritates.

Sitiunt ergo auari facultates diuitiaꝝ Sicut eñ draco animal sitibūdum sitit sanguinē elephantis. q̄ꝛ cognoscit cum esse melancolicū ⁊ frigidū. ꝑpter quod cōtra eū solet pugnare ⁊ sanguinē ei⁹ bibere ⁊ haurire Sic auari sitiunt pauperū sanguinē ⁊ substantiā tpa lem istos eñ impetūt ad terrā id est ad miseriā trahūt. ⁊ eoꝝ diuitias vsuris ⁊ rapinis ebibūt. Et de hoc Job. v. Cuius messem famelicus comedet. ⁊ ip̄m rapiet armatus. ⁊ bibent sitientes diuitias ei⁹. ¶ Item sitiūt luxuriosi voluptatē deliciarū ⁊ de istis dicitur. Esa. l. Cōputrescent pisces sine aqua ⁊ moꝛientur in siti. Nota quō dicūtur pisces sicut supra in titulo suo Pisces eñ nunꝙ videntur posse satiari aqua ip̄aꝫ eñ semꝑ h̄nt intus ⁊ extra. ⁊ sic isti delicias ⁊c. fons eñ deliciarū est fons tantali quia est in aqua vsꝙ ad os: ⁊ tamen nunꝙ satiatur. imo perpetuo est in siti. Job. xxiiij. Calcatis. toꝛcularibus sitiunt. ¶ Item ambitiosi sitiūt vanitatē eminentiarū. Isti ei sūt sicut draco q̄ tāto ardoꝛe sitis vritur. ꝙ totū mare nō pōt eū refrigerare sufficiēter. ⁊ iō sursum volat ad vela nauiū vt refrigeret sitim suā Sic isti nō possunt satiari beneficijs vel officijs ⁊ ideo ad vela nauiū. i. ad alta culmina dignitatū semꝑ nitūtur volare. vt sitim sue ambitionis valeant satiare ⁊ ip̄m vento inanis gloꝛie recreare. vnde de ambiciosis pōt dici illud Esa. liij. Ascēdet quasi radix de terra sitienti. ¶ Itē seditiosi sitiūt feritatē violentiaꝝ. Multi eñ sunt sicut leo semꝑ vindictam ⁊ sanguinē sitientes ⁊ oppressionē hoim appetentes. de q̇bus Esa. xxv. Spūs robustoꝝ sicut turbo impellens parietem: ⁊ sicut estus in siti Et tales potissime sunt nostri moderni nobiles q̄ semꝑ sunt per appetitū rapine sitibūdi. Juxta illud Esa. v. Nobiles interierūt fame multitudo eius siti exaruit. Ista ē igitur quadruplex sitis q̄ inflāmat ⁊ fatigat peccatoꝛes Nam sicut ebriosi sitientes tantū bibūt ꝙ quicquid habent expendūt. Sic peccatoꝛ siti maloꝝ desirioꝝ accensus: bibit ita ad plenū iniquitatem ꝙ ipse perdit gloꝛie ⁊ gratie bonitatē ⁊ paradisi etiā habitationem seu ciuitatem Judith. vij. fatigati siti tradēt ciuitateꝫ suaꝫ. Et sic ergo patet ꝙ ē sitis mala ⁊ vitiosa. ⁊ ē sitis bona ⁊ v̄tuosa Sufficit de siti. vide. s. de fame

## Sobrius. Sobrietas.

Cum sobrietas nihil aliud est ꝙ temperantia Notare possumus breuiter. ꝙ in tribus principaliter sobrietas ⁊ temperantia est habenda Debet enim haberi.

In sensu ne nimium presumamus.
In actu ne nimium effluamus.
In victu ne nimium excedamus.

De sobrietate enim sensus dicit̄. Roma. xij. Nō plus sape ꝙ opoꝛtet sapere sed ad sobrietateꝫ. De sobrietate actus scꝫ operū ⁊ verboꝝ pōt dici Ecci. xxxj. Infirmitas carnis sobriā facit animaꝫ. De sobrietate vero victus cibi scilicet atꝙ pot⁹: potest dici illud Ecci. xxxj. Equa vita hominibus vinū in sobrietate potatū Talem ergo sobrietatem triplicem debent homines habere: ⁊ a cunctis rebus superfluis abstinere Juxta illud. j. Tymo. v. Nos qui diei sumus sobrij simus. Vñ etiā notandū ꝙ s̄m scripturā quinꝙ genera hominum. percipiuntur sobrietatem habere. videlicet.

Prelati vt debite possint principari.
Religiosi vt attēte. possint cōtēplari.
Viri senes vt discrete possint meditari.
Viri iuuenes vt astute possint famulari.
Mulieres vt pudice possint conuersari.

De sobrietate eñ prelatoꝝ dicitur. ij. Tymoth. iiij. Ubi tymotheo episcopo apostolus loquitur sic. Tu vero vigila. in omnibus laboꝛa. opus fac euangeliste. ministerium tuum imple. sobrius esto. De sobrietate religiosoꝝ dicitur. j. Pet. v. fratres sobrij estote ⁊ vigilate. ¶ De sobrietate senū dicit̄ Tytum. ij. Admone senes: vt sobrij sint. ¶ De sobrietate iuuenū dicit̄ similiter Tytū. ij. Juuenes similiter hoꝛtare vt sobrij sint ¶ De sobrietate mulierū dicit̄. j. Tymo. iij. Mō opoꝛtet esse mulieres pudicas. sobrias. ⁊ fideles in oībus vt sic generaliter de omnibus istis dicat̄ illud. j. Pet. j. Sobrij et perfecti sperate in eaꝫ que offertur vobis gratiam. Non allego exempla: nec alīs prosequoꝛ sed vide supra de abstinentia ⁊ de ieiunio. vbi est illa auctoꝛitas ꝑsecuta ministeriū tuum imple. sobri⁹ esto ⁊ sic sufficit.

## Societas. socius.

Nota ꝙ societas ē pluriū personarū cōiuncta cōitas. Est aūt societas bona ⁊ mala. acceptāda ⁊ refutanda. frequentanda ⁊ fugiēda verū q̄ꝛ supra in locis pluribus de societate ⁊ federe est tractatū vt supra de amicicia ⁊ coniunctione ⁊ de congregatione. ⁊ de simul ⁊ de pariter. ⁊ in titulis similibus Ideo de societate in breuiloquio est loquendum maxime quia nomen societatis est rarum in scriptura. nihilomin⁹ tamē inuenitur societas multiplex. vicꝫ societas.

Unita virtuose.
Juncta vitiose.
Stricta doloꝛose.
Vincta dulcoꝛose.

Prima est societas hominum perfectoꝝ que est laudabilis Secunda est societas hominum perfectoꝝum que est hoꝛribilis Tertia est societas hominuꝫ damnatoꝝ que est tristabilis Quarta est societas hominum saluatoꝝ. que est letabilis. ¶ Prima societas ē desideranda. s. societas bonoꝝ ⁊ sociabilitas et affabilitas cum eisdē. de qua dicitur Prouerbi. xviij. Mō vir amabilis ad societatem magis amicus erit ꝙ frater Secunda societas est vituperanda scꝫ societas maloꝝum. de qua Job. xxx. frater fui draconū ⁊ soci⁹ strutionū Tertia societas est consideranda. s. societas reproboꝝum De qua Job. xviij. vbi de dyabolo dicit̄ qō habitent in tabernaculo eius socij eius q̄ nō est scꝫ dyaboli. Quarta societas ē remunerāda. s. societas bonorū vel beatoꝝ. De hoc. ij. Coꝛ. j. Sicut passionū socij estis ita ⁊ cōsolationū eritis. ¶ Igit̄ i genere de bona ⁊ mala societate est aliquid dicendum. Et dicam⁹ de societate bona ꝙ summopere est querenda. Valde ei est vtile homini se bonis socijs iungere ⁊ se bonis hominibus copulare. Cuprum eñ aurum. ⁊ rubeū. si cum nitro liquefactum bulliat ductibile ⁊ clarum efficitur ⁊ a ruboꝛe ⁊ fragilitate aliqualiter immutatur. Sic vere homo

Ayuntamiento de Madrid

vere homo ꝙꝙ ſit per carnalitatē rubeus ⁊ per obſtinationem durus: ⁊ ꝑ impatientiam fragilis ⁊ impurus ſi tamen nitro.i.bonis ⁊ claris perſonis adiungatur.ſolet immutari ⁊ temperari.⁊ a ſuis malis cōditionibus alterari ⁊ in bonis ſi ipſas habeat cōſeruari.Exemplum habemus de ſaul ⁊ ſeruis eius . qui ꝙuis prophetie ſpiritū nō haberēt immo ad ꝑſequendum dauid in malo propoſitio eſſent Dicitˀ tamen.j.Regū.xix.Nō uenietes ad cuneū prophetarū:ceperūt cum eis prophetare: ⁊ conditionem propriā alterare. Unde de ſaul dicitˀ.j.Regū.x.ꝙ mutatus eſt in virum alterū.qñ ſcꝫ venit ad prophetarum cuneū Item de ramo ſilueſtri oliue domeſtice inſerto.i.de malo homine per bonā ſocietatem alterato:dicit aplꝰs Roma.xj.Socius radicis ⁊ pinguedinis oliue factus es quaſi dicat ſicut ſurculus radici vel ſtipiti inſertus participat ipſius radicis influentiam ⁊ virtutem ita qđ ſiccari non permittitur.ſed potius virtute radicis viret.fructificat ⁊ augmentatur.Sic illi qui adiungitur cum bona ſocietate.participat cū ipſius bonitate.ij.Macha.v.Particeps malorū.fiet poſtea ſocius bonorum vt ſic quilibet ſociꝰ dicat illud Apocalˀ.j.Ego iohannes frater veſter ⁊ particeps in tribulatione ⁊ regno.Et poſſumus notare ꝙ illi qui volunt eſſe ſocij debent omnia cōmuniter habere. Et ideo dico ꝙ iſti.

Cōmuniter gratioſe debent conſeruari.
Cōmuniter amoroſe debent amplexari.
Communiter ſerioſe debent coaptari.
Communiter vigoroſe debent fatigari.
Communter gaudio ſe debēt proſperari.
Cōmuniter dico.gratioſe.Johannes.
Cōmuniter amoroſe.frater veſter.
Cōmuniter ſerioſe.Particeps.
Cōmuniter vigoroſe.In tribulatione.
Communiter gaudioſe.⁊ regno.

Dico ergo primo.Nō iſti debēt cōuerſari inuicē gratioſe quia ſcꝫ ſocij tenētur amiciabiliter et ſociabilitˀ ſe habere.qꝛ ſicut dicitur Prouer.xviij.Uir amicabilis ad ſocietatē magis amicus erit ꝙ frater.⁊ hoc oñditur cum dicitur Johānes.qui interpretatˀ in quo eſt gratia.Uide ſupra de Johanne Nō eſt cōtra iſtos qui ī ſocietate ſe nō exhibēt nec amicabiles nec benignos ¶ Secundo dico ꝙ iſti debent copulari inuicem amoroſe.frater inqt frēs eiˀ debēt eſſe.i. fraternaliter ſe diligere.ſicut ⁊ aialia bruta ſocios diligunt ⁊ cognoſcunt.ſicut de bobus ⁊ quis pluribus eſt exptum Uide ſupra de fratre.j.Macha.viij.Quare grauaſti iugum ſuꝑ amicos noſtros ⁊ ſocios iudeos.q.d.illi ſicut ſocij ſunt ⁊ amici Cuius tamen in multis cōtrariū inuenitur.¶ Tertio dico ꝙ iſti debent coaptari inuicem ſerioſe Particeps inquit.Quia vicꝫ ad ſocios pertinet ꝙ ſint eiuſdē ſimilitudinis ⁊ paritatis qꝛ ſcꝫ nō decet ſocios eſſe diuerſi ſtatus ⁊ gradus Unde Ecci.xiij.Ditiori te ne ſocius fueris Et ibidem.Omnis hō ſibi ſimili ſociabitur.particeps inquit. ¶ Quarto dico qđ iſti debent fatigari inuicem vigoroſe. in tribulatione inquit.Quia ſcꝫ illi qui ſunt in vna ſocietate : debent ſimul eſſe in labore ⁊ aduerſitate.quia ſcilicet alij nō debēt viuere ī ſolatio ⁊ alij in labore ⁊ ſuplicio.Quia ſicut dicitur.ij.Cor.j.Si fuerimus ſocij paſſionū:erimus ⁊ cōſolationū. ¶ Quinto dico ꝙ iſti debēt ꝓſperari inuicem gaudioſe.Et regno inquit. Per regnuꝫ eñ ꝓſperitas ītelligitur in qua debent eſſe participes ſocij ſicut participes ī labore Mat.xxv.Percipite paratum vobis regnū.vnde Eccl's.iiij.Melius eſt duos eſſe ſimul ꝙ vnū.habent eñ emolumentum ſocietatis ſue.ſi vnus ceciderit ab altero fulcietur ⁊ ſi ſimul duo dormierint fouebuntur mutuo.Iſta tamen ſūt cōtra multos malos ſocios qui bene volunt cum alijs immo pre alijs gaudere ⁊ tamen cum alijs nolunt laborare volunt ſoli ꝑcipere proſpera.⁊ tamen nolunt ſentire aſpera volunt habere ſocietatis emolumentum. ſed nullum recipere nocumentum De quo dicit augꝰ Nō multi volunt gaudere cum ſanctis.⁊ tribulatiōes mundi nolunt ſuſtinerē cum ipſis.Non ſic:ſed ſm eūdem Si nunc loborabimus ⁊ conregnabimus . Habeamus igitur iſtam quintuplicem conditioneꝫ ⁊ ſic erimus ſocij competentes Et ſic patet ꝙ dictū eſt aliquid de ſocietate bona . Patet ergo ꝙ ſocietas bona debet frequentari qꝛ ſicut videmus aialia domeſtica in ſocietate viuūt.⁊ ſe inuicem diligunt ⁊ cognoſcunt qꝛ ſicut dicitur Iudicū.xviij.Ille populꝰ qui in remotis ſolitariꝰ habitabat.⁊ cum nullo hoīm ſocietatē habebat.fuit a tribu dan depopulatus.⁊ bonis omnibus viduatus.Et breuiter multa mala eueniunt ſolitarijs ⁊ ſingularibus que non eueniūt ſocialibus. Ut breuius concludam.verum eſt verbum Senece dicentis in epl'a Nō nullius boni ſine ſocio iocunda ē poſſeſſio.¶ Sed adhuc dico ꝙ inuenitur ſocietas mala. quia ſunt ſocij.

Litigioſi.
Proditioſi.
Deſidioſi.
Raptores.
Deceptores.

De litigioſis.i.de murmuratoribus ⁊ querulosis.iracundis ⁊ litigioſis dicitur Job.xxx.frater fui draconum ſocius ſtruthionum. De proditioſis qui ſcꝫ tm̄ ſe ſociant homini in ꝓſperitate.⁊ ſtatum ipſum dimittūt in aduerſitate Poeta frōte capillata poſt hec occaſio calua.Et Eccli.v.Eſt amicus ſocius menſe:ſed non permanebit in die neceſſitatis De deſidioſis qui ſcꝫ volūt quieſcere ⁊ ſocietatis onera non ſufficere poteſt dici illud predictum. Iudicum.xviij.ꝙ cum nullo hominum habent quicꝙ ſocietatis ⁊ negocij.De raptoribꝰ poteſt dici illud. Job.xvij.Predam pollicentˀ ſocijs ⁊c. De deceptoribus vero dicitˀ Eſa.j.Nō principes infideles ſocij furum.Sufficiat ergo gratia breuitatis Uide de amicicia.de fraternitate.de coniungere congregare inter pariter ſimul ⁊ alijs.titulis ſimilibus.

**Sol.** Cum eñ ſol ſit principium luminis ⁊ caloris poſſum dicere ꝙ in ſcriptura in bono ſumitur ⁊ in malo. Unde nota ꝙ per ſoleꝫ intelligitur. A
Conditio regis eternalis.
Perfectio viri virtualis.
Combuſtio pene temporalis.
Elatio glorie mundialis

Dico ergo primo ꝙ ſol ſignificat regem eternaleꝫ.ſcꝫ qꝛ ſol dicitˀ quaſi ſolus lucens ꝑ excellentiam.⁊ iſte dicitur ſolus omnipotens Et de hoc dꝛ. Ecci.xxvi.ꝙ ipſe ſicut ſol oriens mundo in altiſſimis.¶ Secundo ſignat virum virtualē.qꝛ ſcꝫ ſol inter ⁊ ſuꝑ oīa corpora eſt ſumme perfectionis ⁊ virtutis.vñ Ecci.xxvij.dicitur ꝙ homo ſanctus in ſapientia manet ſicut ſol. ¶ Tertio ſignat penā tꝑaleꝫ.qꝛ vicꝫ ſol habet cōburere ⁊ deſiccare ⁊ etiam affligere cor humanū.Unde de beatis qui ab iſta pena ſunt liberi:dꝛ. Eſaie.xlix.Nō percutiet eos eſtꝰ ⁊ ſol ⁊ Apoca.vij.Nō cadet ſuꝑ eos ſol neqꝫ vllus eſtus.¶ Quarto dico ꝙ deſignat gloriā mūdialem.qꝛ ſcꝫ ſol ſumme eſt pulcer ⁊ fulgidus.oculorū tamen intuentiū eſt nociuus.ſic ⁊ mundi gloria eſt delectabilis.⁊ ſuis amatoribꝰ nociua ⁊ dānabilis vnde Eccleſiaſtici.xliij.Tripliciter ſol exurens montes excecat oculos Et dicitur tripliciter ꝓpter tria genera bonorum glorie ⁊ proſperitatis mūdane que ſūt delicie:diuitie.⁊ honores.· de duobus autem primis aliquid eſt dicendum . ¶ Dicamus ergo primo de ſole:ꝙ ſignat diuinam conditionem Deus enim ꝙtum ad diuinitatē ⁊ ꝙtum ad humanitateꝫ poteſt dici ſol Quia ſicut ſol habet.

Claritatem q̄ nō obfuſcatˀ.
Celeritatem que retardatˀ.
Caliditatem q̄ nō refrigeratˀ.
Utilitatē que nō impeditur
Nobilitatē que nō percipitˀ.

Sic proculdubio xp̄s habuit claritatē ſapiē tie q̄ predicādo mūdū illuminauit Ecci.xlij.Sol illuminās per oīa reſpexit. ¶ Itē habuit celeritatem potentie qua mundū creauit ꝑs. Fecit ſolē in poteſtatē diei. ¶ Item habuit caliditatē



Ayuntamiento de Madrid

amoris perfecti qua mūdū fouit ⁊ reformauit.j. Re-
gum.xj. Cras erit vobis ſalus cū incaluerit ſol. ¶ Itē
habet ⁊ habuit vtilitatē oīs ſufficientie qua mūdum
ditauit. Eccleſiaſtici.xxvj. Sol oriens mūdo.i.ad oīm
que in mūdo ſunt vtilitatem. ¶ Item habet ⁊ habuit
mobilitatem occulte ⁊ impceptibilis ꝓuidentie qua
mundū gubernauit.qꝛ ſcꝫ ſicut motus ſolis non per-
cipit̄.cum tamē cōſtet ipm valde celeriter moueri.ſic
motus ꝓuidentie nō percipit̄ ꝙuis oīa regendo con-
tinue moueat̄.vnde de ſole dicitur. Eccleſiaſtes.pri-
mo. Quod oritur ſol et occidit ⁊ ſuper circulos ſuos
reuertit̄:girat ad meridiē,et flectitur ad aquilonem
quaſi dicat deus per ſuam prouidentiam vndiqꝫ circu
it ⁊ girat Et ideo breuiter de iſto ſole chriſto ⁊ de eius
conditionibus ⁊ affectibꝰ poteſt exponi illud Joelis.
ij. Sol conuertetur in tenebras.⁊ luna in ſanguinem
vide eam diuiſam ſm alium intellectum in ſermōe.
Reſplenduit facies eius ſicut ſol. Ubi aduerte ꝙ ſi-
cut aliquando inuenitur.

| | |
|---|---|
| Sol velatus. | Sic xp̄s fuit velatꝰ p carnis aſ- |
| Sol eclypſatus. | ſumptionē. Fuit obſcuratus p |
| Sol illuminatus. | mortis afflictionē Fuit illumi- |
| Sol rubricatus. | natus p vite reſumptionē Erit |

rubricatꝰ p iudicij prelationē vel correctione, Iſte eīn
ſunt quattuor reuolutiones iſtius ſolis xp̄i.ſ.natiui-
tas.⁊ mors ⁊ vita.⁊ ſtatus poſt mortem.ſ.reſurrectio
et aſcenſio ⁊ finalis aduentus ad iudicium. ¶ Dico
igitur.ꝙ iſte ſol deſcribitur ꝙtum ad quatuor in his
verbis. Quātū ad aſſumptionē carnalis nature. Quā
tū ad afflictionē mortalis iacture. Quātū ad reſūptio
nem noue veſtiture. Quātū ad correctionē dure pre-
lature. Primū probat vigor immutatus.cōuertet̄. Se
cūdū ſplendor obſcuratꝰ.in tenebras. Tertium fulgor
renouatꝰ.luna. Quartū ardor inflāmatus.in ſanguinē

B ¶ Dico igitur.ꝙ xp̄s ſol iuſticie fuit immutatus aſſu-
mendo carnis naturā cōuertetur Conuerti eīn nihil
aliud eſt ꝙ̄ mutari. Et iō iſti dicit̄ cōuerſus qn̄ in ho-
minē eſt mutatꝰ. Iſta eīn tribuit cōuerſio nō per ſe:
ſed per accidēs.nō ſimplicit̄:ſed ſꝫ qd nō i toto:ſed in
tanto ꝙuis eīn ſol nō mutetur nec cōuertatur forma-
liter aut realiter,mutatur tamen ⁊ cōuertit̄ ſupficia-
liter ⁊ localit̄ qꝛ ſcꝫ qn̄ velat̄ nubibꝰ.tūc mutat̄ i colorꝫ
varietatē.qn̄ vō de oriente in occidentē progreditur
tunc mutat̄ ad locorꝫ diuerſitatem. Sic vere chariſſi
mi:dei filius ꝙuis in ſe ſit immutabilis ⁊ eternus.
Iuxta illud Malach.iij. Ego dominus qui nō mutor
Quādo tamē nubibus.i.puris ⁊ ſanctis carnibꝰ fuit
veſtibus. tunc fuit viſus ſuperficialiter mutatus et
de celo ad terram localiter inclinatus.cōuertet̄.vnde
Act.ij. Dabo prodigia in celo ſurſum:⁊ ſigna in terra
deorſum. Sequit̄.ſol vertetur. Pone ſi vis quō elytro
pia lapis qui interpretat̄ ſolis cōuerſio. facit ſolē cō-
uerti in ſanguineum colorē Applica. Uide ſupra titu-
lo de applicare. Figura quomō ſol tempe Ezechie re-
gis reuerſus eſt in horologio achaz decem lineis vi-
de eam ſupra vbi ſignare vel ſignū. Iſta autē conuerſio
fuit facta i ortu ſolis iſtius id eſt in natiuitate ⁊ incar-
natione dei filij. Sol enim ad litteraꝫ in ortu ſuo ap-
paret alterius coloris ꝙ̄ ſit ſꝫ rei veritateꝫ. Poſſumꝰ
ergo notare ꝙ in iſto ortu facte ſunt mirabiles con-
uerſiones.videlicet,

Humilitas conuertitur in ſublimitatem.
Maternitas conuertitur in virginitatem,
Deformitas conuertitur in formoſitatem,
Diuerſitas conuertitur in concorditatē.

Quō eīn tūc ꝯuerſa in ſublimitatē fuerit humilitas ap
paruit in paſtoribus ⁊ gentilibus.quibus fuit iſta na
tiuitas plus ꝙ̄ magnis hoibꝰ reuelata.cū tn̄ a iudeis
reputarentur viles humiles ⁊ deiecti. Et de hoc dicit̄
Heſter.xj Sol ortus eſt ⁊ hūiles exaltati ſunt. ¶ Iteꝫ
ꝙ tūc i virginitatē cōuertat̄ maternitas.ptꝫ ex hoc qꝛ
virgo ⁊ mater Maria ſimul fuit. Et de hoc.ij. Regū.
xxiij. Lux aurore.i.virginitas marie oriente ſole ma-
ne abſqꝫ nubibꝰ rutilat. ¶ Itē ꝙ in virtutuꝫ formoſi-
tatem conuertatur vitiorū deformitas.ptꝫ in p̄s.vbi
dicitur. A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum ex ſyon ſpecies
decoris eiꝰ. Quō etiā in cōcordiā ꝯuertat̄ diuerſitas.pꝫ
ex hoc ꝙ tūc gentiles ppl̄i ⁊ iudei q̇ ſemp fuerāt con
tra ⁊ diuerſi.in vnitate fidei ſūt cōiuncti.xij.p̄s. Ortꝰ ē
ſol:et congregati ſunt:⁊ in cubilibꝰ ſuis collocabūtur
Ecce ergo quō iſto cōuerſo etiaꝫ alia ſunt conuerſa.cō
uertetur inq̇t Tunc eīn fuit alia claritas ſolis alia lu
ne.alia ſtellaruꝫ.j.Corithios.xv. Uide eam ſupra de
claritate. Patet igitur,quod hic fuit alteratus aſſu-
mendo carnis naturam. ¶ Deinde dico de iſto ſole C
quod hic fuit eclypſatus ſuſtinēdo mortis iacturam
⁊ hoc oſtenditur cum dicitur in tenebras. Sol eīn ꝙ̄-
uis in ſui exiſtentia ſemp ſit clariſſimꝰ in noſtra tamē
apparentia:qn̄qꝫ eclypſat̄ et efficit̄ obſcuriſſimꝰ. Sol
eīn i nouilunio qn̄qꝫ eclypſim patit̄.⁊ in exteriori ap-
parentia obfuſcatur. Sic xp̄s quia ꝙuis ꝙtū ad diui
nitatem ſemper fuit lucidus.per mortē tn̄ factus ē ap
parenter in humanitate eclypſatꝰ.obſcurus ⁊ palli
dus.⁊ in nouilunio.i.in nouitate ⁊ ortu noſtre fidei
mortis tenebris obſcuratus.in tenebris,inquit. Joe-
lis.iij. Sol ⁊ luna obtenebrati ſunt. Sol inquit ⁊ luna
id eſt xp̄s ⁊ fides ſua.qꝛ ſcꝫ tūc verificatū fuit illō. Eze-
chiel.xxxij. Solē nube tegā.⁊ luna nō dabit ſplendorē
ſuū.qꝛ.ſ.qn̄ ſol iſte fuit nube.i.mortis turbine obſcu-
ratus.tunc ſplendor lune.i.fides fuit in diſcipulis oī-
bus excepta. Maria virgine eclypſatꝰ. Mat.xxiij.
Poſt tribulationem dierū illoruꝫ ſol obſcurabitur.
Mors eīn fuit occaſus iſtius ſolis.qui quidē occaſus
ab ipſo ſole fuit precognitus. p̄s. Sol cognouit occa-
ſum ſuū In meridie fuit diſpoſitus. Amos.viij. Occi
det ſol in meridiem Juxta hieruſalē fuit cōpletꝰ. Ju-
dicū.xix. Occubuit ſol iuxta gabaon Ad ſalutem po-
puli fuit cōfectus. Leuiti.xxj. Cū occubuerit ſol mū
datus veſcetur ſanctificatis. Et tandem per ſepulturā
fuit perfectus Thob.ij.vbi de Joſeph pōt dici. ꝙ cū
ſol occubuiſſet abijt ⁊ ſepeliuit eū. Fuit igit̄ eclypſatꝰ
ſuſtinendo mortis.iacturā.in tenebras inquit Quod
etiā bn̄ apparuit in morte ſua:vbi ſol materialis fuit
obſcuratus. in ſignum ꝙ ſol eternalis p mortem fu-
erat eclypſatus. Quod bene figuratum eſt Apocal.ix
vbi dicitur ꝙ,obſcuratus eſt ſol ⁊ aer de fumo putei
abyſſi. Ad denotandū ꝙ fumus. i. inuidia q̄ proceſſit
de puteo abyſſi.i.de cordibus iudeorum fecit ſolē chri
ſtum per mortē obſcurari.⁊ vite lumine ſpoliari. Fuit
igitur vt dictū eſt eclypſatus ſuſtinendo mortis ia-
cturā. ¶ Deinde dico ꝙ iſte ſol fuit renouatus acqui
rendo vite veſtituraꝫ. Et iſtud proculdubio fuit in re
ſurrectiōe:⁊ aſcēſiōe vbi p corpis glorificationē ⁊ p eter
ne p̄lature adeptionem iſte ſol factus eſt lucidꝰ atqꝫ
clarus.ſicut ſol q̇ poſtꝙ̄ fuit ſub nubilo:ad ſuam ta-
men reuertitur claritatē ⁊ hoc oſtenditur cuꝫ dicitur
luna. Quia ſcilicet luna eſt ſtella que de claritate ad
obſcuritatem deducitur et iterum de obſcuritate ad
claritatem reducitur.⁊ de vetuſtate ad nouitatem re
nouatur.ſignans iſtum qui primo per immortalita-
tem erat clarus.tandem factus eſt mortalis ⁊ obſcu-
rus finaliter tamen in reſurrectione ⁊ aſcenſione ad
immortalitatē extitit renouatus ⁊ claritate glie per-
petuo illuſtratus.luna inquit. Un̄ de chriſto dicit de
us pater illud Pſalmiſte. Thronus eius ſicut ſol in
conſpectu meo. ſicut luna perfecta in eternum.⁊ te-
ſtis in celo fidelis.vt etiam poſſimus dicere illud Eſa.
lx. Non occidet amplius vltra ſol tuus ⁊ luna non mi
nuetur Fuit igitur iſte ſol renouatus acquirendo vi-
te veſtiturā. Inſup dico de iſto ſole quod iſte erit inflā
matus exercendo mundi prelaturā. ſcilicet in iudi-
cio vbi ipſe erit rigidus ⁊ ſeuerus quod oſtenditur
cum dicitur in ſanguinem. Quia ſcilicet iſte erit tunc
totus feruidꝰ ⁊ ſanguineus per iuſtitiam ⁊ rigorem.
Sol eīn qn̄ ē in medio orbis.ſ.in puncto meridiei.ſolet
eſſe feruētiſſimꝰ. ſic xp̄s qn̄ in medio celi ⁊ in medio.

terre ſcꝫ in iudicio apparebit ⁊ q̄ſi ſe in valle ioſaphat que eſt in medio mũdi demõſtrabit. vbi ſcꝫ mundũ iudicabit ⁊ mediabit. tunc dico ꝑ rigorẽ iuſtitie erit feruidus. ⁊ condẽnando peccatores ſanguineꝰ ⁊ ſeuerus. Qd̄ bene figuratũ fuit Apoca. xvj. vbi dr̄. ꝙ datũ ꝫ fuit ſoli affligere homines eſtu ⁊ igni. et eſtuauerũt hoĩes eſtu magno ⁊ blaſphemauerũt deum. Sol em̄ feruore ſuo in eſtate quãdo eſt in leone ſolet herbas ſiccare. q̄ tempore veris contigerat reuirere. Sic xp̄s in illo feruore iudicij vir ferus ⁊ leoninꝰ apparebit. pctõres ſiccabit. ⁊ virorem ꝓſperitatis qua in mũdo viruerãt deuaſtabit Jaco. j. Exortꝰ eſt ſol cũ ardore ſuo ⁊ areſecit fenũ ⁊ flos eius decidit. ⁊ decor vultus eius deperijt. Sic igitur patꝫ quõ ſol iſte ſignat diuinã conditionẽ. quod eſt primũ principale. ¶ Secũdo ꝑcipaliter dico. quod ſol deſignat virtualẽ perfectionẽ. Et ſic dico
D ꝙ per ſolẽ põt intelligi homo iuſtus qui ad modũ ſolis hꝫ calefacere per caritatẽ. habet illuminare ꝑ doctrine veritatem ⁊ per exẽplorum bonitatem ⁊ honeſtatem. Sol em̄ nunꝙ̄ perdit lumen ſuũ. ſic nec iuſtus gratiã. Et breuiter ſicut ſol perſeuerat ſemꝑ infra ambitum celi. ſic iuſti ſemper manẽt per gratiã infra ambitum eccleſie ſponſe dei. Juxta illud Joſue. x. Stetit ſol in medio celi. Ubi aduerte ꝙ ſol hꝫ quatuor conditiones. quas debent habere generaliter viri iuſti. Sol eſt perpetuus. ſtetit. Sol eſt perſpicuꝰ vel aſſiduꝰ. ſol ideſt ſolus lucẽs. Sol eſt planetarũ medius vel perarduus in medio. Sol eſt elemẽtis altius. celi. Sic vere iuſti debẽt habere.

Longitudinem in duratione. ſtetit.
Limpitudinem in cognitione. ſol.
Rectitudinẽ in intẽtione. in medio.
Celſitudinẽ in affectione. celi.

Igitur dico. ꝙ iuſtus dꝫ habere durationis longitudinem ſtetit inquit. Sol em̄ perpetuo manet in eadem qualitate. nunꝙ̄ enim amittit proprie eſſentie quantitatem nec proprij luminis claritatẽ. nec ſui motus cõtinuitatem. Sic vere nec vir iuſtus lumẽ gratie ꝑdit: ſed per diligentiam ſemꝑ currit. ⁊ ꝑ perſeuerẽtiam in in bono ſemꝑ manet ⁊ exiſtit. vnde Eſaie. lx. Nõ occidet vltra ſol tuus. ſtetit inq̄t. j. Paral. iiij. Jn domo iuramenti ſtare fecit ſolẽ ſuum. Qd̄ tamẽ eſt cõtra multos: nõ ſoli ſed lune cõparandos. qui ꝗuis aliquando habeant ꝑſeuerantie ſtabilitatẽ non habẽt tamẽ durabilem. imo ſtatim vertũtur ad deſiſtẽtie mobilitateꝫ. Juxta illud Eccli. xxvij. Hõ ſanctus in iuſtitia manet vt ſol. ſtultus aũt vt luna mutaꝛ. Nõ ſic iuſtus chariſſimi. qꝛ ſemper vt dictũ eſt: eſt durationis longitudinẽ faciens. Juxta illud Joſue. x. c. Sol contra gabaon ne mouearis. ¶ Item iſte debꝫ habere cognitionis limpitudinem ſol inq̄t. qꝛ ſcꝫ quaſi ſolꝰ lucens. Solꝰ dico ſcꝫ per excellentiam. Quia ꝓcerto ſicut ſol lucet interius ⁊ exteriꝰ. intantũ etiã ꝙ lux ipſiꝰ illuminat totũ mundũ. Sic iuſtꝰ lucet interiꝰ ꝑ diſcretionẽ ⁊ ſapiam et per fidei veritatẽ ⁊ ſciẽtiaꝫ exteriꝰ aũt lucet ꝑ honeſtam apparẽtiam. ⁊ ꝑ bonorũ exẽplorum redũdantiaꝫ Et ideo ꝗtum ad primũ: ipſe illuminat alios docẽdo ⁊ predicando. Et ꝗtũ ad ſecundũ. exẽplũ vite ꝓbendo ⁊ oſtendẽdo. j. Mac. vj. Refulſit ſol in clypeos aureos ⁊ ereos ⁊ reſplẽduerũt mõtes ab eis Eccli. xvij. Quid lucidius ſole ⁊ hic ſupra ſolẽ. Iſta tñ ſunt contra multos qui ſcꝫ nec diſcretione ne cõuerſatione ſunt ſplendentes. Sicut em̄ lune interpoſitio obſcurat ſolẽ ⁊ eũ facit eclypſari nubiũ etiã oppoſitio ipm̄ aut totaliter impedit aut alterius coloris oſtendit. Sic ⁊ vos chariſſimi. nubes carnalis humiditatis. et luna fluxibilis et mutabilis proſperitatis. facit multos turbidos ⁊ obſcuros ⁊ lumine ſcientie ⁊ honeſte apparẽtie denudatos Apocal. vj. Sol factus eſt niger ſicut ſaccus cilicinus. Non ſic: ſꝫ habeat homo iuſtus cognitionis limpitudinem. ſol inquit. ¶ Tertio dico ꝙ iuſtus dꝫ habere intẽtionis rectitudinẽ. qđ oſtẽdiꝛ cũ dicitꝛ. in medio. Medium em̄ rectitudinẽ deſignat qꝛ illud qđ medium eſt nõ declinat ad dexteram nec ad ſiniſtrã. Sol etiam in medio planetarũ diciꝛ eſſe ſitus. Et ideo dicitur ꝙ iſte alios planetas in ſuis modulationibus concordare facit ſicut corda media inſtrumẽti Sic ⁊ vos chariſſimi viri iuſti vel iuſtus: et maxime iuſtus prelatus debet medium et iuſtitie tenere rectitudinem: et in medio aliorꝫ per iuſtitiã incederere. ⁊ alios ſicut mediator ad cõcordiã reducere ⁊ ipos in pace ⁊ cõcordia retinere. Et ſic talis dicetur ſol iuſtitie a deo datꝰ ⁊ ordinatus ad iuſtũ regimẽ aliorũ p̄s. Juſtitia eiꝰ ſicut ſol in conſpectu meo ⁊ Malach. iiij. c. Timẽtibus nomẽ meũ orietur ſol iuſtitie. in medio inq̄t vnde Johan. xx. diciꝛ. Quod ſtetit ieſus in medio ⁊ dixit diſcipulis ſuis. pax vobis ⁊c. Uide ſuꝑ de medio. Habeat igitur homo iuſtus rectitudinẽ intẽtionis. ¶ Itẽ iuſtus debꝫ habere celſitudinẽ affectionis. celi. Qꝛ ſicut ſol ſemper ſurſuꝫ perſiſtit. nunꝙ̄ ⁊ vo ad terrã peruenit et deſcendit. Sic iuſtus ſemꝑ dꝫ mẽtaliter in celo morari ⁊ nunꝙ̄ in terra ſeu terrenis mẽtaliter cõuerſari. di. Phyl. iij. Conuerſatio noſtra in celis eſt. Et Eccli. xxvj. Sol oriens mũdo in altiſſimis dei. Sic ergo pꝫ quõ ſol ſignificat viruꝫ iuſtũ per dictas quatuor rationes. Et propter hoc videtur ꝙ iuſtus vel perfectus poteſt cõparari vel figurari in illo filio hominis qui tenebat ſeptem ſtellas in dextera ſua: et ambulabat in medio ſeptẽ cãdelabrorũ cuius facies erat ſicut ſol in regno patris eorũ. Patet igiꝛ. ꝙ ſol ſignificat viri iuſti perfectionẽ. ¶ Sed adhuc poteſt dici ꝙ ſol ſignificat virtutũ conditionẽ. Sol enim Inquantũ feruet ſignificat caritatẽ. Jnquantũ ſplendet ſignat fidei ⁊ ſciẽtie claritatẽ. Jnquantũ continue ſe mouet ſignat diligentie ſedulitatem. Jnquantũ lumẽ ſeu omnibꝰ exhibet ſignat largitatem. Jnquantũ in medio permanet ſignat equitatẽ. Jnquantũ ſurſuꝫ reſidet ſignat contẽplationis ſublimitatem. Quia ſol ideſt diuina gratia eſt iſte ſol. qui. E

Per caritatem feruet.
Per fidei claritatem ſplendet.
Per diligentiaꝫ currit.
Per pietatem influit.
Per iuſtitiã medium tenet.
Per ꝯtemplationẽ ſurſuꝫ reſidet.

Qđ ferueat ꝑ caritatẽ. pꝫ Jaco. j. Exortus eſt ſol cũ ardore. ¶ Itẽ ꝙ ſplẽdeat ꝑ veritateꝫ patet. ij. Macha. j. vbi diciꝛ. ꝙ ſol refulſit qui prius erat in nubilo. Multi tamẽ dicũt illud Sap. v. Sol intelligẽtie nõ eſt ortus nobis. ¶ Item ꝙ per diligẽtiã ſe moueat: patet. Naum. iij. Ortus eſt ſol ⁊ auolauerũt. Et Eccli. xlviij. Retroceſſit ſol ⁊ addidit regi vitam. ¶ Item ꝙ per pietatẽ alios foueat: patet in p̄s. Ortꝰ eſt ſol ⁊ ꝯgregati ſunt. ſupple pauperes ad elemoſynã accipiendã ¶ Item quod per iuſticiã mediũ teneat. patet Joſue. x. Stetit ſol in medio celi. ¶ Item ꝙ ſurſum per contemplationem reſideat. pꝫ Eccli. xxvj. Sol oriẽs mundo in altiſſimis dei. Uel etiã poſſunt iſte conditiones competere viro iuſto qꝛ. ſ. vir iuſtus.

Feruet per charitatem.
Splendet per honeſtatem.
Se mouet per ſedulitatem.
Alios mouet per pietatem.
Jn medio eſt per paupertatem.
Jn celo manet per contẽplationis ſublimitatẽ ⁊c.

Cõcorda ſicut in ꝓcedẽti de ſole. Sufficit. Uide quaſi in titulis infinitis.

**Solẽnitas** Cũ ſolẽnitates fuerit iſtitute ad deũ laudãdũ collaudãdũ ⁊ honorãdũ. poſſũ tñ dicere: ꝙ ſolẽnitas ſumiꝛ i bono ⁊ i malo. vñ nota. ꝙ inuenitur quadruplex ſolennitas in ſacra ſciptura. ſ. A

| | |
|---|---|
| Interior. | Solẽnitas iterior eſt ꝯmẽdãda. |
| Exterior | Solẽnitas exterior eſt celebranda |
| Superior. | Solennitas ſuperior eſt affectanda. |
| Inferior | Solennitas inferior eſt deteſtanda. |

Ayuntamiento de Madrid

Dico primo, ꝙ eſt ſolēnitas interior, que dꝫ cōmenda
dari. Et iſta eſt ſolēnitas ſpiritualis quā faciunt vir-
tutes in corde viri iuſti. vbi fides inuitat ceteras ⁊ illu
minat. deuotio eſt ſacerdos. honeſtas eſt ſacriſta. qui
altaria ornat. oro vero eſt ſacriſta qui campanilia tan
git ⁊ pulſat. Et de hoc dicitur in ps. Buccinate in neo
menia tuba in inſigni die ſolēnitatis veſtre. gratiarū
actio tenet librū que cantat ⁊ laudat. ¶ Secūdo dico
ꝙ eſt ſolēnitas exterior que dꝫ celebrari. Et iſta eſt ſo-
lennitas ſanctorū. iij. Reg. viij. Conuenit vniuerſus iſ
rael ad ſalomonē i die ſolēni. ¶ Tertio dico ꝙ eſt ſolē
nitas ſuperior que debꝫ affectari. Et iſta eſt ſolēnitas
beatorum. De qua. ij. Paral. xxx. Cōgregatiq; ſunt in
hieruſalē multi vt facerēt ibi ſolēnitatem azimorum.
¶ Quarta eſt ſolēnitas inferior que dꝫ deteſtari. Et
iſta eſt ſolēnitas. gaudium ⁊ iocūditas mundanorum
De qua. Eſaie. j. Solēnitates vr̄as odiuit anima mea
Vide de feſto ſupra de celebritate.

A **Sollicitus. Sollicitudo.** Nota ꝙ ſolli
citudo idē eſt ꝙ diligētia ſeu cura. Unde poſſum⁹ no
tare breuiter. ꝙ in ſacra ſcriptura inuenitur.
Sollicitudo naturalis. Prima ē mortaliū vniuerſor
Sollicitudo virtualis. Scd̃a ē mortaliū virtuoſorum
Sollicitudo crialis. Tertia ē mortaliū vitioſorū.
Dico ergo primo ꝙ eſt quedā ſollicitudo q̄ eſt natura
lis. Et iſta eſt illa qua nos ſumus naturaliter ſolliciti
et attenti de cōuerſatione vite de euaſione pene. de ci
borum prouiſione. ⁊ de morborū curatione. qḋ etiam
nō ſolū hoīes: ſed etiā aīal'a faciūt ⁊ procurāt. De iſta
dicit. j. Corin. xij. Pro ſe inuicē ſollicita ſunt membra.
Et Math. vj. Craſtina dies ſollicita erit ſibi ipſi. Iſta
tñ ſollicitudo reprobat in viris pfectis q2 ipos retra-
hit ne ſolliciti ſint de his q̄ pertinent ad ſalutē. Puer
enim pro quo pater ⁊ mater continue cogitant: non dꝫ
eſſe ſollicitus quid induat ſeu manducet. ſatis eñ pa
rentes curabūt. ⁊ vlterius q2 cura pueri nō ſufficeret
nec valeret. Sed pro certo nec hō ⁊ maxime vir pfect⁹
debꝫ eſſe nimis ſollicitus de pdictis. Habꝫ eñ patrē
in celis qui cogitat ⁊ prouidet ſuper iſtis. Luc. xij. No
lite ſolliciti eſſe anime veſtre quid manducetis. Et ſe-
quitur. Pater eñ veſter ſcit ꝙ his oībus indigetis.
Et ideo ſicut pulli auiū nūꝙ ſollicitant querere cibū
ſed ſolum ſollicitātur clamare ad patrē ⁊ ad matrem
qui ſolliciti ſunt pro ipſis. Sic nec viri perfecti debēt
ſolliciti neceſſaria querere. ſꝫ in deo ſperare ⁊ ad ipm
recurrere ⁊ clamare. Iuxta illud. j. Petri. v. Omē ſol-
licitudinē veſtrā proijciētes in eū qm ipſi cura ē de vo
B bis. Iſta eſt ergo ſollicitudo naturalis. ¶ Scd̃o dico.
ꝙ eſt ſollicitudo virtualis. Et iſta eſt illa q̄ ſancti ⁊ iu
ſti ſunt ſolliciti de ptinētib⁹ ad ſalutē. Exēplo creatu-
rarū q̄ ſollicite ſunt. ⁊ in cōtinuo motu ⁊ exercitio. de
exequēdo officiū qḋ ſibi datū eſt a natura ſicut patet.
In celo ſollicite currente.
In ſole ſollicite illuminante.
In aqua cōtinue fluente ⁊ refrigerante.
Et ſic de alijs. Exēplo etiam boni ſeruitoris. qui valde
eſt ſolicitus ⁊ attētus ꝙ magiſtro ſuo bñ ſeruiat ⁊ pla
ceat. Exemplo canis qui in multitudine hoīm ſequēs
dn̄m ſuū valde ſollicite attendit ne ipſum perdat. Pro
certo chariſſimi iuſti debent eſſe ſolliciti facere offi
cia ſua ſibi iniūcta. Ioſue. xxij. Eſtote ſolliciti vt cuſto
diatis cūcta que ſcripta ſunt. et facere deo ⁊ magiſtro
aut dn̄o ſuo ſeruicia debita ⁊ honeſta vnde Mich. vj.
dicitur. Indicabo tibi homo quid ſit bonū ⁊ quid dn̄s
a te requirat vtiq; facere iudiciū miſericordiā ⁊ iuſti-
ciam. ⁊ ſollicite ambulare cum deo tuo. Vide eam ſu-
pra poſitam ⁊ diuiſam in titulo de bonitate. Unde no
ta ꝙ debemus eſſe ſolliciti de multis videlicꝫ.
De faciendo orationem.
De exhibendo compaſſionem.
De conſeruādo pacis coniūctionem
De gubernando ſumptā plationem.
Simus igitur ſolliciti pro alijs orare. Iuxta illud col.
iiij. Salutat vos epaphras ſemp ſollicit⁹ pro vobis in
orationib⁹. Itē ſimus ſolliciti alios adiuuare. Iuxta
illud. j. Corinth. xij. Pro ſe inuicē ſollicita ſunt mēbra
Item ſimus ſolliciti federa conſeruare. Eph. iiij. Sol
liciti ſeruare vnitatē in vinculo pacis. Itē ſimus ſolli
citi ſumpta officia gubernare Rom. xij. Qui preeſt in
ſollicitudine ⁊c. Iſta eſt igitur ſollicitudo virtualis.
¶ Tertio dico ꝙ eſt ſollicitudo criminalis. et iſta eſt C
illa qua pctōres ſunt ſolliciti ⁊ attenti de rebus nō per
tinentibus ad ſalutem. ſ. de diuitijs. ⁊ delicijs ⁊ hono
ribus acquirendis ⁊c. Contra illud Phyl. iiij. Nihil
ſolliciti ſitis: ſꝫ orationes veſtre innoteſcāt apud deum
Pueri eñ ⁊ fatui magis ſolliciti ſunt de rebus inuti-
libus ꝙ̄ de vtilibus. Non eñ ceſſant pueri opera pue
rilia facere. ⁊ circa illa ſollicite vigilare. in quibus ni
nihil proficiūt: ſed ſeipos maculāt ⁊ inficiūt. ſic pecca
tores. Unde nota ꝙ iſti ſunt ſolliciti.
De carnis voluptatibus.
De mundi facultatibus.
De negociorum magiſtratibus.
Solliciti ſunt de carnis voluptatibus. Luc. viij. A ſol
licitudinibus ⁊ voluptatibus vite eūtes ſuffocantur.
Itē de mūdi facultatibus. de qua. Mat. xiij. Sollicitu
do ſeculi ⁊ fallacia diuitiarū ſuffocant verbum. Item
de mūdi dignitatib⁹. de qua Luce. xij. Nolite ſolliciti
eſſe anime veſtre. Et ſequit. Nolite in ſublime extolli
Itē de negociorū miniſtrationib⁹. De hoc dictum eſt.
Luc. x. Martha ſollicita es ⁊ turbaris erga plurima.
vnde etiā de figulo dicit Eccli. xxxviij. In ſollicitudine
poſitus eſt propter opus. Sic igitur patꝫ quō triplex
inuenitur generaliter in ſacra ſcriptura ſollicitudo vi
de in libro de oculo ⁊ attentione oculi. Vide ergo ſu-
pra de exercitio et in alijs ſimilibus.

**Solium.** Nota ꝙ ſoliū ꝓprie dicitur vel eſt A
ſedes ſeu thron⁹ regalis vel iudicia-
rie maieſtatis. Et poſſumus breuiter notare. ꝙ in ſcriptu
ra inuenitur multiplex ſolium. videlicet.
Soliū eternū. Primū eſt ſoliū diuine maieſtatis.
Soliū internū. Scd̃m eſt ſoliū mentalis volūtatis.
Soliū ſupernū. Tertiū eſt ſoliū ſumme felicitatis.
Soliū externū. Quartū ē ſoliū mūdane autoritatis.
Solium eternum debet venerari.
Solium internum debet preparari.
Solium ſupernum debet affectari.
Solium externum debet refutari.
In ſolio maieſtatis ſedet deus eternaliter. Eſaie. vj.
Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum. et
plena erat omnis terra maieſtate eius. ¶ In ſolio vo
luntatis ſedet deus ſpiritualiter vnde de anima ſan-
cta dicitur Hieremie. iij. Uocabitur hieruſalem ſo-
lium domini. ¶ In ſolio felicitatis ſedent ſancti ſu-
pernaliter: vnde de deo dicitur Job. xxxvj. Quod re-
ges in ſolio collocat. quia ſcilicet ibi quilibet beatus
eſt rex. ¶ In ſolio vero autoritatis ſedent prelati vir-
tualiter et etiam tyranni criminaliter. vt de bono iu-
dice vel prelato dicatur illud Prouerbio. xx. Rex qui
ſedet in ſolio iudicij diſſipat omne malū intuitu ſuo
Quia ſicut dicitur Prouerbiorum. xvj. Iuſtitia firma
bitur ſolium. ¶ De malo vero iudice vel tyranno di-
citur illud. Amos. vj. Ue qui opulenti eſtis in ſyon.
Sequitur. Qui ſeparati eſtis in diem malam. et ap-
propinquatis ſolio iniquitatis. qui dormitis ⁊c. ¶ So
lium maieſtatis eſt adorandum vt dicamus deo illud
Eſaie. lxiij. Uide de habitaculo ſancto tuo et ſolio glo
rie tue. ¶ Solium voluntatis eſt preparandum.
Eſaie. xvj. Preparabitur in miſericordia ſolium eius
¶ Solium felicitatis eſt affectandum. Job. xxiij.
Quis mihi det vt videam et vt cognoſcam illum et
veniam vſq; ad ſolium eius. ¶ Solium autorita-
tis mundane eſt refutandum. Jone. tertio.
Surrexit

Ayuntamiento de Madrid

Surrexit rex de ſolio ſuo ⁊ abiecit veſtes ⁊c. vide ſupra de ſede ſedere. ⁊ infra de throno Sufficit ⁊c.

A **Solus.** Cũ ſolus dicaẜ iſte qui nec alij eſt aſſociatus vel cõiunctus. Poſſumꝰ dicere ꝙ aliqñ ſolitudo ſumiẜ in bono. aliqñ etiã in malo inuenitur. Significat enim quãdoqꝫ.

Dei ſublimitatẽ inattingibileꝫ.
Juſti ſanctitatem incomparabilem
Imperij prauitatem inenarrabilem.
Pauperis contẽptibilitatem miſerabilẽ.
Damnatorũ aduerſitatẽ ineſtimabilẽ.

Deus eñ diciẜ ſolꝰ qui ſuperat in omĩ qualitate. Unde. ij. Machab. j. Deus creator terribilis: omĩpotens ſolus: iuſtus: ⁊ ſolus preſtãs. Juſtꝰ diciẜ ſolus. qꝛ ſe ſeparat a mũdi cõitate. Hiere. xv. Solꝰ ſedebã quoniaꝫ amaritudine repleſti me. Peccator diciẜ ſolus qꝛ caret dei ſocietate. Eccleſ. iiij. Ue ſoli qꝛ ſi ceciderit non eſt qui ſubleuet eũ. Pauper diciẜ ſolꝰ: qꝛ caret amicorum fertilitate. Eſaie. lxiij. Torcular calcaui ſolus ⁊c Dãnatus ṽo diciẜ ſolus: qꝛ caret ⁊ ſanctorũ amore et caritate: ⁊ totiꝰ auxilij ſecuritate Leui. xiij. c. Quicũqꝫ maculatus fuerit lepra ſolꝰ habitabit extra caſtra. Dicamus ergo breuiter. ꝙ eſt ſolitudo pertinens.

Ad deitatem.
Ad ſanctitatẽ.
Ad prauitatẽ.

Primo igitur dico ꝙ eſt ſolitudo pertinẽs ad deitatẽ. qꝛ. ſ. deꝰ dꝛ ſolus per excellentiã ſicut ſol dicitur ſolus lucẽs. Solus eñ eſt qꝛ nullũ habet parẽ in diuinitate. nullũ equalẽ i maieſtate: nullũ ſociũ in bonitate. Excellit eñ intantũ oĩe qḋ eſt. qḋ nihil ad eius perfectionẽ attingit. ⁊ ideo ſolꝰ ꝑmanet ⁊ exiſtit ps. Tu es deus ſolus. Iſte eñ eſt ſicut fenix q̃ eſt auis ſola ⁊ vnica in natura. et ideo res ſi habeẜ ſola. in ſuo genere plus diligiẜ ꝙ̃ ſi multiplex habereẜ. Uñ etiam ſi ſolus habeẜ oculus. diligẽtius cõſeruaẜ. ſi ſolus filiꝰ habeẜ. melius adamaẜ: ſi ſolus etiã dñs habeẜ. meliꝰ ſeruitur ⁊ honoraẜ. Hinc eſt ꝙ cũ iſte ſit ſolꝰ deus. dico ꝙ debemꝰ ipm ſumme diligere. diligenter ſeruare ⁊ ei hũiliter ſeruire. Luc. iiij. Dñm deũ tuũ adorabis ⁊ illi ſoli ſeruies. Una eñ vxor ſola vni viro coniũgitur ⁊ ſi pluribꝰ nupſerit adultera eſſe iudicaẜ. Sic ṽe anima que ſoli deo debꝫ coniungi per fideꝫ ⁊ amorem Ideo bene diciẜ. j. Tymo. j. Regi ſeculorũ inuiſibili ſoli deo ⁊c. Et poſſumus notare ꝙ deus diciẜ ſolus ꝗ̃tũ ad multa. quia ſcilicet ſolus

In potentie fortitudine.
In clementie plenitudine.
In ſcientie limpitudine.
In bonitatis ſanctitudine.
In equitatis rectitudine.
In dignitatis celſitudine.
In eternitatis longitudine.

Dico ergo ꝙ iſte ſolus poteſt pctã dimittere. Luce. v. Quis põt peccata dimittere niſi ſolus deꝰ. Solus etiã põt mirabilia facere. ps. Qui facit mirabilia ſolꝰ. Solus inſuꝑ põt ſaluare ⁊ eripere. j. Reg. x. Solꝰ deꝰ ſaluauit nos de vniuerſis tribulationibꝰ. Itẽ dico ꝙ ſolꝰ habꝫ clemẽtie plenitudinem. vnde Apõc. xv. Quis nõ timebit te dñe ⁊ magnificabit? qꝛ tu ſolus pius. Itẽ dico ꝙ habꝫ ſciẽtie limpitudinẽ. vñ. iij. Reg. viij. Tu noſti ſolus corda filiorũ hoĩm. Itẽ hꝫ ſolꝰ bonitatis ſanctitudinẽ vñ Mar. x. Nemo bonꝰ niſi ſolꝰ deus. Item ſolus habꝫ equitatis rectitudinẽ. ps. Memorabor iuſtitie tue ſolius. Et illud Eccli. xviij. Deus ſolꝰ iuſtificabitur. Itẽ ſolus hꝫ dignitatis celſitudineꝫ. vñ in ps. Tu ſolꝰ altiſſimꝰ ſuꝑ omnẽ terrã. Uide cã ſupra de altitudine. Itẽ dico. ꝙ ſolꝰ hꝫ eternitatis longitudineꝫ. qꝛ ſicut diciẜ. j. Tymo. vj. Solꝰ hꝫ imortalitatẽ ⁊ luceꝫ
B inhabitat inacceſſibilẽ. ¶ Scḋo dico ꝙ eſt quedã ſolitudo ꝑtinens ad vite ſanctitatẽ. Et iſta eſt illa qua viri iuſti ⁊ ſancti ſoli qñqꝫ viuere volunt a mũdi negocijs. necnõ a tumultibus ⁊ ſolatijs ⁊ a vanis hoĩm ꝯſortijs fugere: ⁊ ſoli deo vacare ⁊ a cunctis abſtinere. ſicut ad literam fecerũt heremite ⁊ alij ꝙ̃plurimi viri ſancti. Nam ſicut aues nobiles nõ ſolẽt ſocietates hoĩm frequentare: ſed ſolũ in locis ſecretis ⁊ remotis nidificare ⁊ habitare. Sic viri ſancti tumultus et plauſus nõ requirũt: ſed ſoli in mẽtis ſecreto xpo viuere ſpvolũt Uñ etiã vox de celo lapſa legiẜ dixiſſe beato anthonio Si vis ſaluari fuge hoĩes. Uñ etiã ſanctꝰ vir dauid dicebat in ps. Ecce ego elõgaui fugiens ⁊ manſi in ſolitudine. Et ideo hieremias de ſeipſo dicit Hierem. xv. Solus ſedebaꝫ quoniã amaritudine repleſti me. Ubi aduerte ꝙ talis ſolitudo.

Pacis tranquillitatẽ ſolet generare
Culpe peruerſitatẽ ſolet deplorare.
Morũ fecunditatẽ ſolet ampliare.
Notat pacis tranquillitatẽ ſedebam.
Culpe peruerſitatẽ. amaritudine
Morum fecunditatẽ. repleſti me.

Eſt igiẜ talis ſolitudo pacis ⁊ tranquillitatis generatiua quod oſtẽditur cũ diciẜ. ſedebã Sedere eñ quietem ⁊ tranquillitatẽ deſignat. vñ illud Eſa. lij. Cõſurge: ſede hieruſalẽ: induere veſtimentis glorie tue. Ille eñ qui ſolꝰ eſt nõ hꝫ qui eũ moleſtet. ⁊ ideo q̃ vite ſolitudinẽ querũt: in pace ⁊ trãquillitate vitã tranſigunt. Trenox. iij. Sedebit ſolitariꝰ ⁊ tacebit: qm̃ leuauit ſe ſupra ſe. Tales potiſſime debẽt eſſe boni religioſi qui ſoli habitare voluerũt. i. ſoli viuere elegerũt ⁊ a mundi tumultibꝰ receſſerũt ⁊ etiã ſoli ſine ſuijpſius multiplicatiõe per carnis copulam viuere decreuerũt. De iſtis eñ videtur loqui. Job. iij. ſm ꝙ exponit Grego. vbi dicit. Quare data eſt miſero lux ⁊c. Sequiẜ. Nunc eñ dormiẽs ſilerem ⁊ ſomno meo requieſcerẽ cũ regibus ⁊ conſulibus terre. qui edificãt ſibi ſolitudines. q̃ poſſidẽt aurũ. ⁊ replẽt domos ſuas argẽto. Iſti eñ reges ⁊ cõſules q̃ ſeipſos bñ regũt. ⁊ ſibi de ſalute ꝯſulũt inꝗ̃tũ vite ſolitudinẽ edificãt ⁊ eligũt. abũdant in auro ſapie. ⁊ in argẽto eloquẽtie. ſedebam ergo. Quãuis hodie de multis dicat plãgẽdo. Hieremias illud Treno. j. Quõ ſedet ſola ciuitas ⁊c. Nõ ſic ergo. ſꝫ dico qḋ iſta ſolitudo dꝫ eſſe pacis ⁊ trãquillitatis generatiua. ¶ Deinde dico ꝙ dꝫ eſſe culpe ⁊ ꝑuerſitatis deploratiua. amaritudine inꝗt Solitudo. n. amica eſt merorибꝰ vñ illi ſoli ſedere ꝯſueuerũt q̃ plorare vł plãgere decreuerũt. iuxta illḋ Eſa. xxxv. Sciſſe ſunt aque in deſerto ⁊ torrẽtes in ſolitudine. Sic ṽe illi q̃ in tali ſolitudine perſiſtũt pctã ꝑterita plãgũt. Exẽplo turturis q̃ amiſſa ſocia ſꝑ ſola incedit ⁊ cõtinue plorat ⁊ gemit. Sic illi qui ſociã ſuã. i. grãm vel caritatẽ ꝑdiderũt. debẽt ſoli incedere ⁊ ſocietatẽ perditã deplorare. amaritudine inquit Eſa. xxij. Recedite: amare flebo nolite incũbere vt cõſolemini me ſuꝑ vaſtitate filie ppli mei. Unde etiã quilibet penitẽs põt dicere illud ps. Similis factus ſum pellicano. ⁊c. Et ſequitur. Et factus ſuꝫ ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Pellicanus eñ eſt auis valde ſicca ⁊ macra q̃ ſemꝑ in ſolitudine moraẜ. Nocticorax aũt eſt auis q̃ nocte in domibꝰ deſertis vlulare et plangere cõſueuit. Paſſer etiã ſolitariꝰ cũ alijs auibꝰ non ꝯſueuit volare: ſꝫ in domo ſolus ſine alijs habitare. Ad denotãdũ ꝙ illi qui ſolitudinẽ frequẽtant pnĩe debẽt eſſe per abſtinẽtiaꝫ ſicci. debẽt ꝑ ꝯpunctione plãgere ⁊ aliorũ ꝯſortia fugere ⁊ vitare. dicentes illud. qḋ in ꝑſona hieruſalẽ diciẜ. Eſa. xlix. Ego ſterilis ⁊ nõ pariens. trãſmigrata ⁊ captiua. ego deſtituta ⁊ ſola. Eſt igitur iſta ſolitudo oĩs iniꝗtatis deploratiua. ¶ Deniqꝫ dico ꝙ iſta ſolitudo eſt mox fecunditatis ampliatiua repleſti me inquit. Solitudo enim ⁊ deſertum ꝙ̃uis non abundant granis ⁊ frugibus. abundant tamẽ herbis ⁊ floribus. Arbores enim que due vel plures in vna radice naſcuntur. minus proficere dinoſcuntur. illa vero que alijs ſubtractis ſola remanet: creſcit amplius ⁊ ingroſſatur. Etiã ſi ſolus oculus homini remanet: virtus viſiua in eo fortificatur. Sic vere chariſſimi. illi q̃ ſoli ⁊ ſolitarij eſſe volũt. ꝗuis granis ⁊ fructibus bonorũ tꝑaliũ ſunt pauꝑiores virtutũ tñ fructibꝰ ſunt vt cõiter pleniores. Tales enim ſolẽt virtutibus

Ayuntamiento de Madrid

augmētari gratijs ⁊ meritis ampliari.repleſti me in quit pſalm̄.Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea.vnde de diuerſis virtutū floribus ⁊ fructibus que in ſolitudine abūdant:dicitur Eſa.xlj.Dabo i ſolitudinem cedrū:⁊ pinū ⁊ mirtū ⁊ lignū oliue. abietē quoq; et vlmū ⁊ buxū ſimul.vide eam alibi ⁊ expone ſi cut ibi expoſita eſt quo te tabula remittit.Et nota qđ illi qui ſolitarie volūtviuere:vel in ſolitudine religio nis ⁊ pnie remanere.debēt habere has virtutes.vic;.
Celſitudinem contemplationis.
Amplitudinem circūſpectionis
Magnitudinem tribulationis.
Plenitudinem conſolationis
Gratitudinem exultationis.
Rectitudinem iuriſditionis.
Acritudinem correctionis.
Dulcedinem refectionis.
Querelam orationis.
Tutelam habitationis.
Dico ꝙ in iſta ſolitudine debet eſſe ſublimitas contē platiōis vt ſic dicat quilibet talis ſolitarius illud.Ecclēſia.xxiiij.Gyrum celi circuiui ſola. ¶ Itē ibi debꝫ eſſe circumſpecta viſio vt dicatur illud Danie.x.Uidi ego Daniel ſolus viſionē.¶ Itē ibi debet eſſe laboris fatigatio.quia ſicut dicit Eſa.xxviij.Sola vexatio dabit intellectū.¶ Itē ibi dꝫ eſſe diuina cōſolatio Exod. xvj.Reſpexerūt ad ſolitudinē.⁊ ecce gloria dñi apparuit in nube.¶ Itē ibi dꝫ eſſe exultatio laudantiū dominum.Eſa.xxxv.Exultabit ſolitudo ⁊ florebit ſicut liliū.¶ Itē ibi dꝫ eſſe iuſtiſſima iuriſditio. Eſa.xxxij. Habitabit in ſolitudine iudicium.Et Eſa.xl.Rectas facite in ſolitudine ſemitas dei noſtri.¶ Itē ibi debet eſſe acerrima caſtigatio.Math.xviij.Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te et ipſum ſolum. ¶ Itē ibi debet eſſe dulciſſima refectio.ſ.corporis xp̄i Marci.viij.Quis poterit multitudinē hanc panibus ſaturare in ſolitudine.¶ Itē ibi debet eſſe feruentiſſima oratio ſeu ſupplicatio.De qua Math.xiiij.Aſcē dit in montem ſolus orare.¶ Item ibi debꝫ eſſe tutiſſima habitatio.vnde in pſ.Elongaui fugiens et māſi in ſolitudine.Et Job.xxxix.cap.Onagro dedi in ſolitudine domū.Et ſic igitur de tali ſolitudine ⁊ de eius conditionibus poteſt dici illud Eſaie.lj.Ponet deſertum quaſi delitias ⁊ ſolitudinem quaſi ortum domini
Patet ergo ꝙ talis ſolitudo eſt.
Morum fecunditatis ampliatiua.
Pacis ⁊ tranquillitatis generatiua.
Culpe et peruerſitatis deploratiua.
Et ſi vis potes inuehere contra ſolitudinē religionis quā filij iſrael ſolitudinē vt irent in terrā pmiſſionis intrauerunt.ꝙ ibi diuerſis cladib⁹ perierūt.⁊ pone ſi vis ⁊ applica pericula.Iſta eſt igit ſolitudo pertinens ad vite ſanctitatē.¶ Tertio principaliter dico. ꝙ in
C ſcriptura inuenit ſolitudo ptinēs ad morū prauitatē Et ſic pculdubio dico ꝙ ille dicit ſol⁹ qui a dei ⁊ ſanctorū ſocietate per peccatū eſt ſegregat⁹ ⁊ qui ab alio rum cōi vita ⁊ caritate p ſingularitatē ⁊ odiū eſt diſtinctus.Et ſic dico ꝙ ſolitudo ſemp in malum deſignat. Eſt eīm cōtraria ſocietati caritati ⁊ largitati.Iſte enī tres virtutes.ſ.ſocietas.caritas ⁊ largitas.nūꝙ volūt eſſe ſole.Et ideo poſſum⁹ dicere ꝙ talis ſolitudo eſt vitioſa ⁊ cunctis ſanctis hoībus odioſa.Teſte eīm auicē na.Hō perfectiſſimus animaliū nō pōt viuere ſolus. formice ꝟo ⁊ apes in hoc ſibi ꝯueniūt prout dicit Sic viri ſancti qui ſunt hoīes.i.rationales p ſagacitatem qui ſunt formice.i.diligētes per ſedulitatem. qui ſunt apes.i.mel elemoſynarū propinantes p pietatē. tales dico nunꝙ volunt per peccatū ⁊ partialitatē ſoli viuere ſed magis ſemp volūt per gratiā ⁊ ſocietatē ſimul atq; cōiter permanere.Audiūt eīm ꝙ illi ſoli a deo maledicuntur ⁊ a ſanctis hoībus cōtemnūtur.Eccleſ.iiij. Ue inquit ſoli dicit ſalomō quia ſi ceciderit nō eſt qui ſubleuet eum ⁊ ſi dormierint duo ſimul mutuo fouebuntur:vnus quomodo caleſiet . Et tñ multi ſunt qui ſolitarij eſſe volūt ⁊ qui dei et bonorū ſocietatē fugiūt et contemnūt.Et tales reprehēduntur.j.Reg.xxj. vbi dicitur.Quare tu ſolus ⁊ null⁹ tecū eſt.q.d.male ſtas Et poſſumus notare ꝙ ſola eſſe dicuntur tria genera peccatorū.vic;.Caritate carentes. Uanitate tumētes Parcitate rigētes.¶ Soli ſunt qui carēt xp̄i caritate tales eīm poſſunt dici ſoli.ſicut vidua q̄ ſola poſt virū remanet.Sicut orphan⁹ q̄ ſine parte reſidet.Sicut pupillus q̄ ſine tutore ſol⁹ ſe regere neſcit. Sicut ouis q̄ ſola a grege remāſit.deuiās patri luporū ſolet cedere. Et ideo de aīa peccatrice pōt dici illud Tren.j. Quō ſedet ſola ciuitas ⁊c.Uide ſi vis ſupra ⁊ applica totū reſiduum illius capi ad aīam peccatricē. Sicut eīm palma femella nō pōt fructificare ſola ſine maſculo. quinimmo vult ſemp habere ſociā Sic aīa ſine gratia dei. Niſi eīm deū habeat ſociū.nullū bonorū operum profert fructū.Et ſicut mulier cōcipere nō pōt nec parere ſine viro.Sic nec aīa pōt bonū facere ſine deo.Et ideo anima peccatrix pōt dicere illud Eſaie.xlix.Ego ſterilis ⁊ nō pariens ⁊c.Sequit ego deſtituta ſola.Iſta eſt ergo ſolitudo peccati.in qua ſolet homo.
Faciliter errare. Et ſ. in ſolitudine nō ſunt vie
Faciliter perire. nec ibi eſt q̄ doceat iter ⁊ etiā
Faciliter timere. ſol⁹ homo faciliter errat ouis etiā ſi ſola eſt audiēs tonitruū ſolet abhorrere. ſolus etiā homo faciliter ſolet timere. Sic ꝟe in ſolitudine ideſt in ſtatu peccati ſolet faciliter hō errare pſ. Errauerunt in ſolitudine ⁊ inaquoſo ⁊c. Itē ibidē faciliter periculū incurritur.ij.cor.xj.Periculū in ſolitudine Itē faciliter ibidē timet. Judicū.vij.Si ſol⁹ ire formidas deſcendat tecum phara puer tu⁹. Iſti igitur ſunt ſoli qui carēt xp̄i caritate.¶ Soli ſunt etiā illi qui tument pōpe vanitate.Et iſti ſunt qui gloriantur in ſingularitatib⁹.⁊ qui volūt ſoli videri ⁊ honorari.⁊ p ſupbie vanitatē ⁊ vite ſingularitatē a cunctis alijs ſegregari ⁊ ſocietatē hoīꝫ dedignari.Iſti ſunt ſicut popul⁹ terre qui dicit ſeros.de quo dicit Solin⁹.ꝙ ita eſt popul⁹ ſingularis ꝙ cū nullo mortaliū aliorū hꝫ ſocietatem.aſpernātur eīm oēs alias natiōes reputātes ſe cūctis hoībus ſanctiores.Uñ dicit ꝙ qñ mercatores delōge veniūt ad eorū fines.ipos nō dignātur videre imo oportꝫ ꝙ mercatores in certo loco pcia reponant.Illi ꝟo de terra illa nocte veniētes aſſumptis pcijs.ſmiva lorē in loco eodē merces collocāt quas mercatores in craſtino inuenientes abſq; hoc ꝙ hoīes videāt ſecum portāt.Tales ſunt pculdubio hoīes ſingulares. ſolitarij ⁊ ſupbi q̄.ſ.nulli⁹ ſocietatē ſectant. ſꝫ aliorū merita deteſtant ⁊ ſoli apparere vel aliqđ ſoli facere gloriātur.Sicut ad l̄ram in religione ptꝫ de ypocritis ⁊ parcialib⁹ infinitis.Talibus loquit.Job.xij.vbi dr̄.Ergo vos eſtis ſoli homines ⁊ vobiſcū moriet ſapiētia. Tales eīm ſunt fatui.qz pcerto magis valet ſocietas ꝙ ꝑtialitas.Sola eīm corda in inſtrumento nihil pficit:q̄ tamen cū alijs poſita dulcē facit melodiā.Sol⁹ miles hoſtibus nō ꝑualet.qui cōiunct⁹ alijs ipos terret. Solus carbo faciliter extinguitur. qui tñ vnitus cū alijs conſeruat.Et breuiter verum eſt qđ dicit Sene.Quod omnia mala docuit ſolitudo .Quia ſicut dicit ſcriptura de populo lachis qui cū nullo hominū habebat ſocietatē.⁊ ideo nullo ferēte pſidium a tribu dan extitit interfect⁹.ſicut dicit.Judic.xviij.Unde de tali b⁹ videtur loqui ſcriptura de monibus.d. Hiere.xlix. Aſcendite ad gentē quietā ⁊ habitantē cōfidenter.non oſtia non vectes ſunt eis ſoli habitant. Daniel.etiam.xiij. dicitur.quod Suſanna erat in pomerio ſola. quando ſenum impudicorum falſo ſuccubuit teſtimonio ſi ſola non fuiſſet nunꝙ ſenum maliciam incurriſſet.Et ſi vis potes dicere quod tales volunt eſſe ſoli ⁊ ſingulares.ſicut bos qui ſolus dicitur herbam retrocedendo carpere.Sicut crocodillus.qui ſolus ſuperiorem maxillā dicit mouere.Sicut ceruus qui ſolus cornua ſua dicitur mutare. Sicut camel⁹ qui ſolus dr̄ inter alia animalia

Ayuntamiento de Madrid

animalia caleſcere. ¶ Tales enim ſolitudines ꝛ ſingu-
laritates quas cõitas aliorũ nõ facit placẽt talibus. Ꝙ
nus illa que magis ſunt ſingularia: nõ ſunt magis vti
lia. vt cõiter dicentes illud. Deut. xxxij. Uidete ꝙ ego
ſim ſol⁹ ꝛ nõ ſit ali⁹ de⁹ preter me ꝛc. Dico ergo ꝙ ſoli
eſſe volũt: vt dictũ eſt illi qui tumẽt pompe vanitates
¶ Deniqꝫ ſoli eſſe volũt illi qui rigent dura parcitate
ſicut auari. Soli enĩ volunt viuere et eſſe in patria. vt
ſoli habeãt omĩa lucra. vt patet de vſurarijs. Soli enĩ
volunt eſſe in domo ſua. nullum enĩ aliũ volunt inue-
nire. cui bona ſua oporteat erogare. Similes cani qui
ſolus cõſueuit os rodere. ꝛ non niſi violenter alijs ali
quid dimittere. d. illud. Eccli. xi. Inueni requiẽ mihi.
manducabo de bonis meis ſolus. Iuxta illud. prouer.
v. Habeto eas ſol⁹. ſ. diuitias. ꝛ nõ ſint alieni partici-
pes tui. Iſta eſt ergo triplex mala ſolitudo. ſ. parcita-
tis. vanitatis. iniquitatis que pertinent ad morũ pra-
D uitatem. ¶ Sed ſi vis adhuc dicere de ſolitudine inꝗ-
tum ſignificat terram deſertam. inuiam ꝛ inaquoſaꝫ.
que ab hominibus nõ frequẽtatur. ſed a ſolis auibus
et animalibus habitatur. Potes notare ꝙ in ſcriptu
ra inuenitur ſolitudo.

Superior que eſt virtuoſa.
Interior que eſt vitioſa
Exterior que eſt periculoſa.
Inferior que eſt tempeſtuoſa

Prima ſolitudo eſt ſtatus perfectorum ſciliꝫ religio
que eſt in multis ſterilis et aſpera. ꝛ tamen in multis
dulcis ꝛ proſpera. Et ideo iſta a viris pfectis habitaĩ
ꝛ ab ipſis libenti animo frequẽtatur. Iuxta illud Hie
re. ij. Curſor leuis explicans vias ſuas: onager aſſuet⁹
in ſolitudine. Et ſi vis dilatare expone oĩa que ſupra
ſunt expoſita vbi agitur de ſolitudine que pertinẽt ad
vite ſanctitatem: ꝛ precipue illa que ponuntur in ſecũ
do membro. ¶ Secũda eſt ſolitudo peccatorũ quia. ſ.
peccator non eſt niſi ſolitudo carẽs virtutum floribus
et fructibus meritorũ. De qua Hieremi. xxij. Ciuita-
tes iuda dabo in ſolitudinẽ. ¶ Tertia eſt ſolitudo ſta
tus mũdanorũ Mũdus enĩ ſolitudo dr̃ q2 nullũ bonũ
ibi creſcere cõprobatur et q2 a beſtijs ꝛ pctõribus ha
bitatur. De quo Soph. ij. Ponet ſpecioſam in ſolitu
dine. Et Ezech. xxvi. Collocabo te in terrã nouiſſimã
ſicut ſolitudines veteres. ¶ Quarta vero eſt ſolitudo
ſtatus damnatorũ. quibus dicitur. Nũeri. xiiij. In ſo
litudine hac iacebũt cadauera noſtra. Iſta ẽ enĩ ſolitu
do valde aſpera. vbi eſt carẽtia oĩs boni. De qua Nu-
meri. xxi. Cur eduxiſti nos de egypto vt moreremur in
ſolitudine ꝛc. Uide ſupra de deſerto. Et ſi vis dic de ſo
litudine mũdi. ꝙ iſta eſt ſolitudo per quam filij iſrael
ad terraꝫ promiſſionis ambulare decreuerunt vbi ta-
men plurimi perierunt. nec terram quam queſierant
intrauerunt. Ibi enĩ inuenerunt.

Ignem deuorãtem. Nũeri. xvij.
Terram abſorbẽteꝫ. Nũeri. xvj.
Serpẽteꝫ mordẽteꝫ. Nũeri. xxj.
Plebẽ rebellãtem. Nũeri. xx.
Ibi etiã dereliquerũt deũ.
Uitulum adorãdo.
Carnes deſiderãdo
Contra moyſen murmurãdo
Moabitidas adamando

Itẽ alij adorãt vi
tulũ. i. diaboluꝫ
eidẽ ſeruiẽdo et
ſuperbiã ſectãdo
Alij carnes deſi-
derãt gulã laute
paſcẽdo. Alij cõ-
tra alios murmu
rant diſcordiã ſu
ſcitãdo. Alij mulieres alienigenas amãt luxuriaꝫ fre
quentando In quibus notatur. ꝙ in ſolitudine mũdi
huius per peccatum perẽut hoĩes multis modis.

Alios enĩ deuorat ignis p iracũdiam.
Alios mordent ſerpẽtes per detractionẽ.
Alios turbãt rebellãtes per tribulatiõem
Alios trahit mũdus p cõdemnationeꝫ.

Iſtis enĩ de cauſis ꝛ pluribus alijs perẽut hoĩes in ſo
litudine huius mundi ita quod impediunĩ ab introi
tu glorie paradiſi. Iuxta illud ſupradictũ. Errauerũt
in ſolitudine in inaquoſo ꝛc. Hec igitur de ſolitudine
ſufficiãt Uide ſuperi⁹ de deſerto in litera. D.

## Soluere.

Notã ꝙ ſoluere accipiĩ pro redde-
re ſeu ſatiſfacere accipiĩ. etiã pro de B
legare vel dirũpere. Accipiĩ etiã pro liquefacere ſeu li
queſieri. Et ſic dico. ꝙ eſt vnum ſoluere ſatiſfactionis
Eſaie. xix. Uota vouebũt dño ꝛ ſoluẽt. Itẽ eſt vnũ ſol-
uere liquefactionis ſeu relaxatiõis. ij. Pet. iij. ca. Ele
menta ꝑ calore ſoluẽtur. Itẽ eſt vnũ ſoluere delegatio
nis ſeu expeditiõis de quo dr̃ in ps. Dñs ſoluit cõpedi
tos ꝛc. De iſto igitur genere ſolutiõis inꝗtũ dicit mi
hi expeditionẽ delegationem ſeu ligamenti apertio
nem poſſumus notare quod multiplex vinculum eſt
ſoluendum ſcilicet vinculum.

Scelerum criminalium.
Onerum temporalium.
Federum corporalium.

Soluẽduꝫ eſt ergo primo vinculũ ſceleris criminalis.
Peccata enĩ ſunt quedam vincula que ita hoĩem per
malam cõſuetudinem ligant: ꝙ vix poteſt inde libera
ri. In corde per mentis duriciam ligant ne poſſit pe-
nitere quandoqꝫ in ore per verecũdiam vt non poſſit
clamare: qñqꝫ in manib⁹ p pigriciã ꝙ nõ poſſit labo-
rare. quãdoqꝫ in pedibus per ignauiam vt ad bonum
non poſſit ambulare. Uinculũ enĩ cordis debet diſſol
ui per cõtritionẽ remollitiuã. et de hoc. Iob. xxviij. Si
cut lapis ſolutus calore in es ꝯuertiĩ. Uinculum oris
debꝫ ſolui per confeſſionẽ apertiuã. Marci. vij. Solu
tum eſt vinculum lingue eius ꝛ loquebatur recte. Uin
culum manuũ debet ſolui per operum ſatiſfactioneꝫ
occupatiuam. ꝛ de hoc Luce. xiij. Quãto magis hanc
filiam non oportuit ſolui a vinculis dyaboli. Uinculũ
vero pedum debet ſolui per laborum executionem fa-
tigatiuam. de quo Iob. xi. Soluite eum ꝛ ſinite abire.
Talis enim ſolutio vitiorũ dꝫ fieri ꝛ a nobis ſummo-
pere exerceri. Iuxta mandatũ ſcripture di. anime pec
catrici. Eſa. lij. Excutere de puluere conſurge ſede hie
ruſalem. ſolue vincula colli tui captiua filia ſyon. Ui-
de eam expoſitam ꝛ diuiſam in eo loco ad quem te ta
bula remittit. Patet ergo. ꝙ ſoluẽdum eſt vinculum
ſceleris criminalis. ¶ Secũdo dico ꝙ ſoluẽdũ eſt vin
culum oneris tẽporalis q2 in nobiſipſis debem⁹ ſolue
re onera et dimittere onera bonorum temporalium.
ipſa contemnendo et pauperibus erogando. de quo
Ioſue. v. Solue calciamenta de pedibus tuis ꝛc. Tẽ-
poralia enim ſunt calciamenta et ligamina pedum et
affectionum. In alijs vero debemus ſoluere onera tri
bulationum mundialium. de quibus dicitur. Eſaie.
lviij. Solue faſciculos deprimentes dimitte eos qui
confracti ſunt liberos. et omne opus dirumpe.
¶ Tertio dico quod ſoluendum eſt vinculum fede-
ris corporalis. i. amoris carnalis. qui ſcilicet eſt quod
dam vinculum valde ſtrictum. qui enim ipſo ligatus
fuerit: de ipſo vix amplius exibit. et ideo dicitur. j. Co
rinthi. vij. Solutus es ab vxore. noli querere vxorem.
Iſta igitur de ſoluere ſufficiant. Uide de contritione
de confeſſione de vinculo et de ligamento

## Somnus. Sopor.

Cum ſupra de dor
mire ſatis dictuꝫ A
ſit breuiter notabo. quod ſex ſunt genera ſomniorum.
videlicet ſomnus.

Finitionis mortalis.
Deuotionis mentalis.
Infectionis carnalis
Succeſſionis temporalis.
Damnationis infernalis.
Refectionis ſupernalis

¶ Somnus mortalis eſt ſomnus omnium viatorum
quia nullus eſt hic viator. quin finaliter ad ſomnum
mortis veniat de quo dicitur. Iohannis. xi. Lazarus
amicus noſter dormit. ꝛc. Iſte eſt ſomnus quo ſi quis
ſopitus fuerit: nunꝗ vſqꝫ in diem iudicij euigilabit.
de quo poteſt dici illud Iudicum. iiij. Soporem mor-
ti ſocians defecit et mortuus eſt. ¶ Somnus men-
A **Stella.** Cuꝫ ſtelle dicant̃ a ſtabilitate.eo ꝙ ſtabilr̃ ſtent in celo.Poſſumus dicere moralr̃ loquēdo ꝙ in ſcriptura inueniuntur ſtelle Interiores.Exteriores.Superiores.Inferiores.¶ Prime ſignant virtutuꝫ nitorē qui eſt interius.Secunde deſignant iuſtorum ſplendorē qui eſt exterius.Tertie denotant beatoruꝫ decorē qui eſt ſuꝑius.Quarte demōſtrant peccatorum fulgorē qui eſt inferius. Stelle interius ſplendentes ſunt virtutes ꝛc. Stelle exterius fulgētes ſunt viri iuſti.qui ſicut cuſtodijs ſuis.Stelle ſuꝑius lucētes ſunt virib⁹ ꝛc.Stelle inferi⁹ pollentes ſunt mundi diuites ⁊ peccatores q̄ more ſtellarum lumine ꝓſperitatis inter alios ſplendēt.de quo Apoca.viij.Nomē ſtelle dr̃ abſinthium.Uirtutes.n.ſunt ſtelle ſplēdentes.Uñ de filio hoīs dr̃ Apoc.j.ꝙ ipſe habebat ſeptē ſtellas.i.ſeptē virtutes. Iuſti ꝟo ſunt ſtelle manētes.de q̄bus Iudi.v.Stelle manētes in ordine ⁊ curſu ſuo:aduerſus ſyzaram pugnauerūt.Beati aūt ſunt ſtelle lucētes de quibus Eccli.xliij.Spēs celi gloria ſtellaruꝫ:illuminans in excelſis.Mali inſuꝑ ſunt ſtelle cadētes.de quibus dicit̃ Apocal.vj.Stelle ceciderūt de celo.ſicut ficus emittit groſſos ſuos.Et ezec.xxxij.Nigreſcere faciaꝫ ſtellas.Ut ergo ad pñs intelligamus viros iuſtos.ſ.xp̄m:beatā virginē angelos ⁊ ꝑfectos poſſumus dicere ꝙ iſti ſunt ſtelle.q: ſicut ſtelle facte ſunt a deo ad ornatum ſuꝑioꝝ ⁊ ad regimē inferiorum.ſic ſancti ⁊ ſancte facti ſunt vt inferiora.ſcꝫ militantē eccleſiam regerēt ⁊ iuuarēt.ſuꝑiora vero.id eſt triumphantem eccleſiam ꝑ ſuam finalē ꝓſentiam adornarēt. Uñ de luminarib⁹ dr̃ Geñ.j.ꝙ de⁹ poſuit ſtellas in firmamento celi ⁊ voluit vt eſſent in ſigna ⁊ tp̄a ⁊ dies ⁊ mēſes ⁊ annos Quelibet eñ bona ꝑſona eſt ſtella ad decorē eccleſie cōſtituta.Mulier eñ amicta ſole coronā de duodecim ſtellis habebat. ſicut dr̃ Apoca.xij.Filius ꝟo hominis ſeptē ſtellas in dextera ſua ꝯtinebat.Apo.j.Quia.ſ.iuſti q̄ ſunt ſtelle ſpūales ſūt gaudiū ⁊ corona mlieris amicte ſole.i.eccl'ie militantis xp̄o cōiuncte:dū hic inferius ꝯtinent̃:in manu ꝟo dei ſunt quando ſurſum in gloria collantur. ſpēs enim celi gloria ſtellarum.Sicut dicitur Eccleſiaſti.xliij.Et iō q̄libet ſtella.i.quilibet homo iuſtus vel ſanctus poteſt dicere illud Apoca.xxij.Ego ſum genus ⁊ radix dauid.ſtella ſplēdida ⁊ matutina.¶ Ubi aduerte ꝙ ſancti dicunt̃ ſtelle ꝓpter ſex conditiones ſtellaꝝ q̄ in iſta autoritate cōtinētur. Quia ſicut ſtelle habēt Exiſtētiam ꝑmanſiuam.ego ſum inquit. Influentiaꝫ diffuſiuam genus:qđ ſe cōmunicat ſpeciebus.Adherētiam coniunctiuam:radix:q̄ firmiter adheret terre.Apparētiam delectatiuam vel electiuam:dauid.q̄ interꝓ̄tatur vultu deſiderabilis Eminētiam ſuꝑlatiuam:ſtella q̄ hꝫ locum in celo.Loculētiam illuſtratiuam vel ꝑſpectiuam:ſplēdida.Per firmitatem ſemꝑ manere.ego ſum.Per pietatē ſemet exhibere.genus Per caritatē ſimul adherere:radix. Per honeſtateꝫ cunctis complacere.Dauid.Per affectionem ſurſuꝫ reſidere.ſtella.Per diſcretionē intus relucere.ſplēdida.¶ Dico ergo primo ꝙ ſi volum⁹ eſſe ſtelle:neceſſe eſt ꝙ ꝑ firmitatē ſolidi maneamus. Ego ſum inquit. Subſtātia.n.ſtellaruꝫ ita eſt ſolida ⁊ firma:ꝙ nec vetuſtate corrumpit̃ nec putredine remollitur.nec aliquo caſu diſſipat̃:⁊ inde eſt ꝙ ſtelle a ſtando ſunt dicte. Sic viri iuſti in conſtanti ſoliditate animi perſiſtunt. ita ꝙ nulli corruptioni peccati ſubſunt nullo eñ tribulationis impetu quatiuntur.nullo tēptationis turbine corrūpunt̃.ego ſum inquit:quaſi diceret.Ego non fui nec ero:imo continue ſum.Exo.iij. Ego ſum qui ſum.Uñ Deut.j.Eſtis hodie ſicut ſtelle celi. Iſta tñ ſunt cōtra multos q̄ non habēt conſtantie vel ꝑſeuerantie firmitatē.ſꝫ potius incōſtantie ⁊ deſidie vanitatē:tales ſunt illi qui in vno propoſito non ꝑſiſtunt.Similes vaporibus inflāmatis:qui vidētur eē ſtelle ⁊ nō ſunt:iō nō ꝑſiſtunt.immo ſubito apparēt:⁊ ſubito deficiunt. Sic tales ꝙ̄uis aliquando videant̃ apparere ⁊ manere: ſolent tamē a firmitate cadere ⁊ ceſſare:⁊ nunꝙ̄ in firmitate propoſiti vel mentis reſidere. Sicut pꝫ de hypocritis non exiſtētibus ⁊ falſis amicis non ꝑſeuerantibus.⁊ de viris inconſtantib⁹ ⁊ nō ꝑmanētib⁹.Iſti.n.nō poſſunt dicere ego ſum.imo poſſunt dicere ego fui.Apoca.xvij.B ſtia quam vidiſti fuit ⁊ nō eſt.Nec poſſunt dici ſtelle manētes.ſꝫ potius cadētes ⁊ deſiſtētes.Matth.xxiiij.Sol obſcurabitur ⁊ ſtelle cadēt de celo.Non ſic chariſſimi: ſꝫ neceſſariuꝫ eſt ſi volum⁹ dici ſtelle ſpiritualr̃:ꝙ ꝑ firmitatē ſolidi maneamus. ¶ Scđo dico ꝙ neceſſe eſt ꝙ ꝑ pietatē noſipſos ꝓbeamus:genus inquit.Stelle.n. continue habet influere.⁊ ſuam influētiam inferius diriuare.Sic iuſti ꝑ pietatē in alios influunt: ⁊ bona ſua ēt alijs diſtribuunt ⁊ exponunt.⁊ hoc oſtēdit̃ cuꝫ dicitur genus.Quia ſicut genus eſt illud quod naturam ſuam cōmunicat omnibus ſpeciebus non eſt eñ dare ſpēm in qua non poſſit natura generis reperiri.ſicut animal quod eſt genus inuenitur in boue ⁊ in homine q̄ ſunt ſpēs.Sic ꝟe pij ſe habēt ꝑ modum generis:non ꝑ modum indiuidui:quia ſcilꝫ ipſi volunt generalr̃ ⁊ liberalr̃ viuere.⁊ bona ſua alijs diſtribuere:communicare ⁊ diuidere:⁊ non indiuidualr̃ manere.genus inquit.j.Pet.ij. Uos eſtis genus electuꝫ. regale ſacerdotiuꝫ:gens ſancta:populus acquiſitionis.Uñ de talibus ſtellis ſic cōmunicatiuis ⁊ diffuſiuis dicitur Geñ.xxvj.Multiplicabo ſemē tuuꝫ ſicut ſtellas celi.Qđ eſt contra multos qui non ſunt ſicut ſtelle diffuſiue:pie ⁊ cōmunicatiue:ſꝫ potius ſunt ſtelle ꝑ auariciaꝫ inflāmatiue.⁊ ꝑ cupiditatē attractiue. Similes ſtelle q̄ dr̃ mars:⁊ illi que dr̃ canicula.q̄ ſunt ſtelle fermētiſſime.figurate in illa ſtella de qua dicit̃ Apoc.viij.Qđ ſtella magna cecidit đ celo ardēs ſicut facula:quia.ſ.iſti ꝑ auariciam ⁊ ꝑ cupiditatis deſiderium ſunt ferꝑētes.Non ſic chariſſimi ſed ꝑ pietatem noſipſos prebeamus:genus inq̄t.¶ Tertio dico ꝙ neceſſe eſt ꝙ ꝑ caritatem firmiter hereamus:radix

B

C

inquit.Stella enim firmiſſime adheret celo ⁊ in eo ta
liter radicatᷣ ꝙ nunq̄ euellitur ab eodem. Sic ꝺ͛ʒ hō
ꝑ caritatem ⁊ veram amiciciaʒ ita dʒ adherere firmi⸗
ter deo ⁊ proximo: ꝙ nullo caſu dʒ euelli: nec ſepara⸗
ri: ſed ibidē firmiter radicari: radix inquit. Et hoc po
tiſſime ꝑtinet ad viros fideles: qui ſcilʒ radicanᷣ tena
citer in dei amore. Ita ꝙ de eis pōt dici illud Eſa.xj.
Ecce radix yeſſe qui ſtat in ſignū populoꝝ. ipm gen⸗
tes deprecabūᷣ. Et bn̄ dicit deꝑcabūᷣ quia vere tales
ſtabiles ⁊ fideles quādo inueniunᷣ ſunt deprecandi:
⁊ cum omni reuerētia venerandi. Uñ de talibus ſtel⸗
lis poteſt dici illud Daniel.xij. Qui ad iuſtitiam eru
diunt multos quaſi ſtelle in perpetuas eternitates.
Quod tamen eſt contra multos qui ſunt ſimiles pla⸗
netis ⁊ non ſtellis in celo fixis: quia ſcilicet ad modū
planetarū: que ſtelle erratice dicuntur: aliquando va
dunt cum celo aliquando contra celū. Quia aliquan⸗
do ſeruant fidem ⁊ amorem deo ⁊ proximo ⁊ aliquā⸗
do faciunt contrarium. ſicut ad literam patet de per⸗
ſonis imperfectis. ⁊ de amicis inconſtantibus appa⸗
ret. qui nec cum deo nec cū hominibus perſeuerant.
Figurati Apocalip.xij. vbi dicitur. ꝙ cauda draconis
trahebat tertiam partem ſtellarum. Et Dan.viij. di⸗
citur. ꝙ cornu modicū quarti animalis deiecit de for
titudine ⁊ de ſtellis: quia draco ideſt dyabolus cū cau
da ſue fallacie de fortitudine ſtabilitatis ⁊ fidelitatis
trahit ſecum ſtellas celi. inquātum facit ipſos a dei ⁊
amicorum conſortio variare. Ideo de talibus incon⸗
ſtātibus dicitur in canonica Jude. Hi ſunt nubes ſi⸗
ne aqua que a ventis circumferūtur. arbores autum⸗
nales. infructuoſe. bis mortue. eradicate. fluctus ſe⸗
ui maris diſpumantes ſuas cōfuſiones. ſydera errā⸗
tia. quibus procella tenebrarum reſeruata eſt. Quia
breuiter iſti ſimiles ſunt Uentis ⁊ nubibꝰ. Marinis
fluctibus. Stellis errantibus. Arboribus eradicatis
⁊ cito ardentibus ſiccitatem ⁊ ſterilitatem incurren⸗
tibus. Non ſic chariſſimi: ſed per caritatem firmiter
hereamus: radix inquit. ¶ Quarto dico ꝙ ſi volumꝰ
ſpiritualiter eſſe ſtelle neceſſe eſt ꝙ per honeſtatem
D omnibus placeamus: quod oſtenditur cum dicitᷣ Da
uid: qui dicitur vultu deſiderabilis: quia ſcilicet ſicut
ſtella habet decorem in aſpectu: ita ꝙ ipſam delecta⸗
bile eſt videre. Sic vir iuſtus in aſpectu ſue exterio⸗
ris conuerſationis propter reſplendentiam honeſta⸗
tis debet eſſe deſiderabilis ⁊ delectabilis ad vidēdū.
dauid inquit. j. Regum.xvj. Uidi dauid ſcienteʒ pſal⸗
lere: fortem robore. pulcrum viſu. prudentem verbis
⁊ dominus eſt cum eo. Sicut enim ad aſpectum ſtel⸗
le: naute in mari diriguntur. ⁊ ſicut ferrum acus ta⸗
ctum ab adamante: adamantē naturaliter ſequitur.
Sic vere ad aſpectum bonorum exemplorum ⁊ hone
ſtatem conuerſationis iuſtorum. alij dirigūtur ad vi⸗
tam ⁊ ab ipſis ad bonum trahuntur: ⁊ per ipſos ve⸗
niunt ad ſalutem. Matth.ij. Uidimus ſtellam eius
in oriente ⁊ venimus adorare eum cum muneribus.
Iſta tamen ſunt contra multos qui per honeſtatem
non ſunt fulgidi. ſed per inhoneſtatem ſunt obſcuri.
Ezechielis.xxxij. Celum nube tegam: ⁊ nigreſcere fa⸗
ciam ſtellas eius. Poteſt enim eſſe verbum dyaboli:
qui celum. ideſt eccleſiam nube vanitatis tegit: ⁊ ſtel⸗
las eius. ideſt perſonas per inhoneſtatem nigreſcere
facit. Non ſic chariſſimi: ſed per honeſtatem omni⸗
bus placeamꝰ. ¶ Quinto dico ꝙ ſi volumus eſſe ſpi⸗
ritualiter ſtelle. neceſſe eſt ꝙ per affectum ſurſum re⸗
ſideamus: cum dicitur ſtella: quia de natura ſtelle eſt.
ꝙ ſurſuʒ in celo reſideat. Juxta illud Geneſis.j. Stel
las poſuit in firmamento celi. Ad denotandum ꝙ ſur
ſum in celo debemus per affectionem manere: ⁊ ibi
per mentis deſiderium reſidere. Daniel.iij. Benedi
cite ſtelle celi domino. Quod tamen eſt contra mul⸗
tos qui magis ſunt in terra per deſiderium terreno⸗
rum: q̄ in celo per deſiderium ſupernorum figurati
in illa tertia parte ſtellarum: quam draco cuʒ cauda
trahebat in terram. Apocalipſis.xij. Unde Matthei
xxiiij. Sol obſcurabitur ⁊ luna non dabit lumen ſuuʒ
⁊ ſtelle cadent de celo. Non ſic chariſſimi ſed per de⸗
ſiderium ſurſum reſideamus ⁊c. ¶ Sexto dico ꝙ ſi
volumus ſpiritualiter eſſe ſtelle: neceſſe eſt ꝙ per diſ E
cretioneʒ intus reluceamus: ſplendida inquit ⁊ ma⸗
tutina. Stella enim non ſolum ſplendet exterius per
apparentiam: immo etiam ⁊ intra ⁊ infra in ſubſtan
tia. Habet enim ſtella ſubſtantiam peruiam ⁊ dyafa
nam que a ſolis radijs penetratur: eo ꝙ intꝰ ſicut ex⸗
terius illuſtratur. Sic vere iuſtus non ſolum eſt luci⸗
dus per honeſtam conuerſationem. immo etiam in⸗
terius per ſcientiam ⁊ diſcretionem. ſplendida inq̄t
Baruch.iij. Stelle dederunt lumē in cuſtodijs ſuis.
Thobie.xiij. Luce ſplendida fulgebis. Radius enim
diuine gratie ⁊ influentie dum corda iuſtorum pene⸗
trat. ipſos dono ſcientie ⁊ ſapientie illuminat ⁊ illu⸗
ſtrat. ſplendida inquit ⁊ matutina. Ita ꝙ de quolibet
iuſto poteſt dici illud Eccleſiaſti.l. Quaſi ſtella ma⸗
tutina in medio nebule: ⁊ ſicut luna perfecta in diebꝰ
ſuis lucet. Quod tamē eſt contra multos qui per diſ⸗
cretionem non ſplendent ſed per ignorantiam ſunt
turbidi ⁊ obſcuri: ita ꝙ nec ſe ſciunt in via morum di
rigere nec alios iuſtruere vel docere. Eſaie.xiij. Stel⸗
le celi ⁊ ſplendor earum non expandent lumen ſuuʒ.
Non ſic chariſſimi: ſed Per diſcretionem intus lu⸗
ceamus. Per affectionem ſurſuʒ ſedeamus. Per ho
neſtatem cunctis placeamus. Per caritatem iuncti
hereamus. Per pietatem noſmetipſos prebeamus.
Per firmitatem fortes maneamus. Et ſic bene dicet
quilibet ſtellatus. Ego ſum genus ⁊ radix dauid. ſtel
la ſplēdida ⁊ matutina. ⁊ optime talis ſtella fuit chri
ſtus. Quia ſicut in ventre lapidis precioſi qui dicitur
aſteron lucet interius quoddam lumen ad ſimilitu⸗
dinem vnius ſtelle: ⁊ ideo aſteron dicitur: eo ꝙ in ſe
continet quoddam aſtrum. Sic vere in ventre veri la
pidis ꝓcioſi ſcilicet virginis glorioſe apparuit que⸗
dam ſtella ſcilicet dei filius benedictus: qui ibi per
incarnationem ſplenduit. ⁊ tandem in natiuitate ex⸗
terius prodijt: ⁊ per radiuʒ ſtelle materiales magos
ad ſe adorandum adduxit: quia ſcilicet iſti lumen re⸗
quiſierunt lumine: deum fatētes munere. Iſta eſt ſtel
la de qua dixerat balaam Nume.xxiiij. Orietur ſtel⸗
la ex Jacob. Et ideo ſicut elephantes noue ſtelle ſci⸗
licet lune renouate ſolent inclinare. Orix ſtellam que
dicitur canicula: quando de nouo oritur ſolet reſpi⸗
cere. ita ꝙ eam videtur adorare: ſicut dicit Plinius.
Sic vere quando iſta ſtella dei filius per incarnatio⸗
nem ortus. reuelatus ⁊ renouatus fuit. ſtatim ele⸗
phantes ⁊ orices: hoc eſt dictu: paſtores et gentiles
ipſum inquiſierunt per fidem aſpexerunt: ⁊ per deuo
tionem adorauerunt. Uidentes enim ſtellam gauiſi
ſunt gaudio magno valde ⁊c. Matthei.ij. Et ideo bre
uiter iſte bene poterit dicere predictam autoritatem.
Ego ſum genus ⁊ radix Dauid: ſtella ſplendida ⁊ ma
tutina. Uide eam diuiſam in quatuor membris in
ſermone. videntes ſtellam ⁊ pone eam ibi. quia po⸗
nendus eſt hic. ¶ Et ſi vis dicere per ſtellas poſſunt F
intelligi angeli. Juxta illud Apocalipſis.j. Septem
ſtelle angeli ſunt ſeptem eccleſiarum. Uide ſupra in
ſermone. Stelle vocate ſunt ⁊ dixerunt aſſumus. Et
pone illam autoritatem diuiſam que ibi ponitur.
Stelle manentes in ordine ⁊ curſu ſuo aduerſus ſy⸗
ſaram pugnauerunt. Hoc igitur ſufficit de ſtella.
¶ Et ſi vis potes addere adhuc ⁊ dicere ꝙ quilibet
iuſtus dicitur ſtella: quia ſicut ſtelle ſunt In ſitu al⸗
tiſſime. In viſu pulcerrime. In ſtatu firmiſſime. In
actu potentiſſime. In motu velociſſime. In ordine
diſpoſitiſſime. In lumine abundantiſſime. Sic viri
iuſti ſunt. Situ alti ſurſum contemplando. Uiſu pul⸗
cri ſancte conuerſando. Statu firmi ſemper ꝑſeue⸗
rando. Uirtute

Ayuntamiento de Madrid

rando. Uirtute pleni bñ operando. Motu prompte obediendo. Ordine ſunt diſpoſiti alterutrum non nocendo Lumine limpidi ſe ⁊ alios inſtruendo ⁊c. Si vis proſequere ⁊ concorda ſicut ſupra. quia omitto gratia breuitatis.

A **Sterilis. ſterilitas.** Nota ꝙ ſterilitas q̄ nihil aliud eſt ꝙ̄ fructuū nullitas vel tenuitas: producendi fructus debilitas vł impoſſibilitas. poteſt ſignificare in bono ⁊ in malo. ſm ꝙ fructus diuerſimode accipiuntur in ſcriptura. Unde nota ꝙ ſicut inuenio fructus bonorum temporalium. fructus malorum criminalium. fructus operum virtualium. fructus munerū ſupernalium. Sic inuenitur quadruplex ſterilitas p̄dictis fructibus correſpondēs ſcilicet ſterilitas Paupertatis. Sanctitatis. Prauitatis ⁊ Grauitatis.

¶ Pauper eſt ſterilis q̄tum ad fructum temporaliū diuitiarum. Juſtus eſt ſterilis q̄tum ad fructus criminalium nequiciarum. Peccator eſt ſterilis quantum ad fructus virtualium iuſtitiarum. Damnatus eſt ſterilis q̄tum ad fructus eternalium deliciarum. ¶ Dico primo ꝙ eſt ſterilitas egenorum. quia ſcilicet paupes ⁊ egeni carent fructibus ⁊ diuitijs huius mundi. Similes arboribus ſiluarū que q̄uis ad fructificandum ſint ſteriles ſunt tamen ad edificandum magis vtiles. ita ꝙ ſepe fit ꝙ in nobilib⁹ edificijs ponuntur. vbi arbores fructifere exterius ad eſtuꝫ ⁊ ad frigora dimittūtur. Sic vere pauperes ſterilitate tēporaliuꝫ vacillantes tanq̄ magis accepti a deo reponuntur in edificio paradiſi. Jlli vero qui fructibus diuitiarum abundant multotiens dimittuntur in frigore infernali. Jdeo in pſal. dicitur ꝙ deus habitare facit ſterilem in domo matrē filiorum letantē. Quinimmo ēt ſepe fit ꝙ arbor fructifera efficit̃ quandoqꝫ ſterilis: ⁊ ſterilis fructifera. Sic etiam in iſtis temporalibus videm⁹ ꝙ deus facit diuites ſterileſcere ⁊ ad paupertatē venire. pauperes vero facit fructificare ⁊ diuitijs abundare. Quod bñ figuratur Geñ. xxix. vbi dicitur ꝙ rachel pariens deſpiciebat lyam ſororem ſuam ſterilem propter quod indignatus domin⁹ aperuit vuluam lye: ſorore ſterili permanēte. Quia ſepe fit occulto iudicio dei. ꝙ diuites alios quos vidēt pauperes ⁊ ſteriles contemnentes ad paupertatē veniūt: pauperes vero qui contempti fuerant mox reſurgūt j. Regum. ij. Sterilis pepit plurimos. ⁊ que mul. ha.

B fi. in ſir. eſt. Jſta eſt igitur ſterilitas egenorum. ¶ Secundo dico: ꝙ eſt ſterilitas perfectorum: ⁊ iſta eſt illa qua iuſti volunt eſſe nudi ⁊ ſteriles quo ad ꝓductionem vitiorum. Mala enim arbor malum fructum facit. Et ideo tali fructu ſteriles volunt eſſe: ne poſſint male arbores apparere. Jdeo talibus ſic ſterilibus dicitur ad Gal. iiij. Letare ſterilis que nō paris. erumpe ⁊ clama que non parturis potiſſime autem ſterilis dicitur ille qui eſt caſtus: qui ſcilicet per carnis propagationem fructum non facit. De quo Sap. iij. Felix ſterilis ⁊ incoinquinata que neſciuit thorum in delicto. Jſta eſt ſterilitas perfectorum. ¶ Tertio dico ꝙ eſt ſterilitas peccatorum: qui ſcilicet bonorum operum fructum non producunt. Similes mulo qui eſt animal ſterile naturaliter: ꝑ eo ꝙ ab aſino ⁊ equa generatur. quia nullum animal equiuoce generatum generat ſm Ariſto. quia animalium poſſent eſſe infinita genera ſpecierum. Sic vere mali ⁊ iniqui quos aſinus dyabolus in mundo generat ⁊ producit: quo ad fructum bonorum operum ſunt ſteriles. vacui pariter ⁊ inanes. vt ſic dicat̃ illud Hieremie. xxij. Scribe virum iſtum ſterilem: virum qui in diebus ſuis nō proſperabitur. Jſta eſt ſterilitas quaꝫ introducit peccatum ⁊ etiam temporalia mundi bona. Arbor enim aliquando fit ſterilis propter fructuum nimiā fecūditatē. q2 arbor que in iuuentute multū fructificat. cito dicitur ſterileſcere. Aliqꝫ etiam propter terre nimiaꝫ pinguedinem ⁊ vbertatē. Unde etiam palma in terra pingui plantata ſterilis efficitur. Quādoqꝫ inſup ꝓpter ramorum nimiam multiplicationem. Uinea enim cui rami ſupflui dimittūtur: de facili ſterileſcit. Aliqꝫ propter aque vel aeris contigui malignitateꝫ: q2. ſ. aqua ſalſa vel ſulphurea ſterileſcere facit terram in quā fluit. Unde ēt in ſicilia dicitur eſſe fons Aqua cuius potata facit mulierē ſterileſcere. Quandoqꝫ ēt ꝓpter ſolis abſentiam. Uñ nouergia que eſt terra remotiſſima a ſole eſt penitus quaſi ſterilis. Jſte ſunt etiam cauſe quibus arbor efficitur ſterilis que etiam moraliter intellecte poſſunt in homine repiri. Quia proculdubio chariſſimi homo a fructu virtutum efficitur ſterilis ⁊ inanis. quando in iuuentute fructuuꝫ ⁊ diuitiarū fecūdatur: quādo in terra ⁊ in ſtatu pingui deliciarū collocatur: quando in multitudine ramorum. i. nepotum: familiarium ⁊ parētum fecundatur. cū aqua ſalſa ⁊ maligna mūdane proſperitatis irrigatur. cum etiam a ſolis chriſti gratia ⁊ p̄ſentia per obſtinationem elongatur. His igitur ⁊ plurib⁹ alijs modis perdit homo virtutum ⁊ bonorum operuꝫ fecunditatem: ⁊ incurrit vacuitatē ⁊ ſterilitatem. ita ꝙ tali poteſt dici illud Eſa. xlvij. Uenerūt tibi duo hec. ſterilitas ⁊ viduitas. Jſta eſt ſterilitas quam domin⁹ prohibet Deute. vij. Nō erit apud te ſterilis vtriuſqꝫ ſexus. Et ideo ſponſa cōmēdatur de hoc ꝙ talis ſterilitas ei deficit: vel quia tali ſterilitate caret laudatur. Unde Canti. iiij. Dentes tui ſicut greges tonſarum: ⁊ ſterilis non eſt in eis. Jſta eſt ergo ſterilitas peccatorū. ¶ Quarto dico ꝙ eſt ſterilitas damnatorum. Jſti enim ſunt ſteriles omni ſolatio ⁊ omni bono. Unde anima damnata pōt dicere illud Eſa. xlix. Ego ſterilis ⁊ nō pariens: tranſmigrata ⁊ captiua. Jſta de ſterilitate ſufficiant. Uide ſupra de fructibus.

**Sternere.** Nota ꝙ ſternere nihil aliud ē ꝙ̄ aliquid ad infima deprimere vel ad terre ſuperficiem adequare. Et ideo ſtratura dicitur pauimentum quo via ſternitur ⁊ ad ambulandū ⁊ ornandum diſponitur. Eſt igit̃ ſtratura illud quod inferius ponitur vel quod tranſeuntibus ſubijcitur: ⁊ quod ab homine ⁊ omnibus conculcat̃. Et ideo breuiter nota ꝙ ſex ſunt principalia loca que ſternuntur ſex generibus perſonarum ⁊ rerum. videlicet. Sancta eccleſia que ſternitur viris virtuoſis. Bona conſcientia que ſternitur rebus fructuoſis. Mens plena nequicia que ſternitur culpis periculoſis. Celi curia que ſternitur viris glorioſis. Mundi patria que ſternitur viris vitioſis. Jnferni miſeria que ſternitur viris vel penis doloroſis. ¶ De viris virtuoſis quibus ſternitur eccleſia dicitur Eſa. liiij. Sternam per ordinem lapides tuos. Et Tho. xiij. dicitur. Ex lapide candido ⁊ mundo platee eius ſternentur. ¶ De virtutibus etiam fructuoſis quibus ſternitur bona conſciētia poteſt dici illud. ij. Paralip. iij. Salomon ſtrauit pauimentum preccioſiſſimo marmore. Bona enim conſcientia eſt illud cenaculum in quo paratur cena domini. de quo dicitur Marci. xiiij. Oſtēdet vobis cenaculum grande ſtratum. ¶ De peccatis vero ⁊ moribus defectuoſis quib⁹ ſternitur mens impia. dicitur Eſaie. xiiij. Subter te ſternetur tinea ⁊ operimentum tuum erunt vermes. De viris autem glorioſis quibus ſternitur celi curia poteſt dici illud Eſaie liiij. Sternam per ordinem lapides tuos. fundabo te in ſaphiris ⁊ ponam iaſpidem propugnacula tua ⁊c. ¶ De viris autem vitioſis quibus ſternitur mundana patria. dicitur illud Prouerbiorum. vij. vbi mala mulier ideſt mundi proſperitas dicit ſic: lectulum meum ſtraui tapetibus pictis ex egypto. ¶ De penis doloroſis quibus ſternitur inferni miſeria poteſt dicere quilibet damnatus illud Job. xvij. Jn tenebris ſtraui lectulum meum. ¶ De ſtratu vero inq̄tum ſignificat lectulum. Uide ſupra de lecto. ¶ Jtē vide ſupra de proſternere ⁊c. B

a **Stola.** Cũ ſtola nihil aliud eſt ꝙ indumētum ad oꝛnamentum hominis ꝑparatum. Poſſumꝰ diſtinguere de ſtola ſicut de veſtimēto. No ta ergo breuiter ꝙ tam in bono ꝙ in malo ſignificato in ſcriptura inuenio multas ſtolas. vide in ſermone bi filij dei iunt. Inuenies enim ibi ſtolam.

Incipientium.
Pꝛoficientinm.
Perficientium.
Pꝛedominantiũ.
Potentium.
Decipientium.

¶Dico ergo ꝙ eſt ſtola q̃ vtũtur icipiētes. ſ. illi qui de nouo ſunt ꝯuerſi. Iſti enim induunt ſtola pꝛima. ſ. gratia dei q̃ nulli redeunti negatur. Quod bñ figurat Luc. xv. de filio ꝓdigo reuertēte. de quo dicit pater. Cito ꝓferte ſtolam pꝛimã ⁊ induite eũ. ¶Itē dico ꝙ eſt ſtola qua vtunt ꝓficientes. ⁊ iſta eſt pnĩa q̃. ſ. eſt neceſſaria pꝛoficientibus. vt ipſos dirigat ⁊ augmētet. Penitētia. n. eſt ſtola belli. de qua dicit. j. Macħ. xiiij. Iuuenes induebant ſe gloriam ⁊ ſtolam belli. ¶Itē dico ꝙ eſt ſtola qua vtunt ꝑficiētes: ⁊ iſta eſt ꝑſeuerantia q̃ eſt indumētum ꝑfectoꝛum. vel ēt honeſta apparētia. De qua. ij. Eſdre. j. Statuit ſacerdotes ꝑ vices dierum ſtolis amictos. ¶Itē eſt ſtola qua induuntur celo manētes. ſ. beati. ⁊ iſta ſtola eſt veſtimētum gloꝛie qua deus ſtolat ⁊ induit triumphantes. De qua Eccli. xv. Stolam iocunditatis induit eum dñs ⁊ co. ꝑ. po. ſuꝑ ca. eius. ¶Itez eſt ſtola qua induũtur mundi potētes. Et iſta ſignificat indumētum bonoꝛum tēpoꝛalium ⁊ gloꝛie mundialis. ij. Macha. v. Vidi ꝑ aera equites diſcurrētes amictos ſtolis aureis. ¶Itē eſt ſtola qua induuntur mũduz fallētes. ſ. hypocrite. ⁊ iſta eſt ſtola exterioꝛis apparētie honeſte: ⁊ cõuerſatiõis hypocrite. De qua
B. Marci. xij. Cauete a ſcribis q̃ volũt in ſtolis ãbulare. ¶Vel dic ꝙ in ſcriptura inuenitur.

Stola nitoꝛis.
Stola decoꝛis.
Stola vigoꝛis.
Stola honoꝛis.
Stola ſplendoꝛis.

¶Pꝛima ſtola induunt caſte cõtinētes: ⁊ iſta eſt ſtola byſſina qua Ioſeph mutatis carceris veſtibus eſt indutus Geñ. xlj. Unde Leui. xvj. dicitur ꝙ ſacerdotes ſtolis lineis induantur Byſſus vero eſt linum candidum quod caſtitatem deſignat. ¶Secunda ſtola induuntur ſancte conuerſantes ſcilicet ſtola decoꝛis ⁊ honeſte apparentie. de qua Geñ. xlv. dicit. Quod ioſeph ꝓferri iuſſit ſingulis fratribus binas ſtolas. beniamin vero dedit. ccc. argenteos cũ quinq ſtolis. Hinc eñ ſtole ſunt honeſtas i ſermone ⁊ oꝑe. Quinq vero ſtole ſunt quinq ſenſuum continentia. ¶Tertia ſtola induuntur viri militantes ſcilicet illi qui continue ſunt in pugna. ⁊ iſta eſt ſtola conſtantie. de qua illud pꝛedictũ. j. Macha. xiiij. Iuuenes induebant ſe gloꝛia ⁊ ſtola belli. ¶Quarta ſtola induuntur viri triumphantes de vitijs. Et iſta eſt illa ſtola qua ſancti in patria induuntur ⁊ veſtiũtur. de quibus Apocalip. vij. dicitur. ꝙ illi qui erant ante thꝛonum dei erant amicti ſtolis albis ⁊ palme in manibꝰ eoꝛum. Et dictum eſt ꝙ iſti ſunt qui venerunt ex magna tribulatione ⁊ lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. ¶Quinta vero ſtola induuntur beati contemplantes. ſcilicet angeli ⁊ beati qui ſtola gloꝛie ⁊ ſplendoꝛis induuntur. Figurati in. xxiiij. ſenioꝛibus qui ſedebant ſuper thꝛonos. xxiiij. circumamict. ſtolis albis. Unde de angelis dicitur Marci. xvj. Quod mulieres inuenerunt iuuenem ſedentem coopertum ſtola candida ⁊ obſtupuerunt. Vide de veſte. Inducere. in litera. I ⁊ V.

**Studium.** De ſtudentibꝰ ⁊ ſcholaribꝰ ⁊ eis neceſſarijs: vide in lib. de oculo moꝛali ca. xl. ⁊ in alijs ſeptē capitulis ſequētibꝰ: ⁊ pone hic ſi vis ⁊ vide ſupꝛa vbi deſiſtere.

a **Stulticia.** Nota ꝙ ſtulticia ⁊ fatuitas eſt quoddam vitium quo mens taliter hebetatur ꝙ contra rationē aliquid operatur. Eſt ergo ſtulticia rationis carentia. ⁊ ideo ſtultus ꝓpꝛie dicitur qui ſine ratione vel conſideratiõe vel debita diſcretione aliquid exiſtimat vel imaginatur vel facit: operatur: eligit vel deteſtat: Quãuis ergo ſtultitia aliq̃n poſſit accipi in bono: inq̃tum ſcʒ ꝑ ſtultos intelliguntur illi quos mundus ſtultos reputat. ſcilʒ viros iuſtos. de quibus. j. ad Coꝛinthios pꝛimo. Stulta mundi elegit deus: communiter tamen ſtulticia ſumitur in malo. Unde peccatoꝛ pꝛopꝛie dicitur ſtultꝰ. Quia ſm Ariſto. qui omiſſis omnibꝰ melioꝛibus deterioꝛa ſectatur ſtultus eſt. Et ideo peccatoꝛ qui melioꝛa omittit. ſcilicet bona ſpiritualia ⁊ eterna. ſectatur vero deterioꝛa ſcilicet terrena bona ſtultus merito poteſt dici. Animalis homo nõ percipit ea que dei ſunt. ſtulticia enim eſt illi ⁊ non poteſt intelligere. j. Coꝛinth. ij. Et ideo breuiter ⁊ notabiliter dico ꝙ ſtultus eſt naturaliter.

Superbus ⁊ pꝛeſumptuoſus.
Indignans ⁊ deſpectuoſus.
Iraſcens ⁊ ſeditioſus.
Toꝛpens ⁊ deſidioſus.
Loquax ⁊ tumultuoſus.
Pꝛocax ⁊ iniurioſus.
Letus ⁊ ſolatioſus.
Iuſtus ⁊ obliuioſus.

¶Dico ꝙ ſtultus eſt ſuperbus ⁊ pꝛeſumptuoſus qꝛ ſtultus videtur ſibi ſapientioꝛ eſſe alijs. Pꝛeſumit. n. de ſeipſo vltra debituʒ. Unde Eccl's. x. Stultus iuxta viam ſuam ambulans: cum ⁊ ipſe inſipiēs ſit omnes ſtultos exiſtimat. Unde de talibus pꝛeſumptuoſis dicitur Roma. j. Dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt: ¶Itez eſt indignans ⁊ deſpectuoſus. Stulti. n. deſpiciunt quicquid faciunt alij ⁊ etiaʒ omnes alios. Unde Pꝛouer. j. Sapientiã atq doctrinam ſtulti deſpiciunt. Iob. xix. Stulti quoq deſpexerũt me. ¶Itē eſt iraſcens ⁊ ſeditioſus. facilis enim eſt ad mouēduʒ bꝛigam magnam ⁊ ſeditionē. vnde Pꝛouer. xiiij. Impatiens operabitur ſtultitiam. Et Iob. v. dicitur ꝙ virum ſtultum interficit iracundia. ¶Itez eſt toꝛpens ⁊ deſidioſus: tardus enim eſt ad omne bonum ⁊ credendum ⁊ faciendũ. Unde Luce. xxiiij. O ſtulti ⁊ tardi coꝛde ad credendum his que locuti ſunt pꝛophete. ⁊ Eccl's. iiij. dicitur ꝙ ſtultus complicat manus ſuas ⁊ laboꝛat ſi ad os miſerit eas. ¶Itez eſt loquax ⁊ tumultuoſus. Eſt enim pꝛopꝛium ſtulti ſemper velle loqui. Eccl's. x. Stultus verba multiplicat. ⁊ Eſaie. xix. Stultus autem fatua loquitur. Et Eccl's. v. In multis ſermonibus erit ſtulticia. ¶Item eſt pꝛocax ⁊ iniurioſus. Unde Pꝛouerbio. xxix. Totum ſpiritũ ſuuʒ pꝛofert ſtultus. Eccl's. x. Labiã impꝛudentium pꝛecipitabunt illum: initium verboꝛum eius ſtulticia. ¶Item eſt letus ⁊ ſolatioſus. Stultus enim nõ querit niſi eſſe in leticia ⁊ quiete. vnde Eccl's. vij. Coꝛ ſtultoꝛum vbi leticia. Et Pꝛouerbioꝛum. x. Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus. ¶Itez eſt inſcius ⁊ obliuioſus. quia ſtultꝰ neſcit aliquid quod pertineat ad ſalutem. Unde Pꝛouerbioꝛum. vij. Neſcit ꝙ ad vincula ſtultꝰ trahatur. Et. j. Coꝛin. ij. Stulticia enim eſt illi ⁊ non poteſt intelligere. Et in pſal. Vir inſipiens non cognoſcet: ⁊ ſtultus non intelliget hec. ⁊ ſic ſufficit de ſtulticia.

**Stupoꝛ. ſtupere.** Nota ꝙ ſtupoꝛ ꝓpꝛie idem eſt ꝙ inſenſibilitas. Unde membꝛum dicitur ſtupidum quando inſenſibile efficitur. Mens enim ſtupere dicitur. quando pꝛe nimia admiratiõe nihil exterius ſentit. Quia igitur ſupꝛa de mirari ſatis dictum eſt. hoc ſolum notandum eſt ꝙ ſtupoꝛ mentis accidit de rebus inſolitis: arduis ⁊ ignotis. Et ideo poſſum dicere ꝙ quandoq ſtupet homo ⁊ vehementer miratur. a

De mirabili ſcientie limpitudine.
De notabili decentie pulcritudine.
De terribili iuſtitie rectitudine.
De laudabili potentie foꝛtitudine.

¶Stupoꝛ ergo accidit de limpitudine ſciētie mirabilis: ⁊ ſic

bilis: ⁊ ſic

Ayuntamiento de Madrid

bilis: ⁊ ſic ſtupemus qñ audimus ſubtiles ſcientias ⁊ occultas. Uñ de regina Sabba dicitur. ꝙ audita ſapientia ſalomonis ꝓ ſtupore non erat in ea ſpiritus .ij. Paral. ix. ¶ Itē accidit de pulcritudine notabiliũ decentiarum. Stupet enim homo quando videt pulcritudinem admirandam. Et ſic ſtupebant aſſirij videntes Judith. Uñ Judith .x. Stupentes mirati ſunt nimis pulcritudinē eius. ¶ Itē ſtupor accidit de meſtitudine terribilium moleſtiarũ ſeu rectitudine ſupernalium iuſtitiarum. ⁊ ſic ſtupemus quando videmus terribilia dei iudicia ⁊ in proximis ⁊ in nobis. Deutero. xxviij. Stupebis ad terrorem eorum que videbunt oculi tui. ¶ Item ſtupor accidit de magnitudine ſiue de fortitudine eternalium potentiarum. Et ſic vere ſtupemus quando videmus aliqua mirabilia in natura: que ſcilicet ſunt impoſſibilia fieri ꝑ potentiam inferiorem ita ꝙ ſolum pertinēt ad potētiaꝫ diuinam ⁊ ſuperioreꝫ. ⁊ ſic ſtupebant homines de mirabilibus xp̄i ⁊ apoſtolorum. Unde de paralitico curato dicitur Luce .v. ꝙ ſurrexit ⁊ tulit lectum ſuuꝫ in quo iacebat. ⁊ ſtupor apprehendit omnes ⁊c. vide ſupra de mirari ⁊ de miraculo.

A **Suadere.** Nota: ꝙ ſuadere eſt idem ꝙ monere: inducere: attrahere. hortari. Et pertinet ſuadere ad benignitatem: ſicut precipere ad ſeueritatem. ⁊ ſumitur vt communiter in malo: quia ſcilicet illi ſolent blande inducere ⁊ ſuadere qui volunt decipere vel fraudare. ſimiles aucupi qui ſibilando auem trahit ad laqueum. ⁊ ſicut dicitur Judi. xiiij. Blandire viro tuo ⁊ ſuade vt tibi dicat quid ꝓbleuma ſignificet. Sic etiaꝫ ſuadebant ſibĳnuicē illi de quibus dicitur .j. Mach. j. Exierunt de iſrael viri iniqui: ⁊ ſuaſerunt multis dicentes. eamus ⁊ diſponamus teſtamentum cum gentibus. Aliquando tamen ſuaſio ſumitur in bono: ⁊ ſic nihil aliud eſt ꝙ̄ blanda ⁊ ſuauis ad bonum inductio ⁊ monitio. Et ſic ſumitur Act. xiij. vbi Paulus ⁊ barnabas ſuadebant fratribus ꝙ permanerent in gratia. ⁊ Apocalip. iij. dicitur. Suadeo tibi emere aurum probatum ignituꝫ vt locuples fias. ⁊ ſic ſufficit.

A **Suauis. ſuauitas.** Cum ſuauitas ⁊ dulcedo quaſi ꝓ eodem ſupponunt: excepto hoc ꝙ dulcedo ꝑtinet ad guſtum ⁊ ſuauitas ꝑtinet ad tactum. Notare poſſumus ꝙ ſicut de dulcedine dictuꝫ eſt: ſuauitas multis modis ſumit̃. Inuenit̃ enim ĩ ſancta ſcriptura. Suauitas deſiderabilis. Suauitas remunerabilis. Suauitas vituperabilis. ¶ Prima eſt ſuauitas eterne felicitatis. Secunda eſt ſuauitas eterne benignitatis. Tertia eſt ſuauitas externe delectabilitatis. ¶ Primo dico ꝙ eſt ſuauitas quaꝫ debemus concupiſcere. ⁊ iſta eſt illa qua deus eſt miſericors ⁊ ſuauis ipſuꝫ diligentibus ⁊ qua eterna gloria eſt ſuauis ⁊ delectabilis deguſtantibus. Unde de ipſo poſſumus dicere ꝙ ipſe eſt Suauis penitētibus ipſis miſericorditer indulgēdo. Suauis contemplantibus ipſos ſpiritualr̃ confortando. Suauis triumphantibus ipſos ſupnalr̃ ꝓmiando. De ſuauitate quam in ipſo inueniunt penitentes dicitur in pſal. Tu domine ſuauis ⁊ mitis ⁊ multe miſericordie om. inuo. te. De ſuauitate quā in ipſo inueniunt contemplantes dicitur in pſ̄. Guſtate ⁊ videte quoniam ſuauis eſt dominus beatus vir qui ſperat in eo. Et Mat. xj. Jugum enim meuꝫ ſuaue eſt ⁊ onus meum leue. De ſuauitate vero quam in ipſo inueniunt triumphantes. ſ. beati in gloria ꝑmanētes poteſt dici illud pſ̄. Et tu domine fac mecũ ꝓpter nomē tuũ qm̄ ſuauis eſt miſericordia tua. Unde et beati poſſunt dicere illud Sap. xij. O ꝙ̄ bonꝰ ⁊ ſuauis eſt dñe ſpũs tuꝰ in nobis. qꝛ ſicut dr̄ in pſ̄. Suauis dñs vniuerſis: ⁊ miſe. eius ſuꝑ om. oꝑa eiꝰ. Iſta eſt ergo ſuauitas quam debemus cōcupiſcere. ¶ Secũdo dico ꝙ eſt ſuauitas quam debemꝰ cũctis facere. ⁊ iſta eſt ſuauitas benignitatis: qua ſcilꝫ nos debemꝰ eſſe oībus miſericordes ⁊ ſuaues. ſ. In ỽborum eloquētia In operũ efficacia. In fame redolētia. De ſuauitate ſermonis dicit̃ Eccli. xl. ꝙ tybia ⁊ pſalterium ſuauē faciũt melodiam: ⁊ ſuꝑ vtraqꝫ lingua ſuauis. De ſuauitate oꝑis dicit̃ Judicuꝫ. ix. Nunqd poſſum deſerere dulcedinem meam fructuſqꝫ ſuauiſſimos. De ſuauitate ỽo fame vel nominis dicit̃ Eccli. xxxix. Quaſi libanꝰ ſuauitatē odoris habete. Eccl̃. xxxiiij. Quaſi mirrha electa dedi ſuauitateꝫ odoris. Iſta eſt ergo ſuauitas quā debemꝰ cunctis reddere. ¶ Tertio dico ꝙ eſt ſuauitas delectabiliũ huius mũdi. ſ.

Diuitiarum temporalium.
Deliciarum corporalium.
Eminentiarum ſecularium.

¶ De ſuauitate diuitiarũ dr̄ Prouer. xx. Suauis eſt homini panis mēdacij ⁊ poſtea implebit̃ os eius calculo. De ſuauitate delitiaꝝ dr̄ eccl'ſ. x. Muſce moriētes ꝑdunt vnguenti ſuauitatem. Muſce eñ ſunt mũdi pctōres. qui qñ moriunt̃. ſuauitate deliciarum priuantur. De ſuauitate ỽo eminentiarum dr̄ Geñ. ij. ꝙ mulier cōcupiſcēs deitatē videns lignum pulcruꝫ viſu ⁊ ad guſtandũ ſuaue guſtauit de pomo vetito. Iſta eſt ergo triplex ſuauitas mala. de qua dr̄ Eſa. iij. Erit ꝓ ſuaui odore fetor. ⁊ ꝓ criſpanti crine caluicium ⁊c. Uide. ſ̄. de dulcedine ⁊ quere exempla ſi vis.

**Subter. ſub.** Nota ꝙ ſubet ſubter q̄ ſunt prepoſitiones ſtatus partis ⁊ loci inferioris ſignificatiue. ſignificare poſſunt multipliciter in ſcriptura. tam in bono ꝙ̄ in malo. ¶ Notare ergo poſſumus breuiter ꝙ in ſcriptura ſacra inuenitur vnum Sub quod eſt. A

Frequentandum.
Tolerandum.
Deteſtandum.
Conculcandum.
Formidandum.

¶ Eſt dico primo vnũ ſub qḋ dꝫ cũ diligētia frequētari. ⁊ illud eſt refugiũ diuine ꝓtectionis: quo. ſ. ad deũ cōfugimꝰ ꝑ orationē dicēdo illud pſ̄. Sub vmbra alarũ tuarũ ꝓtege me. Exēplo pullorũ qui a facie milui fugiunt ſub alis galline qꝛ eſt ipſe qui cōgregat filios ſuos quēadmodũ gallina congregat pullos ſuos ſub alis. Sicut Matth. xxiij. Et ſub vmbra crucis diuine paſſionis debemꝰ manere ꝑ deuotionē Canti. ij. Sub vmbra illius quē diligebā ſedi ⁊ fructꝰ eiꝰ dulcis gutturi meo. Iſte .n. eſt ſicut arbor ficus ſub qua ruta melius dicit̃ virere ⁊ ꝓficere. ⁊ ſub qua tauri ligati melius dicunt̃ manſueſcere. Quia. ſ. ſi ſub cruce ꝑ deuotionē māſerimꝰ. ⁊ meliꝰ ꝑ grãm vireſcimꝰ. ⁊ ꝑ patientiā ⁊ manſuetudinē nos domamꝰ. Uñ Judicũ. vj. dr̄. ꝙ angelꝰ ſub quercu ſodit. Et Job. ix. Sub deo incuruātur qui portant orbē. Iſtud eſt igitur ſub qḋ dꝫ cum diligentia frequētari. ¶ Scḋo dico ꝙ eſt vnũ ſub qḋ dꝫ cũ patientia tolerari: ⁊ ſic ꝑ ſub intelligit̃ ſtatꝰ ſubiectōis: quo ſub iugo obediētie reſidemus. Balſamus eñ nō ſophiſticatꝰ deſcēdit ſub aqua ſignans bonos qui ſemꝑ ſubeſſe volunt ⁊ nō ꝓeſſe. ⁊ ꝑ obedientiā inferius ſubiacere. Radix eñ que eſt ſub terra eſt pars arboris vtilior ⁊ melior. ⁊ ad ſuſtentādũ arborē habilior: qꝛ. ſ. illi q̄ ſunt in ſtatu ſubiectionis ⁊ obedientie maioris ſunt virtutis ⁊ efficacie. Ezec. xvij. Radices eius ſub ipſa erant. Uñ de iſto dr̄ Luc. vij. Nam ⁊ ego homo ſum habēs ſub me milites ⁊ dico huic vade ⁊c. Iſtud ergo ſub dꝫ cum patiētia tolerari. ¶ Tertio dico ꝙ eſt vnũ ſub quod dꝫ cum ſapientia deteſtari: ⁊ illud ſub ſignificat illam ſubiectionē qua nos dyabolo ſubiacemꝰ per peccatũ. ⁊ qua carni ⁊ mũdo ꝑ malas cōcupiſcētias ſiue complacētias ſubĳcimur ⁊ ſubſtamus. Pctm̄ eñ nos facit eſſe ſub ⁊ nō ſupra. ꝯtra illḋ qḋ dr̄ iuſtis Deut. xxviij. Cōſtituet te dominꝰ in caput ⁊ nō in caudā. ⁊ eris ſemꝑ ſupra ⁊ non ſubter. Uñ peccator de illo ſub poteſt dicere illud Rom. vij. Ego aũt carnalis ſum venũdatꝰ ſub peccato. Dyabolꝰ eñ eſt

Ayuntamiento de Madrid

 B

ſicut arbor nucũ quercꝰ a nocẽdo,qꝛ cũctis q̄ ſub ipſa ſunt nocet.ſic iſte oĩbus qui ei ꝑ peccatũ ſubijciũtur. Similis marti quo dꝛ cõtineri bellum carcer ⁊ inimicus.ſm Ariſto.qꝛ ſcilꝫ qui ſub ptãte dyaboli ſunt.ſunt dei inimici.carcere peccati detenti ⁊ bello tormentorum infernaliũ reſeruati pſ̄.Populi ſub te cadẽt in corda inimicoꝝ regis.Vñ de iſto ſub animę peccatrici dꝛ Hiere.ij.Sub omni ligno frondoſo ꝓſternebaris meretrix.Iſtud eſt ergo ſub qđ dꝫ cũ ſapiẽtia deteſtari.¶ Quarto dico ꝙ eſt vnũ ſub qđ dꝫ cũ vigilãtia conculcari.⁊ illud ſub nihil aliud eſt vel ſignificat ꝙ̄ bona mũdi que hic ſubtus inferiꝰ ꝯtinent.Iſta enim ſunt cõculcanda ⁊ cordialiter contemnenda.In oleo eñ ⁊ vino illud qđ ſubmanet eſt impurũ ⁊ feculentũ ita qđ nihil valet.Iſtud vero qđ eſt ſupra eſt vtile atqꝫ bonũ.Ad denotãdum ꝙ iſta q̄ ſunt hic ſub celo ⁊ ſub ſole nõ ſunt reſpectu ſupioꝝ vtilia.ſed potiꝰ inutilia atqꝫ vana.Eccls.xij.Vidi cũcta q̄ ſub ſole ſunt ⁊ ecce vniuerſa vanitas.⁊ ideo talia debẽt vilipendi ⁊ cõculcari.Unde de muliere euãgelica dicitur Apoca.xij.ꝙ ipſa erat amicta ſole ⁊ luna ſub pedibꝰ eiꝰ Luna em̃ i.mũdialis ꝓſperitas dꝫ eſſe ꝑ cõtemptũ ſub pedibꝰ mentis noſtre.¶ Quinto dico ꝙ eſt vnũ ſub qđ dꝫ cũ tremulẽtia formidari.⁊ illud eſt ſub quod eſt inferiꝰ in inferno.vbi.ſ.ſub terra lugent demones ⁊ dãnati. Vñ Iob.xxvj.Ecce gigantes gemũt ſub aquis ⁊ q̄ habitãt cuꝫ eis.Iſtud eſt ergo quintuplex ſub qđ in ſcriptura multipliciter reperit̃.⁊ ſic ſufficit.

A **Subditus.Subiectus.ſub**dere.Subijcere.Nota ꝙ ſubditio vel ſubiectio.ſeu ẽt ſubiugatio ſunt quedaꝫ nomina ſeruitutis. Unde qꝛ ſeruitꝰ qñqꝫ eſt bona.qñqꝫ mala notabo ꝙ ſubiectio ſumit̃ multis modis.Eſt enim.

Subiectio ꝑfectorum.
Subiectio peccatorum.
Subiectio bonorum.
Subiectio damnatorum.
¶ Subijciunt̃.
Perfecti ſuis maioribꝰ.
Infecti,multis criminibꝰ.
Beati celi,numinibꝰ.
Damnati inferni demonibꝰ.

¶ Eſt igit̃ ſubiectio ꝑfectorũ q̄ eſt virtuoſa.q̄ ẽt de xp̄o dꝛ Luc.ij ꝙ ꝑgens cũ parentibꝰ erat ſubditꝰ illis. ¶ Item eſt ſubiectio pctõꝝ q̄ eſt vitioſa.⁊ iſta eſt illa q̄ peccator ſubijcit̃ criminibus ⁊ peccatis.De qua Sap.j.In maliuolam animã nõ introibit ſapiẽtia.nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.¶ Itẽ eſt ſubiectio btõꝝ q̄ eſt gaudioſa . ⁊ iſta eſt illa qua ipi ꝑfecte ſubijciũtur deo.⁊ qua eidẽ ſubijciunt̃ oĩa.De qua in pſ̄.Omnia ſubieciſti ſub pedibus eiꝰ.¶ Itẽ eſt ſubiectio dãnatorũ q̄ eſt doloroſa.⁊ iſta eſt illa qua ipſi damnati ſubijciunt̃ miſerijs ⁊ tormẽtis.de qua Hiere.xxvij.Subijcite colla veſtra regis babylonis iugo.¶ His igitur ꝑmiſſis de bona ⁊ morali ſubiectiõe eſt aliq̄d dicẽdũ. Dicamus ergo ꝙ ſicut ĩ natura ſunt aliq̄ creature ſupiores aliq̄ iferiores.ita tñ ꝙ ſupiores regũt ⁊ dñant̃.iferiores vero obediũt.ſequunt̃ ⁊ ſubijciunt̃:Sic vero ĩ eccl'ia deꝰ aliquos poſuit vt p̄eſſent alios ſtatuit q̄ ſubeſſent Prelati eñ ſunt inſtituti ad dominãduꝫ.ſubditi vero facti ſunt ad miniſtrãdũ:qꝛ.ſ.ad p̄latos ꝑtinet dñare.ad ſubditos ꝑtinet obedire.Et iõ breuiter.de ſubiectiõe q̄ fit ꝑ humilitatẽ dꝛ in pſ̄.Subditꝰ eſto dño ⁊ ora eum . Et ſic dꝛ.ij.Mach.ij.Iuſtũ eſt mortalẽ ſubditũ eſſe deo. De ſubiectione vero prelati q̄ fit ꝑ obediẽtie ſedulitatẽ.dꝛ. Rom.xiij.Omnis anima poteſtatibꝰ ſublimioribus ſubdita ſit.De ſubiectione etiam proximi que fit per mutuam caritateꝫ dꝛ.j.Pet.ij.Subditi eſtote oĩ humane creature ꝓpter deũ.Et Eph.v.Subiecti inuicẽ in timore dei.Ubi aduerte ꝙ ſubditi debent.

Humiliter ſubiugari.
Cõmuniter colligari.
Reuerenter famulari.

¶ Iſti eñ internaꝫ humilitatẽ debẽt obſeruare,fraternam caritatẽ debent colligare.Supernam autoritatem debent formidare.¶ Dico ergo primo ꝙ ſubditi debent humiliter conuerſari.ſubditi inquit. Nomen enim ſubiectionis.ſtatus inferioritatem ⁊ humilitatem deſignat.Natura enim q̄uis dederit cornua arietibus non tamen ouibus.elementa etiã ſuperiora q̄uis ſunt leuia illa tamẽ que ſubſunt ſcilicet inferiora ſunt ponderoſa naturaliter ⁊ grauia.quia procerto cariſſimi q̄uis in grege fideliũ illi q̄ ſunt arietes ſcilicet prelati ſuperiores ⁊ maiores habeãt qñqꝫ cornua ꝑ ſupbiam vel ſuperbie vanitatem.illi tamen qui oues ſunt ſcilicet ſimplices ſubditi debent carere talibus cornibus ꝑ humilitatem ⁊ obediẽtiam.q̄uis eñ illi ſurſum per elationem mẽtis quandoqꝫ eleuẽtur.iſti tamẽ ꝑ humilitatem inferius premũtur. ſubditi inquit.j.Paral̃.xxij.Subiecta ſit terra coram domino.Et bñ ſubditi dicunt̃ terra : que ſcilicet ventis interclufis agitatur omnibus elementis ſubijcitur.a cunctis conculcatur trãſeuntibus. grandinibus a nubibus veniẽtibus flagellatur.A leone etiam cum iratus fuerit ictibus caude verberatur.Quia proculdubio ſimplices ⁊ ſubditi ĩter ſe ventis vanitatis incluſis agitantur per diſcordiam . a tranſeuntibus ſcilicet a ballinis ⁊ officialibus cõculcantur per iniuriaꝫ. a nubibus.i.a ſuperioribus grãdinibus flagellantur per exactionem ⁊ moleſtiam.a leonibus.ideſt a tyrãnis crudelibus verberantur per ſeuiciam ⁊ rapinam Geñ.j.Replete terram ⁊ ſubijcite eam.Iſti ergo debent humiliter conuerſari:quia ſcilicet illi debẽt eſſe ſubiecti.Quod tamen eſt contra multos:qui ſcilicet nolunt ſubijci:ſed prefici.nolũt ſubeſſe ſed preeſſe.nolunt humiliter conuerſari.ſed magis ſuperbe ⁊ ſublimiter dominari.Iſtud patet in ambitioſis ſimilibus vento ⁊ igni.qui ſi ſub terra teneantur.non ceſſabunt eaꝫ concutere donec eam egrediantur exterius. quia tales ambitioſi abhorrẽt locum ſubiectionis . ⁊ affectant locum eminẽtie ⁊ prelatõis.⁊ iõ non ceſſant terram.i.eccleſiam in qua ſunt ꝑ lites ⁊ contentiões cõcutere.donec poſſint ꝯtingere ad optatuꝫ ⁊ venire.ij. Paral̃.xxj.rebellauit edom ne eẽt ſubditus iude.Nõ ſic fratres cariſſimi.ſed debemus humiliter cõuerſari. Subiecti inquit.j.Petri.v. Adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus.¶ Secundo dico ꝙ iſti debent tenaciter copulari inuicem.quia illi qui ſunt eiuſdem domini ſubditi.debẽt ⁊ cuꝫ domino ſuo ⁊ inter ſe ſimul ſtabiliter ⁊ cõcorditer eſſe iuncti.Exemplo apum inter quas ille que vni regi ſubijciuntur.ſimul ⁊ inuicẽ cõmorantur . Ad denotandum ꝙ nos qui vni deo vel vni prelato ſumus ſubditi debemus eſſe ꝑ amorem ⁊ concordiam ſimul iuncti.Inuicẽ inquit.Unde.j.Ioh. iiij.Diligamus inuiceꝫ.quia caritas ex deo eſt.Quia ſicut dicitur ibidem.Si deus dilexit nos ⁊ nos debemus inuicem diligere.Quia ſi diligamus inuicẽ deꝰ in nobis manet.Unde de tali caritatiua combinatõe ⁊ ſubiectione poteſt intelligi illud Exodi.xxvj.Bine baſes ſingulis tabulis ꝑ duos angulos ſubijciantur. Iſti ergo debẽt concorditer colligari.¶ Tertio dico: ꝙ iſti debẽt mentaliter excitari vel turbari.in timore inquit.Ad ſubdituꝫ enim ꝑtinet ꝙ reuereat̃ ⁊ timeat dominuꝫ ſuum ⁊ magiſtrum. Vñ ẽt alie aues aquile ſubdite dicuntur ipſaꝫ timere ⁊ vocẽ ipſius formidare.ſic nos debemus illos q̄bus ſumus ſubditi timere ⁊ eis cũ reuerẽtia obedire.in timore inquit.Vñ.j.Petri.ij.Serui ſubditi eſtote dñis in omni timore. Hec ergo de ſubditis ſufficiãt.Vide de Obedire.de Seq. de Seruus.⁊ in alijs ſimilibus titulis.

C

**Sublimitas.ſublimis.** Nota ꝙ ĩ ſcriptura inuenit̃ multiplex ſublimitas.videlꝫ Sublimitas. B

Interioris intentionis.
Utilioris perfectionis.
Superioris prelationis.
Exterioris promotionis.
Deterioris elationis.

¶ Prima eſt

Ayuntamiento de Madrid

¶ Prima eſt ſublimitas mētalis: q̄ꝛ.ſ.affectio mentis noſtre dʒ eſſe ſublimis ⁊ erecta ſuperius ad eterna. ⁊ hoc ipſa contēplando ⁊ ēt ipſa affectando. Et de iſta ſublimitate mentis poteſt dici illud Job.xl. Circūda tibi decorem ⁊ in ſublimi erigere ⁊ ſpecioſis induere veſtibus. ¶ Secunda eſt ſublimitas affectus moralis ⁊ iſta eſt ſublimitas vite ⁊ morum.i.excellentia ꝑfectionis ⁊ ſanctitatis ad quaʒ eſt difficile attingere. De qua Eſaie.lij. Ecce intelliget ſeruus me⁹ Jacob elatus ⁊ ſublimis erit valde. ¶ Tertia eſt ſublimitas ſuꝑnalis culminis ſcilʒ glorie paradiſi.in qua ſ.beati glorioſi ſunt ⁊ ſublimes.de qua dicitur Job.v. ꝙ deus ponit humiles in ſublime ⁊ merentes erigit ſoſpitate. ¶ Quarta eſt ſublimitas ſtat⁹ ⁊ glorie mūdanorū.de qua Daniel.ij. Facta interpretatione ſomnij.rex Danielem in ſublime extulit.verūtamen iſta ſublimitas cito deprimitur.quia quando rota voluitur illud quod erat ſublime baſſum efficitur. ⁊ illud quod infimum erat eleuatur. Sic iſti qui in hoc mundo infimi ⁊ pauperes ſunt.poſt mortem in paradiſo ſublimes erunt. Jlli vero qui mō in mundo ſunt ſublimes tunc tēporis baſſi erunt.de qua Eſaie.ij. Oculi ſublimis hominis humiliati ſunt. ⁊ incuruabitur altitudo virorum. Et Eze.xvij. Humiliaui lignuʒ ſublime ⁊c. ¶ Quinta eſt ſublimitas criminalis cordialis.ſcilʒ ſuꝑbie que cor facit altum ⁊ ſublime. contra illud quod Luc.xij.dicitur. Nolite in ſublime extolli. Et.j.Thimo.vj. Precipe diuitibus huius ſeculi nō altum vel ſublime ſapere nec ſperare in incerto diuitiarum. Jſta eſt ergo quintuplex ſublimitas.tam ī bono ꝙ̄ in malo.ſed non ꝓſequor nec pono exēpla.quia ſupra de altitudine ⁊ de elatione ⁊ de excelſo ſatis dictū eſt. ⁊ infra de ſurſum aliquid dicetur.

a **Subito.** Nota ꝙ ſubito ſignificat actuum celeritatē. ⁊ ſm ꝙ illa que fiunt ſubito ſunt ſiue bona ſiue mala. ſm hoc actus ſubitane⁹ pōt dici bonus vel malus. Et ſic poſſum notare ꝙ in ſcriptura inuenio vnum ſubito.

Prompti vigoris.
Magni valoris.
Magni timoris.
Magni furoris.
Grandis doloris.

¶ Primum eſt ſubito obediētie. quia ſcilʒ obedientes debēt ſubito ⁊ prompte ⁊ celeriter obedire. ſimiles luci: que ab oriente in occidenteʒ ſubito ſe diffundit.de quo Act.ix. Subito circumfulſit eum lux de celo. ¶ Secundum eſt ſubito dei potentie: quia ſcilicet deus oꝑatur ſubito. Natura enim non facere conſueuit aliquid ſubito.nec in inſtanti ſicut deus. Vñ Eſa.lx. Ego dominus ſubito faciam illud. ¶ Tertium eſt ſubito dei iuſtitie: quia iuſtitia diuina ſubito irruit in iuſtos. Exemplo aquile que ſubito irruit in ardeā vel in piſcem quem videt inferius natitare. ⁊ de hoc Eſaie.xxx. Subito dum non ſperatur veniet cōtritio eius. ¶ Quartuʒ eſt ſubito magne ſeuicie. ⁊ illud eſt iſtud quo crudeles mouentur ad iram ſubito. ⁊ quo precipites iudices mouentur ſubito ad vindictaʒ vel etiam ad rapinam. Similes catto qui inſidians muri fingit ſe mitem. ⁊ tamen ſtatim quando videt eam proſilit in eandem. ſic tales in pauperes ⁊ ſimplices. Unde in pſal. Subito ſagittabunt euʒ ⁊ non timebūt ⁊c. ¶ Quintus vero ſubito eſt magne triſtitie. ⁊ illud eſt ſubito mortis.quia ſcilicet ſubito dum non ſperatur veniet mors. Job.vij. Viſitas eum diluculo ⁊ ſubito probas illum. Unde etiam anime deſolate dicitur Eſaie.xlvij. Venient tibi hec duo ſubito in die vna ſterilitas ⁊ viduitas. Vide de Cito. Repente ⁊ ſimilibus.

a **Subſtantia.** De ſubſtantia inꝙ̄tum dicit mihi cuiuſlibet rei eſſentiaʒ ⁊ qualitatem. quidditatem ex materia ⁊ forma conſtanteʒ.nihil ponitur in ſcriptura. Sed de ſubſtantia inꝙ̄tum poteſt ſignificare poſſeſſionem ſeu diuitiaꝝ acquiſitionem vel congregationem aliquid eſt dicendum. Cuʒ ergo homo poſſit habere ⁊ poſſidere ſex genera rerum ſcilicet corpus. Animam. Gratiā. Scientiam. Gloriam ⁊ mundi opulentiam. Poſſum notare ꝙ in ſcriptura inuenio ſubſtantiam multipliciter intellectam. Jnuenio enim Subſtantiam.

Corporalem.
Pectoralem.
Uirtualem.
Cordialem.
Eternalem.
Temporalem.

¶ Subſtantia corporis eſt fragiliſſima de qua in pſ. Memorare que mea ſubſtantia ⁊c. Et alibi. Subſtātia mea tanꝙ̄ nihilum ante te. ¶ Subſtantia pectoris eſt anima que eſt nobiliſſima. ⁊ de hoc poteſt dici illud Eccleſiaſti.xiij. Bona eſt ſubſtantia cui non eſt peccatum in conſcientia. ¶ Subſtantia virtualis ſeu gratie eſt vtiliſſima. De iſta pōt dici illud ꝓuer.x. Subſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius. Et Joſue.xxij. Jn multa ſubſtātia ⁊ diuitijs reuertimini ad ſedes veſtras. Jſtam tamē ſubſtantiam ꝑdunt homines quādo peccāt. Exēplo filij prodigi qui diſſipauit ſubſtātiam ſuaʒ viuēdo luxurioſe Luc.xv. Quia ſicut dicitur Eccle.xl. Subſtātia impioꝝ quaſi fluuius ſiccabitur. ¶ Subſtātia cordialis ſeu ſcientie eſt amantiſſima.facit enim hominē honorari. Eccli.x. Eſt homo honorabilior propter ſuam ſubſtantiaʒ. ¶ Subſtātia eternalis ſeu glorie eſt fecundiſſima. iſta enim nūꝙ̄ deficit nec minuitur. Et de iſta poteſt dici illud quod dixit dn̄s ſalomoni. diuitias. gloriā ⁊ ſubſtantiā dabo tibi. Et Sapiē.xvj. Subſtantiam tuam ⁊ dulcedinem tuam in filios oſtēdiſti. ¶ Subſtātia vō opulentie eſt debiliſſima. q̄ꝛ tēporalis opulentia parū durat. Unde Prouer.xiij. Subſtantia feſtinata minuet̄. De ſubſtantia iſta vltimo modo ſumpta.ſcʒ de diuitijs huius mundi multa poſſunt dici: ſed ſupra de diuitijs ſatis dictū eſt ⁊ ēt in multis titulis huius operis. hoc ſolum ego notabo ꝙ tales ſubſtantie tꝑales ſi expendunt̄ ſunt ꝓficue. ſi retinētur ſunt nocue. Jſte enī ad propriam ſuſtentationē ⁊ ad pauperuʒ releuationē ſunt ordinate. ⁊ ideo qui aliter ipſis vtitur ſine ratione oꝑatur. Eccli.xiiij. Uiro tenaci ⁊ cupido ſine rōne eſt ſubſtantia. Vñ Prouer.iij. Honora dn̄m de tua ſubſtantia. ⁊ de primitijs frugum tuarum da paupib⁹. Et bñ dicit de tua. q̄ꝛ elemoſyna non valet niſi de proprio detur ſicut nec minutio infirmo ꝓficeret. ſi alienum ſanguinem extraheret ⁊ nō ſuum. quia ſicut dicit̄ Eccleſiaſti.xxxiiij. Qui offert ſacrificiuʒ de ſubſtantia pauperis. ſicut q̇ victimat filiuʒ in conſpectu patris. Uide ſupra de diuitijs.

**Subuertere.** Cum ſubuertere nihil aliud eſt ꝙ̄ illud quod ſurſum eſt. A
ſubtus vertere. Poſſum dicere ꝙ ſubuerſio quadruplex inuenitur.ſ.ſubuerſio.

| | |
|---|---|
| Uirtuoſa. | Uirtuoſe ſubuertitur reus penitēdo. |
| Criminoſa. | Criminoſe ſubuertit̄ homo peccando |
| Doloroſa. | Doloroſe ſubuertit̄ diues decipiēdo. |
| Luctuoſa. | Luctuoſe ſubuertit̄ reus moriendo. |

¶ Dico primo ꝙ eſt quedam ſubuerſio virtualis mutatiōis. ⁊ iſta eſt illa qua cōgeries vitiorum edificium dyabolicū ꝑ pniam ſubuertit̄ ⁊ quaſſat̄. De qua Joñ.iij. Adhuc.xl.dies ⁊ niniue ſubuertet̄. q̄ꝛ niniue eſt ciuitas dyabolica.ſ.cōſciētia pctōꝝ. tunc ꝓculdubio ſubuertet̄. qñ ꝑ quadrageſimā vel pniam in meli⁹ cōmutat̄. Vñ.iij.Reg.xix. Spirit⁹ fortis ⁊ grandis ſubuertēs montes ⁊ cōterēs petras apparuit helye. Talis aūt ſubuerſio fit ꝑ miniſteriū boni p̄dicatoris. cui demones vident̄ dicere illud Luc.xxiij. Hunc inuenimus ſubuertentē gentem noſtram ⁊c. Nam p̄dicatoribus dr̄ Job.xij. ꝙ ſi deus continuerit aquas oīa ſiccabunt̄. ⁊ ſi dimiſerit eas ſubuertent terram. De⁹ enī

DDD

vt dicit ibidē multiplicat gentes ⁊ ꝑdit eas. ⁊ ſubuerſas in integrum reſtituit. ¶ Scḋo dico ꝙ eſt quedam ſubuerſio criminalis corruptionis. ⁊ iſta eſt illa qua hō ꝑ vitia ⁊ peccata a virtutuꝫ rectitudine ſubuertit ⁊ caſſatur. Subuertuntur enim.
Quidam per ſuperbie vanitatem.
Quidam per luxurie voluptatem.
Quidam per diſcordie contrarietatem.
Quidam per auaritie cupiditatem.
Quidam per hereſis ⁊ malicie falſitateꝫ.
Dico ꝙ iſti ſunt ſicut ſurdi non audientes per patientiam. Unde. pš. Ego autem tanꝗ ſurdus non audiebam ⁊c. Item ſunt tanꝗ in fornace ardentes per penitentiam. Et de hoc. Sap. iij. Tanꝗ aurum in fornace probauit eos dominus ⁊ qſi holo. ho. ac. eos. Itē ſunt tanꝗ vxoribus carentes: per continentiā. Uñ. i. Coꝛ. vij. Qui vxores habent ſint tanꝗ non habentes. Itē tanꝗ nihil habentes: per paupertatē. ij. Coꝛ. vi. Tanquā nihil habentes ⁊ omnia poſſidentes. Item ſunt tanꝗ paruuli lactantes per humilitatem. i. Coꝛin. iij. Tanꝗ paruulis in xp̃o lac dedi vobis edere non eſcā. Item ſunt tanꝗ lapides viuentes: per conſtantie ſtabilitatem. Unde. i. Pet. ij. Uos tanꝗ lapides viui ſuperedificamini domos ſpirituales. Igitur illud eſt tanꝗ. i. illa ſimilitudo ſeu comparatio que pertinet ad viros perfectos. ¶ Secundo dico: ꝙ eſt vnum tanquā quod pertinet ad viros infectos: ⁊ ſic de ipſis đ. ī pš. ꝙ tanꝗ fenum velociter areſcent ⁊ quēadmodum ole. her. ci. deci. ¶ Item tercio dico: ꝙ eſt vnum tanꝗ quod pertinet ad viros damnatos: ⁊ ſic de Chriſto in iudicio dr. Reges eos in virga ferrea ⁊c. ¶ Quarto dico ꝙ eſt vnum tanꝗ quod pertinet ad viros beatos: ⁊ ſic ipſis dr Heb. xij. Tanꝗ filijs ſe offert deus vide de ſicut ⁊ alijs titulis ſimilibus.

## Tantum.

Idem eſt ꝙ ſolummodo. vide ergo de ſolus. Tantum enim videtur eſſe dictio priuatiua. Priuat enim omnē vlteriorem dictionem vl' poſitionē. Et ideo dilata ſi vis. ſed omitto quia vocabulum eſt ſterile.

## Tantus.

Idem eſt ꝙ tam magnus: vide ſupra de magnitudine.

## Tarditas.

A Nota ꝙ tarditas multa poſſet ſignificare: ſꝫ valde pauce ſunt auctoritates notabiles: ne tamē intacta videatur totaliter. Notandum ꝙ eſt tarditas.

Commendabilis.
Deteſtabilis.
Formidabilis.
Tollerabilis.

Eſt dico primo tarditas commendanda: ⁊ iſta eſt tarditas deliberatiua: qua ſcilicet homo tardat ⁊ deliberat facta ſua facere: vt ad ipſa mature procedat. Leo enim ⁊ Aſinus ſunt animalia valde tarda: ſunt tamē multo magis vtilia quā tigrides. vl' leones: que valde ſunt leuia et velocia dinoſcuntur. Sic vere meliores ſunt illi: qui per deliberationem ſunt tardi. ꝗ illi qui per nimiā precipitationē ſunt in ſuis actib⁹ precipites atq; citi. Ideo Iacobi. i. dr. Sit aūt oīs homo velox ad audiendū. tardus aūt ad loquendū ⁊ tardus ad iram

Ayuntamiento de Madrid

¶ Secundo dico: ꝙ est tarditas detestanda: ⁊ illa est tarditas pigricie: qua hō est tardus ⁊ piger ad faciendum illa que pertinent ad salutem: similes limaci qđ est animal valde tardum. Contra quos dicit. Deut. xxiij. Cum votū voueris domino tuo non tardabis reddere. ⁊ Eccli. v. Ne tardes conuerti ad dominum.
¶ Tertio dico ꝙ est tarditas formidanda: et ista est tarditas diuine patiētie: qua scʒ ipse tardat vsqꝫ post mortem reddere retributionem supbis: quia ipse est sicut aries: q̄ quanto plus tardat percutere retrocedēdo: tanto durius percutit veniendo. Tarda eniʒ videt ista iustitia iniuriam patienti: non est tamen tarda in cōspectu dei: cui omne qđ est totum est p̄sentia: ⁊ ideo dicit. Eccli. vij. Memento ire q̄m non tardabit.
¶ Quarto dico: ꝙ est tarditas que est tolerāda. ⁊ ista est tarditas diuini auxilij ⁊ gratie: ⁊ tarditas felicitatis eterne. Deus em̄ tardat dare beneficia suavt auidius appetant: sed quanto plus tardat. tanto habundantius remūerat: similis patrifamilias qui ex certa scientia tardat reddere operario mercedem vsqꝫ ad finem septimane: vt in fine septimane merces sibi reddita plus ametur. Ideo dicit. Abacuc. ij. Si moram fecerit expecta euʒ: quia nō tardabit. Vide supra đ. Patientia. Differre. Amicicia. Pigricia ⁊ alijs similib⁹.

## Taurus.

a Nota ꝙ taurus in scriptura accipit vł sumitur quatuor modis. per taurum em̄ quod est animal indomitū nulli adhuc iugo subiectum possuʒ intelligere christum: qui đr taurus propter fortitudinem indomabilem. Deut. xxxiij. Fortitudo eius rynocerōtis: quasi primogeniti tauri pulcritudo eius. ¶ Item significat dyabolum ꝑpter crudelitatem incredibilem. Unde de damnatis đr. Esai. xxxiiij. Descendent vnicornes cum eis. ⁊ tauri cū potentibus. Item significat quemlibet martyrem ꝑpter immolationem deo placabilem. Tauri em̄ deo solēt immolari: ⁊ de carne etiam tauri mortui apes vt dicitur solent nasci: quia scʒ corpora sanctoꝝ deo fuerunt immolata: ⁊ multitudo apum. i. fidelium de corporibus suis mortuis fuit nata: q2 occasione mortis ipsoꝝ in fide fuit generata. Unde Math. xxij. đr in persona xp̄i. Tauri mei ⁊ altilia mea occisa sunt. ¶ Item significat quēlibet impium ꝑpter prauitatem detestabilē sic cōmuniter sumit in scriptura. Sicut em̄ taur⁹ est.
Animal ceruicosum.
Animal lubricosum.
Animal furiosum.
Animal clamorosum.
Sic vere peccator est elatus ⁊ ceruicosus: ꝑpter superbiam: q2 scʒ more tauri caput portat elatuʒ ꝑ superbiam ⁊ cornutum. Contra quod. Eccli. vj. Non te extolas a cogitatione tua sicut taurus. Item est immund⁹ ⁊ lubricosus per luxuriaʒ. Unde de luxurioso đr i. p̄s. Congregatio taurorum in vaccis populorum. Iteʒ est pteruus ⁊ furiosus: per discordiaʒ. Ipse em̄ more tauri gloriatur cum alijs luctari: ⁊ pugnaʒ alijs pofferre Unde de illis potest dici illud. p̄s. Tauri pingues obsederunt me. Item est clamorosus ⁊ verbosus per iniuriam: quia scʒ more tauri non cessat ꝑ murmurationem mugire ⁊ ꝑ iniuriam alios perturbare. Hiere. l. Effusi estis sicut vituli super herbam ⁊ mugistis vt tauri ⁊c. vide. ſ. de Boue.

## Tecum.

Vide infra vbi vobiscum.

## Tegere. tegimen. tectum.

Multa possent dici de tegere: sed deficiunt autoritates notabiles ⁊ ideo vide in alijs titulis scʒ de abscondere: operire: velare. celare: induere ⁊ vestire: oia em̄ huiusmodi tegumenta designant. Quia in scriptura inuenit tegumentum.
Honestatis.
Potestatis.
Pietatis.
Falsitatis.
Excusationis.
Obstinationis.
Luxuriationis.
Occultationis.
De tegumēto honestatis quo boni tegunt: đr. iij. Regum. vj. ꝙ salomon texit domum tabulis cedrinis.
De tegumento potestatis: quo deus tegit ⁊ ꝓtegit in se sperantes: đr in. p̄s. Sub vmbra alaꝝ tuaꝝ sperabo donec transeat iniq̄tas. Et Sap. v. Dextera dn̄i teget sctōs. De tegumēto pietatis quo nudoꝝ corpora sunt tegenda. đr. Thob. iiij. De vestimentis tuis nudos tege. De tegumento falsitatis: quo hypocrite se velant: ⁊ de tegumēto excusatiōis: quo adulatores diuites excusant: de tegumento obstinationis. dicit Aug. Si tegis deus detegit: si detegis deus teget. De tegumēto luxurie ⁊ cōsanguinitatis dicit Ouidi. Dulcia frater no sub noie furta tegemus. De tegumēto ꝟo occultationis: quo vir humilis tegit ⁊ occultat facta sua virtuosa nolens ea videri. đr Ezec. xxxij. Solem nube tegam ⁊ luna non dabit splendorē suum: transeo vide i alijs titulis supradictis.

## Tempestas.

a Nota ꝙ tempestas nihil aliud est ꝙ quedā aeris distēperantia: q̄ intuentibus ⁊ sentientib⁹ horrorē incutit et terrorē q̄ scʒ ex aqua: vento: turbine: fulgure ⁊ grandi ⁊ alijs aeris impressionib⁹ generatur. Possum moraliter notare ꝙ tempestas significat
Iniquitatis redundantiam.
Prosperitatis affluentiam.
Crudelitatis violentiam.
Aduersitatis pestilentiā.
Est igit tempestas iniq̄tatis. Multitudo. n. vitioꝝ est sicut q̄dā tēpestas q̄ submergit ⁊ obruit pctōres. p̄s. Ueni in altitudinē maris ⁊ tēpestas demersit me. Tēpestas vitioꝝ illū submergit: q̄ altitudinē maris. i. mundi eminentiā ascendit. Exēplo syrene: cuius cant⁹ ⁊ plausus signa sunt tēpestatis. Sic vere solatia ⁊ ꝓsperitates maloꝝ signa sunt tēpestatis p̄ritus vitioꝝ ⁊ futuroꝝ tormentoꝝ. Hier. xxiij. Tēpestas erūpens sup caput impioꝝ. Cōtra qđ dauid in. p̄s. Nō me demergat tēpestas aq̄ ⁊c. Itē est tēpestas ꝓsperitatis. Tēpestas em̄ vltra debitū habūdās oia dissipat atqꝫ turbat vnū t̄n est qđ modicū pseuerat atqꝫ durat. Sic ꝟe maloꝝ ꝓsperitas alijs ē nociua: parū t̄n est durabilis aut mansiua. Cito em̄ mali ī sua glia deficiūt: ⁊ ꝗuis dū durāt multa mala faciāt: cito t̄n pereūt ⁊ desistut. ꝓuer. x. Quasi tēpestas transiens impius nō inuenit. Iustus aūt q̄si stabile fundamentū. Itē est tēpestas crudelitat. Qn̄ tyrāni more tēpestatis alios fulmināt: ⁊ crudeliter inflāmant. vnde de crudeli nabuchodonosor dicit. Esai. v. ꝙ rote eius quasi impetus tēpestatis. Ista t̄n vtilis est patientib⁹ Exēplo graminis ⁊ herbe q̄ viridior est tpe tēpestatis Item est tempestas aduersitatis illa q̄ deus in infernu fulminabit dānatos: de q̄. in. p̄s. Ignis in cōspectu eius exardescet ⁊c. Ita ꝙ quilibet damnatus poterit dicere illud. Tren. v. Pellis nostra quasi clibanus exusta est a facie tempestatis et famis. Contra istam tamen valet corallus rubeus: idest memoria sanguinis Christi: sufficiat. vide de Fulgure. Grandine. et Turbine.

## Temperantia.

De temperātia nihil pono quia pauce sunt autoritates notabiles: vide ergo de ea ⁊ pone ea si vis originalia.

## Templum.

a Cum templum proprie sit locus ad cultum dei dedicatus: ⁊ ad religionis officium ordinatus. Possumus dicere ꝙ ſm ꝙ aliqui spiritualiter colunt diuersos quidam scilicet deum celi: quidam deuʒ seculi huius. ſm hoc possunt inueniri bona templa ⁊ mala. ¶ De templo ergo bono ⁊ in bono significato sumpto primitus est dicendum. Notemus ergo ꝙ est templum.
Interius. Templum interius est tēpluʒ deuotoꝝ.
Exterius.

Ayuntamiento de Madrid

Exterius. Templũ exterius eſt templũ clericoꝝ.
Inferius. Tēplũ inferius: eſt tēplũ perfectoꝝ.
Superius. Templũ ſuperius. eſt tēplũ angeloꝝ.

Primum fit de virtutibus.
Secundum fit de lapidibus.
Tertium fit de hominibus.
Quartum fit de ſpiritibus.

Primũ ergo eſt tēpluꝫ interius qđ eſt deuotoꝝ: ⁊ illđ eſt tēplum cōſciētie: q̄ꝛ.ſ. iuſtus ⁊ iuſti cōſcientia tēplũ eſt ⁊ habitaculũ ſpũſſancti. Ideo dr̄.j. Coꝛ.iij. Tēplũ dei ſanctũ eſt qđ eſtis vos. ¶ Scđm eſt templũ exterius qđ eſt clericoꝝ. ⁊ illud eſt materiale. in quo viri eccleſiaſtici ſeruiunt deo: de quo Joh.xviij. Semꝑ docui in ſynagoga ⁊ in tēplo quo oēs iudei conueniũt. ¶ Tertiũ eſt tēplũ inferius qđ eſt templũ ꝑfectoꝝ ⁊ illud eſt templũ eccleſie.i. ſtatus fideliũ ⁊ potiſſime eccleſiaſticoꝝ. De quo in pſ̄. Adoꝛabo ad tēplũ ſanctuꝫ tuũ ⁊ confiteboꝛ nomini tuo. ¶ Quartũ eſt tēplũ ſuperius qđ eſt beatoꝝ. De quo in pſ̄. Dñs in tēplo ſancto ſuo: dñs in celo ſedes eius. His premiſſis de tēplo moꝛali: hoc eſt dictu: de ſtatu eccleſiaſtico aliq̄d eſt dicendũ ⁊ dicamꝰ ꝙ ſicut iſta tēpla materialia ſolēt firmiter fundari: decenter oꝛnari: diligenter mũdari: ſic ſtatus eccleſie firmiter fundat̄.ſ. ſuꝑ fidei fundamēto. de quo.ij. Eſdre.v. Fũdauerũt tēpluꝫ dñi ĩ nouilunio. i. in nouitate fidei. Decenter oꝛnat̄ virtutũ oꝛnamēto. de quo.j. Mach.iiij. Oꝛnauerunt faciē tēpli coꝛonis aureis: ⁊ ſi vis ponere ꝙ ſicut ad oꝛnandũ tēpluꝫ multa requirunt̄.ſ. panni: cerei: candelabꝛa: cāpane: ⁊ cātores: crux ⁊ ſctōꝛum imagines. Sic in tēplo eccleſie vel etiā conſcientie debēt eſſe panni aurei decentis honeſtatis: lāpas ⁊ cerei ſplendentis veritatis. cāpane ⁊ cātores diuine laudis ⁊ ſonoꝛe ſuauitatis: crux.i. paſſio xp̄i moꝛtis ⁊ calamitatis: imagines ſanctoꝝ.i. imitatio ſanctitatis ⁊ bonitatis. Hiere.xxx. Tēplum iuxta oꝛdinem ſuũ fundabit̄. Itē diligent̄ mundat̄.ſ. a culparum ⁊ criminuꝫ paramento.ij. Mach.x. Purgato tēplo aliud altare fecerũt. De tali altari ⁊ tēplo ſic fundato poſſumus dicere illud.pſ̄. Sanctum eſt tēplum tuũ mirabile in eq̄tate. Aduerte ergo ꝙ tēplum eccl̄ie vel etiam quelibet bona perſona dꝫ habere.

Puritatem immaculabilem.
Libertatem inuiolabilem.
Excellenciam conſiderabilem.
Equalanceaꝫ impturbabilem.

Primũ ꝓbat ſtatus cōditio: q̄ꝛ ſanctũ. Scđm dei poſſeſſio: q̄ꝛ tuum. Tertium loci ꝑfectio: quia mirabile. Quartũ iuſta liberatio: quia ĩ eq̄tate. tēplũ ergo dꝫ eē

Per nullam feculentiam deturpatum. ſanctum.
Per nullam peſtilentiam violatum. tuum.
Per ſummam excellentiam honoꝛatum. mirabile.
Per rectam lācceā regulatũ. in equitate.

B ¶ Dicamꝰ ergo primo ꝙ tēpluꝫ illđ debet pollere puritate q̄ꝛ ſcꝫ ſanctuꝫ eſt. mundũ ⁊ purũ. ⁊ nullis vitijs defedatum: Iuxta illud ꝑdictũ.j. Coꝛ.iij. Tēplum dei ſanctum eſt. Sicut eñ turtur loca munda diligit. immunda ꝟo odit ⁊ refugit. Apes etiā floꝛes mundos ⁊ bonos ſectant̄. in mundo loco ſiſtunt aut moꝛant̄. Sic vere deus q̄ turture vel ape mundioꝛ ⁊ purioꝛ eſſe dinoſcitur: in loco quem inhabitat ſcꝫ in tēplo eccleſie: vel conſcientie mundiciam vult inuenire: al's illud nō ſolet accedere nec venire: ſed potius inde recedere et abire: ſanctum eſt ergo.pſ̄. Deus in tēplo ſancto ſuo. Cum igitur iſte locus debeat eſſe ſanctꝰ ⁊ mũdus: nō decet ꝙ ab immundis hominibꝰ frequētetur: nec ꝙ vitioꝝ immũdicijs maculet̄. Dicit eñ Solinus đ mirabilibus mũdi: ꝙ aues q̄ dicunt̄ dyomedee q̄ plumā habent albam ⁊ oculos igneos: domum ⁊ habitaculũ in altiſſima maris rupe ſibi edificant: quaꝫ quodā ritu mirabili omni die conſecrant ⁊ ſanctificāt. Ad mare enim deſcendentes in aqua ſe demergunt. ⁊ ſic domum luſtrantes ipſam alis vibꝛatis quodammodo mundant. ſanctificant: conſecrant: purificant ⁊ aſpergunt: ſignantes illos qui in habitaculo eccleſie ſunt conſtituti: ꝙ etiam in alta rupe ſcꝫ ſuper firmam petram xp̄m in medio maris fluctuoſi ſeculi eſt fundatũ ipſum habitaculum ſuum ſcꝫ eccleſiam vel religionē in quo ſunt omni die nitunt̄ in aqua penitentie ſe balneare: ⁊ ſe aqua lachꝛymaꝝ aſpergere: deo ſe ꝯſecrare ⁊ edificare: dedicare: ⁊ ipſuꝫ in ſanctitate ſeruare: ⁊ ab omnibus ſoꝛdibus ⁊ immũdicijs ſe depurare: ſanctũ inquit eſt templuꝫ.ij. Paral.xxix. Sacerdotes ingreſſi ſunt templum dñi vt ſactificarent illud. Nđ tamē eſt contra multos: qui templum conſcientie vel eccleſie non ſanctificant: nec ſancrificate ſeruant: ſed potiꝰ ipſum varijs vitijs deturpant: maculant atq̄ꝫ fedant. Iuxta illud.pſ̄. Deus venerunt gentes in hereditate tua polluerunt templum ſanctum tuũ. O deus quot hodie ſunt pollutoꝛes hm̄ōi: ⁊ quot ſanctitudinis fedatoꝛes. Videtur eñ impletum illud.ij. Macha.vj. Templum luxuria ⁊ comeſſationibꝰ erat plenũ ⁊ ſcoꝛtantium cum meretricibus in ſacriſq̄ꝫ edibus mulieres vltro ſe ingerebant. Non ſic chariſſimi: non quia ꝓculdubio ſicut dictum eſt: templuꝫ illud ſcꝫ eccleſia religio vel conſcientia debet puritate pollere: ſanctũ eſt inquit templum. ¶ Secundo dico: ꝙ illud tēpluꝫ C debet libertate gaudere: cum dicitur tuum. Iſtud eñ ꝓnomen tuum eſt ꝓnomen poſſeſſiuuꝫ. Et ideo ſicut videmus: ꝙ poſſeſſiones fiſci ⁊ eccleſie magnis libertatibus ⁊ priuilegijs ſunt dotate: intantum ꝙ nullus audet eas violare. Sic templum eccleſie ⁊ conſcientie qđ ꝓprie eſt tuum deus ſumma libertate gaudet: intantum ꝙ hic ⁊ nō alibi poteſt homo ſaluari: ⁊ ꝓpter hoc non poteſt nec debet nec ꝑ demones nec per homines violari.j. Coꝛ.iij. Qui templum domini violauerit deſtruet eum dñs. tuum ſupple o deus. Quis eſt ille qui auderet domũ regis inuadere: vel qui fugiētē ad imunitatē materialis eccleſie: ⁊ ſi crimen maximũ cōmiſiſſet auderet violenter extrahere: nō eñ dꝫ preſumptuoſe inuadi. ſed ob reuerentiam illius cuius ē cum reuerentia venerari. tuuꝫ inquit.pſ̄. Adoꝛabo ad templum ſanctuꝫ tuum domine ⁊ confiteboꝛ nomini tuo. Iſtud eſt templum ſuum vbi.

Adoꝛatur.
Laudatur.
Honoꝛatur.

Dico ꝙ ibi moꝛatur.pſ̄. Dominus in templo ſancto ſuo. Dico ꝙ ibi laudatur.pſ̄. In templo eius omnes dicent gl'am. Dico ꝙ ibi honoꝛatur.pſ̄. A templo ſancto tuo qđ eſt in hieruſalem tibi of.re.mun. Iſtud ē tñ contra multos: q̄ ꝗuis ſciant ꝙ eccleſia eſt ꝓpꝛium tēplũ dei. ipſi tñ ipſuꝫ non honoꝛant nec reueret̄. ſed ipſum violenter offendunt ⁊ depꝛedantur: ſicut ſunt potiſſime tyꝛanni. ⁊ vt cōiter ſeculares domini ⁊ balliui qui ꝓcerto ſumme ſtudent tēplum dñi offendere: poſſeſſiones eccleſie inuadere. ⁊ quicq̄d habent templi ⁊ eccleſie ſeruitoꝛes ꝓ viribus deuaſtare. Exemplo vꝛſi qui examen apum non obſtantibus apum punctionibus caſſat atq̄ꝫ laniat vt mella coꝝ deuoꝛat atq̄ꝫ rodat. Quia ꝓcerto tyranni hodie ſtudent examen apum.i. congregationem bonoꝝ: hoc eſt dictu: domũ ⁊ tēplũ eccleſie caſſare ⁊ inuadere quicq̄d habent vt melle diuitiarum ſuarum poſſint famē auaricie ſue ſatiare. Iſtud pꝛoculdubio videmus: ꝙ ꝓpter tales vꝛſos famelicos ⁊ furibundos quaſi templum eccleſie eſt penitus deſtructum. Naum.ij. Poꝛte fluuioꝛum aperte ſunt ⁊ templum ad ſolum dirutum eſt. Fluuij eñ dicuntur tales homines violenti. figurati in antiocho: de quo dr̄.j. Mach.vj. Nđ cum audiſſet in ciuitate helymaida eſſe templuꝫ locuplex valde: querebat capere ciuitatem. ſed occurrentes illi de ciuitate ad pꝛelium contra eum exierunt. ⁊ eũ fugere compulerunt. Qꝛ ꝓcerto multi ſunt tyꝛanni inuadētes templo ⁊ eccleſie: q̄ vt poſſent locupletari ipm̄ penitus raperent ⁊ deſtruerent: niſi illi de illo tēplo ⁊ de ciuitate eis occurrerent: ⁊ ſeviriliter defenſarēt. Et bꝛeuiter iſti ſunt



Ayuntamiento de Madrid

illi de quibus dicitur. Ezech. viij. Qđ dorsa habebant contra templum ⁊ adorabant ad ortum solis: quia s. isti cōtra templuꝫ ecclesie dorsa verterunt. Non sic charissimi: quia vt dictum est templum illud debet libertate gaudere: q2 tuum inqt. ¶ Tertio dico: ꝙ illud tēplum excellentiaꝫ debet habere: quia mirabile. Illud enī templum antiquum qđ edificauit salomon valde fuit excellens ⁊ mirabile: intātuꝫ: ꝙ ipse. j. Para. xxij. de eo dicebat. Domus quam edificare cupio talis debet esse: vt in cunctis regionib⁹ nominetur. Discipuli etiam admirantes mirabilia edificia templi dixerūt christo. Marci. xiij. Magister aspice quales lapides ⁊ quales structure. In quo notat̄ ꝙ ecclia vel conscientia viri iusti dꝫ habere excellentes ⁊ notabiles virtutes: qđ merito dꝫ ab alijs admirari. Sicut enī nos.

Miramur celum: ꝓpter stellarum multitudinem.
Miramur mare: ꝓpter aquarum amplitudinem.
Miramur terram: ꝓpter fructuuꝫ multitudinem.
Miramur aerem: ꝓpter auium celsitudinem.

Sic ꝓculdubio mirari debet ecclia: ꝓpter virtutum magnitudinem: mirabile inqt. Luce. j. Erat popul⁹ expectans in tēplo ⁊ mirabat̄: ita ꝙ antiquitus solebant dicere illud. Luc. v. Vidimus mirabilia hodie. De mirabilib⁹ aūt que erant in tēplo illo: ꝑ que pñt mirabiles virtutes ecclesie denotari: possum⁹ dicere ꝙ sicut in templo illo erat archa testamenti continēs manna: virgam ⁊ tabulam legis dei. que quidē archa erat coopta ꝓpitiatorio ⁊ duo cherubin deportabant Juxta vero archam erat altare thymiamatis: vbi incensum offerebatur: tandem erat ibi velum: candelabrum: mensa: ⁊ altare holocaustoꝝ: sicut dr̄. iij. Reg. vij. Sic ꝓculdubio charissimi in tēplo ecclesie debent esse omnia ista mysterialiter intellecta. Per archā. n. testamenti intelligunt̄ viri ꝑsidentes. s. ꝙ manna. i. dulcorem pietatis: virgā. i. rigorem seueritatis. tabulas legis. i. scientiam totius veritatis debēt continere: secuꝫ vero duo cherubin: ꝙ interpretant̄ plenitudo sciētie. i. duos ad minus sapientes consiliarios debēt habere. ꝓpiciatorium venie ⁊ misericordie debet tenere ⁊ iuxta altare incensi ⁊ thymiamatis. i. iuxta exercitium deuotionis ⁊ orōnis debet manere. Per veluꝫ aūt intelligunt̄ virgines ⁊ continentes. Per candelabrum doctores ⁊ alios illuminantes. Per mensaꝫ boni diuites pauperes pascentes. Per altare holocaustorum martyres ⁊ religiosi: seipsos dño immolantes oēs tales ꝑsone in templo ecclesie solebāt reperiri: ꝓpter qđ merito poterat admirari. Vñ verificat̄ ꝓprie illud. iij. Reg. vj. Qđ nihil erat in templo qđ nō auro tegeret̄: q2 ꝓcerto oē illud qđ in illo templo esse solebat. auro sanctitatis ⁊ mundicie ꝑpollebat. Cuius tñ ꝓculdubio est hodie contrariū: q2 ꝓcerto ꝑsone ecclesiastice nō sunt hodie mirabiles sancteqꝫ ⁊ auree: sꝫ potius immūde: atqꝫ terree: hodie non miran̄t excellentiam sue sanctitatis: sed potius nequitiam sue prauitatis: atqꝫ fallacie nimie magnitudinis. vñ. j. Mach. j. dr̄. rex antiochus tulit de templo dei altare aureuꝫ ⁊ candelabrum luminis: ⁊ vasa concupiscibilia deportauit. Sic rex dyabolus de templo ecclesie predictas sctās ꝑsonas sustulit ⁊ subtraxit: ⁊ in loco eaꝝ malas personas instruxit ⁊ instituit. Vñ ꝓprie hodie videt̄ verificatum illud. Dan. ix. vbi dr̄. ꝙ in templo erit abhominatio desolationis. Non sic charissimi: sed sicut dictum est illud templum excellentiā habere debet: mirabile inquit. ¶ Quarto dico ꝙ in isto tēplo equalitatē debet manere: q2 in equitate inqt. Ibi enī debet esse equitas: iustitia: ⁊ veritas adeqta ⁊ in iurisdictione ⁊ in subditoꝝ ꝓmotione: Latera enī templi hierusalem debebant esse equalia: sicut dicit̄ Apoc. xxj. Sic seruitores huius tēpli debēt ꝑ sanctitatē esse equales non per acceptionem munerum vl' ꝑsonaꝝ inequales sꝫ ꝓmouendo vnuꝫ. ⁊ aliuꝫ dimittendo. Vnde Leui. ij. Equa mensura ⁊ equ⁹ sit pondus. Ut de quolibet ecclesiastico dicat̄ illud. Mal. ij. In pace ⁊ equitate ambulauit mecum. Vide supra de equitate. de acceptiōe de muneribus. Acceptio enī personaꝝ ⁊ munerum facit inequalitatem ꝓmotionum. Et ideo dñs vendentes ⁊ ementes. i. munera dantes ⁊ recipientes: legitur eiecisse: sicut dicit̄. Joh. ij. Sed ꝓcerto illi extra templum illud non diu manserunt: immo cōtinuo redierunt. Tanta est enī ibi copia talium: ⁊ sunt ita hodie multiplicati: ꝙ non percipitur ꝙ vnꝙ fuerint a dño expulsi ⁊ eiecti: sicut de lysia legim⁹. ij. Mach. xj. Qđ estimabat se ciuitatem hierusalem habitaculum gentium facturū. templum vero sicut cetera delubra gentium inquestū pecunie habiturum. Non sic. sed sit ibi equitas. ⁊c. Sic pꝫ quō templum dei quod est ecclesia vel conscientia debet habere.

Justiciam adequatam.
Excellentiam antelatam.
Libertatem priuilegiatam.
Puritatem nunꝙ maculatā.

Sic igitur dico: ꝙ templum sumit̄ in bono. ¶ Adhuc dico ꝙ templum sumit̄ in malo. Templū enī non solum est locus vbi deus adoratur. immo etiā dicit̄ loc⁹ vbi dyabolus cum suis ydolis adoratur. Et ideo breuiter per diuersa tēpla ydoloꝝ possum intelligere diuersos status vitioꝝ: vel etiam hominum iniquoꝝ. Et sic notabo breuiter ꝙ in scriptura inuenit̄.

Templum dagon.
Templum astaroth.
Templum nesrath.
Templum baal.
Templum remon.
Templum dyane.
Templum belis.
Et ita possum dicere quod est templum.
Iracundie.
Luxurie.
Accidie.
Auaricie
Superbie.
Gule.
Inuidie.

Habet igitur templum suum iracūdia ⁊ in hoc tēplo iracūdus est sacerdos: enses sunt cerei cōminationes ⁊ iniurie sunt campane: relatores vero verboꝝ sunt incensores. Illi vero qui ad vindictam excitant sunt cātores: ⁊ illđ ꝓculdubio est templū dagon: ꝙ interpretat̄ piscis iniqu⁹ vl' piscis meroris: q2. s. iracundia dicit̄ piscis. quoꝝ maior deuorat minorē ratiōe crudelitatis: dicit̄ iniqu⁹ rōne malignitatis: dicit̄ meroris rōne facte ⁊ execute contra alios aduersitatis. Et de isto tēplo dicit̄. j. Mach. x. Qđ ionathas illos ꝙ ad templuꝫ cōfugerūt vna cū templo succendit: q2 sꝫ illi qui in tēplo iracundie hospitantur. furoris ignibus succendunt̄. ¶ Habet templum domina luxuria ⁊ capellas suas: ⁊ dominatur ⁊ vocatur magna ecclesia. In isto luxuriosus est sacerdos: mala mulier est altare: quod multum adoratur. Lenones sunt ministri: infamie hominū sunt campane. Mali laudatores aut deceptores ⁊ procuratores: ac cautele vetularum sunt cantores. ⁊ istud est templum astaroth. qui interpretatur cubile. quia tales semper in cubilibus ⁊ ipudicicijs volunt esse. Unde de Philisteis dicitur primi Regum. xxxj. ꝙ ipsi posuerunt arma Saul in templo Astaroth. Saul interpretatur abutēs: quia nullus bonis nature magis abutitur ꝙ luxuriosus. ¶ Habet templum suum accidia: ⁊ in isto templo sacerdos est accidiosus: lectus est altare. Quies somnus ⁊ delicie sunt ministri. ⁊ illud est templum nesrath: qui interpretatur temptatio tenera: q2 scilicet illi qui sunt ita teneri ꝙ labores nequeunt sustinere. semꝑ per accidiam solēt qescere ⁊ dormire: ⁊ multis solent temptationibus subiacere. Unde de Sennacherib dicitur. iiij. Regum. xix. qđ cum adoraret in templo Nesrath. fuit a filijs interfectus. ¶ Habet templum suum auaricia. Et illud templū ē mercatura vel tabula. Auarus est sacerdos. archa est altare: pecunia est deus: qui colitur et adoratur: quia pecunie obediunt omnia. Ecclesiastici decimo. Uxor vero ⁊ filij necnō ꝑseuce. ⁊ famuli sunt ministri. Et

Ayuntamiento de Madrid

-ſtri.Et illud eſt tẽplũ baal qui interpretaƚ deuorator: quia ſcꝫ auaricia deuorat circũſtantes Et de hoc dicitur.iiij.Regum.x.ꝙ rex iehu omnes ꝓphetas baal in templo ipſius cõgregauit.⁊ eos ibi morte damnauit ¶ Habet templum ſuum domina ſuperbia et illud templum eſt ſtatus eminentiarum vbi ſupbus eſt ſacerdos.adulatores ⁊ blanditores ſunt cantores.iactãtie ſunt campane ⁊ ſic de alijs ⁊ illud eſt templum remon.qui interpretatur exaltatio inutilis.quia ſcꝫ ſuperbi inutiliter exaltantur Et de hoc.iiij. Regum.v. vbi dicitur ꝙ rex ſyrie adorabat in tẽplo remon. ¶ Habet templum ſuum gula ſeu caſtrimargia ⁊ illud tẽplum eſt taberna.guloſus eſt ſacerdos.menſa eſt altare.mappa eſt corporale.cocus eſt miniſter.odor ciborũ eſt incenſuꝫ ⁊ illud eſt templũ dyane quia dyana interpretatur ſuſcitans egritudines.ſignificans gulam que infirmitates excitat ⁊ inducit. De quo dicitur Actuum.xix.Templum magne dyane in nihilum reputabitur. ¶ Ultimo eſt templum inuidie.que ⁊ habet templum ſuum et illud eſt aliena proſperitas. Inuidus eſt ſacerdos.murmuratores ſunt miniſtri ⁊c.⁊ illud eſt templum belis qui interpretatur vetuſtas quia ſcꝫ inuidia eſt primum ⁊ vetuſtiſſimum peccatũ.Peccatum enim illud quod primo homini nocuit.fuit inuidia diaboli Quia ſicut dicitur Sapientie.ij. Inuidia dyaboli intrauit mors in orbem terrarũ.Et illud Danielis.xiiij.ꝙ venit rex cum daniele in templum belis. Hoc igitur de templo ſufficit Uide ſupra de domo de Tabernaculo ⁊ ſimilibus.

A **Temptare. Temptatio.** Nota ꝙ temptatio aliquando ſumitur pro probare.ſicut Gen.xxij. Temptauit deus abraam Aliquando ſumitur pro ſuggerere ſeu ad maluꝫ inclinare.Et de hoc Jacobi.primo Deus autẽ intemptator malorum eſt.ipſe enim neminẽ tẽptat Aliquando ꝓ tribulare vel tribulationẽ ſuſtinere ⁊ ſic ſumitur Judith.viij.vbi dicitur. Temptati ſunt patres nr̃i vt probarentur.Eſt igitur triplex genus temptationis videlicet.

Probatiua.
Inductiua.
Afflictiua.

Sed iſte tres poſſunt reduci ad duas. Et ſic breuiter diſtinguo ꝙ duplex eſt tẽptatio.ſ.Una ſuſtinenda cũ patiẽtia.Altera fugienda cũ diligentia. ¶ Dicamus ergo primo ꝙ eſt quedã tẽptatio que eſt ſuſtinenda cuꝫ patiẽtia ⁊ iſta eſt illa:qua deus ꝑ tribulationes nos tẽptat vt ꝓbet:ſi firmi ⁊ ſtabiles maneamus. Aurifaber enim aurum in igne ſolet ponere:vt bonitatem illius ꝓbare valeat ⁊ temptare.Moneta etiaꝫ tactu lapidis tẽptatur. Etiam balſamus ꝓbatur cũ in aqua portatus ad ꝓfundum deſcendit ⁊ deriuatur. Etiam quidam ſunt homines in vna regione qui ita ſunt zelotipi de mulieribus ſuis:ꝙ quando mulier habet infanteꝫ ⁊ volũt ꝓbare an ſit ſuus.portant eum ad quendam ſerpentẽ ⁊ ſi ſerpens ille non tangat:puer eſt ſuus.⁊ ſi tangat nõ eſt ſuus.Quia quandoqꝫ deus bonitatem hominuꝫ probat ⁊ temptat igne infirmitatis ipſos affligendo. Aliquando ipſos lapide tribulationum tangendo. Aliquando aqua mundane proſperitatis abluendo. Talis enim temptatio ſi bene ſuſtinetur proficit:⁊ bonitatem moralem declarat ⁊ oſtendit.Quia ſicut dicitur.Jaco.j.Beatus vir qui ſuffert temptationem ⁊c. Uide eam ſupra de probare vel ſufferre.Iſta eſt igitur temptatio ſuſtinenda. ¶ Sed ſecundo dico ꝙ eſt temptatio metuenda:⁊ iſta eſt temptatio ſuggeſtionis vel
B inductionis:quia ſcꝫ ad malefaciendum mundus.caro:demonia nos alliciunt atqꝫ temptant.Temptatio itaqꝫ ſuggeſtionis nihil aliud eſt:quam ad caſuꝫ inductio atqꝫ impulſio.Sed quia ſupra quaſi in locis infinitis de tali temptatione eſt actum.ideo ad preſens paruꝫ eſt de ea dicendum.Hoc ſolum ergo notandum eſt ꝙ temptatio huiuſmodi.

Inchoatur a cogitatione.
Meditatur in delectatione.
Terminatur in executione.

Quia ſcꝫ dyabolus primo facit hominẽ de peccato cogitare.Scḋo facit hoĩem in pctõ hmõi delectationeꝫ inuenire ſcꝫ ꝓponẽdo ſibi delectabilia que ſunt ibi.Tertio facit eũ ↄſentire ⁊ negocio operã demũ dare.Tentatio enim eſt ſicut ſerpẽs qui ſibilat dulciter in ingreſſu.occidit turpiter in egreſſu. Et aduerte ꝙ homini in tentatione tria ſunt neceſſaria videlꝫ.

Fugere omnem occaſionem.
Tollere omnẽ preſumptionem.
Querere dei tuitionem.

Dico ergo ꝙ occaſionẽ oportet fugere. Non enim oportet ꝙ hõ frequẽtet illa.que poſſunt eſſe cauſa vel materia tentationis ſed ꝙ inde fugiat ⁊ recedat. Papilio enim quaſi in ſplendore lampadis delectatur.nõ combureretur.nec in oleo ſubmergeretur.niſi frequẽtãdo lampadi approximaretur.Balena etiã incaute littori appropians mari ſubito recedẽte ibi ſiſtit.⁊ piſcatoruꝫ inſidiantiuꝫ parti cedit.eſt igitur vtile balene a littore ſe elongare ⁊ in profundo maris manere.Papilioni vero vtile eſt a lampade recedere ⁊ a ſuis ſplẽdoribus ꝑcauere.Sic vero chariſſimi ſumme eſt vtile homini quod ꝑſentiam rerũ que tentationẽ poſſunt inducere fugiat et ꝙ inde pro viribus retrocedere ſtudeat.Cum enim incaute littori mũdi ⁊ lampadi ꝓſperitatis appropiat et eorꝫ ſplẽdoribus ſe delectat ſubito igne tentationis comburitur.⁊ per malũ deſideriũ in mundi littore circa diuitiarũ ſabulum arreſtatur ⁊ ſic a venatore dyabolo ꝑ conſenſum malũ capitur. ⁊ per mala opa punitur ⁊ necatur.quia ſicut dicit apoſtolus prima Thi.vj.Qui volũt diuites fieri incidunt in tentationem ⁊ laqueũ dyaboli. Igitur dico ꝙ occaſionẽ tentationis oportet fugere quod etiã dñs in oratione dominica docet petere in illo verbo.⁊ ne nos inducas in tentationem.Hoc eſt dictu ne nos permittas induci in occaſionẽ tẽtationis. ¶ Deinde dico quod preſumptioneꝫ oportet tollere. Neceſſe eſt enim ꝙ hõ nõ ſit ꝑſumptuoſus.⁊ ꝙ in ꝓprijs viribus non cõfidat.tales enim ſepius ſolẽt cadere.quia deus vt experiantur vires ſuas ipſos ſolet ſibiipſis dimittere.vt tandem debilitatem ſuam cognoſcens.in ſe nõ preſumãt cõfidere vel ſperare.ſed cor ſuũ in dño ſtabilire. Iſtud videmus quotidie in nouicijs religiõis.⁊ etiã multis alijs qui preſumũt de ſuis viribus vltra modum ꝙ ſi vident aliquos delinquẽtes ipſos horrẽt ⁊ cõtemnunt Contra tales loquitur apoſtolus.Gal.vj.Fratres ſi ꝑoccupatus fuerit hõ in aliquo delicto vos qui ſpũales ⁊c.Et ibi dicit.ne ⁊ tu tẽpteris.quia ſcꝫ deus ꝑmittit aliquos tentari vt expertis viribus proprijs poſſint humiliari.Exemplo petri qui in proprijs viribus dicebat cõfidens.etiã ſi oportuerit me mori tecũ nõ te negabo ⁊ tamen ipſum dimiſit deus cadere.vt diſceret de ſuis viribus non preſumere nec ſentire vtilis enim eſt talibus talis caſus.Nam vt dicit Plinius Dens lupi ſanat paſſionem lunaticam ſuſtinentes.quia procerto illi qui ſunt lunatici.i.preſumptuoſi tunc temporis ſanantur quãdo dentibus lupinis.i.tentationibus demonũ ſupponuntur.Sap.xviij.Tetigit autẽ ⁊ iuſtos tunc tentatio. Igitur dico ꝙ preſumptionem oportet tollere. ¶ Denique dico ꝙ tuitionem dei oportet querere. Eſt enim neceſſe ꝙ homo tentatus recurrat ad deũ ſe ei cõmittẽdo ⁊ ne vincatur ab hoſtibus ipſum humiliter deprecando. Math.xxvj.Uigilate ⁊ orate ne intretis in tentationẽ Pulmo in corpore animalis eſt neceſſarius ad ſpirituꝫ attrahẽdum.⁊ ad cordis ardorẽ tẽperandum. ⁊ ad refrigerium procurãdum.Sic vere attractio ſpũſſancti per deuotionem ⁊ orationẽ eſt homini neceſſaria vt tẽtationum ſuarum ardorem temperet ⁊ vt appetitus ⁊ mala deſideria cordis ſui refrigeret ⁊ immutet orate inquit.Et merito quia procerto deus ille nos põt contra tentationes iuuare nos vero non poſſumus ſine eius auxilio contra dyabolum triumphare. Non eſt enim



Ayuntamiento de Madrid

poteſtas ſuper terram que ei cõparatur qui factus eſt
vt nullũ timeret. Job quadrageſſimo primo. Sed pro
certo ſi deũ in adiutoriũ requirimus conſtat ꝙ eo me
diante omnibus hoſtibus preualemus. Iſte enim eſt ſi
cut allectoria lapis precioſus. cuiusvirtus facit in pre
lio vincere. Iſte eſt ſicut lapis amatides. qui veſtẽ ta
ctã facit incendia nõ ſentire. Quia. ſ. qui dei pñtia
per gratiam adiuuatur. nec in bello tentationis vincitur
nec tentationũ ignibus inflãmatur. vñ in ps. In te eri
piar a tentatione ⁊ in deo. ⁊c. Deus enĩ a tẽtatione eri
pit inquãtum ſuccumbere non permittit. ij. Petri. ij.
Nouit deus pios de tentationibꝰ eripere. ipſos tamẽ
quandoꝙ fortiter tentari permittit ⁊ ſtatim non ad-
iuuat nec ſuccurrit vt eorũvirtus ⁊ patiẽtia comprobe
tur. Sic etiam rex fortiores militẽ hoſtibus opponit
et eum ex certa ſcientia ꝗꝗ beneverberari permittit
glorians in eius virili defenſione. Sicut de thobia le-
gimus Thob. ij. ꝙ deus ei hanc tentationem permiſit
euenire. vt poſteris daretur exẽplum patiẽtie. Et Tho.
xij. dicitur ab angelo. Quia acceptus eras deo neceſſe
fuit vt tentatio te probaret. Ipſe enĩ facit illud qđ ipſe
alijs conſulit. Eccleſiaſtici ſexto. Si habes amicum in
tentatione poſſide illum quando enĩvidet ꝙ ipſe facit
quod in ſe eſt. ipſum ſolet eripere. ⁊ ne ſuccumbat ab
hoſtibus liberare. Quia ſicut dicitur primo Cor. x. Fide
lis eſt deus ⁊ non ꝑmittit vos tentari vltra ꝙ poteſtis
ſed faciet cum tentatione etiam prouẽtum vt poſſitis
ſuſtinere. et Hebreos. ij. dicitur. Quod xp̄s ꝓpter hoc quia
tentatus eſt potẽs eſt. ⁊ his qui tentantur auxiliari.
Igitur dico ꝙ homini tentato.
Tuitionem oportet querere.
Preſumptionẽ oportet tollere.
Occaſionem oportet fugere.
Iſta de tẽtatione ſufficiant quia de ea tractatum eſt in
titulis infinitis. De tentatione vero inquãtum dicit
probationem. Uide de Probatione ⁊ aggrega ſi vis
autoritates notabiles. in illa autoritate. Beatus vir
qui non abijt in conſilio ⁊c.

**Tempus.** Nota ꝙ tẽpus ſcḋm philoſophos ni
hil aliud eſt ꝙ mẽſura motꝰ. Omne
enĩ qđ fit virtute creata. fit cum quadã ſucceſſione ⁊ cũ
quadam motus continuatione ⁊ iſta ſucceſſio ſeu cõ
tinuatio dicitur tempus. Cum igitur diuerſe ſint rerũ
que ſunt in motu cõditiões neceſſe eſt eſſe diuerſas tẽ
porũ variationes. Et ideo breuiter ⁊ moraliter loquẽ
do poſſum notare ꝙ in ſcriptura inuenitur tempus.
Uiuentis fragilitatis.
Labentis proſperitatis
Urgentis aduerſitatis.
Sequentis mortalitatis.
Ardentis calamitatis.
Gaudentis ſocietatis.
Iſta enĩ ſunt tẽpora ſtatuũ pſonarũ videlicet.
Uiuentium corporaliter.
Labentium temporaliter.
Egentium miſerabiliter.
Morientium naturaliter
Pereuntium infernaliter.
Triumphantium eternaliter.
Dico ergo primo ꝙ eſt vnũ tẽpus pñtis vite. ſ. fragili-
tatis viuẽtes. Uita enĩ pñs ꝓprie dicitur tp̄s. quia tẽpus
ſemper fluit ⁊ currit. ⁊ de pñti in futurũ tranſit. ⁊ de
ipſo nihil omnino ꝑter nũc exiſtit in eodẽ ſtatu etiam
tempus non moratur. ſed ſubito de ſerenitate ad ob-
ſcuritatem aliquotiens trãſmutatur. Sic ꝓculdubio
vita noſtra a die natiuitatis vſꝗ ad diem mortis non
ceſſat fluere ⁊ currere et nunꝗ poteſt in eodem ſtatu
ſiſtere aut manere quinimmo ꝑ diuerſas etates labi
tur ⁊ de ſtatu ad ſtatum ſubito tranſmutatur. Et ideo
de tali loquitur. Eccleſiaſtici. xviij. A mane vſꝗ ad
veſperam mutabitur tempus. Uide eam in ſermone
et pone eam ibi. Quia ſicut dicitur. Job. xiiij. Homo
natus de muliere breui viuens tempore: repletur
multis miſerijs: qui quaſi flos. egreditur ⁊ conteri-
tur: ⁊ fugit velut vmbra. ꝯſtituiſti terminos eiꝰ. Iſtud
enim tp̄us habet.
Uilem inceptionem. quia natus de muliere
Curtam dimenſionem. quia breuiviuens tempore.
Triſtem afflictionem. quia repletur multis miſerijs.
Debilem conditionem. quia quaſi flos egreditur.
Labilem durationem. quia conteritur ⁊ fugit velut vmbra
Stabilem pñxionem. cõſtituiſti terminos eius.
¶ Iſte ſunt ſex conditiones tp̄is vite noſtre. Nam breui
ter illud eſt tempus viliter inceptiuum: natus inquit
de muliere. Job. xxv. Nunquid apparere poteſt mun
dus natus de muliere. quaſi diceret non. Unde Eccl.
iij. dicitur. Quod tempus naſcendi ⁊c. Item illud tem-
pus eſt leuiter tranſitiuum: breui inquit viuens tem-
pore. Sapientie. ij dicitur. Exiguum ⁊ cum tedio eſt
tempus vite noſtre. Item illud tempꝰ eſt grauiter af-
flictiuum: repletur inquit multis miſerijs. Unde illud
tempus eſt illud de quo dicitur. Soph. j. Dies illa di
es ire ⁊c. ⁊ Ezech. xxx. Dies nubis tempus gementium
Quia puer natus ſtatim gemitum et planctum ſolet
emittere: ad ſignificandum: ꝙ ad laborem ⁊ gemitum
natura nos voluit parturire. Item illud eſt tempꝰ de
biliter permanſiuum. Super omnia enim debilis eſt
⁊ fragilis vita noſtra: quia quaſi flos inquit egreditur.
Cant. ij. Flores apparuerũt in terra nr̃a tp̄s putatio-
nis aduenit: quaſi diceret: vita nr̃a ſicut flos in iuuen
tute apparet ⁊ egreditur: cito vero conquaſſatur dum ꝑ
mortem tollitur ⁊ putatur. Item illud tempus celeri
ter eſt defectiuum: quia cõteritur inquit ⁊ fugit velut vm
bra. Unde Sap. ij. Umbre enim tranſitus eſt tempus
vite noſtre. Item tempus illud eſt ſtabiliter pñxium
quia ſcilicet tempus vite noſtre eſt apud deum limitatum
⁊ certum: conſtituiſti inquit terminos eius qui pre-
teriri non poterunt. Conſtat enĩ ꝙ illud tempus dura
tionis vite noſtre: quod a deo conſtitutum eſt ⁊ pñxum
impoſſibile eſt pertranſiri. Sicut enĩ dicitur Job. xxiiij.
Ab oĩpotẽte nõ ſũt abſcõdita tp̄a. Et ideo bñ dr̃ Job. xiiij
Conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei. Sic
igitur patet ꝙ eſt vnum tempus fragilitatis viuẽtis
¶ Secundo dico ꝙ eſt vnum tempus proſperitatis
labentis. Proſperitas enim mundi eſt ſicut tempus
quia ſcilicet ſicut more temporis continue mouetur atꝗ la- B.
bitur. Iſtud enĩ eſt tale tempus: quando pluuia ⁊ tem
peſtas eſt ventura. tunc ſolet ardor ſolis fortior eſſe pu
lices ⁊ muſce ſolent acrius pungere. ſyrene ſolent dul
cius cantare delphini ſolent altius ſaltare: ſed procer
to tale tempus ſolet ſtatim deficere. ⁊ tempeſtas ⁊ plu
uia cito venit que totam ſerenitatem preteriti tempo
ris obnubilat ⁊ obducit. Quia vere mundi proſperi-
tas tempus huius vite eſt. vbi viget ardor auaricie
fortioris: vbi pungunt pulices ⁊ muſce id eſt miniſtri
ſeuicie acrioris: vbi cãtãt ⁊ ſaltant ſyrene ⁊ delphini. i.
diuites qui nũc gaudẽt fructu leticie plenioris. Uerũ-
tamen cito perit ⁊ deficit talis ſerenitas ⁊ ſubito per
mortẽ adnihilatur talis ꝓſperitas ⁊ maieſtas. Nam ſicut
dicit Seneca. reproborũ leta cito ad perniciem veniũt.
Et breuiter de tali tempore dicitur Eccl. xj. Tempus ꝑ
terit. mors appropinquat Et illud proculdubio non
conſiderant tales quia videtur eis ꝙ tempus ſemper
debeat durare Contra quos dicitur Eccleſiaſtici. xviij.
Memor eſto paupertatis in tempore abũdãtie: quod
vtiꝗ non faciunt. Et ideo ſicut naute qui mutationem
tẽporis nõ preuidẽt. in mare inferni ſe detrahũt ⁊ ſub-
mergunt Iſti enim modo habent tempus ſuum. ſed
procerto finaliter veniẽt ad tẽpꝰ alienũ. Et breuiter il
lud ẽ tp̄s. de quo dr̃. Oſee. ij. Ceſſare faciã oẽ gaudiũ eiꝰ
ſolennitates eius, neomeniam eius, ſabbatum eius
et omnia feſta ⁊ tempora eius quia ſicut dicitur Da-
nielis. ſecundo. Deus mutat tempora ⁊ etates: tranſ-
fert regna atꝗ conſtituit. Iſtud eſt ergo tempus
proſperitatis

proſperitatis labētis. ¶ Tertio dico: ꝙ eſt vnum tē-
pus neceſſitatis vrgentis: ſeu aduerſitatis preſentis:
⁊ illud eſt tempus: quo in mundo diuerſimode fla-
gellamur. De quo Heſter. xiiij. Oſtēde te nobis in tē
pore tribulationis. Iſtud eſt eñ ſicut temp⁹ hyemis:
quod ꝗuis videtur aſperum. turbidū ⁊ ſterile: eſt tñ
rebus naturalibus congruum ⁊ vtile. Uirtus eniꝫ na
turalis per ramos arborum: ⁊ per membra animali-
um diſperſa ad interiora retrahiť: vbi fortificatur et
reparatur ita ꝙ in vere ⁊ in eſtate ad fructificandum
aptior inuenitur. Sic vere tempus tribulatiōis ꝗuis
ſit frigidum ⁊ rigidum ⁊ ad ſuſtinendum aſperum ē
tamen ipſum in patientia ſuſtinentibus ꝙ plurimuꝫ
virtuoſum. Compellit enim affectus ⁊ appetit⁹ mē-
tales vndiqꝫ ad temporalia diſperſos ad interiora re-
trocedere: de ſalute cordis ⁊ anime cogitare: ⁊ ſic ho-
mo ad fructificandum ꝑ bona opera habilitatur ⁊ vꝰ-
tus ſpūalis in eo reparatur. Unde de bona arbore di-
citur. Hiere. xvij. Et tempore ſiccitatis non erit ſolli
cita. nec aliquando deſinet facere fructum. Quinimmo ſi
cut gramina ſm̄ Plini. in tempore tempeſtatis gau-
dent: ⁊ tempore pluuie magis virent. Sic iuſti tempo
re aduerſitatis fiunt meliores ſanctitate ⁊ morib⁹ pul
criores. Et ideo tēpus penitentie: tribulationis ⁊ mi-
ſerie preſentis eſt illud tempus, de quo loquiť. Apoſto
lus. ij. Corin. vj. Ecce nunc tēpus acceptabile. ecce nūc
dies ſalutis. Eſai. xlix. Tempore accepto exaudiui te
⁊ in die ſalutis adiuui te. Patet ergo: ꝙ eſt vnum tē-
C pus aduerſitatis preſentis. ¶ Quarto dico ꝙ eſt vnū
tempus mortalitatis ſequentis: ⁊ illud eſt tēpus mor
tis. qď ſcꝫ cōparatur nocti: quod eſt tempus naturali
ter obſcurum: ⁊ diei luminis priuatiuuꝫ: que ꝗuis in
meridie non videatur de ꝓpinquo: tamen de aduen-
tu ipſius nullatenus dubitatur: quia. ſ. nox eſt temp⁹
mortis qď diem p̄ſentis vite deſtruit neceſſario eſt fu
turum: ⁊ ꝗuis non videatur: debet tamen p̄uideri cō
tinue ſicut certum: de quo Eccľs. xj. Si multis dieb⁹
vixerit homo ⁊ in his omnibus letus fuerit: meminiſ
ſe debet temporis tenebroſi ⁊ dierum maloꝝ. ¶ Quī
to dico: ꝙ eſt vnum tempus calamitatis ardentis ſeu
vrgentis: ⁊ illud eſt tempus iudicij vel inferni. de qui
bus dicitur. Deut. xxxij. Iuxta eſt dies perditionis: et
adeſſe feſtinant tempora. Illud eſt tempus in quo ma
li cuꝫ ſuis vitijs puniunť. Quia ſcilicet animalia que
in eſtate impinguanť: ſicut oues ⁊ boues: econuerſo ī
hyeme carnibus depauperanť: ⁊ econtra illa que tē-
pore eſtatis ſunt macra: ſicut ſunt aues fluuiales: in
hyeme ꝓpter quietem ſunt pinguia. Sic vere tempus
eſtatis huius vite: ⁊ tempus hyemes mortis ſunt duo
tempora contraria. Quia diuites q̄ in eſtate huius vi
te ꝑ proſperitatem ſunt pingues: in hyeme morti ſue
erunt miſeri atqꝫ macres. Econtra aūt illi qui modo
ſunt macres per paupertatem: erunt tunc pingues ꝑ
eternam voluptatē ⁊ felicitatem. Teſte ſapiente. Ec-
cleſiaſtes. iij. Omnia tēpus habent ⁊ ſuis ſpacijs trāſ
eunt vniuerſa. Et ideo de piſcibus videmus: ꝙ ſm̄
temporꝝ varietatem ſuam augent pinguedineꝫ: vľ mi
nuūt bonitatem. Tempus ergo quo mali aliquid va-
lent eſt in preſenti. Tempus vero quo nihil reputabū
tur erit finaliter in ſequenti. Ideo de iſtis diciť. Deut.
xxxij. Mea eſt vltio ⁊ ego retribuam eis ī tempore vt
labatur pes eorum pš. Cum accepero tempus ego iu-
ſtitias iudicabo. Iſtud eſt igitur tempus calamitatis
ardentis. ¶ Sexto dico: ꝙ eſt vnum tempus ſocieta-
tis gaudentis: vel tempus ſatietatis replentis. ⁊ illď
eſt tempus glorie paradiſi. Homo enim nunꝗ ſemi
nat ⁊ metit eodem tempore ⁊ modo: ſed potius con-
trario quia quod homo vno tempore ſerit: in tempo-
re contrario colligit: ⁊ quod vno tempore ſeminatur
diſpergendo: in contrario tempore colligitur aggre-
gando. Sic vere chariſſimi cum tēpus huius vite ſit
ordinatum ad ſeminua virtutum ⁊ bonorum operuꝫ ſe
minandum: ⁊ ad bona noſtra pauperibus diſpergen-
dum: neceſſe eſt: ꝙ ſit aliud tempus contrariuꝫ. ſ. tem
pus vite eterne: vbi ſeminata metantur: ⁊ vbi diſperſa
aggregenť. Unde ſm̄ apľm. Qui ſeminat in lachry-
mis in gaudio metet. ij. Cor. ix. ⁊ Gaľ. vi. Tp̄e eñ ſuo
metemus non deficientes. Et ideo de tali tempore di-
citur. Dañ. vij. Tempus aduenit ⁊ ſancti obtinuerūt
regnum. Omnia eñ habēt tempus ſuū: qꝛ ſicut diciť.
Eccľs. viij. Omni negocio tempus ⁊ opportunitas.
Unde de conchilibus videmus: ꝙ vno tp̄e. ſ. nouilunij
inueniuntur vacui: contrario vero tempore. ſ. plenilu
nio fiunt plena. Sic vere pauperes non habēt modo
tempus ſuū: ſed habebunt in futuro: modo eis ſplen-
det luna noua. i. ꝓſperitas temporalis q̄ eſt valde di-
minuta: ⁊ ideo iſti modo ſunt inanes ⁊ vacui: ⁊ bonis
tp̄alib⁹ non repleti: ſed ꝓcerto in futuro tp̄e: qñ luna
plena ꝓſperitatis eterne fulgebit: tunc ꝓculdubio oī-
bus bonis replebuntur: ⁊ oībus opulentijs ditabunť
Unde de ſanctis dicitur. Sapieñ. iiij. Et in tempore
erit reſpectus illoꝝ: qñ vt dř. Sap. iij. Donum ⁊ pax
eſt electis dei. Non ergo debent triſtari pauperes ſi ī
tp̄e preſenti flagellabunť: ſed potius gaudere ⁊ exulta
re ſperando ꝙ in futuro tp̄e letabunť. Quia ſicut dř
Eccľi. j. Uſqꝫ ad tempus ſuſtinebit patiens: ⁊ poſtea
redditio iocūditatis. Sic ergo patet: ꝙ inter ceteros
modos: temp⁹ ſex modis ſumitur. Omnia ergo que
ſunt ſub tempore: ad aliqď iſtoꝝ temporꝝ ꝑtinent ⁊ re
ducuntur: ⁊ ideo diuerſa negocia diuerſis tp̄ibus cō-
petere dinoſcunť. In verbis eñ ⁊ in factis obſeruan-
da ſunt tempora: qꝛ q̄ debito tp̄e non fiunt: melius eſt
ꝙ non fierent ꝙ ſi fierēt. Unde etiam de verbo debito
tp̄e dico dř ꝓuerbio. xxv. Et mala aurea in lectis ar-
genteis qui loquiť verbum in tp̄e ſuo. Econtra Eccľi.
xx. dicitur: ꝙ ex ore fatui reprobať parabola eo ꝙ non
dicit eam in tempore ſuo ⁊ ſufficiat.

**Temporalia.** De tp̄alibus poſſent infinita dici: ſed nulle ſunt autorita-
tes notabiles: ⁊ de eis in pluribus locis eſt tractatuꝫ
id circo omitto. Uide de diuitijs ⁊ ſimilibus. Et ſi vis
pone hic materiam: ⁊ allega orginalia.

**Tendere.** Nota ꝙ tendere qñqꝫ ſumitur pro A
fortiter extendere: qñ ſumiť ꝓ inſi
dias parare: qñqꝫ ꝓ creſcere: qñqꝫ ꝓ ire vel ꝓ ambula
re. Et eñ ſumitur ꝓ forti vel rigida extenſione. patꝫ
ij. Regum. xvj. Tetenderunt abſalon tabernaculum
in ſolario. Item ꝙ ſumatur ꝓ inſidiaꝝ ꝑparatione.
patꝫ. ij. Paraľ. xxv. vbi diciť de quodaꝫ rege: ꝙ poſtꝙ
receſſit a dño tetenderunt ei inſidias ſerui ſui. Iteꝫ ꝙ
ſumatur ꝓ augmentatione: vel cremento patet. Exo.
xix. vbi dicitur: ꝙ ſonus buccine paulatim creſcebat
⁊ in prolixius tēdebatur. Itē ꝙ ſumať ꝓ ire vel ad ali-
quam partem ꝑgrare diciť Joſue. viij. ꝙ q̄ ſimulaue
runt fugā: ⁊ tendebāt ad ſolitudinem: reuerſi ſunt ⁊c.
vide in predictis titulis.

**Tenere.** Nota breuiter ꝙ tenere ⁊ teneri in ſcri A
ptura multipliciter ſumitur. Uñ bre-
uiter notanduꝫ eſt ſicut in alijs materijs ꝙ in ſcriptu
ra inuenitur.

Tenere virtuoſum.
Tenere vitioſum.
Tenere doloroſum.
Tenere gaudioſum.

Eſt dico tenere virtuoſum ⁊ cōmendabile: ⁊ illud eſt
quando homo tenet vel ſeruat diuina mādata. Iuxta
illud ꝓuer. iiij. Tene diſciplinam ⁊ ne dimittas eam.
¶ Item eſt tenere vitioſuꝫ ⁊ deteſtabile: ⁊ illud eſt qñ
homo tenet ⁊ ſeruat vitia ⁊ peccata. de quo Eccľi. x.
Initium omnis peccati ſuperbia. qui tenuerit eaꝫ ad-
implebiť maledictis. Uel etiam qñ homo a peccatis
tenetur ⁊ occupatur. de quo Luce. iiij. Socrus aūt ſy-
monis tenebatur magnis febribus. ¶ Item eſt tene-
re doloroſuꝫ ⁊ cōtriſtabile: ⁊ iſtud eſt illud quo hom o
in tribulationib⁹ teneť. de quo Math. xiiij. Herodes
aūt tenuit Johannem ⁊ ligauit eum in carcerem ⁊c.

¶ Item eſt tenere gaudioſum ⁊ cōſolabile: ⁊ iſtud eſt illud quo beati tenent ⁊ pſeuueranter retinent glorie dignitatem: q̄ ſicut dicit. j. Reg. ij. Deus de ſtercore erigit pauperem vt ſedeat cum principib⁹ ⁊ ſoliū glie teneat. ¶ Igit dicam⁹ aliquid de tenere cōmendabili ⁊ virtuoſo. Tenere eni idem eſt ꝙ adimplere: ⁊ aliqd inuiolabiliter obſeruare: q̄ pcerto ſicut videmus: ꝙ illud qd ab aliquo fortiter tenet: abire non pmittitur: ſed ſeruatur. Sic homo debet virtutes ⁊ merita ita tenere: ⁊ dei mandata taliter ſeruare ⁊ implere: ꝙ non debet ab ipſo fugere nec abire. Tenere em̄ pſeuerātiā denotat in tenente. Et etiam vir iuſtus ſimilis debet eſſe viti: que dicitur quaſi vi tenens: vel quaſi virtuoſe tenens: eo ꝙ de natura vitis eſt arbori ſe pxime iungere: ⁊ illud cui adheret ſtrīgere fortiter ⁊ tenere: q̄ pcerto viri iuſti alijs p charitatem ſe fortiter iungunt: ⁊ bonum qd ſemel ceperint: decetero nō dimittunt. Quod vtiq patꝫ de viris charitatiuis: qui tenaciter diligūt d. illud. Cant. iij. Inueni queꝫ diligit anima mea. tenui eum nec dimittam. Qd etiam patet in viris pſeuerantibus ⁊ nunꝙ defectiuis: q. ſ. virtutes quas ſemel apprehenderunt ſemp tenent. Iuxta illud. j. Theſſal. v. Oia pbate qd bonum eſt tenete. Qd tn̄ eſt cōtra multos q̄ manū pſeuerantie ita habent infirmam: ꝙ nihil poſſunt tenere: immo q̄cquid ꝟtutis habuerint: ſolēt dimittere ⁊ laxare. Similes dolio fracto vel deligato qd liquorem tenere nō poteſt: quia tales qui circulis diuinoꝝ mandatoꝝ non ſunt ligati: ſed potius diuerſis vitijs diſſipati: virtutes cōtentas non tenent: ſed ipſas perdunt potius atq fugant. Eccli. xxj. Cor fatui quaſi vas confractum perdit oēs ſapientiā. Nō ſic: ſꝫ teneamus q̄ ſunt tenenda. Iuxta illud. Apoc. iij. Tene qd habes vt nemo accipiat coronaꝫ tuā. Ubi aduerte ꝙ talis tenentia ⁊ perſeuerantia dꝫ teneri vel haberi triplici rōne. ſ.

Ut cōpleamus mandatum qd precipitur.

Ne careamus virtute que recipit.

Ne amittamus ſalutem que pmittit.

B ¶ Igit primo tenenda ſunt: cōplenda ⁊ obſeruāda q̄ ſunt ad ſalutē vtilia: tene inqt. imperatiue loqtur. vñ ij. Theſ. ij. Qui tenet nūc teneat. Et illd pdictū: quod bonum eſt tenete. Et nota ꝙ pcipimur tenere.

Baculum ad ſuſtentandum.

Clipeum ad ptegendum.

Gladium ad pugnandum.

Thuribulum ad incendendum.

Organum ad decantandū.

Deum ad adorandum.

Proximum ad adiuuandum.

Igit teneamus baculū crucis: vt ſuſtētemur. Exo. xij. Tenentes baculos in manib⁹ comedētes agnū. Itē teneamus clipeū fidei: vt defenſemur. j. Paral. xij. Fugerunt ad dauid viri robuſtiſſimi clipeos tenentes. Itē teneamus gladiū verbi dei vt demonib⁹ aduerſemur. Unde de fortibus ſalomonis dicit Cant. iij. En lectulum ſalomonis ſexaginta fortes ambiūt oēs tenētes gladios. Item teneam⁹ thuribulū orōnis. vt in deum mentaliter inflāmemur. Uñ d oꝛia dicit. ij. Paralip. xxvj. ꝙ in manu teneret thuribulum vt adoleret. Iteꝫ teneamus organum leticie: vt gratias agendo ⁊ deum laudando gratulemur ⁊ iocundemur. ij. Paral. xxix. Steterunt leuite tenētes organa dauid. Itē teneam⁹ deum p fidem vt ipſum veneremur. Marci. xiij. Tenete eum ⁊ ducite caute. Itē teneamus pximū p charitatem: vt ei federemur. Uñ Gen. xxv. Alter egrediens plantam fratris manu tenebat. Job. xlj. Tenētes ſe nequaꝙ ſeparabunt. Igitur teneamus tenenda vt

C que precipiunt teneamus. ¶ Secundo dico: ꝙ tenere debemus tenenda: ne quod acquiritur caream⁹. quod habes inqt. Natura enim abhorret vacuū: ⁊ ideo dolium quod habet plenum ſuū illud intantum diligit ⁊ tenet ꝙ ꝗꝗ perforatuꝫ fuerit: niſi ab alia parte aer poſſit ſubintrare: ipſum fluere non permittit. Sic vere ⁊ nos debemus abhorrere vacuitatem virtutum intantum: ꝙ illas quas habuerimus dimittere non debemus. Quod habes inquit. Unde. Apoc. ij. Uerumtamen illud quod habetis tenete donec veniam. Iſtud tamen eſt contra non perſeuerantes: qui illa que habent non poſſunt tenere. Similes illi qui brachiū habet fractū. Unde de talib⁹ poteſt dicere dyabolus: brachiuꝫ pharaonis confregi: ⁊ ecce nō eſt obuolutū ⁊c. Non ſic chariſſimi: ſed teneamus ne quod acquiritur careamus. ¶ Tertio dico ꝙ tenere debemus tenēdā. ne quod promittitur amittamus. vt nemo inquit accipiat coronam tuam: quaſi diceret: coronā pmiſſam perdes: niſi bene teneas quod poſſides. Sicut em̄ dicitur. ij. Thy. ij. Nō coronabitur niſi qui legitime certauerit. Qz pcerto corona glorie non dabitur niſi qui perſeueranter tenuerit ⁊ impleuerit quod precipitur quia ſicut dicitur Eccli. xxvij. Niſi in timore domini tenueris te inſtanter: cito ſubuertetur dom⁹ tua. Patet ergo ꝙ tenere debemus illa que pertinent ad ſalutem: ne quod pmittitur amittam⁹: ne quod acquirit dimittamus: vt quod precipitur faciamus. Iſta de bono tenere ſufficiunt. ¶ Sed adhuc dico ꝙ tenere accipi poteſt in malo. Et ſic dico ꝙ eſt tenacitas. Auaricie D mundialis. Immundicie corporalis. Uiolentie infernalis. Eſt dico tenacitas mundialias auaricie. Auari em̄ quod ſemel rapiunt nunꝙ amplius volunt dimittere vel reſtituere: ſed continue retinere: ſimiles leoni. qui predā quam rapuit: quando aliquē viderit timēs ꝙ eam velit ſibi aufferre: fortius ſolet tenere ⁊ eā amplexando cubare deſup ⁊ ſedere. ſicut dicit Pli. Sic vere raptores ⁊ auari illud qd rapuerūt nunꝙ amplius dimittere querunt: ſed ſemper fortius illud tenēt: amplexant ⁊ cuſtodiunt. Unde Eſai. v. de raptore dicitur. Rugitus eius vt leonis: rugiet vt catuli leonuꝫ frendet ⁊ tenebit predam ⁊ amplexabitur ⁊ nō erit q̄ eruat. Iſta eſt ergo tenacitas mundialis auaricie. De inde dico ꝙ eſt tenacitas corporalis immundicie. Luxuria em̄ ita fortiter ligat ⁊ tenet: ꝙ ſemel infectū vix illeſuꝫ dimittit. Similis bitalaxo piculo maris: q̄ ita tenet nauem impingentem ꝙ citius frangitur ꝙ euadat: q. ſ. luxuria illum quem tenet vſq ad fracturam mortis non dimittit. Unde de luxurioſis mulieribus dicitur. Prouer. xviij. Qui tenet adulteram ſtult⁹ eſt ſupple ⁊ ſtultior qui tenet ab illa. Deniq dico: ꝙ ē tenacitas temporalis amicicie. Amicicia em̄ mala valde ligat ⁊ tenet: ſimilis adamanti: a quo trahit ⁊ tenetur ferrum. Unde de ſquamis behemoth dr̄. Job. xlj. Tenentes ſe nequaꝙ ſeperabunt. ¶ Inſuper dico: ꝙ eſt tenacitas infernalis violentie. Illi em̄ qui ſunt ibi tenaciter ibi tenent. d. ex deſperatione illud. ij. Reg. j. Interfice me: q̄ tenent me anguſtie. Hoc ergo ſufficiat de tenere. Unde de ligare: de retinere ſi fiat aliqd

## Tentorium.

Idem eſt qd tabernaculum. Uide vbi tabernaculum.

## Tenebra.

A Cum tenebra dicit a tenendo: eo ꝙ teneat oculos ne videāt: ⁊ nihil aliud. eſt ꝙ obſcuritas aeris ex carentia luminis generata. Poſſum dicere ꝙ in ſcriptura breuiter inuenitur multiplex tenebra. ſ.

Superior.

Inferior.

Anterior.

Interior.

Exterior.

Poſterior.

Subterior.

Primo dico ꝙ tenebre ſuperiores ſignāt diuinā humilitatem. Sol em̄ qñq videt obſcurari: qñq nube immergitur vl' eclypſim patit. Sic dei filius quodāmodo viſus eſt duobus modis a ſuo lumine obtenebrat⁹ qñ vicꝫ poſitus eſt in nube. i. in virgine Maria. per incarnationē: ⁊ qñ eclypſim paſſus eſt p paſſionis afflictionē. De incarnatone em̄ eius dicitur in pſ. Poſuit tenebras

Ayuntamiento de Madrid

tenebras latibulum in circuitu eius tabernaculuꝫ eiꝰ. De paſſione vero eius poteſt dici illud. quod legitur Luce.xxiij. ꝙ moriente domino facte ſunt tenebre ſuper vniuerſam terrã. Et breuiter ſicut dicitur Joelis. ij. Et exponitur ſupra de ſole. Sol conuertetur in tenebras ⁊ luna in ſanguinem. Sol eñ dei filius conuerſꝰ eſt in tenebras carnem aſſumendo pſ. Exortum eſt in tenebris lumẽ rectis corde. ⁊ luna ideſt aſſumpta mutabilis caro ſua: conuerſa eſt in ſanguinem mortẽ ſuſtinendo. Sic ergo dico: ꝙ tenebre ſuperiores ſignant diuinam humanitatẽ: tunc eñ deus fuit in tenebris: ꝙ quaſi a nemine fuit notꝰ. Quis ipſe eſſet lux qui in tenebris lucebat. tenebre tamen eum non comprehenderunt. Johannis. j. ¶ Secundo dico: ꝙ tenebre inferiores: ſignant ſcripture ꝓfunditatem. Abyſſus enim ꝓpter ſuam ꝓfunditatem eſt tenebroſa: ⁊ hoc quia lumen ſolis non poteſt attingere ipſius ꝓfundum. Sic vere tanta eſt abyſſus diuine ſcripture: ⁊ tanta eſt ibi copia aquarum ⁊ ſcientiarum: ꝙ ꝓpter ſuam ꝓfunditatem oibus eſt tenebroſa: ⁊ quaſi nulli hominum clara ꝑuia aut luminoſa. Unde in pſ. dicit. Tenebroſa aqua in nubibus aeris. Veruntamen ſicut illi qui ſunt in ꝓfundo maris in tenebris ſolent oleum habere in ore: quo emiſſo ſolent videre ⁊ reſpirare. Sic ⁊ ſi in ꝓfunditatem ſacre ſcripture volueris videre. neceſſe eſt ꝙ oleum diuine gratie habeas vt tenebras obſcuritatis repellas. Ut de ſcriptura dicat illud Exod. xiiij. Eratq; nubes tenebroſa ⁊ illuminans nocte: quia ſicut dicitur. ij. Cor. iiij. Deus facit de tenebris lumen ſplendeſcere. Et ſicut dicitur. Job. xij. Ipſe reuelat ꝓfunda de tenebris. Tenebre igitur inferiores ſignificant ſcripture ꝓfunditatem. ¶ Tertio dico ꝙ ſunt tenebre anteriores: que ſignificant iuſtoꝝ humilitatem Humilitas eñ tenebris compatur: quia omnia bona ſua vult abſcondere: ⁊ nihil ꝑ inanem gloriam ꝓpala Amos. v. Dies domini tenebre ⁊ nox lux. Unde etiam de viris iuſtis dicitur. Eſai. l. Induam celos tenebris ⁊ ſaccum ponam operimentum eoꝝ. Sancti eñ viri ſemꝑ ſunt obtenebrati: ⁊ tenebroſi ꝑ mortis ⁊ iudicij meditationẽ: ⁊ vmbroſi ⁊ obſcuroſi: per ſuaꝝ virtutuꝫ occultationẽ: ⁊ abſconſionem: vt de ipſis poſſit dici illud pſ. Tenebre non obſcurabunt a te ⁊ nox ſicut dies illuminabitur ⁊c. Iſte ſunt ergo tenebre anteriores q̄ ſignant iuſtoꝝ humilitateꝫ. Anteriores dico: qꝛ iſte tẽdunt ad bona ſpiritualia ⁊ eterna que ante nos ſunt ¶ Quarto dico ꝙ ſunt tenebre iteriores: q̄ ſignificãt cordium obſcuritatem: ſeu culpaꝝ iniquitatem: ⁊ iſte ſunt tenebre ignorantie vel peccati: que ꝓ tanto dicũtur tenebre: qꝛ ſicut tenebra.

Lumini contradicit.
Colores rerum abſcondit
Verecundiam tollit.
Timorem incutit.
Et ſomnolentiam nutrit.

Sic peccatum. Lumẽ veritatis repellit: per ignorantiam. Colorem honeſte conuerſationis abſcondit per inſolentiam. Verecundiam tollit: per impudentiam. Timorem deſperationis incutit: per ſpei carentiam. Somnolentiam male delectationis nutrit ꝑ accidiaꝫ ⁊ pigriciam. ¶ Habet ergo tenebra peccati: lumen vere cognitionis repellere: quia. ſ. ita obnubilat oculuꝫ intellectus: ꝙ non videt que pertinẽt ad ſalutem. Uñ Joh. xj. Qui ambulat de nocte offendit: quia lux in eo nõ eſt. Et. j. Joh. ij. Qui odit fratrem ſuum ambulat in tenebris: ⁊ neſcit vnde veniat aut quo vadat. Quia peccator nõ aduertit vnde venit per vilem natiuitatẽ aut quo vadat ꝑ triſteꝫ mortis aduerſitateꝫ. Ideo breuiter poſſumus dicere illud. Eſai. lix. Palpauimus quaſi ceci parieteꝫ: ⁊ quaſi abſq; oculis attractauimꝰ impegimus meridie quaſi in tenebris. ¶ Item habet tenebra peccati coloreꝫ honeſtatis abſcondere. Peccator eñ vix oſtendit bone conuerſationis honeſtatẽ vel colorem. Math. vj. Si oculus tuus. i. conſcientia tua nequam eſt totum corpus tuum tenebroſum erit ¶ Item habet iſta tenebra verecundiam ⁊ pudorem tollere. Peccator eñ ⁊ obſtinatus exiſtẽs in tenebris peccati: nõ verecũdat de ſuis ſceleribus qd̾ tñ faceret ſi in lumine gratie eſſet: dicens illud Eccli. xxiij. Tenebre circundant me: parietes cooperuerunt me. ⁊ nemo circũſpicit me quem vereor: delictoꝝ meoꝝ nõ memorabitur altiſſimus ⁊c. ¶ Item iſta tenebra habet timorem incutere. Peccatores eñ trepidauerunt timore vbi nõ erat timor. Tenebra eñ peccati facit eos deſperare de ſalute: ⁊ per conſequens timere mortẽ ⁊ iudicij aduerſitatem pſ. Timor ⁊ tremor venerũt ſuꝑ me ⁊ contexerunt me tenebre. ¶ Item habet iſta tenebra ſomnolentiam facere. Tenebra eñ eſt aptum tẽpus ad dormiendum: quia. ſ. illi qui in tenebris peccati delectant. dicuntur dormire. ꝓpterea ꝙ ad exercitiũ bonoꝝ nõ vigilãt ⁊ occupant pſ. Tenebre cõculcabũt me ⁊ nox illuminatio mea in delicijs meis. Et ideo q̄ ſunt in tenebris peccati: non poſſunt nec bene facere nec bene incedere. Via enim peccatoꝝ tenebroſa. neſciunt vbi corruũt. Prouer. iiij. Multa tamẽ turpia et enormia ꝑpetrant: quia iſte tenebre peccatoribus audaciam preſtant. Quia ſicut dicitur Job. xxiiij. Perfodiunt in tenebris domos: ⁊ in tenebris quaſi in luce ambulant. Unde queſitum fuit a quodaꝫ pictore: quomodo imagines pulcherrimas faciebat: ⁊ tamẽ turpiſſimos filios generabat: qui reſpondit cauſam eſſe quia imagines de die ⁊ in lumine pingebãtur: ⁊ ideo pulcre erant. pueri vero de nocte ⁊ ĩ tenebris generabantur: ⁊ ideo turpes erãt. Quia ꝓculdubio: opera q̄ fiunt in lumine gratie: ſunt deo pulcra ⁊ gratioſa. Illa ⁊ o que in tenebris fiũt: ſunt turpia ⁊ vitioſa. vñ Eſai. xxix. Ve qui profundi eſtis corde vt a dño abſcõdatis cõſilium quoꝝ ſunt ĩ tebris opera. Uñ aduerte ꝙ quatuor genera oꝑum cõſueuerũt fieri in tenebris. ſ.

Auaricie contractus.
Immundicie cõtactus.
Detractorũ latratus.
Inuidioſi ſufflatus.

Qd̾ eñ cõtractus auaroꝝ ⁊ vſurarioꝝ fiãt in tenebris ⁊ abſcõditis patet. Job. v. vbi dicitur. Per dieꝫ incurrent tenebras ⁊ quaſi in nocte ſic palpabunt in meridie. Patet etiam de mercatoribus pannoꝝ: quorũ domus ſunt tenebroſe. Qd̾ etiam luxurioſoꝝ tactus fiãt in tenebris patet. Quia conſtat ꝙ talia opera volunt fieri in abſconditis ⁊ ocultis. vnde Prouerbiorum. vij dicitur. Cõſidero vecordem iuuenem qui tranſit per plateas iuxta angulos domus mulieris male: gradit in obſcuro adueſperaſcente die: ĩ noctis tenebris ⁊ caligine. Qd̾ etiam detractorũ latratus habeãt fieri in tenebris. i. in abſentia ⁊ in occulto. ptꝫ. Eccſ. v. vbi dicit Qd̾ cũctis diebus vite ſue comedit in tenebris: ⁊ in curis multis ⁊ erumna ⁊ triſtitia. Qd̾ etiam inuidioſi afflatus fiãt in tenebris. patet: quia viri ĩuidi ſemper ſunt tenebroſi: pallidi ⁊ obſcuri. Inuidia etiam in tenebris ſolet latere: ⁊ nunq̃ in palam euenire. Unde ĩuidus poteſt dicere illud. iob. vij. Replebor doloribꝰ meis vſq; ad tenebras. ſic ergo patet ꝙ ſunt tenebre interiores: que ſignificãt criminum iniquitatem.

¶ Quinto dico ꝙ ſunt tenebre exteriores q̄ ſignificant mundanam ꝓſperitatem. Proſperitas enim mundi tenebris comparatur. Quia procerto omnia ꝓdicta mala que facit peccatum: in hominibus proſperitas operatur. Unde dominus loquẽs homini iuſto dicit. Eſai. lx. Ecce tenebre oꝑient terram ⁊ caligo populos ſuper te aũt orietur dominus: quaſi diceret: terre ⁊ populis ⁊ mundi peccatoribus dabo tenebras mundane ꝓſperitatis: tibi ⁊ o orietur dominus: ꝑ lucẽ gratie ⁊ ſpiritualis claritatis. Quia procerto ſicut Bubones plus diligunt tp̃s noctis quod ẽ tenebroſuꝫ q̃ diẽ qui eſt luminoſus. Sic peccatores plus diligunt tenebroſitatẽ proſperitatis: q̃ claritatẽ ſpiritualis ſanctitatis. Unde Joh. iij. Dilexerunt homines magis tene

bꝛas ꝗ lucem. Iſte ergo ſunt tenebꝛe exterioꝛes que ſignificant mundanā pſperitatē. ¶ Sexto dico ꝙ ſunt tenebꝛe poſterioꝛes: que ſignificant coꝛpoꝛis moꝛtalitatem. Moꝛs enim tenebꝛis comparatur: qꝛ p eaꝫ hō lumīe vite priuaꝛ ꝛ obſcuraꝛ. iob. xvij. In tenebꝛis ſtraui lectulum meum. Et. iob. xxxviij. Nunquid aperte ſunt tibi poꝛte moꝛtis: ꝛ oſtia tenebꝛoſa vidiſti. Unde etiam iſte ſunt tenebꝛe poſt quas ſperabat Job ad lucem vite redire: dicens. iob. xvij. Et rurſum poſt tenebꝛas ſpero lucem. Unde etiam de moꝛte poteſt intelligi illud pſ. Poſuiſti tenebꝛas ꝛ facta eſt nox: in ipſa ptranſibunt oēs beſtie ſilue. Iſte ergo ſunt tenebꝛe poſterioꝛes: q̄ ſignificant coꝛpoꝛis moꝛtalitatem. ¶ Septimo dico: ꝙ ſunt tenebꝛe ſubterioꝛes: q̄ ſignificant doloꝛis aduerſitatem. ſ. tribulationes mundi ꝛ inferni: qꝛ ibi eſt tēpus tenebꝛoſum: tedioſuꝫ: ꝛ doloꝛoſum. Unde de tenebꝛis pn̄tis tribulationis poteſt dici illḋ. Exo. x. Extende manum tuam ꝛ fient tenebꝛe ſup vniuerſam terrā egypti. Thob. v. Quale gaudiū eſt mihi qui in tenebꝛis ſedeo ꝛc. quaſi diceret nullum. De tenebꝛis vero infernalis deſolationis diciꝛ. Mat. xxv. Seruū vero inutilē pijcite in tenebꝛas exterioꝛes ꝛc. Quia ſicut diciꝛ in epiſtola Jude. Iſti ſunt ſydera errantia quib⁹ caligo tenebꝛaꝝ ineternū cōſeruata eſt. Sic igiꝛ ptꝫ quō tenebꝛa ſumiꝛ ſeptem modis. Uide infra de vmbꝛa: ſupꝛa de cecitate ꝛ obſcuritate.

## Ter. Tertio

Uide infra vbi tria ꝛ tres

a **Terra.** Nota ꝙ terra multipliciter ſignificat in ſcriptura: in bono. ſ. ꝛ ī malo. Poſſum⁹ enim dicere ꝙ terra in bono ſignificato poteſt multa denotare. ſ.

Juſtoꝝ pfectionem.
Bonoꝛum collectionem.
Sanctoꝛum poſſeſſionem.
Uiuoꝛum defectionem.
Iniquoꝝ cōditionem.
Afflictoꝝ deiectionem.
Moꝛtuoꝛum coꝛruptionem.
Damnatoꝝ incarcerationem.
Mundanoꝛum habitationem.

Iſti ſunt nouem modi q̄bus terra ſumiꝛ in ſcriptura. Dicamus ergo ꝙ p terrā deſignaꝛ pfectio hominum iuſtoꝝ: qꝛ. ſ. xp̄s beata virgo Maria: ꝛ etiam quilibet homo iuſtus pōt dici terra: qꝛ ſicut diciꝛ Gen̄. j. Pꝛotulit terra herbam virentē ꝛ facientem ſemen. ¶ Itē per terram deſignaꝛ collectio hominum bonoꝝ ꝛ ſic terra deſignat eccl̄iaꝫ vel religionē vbi boni homines habitāt ꝛ verſanꝛ. Et de hoc Gen̄. xij. Egredere de terra tua ꝛ de cognatione tua ꝛ veni in terrā quā mōſtrauero tibi. ¶ Item p terrā deſignaꝛ poſſeſſio hominū ſanctoꝝ. ſ. gloꝛia paradiſi de q̄ dici poteſt illḋ. Gene. xxvij. In roꝛe celi ꝛ pinguedine terre erit benedictio tua. ¶ Itē p terram ſignificaꝛ defectio hominū viuoꝝ hoc eſt cōditio fragilis humane nature. De qua Eccli. x. Quid ſuperbis terra ꝛ cinis. ¶ Item p terraꝫ deſignatur conditio hominum maloꝝ. Quia. ſ. peccatoꝛ multis rationib⁹ compatur terre. Un̄ Job. xvj. Terra ne aperias ſanguinē meū. Et Job. xiiij. Alluuiōe paulatim terra conſumiꝛ. ¶ Item p terram deſignaꝛ deiectio hominum miſeroꝝ. ſ. ſtatus deiectionis ꝛ tribulatiōis: ꝛ ſic ſumiꝛ in pſ. Deus ſuſcitat de terra inopē ꝛ de ſtercoꝛe eleuat pauperē. ¶ Itē p terrā ſignificaꝛ coꝛruptio hominū moꝛtuoꝝ. Et ſic ſumiꝛ. Job. xix. In nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. ¶ Item per terram ſignificaꝛ incarceratio hominū damnatoꝛuꝫ. ſ. infernus. Et ſic ſumitur. Job. x. Dimite me vt plāgā paululum doloꝛem meum anteꝗ vadam ꝛ nō reuertar ad terram tenebꝛoſam ꝛ opertam moꝛtis caligine. ¶ Item per terram ſignificatur habitatio hominum mundanoꝛum: ꝛ ſic ſumitur pꝛo mundo vel p mūdi ſtatu ꝛ pſperitate. Unde Gene. j. Terra autem erat inanis ꝛ vacua ꝛ tenebꝛe erant ſup faciem abyſſi. B

His igitur pꝛemiſſis dicendum eſt per oꝛdinem aliquid de iſtis nouem conditionibus. ¶ Dico ergo primo ꝛ pꝛincipaliter: ꝙ terra ſumitur p iuſtoꝛum perfectione. Terra enim ꝗuis ſit in apparentia elemētum turpiſſimum: eſt tamen in efficacia vtiliſſimum: quia per terram oīa ſuſtentanꝛ ꝛ etiam taꝫ animalia ꝗ volatilia p terre beneficium educantur: ſignificās p oīa viros iuſtos: qui ꝗuis ſint in apparentia p humilitatem viles: ſunt tamen virtuoſi ꝛ vtiles. Ipſi em̄ ſunt totius eccleſie fundamentum: ꝛ ſuis bonis doctrinis ꝛ exemplis ſpūale nutrimentum. Un̄. j. Paralip. iiij. Inuenerūt paſcua vberrima ꝛ terraꝫ latiſſimaꝫ quietam ꝛ bene fertileꝫ. Quia pcerto ſicut videmus: ꝙ terra ꝗuis ſit exterius defoꝛmis hiſpida: intus tamē pꝛecioſis metallis ꝛ lapidibus aliquotiēs eſt referta. Sic vere iuſti: ꝗuis in apparentia ſint defoꝛmes ꝛ eiecti vꝛ inanes: intus tamē in coꝛde pꝛecioſas virtutes cōtinēt quibus ſe cumulant atq₃ replent. Uirtus em̄ celeſtis ideſt gratia ſpūſſancti ad iterioꝛa illius terre iugiter influit: ita ꝙ ibi virtutum copiam generat ꝛ pducit. pſ. Uiſitaſti terram ꝛ inebꝛiaſti eā: multiplicaſti locupletare eā. Terra em̄ diciꝛ terra: eo ꝙ cōtinue teriꝛ. Diciꝛ humus quia hūoꝛe aquaꝝ ꝛ fluminum cōtinue imbibitur. Diciꝛ tellus: quia fructus eius oī anno tollitur. Dicitur ops: quia oībus opē dat: vel quia opes ab ea repoꝛtantur. Dicitur arida vel qꝛ naturali ariditate fundatur: vel arature hominum ſubiugaꝛ. Sic vere hō iuſtus in vita teriꝛ per multas tribulationes Eſaie. xxiiij. Confractione confringetur terra: ꝛ cōtritione cōtereꝛ. Item humoꝛe ꝛ aqua diuine gratie imbibitur p occultas inſpirationes. Judicuꝫ. vj. Sit oīs terra roꝛe madēs. Humoꝛē ꝛ gratiā immittit p lachꝛymarum diſtillationes pſ. Dedit terram ſine aqua in exitus aquarum. Fructus ſuos: ideſt bona tempoꝛalia ſepiſſime perdit per raptoꝛum iniurias ꝛ exactiones. Unde de tyranno dicitur. Job. xxij. Egeno ſubtraxiſti panem: ꝛ in foꝛtitudīe bꝛachij tui poſſidebas terram. Opem fert omnibus p ſuas inuentiōes: quia ſcilicet iuſtus eſt terra que poꝛtat fructum vnde alij viuūt. Quia ſicut dicitur in pſ. Miſericoꝛdia domini plena eſt terra. Et alibi. Terra dedit fructuꝫ ſuum. Arida eſt a carnis voluptatibus p deliciarum abdicationes. Gene. j. Uocauitq₃ deus aridam terram. Aratur etiam p diſciplinas ꝛ afflictiones: quia ſicut diciꝛ Pꝛouerbioꝛuꝫ. xij. Qui operatur terram ſaturabitur panibus. Sic ergo patet ex diuerſis nominibus: ꝙ iuſtus comparatur terre. Et pꝛopter hoc de ipſo poteſt dici illud. j. Paralip. iiij. Inuenerunt terraꝫ latiſſimā quietam ꝛ fertilem. Ubi aduerte: ꝙ iſta terra ſcilicet chꝛiſtus. beata virgo vel quicunq₃ iuſtus habet quinq₃ conditiones terre moꝛaliter intellectas. Eſt enim terra.

Media ad coniungendum.
Infima ad ſubſidendum.
Extenſa ad continendum.
Quieta ad perſiſtendum.
Fecunda ad nutriendum.

Sic vere iuſtus vult eſſe Medius per pmptaꝫ ſubuētionem. Infim⁹ p humilē ſubiectionē. Extentus p magnam dilectionem. Immotus p durā ꝛ foꝛteꝫ durationem. Fecundus p piam nutritionē. ¶ Et ſic dico ꝙ ad virum iuſtum ptinent iſta q̄ ſequūtur. ſ.

Celeriter ad eſſe. Inuenerunt.
Humiliter ſubeſſe. Terram.
Patienter pdeſſe. Latiſſimam.
Stabiliter ineſſe. Quietam.
Utiliter pdeſſe. Fertilem.

Dicamus igiꝛ: ꝙ ille qui vult ſpiritualiter eſſe terra: debet ſuccurere cūctis celeriter qḋ oñditur qñ diciꝛ inuenerūt: qꝛ vir iuſtus ſemp debet inueniri in neceſſitate. Quia ſicut terra eſt in medio elementoꝛum: que tamē a loco pꝓꝛio nūꝗ fugit. immo ſemp ī medio elementoꝛum

Ayuntamiento de Madrid

mētoꝝ nō poteſt inueniri. Sic ⁊ ve iuſtus nunꝙ̄ eſt in
angulo. ſed ſemꝑ in medio. ſemꝑ enim in ꝑſenti para
tum ſe exhibet: ⁊ nunꝙ̄ a fidelitate variando. abſcon⸗
ditur ſeu latet. quinimmo ſemꝑ paratus ad ſubueniē
dum alijs inuenitur ⁊ nequaꝙ̄ fugit. variat aut muta
tur. Inuenerunt inquit. Vñ in pſ. Inuenerunt eum in
terra deſerta. i. in loco neceſſitatis. Ut ſic de quolibet
tali dicat̃ illud Sapiē. vj. Inuenit̃ ab his q̄ q̄runt il⸗
lam. Vide ſupra de inuenire. Iſta tamē ſunt ↄtra mul
tos qui non ſunt in medio ſe alijs paratos exhibēdo:
ſꝫ ſunt in angulo ſe ab alijs in neceſſitatis tēpore ab⸗
ſcondendo: quia iſti in neceſſitate non inueniuntur. ſꝫ
ab alijs fugiunt ⁊ abſcondunt̃. Vñ iſti ſunt illa terra.
de qua dicit̃ Geñ. j. Terra aūt erat inanis ⁊ vacua: q̄
ſ. iſti ſunt illa terra non habētes aliquam firmitatē: ⁊
vacui non habētes aliquam bonitatē: ſꝫ potius omnē
vanitatē ⁊ mutabilitatē pſ. Vidit ⁊ cōmota eſt terra.
Non ſic ergo chariſſimi: ſꝫ ſicut dictum eſt iuſtus dꝫ
ſuccurrere cunctis celeriter. ¶ Inuenerunt inquit.

¶ Deinde dico ꝙ ſi quis vult ſpiritualr̃ eſſe terra. dꝫ
ſe ſubijcere humiliter. Terram inquit. Quia terra eſt
omnium elemētoꝝ infima: ⁊ ſub omnibus alijs cō
ſtituta. ſic iuſtus omnibus ꝑ humilitatē ſe ſubijcit: ⁊
ꝑ ſubiectionē omnibus ſe ſupponit. Vñ de tali terra
dicitur. j. Paralip. xxij. Subiecta eſt terra corā domi⸗
no ⁊ coram populo eius. Et aduerte ꝙ q̄uis terra ſit
omnibus elemētis infimior. eſt tamē herbis ⁊ fructi⸗
bus fecūdior: floribus ⁊ folijs ornatior. Sic ⁊ ve vir iu⸗
ſtus quanto ꝑ humilitatē eſt magis infimus: tāto fru
ctu bonoꝝ operum eſt opulentiſſimus ⁊ floribꝰ vir
tutum ornatiſſimus. Vñ de viro iuſto pōt dominꝰ di⸗
cere illud Canti. ij. Flores apparuerunt in terra nr̃a.
Dꝫ ergo vir iuſtus ſubijcere ſe cunctis humilr̃. Ter⸗
ram inquit. ¶ Iterum dico ꝙ qui ſpiritualr̃ vult eſſe
terra: dꝫ ſe extendere cunctis mentalr̃. Latiſſimaꝫ in⸗
quit. Quia ſicut terra maximam habet latitudinem.
intantum ꝙ a termino vſqꝫ ad terminū attingit intm̄
ēt ꝙ infra ambitum ſuum continet totū mundū. Sic
iuſtꝰ dꝫ eſſe ꝑ charitatis ambituꝫ valde latus. De ter
mino enim amicoꝝ vſqꝫ ad terminum inimicoꝝ
ſe dꝫ extendere: ⁊ omnes tam bonos ꝙ̄ malos. tā ami
cos ꝙ̄ inimicos ſub caritatis brachijs continere. La⸗
tiſſimam inquit. Eccleſi. j. Altitudineꝫ celi ⁊ latitudi⸗
nem terre. profundum abyſſi quis dimenſus eſt? q. d.
latitudo charitatis noſtre dꝫ attingere vſqꝫ ad celum
i. ad ſuꝑiores. ad abyſſum. i. ad inferiores. ad terram
ideſt ad partes exteriores. De iſta ergo latitudine dr̃
Geñ. xxxiiij. Negocientur in terra que ſpacioſa ⁊ la⸗
ta eſt ⁊ cultoribꝰ indiget. Et bñ dicit cultoribus indi⸗
get: quia procerto pauci ſunt hodie qui hanc latitudi
nē charitatis colant. quinimmo hodie pōt verificari
illud Ioſue. xiij. Terra latiſſima derelicta eſt. Et bene
dicitur iuſtus terra lata: quia deum quē celi caꝑe non
poterant cōtinet ſpiritualiter. Ipſuꝫ ēt continuit btā
virgo ꝑſonalr̃. Vñ etiam de latitudine beate Marie
que continuit ipſum deum dicit̃ admiratiue Hiere.
xiiij. Quaſi colonus futurus es in terra: ⁊ quaſi via⸗
tor ad manēdum. Et breuiter terra iſta vir iuſtus la⸗
tiſſima dicit̃. vel dꝫ dici. ſ. quia in ipſa poſſunt oēs vir
tutes ⁊ gratie contineri. Continetur. n. ibi.

Clementie plenitudo.
Scientie limpitudo.
Iuſtitie rectitudo.
Conſtantie fortitudo.
Mundicie ſanctitudo.
Meſticie magnitudo.

¶ Qd em̄ iſta terra. ſ. iuſtus contineat clemētie pleni
tudinē. Patet in pſ. vbi dicit̃. ꝙ miſericordia dñi ple
na eſt terra. Et alibi. Terra dđit fructū ſuū. Quia vir
iuſtꝰ ſolet dare alijs q̄cq̄d habet. ¶ Itē ꝙ ↄtineat ſcīe
limpitudinē. Pꝫ Eſa. xj. vbi dicit̃. ꝙ repleta eſt terra
ſcīa dñi. ¶ Itē ꝙ ↄtineat iuſtitie rectitudineꝫ Patet
Eſa. xlv. Rorate celi deſuꝑ ⁊c. ¶ Itē ꝙ ↄtineat ↄſtan⸗
tie fortitudinē. Pꝫ Eccl's. j. Terra aūt ineternuꝫ ſtat.
¶ Itē ꝙ contineat mūdicie ſanctitudinē. Patet Eſa.
lxv. vbi dominꝰ dicit. Ecce ego creo celos nouos ⁊ ter
ram nouam. ¶ Itē ꝙ cōtineat triſtitie meſtitudinem
pꝫ: q̄. ſ. ſicut terra ſemꝑ ſtillat aquas: ſic vir iuſtus la
chrymas Hiere. iiij. Lugebit terra ⁊ merebūt celi. Iu
ſtus igit̃ dr̃ terra lata q̄ tot bonis ↄtētis ꝑmanet occu
pata. Latiſſima inq̄t: vt de eo dicat̃ illud Iob. xj. Lon
gior terra mēſura eius. ⁊ latior mari. Patet igit̃ ꝙ iu
ſtus eſt terra: quia ſe dat extēdere cunctis mētalr̃. La
tiſſimā inq̄t. ¶ Deniqꝫ dico ꝙ vir iuſtus dꝫ ſubſiſte⸗
re malis ſtabilr̃. Quietā inq̄t. Quia ſicut terra eſt oīꝫ
fundamētum grauium: ⁊ q̄uis omnia alia ſint mobi
lia. ipſa tñ ita firmiter ſtabilitat̃. ꝙ nullo impetu pōt
cōcuti vel moueri. q̄nimo ſemꝑ eſt ſtabilis ⁊ q̄eta. Sic
procerto iuſtus in tanta firmitate cōſtantie ſolidatur
ꝙ nunꝙ̄ a ⁊ vitate fidei. nec a fidelitate amicicie. nec a
ſtabilitate boni ꝓpoſiti cōcutit̃ nec mouet̃ pſ. Funda
uit terrā ſuꝑ ſtabilitatē ſuā ⁊c. Eſt. n. iuſtus quoddam
ſtabiliſſimū fundamētum qđ pōt om̄ia grauia ⁊ diffi
cilia ſuſtinere. ⁊ ſub oīm tribulationū pondere ꝑma⸗
nere. Quietam inq̄t Eſa. iij. Conq̄euit ⁊ ſiluit oīs ter⸗
ra. Et ī pſ. Terra tremuit ⁊ q̄euit. Et aduerte ꝙ dicit
Areſto. ꝙ cauſa quietis terre eſt. q̄ oēs partes eiꝰ na⸗
turalr̃ tēdunt ad cētrum. ⁊ iō dicit ꝙ circa cētrum ita
ſuis equis ponderibus: ⁊ partes eius q̄ ſunt pondero
ſe circa cētrū taliter cōprimunt̃. ꝙ quiete ⁊ ſtabilitate
ꝑpetua ſolidat̃. Sic ꝓculdubio: q̄ oēs partes. i. affe⸗
ctiones pondera ⁊ inclinationes viri iuſti tēdunt ad
cētrum. i. ad deū ⁊ ad eū inclinant̃: ⁊ circa eum ꝑ deſi⸗
derium cōprimunt̃. Hinc ē ꝙ ipſe in pace ⁊ cōſtantia
animi ſolidat̃. Quietā iq̄t Iudi. iij. Quieuit terra. xl.
annis. Qđ tñ eſt contra multos q̄ more terre patiunt̃
multotiēs terremotū. Quia ſicut terra q̄uis ſit natu
ralr̃ ſtabilis. aliq̄ñ tñ ꝓpter incluſionē igniū vel ven⸗
toꝝ. fit accidētalr̃ mobilis ſicut pꝫ in terremotu. Sic
⁊ ve q̄uis homo iuſtus ī deo debeat ſtabiliri. aliq̄ñ tñ
ꝑ ventum ſuꝑbie vel ꝑ ignē auaricie cōtingit ipſum a
firmitate boni propoſiti cōcuti vel moueri. ij. Reguꝫ
xxij. Mota eſt ⁊ ↄtremuit terra. Nō ſic ꝓcerto iuſtus:
q̄ dꝫ malis ſubſiſtere ſtabilr̃. ¶ Inſuꝑ dico. ꝙ ſi vult
ſpūalr̃ dici terra ipſe dꝫ bona vtiliter producere. Fer⸗
tilem inq̄t. Quia ſicut terra eſt elemētum valde fecū⸗
dum. in tantū ꝙ cunctis viuētibꝰ ꝓfert cibum. ſic iu⸗
ſtus ita fecūdus ⁊ fertilis dꝫ eſſe. ꝙ fructꝰ bonoꝝ ope
rum. exēploꝝ ⁊ documētoꝝ dꝫ ferre. quos alijs poſ⸗
ſit ꝓducere ⁊ offerre. Fertilis inq̄t. Vñ breuiter iuſtꝰ
videt̃ eſſe illa terra de qua dr̃. iiij. Reg. xviij. Tranſfe⸗
ram inq̄t vos in terram fructiferam ⁊ fertilē vini. ter
raꝫ panis ⁊ vineaꝝ. terrā oliuaꝝ. ⁊ olei ⁊ mellis. Iuſtꝰ
enim dicit̃. Terra panis: q̄ alios nutrit ꝑ doctrinam
erudiēdo. Terra vini. q̄ alios letificat cōſolādo. Ter
ra olei ⁊ oliuarum: quia alios mitigat ⁊ lenit miſeri⸗
cordiam faciēdo. Et iō breuiter terra fertilis pōt dici
vñ Iudicum. xviij. dicit̃. Vidimꝰ terrā valde opulētā.
Et Nume. xiiij. Terram quā circuiuimꝰ valde bona
eſt. Quod tamē eſt contra multos qui ſunt terra ſteri
lis. Vide ſupra de ſterilitate. Sꝫ nō ſic iuſtus: quia ꝓ⸗
certo iſte eſt terra fertilis. Et ideo bñ deductum eſt ꝙ
vir iuſtus dicit̃ terra: quia.

Producit fructus vtiliter.
Suſtinet cuncta ſtabiliter.
Continet cuncta patienter.
Subſidet cunctis humiliter.
Adiuuat cunctos benigniter.

¶ Et talis terra proculdubio fuit beata virgo: quia
ipſa eſt ad adiuuandum promptiſſima ad ſubſiſtēdū
humilima. ad cōtinēdum latiſſima. ad ſubſiſtēdū for
tiſſima. ad ꝓducēdum opulētiſſima. Iſta eſt. n. terra
q̄ germinauit ſaluatorē: que pacē homini generauit:
⁊ q̄ ſine cultura virilis ſeminis deum hominibꝰ ap⸗
portauit. vñ pſ. Bñdixiſti domine terrā tuā: auerti⸗
ſti captiuitatē Iacob. Quia veritas đ terra orta eſt: ⁊

iuſtitia de celo ꝓſpexit. Quia terra de qua dr̃ Ezech. xxxvj. Illa terra īculta facta eſt quaſi ortꝰ voluptatis. Patet igiẗ primo ⁊ principalr̃ ꝙ terra ſumiẗ pro iuſtorū ꝑfectiōe. C ¶ Scḋo principalr̃ dico ꝙ terra q̄ſiq3 ſumiẗ pro bonorū collectione. Et ſic terra nihil aliud eſt ꝙ̄ eccleſia vel religio. vel q̄libet collegium hoīm perfectorum. Sicut. n. videmus ꝙ oēs herbe ī terra ſunt radicate ⁊ plantate. ita ꝙ ibidē viuunt ⁊ vegetanẗ. ſi vero irradicate fuerint deſiccanẗ. Sic procerto oēs plante .i. omnes fideles in terra eccleſie ſunt ꝑ fide3 plantate. ꝑ caritatem radicate: ⁊ ꝑ gratiam nutrite: ⁊ vegetate. alʼs niſi in iſta terra ꝑ fidē ⁊ caritatē radicentur. vita gratie priuanẗ. ⁊ ꝑ peccatū virtutibus deſiccanẗ. Extra. n. iſtam terram non eſt vita. Vñ dn̄s pōt dicere de iſta terra illud. iiij. Reg. xviij. Veniā ⁊ tráſferam vos in terram fructiferam ⁊ fertilem. ⁊ viuetis ⁊ non moriemini. Et breuiter eccleſia vel religio pōt ꝯꝑari terre ꝓmiſſionis: quia illa erat Terra.

Specioſa.
Spacioſa.
Precioſa.
Montuoſa.
Paſcuoſa.
Fructuoſa.
Bellicoſa.
Dulcoroſa.
Humoroſa.
Virtuoſa.

¶ Sic ꝓcerto terra religionis. vel eccleſia d3 eſſe Specioſe cōuerſationis. Spacioſe delectationis. Precioſe reputationis. Montuoſe cōtēplationis. Paſcuoſe recreationis. Fructuoſe opatiōis. Bellicoſe propugnatiōis. Dulcoroſe deguſtatiōis. Humoroſe lachrymatōis. Virtuoſe cōſolationis. ¶ Dicamꝰ ergo. ꝙ iſta terra eſt ſpecioſa: quia ſicut terra efficiẗ ſpecioſa ꝓpter flores quibus induiẗ. ꝓpter flumina q̄bus imbuiẗ. ꝓpter caſtra q̄bus conſterniẗ. Sic procerto religio ſpecioſa ⁊ gratioſa d3 dici propter flores virtutu3 quibus eſt induta Canti. ij. Flores apparuerunt in terra noſtra. propter flumina ſcientiaru3 q̄bꝰ eſt imbuta Pš. Qui fundauit terra3 ſupra aquas. ꝓpter caſtra diuinarum protectionum quibus eſt conſeruata Ezech. xxxiiij. Habitabunt in terra ſua abſq3 vllo timore. ¶ Itē dico ꝙ iſta eſt terra ſpacioſa: quia ſcilicet homo poteſt ibi viuere ſine offendiculo delectabilium terrenorum. Unde etia3 iſta terra eſt ſicut ortus delectabilis: in quo poſſunt homines ſpaciari. ⁊ a mundi laboribus quietari. Vñ Gen̄. xxxiiij. Negocienẗ in terra que ſpacioſa eſt ⁊ lata: ⁊ cultoribus indiget. ¶ Itē dico ꝙ iſta eſt precioſa. Iſtam enim reputat dominus valde caram. vnde eſt hereditas ipſius ſpecialis. vnde Sap. xij. dicitur de terra promiſſionis ꝙ deo omnium carior eſt terra de qua dominus dicit illud Eſa. lxvj. Sedes mihi celum eſt. ⁊ terra ſcabellū pedum meorum. ¶ Itē iſta eſt terra montuoſa: quia ſcilicet in ipſa d3 eſſe montuoſitas ⁊ celſitudo contēplationis. Illi enim qui ſunt ibi debent ſurſum ad celeſtia eleuari. Unde Deutero. xxxij. dicitur. de populo iſrael ꝙ dominus conſtituit eum ſuꝑ excelſam terra3 vt co. fru. agro. ⁊c. Vide eam ſupra de excelſo. ¶ Item iſta terra eſt paſcuoſa. Ibi enim inueniunẗ paſcue doctrine verborum ⁊ exēplorū. vbi ſimplices poſſunt nutriri. ⁊ in fide ⁊ in moribus erudiri. Vñ. j. Paraẗ. iiij. Inuenerunt paſcua vberrima ⁊ terram latiſſimā quietam ⁊ fertilem. ¶ Item dico ꝙ iſta terra eſt fructuoſa. In terra enim creſcunt omnes fructus. ſic in eccleſia ⁊ religione creſcunt omnia opera bona Pſal. Dominus dabit benignitatē: ⁊ terra noſtra dabit fructū ſuum. ¶ Item iſta terra eſt bellicoſa. In terra enim promiſſionis ſemper fuerunt viri iuſti ⁊ ſtrennui. ſic in iſta terra debent homines ſtrennue viuere. ⁊ contra hoſtes anime ſtrēnue militare. Unde Nume xiij. Venimus ad terram ad quam miſiſti nos que reuera lacte ⁊ melle manat: ſicut ex fructibus cognoſci poteſt. ſed fortiſſimos cultores habet. ¶ Ite3 iſta eſt terra dulcoroſa. In terra enim ꝓmiſſionis humana natura abundantia lactis ⁊ mellis fruebatur: ⁊ ideo terra fluens lac ⁊ mel dicebatur ſignans terram religionis ⁊ eccleſie. vbi lac ⁊ mel deuotionis d3 abundare: que poſſit deuotam animam confortare. Vñ Ezech. xx. Eduxi te de terra egypti in terram quā promiſerā que fluit lacte ⁊ melle. ¶ Item iſta terra eſt humoroſa vel influoſa: quia ſcilicet in iſta terra abundant fluuij lachrymarum. fluuij ſcientiarum elemoſynarum. Vñ Deutero. viij. Dominus introducet te in terram bonam. terram riuorum atq3 fontium. terram olei ⁊ mellis. ¶ Item iſta terra eſt virtuoſa: quia ſcilicet ſicut in terra promiſſionis abundabant oliue: ⁊ arbores alie aromatice. de quibus gummi ſuauis odoris ⁊ ſaporis manabant. Sic in terra religionis debēt abūdare homines virtuoſi qui oleu3 pietatis debēt alijs vicinis diffundere: ⁊ liquorem compaſſionis debent diſtillare Pš. Terra mota eſt. etenim celi diſtillauerunt. Unde. iiij. Regum. xviij. Transferam vos in terram vini ⁊ oliuarum ⁊c. Iſte ſunt igitur decem conditiones terre propter quas multum d3 amari ⁊ a viris ꝑfectioribus frequentari. Ibi enim tutius viuitur: ⁊ ibi ſecurius habitatur pſal. Iuſti autē hereditabunt terram ⁊c. Si vis inuehe cōtra terram religionis vel eccleſie: ⁊ cōtra ꝯditiones illius dic illa que inferius dicenẗ de terra inquātum ſignificat mundum ⁊ mundi proſperitatem. Quia hodie proculdubio nō eſt religio vel eccleſia talis terra. Quia procerto hodie verificatur illud pš. ꝙ deus conuertit terram. ſ. fructiferam ſalſuginem a ma. hi. in ea. Salſugo enim eſt terra penitus ſterilis. Quādo enim aqua maris refluit aliquo caſu in terram fertilē: tanta eſt eius ſalſugo. ꝙ ex ſolo refluxu illa terra fit ſterilis ꝑ ſex annos: ⁊ talis terra proprie dicitur ſalſugo. a maris ſalſedine ſic vocata. Sic vero exquo aqua maris. i. affluentia tēporalis cepit influere in terram fructiferam religionis. ipſa procerto facta eſt ſterilis ⁊ inanis. iiij. Regū. ij. Aque peſſime ſunt ⁊ terra ſterilis. Dic ſi vis figuram: quia breuiter exquo in religione ⁊ eccleſia vitia abundauerunt: virtutes ⁊ merita defecerūt zach. vij. Poſuerūt terram deſiderabilē in deſertum. ⁊ hoc a malicia habitantium in ea. Quia ſicut diciẗ Eſaie. xxiiij. Interfecta eſt terra ab habitatoribus ſuis. deſerta eſt omnis leticia: ⁊ tranſlatum eſt gaudium terre. relicta eſt in vrbe ſolitudo. Sic igitur patet ꝙ terra ſumiẗ pro iuſtorum collectione. hoc eſt dictu pro religionis vel eccleſie habitatione. ¶ Tertio dico principaliter ꝙ terra ſumitur pro ſanctorum poſſeſſione. hoc eſt dictu ꝓ ſanctorum regione ⁊ congregatione. ſ. pro terra paradiſi. Sicut enim videmꝰ ꝙ terra eſt in ſe ſtabiliſſima: ita ꝙ cunctis alijs rebus in motu exiſtētibus iſta ſola eſt immobilis ad terram etia3 omnia grauia deſcēdunt ibiq3 ⁊ nunq̄ alibi requieſcūt. Sic vero ſtatus ⁊ gloria paradiſi eſt ſine quacūq3 mutatiōe ſtabilis ⁊ eternus: ⁊ iſto ſolo excepto omnis alꝰ ſtatus eſt mutabilis atq3 vanus Eccls. j. Terra aūt ineternum ſtat: ⁊ iō oīa grauia. i. mortaliū corda ad iſtā debēt naturaliter tendere: q2 hic ſolum ⁊ nunq̄ alibi poſſunt ꝑfectā requiē inuenire. d. illud Pſal. Portio mea domine ſit in terra viuentium. Naute enim q̄diu ſunt in mari. ſemꝑ ſunt in periculo ⁊ motu: ⁊ ideo valde deſiderāt eſſe in terra firma. ſtabili ⁊ in portu. ⁊ ideo nō ceſſant continue currere. quouſq3 ad terram ⁊ portum quem expectant: vel petunt applicari poterint. Nos igitur qui in fluxu ⁊ in mari mortalis vite viuimus. nunq̄ a curſu bonorum operum deſiſtamus. quouſq3 ad terrā paradiſi ⁊ portum ſalutis perſonaliter attingamus. Iuxta documētu3 Sen̄. epiſtola. xix. In freto viximꝰ. moriamur in portu. Quod tamē eſt contra multos ſimiles piratis. qui nunq̄ vellent attingere terram: ſ3 ſemꝑ eſſe in mari ⁊ viuere: vt tranſeuntes poſſint deꝑdari ⁊ occidere. Sic mundi raptores ⁊ peccatores attingere terram ⁊ portum paradiſi non curant: ſed eſſe ⁊ viuere in fluctibus vite p̄ntis affectant. vt alios noceant ⁊ inuadāt. De quibꝰ dr̃ in pš. Pro nihilo habuerunt terrā deſiderabilē ⁊c. Non ſic chariſſimi: ſ3 procerto boni ⁊ iuſti ad terra3 paradiſi trāſeūt mētaliter. ⁊ mihi D

liter. ⁊ mihi

Ayuntamiento de Madrid

liter.⁊ inibi viuere ⁊ eẽ appetunt eternalr. Deut.iiij. Vos trãſibitis ⁊ poſſidebitis terrã egregiã. Vbi aduerte ꝙ ad iſtã terrã habẽdã tria ſunt neceſſaria.ſ.
Dimittere quod inficit. Vos tranſibitis.
Appetere quod proficit.⁊ poſſidebitis.
Attendere quod allicit.terra egregia.
¶ Dimittamus ergo mundum inficientẽ tranſibitis Ille enim qui tranſit vnum locum ad ſuuȝ contrariũ tendit:ſic ⁊ nos debemus mundũ dimittere:⁊ ad terram paradiſi accedere ⁊ trãſire Eſa.xxiij. Tranſi terram tuam quaſi fluuium filia maris. Et bñ dicit filia maris:quia procerto ꝙdiu eſt in mundo. ſemꝑ eſt in amaritudine ⁊ dolore: ⁊ ideo ſicut vitulus marinus poſtꝙ diu in mari voluit natare.ſolet ad terram trãſire vbi ſolet catulos parere ⁊ cubare. Sic ṽe anima illius iniquitate laceſſita.dȝ ꝑ affectuȝ illud mare dimittere:⁊ ad terram paradiſi ꝑ deſiderium ſe transferre:⁊ ibi mentalr quieſcere ⁊ iacere: ⁊ catulos bonorum operum educere ⁊ nutrire. Tranſibitis inquit pš. Tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſqꝫ ad domum dei.vnde Joſue.xxij. Tranſite ad terrã in qua tabernaculum domini eſt. Vt dicamus illud Nu me.xx. Obſecro vt liceat mihi tranſire ꝑ terram tuã. Igiꝷ dimittamus mundũ inficientẽ. ¶ Itẽ appetamꝰ fructũ ꝓficientẽ. Poſſidebitis. Poſſeſſio eñ totum fructum ⁊ vtilitatẽ importat. Proprietas eñ ſine poſſeſſione nihil valet.⁊ iõ ꝗuis ꝑ mortẽ xp̄i facti ſimus heredes ⁊ ꝓprietarij terre paradiſi:in hoc tamẽ nullum fructum habebimus:niſi poſſeſſionẽ ipſius ꝑ bona opa acquiramꝰ. Poſſidebitis inquit. Vñ de quolibet iuſto põt dici illud Job.j. Opibus manuum eius bñdixiſti:⁊ poſſeſſio eiꝰ creuit in terra. Quia ſicut dr Mat.v. Beati mites:qm̃ ipſi poſſidebũt terrã. Vide ꝫ.de poſſidere. Igiꝷ appetamꝰ fructũ ꝓficientẽ. ¶ Itẽ attendamus locũ allicientẽ.terrã egregiã inqt. Quia ſ.paradiſus põt dici nobilis. egregia ⁊ amena. Et iõ bonũ eſt nobiles cõditiones eiꝰ attẽdere.vt allecti poſſimꝰ libẽtius illuc ire. Obiectũ.n.delectabile attrahit potẽtiã:⁊ iõ Moyſes allectꝰ delectabilitate terre ꝓmiſſionis ipſaȝ intrare cupiebat. Deute.iij. Trãſibo igiꝷ ⁊ videbo terrã hãc optimã tranſiordanẽ montẽqꝫ iſtũ egregiũ ⁊ lybanuȝ. Et bñ dicit tranſiordanẽ:qr.ſ. iſta terra eſt vltra flumen mortalitatis humane. Bñ dicit montẽ:qr ibi eſt mons ſublimitatis eterne. Bñ dicit lybanũ:ꝗ candor ĩterꝑtaꝷ:qr ibi eſt candor ⁊ pulcritudo claritatis ſuꝑne. Iſta eſt igiꝷ terra egregia.
Vbi nullus ꝑturbatione concutiꝷ.
Vbi nullus malus intrat nec recipitur.
Vbi quilibet iuſtus duciꝷ ⁊ introduciꝷ.
Vbi deus ꝑſonaliter videtur.
Ibi gloria in ſuo fonte guſtatur ⁊ ꝑcipiꝷ.
Ibi timor mortis fugaꝷ ⁊ excludiꝷ.
Ibi opulentia beatorum habeꝷ ⁊ inuenitur.
¶ Dico ꝙ in iſta terra beati tribulationibus non cõcutiunꝷ Matth.ij. Vade in terram iſrael.mortui eñ ſunt qui ꝗrebant animam pueri. ¶ Itẽ dico ꝙ ibideȝ nulli mali recipiunꝷ.vñ Prouerbio.x. Juſtus ineternum non mouebiꝷ.impij ṽo habitabunt ſuꝑ terram. ¶ Itẽ dico ꝙ ibi om̃s boni introducunꝷ pſal. Spiritꝰ tuus bonus deducet me in terram rectam. ¶ Itẽ dico ꝙ ibi tres ꝑſone viſibilr conſpiciunꝷ pš. Credo videre bona domini in terra viuentium. ¶ Iteȝ dico ꝙ ibi glorie voluptatis ſenſibilr ꝑcipiunꝷ pš. Suꝑ oẽm terram gloria tua. ¶ Itẽ ibi mors ⁊ timor abijciunꝷ. Ezech.xxxiiij. Habitabunt in terra tua abſqꝫ vllo timore. ¶ Itẽ ibi oẽs opulẽtie habenꝷ ⁊ inueniunꝷ. vñ Judicũ.xviij. Dabit vobis dñs terrã in qua nulliꝰ boni erit penuria. Iſta eſt igiꝷ terra egregia. vñ Ezech. xx.dicit dñs. Eduxi eos de terra egypti in terrã quam promiſeraȝ eis fluentẽ lacte ⁊ melle:ꝗ eſt egregia inter om̃s terras. Sic igiꝷ pȝ ꝙ terra ſumiꝷ pro ſctõrum poſſeſſione.⁊ hoc eſt tertiũ ꝑncipale. ¶ Quarto dico ꝙ terra ſumiꝷ pro mortalium defectiõe. Mortalis eñ homo terra dr.eo ꝙ de terra factus in terrã finalr cõmutaꝷ. Quia.ſ.ſicut dr Eccl'ſ.iij. Cũcta ſubiacẽt vanitati ⁊ oĩa ꝑgunt ad vnũ locum.de terra facta ſunt ⁊ in terram pariter reuertenꝷ. Nã Eccli.xvij.dr. Deus de terra creauit hoĩem.nõ de auro:vel lapide ꝑcioſo: ne forte ſuꝑbiret:ſed potiꝰ materiã humilitatis in ſe ipſo inueniret. Caro eñ eſt illa terra de qua dr Geñ. iij. Cũ opatus fueris terrã nõ dabit fructꝰ ſuos:ſȝ ſpinas ⁊ tribulos germinabit tibi. Nã ſicut terra nõ ꝓfert niſi ſcindatur.aperiaꝷ.ſemineꝷ.fimeꝷ.⁊ raſtris ⁊ aratris excolaꝷ. Sic homo terreus ⁊ fragilis nõ fructificat ꝑ bonam operationẽ:niſi prius.
Scindaꝷ per contritionem.
Aperiatur per confeſſionẽ.
Seminetur per inſtructionem.
Fimeꝷ ꝑ proprie vilitatis meditationẽ.
Aretur ⁊ excolaꝷ ꝑ maceratiuã ſatiſfactionẽ.
¶ Homo.n.dȝ ꝑ contritionẽ ſcindi ⁊ concuti pš. Cõmota eſt ⁊ contremuit terra:ſana contritiones eius; quia cõmota eſt. ¶ Per confeſſionem dȝ aperiri pš. Aperiaꝷ terra ⁊ germinet. Per inſtructionem dȝ ſeminari Geñ.xxvj. Seminauit yſaac ĩ terra illa. Per proprie vtilitatis conſiderationeȝ dȝ fimari. Quia ſicut multarum regionum agri ſteriles ſunt niſi fimo impinguentur.ſicut dicitur.iiij. Regum.ij. Terra ſterilis eſt.ſic multi ſunt homines omnino ſteriles a bonis opibus.niſi ꝑ humane vtilitatis memoriaȝ.ſqualidi.tumidi ⁊ impinguati ſpiritualr ad fertilitatẽ aptenꝷ.vt terre ſic aptate poſſit dici illud Eſa.iiij. Erit fructꝰ terre ſublimis. Per ſatiſfactionẽ ⁊ carnis macerationẽ dȝ exarari. Amos.iij. Triturabiꝷ ⁊ circuieꝷ terra:⁊ ſic ꝑ bonas opationes poterit fecũdari. Quia ſicut diciꝷ Eccli.xx. Qui opatur terram ſuam inaltabit aceruũ frugum. Sumiꝷ ergo terra pro mortaliuȝ defectiõe. ¶ Quinto dico ꝙ terra ſumiꝷ pro iniquorum conditione. Et ſic dico ꝙ ꝑ terram intelligiꝷ peccator:quia ſicut terra eſt elemẽtum durum ⁊ ſoliduȝ: ſiccum ⁊ frigidum:turpe ⁊ hiſpidum.graue ⁊ ponderoſum.fuſcum ⁊ tenebroſum.fedũ ⁊ maculoſum. Sic procerto peccator dicitur terra:quia.
Durus ⁊ ſolidus ꝑ mentis obſtinationem.
Siccus ⁊ frigidus.ꝑ mentis indeuotionem.
Turpis ⁊ hiſpidus.ꝑ malam conuerſationẽ.
Grauis ⁊ ponderoſus.ꝑ malã inclinationẽ.
Fuſcus ⁊ tenebroſus.ꝑ mentis obſcurationẽ.
Fedus ⁊ maculoſus.ꝑ carnis inq̄natione.
¶ Igiꝷ dico ꝙ peccator eſt terra:quia ꝑ obſtinationẽ eſt ſolidus. Terra enim eſt ita firma ꝙ non põt de loco ſuo mutari:ita profunda ꝙ non põt faciliter diſſipari. Sic vere peccator ita eſt ꝑ mentis obſtinationeȝ ⁊ indurationem firmus ſolidus ⁊ profundus ꝙ ꝑ predicationem non penetratur:nec per conuerſationem de propria malicia tranſmutatur:⁊ ideo ipſe eſt proprie illa terra. De qua diciꝷ Deutero.xxviij. Sit terra quaȝ calcas ferrea. Dyabolus enim ita ſepe tranſit ⁊ calcat ſuꝑ peccatorẽ ꝙ ipſum neceſſario durum facit ſicut via efficiꝷ alia terra durior pro eo ꝙ a pluribus conculcaꝷ. ¶ Itẽ dico ꝙ peccator eſt terra:quia ꝑ indeuotionẽ eſt frigidus. Terra enim naturaliter eſt frigida ⁊ ſicca.ꝗ ſunt due qualitates mortificatiue:⁊ ad centrum deſcenſiue ⁊ compreſſiue.⁊ ideo terra immobilis inueniꝷ.quia ꝑ ſuas mortiferas qualitates verſus centrum comprimiꝷ ⁊ calcatur. Sic vere peccator ꝑ indeuotionem eſt frigidus:⁊ ꝑ incompaſſioneȝ aridus Geñ.j.ca. Vocauit deus aridam terram. Iſte.n. ſunt due peſſime qualitates que ipſum ad centrum.i. ad mũdum ⁊ ad mundanam gloriam comprimunt:⁊ motum bonorũ operũ ſibi tollunt Eccl'ſ.j. Terra autẽ ineternum ſtat. Prouerbio.xx.ꝓpter frigus piger arare noluit. ¶ Itẽ dico ꝙ peccator eſt terra:qr ꝑ malaȝ ꝯuerſationẽ eſt hiſpidus terra turpis ⁊ pallidi eſt coloris.ſic ⁊ peccator infamis eſt cõuerſationis Hieremie.iiij. Vidi terram ⁊ vacua erat ⁊ nihil.⁊ celos ⁊

Ayuntamiento de Madrid

non erat lux in eis. ¶ Itē dico q peccator eſt terra qꝛ p malā inclinationē eſt ponderoſus. Terra enim eſt ponderoſa τ grauis. ſemꝑ deſcēdens ad yma. ſignificans peccatorē. qui grauis τ ponderoſus eſt ad bn faciēdum τ ſemꝑ eſt inferius inclinatus ad tēporalia diligēda Prouer. xxv. Celum ſurſum: τ terra deorſum. Sicut enim terra nature eſt auide intantum q oēs aquas ſolet bibere τ pluuias haurire. ſic peccator omnes mūdi diuitias τ delicias appetit acquirere τ habere. figuratus Apocalip. xv. vbi dicitur. Quod aperuit terra os ſuum τ abſorbuit fluuium. Ideo Salomon Prouerbio. xxx. iter inſatiabilia numerat terrā que non ſatiatur aqua. Iſte eſt igit terra p malam inclinationem ponderoſus. ¶ Itē dico q peccator eſt terra: quia p mentis obſcurationem eſt tenebroſus. Terra elemētum eſt obſcurum τ tenebroſū nihil habens pſpicui vel ſplendoris. Sic vere peccator nō hꝫ aliquid de lumine diſcretionis ſpiritualis. quinimo totus eſt obſcurus τ plenus turbine ignorantie τ erroris Amos. viij. Tenebreſcere faciam terram in die luminis. ¶ Item eſt peccator terra: quia p carnis inquinationē eſt maculoſus ſeu lutoſus. Quia ſicut terra faciliter in lutum τ in immundiciam conuertitur quando cum aqua plus debito commiſcetur. Sic peccator aquis deliciarum admixtus fit faciliter lubricus: τ p luxuriā maculoſus: ita q ei poteſt dici illud Ezech. xxij. capi. Tu es terra immunda τ nō compluta. Sic igitur patet q terra quādoq ſumitur pro iniquorum conditione. ¶ Sexto dico q terra ſumitur p
G afflictorum tribulatione. Terra enim que eſt elementum aſperum. deforme τ infimum ſtatum paupertatis. penitentie aduerſitatis. ſubiectiōis humilitatis. deſignat. De quo Geñ. xlj. Creſcere me fecit dñs i terra paupertatis mee. Iſta eſt enim terra.
In qua humiles verſantur.
In qua penitentes purgantur
A qua purgati releuant.
Ad quā ſuperbi deducuntur.
¶ Dico q in tali terra humiles ſolent conuerſari: qꝛ ſicut aper non poteſt ſedere ad terram proſtratus. ſic nec dyabolus hominē inferius humiliatum. Dañ. x. Deieci vultum meum in terram τ tacui. vnde pš. In terra deſerta τ inuia τ inaquoſa τc. ¶ Item tali terra penitētes ſolent expiari. Quia ſicut lapides precioſi in terra τ arena purgant τ polliunt. ſic penitentes in terra penitentie τ tribulationis purgant τ emundantur. Unde anime penitēti dicit Hieremie. ij. Secuta es me in deſerto in terra que non ſeminat. ¶ Itē a tali terra humiles ſolent eleuari: quia ſicut dicit in pš. Deus ſuſcitat de terra inopē: τ de ſtercore eriget pauperem. ¶ Itē ad talem terrā ſupbi ſolent detrahi τ condemnari. Unde ciuitati ſupbe dicit Luc. xix. Circumdabunt te inimici tui vallo: τ ad terrā proſternēt te. Sic ergo dico. q terra ſumit pro miſerorum affli-
H ctione. ¶ Septimo dico q ſumit pro mortuorū corruptione vel reſolutione. Mors enim τ etiā mortuꝰ terra dicit. eo q in morte homo in terram conuertit: vel quia terra tegit τ abſcondit: vel quia p inſenſibilitatem terre ſimilis efficit pš. Spiritus eius reuertet in terram ſuā. ſcꝫ hō. Et Ezech. xxxj. Omnes dati ſunt ad mortem ad terram vltimam. Mors enim terra vltima eſt. quia ad ipſam vltimo neceſſario puenit. Et ideo ſicut videmus q τ vultus τ ſenſus animaliū reſpiciunt ad terram. ſic τ mens τ cogitatio hominum dꝫ reſpicere verſus mortem. Eſaie. lj. Uidete ſub terra deorſum. Leo enim terrā reſpiciens fit audacior contra venatorem. Aſpis etiam cum cauda τ cuꝰ obiectione terre auriculas ſuas claudens. fit tutior cōtra incantatorem. Quia procerto ille qui terram mortis ſue bn conſiderauerit τ viderit: τ qui terram ſue vilis conditionis: τ caudam ſue finalis reſolutionis in aure poſuerit. proculdubio a tentationū incantationibus tutus erit: τ venatorem dyabolum non timebit.

Uñ Numer. xiij. Conſiderate terrā qualis ſit. Et Dañ. x. Uultus meus herebat terre. Sic ergo pꝫ q terra ſumit p mortuor corruptione vel reſolutione. ¶ Octa- I
uo principalr dico q terra qñq ſumit pro damnatorꝫ cōcluſione. ſ. pro ipſo habitaculo inferni. Sicut enim terra eſt domus τ habitaculum omnium reptiliū τ ſerpentum. Sic infernus eſt locus τ habitaculū oīu damnatorū: tam hominū q̄ angelorꝫ. Iſta eſt terra in qua iniqui reponunt τ ibidem ꝑpetuo morant. ſicut de antiocho dr. j. Macha. vj. q mortuꝰ eſt in triſtitia magna in terra aliena. Iſta eſt enim terra.
Meroris.
Feruoris.
Doloris.
Laboris.
Occiſionis.
Obliuionis.
Detentionis.
¶ Eſt eñ in iſta meror incōſolabilis Uñ Hiere. iiij. Lugebit terra τ merebunt celi. Celi inqt. i. alti viri. ¶ Itē ibidē eſt feruor ſeu ardor inextinguibilis. Unde Eſa. xxxiiij. Couertent torrētes eius in picē: τ humus eius in ſulphur: τ erit terra eius in pice ardentē. die ac nocte non extinguet. ¶ Itē ibi erit dolor intolerabilis. Eſa. xiij. Torſiones τ dolores tenebūt. Et ſequit Ecce dies dñi ira plenꝰ ad ponēdū terrā i ſolitudinē. ¶ Itē ibi ē labor intēpabilis. vñ pš. Laborabit ineternū τ viuet adhuc in finē Hiere. v. Sicut ſeruiſtis dijs alienis in terra vr̃a: ſic ſeruietis dijs alienis in terra non vr̃a. hoc eſt dictu. Sicut ſeruiſtis in mūdo criminibꝰ τ peccatis: ſic τ in inferno ſeruietis demonibus. ¶ Itēꝫ ibi eſt occiſio. i. crudelitas immitigabilis. vnde Eſa. xxxiiij. Inebriabit terra eius ſanguine. τ humus eiꝰ adipe pinguium. Et pš. Introibunt in inferiora terre. tra. in ma. gla. par. vul. erunt. ¶ Itē ibi eſt obliuio immemorabilis: quia ſcilicet memoria taliū cito perit. vnde pš. Memoria eorū veteraſcet in iferno a gloria eorū. Et ideo in pſal. dicit. Nunquid cognoſcent in tenebris mira. tu. inter. ob. ¶ Itēꝫ erit ibi detentio ineuitabilis quia qui ſemel illuc ierit exide ampliꝰ non exibit. Unde Hiere. xvij. Habitabit in deſerto in ſiccitate. i. terra ſalſuginis τ inhabitabili. Sic igitur patet. q terra ſumit pro damnatorum habitatiōe ſeu concluſione. ¶ Nono dico q terra ſumit pro terrenorum ſucceſſione. ſeu mundanorū poſſeſſione. τ re- K
gione. Et ſic dico q p terram intelligit ſtatus τ conditio terrene proſperitatis. τ iſta eſt proculdubio fugienda. Quia ſicut videmus q auis vt communiter non capitur quamdiu volat in aere: ſed quando deſcēdit vel appropiat circa terrā. Sic vere nec homo eſt in periculo delinquendi q̄diu ad celeſtia. vel ſpiritualia volitat: ſed quando aſcēdit vel deſcendit per acceſſionem τ affectum inferius ad terrena. Utile eſt igit terram. ideſt terrena mentaliter dimittere: τ ab ipſis fugere τ abire. Iuxta illud Gene. xij. Egredere de terra tua. τ de cognatione tua: τ de domo patris tui: τ veni in terram quā monſtrauero tibi. Unde eam ſupra de egredi. vt ſic nobis dicatur illud Ezech. x. Eleuauerunt cherubin alas ſuas: τ exaltata ſunt a terra. Ubi aduerte q tria ſunt neceſſaria ad hoc q terrena proſperitas fugiatur: ſcilicet Feruidus affectus ſuperiorum. Eleuauerunt alas ſuas. Limpidus aſpectus interiorum. Cherubin. quod interpretat plenitudo. Solidus deſpectus exteriorum. Exaltata ſunt a terra. ¶ Dico igitur q ad hoc q terrena proſperitas euitetur. neceſſarius eſt feruidus ſuperiorū affectus. Eleuauerunt inquit alas. Ale enim noſtre quibus ad celeſtia vehimur. ſunt affectus. quos procerto ſurſum ad bona paradiſi debemus erigere. vt ſic poſſimus a terrenorum periculis nos liberare. Iob. xxxix. capitu. Cum tempus fuerit in altum alas erige. Et ideo bene monet Apoſtolꝰ. Coł. iij. Que ſurſum ſunt querite vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens. que ſurſum ſunt ſapite non

Ayuntamiento de Madrid

ſapite non que ſuper terraꝫ. Res enim leues ſicut eſt ignis ⁊ aer ſemꝑ nituntur ſurſum aſcendere. Graues nituntur deoꝛſum deſcēdere. Quia ꝓcerto illi q̄ ſunt leues ⁊ puri ſurſum mentaliter ſe erigunt ad eterna. illi vero qui ſunt graues ⁊ ꝑ peccata immūdi inferius ſe redigunt ad humana. Quia proculdubio hodie nō eſt alia cauſa quare iſta terrena ita ardenter queruntur ⁊ diligunt᷑: niſi quia ſuperioꝛa ⁊ celeſtia non deſiderant᷑ nec amant᷑: quia procerto ſi iſta bñ amarent᷑. illa neceſſario ſpernerentur. Sic igitur patet ꝙ in nobis dꝫ eſſe ſuperioꝛum affectus feruidus. ¶ Rurſuꝫ dico ꝙ in nobis dꝫ eſſe interioꝛuꝫ aſpectus limpidus: quod notat᷑ cum dicit᷑ cherubin. quod interꝑtat᷑ plenitudo ſciētie: quia procerto ꝙ terrena diligant᷑ ⁊ appetant᷑. illud non eſt niſi propter defectum vere ſcientie: quia proculdubio ſicut dicit᷑ Oſee. iiij. Non eſt veritas. non eſt miſericoꝛdia non eſt ſciētia dei in terra. Et bñ dicit non eſt ſcientia dei: quia. ſ. ſatis eſt ibi de ſcientia mundi. de qua dicitur Hiere. iiij. Sapientes ſunt vt faciant mala. bñ autem facere neſcierūt. Iſta eſt enim ſimilis lumini lune: quod ſolum apparet de nocte ⁊ non de die. ſic ſcientia ſeculi vtilis eſt circa terrena q̄ ſunt nocturna. nihil vero proficit circa ſpūalia ⁊ diurna. Quinimo ſicut videmus ꝙ aues ⁊ alia que de nocte vident clarius. de die vident obſcurius ⁊ deterius. Sic vere illi qui in terrenis ſunt clarius videntes: ſunt in ſpiritualibus plus ignoꝛātes. Nō ſic chariſſimi: ſed ſimus cherubin: habeamus plenitudineꝫ ſciētie. vt terrenoꝛum vilitatem ⁊ vanitatē cognoſcamus: ⁊ vt ipſa cognita fugiamꝰ Ezech. xxviij. Tu cherub extentus ⁊ protegens. plenus ſapientia ⁊ ꝑfectus decoꝛe ⁊c. Igit᷑ neceſſarius eſt interioꝛū aſpectus limpidus. ¶ Demū dico ꝙ neceſſarius eſt exterioꝝ aſpectus ſolidus ſeu ꝓuidus. Exaltata ſunt inq̄t a terra. Hō em̄ qui vult ſeruare coꝛpoꝛis ſanitatem. libenter dimittit locum vbi ſentit aerē coꝛruptuꝫ. Etiam auis ꝑdalis parū ſolet in terra manere. ſed ſtatim ſurſum aſcendere ⁊ volare. Terra enim ideſt terrena proſperitas eſt fugienda: ⁊ ne ibi coꝛrumpamur aut capiamur mentaliter deteſtanda zacha. ij. Fugite de terra aquilonis. ¶ Et nota hic ꝙ iſta terra dꝫ deſpici multiplici ratione. videlicet. quia.

Tenaciter ſolet irretire.
Mentaliter facit eſurire.
Faciliter ſolet pertranſire.
Diſcoꝛditer facit ſentire.
Moꝛtaliter facit ſuperbire.
Crudeliter facit inſanire.
Carnaliter facit laſciuire.
Finaliter ſolet deperire.

a ¶ Dico ergo ꝙ iſta terra. i. terrena ꝓſperitas ⁊ facultas irretire ſolet tenaciter. Eſt em̄ ſicut terra argilloſa ꝓ eo ꝙ ibi hō ita ꝑ malas cōplacētias ligat᷑. vt difficil'r expediat᷑. Terra. n. quāto eſt maioꝛis fecūditatis: tāto eſt trāſeūtibꝰ maioꝛis tenacitatis ⁊ lubꝛicitatis: ſicut pꝫ de terra pingui tꝑe pluuiali. Sic ⁊ ꝓſperitas quāto eſt āplioꝛ tanto ad detinēdum habilioꝛ. Unde Eſa. xxiiij. Formido. fouea ⁊ laqueus ſuꝑ te q̄ habitatoꝛes terre. Homo. n. qui eſt in terra mundane ꝓſperitatis: de leui foꝛmidat ⁊ ſuſpicat᷑ in foueam peccati faciliter intrat ⁊ inclinat᷑ a laqueo vero malaꝝ cōplacētiaꝝ difficil'r extrahit᷑ ⁊ liberat᷑. Iſta igit᷑ irretire ſolet tenaciter. ¶ Itē dico ꝙ iſta terra eſurire facit mētal'r. Cauſat enim famem ⁊ ſitim auaricie. nec ſatiat. immo vacuat coꝛ humanum. Un̄ de iſta terra dꝛ Hiere. ij. vbi dicit᷑. Transduxi vos ꝑ terram ſitis ⁊ imaginē moꝛtis. Un̄ auari ⁊ mundani ſimiles ſunt onagro. De quo dicit᷑ Job. xxxix. Quis dimiſit onagruꝫ liberꝫ: ⁊ vincula eiꝰ quis ſoluit. cui dedi in ſolitudine domū. ⁊ tabernaculum eius in terra ſalſuginis. Terra enim ſalſuginis dicit᷑ illa terra. que ꝓpter ſalſuginē maris ⁊ ꝓpter ſiccitatem propꝛiam eſt ſterilis ⁊ deſerta. In aliquibus. n. partibus britānie minoꝛis. terra fex ⁊ limus maris in cāpis poꝛtat᷑: ⁊ ꝗuis ille feces ſalſe de ſe ſteriles ſint. terram tamē in qua ponunt᷑ ꝑ accidēs faciunt fertilem. virtute enim ſua calida humoꝛē ab interioꝛibus ad terre ſuꝑficiem attrahūt: ⁊ ſic fertileꝫ eam reddūt. ſꝫ poſt. xx. annos ſterilis efficitur: ⁊ rōne opulētie ꝑcedētis maioꝛ ſterilitas generatur. Sic vere chariſſimi ſalſugo mūdane ꝓſperitatis in principio ſ. in vita p̄nti facit hoiem diuitijs abundare. Sꝫ procerto in futuro ipꝫ faciet eſurire: quia. ſ. quāto ipm in ꝑſenti maioꝛi opulentia ditat. tanto in futuro maioꝛi ſterilitate ⁊ indigētia ipſum dānat. Iuxta illud Oſee iiij. Scđm gloꝛiam eius multiplicata eſt ignominia eius. Iſta eſt igit᷑ terra ſalſuginis q̄ eſurire facit mētaliter. ¶ Itē dico ꝙ iſta terra ꝑtranſire ſolet faciliter. Terra enim. i. ꝓſperitas cito tranſit. Matthei. xxiiij. Celum ⁊ terra tranſibunt. Celum enim ſignificat altas ſeculi dignitates. terra vero deſignat magnas ſeculi facultates: que ſcilꝫ non ſunt ſtabiles: ſꝫ potiꝰ variabiles ⁊ mutabiles. Eſa. xiij. Mouebitur terra de loco. ¶ Item dico ꝙ iſta terra ſentire facit diſcoꝛditer. Quia ſicut ibi nulla eſt terra ita firma: quin terremotus ibidem aliquando generet᷑: quando foꝛtibꝰ vapoꝛibus interius agitat᷑. ſic vere nulla eſt tā magna ꝓſperitas: quin terremotum diſſentionū ⁊ tribulationum patiat᷑. quando vapoꝛibus. i. malis hominibus inuicē collidentibus ⁊ ſeinuicē litigijs impellētibus concutiunt᷑ ⁊ mouent᷑ pſ. Cōmota eſt ⁊ cōtremuit terra. j. Paral. j. Nomē viri phalech: quia in diebꝰ ſuis diuiſa eſt terra. In iſta terra mundane proſperitatis continent᷑ mali vapoꝛes. i. mali ⁊ iniqui habitatoꝛes. Quia ſicut dꝛ Hiere. xxx. Dabo terram in manu peſſimoꝛum: ⁊ iō ibidē non ſolet pax ⁊ concoꝛdia habitare: ſꝫ ⁊ potius lis ⁊ diſcoꝛdia pullulare. Quod bñ figurat᷑ Apoca. viij. vbi dicit᷑. Mō ignē miſit in terraꝫ ⁊ facta ſunt tonitrua ⁊ terremotus: qꝛ ignis ire. inuidie ⁊ auaricie qñ in terra ponit᷑ terremotus contradictionis ⁊ tonitrua ⁊ ligatiōis ibi audiunt᷑. Iſta ergo terra ſentire facit diſcoꝛditer. ¶ Itē iſta terra facit ſuꝑbire real'r. Terra. n. multos hꝫ montes ⁊ tumoꝛes. Sic mūdi ꝓſperitas multas hꝫ ſuꝑbias ⁊ ꝑſumptiōes Mich. j. Attēdat terra ⁊ plenitudo eiꝰ. ¶ Itē dico ꝙ iſta terra inſanire facit crudel'r. Quia procerto terra. i. abundantia ꝓſperitatis. eſt aliqñ cauſa crudelitatis ⁊ impietatis qđ pꝫ: qꝛ illi ſunt crudelioꝛes q̄ ſunt in terra ⁊ in ſeculo ditioꝛes. Un̄ de crudelibus dꝛ Ez. xxxij. Mō ipſi dederunt terroꝛē ſuum in terra viuentium: ⁊ ideo poꝛtauerunt ignominiam ſuam cum his qui deſcendunt in lacum. Ezech. vij. Terra plena eſt iudicio ſanguinum. ¶ Itē iſta terra laſciuire facit carnal'r. vnde Oſee. j. cap. Foꝛnicans foꝛnicabit᷑ a dño. Et Oſee. iiij. Maledictū. mēdaciū. furtū. adulteriū ⁊ homicidiuꝫ inundauerunt. ⁊ ſanguis ſanguinē tetigit: ꝓpter hoc lugebit terra. ¶ Itē dico ꝙ iſta terra deꝑire facit finaliter. Quia nulla eſt terrena proſperitas q̄n finaliter deſtruat᷑: ⁊ potiſſime in moꝛte ⁊ in iudicio: qꝛ dñs i furoꝛe conculcabit terram: ⁊ in furoꝛe obſtupefaciet gētes Abacuch iij. ⁊ Soph. j. In igne em̄ zeli mei deuoꝛabit᷑ ois terra. Iſtis igit᷑ octo rōnibus pꝫ ꝙ terra. i. terrena ꝓſperitas eſt contemnenda ⁊ mentaliter fugienda. Et ſic ergo dico ꝙ iſta tria ſunt neceſſaria ad terram. ideſt ad terrenam proſperitatē ne noceat cuitandam. ſcilꝫ mundanoꝛum ꝓuidus deſpectus. amicoꝛum limpidus aſpectus ſuperioꝛum feruidus affectus. Unde ergo dictuꝫ eſt de iſta terra. ꝙ eleuauerūt cherubin alas ſuas ⁊ *exaltata* ſunt a terra. Hec igit᷑ ſufficiant de terra. q̄tum ad nouē eius partes.

## Terroꝛ. Terribilis. territus. a

Terrere. Cum terroꝛ ſeu terribilis nihil aliud eſt q̄ quedaꝫ exceſſiua timoꝛis ſpecies. ſeu qualitas. que ex exceſſu alicuius ſubiecti ⁊ ſenſibilis excellentis ⁊ inſoliti generatur. Poſſumus dicere ꝙ in ſcriptura inuenit᷑ multiplex terroꝛ. ſcilicet Terroꝛ.

Ayuntamiento de Madrid

| | |
|---|---|
| Humani timoris. | Primꝰ eſt terror iniquorū. |
| Deuoti tremoris. | Secundus eſt perfectorum |
| Mundani furoris. | Tertius eſt miſerorum. |
| Diuini rigoris. | Quartus eſt damnatorum |

¶ Dico primo ꝙ eſt terror imbecillis pauiditatis:⁊
iſte eſt quando homo pauet vel terret̄ ſine cauſa. Im-
pij enim ſunt ſemꝑ in timore ⁊ deſperatione: quia ſi-
cut dicitur Job.xv. Sonitus terroris in auribus ipſi⁊:
⁊ cuꝫ pax ſit inimicicias ſemꝑ ſuſpicatur. Homo eñ
cui propria conſciētia male reſpondet: ⁊ qui nihil hꝫ
gratie vel meriti in quo cōfidat: merito terret̄. Quia
ſcilicet ſicut melancolici propter abundantiaꝫ nigre
colere corpus occupantis:⁊ imaginatiuā capitis de-
nigrantis ſolent ſine cauſa timere concuti ⁊ terrere.
Sic ⁊ illi ī quibus niger humor peccati dominatur:
ita ꝙ imaginatio ⁊ conſciētia maculatur modica tri
bulatiōe tꝑali: vel mortis future afflictione. vel diui-
ni iudicij executione ſuꝑnali vſꝫ ad deſperationē ter
rent̄:⁊ ſine cauſa legitima ꝑturbātur. Sic territi fue-
runt populi carnales: qui audiētes fortitudinem ha-
bitatorum terre ꝓmiſſionis de dei auxilio diffidētes
in egyptum redire voluerunt Deutero.j. Nunciꝫ ter-
ruerunt cor noſtrū. Vñ Leui.xxvj. Terrebit eos ſoni-
B tus folij volantis. Iſte eſt ergo terror deſperantis pa-
uiditatis. ¶ Scđo dico. ꝙ eſt terror formidantis hu-
militatis:⁊ iſte eſt terror quo terrētur boni. Quia ſi-
cut pueri faciliter terrentur ab aſpectu virge. Sic hu
miles ⁊ puri ex aſpectu diuine potētie ⁊ iuſtitie facil'r
conturbantur. d. deo ⁊ angelis illud Joſue.ix. Proui-
dimus animabus noſtris terrore veſtro cōpulſi. Deꝰ
enim ⁊ opera ſua valde debēt eſſe terribilia cordibus
deuotorum. Cantus galli mirabiliter terret lupū ſm
Pli. Sic vere ꝟba xpi debēt terrere virum iuſtum. vt
dicat illud Job.vj. Terrores domini militant contra
me. Et nota ſi vis ꝙ deus dꝫ eſſe terribilis. taꝫ bonis
ꝙ̄ malis propter multa. vcꝫ propter Sue.
Clemētie plenitudinem.
Iuſtitie rectitudinem.
Scientie limpitudinem.
Potentie fortitudinem.
¶ Terribilis eſt ergo deus propter plenitudinē ſue
clementie. Iſte enim fecit oꝑa valde terribilia ⁊ mira
bilia in carnis aſſumptione:⁊ in mundi clemen i re-
demptiōe. Tūc enim deus fecit magnalia in egypto.
mirabilia in terra cham. terribilia ī mari rubro. Ter
ra egypti eſt mundi regio. vbi terribile fuit diuinita-
tē deſcēdiſſe. Terra cham. i. matris ꝑfectio. in qua ter
ribile fuit virginitatē remanſiſſe. Mare rubrū. i. xpi
paſſio vbi terribile fuit deuꝫ morte ſuſtinuiſſe. Et b e
uiter ſicut in pš. dicitur. Iſte eſt deus terribilis ⁊ lau-
dabilis:⁊ faciēs mirabilia. ¶ Itē terribilis eſt iſte ꝓ-
pter rectitudinē ſue iuſtitie. Terribile eñ eſt videre
iudicia dei:⁊ quantum ſunt iuſta:⁊ quantuꝫ ſunt oc-
culta. Sicut. n. in pš. dicitur. Quoniam dominus ex-
celſus terribilis ſuꝑ oēs deos:⁊ rex magnus ſuꝑ oēm
terram. ¶ Itē eſt terribilis propter limpitudineꝫ ſue
ſciētie. quia ſicut dicitur in pš. Iſte eſt terribilis ī cō-
ſilijs ſuꝑ filios hominum. ¶ Item ipſe eſt terribilis
propter fortitudinē ſue potētie. Unde Deutero.x. di-
citur. Quod deus magnus terribilis ⁊ potens qui ꝑ-
ſonam non accipit. Et bene eſt terribilis potētia ſua:
quia etiam ipſi demones audito eius nomine exter-
rentur. Sanctum enim ⁊ terribile nomen eius. initiū
ſapiētie timor domini. Sicut eñ de beata virgine le-
gimꝰ. ꝙ ipſa eſt terribilis inimicis. quia ſicut leo ter-
retur quando videt gallū album. ſic dyabolus. quan-
do videt contra ſe militare virgineꝫ caſtitate candẽ
tem. Ideo de ipſa dicitur Canti.vj. Terribilis vt ca-
ſtrorum acies ordinata. Ita ꝙ etiaꝫ nos poſſumus di-
cere illud Geñ.xxviij. Quā terribilis eſt locꝰ iſte. non
eſt hic aliud niſi domus dei ⁊ porta celi. Patet igitur
C ꝙ eſt quidam terror humilitatis formidatis. ¶ Ter
tio dico ꝙ inuenit̄ terror iniquitatis alios impugnā-
tis. Et ſic dico ꝙ tyrāni dicuntur terribiles ꝓpter cru
delem affectionem. Alij vero mali dicūtur terribiles
propter horribilem conuerſationem. Tyranni enim
ſunt ſicut leo cuius aſpectus ⁊ rugitus eſt terribilis
omnibus animalibus: quia ſcilꝫ tyrannorum dicta ⁊
oꝑa pauꝑibus ſunt terribilia. figurata in illa beſtia
q̄ Danie.vij. erat terribilis. mirabilis ⁊ fortis nimis.
q̄ dentes ferreos magnos habebat comedens ⁊ com-
minuens:⁊ reliqua pedibus ſuis conculcans. diſſimi
liſꝫ erat alijs beſtijs: quas Daniel viderat ante eam.
Tales enim beſtie ſunt tyrāni: quia ſcilꝫ ipſi ſunt for-
tes inquantum habent ſeculi ⁊ iuriſditionis poteſta-
tem. dentes habent ferreos inquantum habēt crude
lem iniquitatem. comedunt ⁊ comminuunt inquan-
tum contēnunt aliorum autoritatem. diſſimiles ſunt
alijs inquātum omnes excellunt ꝙ̄tum ad morum vi
litatem ⁊ ꝑauitatem. Et ideo de talibus dicitur Da-
nielis.ij. Eratꝫ ſtatua illa magna ⁊ intuitus eius ter
ribilis valde. De illis vero que ſunt terribiles ꝓpter
iniquā conuerſationē poteſt dici illud Eſa.xviij. Iteꝫ
angeli veloces ad gentem conuulſam ⁊ dilaceratam.
ad populum terribilem poſt quē non eſt alius. gentē
expectantem ⁊ conculcantē. cuius diripuerunt flumi
na terram eius. Iſte eſt igit̄ terror malignitatis alios
impugnantis. ¶ Quarto dico ꝙ eſt quidaꝫ terror ſe-
ueritatis impios iudicantis. Deus enim in iudicio
valde terribilis apparebit. impioſꝫ valde terribil'r
iudicabit pſal. Terribilis etiaꝫ es ⁊ quis reſiſtet tibi.
ex tunc ira tua. Quia ſicut dicitur Eſaie.x. cap. Domi
nus deus exercituuꝫ confringet laguiculas in terrore.
Et ita ſufficit Vide ſupra de Timore.

## Terminus.

Nota ꝙ termini dicuntur limi A
tes vſꝫ ad quos aliq̄ res exten-
ditur:⁊ infra quorum ambitum cōtinetur. Et poſſuꝫ
breuiter notare ꝙ in ſcriptura īuenimus multos ter-
minos. quorum.
Quidam ſunt boni.
Quidam mali.
Quidam tenendi.
Quidam pretermittendi.
¶ Et idō nota ꝙ inuenit̄ Terminꝰ excluſiuꝰ. q̄ nequit ꝑ-
teriri. Incluſiuꝰ q̄ dꝫ cuſtodiri. Cōpletiuus q̄ dꝫ inue-
niri. Deſpectiuꝰ q̄ dꝫ ꝑtranſiri. Infectiuꝰ qui dꝫ non
adiri. Afflictiuus qui dꝫ ꝑſentiri. ¶ Primus eſt ter-
minus humane durationis: qꝛ. ſ. vita ⁊ humana dura
tio cōtinetur infra duos terminos. ſ. natiuitatē ⁊ mor
tē. que cum ad vltimū terminum ꝑuenit tranſire vlte
rius non valebit. Similis mari cui deus terminos li
mitauit certos quorum nō poteſt ambituꝫ ꝑtranſire.
Vñ de aquis dicitur in pš. Terminū poſuiſti eis quē
non trāſgredient̄ ⁊c. Et de hoc Job.xxxviij. dicit dñs.
Circūdedi mare terminis meis: ⁊ poſui vectē ⁊ oſtia
⁊ dixi. huc uſꝫ venies ⁊ non ꝑtranſibis amplius:⁊ hic
confringes tumētes fluctꝰ tuos. Et nota ꝙ iſti termi-
ni maris nihil aliud ſunt ꝙ̄ eiꝰ littora vel harena. De
quo Hiere.v. Poſuit harenā terminuꝫ maris. Quia
ꝓcerto mare fluctuoſe vite noſtre vſꝫ ad harenam ⁊
terminum mortis pōt venire. ſed impoſſibile eſt vlte
rius ꝑtranſire. Job.xiiij. Conſtituiſti terminos eiꝰ q̄
ꝑteriri nō poterūt. Iſte eſt igit̄ terminus humane du
rationis. ¶ Scđo eſt terminus moralis incluſionis
ſeu ꝑfectionis. Dei eñ mandata ⁊ ꝑlatorum ſtatuta
ſunt quidam termini infra quos oportet permanere.
Quia ſicut leo facit circulum ⁊ ſignat terminum ani
malibus quē tranſgredi non audet. Sic deꝰ terminuꝫ
ſtatutoꝝ ſuoꝝ ꝯſtituit hoibꝰ quē nullo mō ꝑteriri de-
bent Exo.xix. Conteſtare populū ne forte velint trāſ-
cēdere terminos ad vidēdū dominuꝫ. Iſta dꝛ cōtra cle
ricos ꝑſumptuoſos: q̄ terminos humane cogitatiōis
nitunt̄ trāſcēdere. ⁊ vltra ꝙ̄ liceat de diuinitatis ſecre
tis inq̄rere ⁊ videre: qꝛ. ſ. potētie intellectiue ⁊ potētie
volitiue termini ſunt ꝑfixi. tra quos nō licet aliquē
proficiſci Prouer.xxij. No tranſgrediaris terminos
antiquos

Ayuntamiento de Madrid

antiquos quos poſuerũt patres tui. Iſte eſt ergo. terminus moꝛalis incluſionis. ¶ Tertio dico ꝙ eſt terminus finalis ſaluationis. Terminus iſte eſt illud in quo homo poſt vite decurſum quieſcit: ⁊ quod curſoꝛ attingere ſemꝑ querit. Sic vere vita eterna eſt finis ille ⁊ terminus ad quem dꝫ quilibet recurrere: ⁊ in quo poteſt quieſcere ⁊ manere. Et de hoc Joſue. xiiij. Factꝰ eſt terminus filioꝛuꝫ ruben ioꝛdanis fluuius. Ruben interꝑ̄tatur videns ꝑ mediuꝫ ⁊ ſignificat ſanctos qui in paradiſo vident per mediuꝫ trinitatis clare: quia ꝓcerto ioꝛdanis fluuius. i. affluẽtia gloꝛie paradiſi factus eſt terminus coꝛũdem. Iſte eſt terminus finalis ſaluationis. ¶ Quarto dico ꝙ eſt terminus temporalis poſſeſſionis. Et iſte eſt terminus. mũdi ⁊ mũdanoꝛum in quo ꝓculdubio non eſt ſiſtendum: nec infra eius ambitum mentaliter remanẽdum: ⁊ ideo nos debemus dicere mundo illud Numeri. xx. Gradiamur via publica. nec ad dexteram. nec ad ſiniſtraꝫ declinemus donec tranſeamus terminos tuos. Iſte eſt igitur terminus tẽpoꝛalis poſſeſſionis. ¶ Quinto dico ꝙ eſt terminus criminalis infectionis. Et iſte eſt terminus peccati: quia peccatum habet generaliter duplicem terminuꝫ. ſcilicet declinare a bono ⁊ facere malum: ⁊ ideo tales termini non ſunt attingendi: ſed toto deſiderio fugiẽdi. Unde de iſtis terminis dicitur Malach. i. Uocabuntur termini impietatis ⁊ populus cui iratus eſt dominus. Iſte eſt igitur terminus criminalis infectiõis. ¶ Sexto dico. ꝙ eſt terminus infernalis damnationis. Infernus enim eſt vltimus terminus peccatoꝛum. ad iſtum enim per peccatum tendũt ⁊ illum per toꝛmentum attingunt. Uñ de peccatoꝛe dãnato poteſt dici illud Joſue. xv. Mare magnum termini eius: quia ſcilicet quilibet peccatoꝛ ad mare magnũ. ideſt ad magnam inferni amaritudinem. terminatur. Sic patet ꝙ ſunt ſex genera terminoꝛum.

## a Theſaurus.

Nota ꝙ theſaurꝰ nihil aliud eſt ꝙ̃ locus occultus ⁊ ſecretus rebus ꝓ̃cioſis ⁊ caris repletus. Breuiter ergo ꝑ theſauruꝫ põt omnis opulentia denotari. ſiue bona ſiue mala. Nota igitur ꝙ inuenio in ſcriptura theſauruꝫ

Admirabilem.
Imperſcrutabilem.
Cõmendabilem.
Affectabilem.
Deteſtabilem.

Primus eſt theſaurus. ſ. diuine ꝓ̃ſciẽtie. ſ. ipſa occulta dei ꝓ̃ſcientia eſt theſaurus occultꝰ: in quo ſunt oĩa iudicia occulta abſcondita. ⁊ a quo ſ̃m quod oꝛdinat clauis ſue ſciẽtie ſeu ſapiẽtie diuerſis tẽpoꝛibus educuntur. Et ſic loquitur Deutero. xxxij. Nõne hec abſcondita ſunt apud me ⁊ ſignata in theſauris meis: quia ꝓculdubio ſicut in Pſ̃. dicitur. Iſte eſt qui ꝓducit ventos ꝺ theſauris ſuis. ¶ Scd̃s eſt theſaurus diuine ſapiẽtie: ⁊ iſte theſaurus nihil aliud eſt ꝙ̃ ſancta ſcriptura: in qua ꝓcerto ſicut in quodam inexhauſtibili theſauro eſt omnis ſapiẽtia abſcõdita ⁊ incluſa Coll. ij. In quo ſunt omnes theſauri ſapiẽtie ⁊ ſciẽtie abſconditi. Unde de ſacra ſcriptura dicitur Sap. vij. ꝙ infinitus theſaurus eſt hominibus. ¶ Tertius eſt theſaurus interne conſciẽtie. Conſciẽtia enim viri iuſti eſt theſaurus precioſiſſimus: in quo virtutũ abũdantia ꝑ humilitatẽ recondit ⁊ ſeruat Mat. xij. Bonus homo de theſauro coꝛdis ſui ꝓfert bona. Et ſic dicitur Mat. xiij. Paterfamilias ꝓfert de theſau-
B ro ſuo noua ⁊ vetera. ⁊ Prouer. xxj. dicitur. ꝙ theſaurus deſiderabilis ⁊ oleũ in habitaculo iuſti. ¶ Quartus eſt theſaurus ſuꝑne opulẽtie: ⁊ iſte eſt theſaurus gloꝛie paradiſi in quo deus habet ⁊ reſeruat oĩa bona ſua: q̃ tñ nullis niſi tm̃ ſuis amicis ⁊ familiaribꝰ vult aliqualr̃ reuelare. Nam ſicut diues homo theſauruꝫ ſuũ nõ ſolet alijs oñdere niſi ſuis amicis. Sic nec deꝰ theſauꝝ gloꝛie paradiſi pctõꝛibꝰ oſtẽdit: ſꝫ tm̃ ſanctis qui eius ſunt amici intimi. Illis enim dicit Eſa. xlv. Dabo tibi theſauros abſcõditos ⁊ archana ſecretoꝝ. Iſte eſt igit theſaurus affectãdus ⁊ toto deſiderio ꝓcurandus. Iuxta illud Mat. vj. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra vbi erugo vel tinea demolitur: ⁊ vbi fures effodiunt ⁊ furantur. theſaurizate autem vobis theſauros in celo ⁊c. Modus enim acquirẽdi iſtum theſaurum eſt dare elemoſynam: quia qñ theſaurus tꝑalis ꝑ elemoſynaꝫ erogatur. theſaurus celeſtis. acquiritur ⁊ lucratur. Nam ſicut illi qui tute volunt poꝛtare theſaurũ ad patriã alienam: ſolẽt illũ in terra ſua ſocijs mercatoꝛibꝰ tradere: ⁊ aſſumptis literis ſolent in patria ad quã vadunt ab alijs mercatoꝛibus illoꝛum mercatoꝛũ ſocijs theſaurum quẽ tradiderãt rehabere. ſicut quotidie in romana curia faciunt floꝛẽtini. Sic ⁊ nos cũ ad patriam paradiſi ꝑtrãſire cupiamus. neceſſe eſt ꝙ in terra iſta theſauros diuitiarum noſtrarum mercatoꝛibꝰ regni celeſtis. ideſt pauꝑibus erogemus: ⁊ ſic virtute literarum euangelij. ab eoꝛum ſocijs. ſcilicet ab angelis cuꝫ illic ꝑuenerimus theſaurum noſtrum recuꝑabimꝰ ⁊ ſumemus. Uñ Matth. xix. Omnia q̃ habes da pauꝑibus ⁊ habebis theſaurum in celo. Iſte eſt ergo theſaurus ſuꝑne opulẽtie. ¶ Quintus eſt theſaurus mundane affluentie: ⁊ iſte eſt theſaurus generaliter loquẽdo. qui ſignificat congregationẽ diuitiarum tempoꝛalium: ⁊ iſte eſt theſaurus deteſtabilis ⁊ vituperabilis. Eſt. n. pauperibus erogandus: ⁊ non in archarum abditis retinẽdus. Quia ſicut dicitur Eccli. xx. Sapiẽtia abſcõdita ⁊ theſaurus occultus que vtilitas in vtroqꝫ? q. d. nulla. Et ideo breuiter ille commendatur. Eccleſiaſti. xxxj. Qui inuentus eſt ſine macula nec ſperauit in theſauris pecunie. Et ſequitur. Quis eſt hic ⁊ laudabimus eum. quaſi dicat pauci ſunt tales. Quia ꝓcerto bene pauci: quia quaſi nulli ſunt hodie qui theſauros pecuniarum non diligant. ⁊ qui in eis ſpem ⁊ deſiderium nunꝙ̃ ponant: ⁊ illud ꝓcerto eſt fatuuꝫ ſicut dicitur Prouerbioꝛum. x. Nihil ꝓderunt theſauri iniquitatis: iuſtitia auteꝫ liberabit a moꝛte. Et ideo bene dicit Prouerbioꝛum. xv. Melius eſt paruꝫ cum timoꝛe dei. ꝙ̃ theſauri magni ⁊ inſatiabiles. Et ſic breuiter oſtenſum eſt ꝙ quinqꝫ ſunt genera theſauroꝛum. ⁊ ſic ſufficit.

## Teſtamentum. teſtari. a

Nota ꝙ teſtari idem eſt ꝙ oꝛdinare. diſponere vel tractare. ⁊ poteſt dici teſtamentum a teſtis. eo ꝙ plures teſtes ibidem requirebantur. vel a teſtari. eo ꝙ voluntas defuncti ibi teſtabatur ⁊ reuelabatur. ſignificans ſacram ſcripturã. vel diuinam ꝓ̃ſcientiam. que ſunt diuine voluntatis oꝛdinatiue. vel ipſius declaratiue. Scriptura enim cõtinet duo teſtamẽta vetꝰ. ſcilicet atqꝫ nouum. De veteri enim dicitur in pſ̃. Diſpoſui teſtamẽtum meum electis meis: q꞉. ſ. vetus teſtamẽtum fuit diſpoſituꝫ ⁊ traditum amicis dei. ſ. patriarchis ⁊ ꝓphetis. De teſtamẽto nouo dicitur Baruch. ij. ca. Statuam eis teſtamẽtum alterum ſempiternum. Et breuiter ſicut teſtamẽtum a teſtatoꝛe oꝛdinatur. in moꝛte cõfirmatur. ⁊ ꝑ teſtamẽtum hereditas acquiritur: ⁊ legatarij diſponuntur ⁊c. Sic lex vel ſcriptura a deo fuit oꝛdinata: in moꝛte fuit cõfirmata: ⁊ per ipſam hereditas paradiſi nobis eſt conceſſa: ⁊ virtutum abundantia eſt delegata ⁊c. q꞉ videtur mihi materia ſterilis. Uide ſupra de ſanguine vbi eſt illa autoꝛitas. Tu autẽ in ſanguine teſtamẽti eduxiſti vinctos tuos de lacu.

## Teſtis. teſtimoniuꝫ. a

Cũ teſtis ſit ille q̃ veritate alicuiꝰ teſtimonij teſtat: reſerat vel affirmat. Põt ergo teſtificatio capi ĩ bono ⁊ in malo. ⁊ ſic inuenio ĩ bono.

Teſtẽ ſuꝑioꝛẽ. Teſtis ſuꝑioꝛ eſt deus infallibilis.
Teſtẽ iterioꝛẽ. Teſtis iterioꝛ eſt ꝯſcĩa immutibilis.
Teſtẽ exterioꝛẽ Teſtis exterioꝛ ẽ oꝑatio dmõſtrauit.
Teſtẽ iferioꝛẽ. Teſtis inferioꝛ ẽ iuſtꝰ vere ſtabilis.

Ayuntamiento de Madrid

¶ Primo dico ꝙ eſt quidam teſtis ſupior. Eſt enim deus teſtis q̄ non fallit. Ipſe.n.videt facta nr̄a ⁊ iō de ipſis poterit teſtificari ⁊ verum iudiciū ꝓhiberi. Uñ ipſe dicit illud Hiere.xxix. Ego ſum iudex ⁊ teſtis dicit dñs. Ipſe eſt ſm ps. ſicut luna pfecta ineternū ⁊ teſtis in celo fidelis. Ipſe enim poteſt teſtificari.
De cordium qualitate.
De bonorum ſanctitate.
De malorum prauitate.
Teſtis em̄ eſt de cordiū qualitate ⁊ aliorum. Uñ Job. xvj. Ecce in celis eſt teſtis meus ⁊ conſcius me⁹ in excelſis. ¶ Itē teſtis eſt de bonitate ſanctorū ⁊ pfectorꝝ. vñ Apoca.iij.dicit dñs anime. Teſtis fidelis ⁊ verus ⁊ principium creature dei. ¶ Itē teſtis eſt de prauitate maloꝝ ⁊ iniquorū. Uñ ipſe dicit Malach.iij. Accedā ad vos in iudicio ⁊ ero teſtis velox maleficis adulteris ⁊ piuris. Iſte eſt ergo teſtis q̄ nō fallit. ¶ Scdō dico ꝙ eſt qdā teſtis interior q̄ non flectit. ⁊ iſte eſt cōſciētia q̄ ita eſt recta ꝙ nullo mō flectit. qn ſemꝑ teſtificetur homini cuiuſcūq negocij ꝟitatē. ij.Corꝫ.j. Nā gloria nr̄a hec eſt teſtimoniū cōſcie nr̄e. Iſte em̄ teſtis nihil aliud eſt ꝙ innocētia: quia.ſ.innocētia cōſcie eſt ille teſtis cuius teſtimonium ſup omnia reddit hoīeꝫ ſecurum. vñ Roꝫ ix. Ueritatē dico ⁊ non mentior teſtimoniū phibēte mihi cōſcia mea in ſpūſancto. Iſte eſt enim teſtis qui non flectitur. ¶ Tertio dico ꝙ eſt teſtis exterior qui non vincitur ⁊ iſte eſt opatio. Opa enim ſumme teſtificant de hoīe: quia ſicut dī Johā.x. Opera q̄ ego facio teſtimonium phibēt de me. Sicut enim dicitur Deutero.xvij.⁊ Joh.viij. In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. Primus em̄ teſtis eſt ꝯſcīa. Scdꝰ eſt opatio. Terti⁹ eſt bona fama. De primis duobus viſum eſt. De tertio ꝟo.ſ.de teſtimonio fame bone dicitur Act.vj. Cōſiderate fratres viros ex vobis boni teſtimonij. Quando em̄ iſti tres ſunt boni.ſ.ꝯſcia.operatio ⁊ fama.tunc non dꝫ timere homo.quin pro ſe iudicium reportet. Et ſic dicit.j. Joh.v. Tres ſunt qui teſtimoniuꝫ dant in celo: ⁊ tres ſunt qui teſtimonium dant in terra. Si ꝟo mali ⁊ ſibi contrarij fuerint.ſententiam in iudicio pro ſe ſperare penitus nunꝙ poſſunt: quia ſicut dicitur Numeri xxxv. Homicida ſub teſtib⁹ interficietur. Iſte eſt igit teſtis exterior qui non vincitur. ¶ Quarto dico ꝙ eſt quidam teſtis inferior qui nō puertitur: ⁊ talis teſtis eſt quilibet vir iuſtus qui habet iferius reſidere: quia vir iuſtus ⁊ verax ſemꝑ eſt teſtis ꝟitatis. dicens illud Johā.xviij. In hoc natus ſum vt teſtimoniuꝫ phibeā veritati. Teſtis ver⁹ ſimilis eſt vitro ſeu ſpeculo mundo ⁊ albo.qd verum colorē cuiuſlibet rei oſtēdit: quia vir fidelis ⁊ verus nihil ſcit palliare: ſed veritatē negocij ſolet certificē declarare Johā.j. Hic venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lumine. Multi enim ſunt ſimiles vitro rubeo.quod colorem rei impoſite ſolet mutare.vl' penitus abſcondere vel celare: quia ſcilicet falſi teſtes veritatem negociorꝫ non demonſtrant ſed ipſam mutant penitus ⁊ abſcōdunt Prouerbiorum.xij. Qui autem mentitur teſtis eſt fraudulentus. ¶ De teſtibus vero in malo ſigni-
B ficato poſſum dicere ꝙ tria ſunt genera teſtium malignorum.ſcilicet.
Mendaces deieratores.
Mordaces murmuratores.
Loquaces adulatores.
¶ Deieratores enim teſtificantur illa q̄ neſcieuerunt. Uñ de falſis teſtibus dicitur Mat.xxvj. Audis quanta aduerſum te teſtificantur. Murmuratores teſtificantur illa que non viderunt. Contra quos Eccleſia. xxviij. Lingua teſtificans adducet mortem. Sicut de Suſanna dicebāt falſi iudices Daniel.xiij. Nos hui⁹ rei teſtes ſumus. Adulatores vero teſtificantur illa q̄ non fuerunt.quia ſcilicet adulatorum eſt aliorum dicta approbare: ⁊ de vanis ⁊ falſis ⁊ friuolis laudibus teſtimonium perhibere: ⁊ alios ſuis nouis teſtimonijs cōmendare. Unde diuites poſſunt dicere de adulatore illud Roma.viij. Spiritus teſtimoniuꝫ reddit ſpiritui noſtro ꝙ ſumus filij dei. Spirit⁹ q̄ caret oſſibus viros vanos ſignat. Et ſic dico ꝙ teſtimoniuꝫ ſumitur in bono ⁊ in malo. Et ſufficit.

## Timor.timere.

Nota ꝙ timor i bono ſumitur ⁊ in malo. Uñ breuiter poſſum dicere ꝙ in ſcriptura inuenitur triplex timor.ſcilicet.

| | |
|---|---|
| Timor filialis. | Primus eſt grē ⁊ humilitatis. |
| Timor criminalis. | Scdꝰ eſt culpe ⁊ iniquitatis. |
| Timor infernalis. | Terti⁹ eſt pene ⁊ aduerſitatis. |

Primus eſt hominum pfectorum. De quo Deutero. vj. Dominum deum tuum timebis ⁊ illi ſoli ſerujes. Secundus eſt hominum peccatorum. De quib⁹ i ps. Trepidauerunt timore vbi non erat timor. Tertius eſt timor hominum damnatorum. De quo loquitur. Sapieñ.v. Uidentes turbabuntur timore horribili ⁊ mirabuntur in ſubitatione inſperate ſalutis. De iſto triplici timore per ordinem eſt dicendum. ¶ Primo dicamus ꝙ eſt timor hominuꝫ perfectorum. Uiri em̄ perfecti ſemper ſunt in timore: quia ſemper timent deum offendere.gratiam perdere.culpam committere ⁊ penam incurrere. Exemplo leonis. qui ꝙuis ſit audaciſſimum animal dicitur tamen timere multa. ſcilicet gallum ⁊ eius criſtam ⁊ cantum ⁊ ignem ⁊ ei⁹ ardorem ⁊ ictum.⁊ rotas ⁊ earum clamorem ⁊ ſtrepitum. ¶ Item beſtiam venenoſam que dicitur leoleſares ⁊ eius morſum. ¶ Item verberationem ſui catuli ⁊ ſue pene exēpluꝫ. Sicut dicunt Plinius ⁊ Solinus. Sic pro certo chariſſimi ꝙuis homo iuſtus ratōe innocentie quam ſibi videt ineſſe ſit audax ſolidus ⁊ ſecurus. Iuxta illud Prouerbiorꝫ.xxviij. Juſtus quaſi leo confidens abſq; terrore erit. Habet tamen timorem filialem impreſſum.quo ipſe timet multa: quia ſcilꝫ ipſe timet gallum.i.ipſum deum ratione ſue criſte ſeu mitre alte iuriſditionis: ⁊ ratione lapidis precioſi ſue ſanctiſſime perfectionis: ⁊ ratiōe cantus ſue alte pdicationis ⁊ cōminationis. Iſtis enim de cauſis debemus deum timere ⁊ ipſius potentiam formidare. Exēplo Job dicentis Job.xxiij. A facie ipſi⁹ turbatus ſum ⁊ conſiderans cuꝫ timore ſollicitor. ¶ Itē ignē.ſ.infernalē ⁊ eternam penā. Deutero.v. Timuiſtis ignē ⁊ non aſcēdiſtis in montē. ¶ Itē ſtrepituꝫ rotarum.hoc eſt dictu rugitū cōminationis diuine ⁊ ꝟborū ſacre ſcripture. Eꝫe.xxvj. A ſonitu rotaꝝ ei⁹ mouebunt muri tui. ¶ Item dꝫ timere beſtiā venenoſaꝫ ſ.dyabolum ⁊ morſum tentationum ſuarum: quia.ſ. nullus eſt ita ſanct⁹ quin debeat venenū dyaboli formidare. Uñ de holoferne dicitur Judith.ij.ꝙ cecidit timor illius ſup oēs habitantes terrā. ¶ Itē dꝫ timere qñ videt coram ſe catulum ꝟberari.i. quādo alios videt a deo ꝓpter pctā ſua ⁊ mala puniri ⁊ vindicari. Juxta illud ps. Deus deſtruet te in finē ⁊c. Sequitur. Uidebunt iuſti ⁊ timebunt ⁊c. Et iō breuiter ꝙ iuſtus debeat eſſe timidus pꝫ Prouer.xiiij. vbi dicitur.ꝙ ſapiēs timet ⁊ declinat a malo. Et ad hoc monet dauid in ps. vbi dicit. Timete dñm oēs ſancti ei⁹ qm̄ nō eſt inopia timētibus eū. Ubi aduerte ꝙ timor dei eſt habēdus triplici ratione.videlicet Propter.
Obiectum excellentiſſimum.
Subiectum diſpoſitiſſimum.
Adiectum fructuoſiſſimum.
Primum ꝓbat dñs qui ꝓficit. Dñm. Scdm famulus qui ſubijcitur. Sancti eius. Tertium cumulus q̄ ſubſequitur. Non eſt inopia timentibus eum. Iſta enim tria debēt inueniri in diuino timore. Subiectum grādis autoritatis. Ti.do. Subiectum grādis humilitatis. Sancti eius. Adiectū grandis vtilitatis. Non eſt ⁊c. Igitur timeamus deum. Propter.

| | |
|---|---|
| Suam prelationem. | Igit dico ꝙ de⁹ eſt timēdus |
| Noſtrā ſubiectionē. | propter celſitudinē ſue pla- |
| Noſtre finis ſucceſſionē. | tionis. timete igit dominū |

Dia ciū

Omnia eñ que ſunt timent ⁊ reuerētur illud quod pre
ficitur eis in natura: propter quod animalia dicuntur
rugitum leonis timere. ⁊ eius audito ſonitu de eis pꝛefi
xo circulo ſeu termino egredi non audere. Leo enim rex
animaliuꝫ eſſe dicitur. Et ideo iuſtum eſt. ꝙ ab alijs ſi-
cut rex timeatur. Cum ergo deus ſit rex ⁊ dominus vni
uerſalis. iuſtum eſt. ꝙ iſtum ſubditi ſui reuereantur.
ipſumqꝫ timeant. ita ꝙ de circulis ⁊ terminis manda-
toꝛum ſuoꝝ exire penitus nō pꝛeſumant Amos. iij. Leo
rugiet quis non timebit. Iſte eñ eſt dominus ⁊ per cō-
ſequens metuēdus. Iuxta illud Deutero. vj. Dominū
deum tuum timebis ⁊ illi ſoli ſeruies. Timete dominū
inquit. Quia proculdubio dominatio et poteſtas ⁊ iu-
riſditio eius debet mouere coꝛda noſtra ad ipſum timē
dum ⁊ ipſam poteſtatem reuerendam. Oculus eñ non
poteſt reſpicere ſolem quin reuerberetur ⁊ quin in ſeipo
recludatur. Sic vere nec oculus mentis noſtre. ſoleꝫ iu
ſtitie xp̄m poteſt reſpicere. quin in ſeipſo habeat per ti-
moꝛeꝫ reſilire: ⁊ infra clauſtra ſue humilitatis ſe abſcō
dere ⁊ redire. timete dñm inquit Apocali. xiiij. Timete
dñm ⁊ date illi honoꝛem. Et Apoca. xv. Quis non time
bit te dñe. Et proculdubio metuendus eſt: quia habet

Potentiam inuincibilem.
Prudentiam infallibilem.
Iuſtitiam implacabilem.
Magnificentiam admirabilem.

¶ Timēda
eſt eius pote
ſtas ſeu potē
tia inuincibi
lis Hierē. x. Quis non timebit te o rex gentiū. Et Mat.
x. Timete eum qui poteſt animam ⁊ coꝛpus mittere in
gehennam. ¶ Item timenda eſt eius ſcientia infallibi-
lis. iij. Regū. iij. Timuerunt regem videntes ſapientiaꝫ
in eo. ¶ Item timenda eſt eius iuſtitia implacabilis.
ps. Confige timoꝛe tuo carnes meas a iudicijs eñ tuis
timui. ¶ Item timenda eſt eius magnificentia admi-
rabilis. Unde in ps. Timebunt gentes nomen tuuꝫ do-
mine ⁊c. Patet igitur. ꝙ deus eſt metuendus propter
celſitudinem ſue pꝛelationis. Timete inquit dominū. j.
B Petri. ij. Deum timete regem honoꝛificate. ¶ Deinde
dico. ꝙ deus eſt timendus propter aptitudinē noſtre cō
ditionis. ſeu noſtre ſubiectionis. Sācti inquit eius. ho-
mines enim naturaliter timent illū cuius viribus ſunt
ſubiecti: ſicut patet. quia ſeruus timet dominū ⁊ filius
timet patrem Leuit. xix. Unuſquiſqꝫ patrem ⁊ matrem
timeat. Cum ergo iuſti ⁊ ſancti ſint ſerui ⁊ filij dei eius
ditioni ſubiecti: ſicut patet. quia redempti ſunt ab eo et
creati. bene ergo dico. ꝙ ipſum debent timere: ⁊ ex condi
tione propꝛia ſe eidē ſubmittere vel ſubeſſe. Sancti in-
quit eius. Iſtud pꝛonomen eius ſubiectionē ſignificat.
Animalia eñ que iuriſditioni hominum ſunt ſubiecta
naturaliter ſunt timida: ſicut patet in ouibus ⁊ iumen-
tis. que ſimpliciter ſolent viuere: ⁊ cum timoꝛe ſuis re-
ctoꝛibus ⁊ dominis et paſtoꝛibus obedire. Nos igitur
qui dei ſumus: ⁊ qui ſub manu eius viuimus et mane
mus. debemus eſſe timidi: ⁊ in obediendo deo ⁊ ſuperio
ribus tremebundi. o. Matth. xvij. Audientes diſcipuli
ceciderunt in facies ſuas ⁊ timuerunt valde. Unde etiā
Daniel dicebat. Daniel. j. Dominū meū regem timeo
Humilitas. Innocentia. Simplicitas ⁊ timoꝛ ſoꝛoꝛes
ſunt. Quod eſt contra multos qui non ſunt ſimiles ani
malibus ſubiectis ⁊ mitibus: ſed potius feris ⁊ crudeli
bus que ſcilicet naturaliter non ſunt timida: ſed po-
tius crudelia ⁊ ferocia. Unde de iſtis dicitur in ps. Con
tritio ⁊ infelicitas in vijs coꝛum: ⁊ viam pacis non cog.
non eſt timoꝛ dei ante oculos coꝛum. Et ideo tales non
timent nec deum: nec iudicem: nec pꝛelatū. Dicunt eñ
illud Oſee. x. Ecce deuꝫ non timemus: ⁊ rex quid faciet
nobis: figurati in illo iudice iniquitatis. de quo Luce.
xviij. Quod deum non timebat. nec hominem vereba-
tur. Cum tamen dicatur illud Eccleſiaſtici. j. Qui ſine
timoꝛe eſt nō poterit iuſtificari. Non ſic ergo ſed timea
mus deum propter aptitudinem noſtre ſubiectionis:
qua ſancti inquit. ¶ Deniqꝫ dico. ꝙ deus timendus eſt
propter plenitudinem dande ſucceſſionis: non eſt ino-
pia timentibus euꝫ inquit quaſi dicat. Plenitudo om
nium bonoꝛuꝫ comitatur illos qui timent dominum.
Amigdalo eñ ſterili ⁊ antiquo quādo in radice clauis
tranſfigitur. fecundus ⁊ fertilis efficitur. Sic proculdu
bio illi qui aculeis diuini timoꝛis in radice coꝛdis tranſ
figuntur. fertilitatem omnium bonoꝝ conſequentur.
Et de hoc Eccleſiaſtici. j. Timenti deum bene erit in ex-
tremis. Et ideo de illis bonis que ex dei timoꝛe ſequū-
tur. poſſum dicere. ꝙ ſicut radix ſe habet reſpectu ramo
rum. Sic timoꝛ reſpectu omniū bonoꝝ. Iuxta illud Ec
cle. j. Radix ſapientie timere deū. Breuiter ergo nota-
bo. ꝙ ab iſta radice ſcilicet dei timoꝛe oritur et naſcitur

Mentis ſtabilitas.
Coꝛdis ſecuritas.
Pacis tranquilitas.
Uera credulitas.
Sagax ſubtilitas.
Prompta ſedulitas.
Moꝛum fertilitas.
Leta iocunditas.
Pura ſinceritas.
Culpe fugacitas.
Celi ſuauitas.
Salutis firmitas.
Luminis claritas.
Uenie largitas.

¶ Dico er
go ꝙ timoꝛ
dei generat
mentis ſta
bilitatem:
quia ſicut
dicitur in.
ps. Firma
mentuꝫ eſt
domin⁹ ti-
mentib⁹ eū
Et Eccleſia
ſtici. ij. Sta
in iuſtitia
⁊ timoꝛe ⁊ pꝛepara animā tuaꝫ ad tentationeꝫ. ¶ Item
generat coꝛdis ſecuritatē Eccleſiaſti. xxxiiij. Qui timet
dominū nihil trepidabit. ¶ Item generat pacis tran-
quillitatem Pꝛouerbioꝝ. xiiij. Qui timet dominū in pa
ce verſabitur. ¶ Item generat veram credulitatē Exo.
xiiij. Timuit dominū populus ⁊ credidit. Et Eccleſiaſti
ci. ij. Qui timetis dominū credite illi. ⁊ iterū Eccleſiaſti
ci. ij. Qui timent dominuꝫ non erunt incredibiles verbo
eius. ¶ Itē generat clarā ſagacitatem. Unde Eccleſia-
ſtici. j. Plenitudo ſcientie timere deū. Et in ps. Initiuꝫ
ſapientie timoꝛ domini. ¶ Itē generat promptā ſeduli
tatē. facit eñ hominē humilē ⁊ ſollicituꝫ ad ſeruiendū
⁊ obediendū. ps. Seruite domino in timoꝛe. Et Deute.
vj. Dominū deū tuū time ⁊ illi ſoli ſeruies. ¶ Itē gene
rat moꝝ fecunditatem Thob. iiij. Pauperem vitā geri
mus: ſed multa bona habebimus ſi timuerimus deuꝫ.
¶ Item generat letam iocunditatem. pſal. Letetur coꝛ
querentiū dominū. Et iterū. Letetur coꝛ meū vt timeat
nomen tuum. ¶ Item generat puram ſinceritatē: quia
purgat hominem a peccato. Iob. xlj. Timebunt angeli ⁊
territi purgabuntur. ¶ Item generat culpe fugacitatē
facit eñ fugere ⁊ declinare a peccato. Unde Eccleſiaſti
j. Timoꝛ domini expellit peccatū. Eſt eñ timoꝛ ſicut bo
nus ianitoꝛ: qui de domo eijcit gartiones. ⁊ ſicut dyptā-
nus herba que ſagittam de coꝛpoꝛe eijcit: ⁊ ſicut os qd̄
eſt in coꝛde cerui quod partuꝫ accelerat ⁊ adducit quia
ſcilicet timoꝛ domini habet peccatū repellere: ⁊ ab eius
conſoꝛtio declinare. Unde Pꝛouerbioꝝ. xv. Per timoꝛē
eñ domini declinat omnis a malo. ¶ Item generat ce
li ſuauitatem. Ps. Quam magna multitudo dulcedi-
nis tue domine quā abſcondiſti timentibus te. ¶ Item
generat ſalutis firmitatē. Ps. Prope timentes eum ſa
lutare ipſius. ¶ Item generat luminis claritatē Ma
lach. iiij. Oꝛietur ſol iuſtitie vobis timentibus nomen
meū. Et Luce. ij. Claritas circunfulſit illos ⁊ timuerūt
timoꝛe magno. ¶ Item generat venie largitatē. Quia
ſicut dicitur Luc. j. Miſericoꝛdia eius a progenie in pro
genies timentibus eum. Ecce ergo quantā opulentiaꝫ
virtutum generat dei timoꝛ. Non eſt ergo inopia timē
tibus eum. Et ſic patet in autoꝛitate ꝙ deus eſt metuē-
dus. Propter plenitudinē moralis vtilitatis. Propter
aptitudinem ſeruilis humilitatis. Propter celſitudi-
nem ſupernalis autoꝛitatis. Bene ergo dictuꝫ eſt time
te dominū omnes ſancti eius ⁊c. Et illud eſt primū pn̄-
cipale. Patet igitur ꝙ eſt timoꝛ hominū perfectoꝛum.
¶ Secundo pꝛincipaliter dico. ꝙ eſt timoꝛ hominum
peccatoꝝ: ⁊ iſte eſt timoꝛ ſeruilis. qui eſt cōtrarius cha
ritati. Quia ſicut dicitur. j. Iohānis. iiij. Perfecta cha-



Ayuntamiento de Madrid

ritas foras mittit timorem. Peccator enĩ ſemper eſt in timore. Sicut enĩ dicunt naturales. obſcuritas mater eſt timoris: ſicut claritas mater eſt ſecuritatis. Et inde eſt ꝙ homo facilius timet de nocte: ꝙ de die. Inde etiã eſt ꝙ hoĩes patiẽtes melancolicã paſſionẽ timẽt ⁊ neſciũt de quo. Humor enĩ melancolicus in eis abundans niger eſt ⁊ obſcurus. Et ideo dum cellulã fantaſticaʒ occupat: generat timorem atqꝫ cauſat. Sic procerto chariſſimi: obſcuritas peccati: et defectus luminis gratie. timorẽ et deſperationẽ in mentẽ inducit: et ſecuritatem ſpei eijcit et educit. Unde adam anteꝙ peccaſſet non legimus ꝙ timuiſſet. Ipſe autem poſt peccatuʒ legitur dixiſſe Geneſis. iij. Uocem tuã domine audiui ⁊ abſcondi me et timui. eo ꝙ nudus eſſem. Animalia enĩ quanto minus habent de ſanguine et calore: tantomagis ſunt timida ſicut patet de mulieribus. que reſpectu viroꝝ deficiunt in ſanguine et calore. Sic vere. quia peccator deficit in ſanguine grẽe et benignitatis: ⁊ calore ⁊ in feruore charitatis ⁊ deuotionis: neceſſe eſt ꝙ non timenda timeat: ⁊ ꝙ ſpei ſecuritatem ⁊ audaciã amittat. Unde populo peccatori loquitur Moyſes Deutero. xxviij. Timebis die ⁊ nocte ⁊ non credes vite tue. Et ps. Cur timebo in die mala iniqui. calca. me. circũ. me. Et ij. Corinth. vij. foris pugna ⁊ intus timor. Quia ſcilicet mali ſunt in pugna exterius ⁊ turbatione: ⁊ intus in timore ⁊ deſperatione. Iſti enim timent

Amittere mundi proſperitatem.
Incurrere mundi aduerſitatem.
Aggredi penitentie probabilitatem.
Ingredi mortis acerbitatem.

¶ De malis dicitur in ps. Trepidauerunt timore vbi non erat timor. Et ideo iſte timor reprehenditur. Prouerbioꝝ. xxix. Qui timet hominẽ cito corruet. Bene ergo dicitur Mathei. x. Noli timere eos qui occidunt corpus: animã autem non poſſunt occidere. Patet ergo ꝙ

D iſte eſt timor hominũ peccatoꝝ. ¶ Tertio dico principaliter ꝙ eſt timor hominũ damnatoꝝ. Ipſi enĩ ſunt ſicut ouis que deuoratur a lupo. que timendo moritur ⁊ moriendo timet. Ita ꝙ quilibet damnatus poteſt dicere illud Pſ. Timor ⁊ tremor venerunt ſuper me et contex. me. ⁊c. Ubi aduerte ꝙ iſtum timorẽ comitatur. Debilitas animoꝝ. Timor ⁊ tremor. Immenſitas tormentoꝝ. Uenerunt ſuper me. Obſcuritas oculoꝝ. Contexerunt me tenebre. Et breuiter iſte eſt timor ſine ſecuritate. Tremor ſine ſtabilitate. Pauor ſine firmitate. dolor ſine ſanitate. labor ſine quietis tranquillitate Deutero. xxviij. Timebis nocte ⁊ die. ⁊ non credes vite tue. Timet ergo anima damnata. Sicut ouis que a lupis deuoratur. Sicut auicula que a falconibus deplumatur. Sicut latro qui ad patibulũ applicatur. Sicut reus qui a carnifice capite detrũcatur Judith. xuij. Intolerabilis timor ⁊ tremor cecidit ſuper nos. Patet igitur ꝙ triplex eſt timor humanus. ſcilicet timor perfectoꝝ peccatoꝝ. ⁊ damna-

E toꝝ. ¶ Sed adhuc poſſum dicere ꝙ inuenitur timor. dyabolicus. Dyabolus enim timet

| | |
|---|---|
| Signum crucis. | ¶ Timet |
| Matrem lucis. | ergo ſignũ |
| Uires boni ducis. | crucis. Quia |

ſicut de lupo legimus: ꝙ ſi ſequatur hominẽ. et homo facit aliquod ſignũ figendo in via baculũ vel aliud ad moduʒ crucis: lupus omittit cum proſequi timens illa queari propter ſignũ. Etiam leones videntes alium leonem ſuſpenſum ſolẽt timere: ⁊ a perſecutiõe hominũ recedere. ⁊ ceſſare. Quia procerto leo ⁊ lupus. id eſt dyabolus timet leonem de tribu iuda in cruce pendentẽ et ſigno crucis ſe munientes: tales enĩ pre timore ſolent dimittere et a tentationibus abſtinere. Pſal. Timebunt qui habitant terminos a ſignis tuis. ¶ Itẽ timent matrem lucis. id eſt virginẽ glorioſam. Exemplo ſtellionis quod eſt animal ſtellatũ: quod intantũ a ſcorpionibus timetur ſecundũ Iſid. ꝙ eo viſo pauorẽ eis inferat. Sic vere beata virgo virtutibus ſtellata. et in muliere que duodecim ſtellaꝝ coronã portabat figurata Apocali. xij. ſcorpionibus ⁊ demonibus ſolet timorẽ ⁊ terrorẽ incutere: ⁊ eos a ſuis punctionibus ⁊ venenoſis tentationibus cohercere: Unde de demonibus beatã virginem contra ſe venientẽ videntibus poteſt dici illud Judith. xij. Solo timore agitati fuge preſidiũ querunt. ¶ Iterum timent vires boni ducis. id eſt virtutẽ viri iuſti. Exemplo pugilis qui timet aggredi illũ quẽ non ſperat poſſe vincere. ⁊ a quo aliquotiens fuit victus. Exẽplo etiaʒ baſiliſci qui timet. quando videt muſtelã armataʒ paſtu ruthe. quia procerto dyabolus timet iuſtos. quando ruthã penitentie inuenit eos armatos: et hoc quia ipſos faciliter non vincit: ſed ſub ipſis deficit ⁊ ſuccũbit. Unde de viro iuſto dicitur. j. Machabeoꝝ. iij. Cecidit timor iude ſuper omnes gentes in circuitu. Hoc igitur ſufficit de. Timore taʒ dyabolico ꝙ humano: quia in alijs locis pluribus de eo eſt tractatum.

## Tyrannus.

Multa poſſunt dici ſecundum multos: ſed omitto: quia deficiũt autoritates.

## Tollere.

Nota ꝙ tollere quandoqꝫ ſumitur pro auferre. quãdoqꝫ pro portare: ⁊ poteſt ſumi ſecundũ vtrunqꝫ ſignificatũ in bono ⁊ in malo. Igitur notemus ꝙ inuenitur Tollere

| | |
|---|---|
| Penitentie. | ¶ Eſt dico vnũ |
| Sapientie. | tollere penitẽtie. |
| Patientie. | Et ſic loquitur. |
| Diligentie. | Math. xj. Tolli |
| Obedientie. | te iugũ meũ ſup |
| Sufficientie. | vos ⁊ diſ. a me. q2 |
| Reuerentie. | mi. ſum. ⁊ hu. cor. |
| Uiolentie. | Penitentia enim |
| Negligentie. | eſt illa reſina me |
| Peſtilentie. | dicinalis. de qua |

dicitur Hiere. lj. Tollite reſinaʒ ad dolorẽ eius: ſi forte ſanetur. ¶ Item eſt vnum tollere ſapientie: ⁊ ſic loquitur Deute. xxxj. vbi dicitur de libro legis. Tollite librũ illum ⁊ ponite in latere arche: liber ſapientiã diuinam ſignat. ¶ Item eſt vnũ tollere patientie. Et ſic loquitur Matt. xxvj. vbi dicitur. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſuʒ ⁊ tollat crucẽ ſuã ⁊ ſequatur me. Crucẽ enĩ tollere nihil aliud eſt ꝙ cruciatũ ⁊ penã in patientia ſuſtinere. ¶ Itẽ eſt tollere diligentie. Et ſic loquitur Mat. ix. vbi paralitico dicitur tolle grabatũ tuuʒ ⁊ ambula. ¶ Item eſt vnũ tollere obedientie. Et ſic loquitur Mat. xxj. Si dixeritis monti huic tolle te et iacta te in mare obediet vobis. ¶ Item eſt vnuʒ tollere ſufficientie. Et ſic cuilibet ſcriptura dicit Matt. xx. Tolle qꝺ tuũ eſt ⁊ vade. ¶ Item eſt vnũ tollere reuerentie. Et ſic petijt ioſeph licentiã a pylato vt tolleret corpus Ieſu Johã. xix. ¶ Item eſt vnũ tollere violentie. Et ſic raptoribus loquitur ſcriptura de pauperibus Mich. iij. Uiolenter tollitis pelles eoꝝ deſuper eis. ¶ Item eſt vnũ tollere negligentie. Et ſic de dijs gentiũ dicitur Hierem. x. Portata tollentur quia incedere non valent. ¶ Item eſt vnum tollere peſtilentie: et illud eſt quo a damnatis tolluntur omnia bona. de quo Matthei. xxv. Tollite ab eo talentũ. Et Actu. xxij. Tollite huiuſmodi ⁊ Jonã. j. Tollite me ⁊ mittite in mare. Sufficit de Tollere. Uide de ferre ⁊ Auferre. Portare ⁊ ſuſtinere ⁊c.

## Tonitruus.

A Cum tonitruum nihil aliud ſit ꝙ quidam terribilis ſonus. aliquando ex concurſu ventoꝝ in terre viſceribus: aliquando ex extinctione ignũ in nubibus. aliquando ex corruptione nubium in aere generatus. Poſſumus breuiter notare ꝙ in ſcriptura per tonitruum intelligitur

| | |
|---|---|
| Sonitus predicationis | ¶ Dico p |
| Tumultus tribulationis. | mo. ꝙ inue |
| Rugitus iuriſditionis. | nitur toni- |

truũ predicationis: quia predicatio more tonitrui debet eſſe quandoqꝫ alta de paradiſo: quãdoqꝫ baſſa de inferno. quandoqꝫ media de mundo. quandoqꝫ terribilis cõtra vitia. quandoqꝫ temperata pro virtutibus: vt ſic de

vniuerſitate

Ayuntamiento de Madrid

vniuerſitate predicatorum dicatur illud Apocalipſ. x. Locuta ſunt ſeptē tonitrua voces ſuas. Cum tonitruo enim deſcendunt pluuia choruſcatio ⁊ fulgur: quia in predicatione debet eſſe pluuia doctrine ⁊ eruditionis: ⁊ choruſcatio boni exempli et clare operationis. Fulgur etiā. i. ardor iuſtitie ⁊ rigoroſe reprehenſionis. Et ſic verificatur illud Apocali. iiij. De throno procedebant fulgura ⁊ voces ⁊ tonitrua. Iſtud eſt ergo tonitruum predicationis. ¶ Secundo dico. ꝙ eſt tonitruum tribulationis. Terror enim tribulationis per tonitruum deſignatur: quo fulgur rapine et exactionis emittit̄ ⁊ quo patria pauperū deuaſtatur. Unde Eccleſiaſtici. xl. Subſtantie iniuſtorū ſicut fluctus ⁊ ſicut tonitrua magna in pluuia perſonabunt. ſicut etiam Eccleſiaſtici. xliij. Uox tonitrui eius verberabit terram. Tonitruum enim agnos pre timore occidit: vina perturbare conſueuit: ⁊ oues pregnantes abortiri facit. Sic vere impetus tribulationis vel tentationis innocentes et ſimplices ſolet terrere. cōſcientiam ſolet turbare. ⁊ abortū fetus boni propoſiti ſolet multotiens generare Apocalip. viij. Facta ſunt tonitrua ⁊ voces ⁊ fulgura et terremotus magnus. Iſtud eſt ergo tonitruū tribulationis ſeu tentationis. ¶ Tertio dico. ꝙ eſt tonitruū diuine iuriſdictionis: quia ſcilicet diuinum iudiciū ſimile erit tonitruo ſed de hoc vide ſupra de iudicio. ⁊ allega illā autoritatē j. Regū. ij. Dñm formidabunt aduerſarij eius ⁊ ſuper illos in celis tonabit do. iu. f. Sic igitur patet. ꝙ tonitruum ſumitur tribus modis. Et hoc ſufficit.

A **Torcular.** Breuiter per torcular quod eſt locus ad exprimendum vina diſpoſitus poteſt intelligi.

Redundantia diuine ſcripture.
Affluentia temporalis iacture.
Abundantia proſperitatis terrene.
Uiolentia infernalis preſſure.

¶ Dico ergo ꝙ eſt torcular diuine ſcripture. Scriptura enī ſancta torcular dei dicit̄. eo ꝙ exinde de diuerſis vuis. ideſt de diuerſis ſanctoꝝ ſententijs vinum ſcientie eliquatur. Unde eccleſia eſt vinea domini: in qua torcular ſacre ſcripture fodit Matthei. xxi. Unde ſapiens de ſeipſo Eccleſiaſtici. xxiiij. dicit. Quaſi qui vindemiat repleui torcular. ¶ Item eſt torcular iacture mundane qui ſcilicet mundi iactura et tribulatio torcular dicit̄: eo ꝙ ibi vua. idest homo diuerſimode premitur: intantum ꝙ ſepe lachrymas diſtillare comprobatur. Unde chriſtus de tribulatione ſue paſſionis dicit Eſaie. lxiij. Torcular calcaui ſolus ⁊c. Trenoꝝ. j. Torcular calcauit dominus virgini filie iuda. ¶ Item eſt torcular proſperitatis terrene in quo vinum diuerſarum conſolationū inuenitur: ⁊ tamen a pondere ⁊ preſſura non liberabit. Unde de iſto dicitur Prouerbioꝝ. iij. Implebuntur horrea tua ſaturate: ⁊ vino torcularia tua redūdabunt: proſperitas enī dicitur torcular vbi diuites inebriantur: ⁊ vbi more ebrioꝝ ſiti auaricie inflammantur Job. xxiiij. Inter aceruos eorum meridiati ſunt q̄ calcatis torcularibus ſitiunt. ¶ Item eſt torcular aduerſitatis eterne: in quo ſcilicet vue. idest peccatores premunt̄. Et de hoc dicitur Apocalip. xix. Quod ſedens in equo albo calcat torcular furoris dei. Patet igitur. ꝙ torcular poteſt ſignificare eternam preſſuram. mundanam vncturam. terrenam iacturam ⁊ diuinam ſcripturam.

A **Torrens.** Torrens eſt fluuius ex aquis aduenticijs generatus. Torrens enī ex aggregatione aquarum pluuialium introducitur: ita ꝙ quandoqꝫ ſubito inundat: ⁊ ſubito deſiccatur. Loquendo igit̄ moraliter notandū ꝙ in ſcriptura torrens ſumitur multis modis in bono ⁊ in malo. Eſt enī torrens

Notabilis vtilitatis.
Laudabilis ſuauitatis.
Fluribilis mortalitatis.
Damnabilis iniquitatis.
Mutabilis proſperitatis.
Triſtabilis aduerſitatis.

¶ Iſta enī ſunt ſex genera torrentium in quibus homines diuerſimode balneantur. ¶ Et primo dico. ꝙ eſt vnus torrens vtilitatis valde notabilis: ⁊ iſte eſt torrēs ſcripture ⁊ inſtructionis. torrens gratie ⁊ deuotionis. torrens lachrymarum ⁊ compunctionis. torrens baptiſmi ⁊ ablutionis. torrēs penitentie ⁊ ſaluationis. torrente enī ſcripture potantur ſapientes. j. Machab. v. vbi dicitur ꝙ iudas ſtatuit ſcribas populi ſecus torrentem. Torrente gratie potantur contemplantes. Pſ. de torrente in via bibit propter ea exaltauit caput. Torrente lachrymarū potantur penitētes Trenoꝝ. ij. Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem ⁊ noctem. Torrente baptiſmi lauantur innocentes Hiere. xxxj. Adducam eos per torrentem aquarum viam rectam. Iſte eſt ergo torrens vtilitatis valde notabilis. ¶ Secundo dico. ꝙ eſt torrens ſuauitatis valde laudabilis: ⁊ iſte eſt torrēs glorie paradiſi. in quo beati balneantur: ⁊ in quo a cunctis mundi ardoribus refrigerant̄. Iſte eſt torrens

Letificatiuus.
Charitatiuus.
Uiuificatiuus.
Fructificatiuus

¶ In torrēte enī glorie paradiſi eſt voluptas delectabilis. Pſ. Inebriabuntur ab vbertate domus tue ⁊ torrente voluptatis tue potabis eos. ¶ Item in iſto torrente eſt charitas contemplabilis. Pſ. Torrente voluptatis tue potabis eos: quoniam apud te eſt fons vite ⁊ in lumine tuo videbimus lumen. ¶ Item in iſto torrente eſt viuacitas indefectibilis Ezechie. xlvij. Omnis anima viuens quo ſerpit quocunqꝫ venerit torrens viuet. ¶ Item in iſto torrente eſt fecunditas ineſtimabilis: quia ſcilicet ibi eſt copia fructuum ⁊ bonorū. Unde Ezechie. xlvij. dicitur. Quod ex vtraqꝫ parte ripa torrentis orietur lignum pomiferū: non defluet foliū eius. ⁊ nō deficiet fructus eius. Quia proculdubio charitatiuus in torrente glorie paradiſi eſt fructus qui nō minoratur. vita que non terminatur: claritas que non obfuſcatur: voluptas que non faſtiditur ſeu reprobatur. Unde breuiter de gloria eterna: ⁊ de ipſis beatis dicit dominus Eſaie. lxvj. Ecce declino ſuper eos vt flumen pacis: ⁊ quaſi torrentem inundantem gloriam gentium. Unde Job. xxij. Dabit pro terra ſilicem: ⁊ pro ſilice torrentes aureos. Patet igitur. ꝙ eſt torrens ſuauitatis valde laudabilis. ¶ Tertio dico. ꝙ eſt torrēs mortalitatis valde fluribilis. Torrens enī currit ſemper: nec habet cauſam fluendi perpetuam. ſed temporalem. quinimo ſi hodie currit cras forſitan deficiet ⁊ areſcet. ⁊ ſignificat mortalem vitam noſtram: que non eſt perpetua ſed defectiua. non eſt permanſoria ſed tranſitiua atqꝫ vana Unde iſte eſt ille torrens qui raptim tranſit in conuallibus. ſicut dicitur Job. vj. Figuratus in illo torrente. de quo dicitur. iij. Regū. ij. Quacunqꝫ die tranſieris torrētem cedron ſcito te interficiendum. quia ſcilicet ſtatim quando torrentem vite tranſimus per mortem interficimur et perimus. Iſte eſt igitur torrens mortalitatis ſemper fluribilis. ¶ Quarto dico. ꝙ eſt quidam torrēs iniquitatis valde damnabilis. B Impij enī homines torrentes dicuntur: quia more torrentium ꝙdiu ſunt ſicci ⁊ aridi. idest pauperes depreſſi. nulli nocere vel proficere videntur. quando tamen aquis diuitiarum repleti fuerint. tunc per ſuperbiam ita tumeſcunt ⁊ inflantur ꝙ circūmanentes pauperes ⁊ eorum poſſeſſiones corrodunt ⁊ depredantur. Pſ. Torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Nullus enī fluuius vel fluxus eſt periculoſior. vilior aut immundior. turbidior atqꝫ violentior: ꝙ ſit torrens qui ſubito venit de ſiccitate ad plenum: ⁊ de nihilo venit ad ſummū. Quia procerto nullus put communiter deterior inuenitur. ꝙ ille qui de paupere diues efficitur: ⁊ qui de ſtatu infimo in aliquod altum officium promouetur: tales enim vt communiter ſunt peiores: ⁊ contra alios pauperes nequiores. Exemplo Saul qui de aſinario rex factus fuit crudelis ⁊ nequiſſimus. ſicut dicitur. j. Regum. ix. ⁊ xv. Exemplo abymelech. qui ſpurius ad regimen aſſumptus fratres legiti-



Ayuntamiento de Madrid

mos occidit: ⁊ vltra modum crudeliter imperauit: ſicut dicitur Judic. ix. Et propter hoc Areſto. ſcribens Alexã dro ipſum docebat in epiſtola. Quod nũq̃ illos quos natura iacere precipit exaltaret. Quia ſicut dicitur prouerbioꝝ. xxx. Terra mouetur per ſeruum cum regnauerit. Ideo poeta dicit. ꝙ torrens qui paulatim pluuialibus tumuit vndis acrior eſt amne perhenni ⁊c. Dic verſus ſi vis. Et ideo pauperes poſſunt dicere talibus torrentibus illud. ij. Regũ. xxij. Torrentes belli terruerũt me. Patet igitur. ꝙ eſt torrens iniquitatis valde damnabilis. ¶ Quinto dico. ꝙ eſt vnus torrens proſperitatis valde mutabilis. Torrens enĩ vt dictum eſt. non habet cauſam durabilem: ſed aduenticiam. modo enĩ eſt paruus mõ magnus. mõ ſiccus modo plenus. Sic ⁊ ce mũdi proſperitas. aliqñ creſcit. aliqñ decreſcit. pax aũt durat in ſua plenitudine vel augumẽto: tamẽ magis ſolet nocere alijs. quando eſt in ſummo q̃ quando eſt in decremento Ihiere. xlvij. Aque deſcendunt ab aquilone et erunt quaſi torrens inundans. ¶ Sexto dico. ꝙ eſt vnus torrẽs aduerſitatis valde triſtabilis. Aduerſitas enĩ temporalis ⁊ eterna per torrentis violentiam deſignatur. Mundi enĩ tribulatio eſt torrens. ps. Torrentem pertranſiuit anima noſtra: for. pertrauſ. a. no. a. in tol. Infernus etiã eſt torrens vbi damnati cremantur ⁊ ſubmerguntur Eſa. xxxiiij. Conuertantur torrentes eius in picem. Et Eſaie. xxx. Preparata eſt tophet a rege profunda ⁊ dilatata. Nutrimenta eius ignis ⁊ ligna multa flatus domini ſicut torrens ſulphuris ſuccẽdẽs eam. Per torrentem iſtũ poteſt deſignari impetus diuini iudicij. de quo Job. xxviij. Lapidem caliginis ⁊ vmbrã mortis diuidit torrens a populo peregrinãte id eſt a ſanctis. qui ſunt in iſto ſeculo peregrini diuident lapidem caliginis. id eſt vmbroſos ⁊ caliginoſos peccatores quando ſcilicet chriſtus ſeparabit malos de medio iuſtoꝝ ⁊c. Patet igitur ꝙ ſex modis ſumitur torrens. Vide ſupra. de flumine ⁊ aqua. ⁊ ſic ſufficit.

A **Totus.** Nota cum totus ſignificet rei integritatem ⁊ complementum. poſſumus dicere ꝙ in bono poteſt accipi ⁊ in malo. Et ſic poſſum dicere ꝙ eſt quedam totalitas bonorum. ⁊ quedam totalitas malorum. De bonis igitur dicamus. ꝙ ſicut balſamus eſt arbor tota medicinalis: eo ꝙ quicquid in ea inuenitur totum eſt bonum lignum. cortex. folium fructus ⁊ ſuccus. ſicut dicit Plinius. Sic proculdubio nos debemus eſſe toti. ſcilicet Quantum.

Ad fructum operationis.
Ad folium locutionis.
Ad lignum corporalis conditionis.
Ad ſuccum interioris affectionis.
Ad corticẽ exterioris conuerſationis.

Toti enĩ ⁊ integri debemus eſſe boni: ita ꝙ in nobis nõ debet eſſe aliquid mali. vt cuilibet noſtrum poſſet dici illud Canticoꝝ. v. Species eius vt libani. electus vt cedri. guttur eius ſuauiſſimum: ⁊ totus deſiderabilis ⁊ bonus: quia procerto ſi aliquid deficeret homo perfectus non eſſet. quinimmo vnicum mortale peccatum virtutum copiã ſolet corrumpere ⁊ fedare. j. Corinth. v. Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Et Jacobi. ij. Si quis totam legem ſeruauerit: deliquerit aũt in vno fit omniũ reus. Toti igitur ⁊ integri eſſe debem⁹ ⁊ deo totaliter militare. figurati in holocauſto: quod dicitur ab olon quod eſt totum. ⁊ cauma. quod eſt incendium: eo ꝙ totũ deo incendebatur ⁊ offerebatur. ⁊ exinde nihil alijs diuidebatur. Ad denotandum. ꝙ viri perfecti debent deo toti ⁊ totaliter conſecrari ⁊ ſibi generaliter dedicari: ita ꝙ nihil de ſuis actibus ⁊ moribus. debet alijs ſcilicet carni. mundo ⁊ dyabolo aliqualiter immolari. vt ſic anime viri perfecti dicatur illud Canticorum. iiij. Tota pulcra es amica mea ⁊ macula non eſt in te. Et breuiter de quolibet tali viro iuſto totaliter dedicato poteſt dici illud zacharie. iiij. Ecce candelabrũ aureum totum: ⁊ lampas eius ſuper caput ipſius. Ubi aduerte ꝙ vir iuſtus debet eſſe.

Totaliter luminoſus.
Totaliter virtuoſus.
Totaliter amoroſus.

Primũ facit ſplẽdor honeſtatis Candelabrum. Secundũ valor ſanctitatis. Aureũ. Tertium ardor charitatis. Lampas. B ¶ Primo igitur dico ꝙ debemus eſſe luminoſi. per honeſtatem. Ecce inquit candelabrũ enĩ lumen portat: ⁊ non ſolum ſe ſed alios illuminat ⁊ illuſtrat. Sic homo iuſtus chariſſimi lumẽ honeſte conuerſationis debet habere: quia debet ſe et alios illuſtrare Math. v. Nemo accendens lucernam ponit eam ſub modio: ſed ſuper candelabrum ⁊c. Similes igitur ſimus ſoli: qui eſt totus ⁊ totaliter luminoſus vt toti ſimus lumen honeſte conuerſationis pleni: ⁊ in omnibus actibus ⁊ moribus luminoſi. Juxta illud Luce. xj. Si totum corpus tuum lucidũ fuerit non habens aliquam partem tenebrarum. erit lucidum totum. Quod eſt contra multos ſimiles lune: que nunq̃ eſt tota luminoſa: immo ſemper habet vnã maculam inter mixtã. Sic vere multi ſunt qui q̃uis ſint in pluribus clari: ſunt tamen ſemper in aliqua parte nigri: q̃ q̃uis pro maiori parte virtutibus vulgeant. ſemper tamen in aliquo vitio peccant. propter qđ ſuam famam totã ⁊ pulcritudinem obnubilant ⁊ obſcurant. Unde dicitur Matthei. vj. Si oculus tuus fuerit nequã. totum corpus tuum tenebroſum erit. Non ſic chariſſimi ſed ſimus totaliter luminoſi. per honeſtatem. ¶ Secundo dico. ꝙ debemus eſſe virtuoſi per ſanctitatẽ: quia nos debemus eſſe toti aurei. Aureum inquit. Totũ aureũ enĩ dicitur illud: qđ interius et exterius eſt de auro: q̃ ſcilicet debemus eſſe aurei. id eſt ſancti ⁊ iuſti. non ſolũ exterius in conuerſatione: ſed etiam in interius in intẽtione. Aureum inquit totum. j. Paral. xxix. Totis viribus preparaui impenſas domus dei mei: aurcum ad vaſa aurea. argentum ad argentea. es ad erea. Quod tamen eſt contra multos qui non ſunt aurei: ſed aurati: quia ſcilicet non habent ſanctitatem totalem ſed ſuperficialem: non ſunt ſancti in conſcientia ſed in apparetia. nõ in intentione: ſed ſolũ in conuerſatione. ſicut ſunt ypocrite. Unde iſti non ſunt aureũ totũ: ſed aureum in parte Et procerto ſicut denarius qui non eſt totus de argento vel auro q̃uis non cognoſcatur a ſimplicibus. bene tamen cognoſcitur a prudentibus. ſcilicet in pondere ⁊ in tactu ⁊ et etiam in ſono et colore. Sic ypocrite et falſi amici ⁊c. Quomodo enĩ obſcuratum eſt aurum mutatus eſt color optimus Tren. iiij. Non ſic chariſſimi: ſed aureum totũ inquit. Et aduerte ꝙ ad hoc ꝙ ſimus toti aurei ⁊ ſancti. neceſſe eſt nos.

Totaliter amare.
Totaliter orare.
Totaliter ſperare.
Totaliter clamare.
Totaliter ſaltare.
Totaliter laborare.
Totaliter mutare: vel
Totaliter ſe conformare.
Totaliter perſeuerare.

¶ Dico ergo ꝙ debemus habere totalem integritatẽ i cordis dilectiõe matthei. xxij. Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo. Item in totali vocis oratione. ij. Para. xx. Joſaphat timore perterritus: totum ſe contulit ad rogandũ deum. Et in ps. Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo. Item in totali ſpei confeſſione. Unde Prouerb. iij. Habe fiduciã in domino deo in toto corde tuo. Item in totali laudis proclamatione ps. Clamaui in toto corde meo exaudi me domine. Item in totali gaudij exultatione. ij. Regũ vj. Dauid totis viribus ſaltabat corã archa. Item in totali laboribus executione Luce. v. Dñe tota nocte laborantes nihil cepimus. Itẽ in totali ad deum conuerſione Ihiere. xxiiij. Toto corde reuerent ad dñm. Itẽ in totali dñi ſubiectiõe Gen. xxxj. Noſtis ꝙ patri veſtro ſeruiui totis viribus. Itẽ in totali cũ deo permãſione ⁊ duratione Eſa. lxij. Tota die ⁊ nocte non tacebũt imperpetuum. ſcʒ predicare nomẽ dñi. Sic igitur patʒ ꝙ nos debemus eſſe totaliter virtuoſi per ſanctitatẽ. ¶ Tertio dico. ꝙ

co. ꝙ

Ayuntamiento de Madrid

co.ꝙ nos debemus eſſe totaliter amoroſi per charitatē Lampas eius inquit. que ſcʒ ſolet ignem ⁊ oleum conti nere. quia ſcʒ lampas charitatis ignem continet ⁊ oleū dulcoris Eſa. lxij. Saluator eius vt lampas accendat. Unde de iſto vero ⁊ totali amore debʒ eſſe ſicut de rebus ſimplicibus. que ad vnam partē totaliter ſe conuertūt ſicut apparuit in natura angelica. que ex toto ſe conuer tit vel ad bonum vel ad malum. Si igitur ſimplices ⁊ in nocentes fuerimus nos ex toto per ordinem ad dn̄m et ad proximū cōuertemus. ⁊ ipſos ſine fictione totaliter ⁊ veraciter diligemus. Unde Act. ij. dicit. ꝙ ſpūſſanctus in ſpecie ignis deſcendēs: ⁊ per conſequens igneā chari tatem pretendens: repleuit totā domum vbi erant diſci puli ſedentes. Patet igitur. ꝙ nos debemus eſſe

Per charitatem toti amoroſi.
Per ſanctitatem toti virtuoſi.
C Per honeſtatē toti luminoſi.

Et ſic dico ꝙ totum poteſt ſumi in bono. ¶ Sed adhuc dico. ꝙ totus pōt accipi in malo: ⁊ ſic ſignat il lam totalem ⁊ integralem corruptionē ⁊ imperfectio nem. qua mali ſunt totaliter corrupti. Multi enī ſunt qui in toto videntur peſſimi: ita ꝙ in eis inuenitur pe nitus nihil boni Prouer. xxiiij. Per agrū pigri homi nis tranſiui ⁊ ecce totū repleuerant vrtice ⁊ ſpine ⁊c. Un de tales ſunt ſimiles arbori que dicit taxus: in qua quic quid eſt: totum eſt venenoſum ſcilʒ fructus folia. rami ſuccus ⁊ etiam vmbra. Sic quicquid eſt in talibus totū eſt malum ⁊ alijs inutile ⁊ damnoſum Johannis. ix. In peccatis natus eſt ⁊c. Uide ſupra de Omni.

## D Tradere. Traditio. traditus.

Nota breuiter ꝙ tradere ſumitur pro ex ponere: ſubijcere. et concludere: et ſic ſumitur vt com muniter in ſcriptura Judicū. iij. Iratus dn̄s contra iſra el tradidit eos in manus chuſan. Quandoqʒ ſumit pro concidere ⁊ ſic ſumitur Mat. xj. vbi dicit. Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Et Math. xxv. vbi pater fami lias vocauit ſeruos ſuos ⁊ tradidit illis bona ſua. Quādoqʒ ſumitur pro prodere vel decipere: ⁊ ſic ſumitur Joh. xiij. vbi chriſtus de iuda dixit vnus ex vobis tradet me. Quā doqʒ ſumitur pro ordinare: ⁊ ſic ſumitur. j. Cor. xj. vbi dicitur. Ego enī accepi a domino quod ⁊ tradidi vobis. Quandoqʒ ſumitur pro ordinatione vel traditione. vn de. ij. The. ij. Tenete traditōes quas didiciſtis. ¶ His igitur premiſſis ⁊ omiſſis dicamus ſolū aliquid de tra dere inquantum ſumitur pro exponere. dare ponere vel ſubijcere. Et dicamus ꝙ aliqui traduntur

Ad penitentiam.
Ad immundiciam.
Ad violentiam.
Ad peſtilentiam.

¶ Primo di co ꝙ eſt vnum tradere penitē tie ⁊ ſubiectio nis: ⁊ illud eſt quando homo tradit corpus ſuū penitē tie ⁊ afflictioni: vel quando tradit voluntatē ſuam obe dientie ⁊ ſubiectioni. Et ſic videtur tradidiſſe chriſtus ſemetipſum Eſaie. liij. Tradidit in mortem animā ſuā ⁊ cum ſceleratis deputatus eſt. Sic etiam loquitur Ec cleſiaſtici. xxxix. vbi de iuſto dicitur. Juſtus cor ſuū tra det ad vigilanduʒ diluculo ad dn̄m qui fecit illum ⁊c. ¶ Secundo dico. ꝙ eſt vnum tradere immundicie ⁊ cor ruptionis: ⁊ illud eſt quando homo tradit ⁊ exponit ſe ipſum ditioni dyaboli: vitijs ⁊ peccatis. vel etiam quan do exigentibus demeritis a deo permiſſiue traditur et exponitur ditioni dyabolice. Unde de talibus dicitur ad Rom̄. j. ꝙ quia non probauerunt deū habere in no ticia: ſed ſeruierunt creature ⁊ nō creatori. tradidit eos deus in paſſiones ignominie. tradidit eos deus in deſi deria cordis eoꝝ. tradidit eos in reprobum ſenſum vt fa ciant que eis non expedit. ¶ Tertio dico. ꝙ eſt vnū tra dere violentie ⁊ punitionis vel correptionis. ⁊ illud eſt. quando deus hominem peccatorem tradit et exponit aliquando mūdi tribulationibus ⁊ tormentis vt reuer ti ad penitentiam compellatur. Unde. j. Cor. v. de forni cario dicit apoſtolus. Quod tradi iudicauit ipſuʒ dya bolo in interitum carnis ſue vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini Jeſu chriſti. Sic etiam tradit dominus iuſtos penis ⁊ laboribus huius mundi: vt a futuris tribula tionibus liberentur. ij. Cor. iiij. In mortē tradimur pro pter chriſtum. ¶ Quarto dico: ꝙ eſt vnum tradere pe ſtilentie ⁊ damnationis: ⁊ iſtud eſt illud. quo deus tra dit peccatores demonibus ad deuorandum: tormentis ad affligendū. Tradi enī demonibus timebat dauid in pſ. cum dicebat. Ne tradas beſtijs animā confitenteʒ tibi ⁊ ani. pau. tu. ⁊c. Tradi āt inferni tribulationibus timebat cuʒ dicebat. ne tradideris me mani. tribu. me. Quia proculdubio damnati tradentur demonibus et tormētis. vt ibi perpetuo puniantur Math. xviij. Tra didit eum tortoribus donec redderet vniuerſum debitū Joſue. xj. Ne timeas eos: cras enī omnes iſtos tradam vulneratos in manus tuas. Patet igitur de tradere: et ſic ſufficit gratia breuitatis.

## Trahere. Attrahere. A

Nota breuiter ꝙ in ſcriptura inuenio multiplicem tractum. videlicet bonū atqʒ ma lum. Et ſic dico ꝙ in bono ſignificato inuenitur

Tractus inductiuus. Primus eſt ſupne dilectionis.
Tractus eductiuus. Scōs eſt diuine inſpirationis
Tractus reductiuus. Tertius eſt eterne caſtigionis.
Tractus ꝯductiuus. Quartus eſt fraterne cōmotōis

¶ Dico igitur primo ꝙ homo trahitur per ſupernam delectationem. Obiectum enī delectabile trahit ⁊ mo uet potētiam. Et ſic dico ꝙ pulcritudo luminis trahit oculum ad videndū. dulcedo ſaporis guſtū ad guſtan dum: ⁊ ſic de alijs. Unde etiam de adamante videmus. ꝙ quadā ſua occulta perfectione ⁊ virtute ferrum ſolet attrahere. ⁊ ipſum ad ſe viſibiliter inclinare. Talis tra ctus proculdubio eſt tractus amoris. quo ſcʒ homo ex conſideratione bonitatis diuine ⁊ ſuperne felicitatis ad ipſum trahitur. ⁊ ratione ſue perfectionis ad eū inclina tur: ⁊ ad eum diligendum: ⁊ ſe ad eū conuertendū ſpiri tualiter inuitatur. Sic videbatur trahi amore celeſtis patrie Sapiēs. qui dicebat. Canticoꝝ. j. Trahe me poſt te. curremus in odorem vnguentoꝝ tuoꝝ oleuʒ effuſuʒ nomen tuū. Aduerte tamē ꝙ iſte tractus amoris eſt du plex. quia ſcilicet homo trahitur a re amata. deus vero ad ſe trahit rem amatam: ⁊ iſte videtur eſſe tractus a ſi mili. quod ſcd̄m medicos ſimile attrahit ſuum ſimile. Et inde eſt ꝙ ſol ſolet puros vapores attrahere ⁊ ipſos ſuperius eleuare. Sic vere ipſa charitas: ipſe feruor amo ris ſolis iuſtitie chriſti: puros ⁊ innocentes ad ſe trahit ⁊ ipſos ad bonum excitat ⁊ inducit Hiere. xxxj. In cha ritate perpetua dilexi te. Et ideo attraxi te miſerans tui. Patet igitur: ꝙ homo trahitur ad bonū per ſuper nam delectationē. ¶ Secundo dico. ꝙ homo trahitur ad bonū per diuinam inſpirationem. Naturales enim dicunt ⁊ aſſignant quoddam genus tractus: quod di citur a tota ſpecie: ⁊ illud fit quando non apparet ratio virtutis attractiue. ſicut eſt in ſtella maris. que quadaʒ incognita virtute attrahit ferrum: ⁊ ſicut eſt in ambra. que quadam occulta potentia trahit ad ſe paleam ſeu lignum. Et ſic breuiter videtur trahere potētia diuina ſeu inſpiratio: quia ratio ſui tractus non bene poteſt co gnoſci: quadam enī occulta ſue prouidentie virtute. ſo let quandoqʒ ex inſperato hominē peccatorē qui ſcil: ex ferro durior. palea vilior videbatur poſt ſe ad peniten tiam trahere: ⁊ ipſum per occultam inſpirationem ad veritatis ſemitaʒ inuitare: vt in paulo videtur penitus eſſe factum. Unde Job. xxxiiij. Quod ſi homo ad deum direxerit cor ſuum: ſpiritum eius ⁊ flatum ad ſe trahet. Et proculdubio chariſſimi ſine tali tractu diuine inſpi rationis nullus ſaluatur: quia ſicut dicitur Johannis vj. Nemo poteſt venire ad me niſi pater meus traxerit euʒ. Sic bene dico. ꝙ homo trahitur ad bonū per occul tā inſpirationē. ¶ Tertio dico. ꝙ hō trahit ad bonū per B apertā tribulationem. Tractus enim quo celū trahit ſtellas ſecum in ſe fixas: eſt tractus naturalis: ſed pro culdubio tractus quo ſecū trahit ſtellas erraticas que in eo non ſunt fixe: non eſt naturalis: ſed violentus ⁊ ac



Ayuntamiento de Madrid

cidentalis. Sic vere in mundo inuenio. ꝙ deus duplici
modo trahit homines ad virtutem: quidam ſunt in eo
fixi per gratiam ⁊ amorem ſcilicet boni ⁊ iuſti. ⁊ iſti pro
culdubio ab ipſa potentia et gratia diuina trahuntur
vbi voluerit voluntarie non coacte Oſee. xj. In funicu-
lis adam traham eos in vinculis charitatis. Alij vero
ſunt qui non ſunt in eo fixi ſcilicet peccatores. qui ſtelle
erratice poſſunt dici. ⁊ ſic iſti a deo voluntarie non tra-
huntur: ſed contra impetum proprij curſus ⁊ proprie vo
luntatis ab ipſo quandoqȝ ad gratiam per tribulatio-
num violentiam pertrahuntur. Unde de paulo quaſi
p violentiã reducto ⁊ conuerſo dicitur Actuũ. ix. Quod
ad manus ipſum trahentes introduxerunt damaſcum
Figurato in illo magno piſce. qui de flumine extractus
⁊ exenteratus Thobie factus eſt medicina. de qua dici
tur Thobie. vj. Apprehende branchiam eius ⁊ trahe eũ
ad te. Ad bonum ergo trahitur homo per aſperam tri-
bulationem. ¶ Quarto dico. ꝙ ad bonum homo tra-
hitur per fraternam commotionem. Sicut enim vnus
anulus ferreus tractus ⁊ tactus ab adamate. trahit ſe
cum plures alios anulos: ⁊ etiaȝ ſicut in virtute primi
motoris. prima ſua motura trahit ⁊ mouet ſecundam.
Sic ſpiritualiter loquẽdo. vnus homo iuſtus a deo ſpi
ritualiter motus ⁊ tractus: plures alios ad bonum tra
hit: ⁊ eos ſuis doctrinis ⁊ exemplis ad bonum excitat ⁊
inducit. Unde de illo magno piſce dicitur Thobie. vj. ꝙ
thobias iuuenis attraxit eũ ſicco ⁊ palpitare cepit. Sic
C ergo homo trahitur ad bonum quatuor modis. ¶ Sȝ
adhuc dico. ꝙ in malo ſignificato ſumendo poſſum di
cere ꝙ eſt vnum. Trahere

| | |
|---|---|
| Tentationis. | ¶ Primũ |
| Uexationis. | ẽ hominuȝ |
| Damnationis. | peccatoruȝ |

Quia ſicut ſyrene ſuis cantibus trahũt nautas ad ſub
mergendũ. ſic demon: mundus: ⁊ caro: ſuis tentationi-
bus trahunt homines ad peccatum Dyabolus eñ tra
hit peccatores figuratus in illo dracone. De quo dici-
tur Apocalip. xij. Quod trahebat in terram tertiaȝ par
tem ſtellarum. Mundus etiam ⁊ caro ipſos attrahũt
figurati in cocyto flumine infernali. De quo dicitur
Job. xxj. Quod ſe poſt omnẽ hominẽ trahet: ⁊ ante ſe in
numerabiles. Iſte eſt ergo tractus hominũ peccatorũ.
¶ Secundus eſt tractus hominũ miſeroꝝ. Quia ſicut
illud periculũ maris quod dicitur caribdis: violenter
trahit in maris voraginẽ naues tranſeuntes. Sic tyrã-
ni trahunt ad ſupplicia violenter pauperes innocẽtes
Actuũ. xxj. Apprehendentes paulũ traxerũt extra tem
plum. ¶ Tertius tractus eſt hominũ peccatoꝝ ⁊ dam-
natoꝝ: qui poſt mortẽ violenter trahuntur ad infernũ
ſimiles latroni qui violenter trahitur ad ſuſpendium.
De demonibus ipſos trahentibus dicitur Deute. xxxij.
Dentes beſtiaꝝ immittã in eos ⁊c. Patet igitur: quo-
modo tractus ſumitur multipliciter in ſcriptura.

A **Tranſferre.** Nota ꝙ tranſferre dicit a trans
qđ eſt vltra ⁊ ferre: quia ſciliȝ il-
lud quod tranſfertur de vno loco ad aliũ vltra fertur.
Tranſferre igitur ſignificat quandã mutationẽ ⁊ tran
ſitionẽ ⁊ quandã de vno loco ad alium motionẽ. Et ſic
poſſum dicere procerto ꝙ generaliter diſtinguendo in
ſcriptura inuenio Tranſlationẽ

| | |
|---|---|
| Affectabilem. | ¶ Prima |
| Delectabilem. | eſt trãſlatio |
| Honorabilem. | bonoꝝ peni |
| Uariabilem. | tentiuȝ qui |
| Deteſtabilem. | ſcilicet per |
| Formidabilem. | penitentiaȝ |

de culpa ad gratiã transferuntur: ⁊ cõtinue de bono in
melius mutãtur de quibus. j. Johãnis. iij. Tranſlati ſu
mus de morte ad vitã quoniã diligimus fratres. ¶ Se
cunda tranſlatio eſt iuſtoꝝ decedentiũ: qua ſcilicet per
mortẽ de hoc mũdo tranſferuntur ad patrẽ. ⁊ de huius
vite tenebris tranſferuntur ad lucẽ. de quibus Eccleſia
ſtici. xliiij. Quod enoch placuit deo ⁊ tranſlatus eſt in
paradiſum. ¶ Tertia tranſlatio eſt ſanctorum trium-
phantiũ. ⁊ iſta eſt illa qua corpora ſanctoꝝ transferun-
tur: ⁊ de loco ad locũ tranſuehuntur: vt a populis hono
rentur: et vt a fidelibus deuotis excolantur: et de iſta
tranſlatione poteſt dici illud Job. xiiij. Saxum tranſfe
runt de loco ſuo. ¶ Quarta eſt tranſlatio glorie mun-
danorum. Mundi eñ proſperitas nunq̃ in eodẽ ſtatu
permanet: ſed continue tranſfertur de ſtatu ad ſtatum
de vno ad aliũ: de preſenti ad futurum. Et ſic loquitur.
Eccleſiaſtici. x. Regnũ de gente in gentem tranſfertur.
Et Danielis. ij. Deus mutat tempora ⁊ etates. trãſfert
regna atqȝ conſtituit. ¶ Quinta eſt tranſlatio homi-
num iuſtoꝝ: qui continue ſe transferũt de gratia ad pec
catum: de vitio ad vitium. de malo ad malum: Unde in
Ps. Nutantes tranſferantur filij eius ⁊ mendicent ⁊c.
¶ Sexta eſt tranſlatio hominũ impioꝝ: qui tranſfe-
runtur de mundo ad infernũ: ⁊ de mundi gloria ad tor-
mentũ. Unde in Pſal. dicitur. Tranſferentur in cor ma
ris. Unde de dyabolo dicitur. iiij. Regũ. xvij. Quod rex
aſſyriorum cepit ſamariam ⁊ tranſtulit in aſſyrios.
¶ His igitur premiſſis de tranſlatione bona aliquid B
eſt dicendum. Boni enim tranſferuntur. vt dictum eſt
de bono in melius. Quia ſicut videmus. ꝙ porri ⁊ olera
proficiunt ⁊ emendantur: quando tranſferuntur ⁊ trãſ
plantãtur. Sic homo proficit. quando ſpiritualiter de
peccato ad gratiam. de mundo ad eccleſiam de ſeculo
ad celi gloriam tranſfertur et tranſit: vt ſic de quolibet
viro iuſto dicatur illud Pſal. Uineã de egypto tranſtu
liſti. Ubi aduerte. ꝙ ad hoc qđ bene ⁊ vtiliter tranſfera
mur neceſſe eſt. ꝙ interiora bene diſponamus: quia de-
bemus eſſe vinea. ꝙ exteriora caute deſeramus: quia de
bemus exire de egy. ꝙ vlteriora ſemper adeamus: quia
debemus eſſe tranſlati. ¶ Primo igitur dico. ꝙ nos de
bemus diſponere menteȝ interiorẽ: quia nos debemus
eſſe vinea. Uinea inquit. Uinea habet multũ de humo
re: Et ideo apta eſt ꝙ alibi poſſit tranſferri: ⁊ ꝙ vbicun-
qȝ trãſlata fuerit poſſit vtiliter radicari ⁊ fundari. Sic
vere ad hoc ꝙ predictis modis tranſferri poſſimus: ne
ceſſe eſt ꝙ more vinee humorẽ gratie intus habeamus
⁊ ꝙ voluntatẽ noſtram in bono propoſito radicemus.
Uineam inquit Ezech. xvij. Tulit de ſemine ⁊ poſuit in
terram illud: vt firmaret radicem ſuper aquas multas
Sequitur. Et creuit in vineam latiorem. Iſtud tamen
eſt cõtra multos: qui non ſe diſponunt interius per mẽ
tis immutationẽ ⁊ boni propoſiti cõfirmationẽ. ⁊ ideo
q̃uis ad ſtatum religionis tranſferantur localiter. ipſi
tamen nõ mutantur: nec tranſferuntur formaliter aut
moraliter. Arbor enim de ſilua ad ortum trãſlata nun
q̃ fructificat nec vegetatur: niſi radix cum arbore tranſ
feratur. Nam ſi radix in ſilua remaneat. truncus vero
ad ortum feratur. nec fructificat propter hoc: ſed ſiccat.
Sic proculdubio niſi radix cordis tranſlata fuerit ⁊ mu
tata de ſilua mundi ⁊ per contemptum eradicata: non
poteſt proficere moraliter q̃uis localiter ad ortum re-
ligionis vel eccleſie fuerit delata. Et ideo religioſi vel ec
cleſiaſtici qui radicẽ cordis ſui in ſeculo dimiſerunt: et
ſolum truncũ corporis ad eccleſiã. ideſt ad diuinum ſer
uitium tranſtulerunt: non poſſunt in virtutibus profi
cere: nec de culpa ad gratiam ſe tranſferre. Iſti ergo pri
mo ⁊ principaliter debent dicere illud. ij. Reguȝ. xxiiij.
Precor domine vt transferas iniquitatem ſerui tui. Igi
tur ſi volumus bene tranſferri de culpa ad gratiam. de
mundo ad eccleſiam. de ſeculo ad religionem tranſmu
tari. nos debemus diſponere mentem noſtram interio
rem: quia ſciliȝ nos debemus eſſe vinea. Uinea inquit
Quia ſicut dicitur Eſa. v. Uinea domini ſaboth domꝰ
iſrael eſt. ¶ Secundo dico. ꝙ nos debemus dimittere
formam exteriorem ſciliȝ mundũ ⁊ peccatũ. de egypto
inquit. Nam ſicut res aliqua a loco: ſeu forma a ma-
teria non tranſfertur: niſi locus ⁊ forma quam habue-
rat dimittatur. Sic vere nos ad formaȝ glorie non trãſ-
ferimur: niſi mundum et peccatum primitus dimitta-
mus. Exemplo coralli. qui ad hoc ꝙ de radice lignea in
lapidem

Ayuntamiento de Madrid

lapidem tranſformetur. neceſſe eſt ꝙ de mari ad terraȝ antea deferatur. Quia proculdubio nullus lapideus efficitur. niſi primo a mari peccati vel ſeculi transferatur De egypto inquit Oſee. xi. Ex egypto vocaui filiũ meũ Unde. iiij. Regū. xxv. Tranſlatus eſt iuda de terra ſua. Oportet igitur dimittere locum exteriorem. ¶ Tertio dico. ꝙ qui vult transferri neceſſe eſt locũ acquirere vlteriorẽ. Tranſtuliſti inquit. ideſt te vlterius tuliſti. Quia procerto ſi moraliter transferri volumus: neceſſe eſt ꝙ trans. ideſt vlterius vſq; ad bona paradiſi nos mentaliter trãſferamus Luc. viij. Transfretemus trãs ſtagnũ Joh. vi. Venerũt trans mare capharnaū. Capharnaũ interpretatur ager pinguedinis: ſignificans paradiſuȝ ⁊ bona ſpiritualia ⁊ eterna. que proculdubio trans mare. ideſt vltra fluxũ ꝑſentis mortalitatis inueniunt. qñ ibi corda mẽtaliter transferunt. Trãſtuliſti inqt Heb. xi. Fide enoch trãſlatus eſt ne videret mortẽ quoniam tranſtulit eũ dñs. Patꝫ igit. quomodo ad tranſlationẽ ſpũalẽ neceſſe eſt aſpicere qđ põt ꝓdeſſe. dimittere qđ ſolet obeſſe diſponere qđ debet adeſſe. Et ſic ſufficit.

## Transformare. transfigurare.

Multa poſſent dici de transformare ⁊ trãſfigurari moraliter: que nihil aliud eſt ꝙ ↄuerſio ſeu mutatio ſpiritualis: ſed vide in tabula: ⁊ ſupra de cõuerſione: quia autoritates notabiles in iſta materia ſunt valde. Pone ergo hic illa que ſunt in ſermone ſi vis.

## Tranſgredi.

Nota ꝙ tranſgredi idem eſt qđ tranſire. preterire: ⁊ vltra terminos alicuius loci procedere ⁊ abire: ⁊ tranſgredi ideȝ eſt qȝ vlterius gradi ⁊ tranſire. Cum igitur ire ⁊ gradi idẽ ſunt. Uide infra de Trãſire. ⁊ ſupra de Gradi ⁊ greſſus: de egredi ⁊ ſimilibus.

## A Tranſire.

Nota ꝙ tranſire. idẽ eſt qđ ire vltra. ſignificat enĩ tranſire motũ ⁊ fluxuȝ de termino a quo ad terminum ad quem. Et ideo tam in bono ꝙ in malo ſignificato per tranſitum poteſt intelligi motus noſter. Notemus ergo ꝙ in ſcriptura inuenitur. Tranſitus

Diuinitatis.
Moralitatis.
Mortalitatis
Proſperitatis.
Iniquitatis.

¶ Iſta ergo ſũt quinq; genera tranſituũ de quibus põt fieri mẽtio in ſcriptura.

¶ Dicamus primo ꝙ eſt tranſitus ſumme diuinitatis Deus enĩ tranſire dicitur ꝙuis non varietur. nec tranſeat. nec mutetur. ⁊ hoc ꝙtum ad imaginationẽ humanam ad modũ tranſeuntis in aliquibus operibus ſuis regulatur. Ille enĩ qui tranſit de vno loco ad alium vadit. Sic vere deus tranſire videtur multis modis. Iſte enĩ tranſit vt mihi apparet ſcriptura ſacra

Per virginem carnem aſſumendo.
Per hominem ipſum viſitando.
Per pauperem ipſum conſolando.
Per peccatorem ipſum conuertendo.
Per iniuſtum ipſum iudicando.

¶ Tranſit enĩ deus per virginem ſicut digniſſimus imperator. qui tranſit aliquãdo per medium ciuitatis in regia maieſtate. Unde beata virgo dicit illa porta clauſa: de qua dicitur Ezec. xliiij. Porta hec clauſa erit ⁊ nõ aperietur: ⁊ vir non tranſibit per eaȝ. quoniã dñs deus iſrael ingreſſus eſt per eam. eritq; clauſa principi: princeps ipſe ſedebit in ea. ¶ Item tranſit per hominem ſicut dulciſſimus viſitator. Quia ſicut viſitator trãſit per conuentus. ipſos reformando. ſic deus per corda hominum ipã inſpirando. ⁊ ipſa quandoq; tribulationibus caſtigando ⁊ fide ⁊ moribus reparando. Unde Ezech. xvi. Loquens dominus anime peccatrici dicit. Et eras nuda ⁊ confuſione plena. ⁊ tranſiui per te ⁊ vidi te. Sequitur. Expandi amictum meũ ſuper te. ⁊ operui ignominiam tuaȝ. ¶ Item tranſit per pauperem ſicut piiſſimus conſolator. Quia ſcilicet ipſe deus tranſit per miſeros ⁊ depreſſos vt ipõs liberet ⁊ tueatur: ⁊ vt ipſos premiet ⁊ conſoletur Eſa. xxxi. Proteget dominus hieruſalem ⁊ erit tranſiens ⁊ ſaluans. ¶ Item tranſit per peccatorem. ſicut ſeueriſſimus iudicator. quia ſcilicet modo videtur peccata hominuȝ diſſimilare. qñq; tamen tranſit vt videat quid agatur: ⁊ per mortem temporalẽ ⁊ eternã contra impios debachatur Exo. xij. Tranſiuit dñs percutiens egyptios. Ita ꝙ ipſi mali poſſunt dicere dño illud. ps. In me tranſierũt ire tue ⁊ om. flu. tu. indux. ſuper me. Iſti enĩ ſunt quatuor tranſitus quibus tranſit deus ad homines Mich. ij. Tranſibit rex eorũ coram eis. Patet igitur primo ꝙ eſt quidam tranſitus ſumme diuinitatis. ¶ Secũdo principaliter dico. ꝙ eſt tranſitus ſancte moralitatis: ⁊ iſte eſt trãſitus. quo homo ſpiritualiter ⁊ moraliter procedit ⁊ trãſit. ⁊ quo nec in mũdo quieſcit aut ſiſtit. Iuſti in hoc mundo ſemper fuerunt in tranſitu ⁊ motu. tranſierunt enĩ in hoc mũdo ſicut peregrini nihil ſuperfluum appetentes: ſed ſoluȝ vite neceſſaria inquirẽtes. Similes canibus in egypto. De quibus dicit Solinus. ꝙ quando in nylo flumine volunt bibere: ſolent currendo ⁊ lambendo aquã bibere ⁊ pre timore crocodillorum ibidem latitantiũ celeriter pertranſire. Sic proculdubio ſancti ⁊ iuſti de flumine ⁊ aqua mundane proſperitatis modicum tetigerunt. quinimmo quia crocodilos. ideſt demones ibidẽ inſidiantes timuerunt. vitã iſtam quaſi eam contẽnentes velociter tranſierunt. Figurati in filijs iſrael qui dicebant regi Edom. ideſt mundo Nũe. xx. Obſecramus vt tranſire nobis liceat per terram tuam: non ibimus per agros nec per vineas: nec bibemus aquas de puteis tuis. gradiemur via publica. nec ad dexterã: nec ad ſiniſtrã declinantes donec tranſeamus terminos tuos. Nam procerto ſancti terram huius mundi: ſicut terram alienam quaſi de licentia habitauerunt. aquam deliciaruȝ ⁊ diuitiarum non biberunt: nec ad dexteram proſperitatis: nec ad ſiniſtram aduerſitatis declinauerunt: ſed ſicut dictum eſt. per mundi terminos celeriter tranſierunt. ij. Reg. xvij. Tranſierunt feſtinanter guſtata paulum aqua ſcilicet dauid ⁊ ſuis ſignans chriſtũ ⁊ ſanctos Iſte eſt ergo tranſitus virtualis. Unde de iſto videntur ſancti dicere: tranſeamus vſq; bethleem. Ubi aduerte ꝙ iſte eſt. Tranſitus

Appetibilis.
Terminabilis.
Premiabilis.

Primuȝ probat verbum optatiuũ. Trãſeamus. Secundũ ſignum prefixiuũ. Uſq; tertiũ nomẽ refectiuũ. Bethleẽ: que interpretatur domus panis. Et ſic dico ꝙ oportet. Iſtum tranſitũ deſiderare. Tranſeamus. In iſto tranſitu perſeuerare. Uſq; poſt iſtuȝ tranſitum exuberare in bethleem. ¶ Dico ꝙ iſte tranſitus eſt affectibilis. Naturale enim eſt cuilibet rei velle tranſire ad nobileȝ formaȝ ⁊ inde eſt ſecundũ naturales. ꝙ iſta inferiora ſunt corruptibilia. que ſcilicet forma ſua que imperfecta eſt non ſunt contenta. Et ideo ipſaȝ cupiũt exuere ⁊ aliã induere. ⁊ de ignobili ad nobilem tranſire. vellet enĩ appetitus naturalis ad aliam formã perfectaȝ tranſire. que ſuam capacitateȝ poſſet replere: ⁊ que ſecum ſine corruptione poſſet manere. Sic procerto chariſſimi: nos qui ſumus in peccato. vel in mundo ſub forma imperfecta ⁊ incompleta: tranſire ad nobilem formam gratie ⁊ glorie debemus appetere. ⁊ ad hoc totis viribus laborare. ⁊ hoc oſtenditur cum dicitur. Tranſeamus optatiue loquendo. Unde ipſe dominus dicit Eccleſiaſtici. xxiiij. Tranſite ad me omnes qui concu. me ⁊ a ge. me. adimple. Et bene dicit. Tranſite ad me contra illos quorum motus ⁊ tranſitus. affectus ⁊ appetitus nõ ſunt ad deũ ſed potius ad carnem. ad dyabolum vel ad mundum. quia ſcilicet iſti non tranſeunt de malo ad bonum: nec de bono ad melius: ſed potius de bono ad malum: ⁊ de malo in deterius vel peius Hiere. l. De monte ad collẽ tranſierunt: obliti ſunt cubilis ſui. Non ſic chariſſimi ſed tranſite ad me ⁊c. Iuxta illud. iij. Reg. ix. Tranſi ⁊ ſequere me. Et aduerte ꝙ nos debemus tranſire B ad ſtatum religionis.

Ad affectum compaſſionis.
Ad amplexum dilectionis.
Ad aſpectum contemplationis.
Ad profectum operationis.

¶ Tranſeamus ad ſtatuꝫ religionis Ioſue. xxij. Tranſite ad terram in qua tabernaculum domini eſt. ¶ Item ad affectum compaſſionis Tren. j. O vos omnes qui tranſitis per viaꝫ attendite ⁊ videte ſi eſt doloꝛ ſicut doloꝛ meus. ¶ Item ad amplexuꝫ dilectionis Heſter. ij. Compoſite de triclinio feminarum ad cōcubitum regis tranſibant ſcilicet anime. ¶ Item ad aſpectum contemplationis Eccleſiaſtes. ij. Tranſiui ad cōtemplandū ſapientiam. Et Deut. iij. Tranſiui igitur ⁊ videbo terram hanc optimā ⁊ libanū. ¶ Item ad profectum operationis Nume. xxxij. Omnis vir bellatoꝛ armatos iordanem tranſeat. Iſte eſt igit̄ vt dictū eſt tranſitus appetibilis. Tranſeamus inquit. optime loquendo. ¶ Deinde dico ꝙ eſt tranſitus terminabilis. Vſqꝫ inquit. Motus em̄ ⁊ tranſitus faciliter aggreditur. qn̄ certo fine ⁊ termino limitatur. Sic vere quia motus et tranſitus virtuoſus modicū durat: ⁊ vſqꝫ ad certum et prefixum terminū poꝛrigitur. ſcꝫ vſqꝫ ad moꝛtem: iuſtū eſt ꝙ libenti animo frequentetur. Vſqꝫ inquit. quia ſcꝫ iſta dictio Vſqꝫ ſignificat terminū moꝛtis in quo tranſitus laboꝛum finitur. ⁊ ſignat terminum paradiſi. in quo trāſitus appetitiuus terminatur. Vſqꝫ inquit. Lapis em̄ deſcendens vſqꝫ ad terram ſtatim ceſſat a tranſitu ⁊ motu. Sic pro certo iuſtus quando ad paradiſum vſqꝫ peruenit tranſitus eius deficit ⁊ quieſcit. ps. Tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſqꝫ ad domuꝫ dei. Exemplo Helye. qui ſicut dicitur. iij. Reg. xix. Ambulauit in foꝛtitudine cibi aſſumpti vſqꝫ ad monteꝫ dei oreb. Sꝫ aduerte ad hoc ꝙ ad iſtud vſqꝫ. ideſt ad terminum perſeuerātie attingamus. neceſſe eſt ꝙ omnia mūdi delectabilia tranſeamus. Tranſire ergo opoꝛtet

Delicias ne inficiamur.
Diuitias ne alliciamur.
Eminentias ne deijciamur.

¶ Tranſeamus dico delicias inficientes: figuratas in flumine ioꝛdanis: quod neceſſarium fuit tranſire vt filij iſrael poſſent vſqꝫ ad terre pꝛomiſſionis limites peruenire: quia ſcilicet qui fluuium deliciarum non tranſit aut preterit: vſqꝫ ad terram paradiſi nunꝙ peruenit j. Regū. xiij. Hebꝛei autē tranſierunt ioꝛdanem. ¶ Itē tranſeamus diuitias allicientes. Unde de trāſitu. ideſt de contemptu terrenoꝛum dicitur Eſa. xxiij. Tranſi terram quaſi flumen filia maris. ¶ Item trāſeamus eminentias deijcientes. Unde Michee. ij. Tranſibit rex eorum coꝛam eis. Et Oſee. x. Tranſire fecit ſamaria regeꝫ ſuum. Iſta ergo tria debent iuſti tranſire ⁊ contemnere vt vſqꝫ ad paradiſum poſſint finaliter peruenire. Vſqꝫ inquit. Unde Iudicū. xix. Non introibo opiduꝫ gentis altene que non eſt de filijs iſrael: ſed trāſibo vſqꝫ gabaa Iſte eſt tranſitus terminabilis. Vſqꝫ inquit. ¶ Deniqꝫ dico. qḋ iſte eſt tranſitus pꝛemiabilis. Quia quando tranſitus virtuoſus perficitur exinde celeſte pꝛemium repoꝛtatur: quod oſtenditur cum dicitur bethleem. qḋ interpꝛetatur domus panis. ſignificans paradiſi pꝛemiū. quo per taleꝫ tranſitum reficimur ⁊ nutrimur. Iuxta illud Eccleſiaſtes. xj. Mitte panem tuū ſuper tranſeuntes aquas ⁊ poſt multos dies inuenies illum. Cerui ſolent lata ⁊ magna flumina trāſire: vbi odoꝛatu ſolent pinguia pabula pꝛeſentire. Sic vꝫ chariſſimi: qꝛ vltra fluuiū mundi ſcilicet in celeſti gloꝛia ſunt paſcua vberrima voluptatis eterne: ita ꝙ ibi ꝓprie eſt bethleē ideſt domus panis. hinc eſt ꝙ illuc debemus per affectum tranſire: ⁊ per mentis deſideriū nos transferre: vt ſic pꝛo iſto tranſitu poſſimus ſummū pꝛemiū repoꝛtare Bethleem inquit. j. Regū. xvj. Uenit in bethleem ⁊ admirati ſunt ſenioꝛes Deutero. iiij. Uos tranſibitis ⁊ poſſidebitis terram egregiam. Uide eam ſupꝛa de terra Coturnices ⁊ oꝛtigometre mare tranſeunt: ⁊ per mare ad regiones calidas ſe transferūt. Sic vere viri iuſti per mare tribulationū ad paradiſum tranſeunt. ⁊ ibi finaliter requieſcunt Hiere. xlviij. Pꝛopagines tue tranſierunt mare. Qui figurati ſunt in filijs iſrael. qui quādo de egypto tranſierunt exierunt per deſertum hoꝛribile ad terre pꝛomiſſionis ſolatia: quia ſcilicet per deſertum penitentie ⁊ tribulationis: ad terraꝫ pꝛomiſſionis. ideſt ad paradiſum tranſitur: ⁊ ibidē finaliter peruenit Iudith. viij. Quotquot deo placuerunt per multas tribulationes tranſierunt. Ubi aduerte ꝙ ad illud celeſte pꝛemium tranſitur

Per mare contritionis.
Per aquam compunctionis.
Per ignem afflictionis.
Per heremum tribulationis.

Iſti ſunt quatuoꝛ paſſus per quos opoꝛtet trāſire Per mare contritionis Sapien. xiiij. Tranſeuntes mare per ratam liberati ſunt. Per aquā compunctionis Eſaie. xliij. Cum tranſieris per aquas tecum ero. Per ignem coꝛrectionis. ps. Tranſiuimus per igneꝫ ⁊ aquā ⁊ eduxꝫ in ref. Per heremū macerationis Deutero. j. Tranſiuimus per heremū terribilem. Patet igitur ꝙ eſt ſpiritualiter tranſitus faciendus. qꝛ videlicet vt dictuꝫ eſt per iſtum tranſitū pꝛemiū repoꝛtatur. Iſte tranſitus leui terminatur. Iſte tranſitus a bonis affectatur. Iſtud eſt igitur ſecundū pꝛincipale. vide ſupꝛa de currere. egredi ⁊ exire. Iſte eſt igitur tranſitus ſancte moꝛalitatis.

¶ Tertio pꝛincipaliter dico. ꝙ eſt tranſitus vilis moꝛtalitatis. Uita em̄ moꝛtalis ſemper eſt in tranſitu ⁊ motu. nūꝙ autē in reditu vel ſtatu: ſimilis flumini. quod non ceſſat labi. currere ⁊ trāſire quouſqꝫ ad mare. peruenire valeat. Quia pꝛo certo vita continue labitur. quouſqꝫ perueniat ad mare. ideſt ad moꝛtis amaritudinē. Et ideo ſcriptura dicit ⁊ cōparat vitā humanaꝫ pluribus rebus que ſemper ſunt in tranſitu: ⁊ in fluxu videlicet C

Umbꝛe fugienti.
Tele ⁊ eam ſuccidenti.
Naui transfretanti.
Mane tranſeunti.
Herbe floꝛeſcenti.

Quod em̄ cōparetur vmbꝛe fugienti: patꝫ Sapien. ij. vbi dicit̄. Umbꝛe em̄ tranſitus eſt tēpus noſtrū. ¶ Iteꝫ ꝙ cōparetur tele ⁊ eam ſuccidenti: patet Iob. vij. vbi dicitur. ꝙ dies noſtri velocius trāſierunt ꝙ̄ a texente tela ſucciditur. ¶ Item ꝙ comparetur naui transfretanti: patet Iob. ix. vbi dicitur ꝙ tranſierunt quaſi naues poma poꝛtantes. ¶ Item ꝙ cōparetur mane tranſeūti et herbe floꝛeſcēti: patet in ps: vbi dicit̄. Mane ſicut herba floꝛeat ⁊ tranſeat ⁊c. Iſte eſt ergo trāſitus noſtre moꝛtalitatis. ¶ Quarto dico. ꝙ eſt tranſitus vane pꝛoſperitatis. Mundi em̄ pꝛoſperitas ſimilis eſt lumini lune que cōtinue tranſit de vna figura ad aliam. Similis eſt etiā mari. qḋ cōtinue eſt in tranſitu ⁊ in motu: qꝛ. ſ. mūdi pꝛoſperitas nunꝙ in eodē ſtatu permanet. continue em̄ fluit ⁊ defluit creſcit. ⁊ decreſcit. ⁊ finaliter tota perit ⁊ faciliter finitur. deficit atqꝫ trāſit. Uñ. j. Ioh. ij. Mundus tranſit ⁊ cōcupiſcētia eius. Quia breuiter nulla bona mūdi ſunt durabilia: ſed trāſitiua ⁊ mutabilia Sap. v. Tranſierunt omnia velut vmbꝛa. Iſte eſt igitur tranſitus vane pꝛoſperitatis. ¶ Quinto dico. ꝙ eſt tranſitus grauis iniquitatis. Quia ſcꝫ iniqui homines ſemꝑ trāſeunt ⁊ mutātur de deſiderio ad deſideriū. de vitio ad vitium de mundi miſeria ad toꝛmentum. Dico de deſiderio ad deſiderium. ps. Tranſierunt in deſideriū coꝛdis. ¶ Item tranſeunt de vitio ad vitium. Unde Eccleſiaſtes. viij. Quaſi vmbꝛa tranſeunt qui non timent faciē domini. ¶ Item tranſeunt de mundi pꝛoſperis ad toꝛmentum. Unde Pꝛouerbioꝝ x. Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius. Et ſic igitur patet. quomodo trāſire generaliter loquendo ſumitur quinqꝫ modis. Uide ſupꝛa de Currere. Mouere. Mutari ⁊ ſimilibus.

## Tremoꝛ. tremere.

Cum tremoꝛ ſit filia timoꝛis. hinc eſt ꝙ filia pꝛo matre. ideſt tremoꝛ pꝛo timoꝛe ſepiꝰ ſumitur in ſcriptura. Breuiter ergo notandum ꝙ inuenio in ſcriptura. Tremoꝛem A



Ayuntamiento de Madrid

Perfectorum.
Peccatorum.
Miſerorum.
Damnatorum.

Tremūt enim pfecti a facie diuine ſublimitatis. d. illud ps. Timor ⁊ tremor venerūt ſuper me ⁊c. Exemplo Thobie. de quo dicit Thobie. ij. ꝙ mãducauit panē cū luctu ⁊ tremore. ¶ Tremuerūt infecti ſcilicet peccatores a facie proprie iniquitatis. j. Eſdre. x. ſtetit omnis populus tremēs pro peccato ⁊ ꝓ pluuijs. Unde Exo. xv. Robuſtos moab obtinuit tremor: obri. e. ha. cha. ¶ Tremunt miſeri a facie calamitatis proprie. Hieremie. xlix. Diſſoluta eſt damaſcus: tremor apprehendit eam. ¶ Tremūt damnati a facie eterne penalitatis. Sap. xvij. Serpentiū ſibilatione cōmoti tremebundi peribant. Sufficit: vide ſupra de Timore.

# Tres. tria. tertius. trinitas.

De multiplici morali Trinitate poſſent multa dici. veruntamen quia in ſermone videbā vitē in qua erāt tres ꝓpagines ⁊c. dixi multa de multiplici trinitate. Vide in tabula.

A

# Tribuere.

Nota ꝙ tribuere idē eſt qđ ꝯcedere vł donare. Notemus breuiter ꝙ in ſcriptura inuenit ꝙ deus tribuit

Juſtis gratiam.
Sanctis gloriam.
Humilibus prudentiā.
Indigentibus ſufficientiā
Peccantibus peſtilentiā.

Tribuit dico deus gratiaꝫ iuſtis penitētibus. ps. Cātabo dño qui bona tribuit mihi. Quia ſicut dicit Gal. iij. Deus eſt qui operat in vobis ſpm̄ ⁊ tribuet vobis v̓tutes. ¶ Itē tribuit gloriā triūphantibus. ps. Vitam petijt a te tribuiſti ei dñe lon. die. in ſe. ſe. ¶ Itē tribuit ſapientiam vel prudentiā patientibus: qꝛ ſicut dicitur Prouerbi. xxix. Virga atꝗ correctio tribuit ſapientiam. ¶ Item ſufficientiā tribuit indigentibus. Prouerbio. xxx. Nō diuitias nec paupertatem dederis mihi domine: tm̄ victui meo tribue neceſſaria. ¶ Item tribuit peſtilentiā delinquētibus ps. Redde retributionem coꝝ ipſis ſm̄ opera manuum eorum tribue illis. vide. ſ. de Dare. et ſic ſufficit.

A

# Tribulatio. tribulare.

¶ Tribulatio. aduerſitas. infortuniū idem eſt: ⁊ quia quaſi in infinitis locis de tribulatione fit mentio. et maxime ſupra de labore. dolore. afflictione et ſimilibus. intendo breuiter tranſire. Notabo tamen ꝙ eſt tribulatio exterior. interior. poſterior

Prima eſt cū patientia toleranda.
Secūda eſt cū diligentia declinanda.
Tertia eſt cū reuerentia formidanda.

Prima eſt tribulatio exterioris vexationis. De qua in ps. Multe tribulationes iuſtorum ⁊c. Secūda eſt interioris temptationis. De qua in pſalmo. Tribulationes cordis mei multiplicate ſunt. ¶ Tertia eſt tribulatio poſterioris damnationis. De qua Eſaie quinto. Aſpiciemus in terrā ⁊ ecce tenebre tribulationis. His premiſſis ſolum de tribulationibus mundanarum vexationum aliquid eſt dicendum. Sicut enim videmus ꝙ natura ordinauit diuerſa diuerſis officijs. Et inde eſt ꝙ hyems fuit expoſitus vētis. frigoribus ⁊ pluuijs eſtas vero floribus fructibus et ſolatijs. Sic proculdubio deus hyemem preſentis vite. et eſtatem future glorie diuerſimode variauit: quia procerto illa hyems habet tribulationum frigora tolerare. ⁊ future vite ſerenitatem et gaudium expectare. Nam vt communiter ille qui in preſenti tempore tribulationibus affligitur in futuro gaudijs conſolatur. Juxta illud ps. Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas et in ⁊c. Nā ſicut de hyeme ad eſtatem: ⁊ de eſtate ad hyemē peruenimus. ſic de hyeme tribulationū ad eſtatē cōſolationū pertingimus. ⁊ econuerſo de eſtate preſentium conſolationum ad hyemem futurarum tribulationuꝫ venimus. Nam ſicut videmus ꝙ in inſulam non intramus niſi per mare prius tranſfretemus. ſic nec paradiſum ingredimur. niſi primo duꝫ viuimus per mare tribulationuꝫ tranſeamus. Et hoc quidem dicit apoſtolus Actuum. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare regnum celorum. Et aduerte ꝙ mundi tribulationes ſunt

Plurime et ingruentes.
Intime et adherentes.
Optime ⁊ preualentes.

Primū probat ipſaꝝ multitudo que ſemper augmentatur. Per multas tribulationes. Secundū ipſaꝝ certitudo que nunꝙ euitat. Oportet inquit. Tertiū celeſtiū plenitudo que per has reparat. Intrare in regnuꝫ celoꝝ inquit. Et ſic dico ꝙ tribulationes. Mirabiliter ſolent excreſcere. Per multas tribulatiōes. Infallibiliter ſolent ꝯtingere. Opꝫ. Multipliciter ſolent ꝓficere. Intrare in regnū celoꝝ. ¶ Primo dico ꝙ iſte ſunt mirabilr̓ excreſcētes: qꝛ multas inqt. Nā ſicut videm9 ꝙ B

Mare concutit multis fluctibus.
Terra ſtringit multis frigoribus.
Aer vero mouet multis flatibus.

Sic vere hō ꝙdiu viuit hic tribulat diuerſis aduerſitatibus. Nā ſicut elementa non vni impreſſioni ſeu alterationi ſed multiplici mutationi ⁊ inqetationi ſubijciuntur. Sic procerto homo nō vna tribulatione poteſt tranſire: quinimmo multas ⁊ magnas tribulationes habꝫ neceſſario preſentire. ps. Quantas oſtendiſti mihi tribulationes: vt. ſ. Nam ſicut dicit Iſid. de ſummo bono. Impoſſibile eſt ꝙ hō ⁊ tribulationes nō ſentiat ⁊ ad celoꝝ gaudia ꝑueniat. Per multas inqt. Qꝛ ſicut dicit in ps. Multe tribulationes iuſtoꝝ. Nauis enim qñ tranſit ꝑ mare multis ventorū impulſibus multis aquaꝝ fluctib9. multis pirataꝝ inſultib9 ſubijcit: ⁊ cū vnū ꝑtrāſierit ad aliđ deuenit ⁊ quouſꝗ ad portū venerit: nunꝙ tuta aut ſecura. nunꝙ immunis aut libera iudicat. Sic v̓e ꝙdiu hō nauigat in mari hui9 amare vite ſemꝑ de vna tribulatiōe ad aliā deuenit ⁊ cū euaſiſſe ſe credit. ſubito tribulamina noua ſentit: ita qđ tribulationes ſeculi nunꝙ euadimus. quouſꝗ ad portū ſalutis paradiſi ⁊ ad mortis terminū attingamus. Per multas inqt. Qđ bene Job. v. ſenſerat. qui dicebat in ſex tribulationibus liberabit te. ⁊ in ſeptima nō tanget te malū. Sex em̄ tribulationes qbus in hoc mūdo affligimur ſunt dolor: labor: eſuries: timor. infirmitas ⁊ caſus. Septima v̓o mors in qua malū temporale nō tanget nos amplius. Cauſa quare tot ⁊ tantas poſuit deus tribulationes in dorſo noſtro eſt iſta ſm̄ Grego. vt. ſ. dū iter preſentis vite plenū tribulationibus inuenimus. ibidem ſiſtere pedē non amemus. ⁊ ne viā ꝓ termino acceptemus: ſed vt tribulationibus impulſi alibi quietē queramus. ⁊ ꝑ bona opa ad patriā ꝓperem9 ⁊ eterne vite terminū totis viſceribus affectemus. Ceruicem ⁊ alie fere non libenter conſueuerūt morari in illa parte nemoris vbi ſolent quotidie a canibus ⁊ venatoribus moleſtari. Sic vere homo in mūdo morari non debet appetere: vbi tot inſultibus canum ⁊ venatoruꝫ ideſt tot tribulationibus ⁊ temptationibus demonuꝫ ⁊ tyrannoꝝ ſe videt totiens ſubiacere. Judith. viij. Per multas tribulationes tranſierūt fideles. Sic igit patꝫ ꝙ tribulationes ſunt mirabiliter excreſcētes. Per multas inqt. ¶ Scđo dico ꝙ iſte ſunt īfallibiliter ꝯtingētes. opꝫ inquit. q. d. neceſſariū eſt ꝙ veniant. Nā ſicut video ꝙ motus ⁊ mutatio naturaliter inſunt mari. intantum ꝙ de ꝓpria ꝯditione maris eſt ꝙ cōtinue moueat. C
Ignis etiā eſt elementū valde mobile: ventorūꝗ flatibus agitabile ⁊ turbabile. Aer etiam valde eſt paſſibile elementū. ita ꝙ quidiuerſis impreſſionibus ſupponitur. ⁊ per ſuperioꝝ influentiam de vna qualitate ad aliā tranſmutat. ⁊ inde eſt ꝙ ibi nunc ventus. nūc pluuia. nunc grando. nunc tonitrua. nunc eſtus. nunc frigus generat. Sic ꝓculdubio charíſſimi: qꝛ motus ⁊ fluxus tribulationū nobis inſunt naturaliter adherētes

Ayuntamiento de Madrid

τ erga nos contingentes neceſſario a proprietate con∕ditionis humane neceſſario habemus mūdi miſerijs ſubiacere τ tribulamina ſuſtinere: quod oſtenditur cū dicitur. Oportet. Quia etiam ſicut dicitur Luc. xxiiij. Oportuit pati chriſtum et ita intrare in gloriam ſuā. Et bene dicit Oportet. quia procerto impoſſibile eſt ꝙ etiam vna ſola dies ſine tribulatione tranſeat. Unde etiam ſm Homerū. Antiqui iuxta iouem duo vaſa a dextris et a ſiniſtris pingebant. per hoc dantes intelli∕gi ꝙ iupiter idest deus et fortuna duo habēt dolia vnū plenum tribulatione: et aliud plenum conſolatione: ita ꝙ quotiens aliquem de dolio conſolationis et pro∕ſperitatis potant: ſemper aliquid de dolio tribulatio∕nis miſcent. τ econuerſo nunꝙ ita homo dolio tribu∕lationis potatur. quin ſemper ſit ibi aliquid de conſo∕latione mixtum. Oportet inquit. Quod bene de illo rege legitur: qui malis gratibus fortune diem letum tranſire voluit: et tamen a caſu oculum perdidit: et ſic fortuna ſuum maximum gaudium in tribulationem maximam commutauit. Quia ſicut dicit verſificator. Poſt vinū verba poſt hymbrem naſcitur herba. Poſt flores fructus: poſt maxima gaudia luctus. Oportet inquit. Marci. viij. Oportet filium hominis pati. Et j. Petri. j. Nunc oportet triſtari in varijs tribulationi∕bus. Eſaie. v. aſpiciemus in terram et ecce tenebre tri∕bulationis. Et quia igitur chariſſimi: tribulationes ſunt ſenſus et tributum ad quod reddendum natura eſt obligata: onus ad quod portandum eſt ſubiugata. iugum ad quod trahendū eſt alligata. ipſas debemus benigniter portare et humiliter in patientia ſuſtinere. Exemplo cameli qui ad ſuſtinendū onus voluntarie ſe inclinat. Et exēplo formice que onus maius ꝙ ipſa ſit ſecum portat. Galat. vj. Unuſquiſꝙ onus ſuū por∕tabit. Aduerte tamen ꝙ ſi infirmos nos ſentimus tri∕bulationes non appetere: ſed fugere debemus. Quia ſicut apes in hyeme latitant in cauernis. quia propter viriū paruitatem ſi exterius egrediuntur. ventis prui∕nis et pluuijs obruuntur. τ propter hoc tali tempore ſo∕lent latitare et ſerenitatem temporis expectare. Sic ve∕re infirmi debent aſperitatem tribulationum fugere. τ ne ſuccumbant ad tempus donec tranſeant latitare. Exemplo chriſti qui gerens perſonam infirmorū. ſi∕cut dicitur Johannis. viij. Judeis ipſum lapidare vo∕lentibus: ſe non oppoſuit: ſed de templo exiens ſe ab∕ſcōdit. pſal. Jn tribulatōe inuocaſti me: exaudiui te in abſcondito temp. ꝛc. Jſta etiam faciebant ſancti: quia ſicut apes quando preſentiunt diem ſerenum: volant ad paſtum. al's in ergaſtulo ſuo manent. Sic antiqui∕tus ſancti viri quando ſerenitas pacis ſe offerebat ad predicandum currebant. quando tyrannorū rabies ſe∕uiebat ſe in latibulis abſcondebant. et cum diſſimula∕tione malicie cedebant. et importunitatem temporis pertranſibant. Job. xv. Terrebit eos tribulatio τ angu∕ſtia. Patet igitur ꝙ tribulationes ſunt infallibiliter contingentes. Oportet inquit. Ut etiam chriſto dicat quilibet illud Math. xxvj. Et ſi me oportuerit mori te
D cum non te negabo. ¶ Tertio dico ꝙ mundi tribula∕tiones ſunt multipliciter preualentes ſeu proficientes quod oſtenditur cum dicitur. Jntrare in regnum celo∕rum: Supponit enim ꝙ per tribulationes introitur τ acquiritur regnū dei. Apoca. j. Ego Johannes frater veſter τ ſocius τ particeps in tribulatione τ regno. Et ideo de vtilitate quam per tribulationem acquirimus poſſumus dicere ꝙ per iſtas

Mentaliter eleuamur.
Humiliter inclinamur.
Utiliter caſtigamur.
Faciliter adiuuamur.
Nobiliter ſublimamur.

¶ Dico ergo ꝙ mūdi tribulationes nos faciūt mēta∕liter eleuari: q. ſ. ſicut ꝙuis per impulſum venti ignis prematur τ turbet inde tamen fortius accenditur τ ſur∕ſum erigitur τ leuatur. Sic vere homo impulſus et li∕beratus quis in mente turbetur. ſolet tamen exinde in deum per charitatem fortius accendi: τ ad deū per deſiderium erigi: τ ad ipſum per orationis ſuffragium eleuari. ps. Ad dominū cum tribularer clamaui τ ex∕audiuit me: Quia ſm Grego. Mala que nos hic pre∕munt: ad deum citius venire cōpellunt. Jgnis enim ſa∕lamandram dicitur nutrire et acetum apes mortifica∕tas oleo dicitur viuificare: quia procerto ignis τ ardor tribulationis a morte peccati ſolet ſaluare: τ vitā cha∕ritatis τ gratie generare. Thobie. iij. Hoc procerto ha∕bet omnis qui colit te. quia vita eius ſi in probatione fuerit coronabitur. ſi autem in tribulatione fuerit libe∕rabit. Facit ergo tribulatio mentaliter eleuari. ¶ De∕inde dico ꝙ nos facit humiliter iclinari. Limax enim ſi tangitur: ſtatim in propriam teſtudinem recluditur que tamen antea elatis cornibus ferebatur. Quia vere homo tribulationibus tactus. ſolet cornua preſum∕ptionis et ſuperbie deponere. τ ad ſeipſum redire. et in teſtā humilitatis ſe recludere et ſopire. Sopho. j. Tri∕bulabo homines et ambulabunt vt ceci. Et ps. Juxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde et humiles ſpiritu ſaluabit. Facit ergo tribulatio nos humiliter inclinari. ¶ Etiam facit nos vtiliter caſtigari. Quia ſcilicet ſicut leo caſtigatur videns catulum verberari. Elephas etiam verberibus caſtigatur. ſic iuſtus tam in ſe ꝙ in aliis tribulationū verbera vigere videns: ſi ſa∕piens eſt caſtigatur τ timet et a malo abſtinet atꝗ ca∕uet. Thobie. iij. Jn tempore tribulationis peccata di∕mittis. Facit ergo tribulatio vtiliter caſtigari. ¶ Deni∕ꝙ dico ꝙ facit nos faciliter iuuari. Deus enim liben∕tius iuuat tribulatos ꝙ alios. Exemplo apum que ſo∕cias fatigatas ſolent portare. Exemplo elephantum qui ſocios vulneratos ſolēt defendere τ iuuare. ideo de homine tribulato dicit deus in pſal. Cum ipſo ſum in tribulatione eripiam eum et glorificabo eum. Et iterū Jn tribulatione dilataſti mihi. Facit ergo tribulatio vtiliter iuuari. ¶ Quinto vero dico ꝙ nos nobiliter fa∕cit ſublimari. q̄ ſcilicet per tolerantiā tribulationis pertingimus ad regnū perpetue ſaluationis. Aurum eni qd ſine diminutione ſuſtinet ignē meli⁹ reputatur. τ in theſauro ponitur τ ſeruatur. Sic vere illos quos ignis tri∕bulatiōis nō cōſumpſit: ſed pbauit τ purgauit in the∕ſauro paradiſi erūt repoſiti τ corona celeſtis glie coro∕nati. Eſa. xxij. Coronās coronabit te tribulatiōe. Patꝫ igitur quō tribulatio ē vtilis. τ quō p tribulationē veniūt nobis miſta bona. Uide infra de vtilitate paragrapho. Scđo dico. Et ide eſt pculdubio ꝙ ſancti ſtatū tribu∕latiōis elegerūt. τ p ipm ad regna celeſtia puenerūt. et iſtud eſt tertiū autoritatis. Jntrare inqt regnū celoꝝ. Eccl. iiij. De carcere educitur ad regnū. Et bn dico ꝙ tri∕bulatōes mūdi hnt vtilitatē hnt neceſſitatē. hnt plura∕litatē. Sufficit ergo vidē. ſ. d affligere. pcutere τ ꝯſilib⁹ i alijs titulis ifinitis: vbi pticulr̄ d tribulatiōe tractat.

## Tribus.

Nota ꝙ trib⁹ idē eſt qđ genus. Eſt enī tribus collectio populi eiuſdē conſan∕guinitatis vel generis. Et ideo poſſū notare ꝙ in ſcri∕ptura inuenitur B

Tribus bonorū τ perfectorum.
Tribus malorū τ iniquorum.
Tribus ſanctoꝝ τ beatorū.
Tribus prauorū et damnatorum.

¶ De tribu eni bonoꝝ dr̄ in ps. Nō deus elegit tribū iuda: monte ſyon quē dilexit. Juda eni interpretatur ꝯfi∕tens: ſignās iuſtos q deū ꝯfitentur τ laudāt. Trib⁹ enim iſtoꝝ deū ſeqtur. τ ab ipſo bndicitur τ iuuatur. Nō eni deus ſequitur. p3. iij. Reg. xij. ꝙ nō eſt ſecutus quiſꝙ domū da∕uid pter tribū iuda ſolam. ꝙ etiam a deo benedicitur: pa∕tet in ps. Jn ipſo benedicentur oēs tribus terre: omnes gentes magnificabunt eū. ¶ De tribu maloꝝ dicitur Apoc. xiij. ꝙ beſtie. i. diabolo data eſt ptās ſup omnem tribū ꝛc. ¶ De tribu beatoꝝ dicitur in ps. ꝙ deus habi∕tare fecit in tabernaculis ſuis tribus iſrael. i. collegiū videntium deum. ¶ De tribu vero damnatorum dicitur

Apoca

Ayuntamiento de Madrid

Apoc.j. Ecce veniet cū nubib⁹.⁊ videbit eū oīs oculus ⁊ plangent ſe ſuper eū oēs tribus terre.i. oīa genera dānatorum ⁊c.

A **Tributum. tributarius.** Tributū dicitur a tribuo is.co ꝙ in ſignū ſubiectiōis ⁊ ſeruitutis tribuatur. Et ideo poſſumus dicere ꝙ in ſcriptura inueniuntur quinqꝫ genera tributoꝝ.ſ.

Tributum perfectionis.
Tributum ſubiectionis.
Tributum afflictionis.
Tributum infectionis.
Tributum damnationis.

¶ Eſt dico tributū gratie ⁊ ꝑfectiōis:⁊ illud eſt tributū bonoꝝ operū qđ deo ſcilicet a ſeruis ſuis redditur.⁊ qđ ad reddendū quilibet obligaſ. et de hoc diciſ Geñ. xlix.vbi de yſachar diciſ.ꝙ vidit requiē ꝙ eſſet bona:et terram ꝙ eſſet optima:⁊ ſuppoſuit humerū ad portandū factuſqꝫ eſt tributis ſeruiens. ¶ Item eſt tributuꝫ penitentie ⁊ ſubiectionis.iſtud eſt quando homo carnem ⁊ mundū ſubījcit ſibi ſeruire:⁊ tributū obedientie reddere compellit.Unde de bonis q̄ ſibi ſubījciūt motus carnales diciſ Joſue.xvij.Filij iſrael ſubiecerūt chananeos ⁊ fecerunt ſibi tributarios. Filij eñ iſrael chananeos delere penitus nequerunt ip̄os tamen ſubiecerunt ⁊ ſub tributo viuere dimiſerunt. ſicut diciſ Joſue xvj.Quia ꝑcerto iuſti non poſſunt delere chananeos. ideſt motus carnales.⁊ ideo in terra carnalitatis noſtre neceſſe habent remanere ſub tributo tamen ⁊ ſub lege ſeruitutis debent viuere: ⁊ rationis motibus obedire.ij.Reg.viij.Facta eſt ſyria ſeruiens dauid ſub tributo.Et.iij.Reg.ix.Quos non poterant filij iſrael exterminare fecit ſamſon tributarios. ¶ Item eſt tributū miſerie ⁊ afflictionis. ⁊ iſtud eſt tributū tribulationū mundi.ſcilicet laboris:doloris:mortis ⁊c. qđ ſuper humanū genus fuit impoſitum quando de paradiſo fuit eiectum. Unde de ciuitate hieruſalem per quam poterat deſignari humana natura dicitur Treñ.j. Facta eſt quaſi vidua domina gentium.princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.¶ Item eſt tributum culpe et infectionis.Anima enim tributaria dyabolo efficitur quando ſibi per peccatū ſubiugaſ. Nam anima que peccando dyabolo ſeruit tributū malorum operū ſibi reddit.Prouerbio.xij. Manus fortiū dominabitur:que autem remiſſa eſt tributis ſeruiet. ¶ Item eſt tributuꝫ pene ⁊ damnationis.⁊ iſtud eſt illa pena quā ex perpetuo tributo luunt miſeri in inferno.Heſter.x. Cūctas maris inſulas fecit tributarias.Inſule enim que ſunt in mari ſignant: animas que ſunt in amaritudine infernali.Et ſic dico ꝙ eſt tributum pene ⁊ turbationis.Et ſic patet quomodo ſunt quinqꝫ genera tributorum.

A **Triſticia. triſtis.** ¶ Nota ꝙ triſticia eſt dolor animi aliquādo ab interiori.aliquando ab exteriori cauſa proueniens. Poteſt igitur inueniri triſtitia bona ⁊ mala.Uñ nota ꝙ eſt triſticia

Commendabilis.
Deteſtabilis
Formidabilis.

Pria ē triſticia hoim ꝑfectoꝝ.qr.ſ.viri iuſti in hac vita nunꝙ̄ ſunt leti: ſed more colūbe ſemꝑ ſunt triſtes:meditātes ⁊ gemebūdi.Et de tali triſtitia diciſ Eccl's.vij.Cor ſapiētis vbi triſtitia.¶ Scđa eſt triſticia hoim peccatoꝝ q.ſ.ex mūdi īfortunijs facil'r ſunt triſtes:⁊ aliqñ deſperantes.de qua Eccl'i.xxx. Triſticiā longe repelle a te.¶ Tertia eſt hoim damnatorū. qui ſcꝫ ſunt in perpetua triſticia ⁊ merore. de qua pōt dicere quilibet damnatus illud.j. Macha.vj. Ecce pereo triſticia magna in terra aliena.Igiſ dicamus aliq̄d de triſticia commendabili ⁊ v̄tuoſa. Iſta eñ eſt triſticia que ꝯtrariaſ leticie mūdane:qr ſancti in hac vita raro letanſ ⁊ ſepe ꝑ ſpūalem triſticiam deſolanſ. Sol eñ in veſpere apparet pallidus.ſic vere homo q̄ ꝓpe veſperaꝫ mortis ſe exiſtimat:fit faciliter gemebūdus.j. Eſdr.ix. Sedebaꝫ triſtis vſqꝫ ad veſpertinū ſacrificiū. Et aduerte ꝙ quatuor ſunt que faciūt hominem ſpūaliter eſſe triſtem.ſ.quando conſiderat

Iram offendiſſe numinis ingentis.
Culpam cōmiſiſſe criminis labentis.
Penā incurriſſe turbinis preſentis.
Ignem acquiſiſſe fulminis ſequentis.

¶ Triſtaſ etiam iuſtus qñ videt ſe
Offendiſſe maieſtatem ſuperiorem.
Commiſiſſe prauitatem interiorem.
Incurriſſe aduerſitatem exteriorē.
Acquiſiſſe penalitatem poſteriorem

¶ Dico igiſ primo ꝙ homo dꝫ triſtari ex offenſione maieſtatis diuine.Qr ſicut homo triſtis efficiſ quando rex ſuper ipſum offenditur ⁊ iraſciſ. Sic homo triſtis ⁊ pallidus debet eſſe quando regeꝫ celi ſe grauiter videt offendiſſe.Malac.iij.Ambulauimus triſtes coram dño exercituū. ¶ Scđo dico ꝙ dꝫ triſtari ex cōmiſſione interne prauitatis:qñ ſe videt feciſſe facta vilia et enormia.Exēplo crocodili q̄ vidēs ſe offendiſſe hoīeꝫ diciſ triſtari ⁊ dolere qđ etiā de harpia inueni ſcriptuꝫ Uñ Baruch.ij.Non mortui q̄ ſunt in inferno dabunt honorē ⁊ iuſtificationē dño ſed anima triſtis ſuꝑ multitudine malicie ſue incedit curua ⁊c. ¶ Tertio dico ꝙ homo debet triſtari ex incurſione aduerſitatis mūdane.Quia.ſ.homo qui bene conſideraret quot miſerijs ⁊ tribulationib⁹ humana natura ſubījciſ: nunꝙ̄ gauderet aut letareſ.ſed omni tꝑe triſtareſ.d.alijs in miſeria poſitis illud Mar.xiiij.Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortem:ſuſtinete adhuc modicū ⁊ vigilate mecum. ¶ Quarto debet triſtari ex inſpectiōe penalitatis eterne. ¶ Quia ſcilicet conſideratio iudicij ⁊ inferni facit hoīem triſtem:ſicut carceratus dꝫ triſtari qñ ꝯſiderat ꝙ eſt neceſſario iudicandus:⁊ ꝙ adhuc eſt in periculo vtruꝫ ſit ad patibulū iudicandus. Eſa.xxix. Circūuallabo ariel ⁊ erit triſtis ⁊ merens. Iſta eſt igiſ bona triſticia:qr ꝑcerto boni timere ⁊ triſticiā habere debēt ⁊ nihilominus per ſpem ⁊ leticiā debēt gaudere.ij.Coꝝ.vj. Quaſi triſtes:ſemꝑ autem gaudentes. Bona eñ triſticia ſpem ⁊ conſolationem comitatur. et finaliter in eterne ſalutis gaudiū commutatur. Iuxta illud Job. xvj.Mundus autem gaudebit:ſed triſticia veſtra vertetur in gaudiū.Patet ergo ꝙ eſt vna triſticia cōmendabilis ⁊ virtuoſa. ¶ Adhuc dico ꝙ eſt quedam triſticia deteſtabilis ⁊ vitioſa.ſic eſt triſticia peccatoꝝ qui ſine cauſa triſtanſ.⁊ non ponentes in deo ſpem ſuam ꝓpter mūdi fortunam vſqꝫ ad deſperationem aliquādo deſolantur.Unde Eccl'i.xxx.Ne dederis in triſticiā cor tuū:ſed expelle eā a te.Unde etiam Math.vj.dicit dominus. Nolite fieri ſicut hypocrite triſtes. quaſi diceret non ſolum triſticia vera:immo etiaꝫ triſticia hypocritica eſt deteſtanda.Qr ſicut dicitur Eccl'i.xiiij.Beatus homo qui non habuit animi triſticiaꝫ ⁊c. Unde de timore ⁊ dolore ⁊c.

A **Triticum.** ¶ Triticum eſt granum quoddam quod melius inter alia reputatur:et quod ad victum hominum ſpecialiter deputatur. Poſſum ergo intelligere ꝙ triticū ſignificat

Perfectionem virtualem.
Refectionem cordialem.
Collectionem ſpiritualem.
Poſſeſſionem temporalem.
Nutritionem ſupernalem.

¶ Primo dico quod triticum ſignat perfectionem virtualem:quia ſcilicet triticum ſignificat gratias.ſcientias et virtutes quas in corde debemus ſeminare.vt inde bona ſcilicet opera poſſint pullulare.j. Regum.vj. Bethſamite meteba̅t triticū i valle. Multi tñ triticū bone doctrine recipiunt.⁊ ipſi bona opera non faciunt nec ꝓducūt. Sicut eñ diciſ Mat.xiij. Inimic⁹ homo in tritico zizania ſeminauit:⁊ ſic totam fructuū copiā deprauauit.Unde Hiere.xij. Seminauerunt triticum

Ayuntamiento de Madrid

⁊ meſſuerūt ſpinas. Et ideo ꝓpter defectū talis tritici
poteſt dici illud Joelis.j. Luxit humus qm̄ vaſtatū eſt
triticū. Significat ergo virtutū perfectionē. ¶ Secū
do dico ꝙ ſignat ſacramenti refectionem: q̄r .ſ. triticū
ſignificat corpus xp̄i quod nobis concedit in ſacramē
to altaris. De quo Oſee.xiiij. Uiuent tritico et germi-
nabūt vt vinea. Et Exod.xxix. Lagena azima oleo aſp-
ſa de ſimila triticea facies. ¶ Tertio dico ꝙ ſignificat
iuſtoꝝ collectionem. Juſti enim ſunt triticū qui cum
flagello tribulationū de paleis vitioꝝ purgantur ⁊ in
horreo paradiſi reponūtur. Unde Math.xiij. Congre
gabit triticū in horrea. paleas aūt comburet igni inex
tinguibili. ¶ Quarto dico ꝙ ſignificat tēporaliū poſ-
ſeſſionē. Copia enim tritici eſt iſtud quo multi homi
nes ſunt ditati. ⁊ ideo per triticū poſſunt mūdi diuitie
deſignari. Legimus enim.ij. Regū.iiij. Q̄ dū ancilla
oſtiaria purgando triticū obdormiret latrones ſubin-
trauerunt. qui regem iſrael occiderūt. Quia ꝓ certo dū
oſtiaria ſenſuū naturalium ſcilicet diſcretio circa tem
poralia occupata obdormit: rex iſrael. ideſt ratio que
eſt regina anime per latrones. ideſt demonum tenta-
tiones damnabiliter ſuffoditur ⁊ necatur. ⁊ ideo debe-
mus nos tale triticū ſpernere: et ab ipſo quanto pote-
rimus abſtinere. Exemplo illorum de quibus dicitur
Actuū.xxvij. Q̄ alleuiabant nauem iactantes triticū
in mare. ¶ Quinto dico ꝙ ſignificat celeſtē nutritio-
nem. Unde xp̄s in paradiſo eſt ille ſeruus de quo dicit
Luc.xij. quē conſtituit dominus ſuper familiā ſuā ⁊c.
Uide.ſ. de frumento ⁊ ſufficit.

A **Thronus.** Cū thronus ꝓprie ſit locus in quo
reges vel iudices ſolent ſedere. Poſ-
ſum notare ꝙ in ſcriptura inuenit generaliter triplex
thronus. ſ. Thronus
Jn quo ſedet ſummus imperator.
Jn quo ſedet iuſtus iudicator.
Jn quo ſedet prauus dominator.
Primus eſt thronus dei ſuperioris: q̄r ſicut in ps. Se-
des ſuper thronū qui iudicas iuſticiam. Secundus eſt
thronus iuſti predeceſſoris ſcilicet boni prelati. de quo
Eſaie.xxviij. Spiritus iudicij ſedet ſuper thronos. Ter
tius eſt thronus crudelis exactoris. de quo Eccleſiaſti
ci.xj. Multi tyranni ſederunt in throno. ⁊ inſuſpicabi
lis portauit dyadema. Igit dicamus de throno dei vel
de throno bono boni iudicis vl' prelati. ¶ Dico igitur
primo ꝙ inuenitur thronus maieſtatis diuine. Sicut
eñ reges mundi habent thronos vel ſedes diuerſos in
quibus diuerſis temporibus ſedent ſcilicet.
Unū in hoſpitio ad quieſcendū.
Unū in conuiuio ad comedendū.
Unū in iudicio ad ius reddendū.
Unū in palatio ad preſidendū.
Sic vere deus habet quatuor genera thronoꝝ. ſcilicet
Pudicicie virginalis. Conſciētie virtualis. Preeminē-
tie iudicialis. Excellentie imperialis. Jn primo throno
ſedet habitans perſonaliter. Jn ſecūdo throno ſedet vi
ſitans ſpiritualiter. Jn tertio ſedebit iudicans terribi-
liter. Jn quarto ſedebit imperans mirabiliter. ¶ Pri
mus ergo thron⁹ dei eſt v̄ginalis pudicicie. Uirgo eñ
fuit ille thronus. de quo dicitur Apocal.xx. Uidi thro-
num magnum et candidum et ſedentem ſuper eum: q̄r
ſcilicet iſta fuit magna per charitatis latitudinē. fuit
candida per puritatis ſanctitudinem. fuit thronus et
ſedes per equitatis rectitudinē. Et ideo figuratur be-
ne in throno ſalomonis. de quo dicitur.iij. Regum.x.
Q̄ rex ſalomon fecit ſibi thronum de ebore grandem
qui auro puriſſimo tegebatur. ad quem ſex gradibus
aſcendebatur: ⁊ in gradibus duodecim leunculi aurei
ponebant. Quia vere chariſſimi rex ſalomon chriſtus
thronum ſuum ſcilicet virginem benedictam mirabili
ter fabricauit ebore interioris candide caſtitatis auro
exterioris fulgentis honeſtatis veſtiuit mirabiliter et
dotauit. Circa ergo iſtam.xij. leunculi.xij. apoſtoli fue
runt conuerſati et ad ipſam per ſex gradus ideſt per
ſex pietatis opa ſublimati. Et ideo breuiter d' iſto thro
no dicitur Eze.hi.j. Quod ipſe vidit ſuper firmamen-
tum ſimilitudinē throni ſimilem filio hominis. Jſta
enim ſuper firmamentum fidei fuit fundata. et ipſi fi-
lio dei thronus et habitaculum fabricata. Unde deus
pater potuit dicere illud.j. Paralipo.xxviij. Elegi ſalo
monē filiū meum vt ſederet in throno regni. Jſte eſt er
go thronus virginalis pudicicie. ¶ Secundo dico ꝙ B
eſt thronus virtualis conſcientie. Conſcientia enim vi-
ri iuſti eſt thron⁹ ⁊ ſedes xp̄i. Thron⁹ eñ quo ſedet rex
Solet eſſe mundus. Sic vere vir
Solet eſſe firmus. iuſt⁹ ad hoc
Solet eſſe altus. ꝙ ſit thron⁹
dei debet eſſe mundus per innocentiam.ij. Regū.xiiij.
Rex autem ⁊ thronus eius ſit innocens. Firmus per
conſtantiam.j. Paralypo.xvij. Thronus eius erit fir-
miſſimus imperpetuum. Altus per contemplationis
eminentiam. Eccleſiaſtici.xxiiij. Ego in altiſſimis ha-
bito et thronus meus in columna nubis. Jſte eſt thro-
nus virtualis cōſcientie. ¶ Tertio dico ꝙ eſt thronus
iudicialis eminentie: quia ſcilicet ipſe deus ſedebit in
iudicio in throno iuſtitie ⁊ equitatis et in ſede iudicia-
rie poteſtatis. de quo dicitur Dañ.vij. Thronus eius
flamme ignis rote eius ignis accēſus. fluuius igneus
rapiduſꝙ egrediebatur a facie eius. et loquitur de an-
tiquo dierum. ideſt de deo adueniente in iudicio mun-
dum iudicaturo. quia ſcilicet thronus iſte eſt ſeuerita
te plenus: ita ꝙ igni et flāme ⁊ flumini rapido ⁊ igneo
merito poterit comparari. Quia ſicut dicit Apoc.iiij.
De throno ꝓcedebant fulgura ⁊ voces ⁊ tonitrua. Jſte
ſunt thronus in quo
Pauperes ſaluantur.
Pauperes aſſecurantur.
Pauperes exaltantur.
Q̄ enim ibi ſaluantur ⁊ eripiantur a tyrannis. patet
Apocal.xij. vbi dicit. Q̄ filius mulieris raptus eſt ad
deū ⁊ thronū eius ne a dracone deuoret. Jtem ꝙ ibi aſ-
ſecurentur ⁊ tueantur a nociuis. patet. Hebre.iiij. vbi
dicit. Adeamus cum fiducia ad thronum gratie eius.
Jtem ꝙ ibi promoueantur ⁊ exaltentur. patet Math.
xix. Et Luc.xxij. vbi dicitur. Uos qui reliquiſtis oñia
et ſecuti eſtis me cū ſederit filius hominis in ſede ma
ieſtatis ſue ⁊c. Jſte eſt thronus iudicialis eminentie.
¶ Quarto dico ꝙ eſt thronus imperialis excellentie:
q̄r ſicut imꝑator ſedet in palatio, Sic de⁹ ſedet in thro-
no celi. Unde Math.v. dicit. Q̄ celū thronus dei eſt.
Jn iſto ergo throno et in excellentia ſue maieſtatis ſe-
dens dñs ſolet ad libitū de creaturis ⁊ coꝝ operibus or
dinare: ⁊ ſm̄ ſecreta ſue occulte ꝓuidentie ſolet multa
⁊ varia differre. Apoc.xxj. Et dixit q̄ ſedebat in throno
ecce noua facio oīa. Jn iſto etiā throno ſolent angeli
⁊ beati ſeruire ⁊ multipliciter eū honorare. Uñ de ipſis
dicit Apoc.xiiij. Q̄ ſine macula ſunt ante thronū dei
Et ſic ergo p̄z qūo deus quadruplicē habet thronum.
Et ita dico ꝙ ī ſcriptura inuenit thronus maieſtatis
diuine. ¶ Sed adhuc dico ꝙ inuenit thronus dignita C
tis humane. Per thronū eñ ītelligit vt dictū eſt ꝑtās
iudiciaria prelatoꝝ ita ꝙ quilibet dꝫ dicere illud Eccli
xxiiij. Ego in altiſſimis habito ⁊ thronus meus in co-
lumna nubis. Ubi aduerte ꝙ ꝑſidentes debent habe-
re quatuor conditiones. Debent eñ eſſe
Contemplādo ſublimiores. Ego in altiſſimis habito.
Judicando maturiores. Thronus meus.
Preſidendo conſtantiores. Columna.
Miſerando benigniores. Nubis.
¶ Dico ergo ꝙ iſte thronus dꝫ habere ſublimitatē in
contēplando. Jn altiſſimis inq̄t habito: q̄r regulam iu
ſtitie dei ⁊ deū ſemper debꝫ pre oculis habere. ⁊ quicq̄d
ad deum debet attendere ⁊ videre.iij. Regū.ij. Eleuet
thronus Dauid ſuper iſrael. Scriptor enim qui recte
vult ſcribere debet ſemper ad exemplar reſpicere. Sic
prelatus ⁊ iudex ad deum qui eſt ipſius regula ⁊ exem-
plar. Jn altiſſimis inquit habito. Deuterono.xxxiij.
Habitatio

Ayuntamiento de Madrid

Habitatio eius ſurſum. Habeat igitur iſte thronus ſublimitatem in conſiderando. ¶ Deinde dico ꝙ debet habere maturitatem in deliberãdo .ſ. quia iſti debent habere thronum: qui ſcilicet inſtitutus eſt ad ſedendum: non currendum. Thronus inquit meus. Ad denotandum ꝙ ad bonos iudices pertinet per precipitationem ſententiarum ⁊ proceſſuum non currere: ſed potius per deliberatiuam prudentiam in throno maturitatis ſedere. Math. xix. Sedebitis ſuper ſedes iudicantes ⁊c. Quod eſt contra multos fatuos ⁊ precipites iudices et prelatos de qbus pt dici illud Dan. vij. Thronus eius flamma ignis. fluuius igneus rapidus ꝗ egrediebatur a facie eius: quia ſcilicz thronus taliũ eſt igneus per rapacitatem: rapidus et violentus per indeliberatã celeritatem. Non ſic ergo: ſed habeat iſte thronus maturitatem in deliberando. Thronus inqt. ¶ Denique dico ꝙ debet habere ſtabilitatem in perſeuerando: quia ſcilicet iudex debet eſſet cõſtans. immobilis. ſtrennuus ⁊ audax: ita ꝙ nihil debet omittere de his que ſunt iuſtitie per ignorantiam aut timorem. qḋ oſtenditur cum dicitur. Colũna. que ſcilicet debet eſſe recta ⁊ firma. Ad denotandum ꝙ thronus iudiciarius debet habere rectitudinem iuſtitie et firmitatem conſtantie. Quia ſicut dicitur Prouerbiorum. xxv. Aufer impietatem de vultu regis. ⁊ firmabitur iuſtitia thronus eius vt ſic conſtanti et firmo iudici et prelato dicatur illud Hieremie. j. Ego quippe dedi te in ciuitatem munitam. ⁊ in colũnam ferream ⁊ in murum eneum. ⁊ debellabunt aduerſum te et non preualebunt. Habeant igitur ſtabilitatem in perſeuerando. ¶ Inſuper dico ꝙ iſte thronus debet habere benignitatem in compatiendo ſeu in miſerando. quod oſtenditur cum dicitur nubis. Quia ſicut nubes non ſolũ emittit ignem. immo loco ⁊ tempore ſtillat aquam. Sic iudex ⁊ prelatus non ſolum debet habere ignem rigoris et iuſtitie. immo etiam aquam dulcoris et gratie vel clementie: quia Prouerbiorũ. xx. dicitur. Miſericordia ⁊ veritas cuſtodiũt regem ⁊ roborabitur clementia thronus eius. Ut ſcilz iudex vel prelatus debet eſſe ſubditis in nube diei tota nocte in illuminatione ignis. Quod tamen eſt cõtra multos de quorum throno non procedit pietas ſed crudelitas Apoca. iiij. De throno procedũt fulg. vo. et to. vt ſupra. fulgura rapinarũ ⁊ exactionũ et deceptionum. tonitrua et voces etiam comminationum et tribulationum procedũt hodie de throno multorum iudicum ⁊ prelatorum. Iuxta illud. Preſidentes in thronis ſeculi ſunt hodie dolus ⁊ rapina. ⁊ dic totum finis Nõ ſic chariſſimi. ſed habeat iudiciarie poteſtatis clementiam: conſtantiã: prudentiã: iuſtitiã ſeu eminentiã. Sufficiat qḋ dictũ eſt de throno. vide de ſede. ſolio iudice ⁊ ſimilibus.

A **Tuba.** Cũ tuba ſit quoddaz inſtrumentũ ad vocem ⁊ ſonũ emittendum. Poſſumus notare ꝙ ſm ꝙ in ſcriptura ſonus et vox ſumuntur multis modis: ſm hoc tuba multipliciter poteſt ſumi. Nota igitur ꝙ in ſcriptura inuenio tubam.

| | |
|---|---|
| Ad iubilandum. | Prima eſt tuba laudationis |
| Ad conuocandũ. | Scḋa eſt tuba orationis. |
| Ad excitandũ. | Tertia eſt tuba pdicationis. |
| Ad deterrendũ. | Quarta ẽ tuba cõminatõis. |

¶ Tuba laudis ⁊ confeſſionis eſt qua vtũtur contemplantes q non ceſſant deũ laudare. ⁊ ipm ⁊ eius opera voce tubicina laudare ⁊ magnificare. Unũ in ps. Buccinate in neomenia tuba ⁊c. Unde. ij. Paral. xxix. dicit. Ut ſacerdotes ceperũt laudes canere domino: ⁊ clangere tubis ⁊ organis concrepare. ¶ Tuba planctus et orationis vtũtur penitentes qui in cõſpectu dei veniaz exorando vlulant atque tubant. vnde. j. Macha. v. dicitur de populo in tribulatione poſito dei auxilium implorante. clamauerũt in oratione. ¶ Tuba doctrine ⁊ excitationis vtunt predicantes q ſcilicet in conſpectu populi habent tubicinare. ⁊ mãdata dei declarare. vñ j. Macha. vj. Clamauerũt tubis ⁊ oſtenderũt elephantibus ſanguinem vue ⁊ mori. ¶ Tuba terroris ⁊ comminationis vtuntur iudicantes. qui ſcilicet ad terrorẽ aliorum malorum debent vti voce terribili et tubante. In ſignum cuius etiam in executionibus ſolent vti tubis. Unde Amos. iij. dicitur. Si clanget tuba in ciuitate ⁊ populus non expaueſcet. Unde etiam ad denotandum terrorem iudiciarie poteſtatis. quã dominus in iudicio pretendit. ſupponit ꝙ in extremo iudicio erũt tube. ſicut dicitur. j. Cor. xv. Canet enim tuba et mortui reſurgent incorrupti. Et Apocal. xix. Audiui quaſi vocem magnam tubarum multarum in celo. ¶ His B igitur premiſſis ſolũ de tuba predicationis erit aliqd dicendum. Per tubam enim intelligitur predicator et eius predicatio. Predicatores enim ſunt tube quibus ſpirituſſanctus clamat ⁊ reſonat verbum dei. Iuxta illud Nume. x. Fac tibi duas tubas argenteas quibus conuocare poſſis multitudinem. Scriptura etiam et predicatio ſunt tube quibus ſcilicet ſancti et doctores vtũtur quãdo per ipſos ad bonũ populi excitant. ⁊ qñ per ipſos ipſis mandata dñi exponuntur. Oſee. viij. In gutture tuo ſit tuba quaſi aqla ſup domũ dñi. Sicut enim tuba vtunt hoies. In ſolennijs populos ad ecclias cõuocando. In pſidijs ɔtra inſidias hoſtiũ pmuniendo. In prelijs ad pliũ milites excitãdo. In iudicio mãdata regũ pconizando. In cõuiuijs gaudiũ ⁊ leticiã deducendo. Sic vere tuba pdicationis ad multa eſt ⁊ erit neceſſaria. p iſtã enim ad celeſte feſtũ ⁊ ſolenniũ ɔuocamur Num. x. Quãdo congregandus eſt populus erit ſimplex clangor tubarum. Per iſtam contra hoſtiũ inſidias preparamur. Ezec. vij. Canite tuba pparent oẽs. Item per iſtam ad preliandũ viriliter contra temptationes hoſtiũ excitamur. Unde. j. Mach. iiij. dicit. Ut cũ nationes cõtra populũ iſrael adueniſſent exclamauerũt tubis filij iſrael magna voce. ſe ſcilicet alterutrum ad preliũ exhortando. Item per iſtam tubam de diuinis mandatis informamur. Apocalyp. j. Audiui vocem magnam quaſi tube dicentis mihi. quid vides ſcribe. Item per iſtã tubã ad leticiã cõuiuij inuitamur ⁊ animamur. ps. Laudate eũ in ſono tube ⁊c. Et breuiter tuba doctrine ⁊ pdicationis ad multa eſt vtilis. Igit plati ⁊ pdicatores talem tubã debent habere ⁊ cũ ipa pſallere ⁊ cantare. ⁊ bonos inſtruere ⁊ docere. malos vo deſtruere ac terrere. figurati Apoc. viij. vbi dicit. Ut ſeptem angeli qui habuerant ſeptem tubas preparauerunt ſe vt tuba canerent. Septem angeli vniuerſitatem pdicatorum ⁊ platorum deſignant. qui pculdubio angeli. i. viri angelici debent eſſe. Iſti ergo debent ſe pparare ad tuba canendũ. ⁊ ad pdicationis officiũ exercendũ. Ut ſicut dicitur. ij. eſdre. v. Steterũt ſacerdotes habentes ſtolas cũ tubis. Quod tamen eſt contra multos qui tubicinare neſciũt vel docere. Apoca. xviij. Uox cytharedorum ⁊ tuba non audiet in ea. Sed nõ ſic chariſſimi: q pcerto Eſa. lviij. pcipit ſic. Clama: ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam ⁊c. Uide ca. ſ. de clamare. vbi exponit vel ſ. de Annũciare.

**Tunica.** Nota ꝙ tunica cũ ſit quoddã indumẽtũ corporis. poſſum notare ꝙ ſicut ⁊ veſtis. ſic tunica multipliciter põt ſumi. Et ſic dico ꝙ inuenio in ſcriptura A

| | |
|---|---|
| Tunicam decoris. | Prima tuni |
| Tunicam honoris. | ca eſt que dz |
| Tunicam laboris. | indui et iſta |
| Tunicam meroris. | eſt tunica grẽ |
| Tunicam horroris. | ⁊ virtutũ. fi- |

gurata in tunica ſuperhumeralis que erat quoddam nobiliſſimũ ornamentũ de quo Exod. xxix. ꝙ fecerũt ſibi tunicã ſuphumeralẽ totam hiacynthinã. ¶ Secunda tunica eſt que dz integre cõſui. ⁊ iſta eſt tunica honeſte cõuerſationis. que dz eſſe integra ⁊ ɔſuta. Ut tñ eſt ɔtra multos. figurati in ſeruis dauid quos deboneſtauit rex amon. ſicut. j. Para. xix. Et pcidit eis tunicas a natibus vſque ad pedes: q pcerto multi ſunt hodie

Ayuntamiento de Madrid

quibus tunicam honeſtatis dyabolus ita precidit ꝙ nates.ideſt viles actus ſue luxurie ſunt patētes. Multi tamen ſunt quamuis iſtam tunicam habent exterius integram.ipſam tamen ſubtus habēt hypocriſi laceratam.Figurati in illis.ij.Macha.xij.Quibus ſub tunicis inuenta ſunt donaria ydolorum.Et ideo dñs vult ꝙ tunica honeſtatis ſit ſimplex.et nullā habeat hypocriſis foderaturam.Unde.Math.x.precepit ne duas tunicas habeamus quia ſi tunicam honeſtatis habeamus. nunꝙ debemus tunicam habere hypocritice falſitatis.Tertia tunica eſt que debet exui.et iſta eſt tunica bonorum temporalium quā debemus exuere ex affectu.quia. Luce.iij.precipitur.Si quis habet duas tunicas det vnam non habēti.Et ideo.j.Reg.xviij. legimus quod ſe expoliauit Ionathas tunica ſua ⁊ dedit eam dauid.¶ Quarta eſt tunica que debet ablui. et iſta eſt tunica carnis.Geñ.iij.Fecit dominus ade tunicam pelliceam quam debemus per penitentiā abluere et mundare.et iſta eſt tunica parua quam fecit mater ſamuelis eidem.Iſta eſt tunica quam filia dauid a fratre ſuo primogenito deflorata legit̃ ſcidiſſe.ij.Reg. xiij.vbi dicitur.Quod cinere aſpergens caput ſciſſa talari tunica virginitatem perditam deplorabat.Quia ſcȝ anima filia dei a ꝓprio fratre ideſt a dyabolo filio primogenito creaturarum corrupta.debet tunicā carnis per penitentiam ſcindere:cinere mortalis reſolutionis per conſiderationem ſe aſpergere.et gratiam perditam deplorare.¶ Quinta eſt tunica que dȝ deſtrui. et iſta eſt tunica peccati et inhoneſte conuerſationis. De qua.Cañ.v.expoliaui me tunica mea quomodo induam eam.q.d.non debeo. Unde in canonica Iude dicitur.Odientes eam que carnalis eſt maculatam tunicam.

## Tumulus. Uide ſupra de Sepelire.

## Tumultus. Uide.ſ̃.de clamore ⁊ diſcordia.

A ## Turbare.turbatio.

Nota ꝙ hō turbat̃ rōne timoris:vel ratione doloris:vel ratione terroris.Ideo poſſum breuiter notare quod inuenit̃ in ſcriptura turbatio quadruplex.ſ.

Uirtuoſa.
Uitioſa.
Doloroſa.
Uenenoſa.

Prima eſt turbatio hominum perfectorum.quia viri iuſti ſemper per ſpiritualem iuſtitiam turbantur.Uñ dauid dicebat in ṗs.Anima mea turbata eſt valde ſed tu domine vſꝙ quo.¶ Secūda eſt hominum peccatorū:qui ſine ratione turbantur. ⁊ nūꝙ ſpirituali leticia conſolantur.ṗs.Turbati ſunt oñes inſipientes corde.¶ Tertia eſt hominum miſerorum. quia tyrānis quotidie turbantur.j.Eſdre.iij.Factum eſt vt populus turbaret eos in edificando.¶ Quarta eſt turbatio hominum damnatorum.qui ſunt perpetua damnatione et turbatione:et deſolatione.Sap.v. B Uidentes turbabuntur timore horribili.et mirabunt̃ in ſubitatione inſperate ſalutis.¶ His premiſſis dicamus quod eſt quedam turbatio laudabilis.et quedam turbatio damnabilis. Eſt ergo quedaȝ turbatio laudabilis.et iſta eſt in qua boni in hoc mundo pauēt faciliter et turbantur.Ad virum enim ſimplicem et innocentē pertinet ꝙ de facili turbet̃. Res eñ turbide nō ſunt ſemper deteriores.ſed aliquotiens meliores.Uinū enim ruppellenſe ꝙ ſuper alia vina eſt ſapidum.raro ⁊ nunꝙ eſt bene clarum.ſed ſemper vt cōiter eſt in colore turbidū ⁊ obſcurū.Nilus etiaȝ nobiliſſimus fluuius q̃ irrigat egyptū.⁊ eſt de quatuor fluminibus paradiſi ſemper inuenit̃ turbidus.nunꝙ aūt limpidus vel clarus.Quid plura?in aqua eñ turbida homo melius piſcat̃.⁊ bibere aquā turbidā equus ⁊ camelus amplius delectant̃.Sic ꝓculdubio chariſſimi q̃ per dei timoreȝ ⁊ per contritionis dolorem ſpiritualiter ſunt turbati. ⁊ qui per inanem leticiam nunꝙ ſunt limpidi ſeu clari.meliores apud deū reputantur.⁊ in eis melius piſcatores ⁊ predicatores ſpiritualiter piſcantur. ⁊ a deo diliguntur.Homo enim turbatus timore citius predicationem recipit. Et ideo prudens predicator et piſcator primo ⁊ ante omnia peccatorē turbat.ei ſcilicet dei tribulamina indicando ⁊ preferendo:⁊ ſic capit eum facilius ⁊ conuertit.Sicut in ṗs.dicitur.Sonauerūt ⁊ cōturbate ſunt aque eorū.contur. ſunt mon. in for.eius. Sonauerunt ſcilicet predicatores. turbate ſunt aque ideſt audientes:conturbati ⁊ contriti ſunt montes ideſt ipſi ſuperbi peccatores. Et ideo breuiter de tali turbatiōe poſſunt deo dicere iuſti illud ṗs. Turbatus eſt a furore oculus meus.inueteraui inter omnes inimicos meos.Ubi aduerte ꝙ iuſtus turbatus eſt quadruplici ratione ſcilicet

Propter offenſionem regis ſuperioris
Propter amiſſionē lucis interioris.
Propter culpe commiſſionem exterioris:
Propter vexationē pene poſterioris

Pro primo dicitur. Conturbatus eſt a furore ſupple ipſius.Pro ſecūdo oculus. Pro tertio inueteraui ſcilȝ ꝑ peccatis.Pro quarto dicit̃ inimicos meos. ¶ Primo dico ꝙ turbati debemus eſſe de offenſione diuini rigoris.turbatus inquit a furore.Sicut enim vina turbida efficiuntur.quando forti tonitruo vel forti aeris motu concutiūtur.Mare etiam turbat̃.quando aſcēdente canicula aer feruentius inflammat̃. Animalia etiam turbant̃.quando rugitu leonis terrent̃.Sic vere iuſti viri turbidi ⁊ pauidi fiunt.quando tonitruū diuinorꝫ iudiciorꝫ percipiūt.quando feruorem diuini rigoris ſentiūt.⁊ quando rugitū diuini furoris audiūt.Dicunt enim iuſti ipſi deo Iob.xxiij. A facie ipſius turbatus ſum.⁊ conſiderans eum timore ſollicitor.Quia ꝓculdubio q̃ furorem diuine iuſtitie contemplaret̃. non mirū ſi continue turbaret̃.turbatus inq̃t a furore.ṗs. Domine in ira tua defecimus. ⁊ in furore tuo turbati ſumus .Turbemur ergo de offenſione diuini rigoris. ¶ Secūdo turbemur de amiſſione eterni ſplendoris. C oculus inquit meus.Homo enim non modicū turbaret̃.ſi lumen oculorꝫ ꝑdere cogeret̃. Aer eñ tūc turbat̃. quando per immiſſionem nubiū vel vaporis ſolari lumine ſpoliat̃.Sic vere iuſti dolent et turbant̃ quando lumen gratie vel fidei perdidiſſe ſe vident. oculus inq̃t meus.Nam quando oculus turbat̃. viſus neceſſario impedit̃.Turbatio oculi:ſignū eſt animalis diu mortui vel corrupti.Sic vere ſi oculus cordis ꝑ carnē luminis gr̃e ⁊ fidei turbet̃.ſignū eſt ꝙ hō putreſcit et corrūpit̃. Hier.iiij.Uentrē meū doleo ſenſus cordis mei turbati ſunt.ṗs.Turbatꝰ eſt in ira oculus meꝰ:ala mea ⁊ vēter meus.Turbemur ergo de amiſſione eterni ſplendoris. ¶ Tertio turbemur d̓ cōmiſſiōe terribilis horroris cū dr̃ inueteraui.Qr̃.ſ.qñ videt hō ſe in pctīs inueteraſſe.⁊ nouitatē gr̃e ꝑdidiſſe.multū dȝ turbari ⁊ ꝑ ꝯtritōe plurimū ꝯtriſtari.d.illō ṗs.Qm̄ tacui iuetrauerūt oīa oſſa mea.De pauone eī legit̃ ꝙ tūc tpīs turbat̃ qñ turpitudinē ⁊ rugoſaȝ ⁊ q̄ſi inueteratā pellē pedū ſuorꝫ ꝯtēplat̃.Sic vere iuſtus triſtat̃ ⁊ dolet qñ pellē ſue ꝯuerſationis in malis iueteratā videt.Uñ iuſtus dicit ſibi ipſi illud Baruc.iij.Quid eſt iſrl̃ ꝙ in terra inimicorū es: iueteraſti i terra aliena.coinquinatus es cū mortuis:deputatꝰ es cū deſcēdentibꝰ in infernū.reddit̃ cā. dereliquiſti eñ inq̃t fontē ſapiētie.Sicut eñ videmꝰ ꝙ aqua:vinū:oleū:turbāt̃ qñ ꝑ eiꝰ motionē ꝓpͤ feces admiſcent̃ Sic iuſtꝰ tūc ſolet turbari qñ ꝑ ꝯſideratione ſuas ꝓprias feces.i.ꝓpria ſua d̓licta ſibi facit mētalr̃ admiſceri. Recordatio eī ꝓpriorꝫ pctōrꝫ materia eſt dolorꝫ ⁊ exterminiū temporaliū gaudiorꝫ d̓ quo in ṗs.Anxiatus eſt in me ſpūs:⁊ in me turbatū eſt cor meū: memor fui dierū antiquorū.Turbemur igit̃ de commiſſione horroris.¶ Quarto turbemur de aſpectione poſtremi doloris.Inter oñes inimicos meos inquit. q̄r ſicut homo turbat̃ qñ videt inimicos ſuos ſpūales.i.mūdi tribulationes.hoſtiū machinationes.iudicij cōminatiōes infernī ꝯcrematiōes.q̄ q̄deȝ parata ſunt occidere. nec ſe

pōt de

poteſt de eoꝝ manib⁹ liberare. debet multū turbari: et ad deū recurrendo in bono corde cōtriſtari. Inter oēs inimicos meos inq̄t. ps. Turbatus ſum a voce inimici ⁊ a tribulatione peccatoris. Iſtis igiſ quatuor ratio nib⁹ iuſti debent eſſe turbati. d. cū dauid in ps. Renuit conſolari anima mea: memor fui dei mei ⁊c. Conſideratio enim iſtoꝝ quatuor ſcilicet.

Pene quam meruimus.
Culpe quam commiſimus.
Gratie quam perpendimus.
Iuſtitie dei quam offendimus.

Similis eſt illi lapidi q̄ dicif galactides. q̄ in ore poſit⁹ mentem ſolet turbare. ⁊ appenſus ad collum ſolet vbera lacte replere: q: ſcilicet conſideratio premiſſoꝝ mentem per dei timorem. ⁊ per contritionis dolorem ſolet turbare. ⁊ lac diuine gratie facit in homine redundare ps. Cor meum cōturbatum eſt intra me. formido mortis
D ceci. ſ. me. Patet igitur ꝙ eſt quedam turbatio laudabilis ⁊ virtuoſa. ¶ Sed adhuc dico ꝙ eſt quedam turbatio damnabilis ⁊ vitioſa. ⁊ iſta eſt turbatio ⁊ iracundia ſeruilis impatientie: timoris ⁊ triſtitie. In aqua eñ turbata imagines non videntur. ſic nec in conſcientia turbida imago dei ⁊ gratia non generatur. Ideo de peccatoribus dicitur in ps. Conturbati ſunt principes ſicut ebrius ⁊ om. ſa. eorum deuo. eſt. Exodi. xv. Conturbati ſunt principes edom robuſtus moab obti. tre. ob. omnis habi. tha. Sufficit. vide de timore. triſtitia. ⁊ ſimilibus ſicut turbare.

A **Turba.** Nota ꝙ turba eſt nomen collectiuū ſicut tribus: populus. plebs: gens ⁊ ſimilia. Significant enim omnia multitudinē congregatam. Ideo notandum eſt ꝙ inuenitur in ſcriptura turba multiplex. videlicet.

Turba perfectorum.
Turba miſeroꝝ.
Turba mūdanoꝝ.
Turba vitioꝝ
Turba peccatoꝝ.
Turba beatorū.

¶ Turba pfectorum. eſt collaudāda. Iſta eſt enim turba q̄ culpam vult abluere. que fidem vult recipe que dei opa vult admirari. que dei munera vult amplexari. Qḋ eñ turba bonorū velit abluere ꝓpriā prauitatē patet Luc. iij. vbi dicif. ꝙ exibant turbe vt baptizarētur a xp̄o ꝙ etiam velit recipere fidei veritatem. patet Marci. iiij. vbi dicitur. Qḋ cepit ieſus docere: ⁊ congregata eſt ad eū turba multa. ꝙ etiam velit admirari diuinam poteſtatem. patet Luce. xj. vbi dicitur qḋ locutus eſt mutus et admirate ſunt turbe. ꝙ iſta turba velit amplexari diuinam bonitatē poteſt patere. Luc. vj. vbi dicif ꝙ omnis turba querebat ieſum tangere quia virtus de illo exibat ⁊ ſanabat omnes. Turba ergo perfectoꝝ eſt collaudanda. ¶ Item turba miſerorū eſt ſuſtentanda. Unde de xp̄o dicitur Luce. ix. ꝙ ipſe panes quos multiplicauerat diſtribuit diſcipulis vt ponerent ante turbas. Quia panes bonoꝝ temporalium diſcipulis ſuis ideſt xp̄ianis. maxime eccleſiaſticis voluit diſtribuere largiter vt inde poſſint turbas ⁊ turmas pauperū ſuſtētare. Mar. viij. Miſereor ſuper turbas: quia ecce iam triduo ſuſtinent me. nec habent qḋ mādu cent. ¶ Item turba mūdanoꝝ eſt declinanda. Q: ſcilicet viri ſancti debent turbam mūdanoꝝ fugere. ⁊ populoꝝ frequentiam declinare. Mat. v. Uidens ieſus turbas aſcendit in montē. Qḋ eſt contra multos qui turbas diligunt ⁊ frequentant. ſicut ad literam ſunt multi religioſi ⁊ mendicantes. qui omnia mundi negocia volunt ordinare. ⁊ ſicut multi ſunt epi q̄ omnia regū conſilia volūt tractare. cū tamen ſe deberent a turbis populoꝝ. ⁊ eoꝝ negocijs penitus abſentare. Similes ſunt cyconijs q̄ iuxta hominū domicilia ſemp faciūt nidos ſuos. et in ꝓpinq̄tate hoim delectanf. ⁊ tū ille pre ceteris venenoſis vtunf nutrimentis. Q: ꝓcerto q̄ turbas hoim frequentant ⁊ diligunt neceſſario venenoſa vitia ſepe cōmittunt Luce viij. Preceptor turbe te comprimūt ⁊ affligūt. Et Luc. iiij. dicitur ꝙ turbe detinebant ieſum ne diſcederet ab eis. Q: ꝓcerto iſta eſt turba de qua dicitur Iohan. vij. Turba que non nouit legē maledicti ſunt. Non ſic ergo ſed exemplo chriſti fugiamus iſtam turbā de qua dicitur Iohan. vij. ꝙ ipſe declinauit a turba conſtituta in loco. Turba ergo mundanorum eſt declinanda. ¶ Item turba vitiorum eſt deteſtanda. Iſta eſt illa turba que impedit accedere ad ieſum. Sicut legitur de zacheo principe publicanorum ꝙ querebat videre ieſum ⁊ non poterat pre turba. quia ſta. pu. erat. ¶ Item turba peccatorū eſt vitanda. Ipſa enim eſt parata ad malum dicendum et faciendum. Dico dicendum: quia ſicut dicitur Iohan. vij. Turba reſpondit ieſu demoniū habes. faciendum. ſicut dicitur Marci. xiiij. Ecce iudas et cum eo turba multa cum gladijs ⁊ fuſtibus venerunt ad capiendum dominum. ¶ Item turba beatorum eſt affectanda. ⁊ de iſta Apoca. vij. Poſt hec vidi turbā magnā quā dinūerare nemo poterat ⁊c. Sic igitur patet ꝙ ſunt ſex genera turbarū. vide. ſ. de gente ⁊ populo.

**Turbo.** Nota ꝙ per turbinem q̄ nihil aliud eſt q̄ violētus aeris motus circūuolute incedens ex collucta tione diuerſorum ventorum ſibijnuicem ꝓueniens poteſt intelligi quilibet violentus ⁊ fortis actus ſiue bon⁹ ſiue malus. Notabo ergo breuiter ꝙ in ſcriptura inuenitur A

Turbo ſupremi vigoris.
Turbo extremi rigoris.
Turbo externi doloris.
Turbo eterni furoris.

Primo eſt turbo potentie deifice: q: ſcilicet deus quando vult ſe habet ad modū turbinis ſcilicet malos fortiter eradicando. bonos leuiter eleuando et ꝓtegendo. Turbo eñ arbores fortes eradicat. paruas vero ⁊ ſubtiles ſuo impetui non reſiſtentes ſolum plicat. paleas vero ⁊ res leues ſurſum eleuat atq; portat. Sic vere turbo dei ſibi reſiſtentes radicitus euellit. pauperibus vero ſibi obtemperantibus parcit. leues vero ⁊ puros ad paradiſū extollit atq; rapit. ꝙ enim turbo diuine potētie malos euellat. patet Eſa. xlj. vbi de malis dicitur ipſi xp̄o. Ecce ventilabis eos ⁊ ventus tollet ⁊ turbo diſperget. Qḋ etiā iſte turbo humilib⁹ parcat. patet Eſa. xxv. vbi dicif domino. factus es fortitudo pauperi in tribulatione ſua. ſpes a turbine vmbraculū ab eſtu. ꝙ inſuper iſte bonos ad paradiſū extollat. ptz. iiij. Reg. ij. vbi dicif ꝙ dñs per turbinem rapuit helyam in celū. Iſte eſt ergo turbo potentie deifice. ¶ Scḋo eſt turbo iuſtitie iuridice. ⁊ ſic finale iudiciū turbini cōparaf: q: ſcꝫ iuſtitia diuina ad modum turbinis malos rapiet. ipſoſq; deſtruet ⁊ ſubuertet. Hiere. xxiij. Ecce turbo dominice indignationis egredief: et tempeſtas erūpens ſup caput impioꝝ irruet. ¶ Tertio dico ꝙ eſt turbo ſeuicie tyrānice. Tyranni eñ more turbinis impetuoſe incedūt. ⁊ p rapinas et violētias alios deſtruūt ⁊ dirumpunt. Eſa. xxv. Spūs robuſtoꝝ quaſi turbo impellens parietem. Aduertendū tñ ꝙ turbo cito hꝫ deficere ⁊ parū durare. Q: ſicut dicit Sene. Turbo q̄to plus hꝫ de violentia ⁊ virtute. tanto minus de tpe hꝫ. Sic vere tales qui more turbinis faciūt quicq̄d mali poſſunt parum durare dinoſcuntur. ⁊ cito percūt. deficiūt ⁊ vertuntur. Abacuch. iij. Maledixiſti ſceptris eius. ¶ Quarto dico ꝙ eſt turbo meſticie damnifice ſ. turbo violētie infernalis. qui dicif turbo: q: turbat aīas dānatorū. Uñ de peccatorib⁹ dr̄ Oſee. viij. Seminauerūt ventū ⁊ turbinē metēt. Q: vere q̄ ventus manū opeꝝ ſeminaf. turbo dānationis ꝑpetue reportaf. Et etiā breuiter de turbine inferni dicif Soph. j. Dies illa dies ire: dies tribulationis ⁊ anguſtie: dies calamitatis ⁊ miſerie ⁊c. Uide ſupra de tempeſtate.

**Turris.** Cum turris ſit altū edificiū ⁊ forte edificijs ꝓeminens. ad defenſionem caſtri. ville: vel ciuitatis ordinatū. Poſſumus breuiter dicere ꝙ in ſcriptura pōt multiplex turris inueniri. ſcilicet A

Ayuntamiento de Madrid

Turris ſuperior que eſt mirabilis.
Turris inferior que eſt durabilis.
Turris interior que eſt amabilis.
Turris exterior que eſt laudabilis
Turris poſterior que eſt mutabilis.
Turris deterior que eſt damnabilis.

¶ Dicamus ergo p̄mo ꝙ eſt turris mirabilis. que ſuperior. ⁊ iſte eſt ip̄e deus ⁊ beata v̄go maria, q̄ ſunt turris ⁊ defenſio in ſe ſperantiū ⁊ afflictoꝝ. Vn̄ Prouer. xviij. dicit̄ ꝙ turris nomen dn̄i ad eam fugit iuſtus et ſaluabitur. De beata virgine etiā dicit̄ Cant. vij. Collū tuū ſicut turris eburnea. Qꝛ proculdubio ipſa eſt turris dauid que reſpicit cōtra damaſcū. mille clipei pendent ex ea omnis armatura fortiū. Cantic. iiij. Turris enim dauid dicit̄ beata virgo: qꝛ ſicut de ſtirpe dauid q̄ interpretat̄ ſanguinē bibens reſpicere dicit̄. eo ꝙ oculi ſue miſericordie ad peccatores ſanguinem diuitiarū bibentes miſericorditer conuertūtur. In iſta igitur ſunt mille clipei ideſt mille genera ad alios defendendū. ita ꝙ omnis armatura fortiū proprie poteſt dici: vt quilibet dicat illud p̄s. Deduxiſti me qꝛ factus es ſpes mea. tur. for. a facie inimici. Iſta etiam turris poteſt dici gloria ⁊ habitatio paradiſi que more turris ſupius eſt eleuata. vbi procerto ſecure viuit̄ ⁊ quiete. Iuxta illud p̄s. Fiat pax in virtute tua ⁊c. Iſta eſt igit̄ turris ſuperior q̄ eſt mirabilis. ¶ Secūdo dico ꝙ eſt turris inferior que eſt durabilis. ⁊ iſta eſt triplex ſcilicet turris religionis eccleſie ⁊ ſcripture. Iſte enim ſunt tres turres hic inferius in mūdo fundate. ⁊ ad defenſionem hominū ꝯſtitute. Vnde de qualibet ipſaꝝ poteſt dici illud Math. xxi. Hō paterfamilias plantauit vineam in quā edificauit torcular ⁊ turrem: qꝛ. ſ. vinea mūdi eſt turris eccleſie. In vinea eccleſie eſt turris religionis. In vinea religionis eſt turris ſcripture. ij. Paralip. xvij. Edificauit in iuda domos ad inſtar turriū. ¶ Tertio dico ꝙ eſt turris interior que eſt amabilis. ⁊ iſta eſt turris cōtemplationis que interius in ciuitate anime conſtruit̄ vt per rationem ibi ſpeculantem hoſtiū inſultus p̄uideant̄ ⁊ ipſa ciuitas defendat̄. Iudic. ix. Erat turris excelſa in media ciuitate. ¶ Quarto dico ꝙ eſt turris exterior que eſt laudabilis ⁊ iſta turris eſt q̄libet vir iuſtus ꝑ ꝯtemplationē altus: ꝑ ꝯſtantiā ⁊ ꝑſeuerantiā robuſtus. tūc em̄ ciuitas religiōis vel eccl'ie fortis d̄r. q̄n turribus ideſt ſanctis ⁊ altis hominib⁹ roborat̄. ij. Paralip. xiiij. Edificemus ciuitates ⁊ roboremus eas turribus ⁊ portis. Vn̄ Iudith. j. Hō ille rex edificauit ciuitatem potentiſſimā ⁊ turres poſuit in altitudine cubitoꝝ centū. Qꝛ ſcilicet ciuitas eccleſie fundata ſupra firmā petrā: turrib⁹ ideſt ſanctis hominib⁹ munit̄. q̄ centū cubitis. ideſt omnimoda virtutū perfectione dotantur. j. Mach. iiij. Edificauerūt murū ſyon ⁊ per circuitū eius turres. Iſta eſt turris exterior que eſt laudabilis. ¶ Quinto dico ꝙ eſt turris poſterior q̄ eſt mutabilis. ⁊ iſta turris eſt ſtatus excellentie mūdane: qꝛ procerto iſta eſt turris tranſitoria. mutabilis ⁊ vana. ⁊ eſt turris babel quam gygantes edificauerūt. ⁊ quamvſq; ad celū erigere voluerūt. Gen̄. xj. Faciamus ciuitatē ⁊ turrim cuius cacumen celos tangat. Sicut tamen turris illa excellentiſſima fuit deſtructa ⁊ edificiū per confuſionem linguarū fruſtratum. ſic turris mundane eminentie deſtruet̄. et p̄e edificantiū ſuorū ſuperbia confundet̄ Ezec. xxvj. Diſſipabūt muros tyri ⁊ deſtruent eius turres. ¶ Sexto dico ꝙ eſt turris deterior que eſt damnabilis. ⁊ iſta turris nihil aliud eſt q̄ peccator ſuperbus q̄ quaſi more turris per ſuperbiam eſt erectus. Vnde de dyabolo ⁊ ſuperbis poteſt dici illud predictū Iudith. j. Hō ciuitatis ſue turres poſuit in altitudinē cubitoꝝ centū. Et ſic ergo patet ꝙ ſunt ſex genera turriū. ⁊ ſic ſufficit ad preſens.

a **Turpitudo.** Cum turpitudo nihil aliud eſt ſp̄ualiter loquendo q̄ peccatū vel inhoneſtas conuerſationis. Poſſum notare ꝙ ſunt turpes ⁊ deformes ſcilicet

Quidam in intentione.
Quidam in affectione.
Quidam in locutione.
Quidam in operatione.

¶ Eſt igit̄ turpitudo intētionis. de qua. Ephe. v. Que in occulto ab eis fiūt turpe eſt dicere. ¶ Item eſt turpitudo affectionis. ⁊ iſta eſt turpis affectus temporaliū. Vnde apoſtolus. j. Thym̄. iij. Decet dyaconos nō elie bilingues: nec multo vino deditos. non turpe lucrū ſectantes. ¶ Item eſt turpitudo locutionis. De qua primi Coꝝ. xiiij. Turpe eſt in eccleſia mulieri loq̄. ¶ Itē eſt turpitudo opatiōis. ⁊ maxime carnalis delectationis. vnde Exodi. xxviij. Precepit dn̄s ꝙ ſacerdotes habeāt femoralia linea q̄bus opiant carnē turpitudinis ſue. Et ideo dicit ap̄ls Ephe. v. Fornicatio ⁊ oīs immūdicia aut turpitudo aut ſtultiloquiū non nominet̄ in vobis ⁊c. Vide. s̄. de pulchritudine ⁊c.

**Thus. Thuribulum.** Nota ꝙ tam per thus q̄ ꝑ thuribulū intelligit̄ virtus orationis vel deuotionis. q ſuper carbones feruentis charitatis poſita fumū ſanctoꝝ deſiderioꝝ emittūt: ſed de iſto vide in tabula: quia omitto gratia breuitatis.

Finit litera. T.

Incipit litera. V.

**Vacuus. vacuitas.** Nota ꝙ vacuitas contraria eſt plenitudini ⁊ ideo in ſcriptura ſumit̄ in bono ⁊ in malo. ſicut etiam plenitudo vt cōtrarioꝝ ſit eadē diſciplina. ¶ Notandū ꝙ eſt vacuitas perfectoꝝ: egenoꝝ: iniquoꝝ: damnatoꝝ. Prima eſt affectanda. Secunda eſt ſupportanda. Tertia eſt deteſtanda. Quarta eſt formidanda. ¶ Dico primo ꝙ eſt vacuitas affectanda que eſt perfectoꝝ. Nam A

Perfecti vacuant̄ criminū fecibus.
Egeni vacuant̄ terrenis opibus.
Iniqui vacuant̄ virtutū moribus.
Damnati vacuant̄ mūdanis riſibus.

¶ Dico igit̄ primo ꝙ eſt vacuitas affectanda que eſt perfectoꝝ. Quia procerto perfectoꝝ eſt vel pertinet ꝙ a vitijs vacuent̄. ⁊ ꝙ virtutibus impleant̄. Inſtrumentū enim muſicū ſi terra vel liquoribus eſſet plenū. nū q̄ daret ſonū. Oportet enim vt talibus vacuetur. vt intrāte aere ſonū armonicū operet̄. Medicina etiam quando ſtomacho vacuo porrigitur melius operatur. Et etiam de lupo legitur ꝙ quando p̄e fame terram comedit. ⁊ inde ventrem ſuū repleuerit. tandē inuentis bonis cibarijs ſolet priſtina euacuare. vt ipſis ſe poſſit reficere ⁊ replere. Sic vere chariſſimi viri ſancti ſolent criminibus ⁊ terrenis affectibus eſſe vacui ⁊ ſpiritualib⁹ bonis eſſe boni Cum enim homo talibus criminibus vacuat̄: tūc ſonum diuine laudis melius modulatur. Medicina penitentie in ipſo citius operat̄. ⁊ bonus cibus euchariſtie dignius ſumit̄ ⁊ haurit̄. Vnde. j. Coꝝ. xiij. Cū eſſem paruulus: loquebar vt paruulus ⁊c. Et talis vacuitas figurat̄ Exod. xxxviij. vbi dicitur. Hō altare holocauſti erat quadratū: ⁊ concauū: ⁊ intus vacuū ⁊c. Iudic. vij. dicit̄. Hō gedeon militibus ſuis contra madian pugnaturis dedit tubas in manu lagenaſq; vacuas: et lampades in medio lagenaꝝ. Quia procerto chariſſimi altare cordis noſtri debꝫ eſſe quatuor cardinalibus virtutibus quadratū per humilitatem curuū et concauū. et a cunctis vitijs et terrenis cupiditatibus mundū et vacuum. Nam illi qui contra madian dyabolū volunt p̄liari tubas predicationis et orationis debent tenere: lampadibus honeſte conuerſationis debent ſplendere. et lagenas vacuas mūde et humilis affectionis debent habere. Iſta igit̄ eſt illa vacuitas de qua dicit̄. Eccleſiaſtici. xxxviij. Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis. Iſta tamen ſunt contra

multos

multos iudices ⁊ prelatos qui nunꝙ̄ volunt eſſe va-
cui: ſed muneribus ſemper pleni: dicentes omī ho-
mini qui habet facere cum illis illud. Exo. xxiij. Non
apparebis in cõſpectu meo vacuus. Natura eñ ab-
horret vacuum. compara cosventoſe que vacua attra
hit ad ſe ſanguinem vt impleaꝭ ⁊c. ſicut in ſequenti.
§. Ceruus ⁊ vnicornis habent cornua nō vacua: ſed re
pleta contra naturã omnium animalū cornutorum.
Sic vere cornua iuriſditionis talium non ſunt hodie
muneribus vacua ſed volunt eſſe plena. Unde. ij. Re
gum. j. Gladius ſaul nō eſt reuerſus vacuus. Non ſic
boni. ſed ꝓcerto ipſi a criminibus ſunt vacuati. mu-
neribus ſunt nudi. j. Reg. xx. Apparuit locus dauid
vacuus. Unde apl's in perſona viri iuſti dicit. j. Cor.
xiij. Cum factus ſum vir euacuaui que erant paruuli
Iſta eſt ergo vacuitas affectanda que eſt perfectorū.
B ¶ Scđo dico ꝙ eſt vacuitas ſupportanda que eſt e
norum. Egeni eñ dicunꝭ vacui: q2 diuitijs temporali
bus non ſunt pleni. Uas eñ vacuū minus ponderat
ꝙ̄ plenū: ⁊ ideo pauperes qui non ſunt diuitijs pleni
ſed vacui. minus criminibꝰ ſunt aggrauati: ⁊ ideo ad
celum ſunt leuiores: erūtqꝫ faciliꝰ ſubleuati. Iſti eñ
ſunt vacui modo. ſed finaliter erūt pleni. Unde ouis
duos habet vētres: quoꝝ vnus in paſcuis repletur: ⁊
alter euacuaꝭ ⁊ inde eſt ꝙ ouis dū eſt in paſcuis nun
ꝙ̄ ſatiaꝭ: immo in ſero dum ruminat: ad ventrē va-
cuum cibum transferendo plene reficiꝭ ⁊ repleꝭ. Ta-
les ꝓculdubio ſunt pauperes huius mundi: in ſero ta
men qñ ſunt in morte: qñ ducenꝭ ad hoſpitium para
diſi. tunc perfecte replebunꝭ: ⁊ omni bono ſatiabūꝭ
Unde de iſtis in preſenti poteſt dici illud. Marci. xij.
vbi dicitꝭ ꝙ agricole ſeruū patriſfamilias ceciderūt
⁊ dimiſerunt vacuū. Quia ꝓcerto pauperes qui ſunt
ſerui dei ab agricolis. i. diuitibus terrenis tribulatio
nibus ceduntꝭ: ⁊ per rapinas nudi ⁊ vacui dimittunꝭ.
Natura eñ abhorret vacuū: ⁊ ideo vas qđ dicitur vē
toſa: per actionem ignis aere vacuatū. ſolet de mem
bris hominū ſanguinē attrahere vt vacuitatē ſuam
poſſit replere. Sicut dicitꝭ Math. v. Beati q̄ eſuriūt
⁊ ſitiunt iuſtitiam quoniam ipſi ſaturabuntur. Sic
vere diuites huius mundi quorum cor per actionem
ignis auaricie vacuatum quanto magis habent: tan
to magis ſunt vacui: ⁊ inanes: vacuum pauperta-
tis abhorrent: ⁊ ideo non ceſſant ſanguinem ſubſtan-
tie alioꝝ ſuggere ⁊ attrahere ⁊ per rapinam ⁊ vſuras
acquirere. vt vacuitatem ſui cordis poſſint replere: ⁊
alios bonis ꝓprijs euacuare. Eccli. xiij. Euacuabit te
⁊ non dolebit de te. Unde breuiter de talibus vacuis
pauperibus dicitꝭ. Hieremie. xiiij. Uenerunt ad hau
riendū aquã ⁊ nō inuenerunt: reportauerunt vaſa va
cua. Iſta eſt ergo vacuitas que eſt toleranda: que eſt
egenoꝝ. ¶ Tertio dico ꝙ eſt vacuitas deteſtãda que
C eſt iniquorū. Peccator eñ dicitur vacuus ⁊ non ple-
nus. Peccatū eñ nihil eſt: ⁊ ideo non replet locū quē
inhabitat. ſed ſemper ſeipm vacuū relinquit. Unde
de peccatore dicitur. Hiere. iiij. Reſpexi terram ⁊ ec
ce vacua erat. Gratia vero dei eſt aliud: ⁊ ideo quem
inhabitat plenum facit. j. Cor. xv. Gratia dei ſum id
quod ſum ⁊ gratia eius in me vacua non fuit. ⁊ gratia
eius ſemꝑ in me manet. Et bene dicitur peccator va
cuus: quia res vacua faciliter erigitur: ſicut patet de
ſpica que plena granis ſolet incuruari: vacua vero ſo
let eleuari: ſicut etiam patet de dolio qđ plenum ſo-
let ſubmergi vacuū vero ſolet natare. ¶ Item res va
cua percuſſa ſonat. ¶ Item res vacua faciliter moue
tur. Sic vere chariſſimi peccator qui eſt virtutibus
vacuus per ſuperbiam erigiꝭ faciliter. per impatien
tiam cito ſonat ⁊ loquiꝭ: per inconſtantiam faciliter
agitatur. Timor eñ dei qui corda habet deprimere
talibus deficit. ⁊ ideo cor eorum faciliter erigitur per
ſuperbiam: ⁊ inſurgit. Job. xv. Quantū in te eſt eua-
cuaſti timorem. Et ideo de peccatore breuiter dicitur
Geñ. j. Quod terra erat inanis ⁊ vacua ⁊ tenebre erant
ſuper faciem abyſſi. Nam ſicut videmus qđ vas ad
ignem poſitum vacuum. faciliter frangiꝭ ⁊ liqueſcit.
Sic vere peccator ſi ad ignem tribulationū vel tenta
tionū applicaꝭ faciliter per impatientiã ſolet frangi
vel per luxuriam eliquari. Unde Ezech. xxiiij. De ci-
uitate peccatrice in figura vnius olle: pone eã ſuper
prunas vacuã vt incaleſcat ⁊ caleſcat es eius ⁊ lique-
fiat. Et non mirū ſi peccator ſit vacuus: qui ſcilicet bo
nis terrenis que vacua ſunt ⁊ vana innititur: ⁊ infir-
mitate eternorū bonorū per bonum deſiderium non
ſolidaꝭ. Contra illud Eccli. iij. In ſuperuacuis rebus
nolite ſcrutari. Et ideo breuiter concludit ſcriptura.
Sap. iij. Uacua eſt ſpes illorū. ⁊ labores ſine fructu: ⁊
inutilia eorū opera. Et Sapien. xv. dicitꝭ de peccatore
Cinis eſt cor eius. ⁊ terra ſuperuacua ſpes illius: ⁊ lu
to vilior vita illius. Iſta eſt ergo vacuitas deteſtanda
que eſt iniquorū. ¶ Quarto dico ꝙ eſt vacuitas for- D
midanda que eſt damnatoꝝ. Peccatores eñ nunc vi
denꝭ eſſe pleni: ſed ꝓcerto in fine inuenientur bonis
operibus vacui. Sicut eñ ioculator videꝭ ponere ali
quando ſub aliquo vaſe multa ⁊ infinita: ſed qñ aperi
tur totū vacuū inueniꝭ. Sic modo dyabolus videtur
implere peccatores multis ⁊ mirandis. ſ. diuitijs: ho
noribus ⁊ mundi bonis: ſed vere in fine poſtꝙ̄ mors
ipſos tulerit de medio: tūc vacui inuenienꝭ: ⁊ omnia
que videbanꝭ eis ineſſe ab eis ſubtrahenꝭ. Eſaie. xxix
Sonniat eſuriēs ꝙ comedat: ⁊ cum expergefactus
fuerit vacua eſt anima eius. Et merito iſti ſiunt vacui
q2 ſicut de duabus ſitulis in vno puteo iſta videmus
ꝙ alternatim plena efficiꝭ vacua: ⁊ econuerſo vacua
efficiꝭ plena. ſic fit duobus generibus pauperū. ſ. ⁊ di
uitū. Quia illi qui modo ſunt vacui. ſ. pauperes. fina
liter bonis oībus replebunꝭ illi vō qui modo ſunt
pleni. ſ. diuites bonis oībus nudabunꝭ. Luce. j. Eſu
rientes impleuit bonis: ⁊ diuites dimiſit inanes. Illi
ergo vacui erunt bonis ſpūalibus: tꝑalibus ⁊ eternis
Spūalibus dico. de quibus. Gal. v. Euacuati eſtis a
xpo Tꝑalibus etiã Prouer. xxvij. Oleum dextre ſue
euacuet. Eternis vero de quibus Judith. j. dicitꝭ. Qui
oēs remiſerunt eos vacuos ⁊ ſine honore abiecerūt
Sic ergo patet ꝙ quadruplex eſt vacuitas.

## Vado. vadere.

Cum ſupra ſatis ſit tracta
tum de ambulare: ire: gra A
dir ſimilibus. Hinc eſt ꝙ de vadere modicū eſt dicē
dum Breuiter ergo dico ꝙ iſtud verbum vado deno
tat motum de termino a quo ad terminum ad quem
⁊ ſignificare poteſt quemcunqꝫ inceſſum profectum
⁊ progreſſum ſpiritualem. ſiue bonus ſit ſiue malus.
Proceditur igitur.

Naturaliter. — Iſta eñ ſunt ſex genera proceſſuū
Uirtualiter. — humanorum quibus tam boni ꝙ̄
Criminaliter. — mali diuerſimode incedunt Dico
Tēporaliter. — ergo primo ꝙ iſtud verbum vado
Infernaliter. — ſignificat proceſſum naturalem.
Supnaliter. — Uita enim noſtra non eſt niſi vnū
vado: q2. ſ. homo naturaliter vadit

De natiuitate ad mortem. — Et ideo homini dr
De ſanitate ad infirmitatē. — Jone. j. Quod eſt
De iuuentute ad ſenectutē. — opus tuū: q̄ terra

tua: ⁊ quo vadis: vel ex quo pplo es tu. Iſte enim ſunt
quatuor queſtiones attendende. Diceꝭ ergo homini.
Quod eſt opus tuum qđ defectuoſe facis. Que terra
tua de qua materialiter exis. Quo vadis. i. quo ꝑ mor
tem continue tendis. Ex quo pplo es tu. i. ex quibus
parentibus per originē deſcendis. Quia breuiter ho
mo debet notare vñ venit naſcendo: ⁊ quo vadit mo-
riendo vt ſic breuiter dicaꝭ ſibi illud Geñ. xvj. Agar
ancilla ſarai vnde venis ⁊ quo vadis? Et ipſe reſpon
deat illud Joan. viij. Scio vnde venio ⁊ quo vado. pa
tet ergo ꝙ vado ſignificat proceſſum naturalē. ¶ Se B
cundo dico ꝙ ſignat proceſſum virtualem. Quia ſcilꝫ
vir perfectus nunꝙ̄ a virtutū proceſſu deſiſtit: ſed de
bono in melius tranſit ⁊ vadit ſimilis flumini quod



Ayuntamiento de Madrid

continue vadit vltra. Sic poſſum notare ꝙ iuſtus vadit ſpiritualiter.
Ad humilitatem vt occultetur.
Ad baptiſmum vt depuretur.
Ad euchariſtiam vt ſatietur.
Ad amiciciam vt concordetur.
Ad obedientiam vt operetur.
Ad penitentiam vt lamentetur.
Ad confeſſionem vt emundetur.
Ad predicationem vt in ea occupetur.
Ad bonorum conditionem vt in ea conformetur.
Ad pauperum collationem vt conſoletur.
Ad mortem vt meditetur.
Ad infernum vt conturbetur.
Ad paradiſum vt iocundetur.

Iſti enim ſunt termini tredecim. ad quos diuerſimode vadunt iuſti. Dico enim ꝙ iuſti vadunt ad humilitatem vt poſſint occultari. Exemplo cerui pinguis. qui fugit ⁊ vadit ad abdita ne inueniatur. vñ. iij. Regum. xvij. Vade ad orientē ⁊ abſcondere in torrente carith. Eſa. xxvj. Vade pplus meus cubicula tua. claude oſtia ſuper te ⁊ abſcondere. ¶ Item vadunt ad baptiſmum: vt poſſint expiari. ſimiles elephantibus qui libenter vadunt ad fluuiū balneari. Vñ. iiij. Regū. v. Vade lauare in natatoria ſyloe. ¶ Itē vadūt ad ſacramentum euchariſtie vt poſſint ſatiari. Vnde. iiij. Regū. vj. Comedāt ⁊ bibant ⁊ vadant ad domū ſuam. ¶ Item vadunt ad amiciciā vt poſſint cōcordari Math. v. Si offers munus tuū ante altare vade prius reconciliari fratri tuo. ¶ Itē vadunt ad obedientiā: vt poſſint operari Mat. viij. Habeo ſub me milites ⁊ dico huic vade ⁊ vadit. ¶ Item vadunt ad penitentiam vt poſſint lamētari. vñ Mich. j. Super hoc plangā ⁊ vlulabo: vadā ſpoliatus ⁊ nudus. ¶ Item vadunt ad confeſſionē vt poſſint emundari. vñ Math. viij. Vade ⁊ oſtende te ſacerdoti. Et Ioā. viij. Vade ⁊ amplius noli peccare. ¶ Itē vadūt ad predicationē vt poſſint occupari. vñ Ione. iij. Vade in niniuen ciuitatē magnā ⁊ predica ibi verbū dñi. Et Luce. ix. Vade ⁊ annuncia regnum dei. ¶ Itē vadūt ad bonos. vt eis poſſint cōformari. Prouer. vj. Vade ad formicā o piger ⁊ conſidera vias eius ⁊ diſce ſapientiam. vñ Luc. x. Vade et tu fac ſimiliter. ¶ Itē vadunt ad pauperes vt ipſos poſſint conſolari. Vñ Math. xix. Vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ da pauperibus. ¶ Itē vadūt ad mortē vt poſſint eam meditari. Ioan. xj. Vadit ad monumentū vt ploret. ¶ Itē vadunt ad infernū. vt ꝑ hunc poſſint cōturbari. vñ Eſaie. xxxviij. Ego dixi in dimidio dierū meorū vadā ad por. inferi. ¶ Itē vadunt ad paradiſum vt ipm poſſint contemplari: ⁊ vt per eū poſſint iocūdari. Hiere. xxxj. Vadet ad requiē ſuā iſrael

Iſti ergo ſunt tredecim paſſus quibus ad deū vadit iuſtus ⁊ quibus ad paradiſum gradiť iuſtus ⁊ deuotus. d. illud Ioan. xvj. Relinquo mundū ⁊ vado ad patrē. Qđ de xpi aſcenſione ⁊ aſſumptione virginis. vel etiā cuiuſlibet ſancti vel etiā de depoſitione vel feſto pōt eſſe thema. Vbi oſtenditur ꝙ ille abhorruit locū inficientē relinquo inquit mundum. Exercuit actum proficientem: vade inquit. Obtinuit fructū reficientē ad patrē inquit. Vide eam ſupra diuiſam ⁊ ꝓſecutā. Patet ergo ꝙ iſtud verbum vado ſignat inceſſū virtualem.

C ¶ Tertio dico ꝙ ſignat inceſſum criminalē. Mali enim ⁊ criminoſi ſemꝑ ad malū aliqđ vadunt: ⁊ de vno vitio ad aliud vadunt. Et ideo breuiter notandum ꝙ iſti vadunt.

Ad delicias ⁊ carnalitates.
Ad ſeuicias ⁊ crudelitates.
Ad diſcordias ⁊ ꝑuerſitates.
Ad ſtulticias ⁊ mobilitates.

Vadunt iſti ad delicias ⁊ pꝫ Eccli. ij vbi dr. Vadā ⁊ affluā delicijs ⁊ fruar bonis. ¶ Itē ꝙ vadūt ad ſeuicias pꝫ. Ezech. xxj. vbi gladio limato dr. Accede ⁊ exacuere: ⁊ vade ad dexteram ⁊ ſiniſtram. ¶ Itē ꝙ vadant ad diſcordias patet Math. xvj. vbi petro contrarianti dño dr. vade retro me ſathanas ſcandalū mihi es. Sathanas aduerſarius interpretať. ¶ Item ꝙ vadunt ad ſtulticias. pꝫ Hiere. viij. vbi dr. Omnes cōuerſi ſunt ad curſum quaſi equus impetu vadens in prelium. Et breuiter malus ſemper diciť ire: ⁊ nunꝙ in eodē ſtatu ſiſtere vel manere q: ſicut dr in pſ. de ipis malis. Recordatus eſt: q: caro ſunt ſpūs vadēs ⁊ nō rediēs. Patet ergo ꝙ vado ſignificat inceſſum criminalē. ¶ Quarto dico ꝙ ſignificat defluxū tpalem. Mundus enim ⁊ temporalis ꝓſperitas ſemper vadit ⁊ tranſit ⁊ nunꝙ in eodē ſtatu permanet ſiue ſubſiſtit. Quia ſicut dicitur Sap. v. Tranſierunt omnia velut vmbra. ¶ Quinto dico qđ ſignificat deſcenſum infernalem Apoca. xvij. Beſtia quam vidi fuit ⁊ non eſt ⁊ in interitū vadit loquitur de beſtiali peccatore qui continue vadit ad infernū. ¶ Sexto vero ſignat acceſſum ſupernalē. ⁊ ſic iſtud dicitur ire quo iuſti vadunt poſt mortem ad gloriam paradiſi. quibus poteſt dici. j. Regum. xxv. Vade pacifice in domum tuam. ¶ Sed adhuc dico ꝙ de xpo D
poſſumus dicere ꝙ ipſe multotiēs dicit vado. Quia ipſe vadit.

Ad infirmos ipſos medicandū.
Ad ſocium ad ipſum viſitandū.
Ad celum ad locum ꝑparandū.
Ad dñm ad ipm famulandū. ⁊
Ad patrem ad ipſum honorādū.

Vadit dico ad infirmos ſicut medicator doctiſſimus. Vñ de Lazaro mortuo ſanando ⁊ ſuſcitādo dr Ioan. xj. Lazarus amicus noſter dormit. vado vt a ſomno excitem illum. ¶ Vadit ad ſocios ſicut viſitator dulciſſimus. vñ Io. xiiij. Audiſtis q: ego dixi vobis vado ⁊ venio ad vos. Vadit inſuper ad celū ſicut preparator altiſſimus. Vñ ipſe dicit apoſtolis. Ioan. xiiij. Vado vobis parare locū. Vadit ad dñm ⁊ ad patrē. Ioan. xiiij. Vado ad patrem: q: pater maior me eſt. Iſta ergo de vado ſufficiant quo ad preſens vide ſupra de ambulare. ire. Gradi ⁊. Currere. Tranſire ⁊ alijs vocabulis motum ſignificantibus. A

## Vagus. vagabilitas.

Nota qđ ille dicitur vagus qui ſine ꝓpria vel certa manſione vndequaqꝫ vagať. Notabo ergo ꝙ vagi poſſunt dici tria genera perſonarum. ſcilicet

Sanctitate pollentes.
Facultate carentes.
Vanitate mutantes.

Sūt ergo vagi viri ſancti ⁊ virtuoſi: q: .ſ. ſancti certas habitationes nō elegerunt in mundo: ſed vagi per diuerſas partes mundi circuierunt: ⁊ habitationē celeſtem tantummodo quēſierunt: ſimiles peregrinis. Vide. ſ. de peregrinis in titulo Dicebat enim iſtud Heb. xiij. Nō habemus hic manentē ciuitatē ſed futurā inquirimus. Vñ etiam de xpo dr. Hiere. xiiij. Quaſi colonus futurus es in terra: ⁊ quaſi viator declinās ad manendū: quare futurus es quaſi vagus. ¶ Itē vagi dicunť inopes viri ⁊ penurioſi: qui ſine ꝓprietate domorū ⁊ rerū mendicando vagantur. Et ſic dr Eſa. lviij. Frange eſurienti panē tuū: ⁊ egenos vagoſqꝫ induc in domū tuā ⁊c. ¶ Item vagi dicunť vani ⁊ defectuoſi: quia. ſ. viri inconſtantes ⁊ mutabiles ⁊ vani mentem ſuam in ſtabilitate boni ꝓpoſiti non pñt figere. ſed deſideria ſua ad mundi delectabilia deflectūt. ſicut ſunt ambitioſi quorū mens per omnia mundi officia ⁊ beneficia vagatur ſicut etiam ſunt inconſtantes: qui nunꝙ in eodem ꝓpoſito firmanť. Sicut auari qui terminū non ponunt in acquirendo: ſed ſemper ad amplius accenduntur. Tales figuranť in chaym: qui interpretatur poſſeſſio qui fuit vagus ⁊ ꝓfugus. ſuper terram. ſicut dicitur Geñ. iiij. Vnde etiā de vana ⁊ inſtabili muliere dicitur. Prouer. v. Quod vagi ſunt greſſus eius ⁊ inueſtigabiles. Et Prouer. vij. dr. ꝙ ipſa eſt garrula ⁊ vaga: quietis impatiens ⁊ non valens in vno loco cōſiſtere pedibus ſuis. Ideo breuiter de peccatoribus inſtabilibus dicitur Oſee. ix. Abijciet eos deus meus: q: non audierunt eum: ⁊ erunt vagi in nationibus ⁊c. Vide infra de vanitate.

valere

Ayuntamiento de Madrid

**Valere.** Vide ſupra vbi Bonitas: ⁊ infra vbi Vtilitas.

**Validus.** Vide vbi Fortis.

A **Valde.** Nota ꝙ iſtud aduerbium valde quali-tatis ſemper ſignat exceſſum vel excel-lentiam ipſius cuius adiungit̃ poteſt igit̃ competere bonis ⁊ malis. Et ideo poſſum notare: ꝙ quilibet vir iuſtus ⁊ bonus debet habere iſtud aduerbium valde qꝛ in ſuis qualitatibus valde efficax ⁊ ſumme debet eſſe. Dico ergo ꝙ iuſtus debet eſſe
Valde fortis ⁊ vigoroſus.
Valde diligens ⁊ amoroſus.
Valde pauidus ⁊ timoroſus.
Valde formoſus ⁊ ſpecioſus.
Valde ſubtilis ⁊ luminoſus.
Valde letus ⁊ gaudioſus.
Valde humilis ⁊ obſequioſus.
Valde mirabilis ⁊ glorioſus.
Sit igit̃ vir iuſtus fortis ⁊ vigoroſus. Joſue. j. Confortare ⁊ eſto robuſtus valde. Naũ. ij. Contẽplare viam: conforta lumbos. robora virtutem valde. ¶ Item ſit valde feruens ⁊ amoroſus. Vñ. j. Reg. xix. dr. ꝙ Jonathas diligebat dauid valde. ¶ Itẽ ſit valde pauidus ⁊ timoroſus vñ. iij. Reg. xviij. Abdyas timebat dñm deum iſrael valde. ¶ Itẽ ſit valde pulcer ⁊ ſpecioſus ſcʒ per honeſtã cõuerſationem. Vñ de arcu celeſti. dr Eccli. xliij. Vide arcum ⁊ benedic qui fecit illum. valde em̃ ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. ¶ Itẽ ſit valde ſubtilis ⁊ luminoſus ſeu induſtrioſus. Eſa. lij. Ecce intelliget ſeruus meus iacob. eleuabit̃ ⁊ exaltabit̃ ⁊ ſublimis erit valde. ¶ Itẽ ſit valde iocundus ⁊ gaudioſus. j. Mach. iiij. Et facta eſt leticia magna in populo valde. ¶ Itẽʒ ſit valde humilis ⁊ obſequioſus. vñ Eccli. vij. Humilia valde ſpm̃ tuũ: quia vindicta carnis impij ignis ⁊ vermis. ¶ Item ſit valde mirabilis ⁊ glorioſus. vt ei dicat̃ illud. Heſter. xv. Valde mirabilis es dñe. ⁊ facies tua plena eſt grãrũ. Sic ergo pʒ ꝙ valde ſignat virtutum excellentiam que pertinet ad bonos. Sed adhuc dico ꝙ ſignificat excellentiam vitioꝝ que pertinet ad malos ſiue iniquos. vnde Ezechiel. ix. Iniquitas domus iuda ⁊ iſrael nimis magna eſt valde: ſed ita ſufficit. vide ſupra ⁊c.

A **Vallis.** Cum vallis ſit locus terre baſſus ⁊ infimus ⁊ in medio montiũ conſtitutus. Poſſumus dicere ꝙ multipliciter ſumit̃ in ſcriptura. Et ſic dico ꝙ ſm̃ conditiones naturales vallis. poſſunt quatuor vales ſpiritualiter denotari. quia ſicut vallis naturaliter eſt
Locus inferior.
Locus fecundior.
Locus obſcurior.
Locus immundior
Sic inuenio. Vallẽ humileʒ q̃ eſt infima. Vallem fertilẽ que eſt optima. Vallem obſcuraʒ q̃ eſt diuidua. i. dubia. Valleʒ impurã que eſt peſſima. Dico primo ꝙ vallis inferior eſt ſtatus miſerorum. Pauper em̃ ⁊ miſer vallis dicunt̃ ꝓ eo ꝙ inferius pre ceteris deprimunt̃ ⁊ calcant̃ vñ Hiere. xlix. defluxit vallis tua filia delicata. Montes prelatos deſignat. valles vero pauperes ⁊ ſubditos manifeſtant. Nam ſicut vallis eſt locus ſecurior q̃ ſit mons eo ꝙ ventus non flat ibi. nec faciliter accidit ibi terremotus: ⁊ ſic edificia ſecura ibi remanẽt ⁊ intacta. Sic vere ſtatꝰ ſubiectiõis ⁊ paupertatis q̃ ſit obſcurior ⁊ turbulẽtior ẽ tñ in veritate ſolidior ⁊ ſecurior qꝛ. ſ. valles. i. paupes nõ ita flant̃ vẽtis inanis glo riationis: ⁊ ſic ita nõ concutiunt̃ impetu tentationis ⁊ ſic non incurrunt terremotũ eterne damnationis. Tutius eſt ergo in valle paupertatis ⁊ ſubiectionis manere q̃ in dignitatũ montibus reſidere. Et rõ reddit̃ Luce. iij. vbi dr. Omnis vallis implebit̃. ⁊ omnis collis humiliabit̃. ſ. interdũ in hac vita: ⁊ deprimetur finaliter in inferno. Pone ſi vis quomodo vallis humane nature ante xp̃i aduentum carebat
Semine fecundante.
Lumine illuſtrante.
Omine conſolante.
Culmine ſubleuante.
Propter pmũ ſterilis degebat Deutro. xxj. Ducẽt eũ ad vallẽ ſaxoſaʒ ⁊ aſperã q̃ nõ ſeminat̃. Propter ſcd̃ʒ debiliter videbat. Eſa. xxij. Onus vallis viſionis. Propter tertiũ ſeruiliter ſine omine conſolante viuebat. Hiere. vij. Nõ vocabitur vallis tophet. ideſt ꝓtectio: ſed vallis interfectionis. Propter quartũ flebiliter gemebat. Eſaie. xxij. Dies fletuũ dñi exercituũ in valle. Sed ꝓculdubio huius vallis ſterilitas: cecitas: calamitas: ⁊ infinitas fuit in aduẽtu xp̃i permutata. Nam cõtra iſtos quatuor defectus. xp̃s impleuit vallem humane nature. Semine diuinitatis ad eius indigentiã fecundandam. Lumine veritatis ad eius ignorantiã illuſtrandã. Omine benignitatis ad eius meſticiã ſeu triſticiã conſolandã. Culmine dignitatis ad eius ſubiacentiã ſubleuandã. Iſte em̃ eſuriẽtes impleuit bonis. Luce. j. Vallis igitur inferior vallis eſt miſeroꝝ. ¶ Scd̃o dico ꝙ vallis fecũdior eſt ſtatus pfectoꝝ. pfecti em̃ ⁊ eoꝝ ſtatus ſ. religiõis ⁊ eccl̃ie valles dicunt̃: qꝛ ſicut in vallibꝰ eſt B
Loci infinitas.
Terre vacuitas.
Fructus fertilitas.
Aque fluxibilitas.
Sic ꝓculdubio vir perfectus vel eorum ſtatus eſt infimus ꝑ humilitatem: ⁊ vacuus ꝑ paupertatẽ eſt fecundus per bonorũ operum vbertatẽ. eſt etiam irriguus per lacrymarũ fluxibilitatem. Ibi enim eſt infinitas humilitatis. Hiere. ij. Vide vias in conualle: ⁊ ſcias quid feceris. Cõuallis em̃ humilẽ conſcientiam deſignat: vbi vie noſtre ſunt vidende: ⁊ per compunctionẽ feruidã meditande. ¶ Item ibi eſt vacuitas tenuitatis. Status em̃ perfectoꝝ bonis tpalibus eſt vacuus. bonis vero ſpũalibus repletus. Nã ſicut in valle vbi eſt vacuitas citius niues liquefiunt q̃ in monte: cum ſit locus calidior q̃ ſint montes. Sic viri perfecti q̃tum ad affectum qui terrenis opibus ſunt vacui. niues diuitiarũ non ſolent diu ſeruare. ſed ipſas mediante calore charitatis faciliter facit pauperibus diſtillare. Michee j. Valles ſcindent̃ ſicut cera a facie ignis ſicut dicit̃ in pſ. Deus emittit fontes in cõuallibus ⁊c. Fontes dico miſericordie quibus pauperes potant̃: ⁊ per quoꝝ diſtillationẽ opum fecunditas vacuatur. ¶ Item ibi eſt fecunditas totius bonitatis. Ibi enim abundant fructus bonorũ operum ⁊ flores honeſte vite. Pſal. Valles abundabunt frumento ⁊c. ¶ Item ibi eſt fluxibilitas lachrymoſitatis. Fluuij enim lachrymarum in iſtis vallibus fluunt Pſal. Aſcenſiones in corde ſuo diſpo. in val. in lo. quem po. Status ergo perfectionis dicitur vallis
Lachrymarũ.
Salinarum.
Silueſtris.
Illuſtris.
Saxoſa.
Nemoroſa.
Vallis ergo lachrymarũ dicit̃ qꝛ ibi vigent lachryme compunctionis pſ. Qui emittis fontes in cõuallibus. ¶ Item dicit̃ vallis ſalinarũ: quia ibi acredo eſt aſpere correctionis. ij. Paral. xxv. Amaſias abijt in vallem ſalinarum ⁊ percuſſit filios ſeyr. Amaſias eſt qui in valle eccleſie. ſ. religionis corrigit ⁊ percutit inſolentes. ¶ Itẽ vallis ſilueſtris dicit̃ ꝓpter ſolitudinem ſolitarie habitatiõis. vñ Geñ. xiiij dr ꝙ vallis ſilueſtris habebat multos puteos. ¶ Itẽ vallis illuſtris dicit̃ ꝓpter nobilitatẽ famoſe reputationis. Vnde de Abraã ⁊ loth dr. Geñ. xij. ꝙ ipſi venerunt vſq; ad vallem illuſtrem. ¶ Item vallis ſaxoſa dicit̃ ꝓpter aſperitatẽ laboris ⁊ vexationis. Vnde de vinculo ſiue iugo perficientiũ dicit̃ Deut. xxj. Quod duci debebat ad vallem aſperã ⁊ ſaxoſam. ¶ Item vallis nemoroſa dicit̃ ꝓpter amenitatẽ honeſte cõuerſationis. vñ Nume. xxiiij. Quã pulcra tabernacula tua Jacob ⁊ tentoria tua iſrael vt valles nemoroſe: ⁊ vt orti iuxta fluuios irrigui. ¶ Tertio dico ꝙ vallis obſcurior eſt ſtatus mundanoꝝ. Mundani enim ⁊ ipſe mũdus vallis dicunt̃. eo ꝙ ſicut vallis eſt naturaliter Locus obſcurior. A celo remotior. Inferno propinquior. Sic vere mundus ⁊ mundanus ꝑ ignorantiã ſunt ob C

ſcuri ⁊ per vitia: ⁊ peccata inferno ſunt ꝓpinqui: ⁊ a celo ⁊ celeſtibus ſunt remoti. longe enim a pctōribus ſalus q2 iuſtificationes tuas nō exquiſierunt. Valles ſunt loca ſecreta ⁊ loca ꝓfunda. ⁊ ideo fere ſolent in vallibus habitare: ⁊ latrones inſidiando tranſeunti bus latitare. Sic vere chariſſimi vallis miſerie hu⸗ius mundi eſt habitatio ⁊ locus beſtiarū. i. hominuȝ immundoꝝ locus etiam furum: raptorū ⁊ auarorum Unde de malis hominibus vallē iſtam inhabitanti⸗bus dicit Num. xiiij. Quod amalech ⁊ chananeus ha⸗bitabāt in vallibus Et. j. Paral. xiiij. dicitur ꝙ phili ſtijm diffuſi ſunt in valle raphaym Et. ij. Regū. xxiij. Caſtra philiſtinoꝝ erant poſita in valle gygantium Amalech interpretatur lambēs ſanguinē chananeus negociator: philiſtijm populo ruens interpretaꝫ gy⸗gantes ſignant ſuperbos. Quia ꝓculdubio chariſſi⸗mi vallis huius mundi eſt proprie locus horum qui lambunt ſanguinem deliciarū ſcȝ hominū luxurio⸗ſorū: illorum qui ſunt negociatores id eſt hominū aua rorū ⁊ mundanorꝝ: ⁊ etiam illorum qui poculo ruunt id eſt hominū ebrioſorꝝ ⁊ guloſorū. Eſaie. xxviij. Ve co rone ſupbie ebrijs effraym q̄ erāt in vertice vallis pin guiſſime ⁊ etiā illoꝝ q̄ ſunt gigātes. i. hominū magno rum ⁊ ſupboꝝ. Omnes enī iſti in valle hui⁹ mūdi inha bitant ⁊ ibi dominantur ⁊ militant. Et ſic bene dico ꝙ vallis obſcurior eſt ſtatus mundanoꝝ. ¶ Quarto dico ꝙ vallis immundior eſt ſtatus damnatoꝝ. Infer nus enī vallis dicit eo ꝙ ſcilicet ad modum vallis fe ces ⁊ immūdicie id eſt viles homines peccatores ibi deſcendunt ⁊ eo ꝙ ad modum vallis infernus in ter⸗re voraginibus habet ſitum. Iſta figuraꝫ in valle filio rum ennon vbi dicit ꝙ antiquitus dicebatur gehēna eo ꝙ ſemper ardebat ⁊ eo ꝙ ydololatre ibideȝ filios comburebant ſicut ſupponitur. Hiere. vij. quia ſcili⸗cet in inferno ſemper eſt ignis ⁊ vermis. ita ꝙ demo⸗nes filios ſuos peccatores ibi comburunt ⁊ occidunt Hieremie. xix. Non vocabitur amplius locus iſte to phet: ſed vallis occiſionis.

A

# Vanum. vanitas.

Nota ꝙ illud ꝓprie dicitur vanuȝ. qđ in ſe habet vacuitatē. qđ in ſe habet inſtabilitatē. quod in ſe habet inutilitatē: ⁊ ſic verificaꝫ illud cōmune di ctū ꝙ vanum eſt qđ nō prebet plenitudinē cōtinenti: nec fulcimentū innitenti: nec fructū laboranti. Ergo poſſum dicere ꝙ vanitas ſemper accipiꝫ in malo. Et ſic notabo ꝙ in ſcriptura inuenitur.

Vanitas naturalis.
Vanitas tpalis.
Vanitas pſonalis.
Vanitas criminalis.

Prima eſt vanitas omniuȝ creaturarum. Secunda omniū bonoꝝ terrenorū. Tertia omniū hominum peccatorum. Quarta omnium operum malignoꝝ. ¶ Primo ergo dico ꝙ inuenitꝫ vanitas que eſt omniū crea⸗toꝝ. Omne enī illud qđ creatum eſt eo ipſo ꝙ creatura eſt quandā naturalem habet vanitatē: quia ſcȝ a prin⸗cipio nata eſt deficere ⁊ in nihilū tendere. Vn̄ etiam Auguſti. dicit. Quod omīa tenderēt in nihilum niſi dei manutenentia tenerenꝫ. Unde in Pſ. dicitꝫ. Verunta men vniuerſa vanitas omnis homo viuens: ſicut enī dicitꝫ. Rom. viij. Vanitati ſubiecta eſt omnis creatu⸗ra non volens. Teſte ſap. Eccl's. j. Vanitas vanitatū ⁊ omnia vanitas. Iſta eſt vanitas naturalis q̄ eſt om niū creatoꝝ. ¶ Secundo dico ꝙ eſt vanitas tpalis q̄ eſt bonoꝝ mundanoꝝ. Omnia enī bona tpalia dicun tur vana: quia mentē nō ſatiant velut inania. tum q2 innitētem fallunt velut inſtabilia: tuȝ etiam q2 ſpem fruſtrant velut mendacia ⁊ inutilia. Res enī vana di citur que apparentiam habet nō exiſtentiam que vi⸗detur fortis ⁊ eſt debilis que videtur durabilis: ⁊ eſt defectibilis. patet in veſica que plena vento aliquid videtꝫ eſſe firmum qđ tamē in veritate eſt vacuum et inane. Sic vere mundi bona que q̄uis firma ⁊ dura⸗bilia aliq̄diu videanꝫ tn̄ debilia ⁊ defectibilia com⸗probanꝫ. Et ideo dicit Eccl's. j. Vidi cuncta que fiunt ſub ſole ⁊ ecce vniuerſa vanitas ⁊ afflictio ſpūs. Et ve re chariſſimi vniuerſa vanitas ⁊ afflictio: q2 non eſt dare aliqua bona mūdi quin inueniātur vana ⁊ mētis ⁊ ſpūs afflictiua. Inuenitꝫ enim in ſcriptura Vanitas.

In diuitijs temporalibus.
In delitijs corporalibus.
In ſcientijs ſecularibus.
In amicicijs mundialibus
In corporū pulcritudinibus.
In laborum meſtitudinibus.
In verboꝝ amplitudinibus.

Dico ꝙ eſt vanitas in temporalib⁹ diuitijs vn̄ Eccl's. v. Qui amat diuitias fructus non capiet ex eis: ⁊ hoc ergo vanitas. Ubi opes ſunt plurime multi qui comedunt eas. ¶ Itē eſt vanitas in corporalibus delicijs vnde Eccl's. xij. Adoleſcē tia ⁊ voluptas vana ſunt. ¶ Item eſt vanitas in ſecu laribus ſcientijs. vnde Eccl's. ij. Sapientia perſeuera uit mecum. Sequitur. Et vidi in omībus eſſe vanita tem Hiere. iiij. Doctrina vanitatis illorum lignum eſt. ¶ Item eſt vanitas in mundialibus blādicijs ſeu amicicijs Pſ. Verūtn̄ filij hominū mēdaces. ¶ Iteȝ eſt vanitas in corporū pulcritudine Prouer. xxxj. Fal lax gratia ⁊ vana pulcritudo. ¶ Item eſt vanitas in laboꝝ ſollicitudine. Eccl's. ij. Alius laborat in ſapien tia ⁊ doctrina ⁊ ſollicitudine: ⁊ homini ocioſo que⸗ſita dimittet. in hoc ergo vanitas: ⁊ magnum ma⸗lum. ¶ Item eſt vanitas in verborum amplitudine. vnde pſ. Quorum os locutum eſt vanitatem: dextera eorum dextera iniquitatis. iſta ergo ſunt ſeptem ge⸗nera vanitatū que in bonis tpalibus inueniunꝫ: pro⸗pter que tanq̄ vana ⁊ ſuperflua a prudentibus con⸗temnunꝫ. Sicut de Dauid legimus q̄ dicebat in Pſ. Auerte oculos meos ne videant vanitatē ⁊c. Et ſic er go dico ꝙ eſt quedam vanitas tpalis que eſt munda⸗norum. ¶ Tertio dico ꝙ eſt quedaȝ vanitas perſona lis que eſt hominū peccatorū. Peccatores enī dicunꝫ vani: q2 ſcȝ vitiorum vanitatibus ſunt pleni ⁊ repleti ⁊ rebus vanis ⁊ temporalibus ſunt innixi. Iſti enī nō habent nec ſtabilitatem nec vtilitatem ſed in omīb⁹ habent vanitatē. Sap. xiij. Vani ſunt omēs homines qui nō habent ſcientiā dei. Res enī vana dicitꝫ que ful cimento ⁊ fundamēto priuaꝫ. que in pendulo conſti⸗tuitꝫ. que nulla ſtabilitate firmaꝫ. ſicut eſt ventus: nu bes: lampas: que nō ſunt res firme ſed vacue: ⁊ ideo nō ſtant. ſed potius vndequaq̄ diſcurrunt ⁊ nunc ad vnaȝ partem: ⁊ nunc ad aliam ſe deflectūt. Talis igi tur peccator eſt cui deficit gratie fundamentū. Talis enī eſt ſicut res que eſt in pendulo: quia cunctis moti bus tribulationū ſubiacet: ⁊ firmitate conſtantie ca⸗ret. vn̄ Pſ. Homo vanitati ſimilis fact⁹ eſt dies eius ſicut vm. preter. Peccator enī ꝓprie vmbra dicitur eo ꝙ more vmbre vanus nō ſolidus inuenitꝫ. ſicut patet in hypocritis. vanglorioſis. iactantibus ⁊ ſuperbis: ſed de ipſis vide ſupra in ſuis titulis. Ergo poſſuȝ no tare ꝙ peccator multipliciter eſt vanus. ſcȝ

B

In ſenſu ⁊ cognitione.
In corde ⁊ affectione.
In verbo ⁊ locutione.
In mente ⁊ cogitatione.
In manu ⁊ operatione.
In habitu ⁊ cōuerſatione.
In ſupbia ⁊ pſumptione.

Dico ꝙ peccator va⸗nus eſt in ſenſu ⁊ cogni tione. Eph. iiij. Gens ambulans in vanitate ſenſus ſui ⁊ Ezech. xiij Vident vana ⁊ diuināt mēdacia. ¶ Iteȝ eſt va nus in corde ⁊ affectione: ergo appetunt res inutiles ⁊ vanas. Pſ. Filij hominū vſq̄quo graui corde vt quid diligitis vanitatem ⁊ queritis mēdacium. ¶ Iteȝ eſt vanus in verbo ⁊ locutiōe. pſ. Vana locuti ſunt vnuſ quiſq̄ ad prox. ſu. ⁊c. Et iterū. Inquirebāt mala locu ti ſunt vanitates. ¶ Item vanus eſt in mente ⁊ cogita tione Pſ. Dn̄s ſcit cogitationes hominuȝ qm̄ vane ſunt. ¶ Item vanus eſt in manuū operatione. vn̄ Hie re. lj. Vana ſunt opera ⁊ riſu digna. ¶ Iteȝ vanus eſt in habitu ⁊ conuerſatione. j. Pet. j. Redempti eſtis de vana cōuerſatione. ¶ Item vanus in vana ſuper⸗bia ⁊ preſumptione. vnde Job. v. Vir vanus in ſuper⸗biam erigitꝫ ⁊ tanq̄ pullum onagri ſe liberuȝ natum putat.

Ayuntamiento de Madrid

putat. Iſta eſt ergo vanitas perſonalis que eſt hominum peccatoꝝ. ¶ Quarto dico ꝙ vanitas criminalis. que eſt operum malignoꝝ. Mala cū opera dicuntur vana eo ꝙ finali retributione fruſtrantur. eo ꝙ a malis hominibus inuanū exequuntur. Hiere. x. Vanū eſt opus ⁊ riſu dignū. Potiſſime aūt opera ſuperbie dicunt vana ſeu vanitas: quia. ſ. illa que fiunt ad ſuperbiam pompā ſeu gloriā ſeculi nō habēt aliquam iuſtam cauſam: nec merent aliquē bonum fructum. Et ideo illi commendantur in pſ. Qui non acceperunt in vano ani. ſuam nec iura. in do. ꝓx. ſuo. Sic igitur pꝫ ꝙ quatuoꝛ ſunt genera vanitatum. Veruntamē ad vanitatem poteſt referri materia de inſtabilitate ⁊ leuitate ⁊ alie ſimiles.

a **Varius. varietas.** Cum varietas nihil aliud ſitꝙ̄ rerū ⁊ maxime coloꝝ diuerſitas ⁊ contrarietas. Poſſumus notare ꝙ in bono ſumit ⁊ in malo. Vnde nota ꝙ in ſcriptura inuenitur varietas.

| | |
|---|---|
| Cōmendabilis. | Pꝛia ē varietas hōeſte apparētie |
| Euitabilis. | Scđa eſt mentalis inconſtantie. |
| Deteſtabilis. | Tertia eſt fallacis fraudulentie. |

¶ Pꝛima eſt varietas hominū perfectoꝝ: qui ſcilꝫ varietatē habent honeſtatis ſimiles panthere. qđ eſt animal pulcrum varijs coloꝛibus picturatū. Quia. ſ. in pelle. i. in cōuerſatione iuſtoꝝ debent eſſe varij coloꝛes: ⁊ varie virtutes lucere. Exemplo yridis in quo omnium coloꝝ varietas relucet. Quod bene figurat Exod. xxvi. vbi pꝛecipit. Mo. in tabernaculo fiat velū quatuoꝛ coloꝛibus compoſitum ⁊ pulcra varietate cōtextum: quia. ſ. viri iuſti qui tabernaculi eccleſie ſunt oꝛnamentū ⁊ velum quatuoꝛ coloꝛibus. i. quatuoꝛ virtutibus cardinalibus ſpiritualibus componuntur ⁊ per honeſtatem moꝛum: virtutū honeſtatibus diſtinguuntur pſ. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. De palatio regis aſſueri. etiam dicit Heſter. i. ꝙ ipſuꝫ mira varietate pictura decoꝛabat. Iſta eſt ergo varietas hominū perfectorum. ¶ Scđo dico ꝙ eſt varietas hominū infirmoꝝ. Viri eī infirmi ⁊ imbecilles leues ⁊ incōſtantes varij dicuntur eo ꝙ in nullo ꝓpoſito bono perſeuerant ſed de vno ad aliud variantur. Similes hyene q̄ mutat ⁊ variat ſexum. Similes etiam iſtis marinis conchilibus que ſm̄ varia tp̄a variantur. ita ꝙ in vno tēpoꝛe plena ⁊ in alio vacua inueniuntur. Similes etiā ſunt mari cuius coloꝛes variantur ⁊ fluxus. Similes inſuper ſunt ⁊ lune cuius figura variatur ⁊ ſtatus. Et breuiter iſti in eodem ſtatu non perſeuerant nec ſubſiſtunt: ſed variant continue ⁊ tranſeunt ⁊ de conditione ad conditionem. de affectu ad affectionem de verbo ad verbum. de deſiderio ad deſiderium ſe flectunt vnde Tytum. iij. Eramus ⁊ nos aliquando inſipientes ⁊ increduli: errantes: ſeruientes deſiderijs ⁊ voluptatibus varijs. Iſta eſt ergo varietas hominum laſciuoꝛum. ¶ Tertio dico ꝙ eſt varietas hominum doloſoꝛuꝫ. Fallaces enim fraudulenti ⁊ doloſi ſciunt variare ⁊ moꝛes ⁊ verba vt ſic poſſint decipere innocentes varij. eī inueniuntur adulatoꝛes: quia vnum dicunt ante ⁊ aliud retro. Falſi amici: quia vnum fingūt in verbo: ⁊ aliud in animo. Hypocrite: quia vnū monſtrant in apparentia: ⁊ aliud notant in ꝯſcientia. Iſti ergo ſunt ſimiles pardo. quod eſt animal varijs coloribus diſtinctum. Similes lupis ethiopie. de quibus dicit Iſido. ꝙ ita varij ſunt ꝙ nullus coloꝛ eis deficit. Sic vere chariſſimi tales mira varietate pinguntur ⁊ ſuis conditionibus ⁊ moꝛibus eſſe duplices ⁊ varij dinoſcuntur. De iſtis dicitur. Hieremie. xiij. Si mutare poteſt ethyops pellem ſuam. ⁊ pardus varietates ſuas ſic ⁊ vos poteritis bonum facere cum didiceritis malum. Sic ergo patet quomodo varietas poteſt tripliciter ſumi. Vide. ſ. de Mutare ⁊ de Coloꝛe.

a **Vas. vaſa.** ⁊ cetera. Nota ꝙ per vaſa in ſcriptura intelligunt homines. Vn̄ apoſtolus Rom. ix. diſtinguit duo genera vaſoꝝ bonoꝛum ſcꝫ ⁊ maloꝛum. Dicit eī ꝙ figulus de eadem maſſa facit diuerſa vaſa aliud quidem in contumeliā aliud vero in honoꝛē. Quia ſcilicet deus de eadē maſſa. ſ. de nihilo diuerſos homines creat quoꝛum alij cōtumelioſe damnant alij honoꝛifice ſaluantur. Nota ho igitur ꝙ in ſcriptura inueniuntur vaſa

| | |
|---|---|
| Fragiliſſima. | Pꝛia ſunt vaſa moꝛtalis ꝯceptōis |
| Nobiliſſima. | Scđa ſunt mentalis affectionis. |
| Vtiliſſima. | Tertia ſunt moꝛalis perfectiōis. |
| Viliſſima. | Quarta ſunt letalis infectionis. |
| Clariſſima. | Quinta ſunt vitalis ſaluationis. |
| Turpiſſima. | Sexta ſunt finalis damnationis. |

Dico ergo ꝙ ſunt quedā vaſa moꝛtalis coꝛpulentie. ⁊ iſta ſunt vaſa coꝛpoꝛum nr̄oꝝ que ꝓpꝛie pn̄t dici vaſa lutea: q2. ſ. ſicut vaſa que de luto componuntur: cito frangunt ⁊ nunꝙ̄ poſtea reparant ſic pariſoꝛmiter coꝛpoꝛa nr̄a naturaliter ſunt ⁊ materialiter cōfecta. Iob. x. Memēto qđ ſicut lutū feceris me. ⁊ in puluerē reduces me. Que cum per moꝛtē fracta fuerint nō pn̄t amplius eē reparata naturaliter. Hiere. xviij. Ecce figulus faciebat manibus ſuis vas ſuper rotaꝫ ⁊ diſſipatū eſt vas qđ ipſe faciebat manibus ſuis de luto. Iſtud eſt vas qđ per cōtritionē fricat ⁊ per confeſſionē lauat: ⁊ per ſatiſfactionē frangit ⁊ caſſatur: ⁊ ſic ſm̄ apſm. i. Theſ. iiij. Sciat vnuſquiſꝙ vas ſuum poſſidere in ſanctificatione ⁊ honoꝛe. ¶ Itē ſunt quedam vaſa mentalis cōſcientie. Cōſcientie eī ſunt vaſa illa in quibus debemus diuine gr̄e balſamū recondere ⁊ ad vſum bonoꝝ operū reſeruare exemplo apothecarij. qui in vaſis vngēta ⁊ electuaria colligit. ⁊ ꝓ medicine vſibus in poſterū cuſtodit. Figurata in ſapientibus virginibus que accipiētes oleum in vaſis ſuis ad ſponſi nuptias ſunt recepte. Mathei. xxv. et Hiere. xl. Colligite vindemiam ⁊ meſſem: ⁊ oleuꝫ recondite in vaſis veſtris. Vbi oſtenditur qđ in vaſe cōſcientie debet quilibet colligere.

Sāguinis poculū. vindemiā.
Coꝛpoꝛis ferculū. meſſem.
Gratie riuulum. oleum.

Quod tn̄ eſt cōtra multos qui in vaſe cōſcientie nō reponunt precioſum liquoꝛem: ſed potius vitioſum fetoꝛē. Figurati in illa muliere dyabolica Apo. xvij. que habebat vas plenū abhominationibus foꝛnicatiōis ſue. Mulier eī meretrix eſt anima peccatrix. que ꝑ certo vas cōſcientie abhominatione plenum habet ⁊ in ipſo feces vitioꝝ cōtinet atꝙ tenet. Eſaie. lxv. Comedunt carnem ſuillam ⁊ ius ꝓphanū in vaſis coꝝ. Iſta ergo ſunt vaſa mētalis cōſciētie: q2 ſicut đr̄ Eccli. xxi. Coꝛ fatui quaſi vas cōfractum oēm ſapientiā non tenebit. ¶ Item ſunt vaſa moꝛalis cōtinētie ⁊ iſta vaſa nihil aliud ſunt ꝙ̄ viri iuſti qui ſunt diuine gratie cōtentiui. iſta ſunt illa vaſa de quibus đr̄. Pꝛouer. xx. Aurū ⁊ multitudo gemmarū ⁊ vas pꝛecioſum labia ſapientie: ſed de hoc dicet infra latius. ¶ Item ſunt vaſa letalis iniuſtitie ⁊ iſta nihil aliud ſunt ꝙ̄ viri impij: ⁊ iniqui: q̄ in ſcriptura dicunt vaſa. eo qđ ſunt omniū criminū cōtentiua. Vn̄ in perſona peccatoꝛis dicit pſ. Factus ſum tanꝙ̄ vas perditū qm̄ audiui te. ⁊c. De dyabolo đr̄ etiā qđ ipſe parauit vaſa moꝛtis: ſagittas ſuas ardētibꝰ effecit Vaſa eī moꝛtis dicunt. eo ꝙ moꝛte culpe inficiunt ⁊ moꝛti pene eterne reſeruant. In ſcriptura eī oīe inſtrm̄ vas dicebat. Vn̄ etiam gladij interfectionis dicebant. vn̄ Ezech. ix. Vnuſquiſꝙ vas interfectionis habet in manu ſua. ⁊ ſignat peccatoꝛes: qui vaſa interfectionis dicunt: quia vel aliquos ſpūaliter vel tp̄aliter interficiūt vel q2 a demonibus finaliter occiduntur qn̄. ſ. de iſtis implebit illud qđ in pſ. de eis dicit Reges eos in virga ferrea. ⁊ tanꝙ̄ vas figuli cōfringes eos. ¶ Itē ſunt vaſa vitalis eminētie: ⁊ iſta vaſa ſunt beati qui munus gloꝛie cōtinēt in ſeipſis. vn̄. ij. Thy. ij. Siquis emundauerit ſe a peccato erit vas in honoꝛe ſanctificatū a domino vtile Eccli. xliij. Vas caſtroꝝ in excelſis in firmamēto



Ayuntamiento de Madrid

celi reſplendens.¶ Item ſunt vaſa finalis peſtilētie. ⁊ ſic per vaſa intelliguntur damnati qui dicuntur vaſa ire vn̄ Hiere.l. Aperuit dn̄s theſaurū ſuum ⁊ ꝑtulit vaſa ire ſue. Quia ſicut dr̄ Hiere.xlviij. Dn̄s contriuit
B moab.i.peccatorē ſicut vas inutile.¶ His premiſſis dicamus generaliter ꝙ per vaſa in bono ſignificato intelligūtur boni viri ⁊ iuſti quos.ſ.dominus per tribulationes fabricat. per tentationes ꝓbat per gratiā ⁊ virtutes coronat.⁊ per glorie dationem in theſauro ſuo cuſtodit ⁊ ſeruat. Iſti em̄ ſunt vaſa.

Aurea, Argētea, Lignea. Fictilia. Iſti em̄ ſunt qui Per patientiā fulgēt tanꝙ aurei. Per eloquētiam reſonāt tanꝙ argentei. Per parcitatem ſicci ſunt ſicut lignei Per humilitatē ponderoſi velut terrei. Et ideo breuiter. Apl̄s.ij.Thy.ij. dicit. Nō in magna domo nō ſolum ſunt vaſa aurea ⁊ argētea:ſed etiā lignea ⁊ fictilia. Ac ſi diceret in domo diuerſa vaſoꝝ ſunt genera indifferētium:oīa tamen ſunt vtilia:⁊ ad domuꝫ neceſſaria. Sic in domo dei que eſt eccleſia.diuerſa ſunt genera differentium hominuꝫ in virtutibus:quia vnicuiqꝫ data eſt gratia ſm menſurā damnationis xp̄i:⁊ nō oīs caro eadeꝫ eſt caro.ſed alia eſt caro volucrum:alia beſtiarum.j.Cor.xv. Verūtamen oēs neceſſarij ſunt ad vnū vel ad aliud opus. Scit em̄ ipſa bonitas dei de ipſis malis bona elicere:⁊ eorum mala opera ad vtilitateꝫ bonorū ordinare.vn̄ dicit Bern. Quod in domo magna ſunt vaſa aurea ⁊ fictilia.tamen vtraqꝫ ſunt neceſſaria,et ideo breuiter viro iuſto dicitur Eccli.l. Ipſe eſt quaſi vas auri ſolidum ornatum omni lapide precioſo. Vbi aduerte ꝙ ſicut vaſa quedam ſolent habere.

Vacuitatem vt poſſint tenere.vas.
Nobilitatem vt poſſint valere auri.
Soliditatem vt poſſint manere.ſolidum.
Formoſitatem vt poſſint placere.ornatum.

Sic viri iuſti dicuntur vaſa:qr in ipſis eſt.

Aptitudo continentis tenoris.vas.
Sanctitudo mirabilis valoris.auri.
Fortitudo durabilis vigoris.ſolidum.
Pulcritudo amabilis decoris.ornatum.

Dico primo ꝙ iuſtus dicitur vas ꝓpter aptitudinē magni tenoris. Quia ſicut vas de ſui natura eſt nature contentiue.⁊ hoc qr eſt profundum ⁊ cōcauum.⁊ ideo quicquid recipit cōtinet ⁊ cuſtodit. Sic vere iuſtus cū ſit per humilitatē cōcauus ⁊ ꝓfundus per virtutes: quas acquirēdo recipit perſeuerādo retinet: ⁊ continue ſecum habet recte vaſi comparatur. Nō bene figuratur. Exodi.xvj.vbi dr̄. Sume vas vnuꝫ ⁊ pone ibi manna vt cuſtodiatur in futuras retro generationes Manna em̄ quod erat cibus dulciſſimus dulcedinē gratie ſignat.que ꝓcerto in vaſe.i.in viro iuſto ꝑ longas generationes cuſtoditur ⁊ ſeruatur. Quod eſt contra multos qui ſunt ſicut vaſa fracta non integra:quia.ſ. res ſubtiles nō poſſunt tenere:res vero groſſas ⁊ palpabiles ſolent optime tenere ſicut pꝫ de dolio fracto qd̄ bene tenet pluuiā vel terram.vinuꝫ aūt ⁊ oleuꝫ nō tenet. Sic vere chariſſimi multi ſunt qui per peccatū ſunt fracti.⁊ a ſtatu innocentie diſſipati:⁊ iſti procul dubio liquores precioſos diuine gratie ⁊ ſapiētie nō retinent:ſed groſſa ⁊ inutilia.ſ.bona temporalia. peccata ⁊ inutilia verba optime continēt cōſeruant.atqꝫ retinēt. Sicut em̄ dicitur Eccli.xxj. Cor fatui quaſi vas confractum oēm ſapientiam nō tenebit. Iſtud optime apparet de illis q̄ illud bonum quod dicit predicator nō tenet ſed bene dicunt.ſic predicauit ⁊ predicat ⁊ non plus.ſi quis vero minus bene dictum dixerit.ſtatim memorie commendant. Sed non ſic iuſti: quia iſti ſunt vaſa bonorū cōtentiua malorum vero ⁊ inutiliū emiſſiua ſimiles vaſi quod fit de edera quod ad probandum vina,ſicut dicit Plinius mirabilem habet virtutem:quia ſi vinum limphatum infunditur. vinuꝫ in vaſe retinetur ⁊ aqua effunditur:quia proculdubio quādo iuſtis offeruntur duo.ſ.vinum ⁊ aqua hoc eſt dictū bona ⁊ mala.ſpiritualia ⁊ temporalia:virtutes ⁊ vitia proculdubio ipſi bonum retinent ⁊ malū dimittunt. Exemplo bonarum virginum que acceperunt oleum in vaſis ſuis cuꝫ lampadibus Math.xxv Sed ꝓcerto econuerſo mali ſunt ſicut vaſa papirea: que vino ⁊ aqua impleta ſimul ſolent aquam attrahere ⁊ bibere.vinum vero dimittere quia ſcilꝫ iſti citius bibunt aquam ꝙ̄ vinum ideſt melius continent mala ꝙ̄ bona.temporalia ꝙ̄ eterna. Apocal.xvij. Habebat in manu ſua vas abhominatione plenum. De bonis ergo vaſis.i.de viris iuſtis dicitur. Eccli.xliij. Sol in conſpectu nuncians:in exitu vas admirabile opus excelſi. Quia procerto mirabile eſt videre.quomō excelſus operatus eſt iſta vaſa patet de beato paulo q̄ mirabiliter fuit cōuerſus. Jō de eo dicit xp̄s Act.ix. Vas electiōis eſt iſte mihi:vt portet nomen meū corā regibus ⁊ principibus ⁊ filijs iſrael. Patet in beata virgine cuius procerto cōceptus ⁊ ortus:cōuictus ⁊ deceſſus fuerunt mirabiles. Iſta em̄ ſimilis fuit vaſi ioculatoris. Ioculatores aliquādo ſub minimo vaſe vidētur ponere res maxime quātitatis:quia ſcꝫ in vaſe ſui vteri precioſi deus pater poſuit filium ſuum: cuius tanta eſt quantitas ꝙ celi ⁊ terra eum capere non valebant. Vnde dicitur. Quia quem celi capere non poterant tuo gremio contuliſti. Iſtud eſt vas mundiſſimum in quo deus pater poſuit reliquias oēs paradiſi de quo Prouer.xxv. Aufer rubiginem de argento ⁊ egredietur vas puriſſimū. Vbi deſcribitur ipſa vt prauitatis purgata fecibus.aufer rubiginem ſupple originalis vel actualis peccati.caſtitatis dotata floribus. de argento quod rōne candoris caſtitatem deſignat ſanctitatis ornata moribus vas puriſſimū.ſ.per omnimodā ſanctitatem. Patet ergo ꝙ iuſti vaſa ſunt propter aptitudineꝫ magni tenoris.¶ Secundo dico. ꝙ C
iuſti dicuntur vaſa ꝓpter ſanctitudinem magni valoris.auri inquit. Magnates em̄ nō dignantur habere vaſa in domibus ſuis niſi magni precij ⁊ valoris. Exemplum de aſſuero magno rege.in cuius conuiuio omnes bibebant in vaſis aureis.ſicut dicitur. Heſter.j. Sic vere nos qui ſumus vaſa ſpūſſancti. debemus eſſe valentes ⁊ precioſi:⁊ cūctis moribus virtuoſi.quod oſtenditur cum dicitur auri. Nā vaſa aurea ſunt maioris valoris ꝙ̄ alia:ſignantia viros iuſtos cuius valori non poteſt aliquid comparari. Iuxta illud Eſaie xiij. Precioſior eſt vir auro ⁊ homo mūdo obrizo.quare autem iuſtus dicitur aurum vel aureus.vide ſupra de auro:quia ꝓculdubio heu pauca ſunt hodie vaſa aurea in eccleſia ſancta dei. Verificatū em̄ videtur illud.ij. Paralip.xxxvj. Nō nabuchodonoſor vniuerſa vaſa domus domini taꝫ maiora ꝙ̄ minora tranſtulit in babylonem. Et.iiij. Reg.xxiiij.dicitur. Concidit vniuerſa vaſa aurea que inuenit in domo domini. Quia procerto hodie nabuchodonoſor dyabolus vaſa argentea.ideſt viros iuſtos ⁊ ſanctos de domo dei que eſt eccleſia trāſtulit ⁊ amouit ipſoſqꝫ deſtruxit ⁊ occidit ⁊ confregit ⁊ in babylonem ideſt in confuſionem peccati portauit. Et ideo breuiter ibi modo non ſunt vaſa aurea:ſed potius vaſa.

Enea. Lutea. Lignea Saxea. Papirea. Vaſa em̄ enea que faciliter ſonāt ſignāt viros diſcordes ⁊ litigioſos. qui procerto ſunt hodie in eccleſia in magna quātitate.ij. Reg.viij. Tulit dauid es multū de quo fecit ſalomō vaſa enea.¶ Itē lutea ⁊ terrea ſignant immundos ⁊ luxurioſos: illi ſunt vaſa de quibus dicitur.ij. Regū.xvij.quod berzellai galaadites miniſtrauit dauid vaſa fictilia. Ozee. viij. Deuoratus eſt iſrael:factus eſt in nationibus quaſi vas immundum. Sic ſunt luxurioſi qui volunt habere de omnibus decimas.ſcꝫ de mulieribus. Et hoc apparet:quia tota eccleſia dei eſt deturpata. De iſto prauo vitio non oportet probare:quia ſatis videmus ad oculum.¶ Item vaſa lignea ſignant viros leues ⁊ crimioſos. Lignum enim leue faciliter ſupernatat

in aqua

in aqua. Jſti enim ſunt illa vaſa de quibus Leuit. xv.
dicitur. Quod vas ad tactum fluxus ſeminis fiebat
immundum: ſi terreum erat debebat frangi: ſed ſi li
gneum erat debebat aqua lauari. Quia procerto ta-
les leues ⁊ inſoletes, q̄ terrei ſunt ⁊ lignei. i. fragiles ⁊
infirmi. ſi ſemine carnalis voluptatis inficiuntur: de
bent correctionibus frangi ⁊ aqua confeſſionis laua
ri. ¶ Jtem vaſa ſaxea ſignant diuites crudeles ⁊ ma
licioſos. de quibus dr̄ Exo. vij. Quod cruor erat in egy
pto tā in vaſis ligneis ꝙ̄ ſaxeis. ¶ Jtē vaſa papirea
ſignant viros inanes. hypocritas ⁊ ſuperſticioſos qui
ſcȝ ad moduȝ papiri. que eſt quedā ſpecies iunci ſunt
in intentione vani: ⁊ in conuerſatione virides ⁊ hone
ſti. de quibus Eſaie. xviij. Ve terre cymbalo alarum
que eſt trans flumen ethiopie. que mittit per mare le
gatos ſuos: ⁊ in vaſis papiri ſuper aquas. Non ſic iu
ſti non ſic chariſſimi: quia iſti ſunt aurei. Et ſic dico
D ꝙ iſti dicunt̄ vaſa ꝑpter ſanctitudinē grandis valo-
ris: auri. ¶ Tertio dico ꝙ iſti ſunt vaſa ꝑpter fortitu
dinē magni vigoris. Solidū inq̄t. vas, eī ſolidū ⁊ fir-
mū melius valet: qđ. ſ. nec facil'r frangit̄: nec facil'r li-
queſcit. ⁊ inde eſt ꝙ vaſa q̄ faciliter frāgunt̄ ⁊ vaſa ſtā
nea que faciliter igne liqueſcunt parum a diuitibus
reputantur. Sic vere chariſſimi ad hoc ꝙ nos ſimus
vaſa domini precioſa neceſſe eſt ꝙ per conſtantiam ſi
mus ſolidi. ⁊ per patientiam valde firmi deus eī il-
los non approbat. qui per impatiētiam cito frangun
tur ⁊ per mala deſideria reſoluunt̄. ſolidum inquit:
vt ſic de nobis dicatur illud Job. xxxvij. Nunquid cū
eo fabricat᷒es celos qui ſolidiſſimi quaſi ere fuſi ſunt
Quod tamē eſt hodie contra multos: qui procerto ꝑ
inconſtantiam nō ſunt ſolidi. ſed per impatientiam
⁊ per inconſtantiam valde vani. Hiere. lj. Reddidit
me quaſi vas inane. abſorbuit me quaſi draco. Unde
etiam plangit hodie ſcriptura. Treno. iiij. Filij ſyon
⁊ inclyti eius quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea
opus manuum figuli? Et quaſi hodie ſunt teſtei ⁊ nō
erei. debiles ⁊ non ſtabiles feruidi ⁊ non ſolidi cadē-
tes ⁊ nō conſtantes. Nō ſic chariſſimi. ſed ſimus vas
ſolidum. Ezech. xix. Egreſſe ſunt de covirge ſolide ⁊c.
Habeamus ergo fortitudinē firmi valoris. ¶ Quar
E to dico ꝙ debent habere pulcritudinem magni deco
ris. quod oſtenditur cum dicit̄ ornatum oīn lapide
precioſo. Precioſi lapides virtutes: ⁊ bonos mores
deſignant quibus qui ornantur. pulcri ⁊ honeſti ⁊ in
anima ⁊ in corpore reputant̄. vnde illud predictum.
Prouer. xx. Aurum ⁊ gemmarū multitudo: ⁊ vas pre
cioſuȝ labia ſapientie. Unde de ipſa pulcritudine ho
neſtatis poteſt dici illud Nume. iiij. Cuncta vaſa alta
ris operient̄ velamine hiacynthino. Jta ꝙ cuilibet ta
li poteſt dici illud. Ezechiel. xxviij. Omnis lapis pre-
cioſus operimentum tuuȝ. Hec potes dilatare ſi vis
quomodo diuerſi lapides ſignificant diuerſas virtu-
tes. que vaſorum ſpiritualium ſunt fulgidum ⁊ placi
dum ornamentum. Sed de hoc vide ſupra de lapidi-
bus in ſuo titulo. Sic ergo patet quomodo viri ſan-
cti ⁊ iuſti debent habere quatuor. ſcilicet

Pulcritudinem vt placeant.
Fortitudinem vt permaneant.
Sanctitudinem vt preualeant.
Aptitudinem vt obtineant.

Et ſic bene dictum eſt quaſi vas auri ſolidum ornatū
omni la. preci. Sufficiat ergo de vaſe. Vide de vaſis
in ſpeciali ſicut de calice ⁊ de archa ⁊ ſimilib᷒. Et no-
ta ſicut audiuiſti ꝙ quatuor ſunt genera vaſorum. ſci
licet fortia vacua ⁊ ſana ⁊c. Et nota ꝙ ſignum eſt qđ
vas ſit plenum quando tactū non ſonat: quando igni
appoſitum non frangitur quando ſepe fluit quando
amplius non recipit quando ponderat: ⁊ expone ⁊c.

## A Vaſtitas. Vaſtus. vaſtator.

Nota ꝙ vaſtitas idem eſt ꝙ vacuitas. Unde res dici
citur eſſe vaſta que eſt omnibus bonis vacuata. Et ſic
vaſtare nihil aliud eſt ꝙ̄ aliquam rem ſiue locum bo
nis omnibus vacuare. Notare ergo poſſumus ſm ꝙ
generaliter ſunt tria genera bonorum. ſcilicet ſpiri-
tualia: temporalia ⁊ eterna: ſm hoc ſunt tria genera
vaſtitatum. videlicet

| | |
|---|---|
| Jnterior. | Prima eſt vaſtitas peccatorū qui va |
| Exterior | ſtant̄ bonis ſpūalibus. Scđa eſt vaſti |
| Poſterior. | tas egenoꝝ qui vaſtant̄ bonis tem- |

poralibus. Tertia eſt vaſtitas damnatorum qui va-
ſtantur bonis eternalibus. Dico igitur primo ꝙ eſt
quedaȝ vaſtitas interior ſpūalis: ⁊ iſta eſt illa qua cor
da humana bonis ſpūalibus vaſtant̄. ⁊ qua per pec-
catū ⁊ dyabolicā tentationē gratijs ⁊ virtutibus de-
nudantur. Sicut eī videmus quādo aduerſarij poſ-
ſunt murum caſtri frangere: ſtatim ſolent ingredi: ⁊
bona oīa deuaſtare. Sic vere dyabolus ſtatim quā
do poteſt murum ciuitatis in volūtate anime dirum
pere malum ſenſum imittendo: ſolet totum vaſtare ⁊
deſtruere virtutes ⁊ grās diſſipando. Unde de phili-
ſteis dicitur. ij. Paral. xxj. Quod ipſi deſcenderunt
in terram iudam ⁊ vaſtauerunt eā. ⁊ diripuerunt cun
ctam ſubſtantiam domus regis. Philiſtijm eī ſunt
demones qui in terram iudam. i. in eccleſiam aſcen-
dunt: quia iuda interpretatur confitens. eo ꝙ ibi ſit
confeſſio nominis Jeſu xpi: ipſamqȝ vaſtant virtuti-
bus ⁊ concidunt. ⁊ quicquid inueniunt in domo regis
ideſt in eccleſia dirumpunt ⁊ vaſtant: ⁊ vacuam red-
dunt eaȝ. Uñ de anima peccatrice pōt dici illud. Hie
re. vj. Jniquitas ⁊ vaſtitas audiet̄ in ea: infirmitas et
plaga. Jſta eī quatuor habent ſe per ordinem quan-
do anima peccat ſcȝ iniquitas delinquendo. vaſtitas
virtutes perdendo infirmitas fragilitatem incurren
rendo. plaga de qua mors infernalis ſequitur. niſi ꝑ
penitentie medicamina ſuccurratur. Jſta eſt ergo va
ſtitas interior ⁊ ſpūalis. ¶ Secundo dico ꝙ eſt vaſti
tas exterior ⁊ temporalis. ⁊ iſta eſt illa qua tyranni et
raptores vaſtant ⁊ diripiunt bona pauperuȝ: ſimiles
locuſtis que aliquando in aliquibus regionibus ita
abundant ꝙ ſegetes ⁊ omne viride vaſtant. Figurati
in illis locuſtis que egyptum vaſtauerunt: ⁊ eoruȝ fru
ctus ⁊ ſegetes vorauerunt ſicut dicitur. Exodi. x. quia
ſcilicet iſti roſores: vſurarij ⁊ vaſtatores: balliui offi-
ciales ⁊ raptores abundant in intantū modernis tem
porib᷒ in hoc mundo. ꝙ oīa ſubditorū bona ab eis
deuaſtant̄. ⁊ ꝑ tribulationē variā deuorant̄ iſti figurā
tur in madianitis. De quibus dicitur. Judicum. vj. ꝙ
ipſi ⁊ reges eorum venerunt ſuper terram iſrael in-
ſtar locuſtarum vniuerſa deuaſtantes. Unde Judicū.
ix. Habitatores ſychem egreſſi ſunt in agrum vaſtan
tes vineas. Sed quid? procerto de iſtis vaſtatorib᷒ ve
rificatur multotiens illud Hiere. xxx. vbi dicitur po
pulo. propterea oēs qui comedunt te deuorabunt̄:
⁊ oēs hoſtes tui in captiuitatē ducentur. ⁊ vaſtan-
tes te vaſtabuntur. Quia proculdubio plerunqȝ acci-
dit ꝙ illi qui ſunt aliorum deuoratores ſcȝ vſurarij et
balliui. tandem a ſuis maioribus deuorantur ⁊ exem
plo piſcium qui minores ſe moleſtauerunt tandem a
ſuis maioribus moleſtant̄ Michee. v. Nunc vaſtabe
ris filia latronis. Eſt ergo vaſtitas exterior ⁊ tempo-
ralis. ¶ Tertio dico ꝙ eſt vaſtitas poſterior ⁊ eterna
lis: ⁊ iſta eſt vaſtitas qua miſer damnatus vaſtat̄ quā
do bonis fortuitis ⁊ gratuitis ſpoliatur ⁊ in tortoruȝ
manibus dimittitur vt torqueatur ⁊ ſine fine vaſtet̄.
Unde de vaſtatione hominum ſuperborum dr̄. zach.
xj. Ulula abies qm̄ cecidit cedrus qm̄ magnifici. va-
ſtati ſunt. Jſta eſt ergo triplex ſpecies vaſtitatis quā-
do accipitur in malo. Jn bono vero accipitur quādo
deus per ſe ⁊ per predicatores ſuos vaſtat ⁊ diſſipat
terram dyaboli ſcȝ peccatores. bellum. ſ. predicatores
inferendo ⁊ ignem ſancti ſpiritus immittendo: ⁊ poſ
ſeſſiones ſuorum cordium ſegetibus: hoc eſt dictu vi-
tijs ⁊ criminibus extirpando. Et de hoc poteſt intel-
ligi illud. ij. Reg. xj. Miſit dauid ioab ⁊ ſeruos ſuos



Ayuntamiento de Madrid

qui erant cum eo ꝛ vaſtauerunt filios amon. Dauid
enim qui deum patrem ſignat: qui ioab.ideſt xp̄m et
ſeruos eius.ideſt p̄dicatores ꝛ ſanctos miſit. filios
amon.i.demones deuaſtauit.i.Regum .xiiij. Irrua-
mus ſuper philiſteos nocte ꝛ vaſtemus eos ꝛc. Et ſic
de vaſtitate ſufficit.

A **Ubera.** Cum vbera ſint illa membra in quib⁹
lac procreatur.a quo pueri lactantur ꝛ
nutriuntur. Notare poſſumus ꝙ ſunt duo genera vbe
rū.ſ.diuina ꝛ humana. Tria eñ deus habet vbera.vȝ
Unum quo lactat homines penitentes.
Unum quo lactat homines triumphantes.
Unum quo lactat homines ignorantes.
Sicut enim videmus ꝙ animalia generaliter pariūt
tot fetus quot vbera habent. Sic procerto deus qui
eſt mater noſtra: ſcḋm ꝙ habet varios fetus ſcḋm hoc
habet varia vbera pro eis lactandis ꝛ nutriendis. ha
bet enim.
Aliquos filios qui indigent miſeratione.
Aliquos qui indigent eruditione.
Aliquos qui indigent conſolatione.
¶ Primi ſunt penitentes. qui lactant vbere miſera-
tionis. Unde ipſis penitentibus dicit Eſaie.xxxij. Ac
cingite lumbos veſtros: ſuper vbera plāgite. Sicut
eñ videmus ꝙ canicula neſcit denegare vbera ſua ca
tulis ſuis adhuc cecis ꝛc. Uñ ipſi etiā ꝗꝗ ceci quod-
dam inſtinctu naturali ſciūt vbera petere: ꝛ ſe ad ſug
gendum lactis dulcedinem applicare. Sic vere deus
vbera miſericordie ſue nulli denegat ꝗuis per pecca
tū fuerit excecatus. Solem enim ſuum facit oriri ſu
per bonos ꝛ malos: ſicut dicit Math.v. Et ideo nos
ꝗꝗ ſumus ceci ꝛ peccatores debemus vbera diuine
miſericordie cognoſcere ꝛ ad obtinenda dei beneficia
nos diſponere. ꝛ ſurſum ad ipm̄ per deuotionē ꝛ con
uerſionem mentaliter nos erigere ꝛ leuare dicens il-
lud Cant.i. Oſculetur me oſculo oris ſui. quia melio-
ra ſunt vbera tua vino. fragrantia vngentis optimis
Primi ergo filij dei ſunt qui lactant vbere miſeratio
nis. ¶ Secundi ſunt filij ignorantes qui lactant vbe-
re eruditionis. Deus eñ habet duo vbera ſacre ſcri-
pture. ſ. vetus ꝛ nouum teſtamentum quibus pueri.i.
ſimplices lacte doctrine potant: quibus in fide ꝛ mo-
ribus imbuuntur. Joelis.ij. Congregantes paruulos
ꝛ ſuggentes vbera. ¶ Tertij filij ſunt indigentes qui
lactantur vbere cōſolationis. Deus enim habet vbe-
ra eterne retributionis ꝛ affluentie quibus lactat et
ſaciat tribulatos. Sicut paruulus ꝗꝗ doleat ꝛ plan
gat. ſtatim tamen qñ ad vbera venit conſolatur. a plo
ratu quieſcit. ꝛ priſtinum dolorem obliuiſcitur. Sic
miſeri pauperes ꝛ tribulati quando veniunt ad iſta
vbera perfecte conſolant: ꝛ in omnibus bonis delec-
ctantur. Eſaie.xi. Delectatur infans ab vbere. Unde
etiam deus dicit illud. Cant.i. Dilectus meus mihi
inter vbera mea commorabitur. Uñ Eſaie.lxvi. Gau
dete vniuerſi cū hir'l'm qui lugebatis ſuper eā vt ſu
gatis ꝛ repleamini ab vberibus conſolationis eius.
Iſta igitur ſunt vbera diuina. ¶ Sed adhuc dico qḋ
B ſunt vbera humana. Et ſic dico ꝙ inueniuntur.
Ubera clementie ꝛ pietatis.
Ubera ſcientie ꝛ charitatis.
Ubera opulentie ꝛ proſperitatis.
Ubera immundicie ꝛ carnalitatis.
Sunt dico vbera clementie ꝛ pietatis ꝛ iſta ſunt illa
que debent habere diuites p pauperibus nutriendis
Unde de ipſis pauperibus debent dicere illud. Eſa.
lxvi. Ad vbera portabimini ꝛ ſuper genua blandient
vobis. Sunt etiam vbera charitatis ꝛ ſcientie. ꝛ iſta
vbera nihil aliud ſunt ꝙ labia predicatorum. a quib⁹
lac doctrine ſugitur ꝛ hauritur Cant.vij. Duo vbera
tua ſicut duo hynnuli gemelle capree. Et tñ d̄ multis
dicitur Oſe.ix. Da eis dñe quid dabis eis: vuluam ſi
ne liberis ꝛ vbera arentia. ¶ Item ſunt vbera proſpe
ritatis ꝛ mundane opulentie ꝛ iſta ſunt vbera quibus
dyabolus lactat malos ꝛ de quibus. Job dicit plāgen
do. Quare non in vulua mortuus ſum egreſſus de vte
ro ſtatim perij: quare exceptus genibus cur lactatus
vberibus? Job.iij. Sunt nihilominus vbera carnali-
tatis ꝛ immundicie ſeu luxurie: ꝛ ſic loquitur mulier
mala fatuo iuueni. Prouer.vij. veni inebriemur vbe
ribus ꝛ fruamur cupidis amplexibus donec illuce-
ſcat dies. vide ſupra de Lacte vbi ſatis inuenies ꝛ ſuf
ficit ad preſens.

**Ubi.** Nota ꝙ vbi aliquando ſumit interrogati-
ue: ꝛ aliquando poſitiue. vel aliter vbi ſigni A
ficat per modū poſitionis: ꝛ ſic poteſt eſſe aduerbiū
interrogandi ſicut Jo.viij. vbi ſunt qui te accuſabant
Aliquando ſumit per modū inheſiōis: ꝛ ſic eſt aduer
bium loci ſicut qñ dicitur Math.vj. Ubi eſt theſau-
rus tuus ibi eſt ꝛ cor tuum. Dicamus ergo ꝙ iſtud vo
cabulum ſignat queſtionem interrogatiue ſumptum
ꝛ per conſequens dubitationē cum queſtio nō fit niſi
d̄ dubijs. Poſſumus igitur generaliter dicere ꝙ per
vbi intelligitur dubietas humane conditionis ſicut
eñ quādoꝗ eſt queſtio dubitatiua de tempore ſic eſt
quandoꝗ queſtio dubitatiua de loco. Sed dicamus
melius ꝙ vbi ſignificat dubitationis incertitudinem.
ꝛ ſic ſignificat queſtionem. ꝛ dubietatem ſtatus ꝛ con
ditionis humane circa qḋ notandum ꝙ ſtatus noſter
eſt dubius ꝛ incertus in multis ꝛ maxime
De dei benignitate.
De ſtatus ſecuritate.
De morum ſtabilitate.
De mortis propinquitate.
De ſtatus poſt mortem varietate.
¶ Primo quidē ſumus incerti de dei benignitate: qꝛ
neſcit homo vtrum amore vel odio dignus ſit ſicut d̄r
Eccl'ſ.ix. Quāuis homo ſciat ſe a deo dilectū. neſcit
tamen ſi ſua gratia apud deum perſeuerabit: qꝛ ſcilȝ
ſua occulta ꝛ eterna predeſtinatio aliquando pecca-
tores facit iuſtos aliquando iuſtos patit fieri pecca-
tores. Sicut eñ ſcḋm Iſidorū eſt quoddam genus ada-
mantis in ethiopia cuius vnus angulus attrahit fer
rum alius depellit ipſum ita ꝙ iſte lapis ſcḋm diuer-
ſos angulos ſimul ꝛ ſemel attrahit ferrum ꝛ fugat.
Sic vere deus per ſuam occultam prouidentiam vnū
attrahit cōuertit ꝛ ſaluat quia cui vult miſeret deus
ꝛ quem vult indurat.i.indurari permittit. Rom.ix.
Alios etiā attrahit per pſperitatem. alios repellit p
aduerſitatem. Et ideo de xp̄i. grata acceptione ꝛ be-
niuolentia poſſumus dicere ꝛ dubitare per vbi dicen
tes illud pſ. Ubi ſunt miſericordie tue antique domi
ne. Et potiſſime illi qui in tribulatione tēporali ſunt
ꝛ eternali poſſunt dicere illud.iiij. Reg.ij. vbi ē deus
helye Et nos procerto poſſumus reſpōdere illud pſ.
Deus aūt noſter oīa quecunꝗ voluit fecit. Sumus
ergo incerti de dei benignitate. ¶ Secundo dico qḋ
ſumus incerti de ſtatus ſecuritate. Quādiu enim ſu-
mus in hac vita nos ſumus ſicut arbor in flore que fa
ciliter incurrit periculum. ꝛ faciliter a frigore vel ca
lore a conſecutione fructuum impedit. Sic vere ho-
mo nihil poteſt habere ſecuritatis in hoc mundo: qꝛ
ſemper eſt in periculo ꝙ per mentalem tentationem
vel per corporis infirmitatem ꝛ vexationem: vel per
rerum exteriorē aduerſitatem ꝛ tribulationem aliqḋ
īfortuniū tēporaliter corporaliter. ſpiritualr ꝛ eternalr
conſequat. Et ideo dicit Ambroſius in ſermone de cō
feſſoribus. Quis niſi in tuto ꝛ ſine trepidationib⁹ po
ſitus poteſt ſibi quicꝗ vēdicare de meritis vbi de pre
terito meminit ſe habere quod doleat: ꝛ de futuro vi
deat ſibi deeſſe qḋ timeat. Ideo de iſta incertitudine
poteſt fieri cuilibet iſta queſtio Geñ.iij. Adam vbi es
Et illud. Joan.i. Rabbi vbi habitas? Et maxime po-
teſt peccatoribus qui reuera habitant in mundo in
ſtatu peccati reſpōderi ꝛ dici illud Apoc.ij. Scio vbi
habitas vbi ſedes eſt ſathane. finaliter autē erunt in
inferni tormento vbi habitabunt in terra tenebroſa ꝛ
operta

Ayuntamiento de Madrid

operta mortis caligine.vbi vmbra mortis ⁊ nullus ordo:ſed ſempiternus horror inhabitat.Job.x.Et breuiter cuilibet qui eſt in ſtatu peccati poteſt dici illud. Ezechielis.ij.Impij ſubuerſores ſunt tecum ⁊ cum ſcorpionibus habitas.Sumus igitur incerti de ſtatus ſecuritate.¶Tertio dico ꝙ ſumus incerti de morum ſtabilitate:quia.ſ.neſcimus ꝙdiu ſtemus in vitijs ⁊ peccatis ⁊ ꝙdiu perſeuerabimus i ſtatu gratie Job.iiij.Ubi eſt timor tuus.fortitudo tua.patientia tua:⁊ perfectio viarum tuarum.Ad qđ ipſe debet reſpondere.Fortitudo mea ⁊ laus mea dñs ⁊c.¶Quarto dico ꝙ ſumus incerti de mortis ꝓpinquitate.Sic enim videmus ꝙ nauta ꝙdiu eſt in mari tādiu eſt in ſtatu incerto:⁊ hoc quia neſcit quādo ventus mutabitur.nec vtrū ad bonū portū applicabitur:vel vtrū fracta naue in profundū mergatur.Sic vere chariſſimi homo qui in fragili naue corporis nauigat ꝑ hoc mare huius mundi vbi ſunt reptilia quorum non eſt numerus.ſemper eſt incertus quando ventus ſue vite mutabitur.quando nauis ſui corporis ad portum ⁊ ad littus mortis applicabitur.⁊ vtrum in profundo abyſſi per deſperationem vel damnationē anime ſubmergetur.De iſta ergo incertitudine mortis poteſt fieri iſta queſtio prima.Corinth.xv.vbi mors victoria tua ⁊c.Et poteſt reſponderi illud Bernardi lib.de meditatione.Scito ꝙ mors vbiq; te expectat.tu ergo ſi ſapiens fueris vbiq; eam expectabis.Sumus ergo incerti de mortis ꝓpinquitate.¶Quinto dico ꝙ ſumus incerti de ſtatus poſt mortem varietate.Quia ſiue ſimus reges ſiue principes neſcimus vbi erimus vbi ſunt qui nos preceſſerunt.Uñ Baruch.iij.Ubi ſunt principes gentium qui dominantur ſuper beſtias que ſunt in terra:qui in auibus celi ludunt ⁊c.vſq; alij in loco eorum ſurrexerunt.Patet ergo quomodo per vbi intelligitur ſtatus humane conditionis Et breuiter de finali queſtione dubitatiua dicamus illud Job.xiiij. Homo cū mortuus fuerit nudatus atq; cōſumptus vbi queſo eſt:In quibus verbis oſtenduntur quinq; que ſumme ſunt apud nos dubia ⁊ incerta.ſc3

Labilitas carnalis nature.homo.
Flebilitas finalis iacture.mortuus.
Debilitas moralis ſtructure.conſumptus.
Mobilitas mundialis texture.nudatus.
Finalitas localis clauſure.vbi queſo eſt.

Sumus enim incerti de carnalis nature fragilitate. Homo inquit.qui ſcilicet modo eſt viuus modo mortuus modo ſanus.modo infirmus.¶Item de finalis iacture velocitate mortuus inquit:q2 ſcilicet de morte neſcimus quando.vbi ⁊ quomodo venerit.¶Item de moralis ſtructure debilitate.conſumptus inquit: quia neſcimus vtrum illud modicum quod homo de gratijs habet ⁊ virtutibus conſumetur vel durabit. ¶Item de mundialis texture mobilitate:nudatus inquit.Quia quātūuis modo ſimus diuites.neſcimus tamen vtrū per fures.vel per ignē vel per raptores.vel per aliud infortunium nudabimur cunctis bonis. ¶Item incerti ſumus de localis clauſure finalitate. vbi queſo eſt inquit:quia ſcilicet poſtꝙ homo receſſit de hac vita neſcitur vbi proprie eſt vel in inferno.vel in paradiſo vel in purgatorio.Poteſt igitur queri de quolibet illud Geneſis.iiij.Ubi eſt abel frater tuus.

B ¶Sed adhuc dicamus ꝙ vbi de chriſto poteſt fieri ⁊ maxime de chriſto nato.Unde Matthei ſecundo.vbi eſt qui natus eſt rex iudeorum.¶Item de Chriſto in ſacramento recepto illud Joannis.xx.Dicito mihi vbi poſuiſti eum.¶Item de chriſto refecto Matth. xxvj.Ubi vis paremus tibi comedere paſcha.Ad primam ergo queſtionem reſpondet ꝙ ipſe natus eſt in loco paupertatis.Uñ Luce ſecūdo.Inuenietis puerū pannis inuolutū.Ad ſecundam queſtionem dico qđ chriſtus in ſacramento recipiēdus eſt in loco puritatis ſcilicet i corde puro.Et dicamus ergo.Ecce locus vbi poſuerunt eum Marci decimoſexto.Ipſe tñ dicit de peccatoribus poſuerunt me in lacu inferiori in tenebroſis etc.Pſal.Ad terciam queſtionem dico ꝙ iſte eſt refectus cibo pietatis.ſcilicet corde pio et deuoto.Uñ Marci decimoquarto.vbi eſt refectio mea vt cum diſcipulis meis manducē.Et ad hoc ipſemet reſpondet.Eſaie.xxviij.Reficite laſſum ⁊ hoc eſt refrigerium meum⁊ noluerunt audire ⁊c. C ¶Nota ſicut ſupra dictum eſt vbi non ſolum ſignificat interrogatiue:ſed etiam localiter ⁊ indefinite.Circa quod poſſumus aduertere ꝙ vbi in bono ſignat ⁊ in malo.

In bono ſignificat.
Locum vbertatis.
Locum charitatis
Locum dignitatis
Locum equitatis.
Locum ſanctitatis.
Locum felicitatis.
Locum ſocietatis.
Locum nobilitatis.

Significat enī locum vbertatis ⁊ opulentie. vñ Prouer. xiiij.Ubi aūt multitudo ſegetis ibi fortitudo bouis manifeſta eſt.¶Item locū charitatis ⁊ amicicie.Matthei xviij.Ubi duo vel tres cōgregati fuerint in nomine meo ibi ſum in medio eoꝝ.¶Itē locum dignitatis⁊ eminentie.Ideo dicebat xp̄s.Joā. vij.Ubi ego ſum ibi nō poteſtis venire.¶Item locū equitatis.vnde Luce.xvij.vbi fuerit corpus illic congregabuntur aquile.¶Item locū ſanctitatis:quia ſicut dicitur.ij.Cor.iij.vbi ſp̄s domini ibi libertas.¶Itē locū felicitatis.vñ Matth.vj.vbi eſt theſaurus tuus ibi eſt ⁊ cor tuum.¶Item locū ſocietatis vnde Joā. xiiij.vbi ſum ego ⁊ vos ſitis.¶Item locum nobilitatis.ideo dicitur.Coll.iij.Que ſurſum ſunt querite vbi chriſtus eſt. D ¶Sed adhuc dico ꝙ vbi poteſt ſignificare in malo poteſt enim ſignificare.

Locum moralis ſterilitatis.
Locum realis tenuitatis.
Locum finalis penalitatis.
Locum carnalis iniquitatis.

Significat enī ⁊ denotat ſterilitatem moralem. vñ Prouerbio.xiiij.vbi nō ſunt boues preſepe vacuū eſt.¶Item ſignificat tenuitatem realem.i.paupertatem.vñ Luce.ix.Filius autem hominis nō habet vbi caput ſuū reclinet.¶Itē ſignificat penalitatem finalem ſcilicet infernum vnde Job.x.vbi vmbra mortis⁊ nullus ordo ⁊c.¶Item locum carnalis iniquitatis.vnde Auguſtinus ſuper Joannem.vbi caro imperat.ſpiritus ſeruit.peruerſa domus eſt quidem penis dome:vbi femina non obtemperat.⁊ rectus vir vbi ſpiritus imperat ⁊ caro ſeruit:⁊ ſic ſufficit de vbi.

## Ubiq3.vbicunq3.

A Nota qđ iſta aduerbia ſignificant generalitatem ⁊ poſſunt referri ad deum.⁊ ad prelatum ⁊ ad ſubditum Habet enī deus generaliſſimam poteſtatem Habet bonus prelatus generaliſſimam charitatem.Habet bonus ſubditus generaliſſimam obedientiam.Dei enī poteſtas eſt vbiq; ad proficiendū. vñ.ij.Regum.vij.Brachiū tuum extentum vbiq;.Et iſtud Phil.iiij.vbi ⁊ in omnib⁹ inſtitutus ſum.¶Itē prelatus debet eſſe vbiq;

Ad ſubueniendum.
Ad inſtruendum.
Ad corrigendum.

Uñ.ij.Regum.vij.Et fui tecum in omnib⁹ vbicūq; ambulaſti.¶Item ſubditus debet eſſe vbiq; ad obediendū ⁊ ad ſe voluntarie ſcūctis bonis obſequijs ſubijciēdū.vñ Sap.vij.Attingit vbiq; ꝓpter ſuam mundiciam.¶Item vbiq; ⁊ vbicunq; ſignare poſſunt in malo ſc3.

Curioſos exploratores:
Uitioſos murmuratores.
Guloſos deuoratores.

Dico curioſos exploratores qui vbiq; volūt videre.omnia ſcire.inueſtigare ⁊ inquirere.vnde Luce.xvij.vbicunq; fuerit corpus ibi congregabuntur ⁊ aquile.¶Item vitioſos murmuratores quia vbicunq; volūt eſſe ad loquēdum murmurandum ⁊ detrahendum.Unde Actuū. xxviij.De ſecta hac notum eſt nobis ꝙ vbiq; ei contradicitur.¶Item ſignificat guloſos deuoratores ꝙ vbicunq; ſentiunt aliq; conuiuium ibi currunt. vñ Job. xxxix.vbicunq; ſenſerit cadauer ſtatim adeſt.⁊ hoc de vbicunq; ſufficiat.

Ayuntamiento de Madrid

A Ve. Nota q̄ iſtud nomen ve. nomen eſt commina
toriū. ꝛ nomen maledictorium. Nā per iſtud
pōt intelligi quicunq; malus ſucceſſus ꝛ quodlibet
infortunium ꝛ grauamen. igitur triplex incommodū
poteſt homini ineſſe ſcilꝫ miſerie. culpe ꝛ pene Hinc
eſt quod Mauricius bene proſequitur ꝛ ſcribit q̄ tri
plex poteſt inueniri ve. Quod ſcꝫ bene figuratur Apo
ca. viij. vbi dicitur. Quod Joannes audiuit vocem ma-
gnam aquile volantis per medium celū dicentis ve.
ve. ve. habitātibus ſuper terram. Aquila enim iſta eſt
dei filius qui pcerto cariſſimi habitatoribus terre. i.
dilectoribus mundi triplex ve. ideſt triplicem male-
dictionem comminatur ſcilicꝫ ve miſerie. ve culpe. ve
eterne pene. Notabo igitur q̄ inuenitur in ſcriptura
Unum ve quod eſt miſerorum.
Unum ve quod eſt peccatorum.
Unum ve quod eſt damnatorum.
Primum ve debet ſuſtineri cum patientia. Secundū
debet abhorreri cum diligentia. Tertium debet pre-
caueri cum ſapientia. ¶ Primum ve eſt terrene tri-
bulationis cui ſubijcimur. Scdm eſt interne inquina
tionis per quam inficimur. Tertium eſt eterne da-
mnationis per quam affligimur. ¶ Dicamus ergo
q̄ eſt vnum ve cui miſeri ſubijciuntur. Multis em̄ af
flictionibus ꝛ maledictionibus multis infortunijs ꝛ
caſibus ſubijcimur in hoc mundo. Subijcimur enim
dolori. merori. errori. languori. timori ꝛ clamori. Sub
ijcimur dico ve multorum dolorum. Unde Hiere. xlv
Ve mihi miſero quia addidit dominus dolorem do-
lori meo. ¶ Item incurrimus ve multorum merorꝫ
Dominus em̄ mittit nobis quotidie librum ezechie-
lis. vbi ſcripta erant lamētationes ꝛ carmen ꝛ ve Eze
chi. ij. quia quotidie riſus dolori miſcetur ꝛ extrema
gaudij luctus occupat. ¶ Item incurrimus ve multo
rum errorum. Sepe em̄ fit q̄ errore ſeducti nos dici-
mus bonum eſſe malum. ꝛ econtrario malū eſſe bo
num. Eſa. v. Ve qui dicitis malum bonum ꝛ bonum
malum ꝛc. Et merito nos erramus quando ſenſuali-
tas ꝛ non ratio nos gubernat vnde Eccl's. x. Ve terre
vbi rex eſt puer. ¶ Item incurrimus ve multorꝫ lan
guorum. Quotidie enim languoribus affligimur et
grauamur. Unde Hiere. x. Ve mihi ſuper contritio-
ne mea. peſſima plaga mea. ¶ Item incurrimus ve
multorum timorum. Ps. Timor ꝛ tremor venerunt
ſuper nos ꝛ cōtexerunt nos tenebre. Unde Hiere. iiij
Ve mihi q2 defecit anima mea propter interfectos.
¶ Item incurrimus ve multorum laborum ſeu cla-
morum. quia ſcꝫ non ſumus in loco pacis. ſed potius
diſcordie ꝛ clamoris. vn̄ Hieremie. xv. Ve mihi ma-
ter mea quia genuiſti me virum rixe ꝛ diſcordie in vni
B uerſa terra. Sic ergo patet q̄ eſt vnū ve cui ſubijciun
tur miſeri. ¶ Scdo dico q̄ eſt vnum ve quod eſt pene
per qd̄ homines inficiuntur ꝛ illud eſt ve culpe. Que
libet em̄ culpa quam contrahimus eſt vnum ve ꝛ vna
maledictio quam incurrimus. Unde Job. x. Et ſi im-
pius fuero ve mihi eſt. Et dico q̄ per iſtud ve in ſcri-
ptura maledicuntur multa genera peccatorū ſcilicet
Uiri mendaces.
Uiri loquaces.
Uiri fallaces.
Uiri tenaces. vel
Uiri rapaces.
Uiri procaces.
Uiri voraces
Uiri mordaces.
Uiri lete viuentes.
Uiri male regentes.
Uiri contradicentes.
Uiri inſipientes.
Uiri male penſantes.
Uiri dure regnantes
Uiri carnem amantes.
Uiri deum linquentes.
Uiri dupla loquentes
Uiri ſuperbientes.
Uiri de ſe ſperantes.
Uiri decipientes.
Eſt igitur vnū ve viris mendacibus. vnde Eſa. v. Ve
qui dictis bonum malum. ¶ Item eſt ve viris loqua
cibus. i. adulatoribus. q2 tales verbis alios decipien
tes a deo maledicti ſunt Ezech. xiij. Ve qui conſuunt
puluillos. i. puluinaria ſub omni cubitu. ¶ Item eſt
ve viris fallacibus ſcilꝫ hypocritis Math. xxiij. Ve
vobis ſcribe ꝛ phariſei hypocrite qui ſimiles eſtis ſe
pulcro dealbato ꝛc. per totū illud capitulū. ¶ Item
eſt ve viris tenacibus ꝛ auaris. Abacuc. ij. Ve q̄ mul-
tiplicat non ſua Eſaie. v. Ve qui coniungitis domum
ad domuꝫ. ¶ Itē eſt ve viris rapacibus. Eſa. xxiij. ve
qui predaris. nonne ꝛ ipſe predaberis. ¶ Itē ve eſt vi
ris procacibus ꝛ fatuis inſolētibus. obſtinatis inobe
dientibus. Eſa. xxix. Ve qui pfundi eſtis corde. ¶ Itē
eſt ve viris voracibus ꝛ guloſis ſcꝫ ꝛ ebrioſis Eſa. v.
Ve qui potentes eſtis ad bibendum vinum ꝛ fortes
ad miſcendam ebrietatē. Et Prouer. xxiij. Cui ve. cu-
ius patri ve. cui rixe. cui fouee. cui ſuffoſſio oculorum
cui ſine cauſa vulnera. niſi his qui morantur in vino.
ꝛ ſtudent calicibus epotandis. ¶ Item eſt ve morda-
cibus viris. ſ. detractoribus ꝛ prouocatoribꝰ. Soph.
iij. Ve prouocatrix ꝛ redempta ciuitas. ¶ Itē eſt ve
lete viuētibus. i. diuitibus mundi. Luc. vj. Ve vobis
diuitibus qui hic habetis conſolationem. Et Amos.
vj. Ve qui opulenti eſtis in ſyon. ¶ Item eſt ve male
regentibus. ſ. malis iudicibus ꝛ prelatis Hiere. xxiij.
Ve paſtoribus qui diſpergunt ꝛ dilacerant gregē pa-
ſcue mee dicit dn̄s Et Eze. xxxiiij. Ve paſtoribꝰ iſrael
qui paſcebant ſemetipſos. ¶ Itē eſt vnum ve contra-
dicentibus. ſ. rebellibus. inobedientibus ꝛ brigoſis.
Eſa. xlv. Ve qui contradicit factori ſuo. Et Luc. xvij.
Ve autem homini illi per quē ſcandalū venit. ¶ Itē
eſt ve inſipientibus Ezec. xiij. Ve pphetis inſipienti
bus q̄ ſequunt̄ ſpm̄ ſuum ꝛ nihil vident. ¶ Itē eſt ve
male pēſantibus ſeu cogitantibus. Michee. ij. Ve q̄
cogitatis inutile ꝛ operamini malū. ¶ Item eſt ve du
re furentibus ſeu regnātibus. ſ. viris crudelibꝰ. Eſa.
x. Ve aſſur virga furoris mei ꝛc. ¶ Itē eſt ve carnem
amantibus Naū. iij. Ve ciuitas ſanguinū ꝛc. ¶ Iteꝫ
eſt ve deū ſpernētibus Eccli. xlj. Ve vobis impij qui
dereliquiſtis legē dei. Et Oſee. vij. Ve eis qm̄ receſſe
runt a me. ¶ Itē eſt ve dupla loquētibus. ſ. viris du-
plicibus ꝛ fallacibus Eccli. ij. Ve duplici corde ꝛ la-
bijs ſceleratis. ¶ Itē eſt ve ſuperbiētibus Eſa. xxviij
Ve corone ſupbie. ebrijs effraym. ¶ Itē eſt ve de ſe ſpe
rantibꝰ. Eſa. v. Ve qui ſapiētes eſtis in oculis veſtris
¶ Itē eſt ve decipiētibꝰ. ſ. pditoribus ꝛ iniquis. vnde
Math. xxvj. Ve homini p quē filius hominis tradet̄
Abacuc. ij. Ve qui dat potum amico ſuo miſcens fel.
Iſta ſunt viginti ve. i. viginti maledictiones q̄ generi
bus viginti peccatorū applicant̄. ꝛ quibus ipſi pecca-
tores ſpūaliter corrumpunt̄. Sic ergo dico q̄ eſt vnuꝫ
ve per qd̄ inficimur. ¶ Tertio dico q̄ eſt vnū ve p qd̄ C
affligimur ꝛ illud eſt ve. i. maledictio pene eterne qd̄
ſequit̄ ve miſerie. ꝛ ve. ſ. quo damnati ipſi maledicun
tur ꝛ excōmunicant̄. ꝛ a deo perpetuo reprobantur.
Et aduerte q̄ iſtis eſt ve ppter multa vicꝫ
Quia pena eorum non releuatur. — Qd̄ non rele
Quia pena ipſorꝝ ſemp augmentat̄. — uet̄ pena eo-
Quia pena illorꝝ nunq̄ terminat̄. — rū vel tempe
ret̄. patꝫ Eccl's. iiij. vbi dr̄. ve ſoli q2 ſi ceciderit nō ha-
bet qui ſubleuet eū. Qd̄ etiā ſemp augmentet̄. patet
Hiere. xlv. vbi dr̄. ve mihi miſero qm̄ addidit dn̄s do
lorē dolori meo. Et q̄ etiā nunq̄ terminet̄. patꝫ Soph.
ij. vbi ipſis dr̄. ve ve q̄ habitatis funiculū maris gens
pditorꝝ. funiculū em̄ ligamētū eternitatis deſignat.
Mare aūt amaritudinē deſignat. Perditio vero q̄ nū
q̄ amplius dꝫ inuenire denotat. Ideo ipſis dr̄. Nume.
xxj. ve tibi moab. periſti pp'le camos. Sic ergo pꝫ quō
generaliter

generaliter loquendo triplex.ideſt tria damna vel in-
fortunia in ſciptura ponuntur. miſerie pene ⁊ culpe.
Et ſic ſufficit quo ad preſens.

A ## Velare. Velum. Velamen.

Velamentū. Cum velare nihil aliud ſit ꝙ̄ tegere vel
operire. Poſſumus notare ꝙ multiplex velare vel te
gere inuenio in ſcriptura ſcꝫ.
Velamen humilitatis.
Velamen nobilitatis.
Velamen ſecuritatis.
Velamen obſcuritatis.
Velamen duplicitatis.
Velamen fallacitatis.
Velamen ſimplicitatis.
Et dico primo ꝙ eſt velamen humilitatis. Nam pre-
cioſe merces groſſo velamine ſolent tegi ⁊ velari. vt
mundius ſecretius ⁊ tutius poſſint cuſtodiri. Etiam
natura aliquibus dedit fructibus quedaꝫ groſſa ⁊ ru
dia velamenta vt ipſis ſint vtilia tutamenta. ſicut pa
tet in pineis ⁊ malogranatis q̄ in rudibus ⁊ duris the
cis velanẜ. ⁊ ibi ne faciliter pereant abſcondunẜ. Etiā
ſunt quedam animalia que ſpinis ⁊ thecis rudibꝰ ve
lanẜ vt ipſo velamine tutius a nociuis defendantur.
ita qd ſi quid nociuū ſenſerint: ſtatim ſub eo reclu-
dunẜ. ſicut patet in hericijs ⁊ formicis. Sic vere cha-
riſſimi natura naturans deus vult ꝙ precioſe merces
virtutū ſi ſint in homine ſub velamēto humilitatis
ſeruenẜ. ⁊ ne ibidem per inanem gl'iam pereant occul
tentur. q꞉ ꝓcerto groſſa ⁊ rudia humilitatis velamē-
ta. ſunt virtutum tutiſſima munimenta. Nam ſi ſine
iſto velamine viſibus hominum exponuntur. cito per
inanem gl'iam a demonibus rapiunẜ. Quia ſm̄ Gre
go. in omel'. Depredari deſiderat qui theſaurū publi
ce in via portat. Ac etiam de iſto velamine rudi appa
ret de celo quod eſt coopertum nubibus ⁊ de multis
impreſſionibus. Iſtud velamentum fuit figuratū in
veteri teſtamēto. Nā Exo. xl. preceptum eſt ꝙ ante ar
chā teſtamenti velum ponereẜ. ne ſcꝫ ab intuentibus
videreẜ. Etiam de zara legimus. Geñ. xx. Qd eſt ſibi
data pecunia ꝓ faciendo velamine faciei ſue. ne forte
pulcritudo ipſius videreẜ. ⁊ ab intuentibus per vio-
lentiā rapereẜ. Ad denotandū ꝙ pulcritudo virtutū
noſtrarū per humilitatē debet velari vt poſſint meli
us ab intuitu hominū ⁊ a periculo inanis glorie con
ſeruari. j. Cor. xj. Debet mulier. i. anima velum ha-
bere ſuper caput ſuū ⁊c. Et Nume. iiij. precipiẜ filijs
caath. ꝙ archā teſtamēti inuoluant velamine hiacyn
thino. Iſtud eſt ergo velamen hūilitatis. ¶ Secūdo
B dico ꝙ eſt velamen nobilitatis ⁊ ſic per velamen po-
teſt intelligi virtus honeſtatis q̄ omnia interiora ope
rit ⁊ velat ⁊ cuncta cōtegit atqꝫ celat. Figuratū in ve-
lo tabernaculi qd de quatuor coloribus precioſis erat
factum ⁊ qd erat ad ornamentū tabernaculi conſtitu
tuꝫ. Ibi em̄ erat byſſus. hiacynthus purpura ⁊ coccus
bis tinctus ſicut diciẜ Exodi. xxxvj. Quia ſcꝫ veluꝫ ho
neſte cōuerſationis vt exinde poſſimus moraliter or
nari debet diuerſis coloribus. i. multis ⁊ varijs com-
poſitis virtutibus aggregari. Ibi em̄ debet eē crocus
qui dr̄ igneus color. qui ſignificat iuſtitie rigorē. Pur
pura que eſt roſeus color qui ſignificat patientie vi-
gorem. hiacynthus q̄ eſt color celeſtis ⁊ aereus. qui ſi-
gnificat prudentie ſplendorē. Byſſus vero qui eſt co-
lor candidus atqꝫ niueus q̄ ſignificat caſtitatis atqꝫ
temperantie nitorem. Quia ꝓculdubio chariſſimi
velum honeſte cōuerſationis debent quatuor iſti co-
lores. i. quatuor cardinales virtutes in nobis cōficere
⁊ nos moraliter adornare. ⁊ oēs mores interiores con
tegere ⁊ velare. Ezech. xxvij. Byſſus varia de egypto
texta eſt tibi in velum. Vñ cherubin per que viri ſpi-
rituales intelliguntur. diciunẜ habuiſſe quatuor alas.
Eze. j. Quarum duabus velabāt corpora ſua. ⁊ dua-
bus tegebant capita ſua. quia due ale. i. due ſpecies
honeſtatis actus ſcꝫ ⁊ geſtus debēt velare corpora cō
uerſationis exterioris ⁊ ſic due ale alie ſcilꝫ honeſtas
cogitationis ⁊ affectus debēt velare capita. i. menteꝫ
hominis interioris. Vt ſic de ſancta eccleſia poſſit in
telligi illud. j. Macha. vj. vbi dicitur. Quod in perſi-
de erat ciuitas nobiliſſima dicta elymaida vbi erat
templū ⁊ illic velamenta aurea ⁊ lorice ⁊ ſcuta. Iſtud
eſt ergo velamen nobilitatis. ¶ Tertio dico ꝙ eſt ve
lamen ſecuritatis. ⁊ iſtud eſt velamen protectionis
diuine. Nam ſicut gallina ſub velamine alarum ſua-
rum ponit pullos. i. deuotos vt ipſos a rapacibꝰ aui-
bus tueaẜ. Sic vere deus ſub velamento ꝓtectionis
ſue. pullos ſuos. i. deuotos cōtegit ipſoſqꝫ a rapacita
te demonū ⁊ tyrannorum cuſtodit. Iſta aūt protectio
ſit quotidie hic a deo finaliter aūt fiet in paradiſo qñ
complebiẜ illud pſ̄. ꝙ beatus quilibet poteſt dicere.
Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſeculum protexiſti
in velamento alarum tuarū. ¶ Quarto dico ꝙ eſt ve C
lamentū obſcuritatis. ⁊ iſtud eſt velamē. i. ſecretum
⁊ abſconditū occulte dei ꝓuidentie ⁊ etiā difficultas
ſacre ſcripture. ibi em̄ ſunt quedā velamina. i. quedā
obſcure profunditates que nō poſſunt faciliter pene
trari nec cognoſci vel videri. Nam vt dicit Seneca in
libro de naturalibus queſtionibus vbi loquēs de co-
metis reddens rōnem quare non ſit certa ſcientia de
eiſdem ſicut de alijs ſtellis cum ipſas dicat ſtellas ve
ras. Multa inquit futuris ſeculis reſeruat rerū natu
ra. ſecreta ſua nō ſimul tradit. Ac ſi diceret nō eſt no-
bis mirum ſi natura aliqua velit eſſe occulta ⁊ vela-
ta. q꞉ forte eoꝝ manifeſtatio alijs tēporibus reſeruaẜ
Iſtud velamen figuraẜ Exodi. xxxiiij. vbi diciẜ. ꝙ moy
ſes videns ꝙ pplś abhorreret claritatē vultus eius.
poſuit velamen ſuper faciem ſuā. vt ſaltem mediante
velatione videreẜ. Quia ſcꝫ moyſes. i. deus videns ꝙ
ꝓpter debilitatem viſus noſtri intellectus nos nō poſ
ſumus ipm̄ videre nude cū claritas ſue eſſentie cecat
penitus nr̄m ſenſum. ⁊ ideo velamē enigmatū ⁊ figu-
ratū in rebus ⁊ in ſcripturis poſuit vt per fidem am-
bulantes ⁊ nō ꝑ ſpeciem ipm̄ ſub tali velamine vide-
remus. ij. Cor. iij. Cum legiẜ moyſes velamen eſt poſi
tum ſup cor eorum cum aūt conuerſus fuerit ad deū.
auferet velamen quaſi dicat modo ſumus ſub vela-
mine ſpei ⁊ fidei. in futura aūt gloria erimus in clari
tate fidei ⁊ rei. Velum em̄ poſitum erat in tabernacu
lo ⁊ nulli preterꝙ̄ ſacerdotibus erat licitum intrare
intra velum vel videre que intus erant. vel etiam de-
ponere velum ſicut dr̄. Nume. iiij. Ad denotandum ꝙ
ſoli ſacerdotes digni ſunt velum. i. obſcuritateꝫ. ſcri
pture ⁊ diuinorū iudiciorū deponere ⁊ exponere ⁊ vſqꝫ
ad interiora intellectus penetrare ⁊ ſecreta que ibi
latent aſpicere ⁊ videre. Iſtud eſt ergo velamē obſcu
ritatis. Veruntamen illud velamen obſcuritatis po-
teſt bene ſignificare velamen humanitatis xp̄i. quo. ſ.
deus voluit velari ⁊ ſub carnis obſcuritate celari. Exē
plo reliquiarum que non nude oſtendunẜ. ſed ſub ve-
lamine vel ſub tecto. vt ſit ipſe deus ſub moyſe figura
tus qui filijs iſrael claritatem ſuam intueri non valē
tibus. ſub velamine. i. ſub carnis tegimine demonſtra
uit. quod quidem eſt oſtenſum. quia ſcꝫ myſterium ve
laminis incarnationis xp̄i non omnibus eſt licitum
tangere vel tractare. ſed ſolum ſacerdotibus. i. ſacra
dantibus ⁊ perfectis Leui. xxj. Omnis qui habuerit
maculam in velum non ingredietur. Eſt igitur velū
obſcuritatis. ¶ Quinto dico ꝙ eſt velamen duplici- D
tatis. Viri enim proditores ⁊ duplices ſemꝑ ſub quo
dam velamine duplicium verborum ſolent loqui ita
ꝙ vix vel nunꝙ̄ poteſt ſciri quid volunt loqui vel tra
ctare. Similes leoni qui volens in beſtias ſubito inſi
lire. ſolet ſe ſub velamento foliorum abſcondere. vt
in ipſas poſſit cum oportunitatē viderit inſilire Sic
iſti ſub velamento fallacium diſſimulationum ſe con
tegunt vt oportunitate accepta dum non caueẜ illis
noceant quos oderunt. j. Cor. xj. Vir non debet velare

Ayuntamiento de Madrid

caput.q.d.ad hominē virilem ⁊ perfectū nō pertinet qđ ſit duplex varius ⁊ velatus. Iſtud eſt ergo velamē duplicitatis. ¶ Sexto dico qđ eſt velamē fallacitatis ⁊ iſtud eſt velum hypocritarum qui velamine honeſte cōuerſationis ſe velant vt alij ꝙ ſunt appareant de quo velamine dr̄.j.Cor.xj. Omnis vir orās velato capite ſupple velamine fallacitatis deturpat caput ſuū ¶ Septimo dico ꝙ eſt velamē ſimplicitatis qn̄ ſcilȝ ſimplices erroris velamine ſunt operti ⁊ de hoc. Luce.ix. Ignorabant verbū ⁊ erat velatum ante eos. Ut ſic cuilibet tali dicaꝛ illud Ezec.xij. In caligine efferens faciem tuā velabis ⁊ non videbis terrā. Iſta ergo ſunt ſeptē velaminum genera de quibus facit diuina pagina mentionem. Uide ſupra de Abſcondere ⁊ tegere. ⁊ ſufficit ad preſens.

## Velle. voluntas.

A Quia voluntas eſt illa anie potētia. a qua liberum arbitriū noſciꝛ emanare. ⁊ que in bonū naturaliter tendit. Poſſum notare ꝙ per voluntatē communiter intelligitur ipſe actus ita ꝙ vnū pro alio ſepiſſime ſumiꝛ in ſcriptura. Et etiam velle aliqn̄ ſumitur ꝓ cogitare. ordinare, amare ⁊ ſimilibus. Quocunqȝ ergo modo velle accipiaꝛ. Notandū ꝙ in ſcriptura inuenitur voluntas quadruplex ſcȝ voluntas.

| | |
|---|---|
| Ordinata. | Prima eſt volūtas ſummi creatoris |
| Regulata. | Scđa eſt volūtas iuſti viatoris. |
| Deuiata. | Tertia eſt voluntas vani peccatoris |
| Obſtinata. | Quarta eſt voluntas diri tēptatoris. |

Prima eſt voluntas que eſt imitanda.
Secunda eſt voluntas que eſt regulanda.
Tertia eſt voluntas que eſt refrenanda,
Quarta eſt voluntas que eſt refutanda.

Dico ergo ꝙ eſt volūtas ſummi creatoris, que eſt immitāda. Ipſe eñ videtur dicere illud.j.Cor.vij. Uolo omnes homines eſſe ſicut meipſum. Et ideo nos debemus intelligere ⁊ ſibi reſpondere illud. Luce.xxij. Ueruntamē nō mea voluntas. ſed tua fiat ⁊ illud Ueruntamen non ſicut ego volo ſed ſicut tu. ¶ Item eſt voluntas iuſti viatoris que eſt regulanda. Quia ſcilȝ iſti debent ſuam voluntatem ſm̄ dei voluntatem ordinare ⁊ regulare. Deus eñ ſicut diciꝛ Phil.ij. operatur in illis velle ⁊ perficere. Et ideo de ipſis caniꝛ. Luce.ij. Gloria in excelſis deo ⁊ i terra pax hominibus bone voluntatis. ¶ Item eſt voluntas vani peccatoris que eſt refrenāda. vult eñ ⁊ non vult ſicut diciꝛ. Oſee.x. Confundetur iſrael in volūtate ſua. Eccl. xviij. Poſt concupiſcentias tuas non eas ⁊ voluntate tua auertere. ¶ Itē eſt volūtas viri tēptatoris que eſt refutāda ſcȝ voluntas diaboli que eſt obſtinata in malo. Apoc.ij. Dedit illi dn̄s tp̄s penitētie ⁊ ipſa non vult penitere a fornicatione ſua. His igitur premiſſis poſſumus aliquid dicere de dei voluntate.

| | |
|---|---|
| Que eſt glorioſa. | Dicamus ergo primo |
| Iuſti q̄ eſt virtuoſa. | ꝙ eſt quedā voluntas q̄ |
| Impij que eſt vitioſa. | eſt ſumme potentie. et |

iſta eſt volūtas ⁊ diſpoſitio diuina qꝛ ſcȝ quicq̄d ipſe deus vult, hoc totū facit. qꝛ ſicut dr̄. Eccl'ſ.viij. Omne qđ voluerit faciet ⁊ ſermo eius poteſtate plenus eſt. Deus enim habet triplicem voluntatem ſcilicet.

Poteſtatiuam que eſt metuenda.
Ordinatiuam que eſt facienda.
Benefactiuam que eſt promerenda.

¶ Prima eſt volūtas magne poteſtatis que debet timeri.
B Iſta eſt ſimilis motui ⁊ curſui firmamenti. cuius impetus trahit ſecū omnes inferiores orbes ⁊ ipſis inuitis ipſos curſum ſuum ſequi cōpellit. Iſta eſt etiam ſicut impetus fluminis qui facit voluere molendinū. ⁊ cuius curſum non eſt facile impedire. quia ꝑ certo motus ⁊ impetus volūtatis diuine omnia facit ad votum ꝓprium voluere. nec eſt qui ipſiȝ valeat retardare. Sicut eñ diciꝛ in Ps̄. Omnia quecunqȝ voluit dn̄s fecit in celo ⁊ in terra. in mare ⁊ in omnibus abyſſis. Et ideo fatui ſunt illi qui voluntati dei obuiare nituntur. cum quicquid agant ab ipſa trahatur ⁊ voluatur. ⁊ eam ſequi neceſſario compelluntur Ipſum enim ſequuntur noſtri affectus ⁊ effectus De affectibus enim noſtris ꝙ a deo ⁊ eius voluntate moueantur ⁊ ordinentur. patet Prouerb.xxj. vbi dicitur. Quod cor regis in manu dei eſt quocunqȝ voluerit inclinabit illud. De effectibus etiaȝ ⁊ operibus noſtris ꝙ ab ipſo ⁊ eius voluntate ordināťur. patet Job.xxvij vbi de nubibus dicitur. Quod illuſtrant cuncta per circuitum quocunqȝ eas voluntas gubernantis duxerit. Nubes enim ſunt homines qui in aere huius inanis vite incerti vagantur ⁊ occurrunt iſtos ergo vel occulte vel aperte ad voluntatem ſuam deus dirigit: ⁊ ipſos ordinat ⁊ diſponit vt ⁊ ſic quilibet poteſt dicere illud. Joan.vj. Deſcendi de celo. ideſt a deo per creationem. non vt faciā voluntatem meam. ſed eius qui me miſit. Spiritus enim vbi vult ſpirat. ſicut dicitur Joannis.iij. quia non eſt volētis neqȝ currentis ſed dei miſerantis. Roma.ix. Iſta eſt ergo voluntas magne poteſtatis que debet timeri. Deinde dico qđ eſt voluntas magne veritatis que debet impleri ⁊ iſta proculdubio eſt voluntas ordinatiua. Sicut enim artifices habent certas regulas ⁊ rectas quas ſuis diſcipulis oſtendunt. quas ſequentes idem diſcipuli non deficiunt, ſed recte ⁊ debite ſemper agunt. Sic deus quandam certam ⁊ infallibilem regulam ſcilicet voluntatem ſuam tradidit adimplendam quam ſequēdo non deuiamus quinimmo recte facimus quod debemus. Regula eniȝ torta nunꝙ rectificatur. niſi certe regule applicetur. ⁊ niſi ei conformetur. Sic vere voluntas noſtra que eſt ſicut regula quedam valde torta: quia ſemper a recto deuiat. ⁊ a vero declinat nunꝙ rectificaretur. niſi cum regula voluntatis diuine que eſt recta ⁊ infallibilis corrigeretur. ⁊ eidem per imitationem efficaciter aptaretur. Si autem tu queris que ſit iſta voluntas dei. Apoſtolus.j. Theſſa. iiij. reſpondet vbi dicit ꝙ hec eſt voluntas dei ſanctificatio veſtra. Si etiam tu queris quomodo voluntas noſtra voluntati dei conformabiꝛ, reſpondit apl's Heb. xiij. Deus autem pacis aptet vos in omni bono. vt faciatis eius voluntatem. Et nota ꝙ ſicut videmus qđ ſtella que fixa eſt in firmamento ad motum ipſius ſine rebellione ſe mouet. Sic vere homo qui deo ꝑ amorem ⁊ affectionem figitur ipſum voluntarie ſequitur ⁊ volūtati ipſius conformatur. d. illud Act.ix. Domine quid me vis facere: q.d. In omnibus paratus ſum obedire. Et nota qđ nos debemus facere voluntatem eius. quia

In ſcriptura nobis iniungitur.
Ex officio nobis committitur.
Premium inde promittitur.
Mens noſtra ad hoc inſtruitur.

Dico qđ iſtud in ſcriptura nobis iniungitur. Quia ſicut dicitur in Pſal. In capite libri ſcriptuȝ eſt de me. vt fa.vo.tu.de.me.vo.le.tu.in me.cor.me. Dico etiam officio nobis committitur. Nos enim ſumus ſerui ⁊ miniſtri dei. ⁊ ideo voluntatem magiſtri debemus facere. ⁊ ex iniuncto nobis officio ſibi in omnibus obedire vt dicitur in ps̄. Benedicite domino omnes virtutes eius mi. eius qui facit voluntatem eis. Dico inſuper qđ magnum premium inde promittitur. quia ſicut dicitur.j. Joannis.ij. Omnis qui facit voluntatē domini manet ineternum. Unde Heb.x. facientes voluntatem dn̄i reportetis promiſſionem. Dico etiā qđ mens noſtra inſtruitur ad hoc. Quia ſcȝ ſicut magiſter habens nouum ſeruitorem ſolet illum inſtruere iſta que ſunt bene placita ſue volūtati. Sic deus et per documenta ⁊ per exempla nos inſtruit. quid eſt illud qđ ipſe nos facturos deſiderat atqȝ cupit. Ps̄. Notas fecit vias ſuas moyſi: filijs iſrael voluntates ſuas. Quod etiam bene petebat dauid in ps̄. dicens. Doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus es tu. Nos enim ſumus ſicut heredes qui debemus

facere

Ayuntamiento de Madrid

facere voluntatem teſtatoris.ſicut miniſtri qui debe
mus facere voluntatem preceptoris. ſicut vie ignari
qui debemus facere voluntatem conductoris. Jdeo
bene precipitur Rom̃.xij. Ut probetis que ſit volun-
tas dei bona bene placens ⁊ perfecta. Quia breuiter
ſicut dictũ eſt.j.Theſſa.iiij. Hec eſt voluntas dei ſan
ctificatio veſtra. Ubi aduerte ꝙ ſcriptura.
Oſtendit qd̕ eſt videndum exemplariter.
Pretendit qd̕ eſt tenendum regulariter.
Jntendit quid eſt habendum ſingulariter.
Primũ eſt via moralis bonitatis.hec eſt.Scd̕m eſt ne
ceſſariũ diuine voluntatis.voluntas dei. Tertiuꝫ eſt
forma eterne ſanctitatis.ſanctificatio veſtra.et ſic pa
tet ꝙ eſt voluntas dei ordinatiua.que ſcꝫ eſt implẽda
⁊ totis viribus facienda vt ſic cõmendemur ſicut ille
de quo legit̃ in pſ̃.Jn lege dñi fuit voluntas eius.⁊ in
lege eius meditabitur die ac nocte. Patet igit̃ ꝙ in-
uenitur vna dei voluntas ſumme veritatis. Deniqꝫ
dico ꝙ inuenit̃ vna dei volũtas ſumme bonitatis ſeu
largitatis. Deus enim habet voluntatem non ſolum
ordinatiuam ad poteſtatis fortitudinem. ⁊ etiam ad
veritatis ſeu equitatis rectitudinẽ.immo etiaꝫ ad bo
nitatis ſeu largitatis amplitudinem ⁊ iſta eſt ꝓpria
dei voluntas qua ipſe vult omnes ſaluos fieri ⁊ ad co
gnitionem veritatis venire ſicut dicit̃.j.Timo.ij. Tã
ta enĩ eſt eius bonitas ꝙ ipſe ſemper nobis vult ꝓfi-
cere ⁊ nõ nocere. Et ideo ſicut pater ſolet filijs heredi
tatẽ diuidere ⁊ vnicuiqꝫ ꝓpriam portioneꝫ ſm̃ volun
tatem ſuam aſſignare. Sic ꝓcerto deus nobis bona
ſua ſpũalia ⁊ eterna diuidit.⁊ ſm̃ liberalem ſuam vo
luntatem de cunctis ordinat ⁊ diſponit. ſicut dicitur
j.Cor.xij. Diuiſiones gratiarum ſunt:vnus aũt ſpiri
tus diuidens.ſ.vnicuiqꝫ prout vult. Et ideo circa hoc
nota ꝙ voluntas dei eſt ꝙ
Quoſdam extollit ad promotionem.
Quoſdam mundat per confeſſionem.
Quoſdam turbat per afflictionem.
Quoſdam ducit per directionem.
Quoſdam dimittit per obſtinationem.
Quoſdam deſtruit per damnationem.
Dico igit̃ ꝙ dei voluntas quoſdam extollit ad ꝓmo-
tionem.vnde ſicut di.Eſa.xlvj.ipſe vocat ab oriẽte in
ſtuꝫ ⁊ de terra longinqua virum voluntatis ſue.vnde
Marc.iij.dr̃ ꝙ cũ xp̃s aſcendiſſet in montem vocauit
ad ſe quos voluit. ¶ Jtem dico ꝙ aliquos mundat ꝑ
confeſſionẽ vel gr̃e collationem. Uñ Matth.viij. Do
mine ſi vis potes me mundare.⁊ rñdit.volo munda-
re. ¶ Jtẽ quoſdã turbat per tp̃alem afflictionem. Un
de etiã de xp̃o dicit̃ Eſa.liij. Dolus nõ eſt inuentus in
ore eius ⁊ dñs voluit ꝯterere eũ in infirmitate. ¶ Jtẽ
aliquos deducit per directionem. Uñ pſ̃. Jn volunta
te deduxiſti me. ¶ Jtem aliquos dimittit per obſtina
tionem. Unde Roma.ix. Cui vult miſeret̃ deus ⁊ quẽ
vult indurat. ¶ Jtẽ aliquos deſtruit per damnationẽ
Uñ de amaſa pctõre dr̃.ij.Paral.xxv. ꝙ noluit audire
verbũ dñi:qꝛ volũtas dei fuit vt traderet̃ ĩ manus ho
ſtiũ. Sic ergo pꝫ ꝙ triplex inuenit̃ voluntas dei ſcilꝫ.
Una que pertinet ad dei bonitatem diſpenſatiuam.
Alia que pertinet ad dei veritatem ordinatiuam.
Alia vero que pertinet ad dei poteſtatem operatiuã.
Et ſic dictũ eſt de voluntate dei que eſt glorioſa. ¶ Se
C cundo principaliter dico ꝙ eſt voluntas iuſti que eſt
virtuoſa. Uoluntas enĩ de ſui natura eſt potentia va
na ⁊ vaga.diſcurrit enĩ per omnia delectabilia mun-
di nec aliquid eſt qd̕ poſſit eam ſatiare quouſqꝫ in deũ
figat̃.⁊ quouſqꝫ motus deſideriorum ſuorũ terminatur.
Quãdiu enĩ auis currit per aerem ſemper eſt in pen-
dulo ⁊ in motu qñ vero ad nidum ſuum venerit. ⁊ qñ
alicui rei firme adheſerit.tunc in certo eſt ⁊ in ſtatu ⁊
firmo. Sic voluntas humana ꝙdiu volat per deſide-
riũ per aerem huiusmundi ſemper eſt in quieta ⁊ va
ga pendula.dubia ⁊ incerta. Rei enĩ firme ⁊ ſtabili.ſ.
ipſi deo.qui eſt ꝓprie nidus cordis humani ⁊ habita
culum mentis nr̃e.debemus per deſideriuꝫ inniti. vt
in ſtabilitate boni ꝓpoſiti poſſimus firmiter ſtabili
ri. Quia ſicut dicit Auguſtinus. Jnquietũ eſt cor meũ
bone ieſu donec quieſcat in te. Uoluntas enĩ viri iu-
ſti eſt ferro ſimilis.qd̕ cõtra naturã ꝓprie grauitatis
adamantem ſequit̃ ⁊ in eo ſiſtit ⁊ quieſcit ⁊ terminat̃
Unde de viris iuſtis põt dici illud.ij.Paral.xv. Jn to
ta voluntate queſierunt dominuꝫ ⁊ inuenerũt. Quia
ſicut dicit pſ̃. Beatus vir qui timet dominum.in mã
datis eius volet nimis. Ubi diligenter aduerte ꝙ vo
luntas viri iuſti debet habere
Unum repreſſiuum.
Unum allectiuum.
Unum directiuum.
Unum erectiuum.
Nam voluntatem noſtraꝫ
dꝫ reprimere timoris gra-
uitas.qꝛ beatus inquit vir
qui timet Debet allicere di
uina bonitas dñm inquit. Debet dirigere mãdati ve
ritas in mandatis inquit Debet erigere amoris veri
tas.volet inquit nimis. Dico ergo ꝙ voluntas noſtra
debet habere per qd̕ reprimat̃:⁊ illud ꝓcerto debet eſ
ſe timor.qꝛ timor diuine offenſe debet eam reprime-
re a vanitate affectuũ laſciuorum beatus inquit vir qui
timet. Uoluntas enĩ eſt ſicut puer ſine ſenſu qui mul
ta inutilia faceret:niſi a matre vel a patre verberari
timeret. Naꝫ ſicut oculi falconis operiunt̃ corio ⁊ pe
des ligant̃ laqueo vt a volatu ſuperfluo refrenet̃. qꝛ
alias ad omnes predas quas videret volare vellet ni
ſi haberet qd̕ ipm̃ reprimeret vel teneret. Sic vere vo
luntas noſtra ⁊ cor noſtrum debet de corio diuini ti-
moris velari:⁊ laqueo diuini amoris ligari vt ſic poſ
ſit a vanis volatibus ⁊ affectibus refrenari beatus in
quit vir qui timet. Quia ſicut dicit̃ in pſal. Uolunta-
tem timentiũ ſe faciet ⁊ deprecationem eorum exaudiet
⁊ ſaluos faciet eos. Habeat ergo aliquid voluntas ꝑ
quid reprimat̃. ¶ Jtem habeat aliquid per qd̕ attra
hatur.dñm inquit. Uoluntas enĩ naturaliter tendit
ad bonũ ſicut intellectus in verum ⁊ ideo quanto res
eſt magis bona.tantomagis eſt attractiua volunta-
tis. Cum igit̃ deus ſit ſumme bonum ⁊ ſummus bo-
nus dico ꝙ ſumme debet eſſe voluntatis noſtre alle-
ctiuus.⁊ ad ſui amoreꝫ attractiuus dñm inquit. Pſ̃.
Jn lege dñi fuit voluntas eius ⁊ in lege eius medita-
bit̃ die ac nocte. ¶ Jtem dico ꝙ debet habere aliquid
per qd̕ dirigat̃.in mandatis eius. Equus enĩ nõ bene
ambulare docet̃ niſi eius pedes quibuſdam cordulis
aſtringant̃. Sic ꝓculdubio voluntas humana que re
cte eſt ſicut equus indomitus ⁊ effrenis nunꝙ bene
vel recte in via morum ducitur.niſi freno diuinorum man-
datorum vndiqꝫ coarceat̃.ſemper enĩ effrenate ad mun
di delectabilia tenderet.niſi ipſam dei mandatorum
cordula retineret in mandatis inquit eius. Unde de
iſto velle per mandata dñi regulando.dr̃ Matth.xix
Si vis ad vitã igredi ſerua mãdata Et pſ̃. Deduc me
in ſemita mandatorum tuorum qꝛ ipſam volui. Habeat igi
tur aliquid per quod dirigatur. ¶ Jteꝫ dico qd̕ debet
habere aliquid per quod erigatur vel per qd̕ accenda
tur vel moueat̃ ⁊ iſtud nihil aliud eſt ꝙ amor. Quia
ſcꝫ amor mouet ⁊ accendit voluntatem.ipſamqꝫ facit
facere cito ⁊ voluntarie quicquid facit.quod oſtendi
tur cum dicitur:volet nimis.quãdo enim homo vult
aliquid valde ſine difficultate exequitur ⁊ facit. Si-
cut enim videmus qd̕ ſcintilla accenſa per ſe ſurſum
ſolet aſcendere ⁊ celeriter vndiqꝫ diſcurrere ⁊ tranſi-
re quando autem eſt extincta non ſolet penitus ſe mo
uere. Sic vere voluntas igne feruentis amoris accen-
ſa.celeriter per ſe faciliter ſolet diſcurrere obediendo
⁊ ſurſuꝫ aſcendere contemplando. Sapien.xvj. Unuſ
quiſqꝫ voluntati deſeruiens ad quod quis volebat cõ
uertebatur. Jſta potiſſime debent eſſe de voluntate
boni obedientis. Sed proculdubio illi qui per pecca
tum ſunt extincti.⁊ igne diuini amoris priuati nõ ſo
lent voluntarie per obedientiaꝫ ſe mouere immo ne
ceſſe eſt ipſos coartare ⁊ per violentiam excitare. Et
tamen iſti deberent attendere ⁊ aduertere qd̕ placent

Ayuntamiento de Madrid

deo opera voluntaria magis ꝙ̄ coacta. Quia etiam thus ⁊ myrrha precioſiora reputantur quando de arbore voluntarie creunt. ꝙ̄ quādo per inciſſuras corticis per violentiam extorquentur. Et ideo dicebat dauid in pſ̄. Voluntarie ſacrificabo tibi ⁊ confitebor nomini tuo. volet inquit nimis. Sed circa hoc nota qđ plura ſunt que a fidelibus volenda ⁊ voluntarie cupienda ſunt. debent enim velle

Xp̄i viſionem. — Dico xp̄i viſionē. Joan. xij. Domine volumus ieſum videre.
Pacis vnionem.
Vite regionem. — Dico pacis vnionem. Pſ̄. Exultent ⁊ letentur qui volunt pacem ſerui eius. Dico inſuper vite regionem. Pſ̄. Quis eſt homo qui vult vitam ⁊c. Sic ergo patet quomodo aliquid dictum eſt

D de voluntate iuſti que eſt virtuoſa. ¶ Tertio principaliter dico ꝙ eſt aliquid dicendum de voluntate impij que eſt vitioſa. Impij enim habent voluntates diuerſas ⁊ peruerſas ſcʒ a bono incōmutabili auerſas ⁊ ad bonum cōmutabile conuerſas. In muliere enim de nouo pregnante quādoq̄ peruertit appetitus. ita ꝙ bonos cibos abhominatur in malis vero ⁊ inſipidis delectatur: Sicut patet quia multe ſunt que tunc comedunt terram ⁊ carbones. Sic vere chariſſimi cū dyabolus fetu peccati impregnauerit animam peccatricem ſtatim appetitus voluntatis ſue peruertitur ⁊ mutatur. Nam bona ⁊ ſapida ſcʒ bona ſpūalia ⁊ eterna abhorrere. horrida vero ⁊ vilia. ſ. bona tpalia ⁊ carnalia velle incipit amare. Job. vj. Anime eſurienti etiā que amara ſunt dulcia eſſe videntur ⁊ que prius nolebat tangere anima mea. modo pre amaritudine cibi mei ſunt. Infirmus enim magis vult que ſibi ſunt cōtraria ꝙ̄ illa que ſunt vtilia. Sic peccator nociua vult ⁊ appetit: vtilia vero renuit ⁊ delinquit. Notabo ergo ꝙ iſti volunt.

Diſcordias ⁊ diuerſitates.
Delicias ⁊ carnalitates.
Diuitias ⁊ crudelitates.
Blandicias ⁊ familiaritates.
Proditiones ⁊ fallacias.
Stulticias ⁊ preſumptiones.
Adulationes ⁊ verſutias.

Dico ꝙ mali volūt diſcordias ⁊ diuerſitates, Et ideo dicit pſ̄. Domine diſſipa gentes q̄ bella volūt. ¶ Itē volunt carnalitates ⁊ delicias. Ideo quilibet talis reprehēditur Hieremie. ij. Quid tibi vis in via egypti vt bibas aquam turbidam: quia iſti ſunt qui dicunt illud Ephe. ij. Cōuerſati ſumus in deſiderijs carnis noſtre facientes volūtatem carnis. j. Thimo. vj. Qui volunt diuites fieri incidunt in temptationē ⁊ in laqueū dyaboli. ¶ Itē volunt crudelitates ⁊ diuitias. Dicūt enim cū filia herodiadis. Marci. vj. Volo protinus vt des mihi in diſco caput Joannis baptiſte. ¶ Item volunt familiaritates ⁊ blandicias. Et tamen dicitur Jacobi. iiij. Qui voluerit amicus eſſe huiuſſeculi inimicus dei conſtituetur. ¶ Item volunt ꝓditiones ⁊ fallacias. Dicūt enim illud Matthei. xxvj. Quid vultis mihi dare ⁊ ego vobis eum tradam. ¶ Itē volūt preſumptiones ⁊ ſtulticias. Et ſic dicitur Prouerbiorum vigeſimonono. Qđ puer qui voluntati ſue dimittitur confundit matrē ſuam. ¶ Itē volunt adulationes ⁊ verborū verſutias. Dicunt enī illud Geneſis vigeſimoſeptimo. Fac mihi pulmentū ſicut velle me noſti. Iſta ergo de voluntate ſufficiant. Vide de affectione. Cogitatione ⁊ Concupiſcentia ⁊c.

## A Velox. Velocitas. velociter.

Cum velocitas in bono ⁊ in malo ſignificet. Poſſum notare ꝙ in ſcriptura velocitas inuenitur ſcilicet.

Metuenda.
Requirenda.
Fugienda.
Attendenda.
Exequenda.
Dimittenda.
Intuenda.

Prima eſt velocitas ſeueritatis diuine que ci . o ⁊ celeriter punit malos Hieremie. xlviij. prope eſt interitus moab. ⁊ malū eius velociter occurret. ⁊ vbi non ſperāt occurrit malis ſicut de balaam dicitur Nume. xxiij. Velociter occurrit ei deus. ¶ Secūda eſt velocitas benigne deitatis. Deus enī velociter qn̄ neceſſe eſt iuuat ſuos. Qđ bene ſciebat ſanctus dauid. d. in pſ̄. Qn̄ tribulor velociter exaudi me. ¶ Tertia eſt ꝓſperitas velox vel velocitas mundane ꝓſperitatis. Quia ſcilʒ iſta eſt ſicut torrens qui velociter trāſit ⁊ currit. Vn̄ de mundanis poteſt dici illud pſ̄. Velociter tanꝙ̄ fenū areſcent ⁊c. ¶ Quarta eſt velocitas humane mortalitatis. Vita enī mortalis valde velociter tranſit ⁊ currit. Job. ix. Dies mei velociores fuerunt curſore. Et iterum dies mei velocius tranſierunt quaſi a texente tela ſuccidītur. ¶ Quinta eſt velocitas moralis agilitatis. quia nos debemus eſſe veloces ⁊ agiles deo ⁊ prelatis celeriter ad bona opera facienda. Juxta illud. Eccl'. xxxj. In omnibus operibus tuis eſto velox. ⁊ omnis infirmitas non occurret tibi. Quia ſicut dicit. Prouerb. xxix. Vidiſti hominem velocem in opere ſuo coraʒ regibus ſtabit. ¶ Sexta eſt velocitas letalis fatuitas. q̄ ſcʒ fatui ⁊ iniqui veloces ſunt ⁊ prēcipites ad malū faciendū ſicut dr̄ in pſ̄. Veloces pedes eorū ad effundendū ſanguinē. Juxta illud Eſa. viij. Accelera. velociter ſpolia detrahere. feſtina predari. Similes enim ſunt tygridi ⁊ pardo que ſunt animalia iniqua velocia ⁊ crudelia tamē Prouer. vj. dr̄. ꝙ deus odit pedes veloces ad currendum in malū. ¶ Item ad iraſcendū cōtra illud Eccl's. vij. Ne ſis velox ad iraſcendum. q̄ ira in corde ſtulti requieſcit. ¶ Item ad vane loquendum. vn̄ Prouer. xxix. Vidiſti hominem velocem ad loquendum, ſtulticia ſperanda eſt de ipſo ⁊c. Similes enī ſunt ſerpenti qui tactus velociter iraſcitur ⁊ ſi torquetur linguā habet valde celerem ⁊ velocem. ſic iſti. vn̄ Eſa. xxxij. Lingua balborum velociter loquet̄ Contra illud Jacobi primo. Sit omnis homo velox ad audiendū ⁊c. Iſta eſt velocitas letalis fatuitatis. ¶ Septima eſt velocitas mortalis celeritatis. Quia mors valde velociter nos ſequitur ⁊ conſequit̄. Nullus enī eſt ita velox qui poſſit effugere morſum ſuum Eſa. xxx. Et dixiſtis. ſuper veloces aſcendemus. ideo velociores erunt qui perſequentur nos. vn̄ Amos. ij. Peribit fuga a veloce ⁊ fortis nō obtinebit virtutem ſuam. Et ſequit̄. Robuſtus nō ſaluabit animā ſuā. et velox pedibus nō ſaluabitur. Et ſic ſufficit. Vide. ſ. de Cito. Statim ſubito. Celeriter ⁊c.

## Venatio.

Nota ꝙ venatio eſt qn̄ quis aliqđ animal pro capiēdo inſequitur. Significat ergo venatio diligentiā ⁊ inquiſitioneʒ. morſum ⁊ apprehenſionem. Notemus ergo moraliter ꝙ multa ſunt genera venatorum. Nam Subditos venatur prelatus vt per eum puniantur. B

Peccatores venatur predicator vt per eū cōuertant̄.
Animas venatur dyabolus vt per eum capiantur.
Pauperes venatur tyrannus. vt per eum depredant̄.

Dico ergo ꝙ eſt quedam venatio diligentis viſitationis ⁊ iſta eſt illa qua prelatus venatur ⁊ inquirit proteruos. vt ipſis inuentis puniat ſicut decet. Nobiles etiam venantur lupos ⁊ leones non ad comedenduʒ. ſed ad occidendum. Sic vere prelatus debet venari. inquirere ⁊ perſequi hereticos. tyrannos ⁊ obſtinatos ad ipſos puniendum ⁊ expellendum de grege eccleſie vnde Hiere. xvj. Mittam eis venatores multos ⁊ venabuntur eos. ¶ Item dico ꝙ eſt quedam venatio curioſe predicationis. Predicator enim eſt ſicut canis nobilis qui peccatores venatur ⁊ capit ⁊ ipſos ſibi ꝑ dilectionem incorporat vt ad deum conuertat. nō ceſſat enim latrare in predicando vndiq̄ currere. vt predam domino ſuo ſcilicet deo valeat inuenire Geneſ. xxvij. Cumq̄ venatu aliquid apprehenderis fac mihi inde pulmentum ſicut velle me noſti. ¶ Item eſt venatio dyabolice machinationis. Dyabolus enim temptando: et rhetia mundi delectabilium tendendo non ceſſat animas venari. vt ipſas in inferno

valeat

Ayuntamiento de Madrid

valeat depredari. Uñ illud põt dici de ipſo Gẽn. xxv. Fuit eſau homo gnarus venandi. Ipſe eñ quandoqꝫ tendit laqueum ꝛ rethe ſuũ ſcꝫ malas mulieres vt homines irretiat ꝛ inuoluat. vñ Eccſ. vij. Inueni mulierem morte amariorem que laqueus venatorum eſt ¶ Item eſt venatio tyrannice depredationis. Tyranni enim ſunt ſicut leones qui animalia groſſa venantur balliui ꝛ alij inferiores ſunt ſicut aranea que muſcas ꝛ papiliones venatur. vnde breuiter de iſtis dr. Eccl. xiij. Uenatio leonis onagri i heremo. ſic paſcua diuitũ ſunt ipſi pauperes. iſti eñ ſunt ſicut nemroth qui erat robuſtus venator corãꝫ dño ſicut dicit Gẽn. x. Uide ſupra de Depredari ꝛc.

A **Uendere. vendens.** Nota ꝙ vendere nihil aliud eſt ꝙ̃ proprietatem alicuius rei cũ alterius pecunia cõmutare. In venditione enim id quod noſtruꝫ eſt amittimus. ꝛ quod alienum acquirimus. Notabo igitur ꝙ moraliter loquendo venditio ſumitur multis modis. Eſt enim venditio.

| | |
|---|---|
| Temporalis ꝛ neceſſaria. | Prima eſt venditio |
| Spũalis ꝛ meritoria. | hominũ mercatorũ. |
| Criminalis ꝛ deceptoria. | Quia ſcꝫ mercatores |
| Mortalis ꝛ damnatoria. | pro neceſſitate reipu |

blice ſolent vendere ꝛ emere res venales ꝛ de vna patria ad aliã tranſportare. ꝛ ipſas etiam ad neceſſitatis opera reſeruare. Natura eñ in hyeme humores de ramis ꝛ remotis partibus arborũ retrahit ꝛ ipſos pro cuſtodia vite arboris ꝛ radicis ad interiora colligit ꝛ cuſtodit quos tandem in vere ad ramos nutriendos iterũ influit ꝛ remittit ꝙ ſi forte nõ faceret. adueniente forti frigore tota arboris ſubſtantia deperiret Sic vere boni mercatores merces victualium recolligunt ꝛ ipſas ꝓ neceſſitate reipublice cuſtodiunt ꝛ reponunt eaſqꝫ loco ꝛ tpe diſtribuũt ꝛ refundũt. Exemplo ioſeph qui poſtꝙ̃ frumenta per ſeptẽ annos recollegiſſet tandẽ ſicut dicit Gẽn. xlj. aperuit horrea ꝛ vendidit frumenta egyptijs. Quod tñ eſt contra multos malos mercatores qui nõ recolligunt ad vtilitatẽ publicam ſed priuatam qđ patet qꝛ vltra debituꝫ precium tpe neceſſitatis ſolent vẽdere ꝛ qđ peius eſt malas merces ꝓ bonis ſolent pauperibus tradere ꝛ qđ deterius eſt quia ad menſurã magnaꝫ ſolent recipere ſolutioneꝫ ꝛ ad paruam tradere vel preſtare. Contra quos dr. Amos. viij. Audite hoc inquit qui conteritis pauperẽ ꝛ deficere facitis egenos terre dicentes quãdo trãſibit meſſis ꝛ ſabbatũ. venũdabimus merces ꝛ aperiemus frumentũ vt imminuamus menſuram ꝛ augeamus ſicluꝫ. ꝛ ſupponamus ſtateras doloſas vt poſſideamus in argẽto egenos ꝛ pauperes pro calciamentis. ꝛ quiſquillias frumenti venũdamus. Iſta eſt venditio hominũ mercatorũ. ¶ Scđo dico ꝙ eſt venditio hominum perfectorũ. Uiri eñ iuſti ſeipſos xp̃o ſolent vendere ꝛ ius ſue ꝓprie voluntatis xp̃o ꝛ prelatis tradere. ꝛ ad religionis ſeruitutẽ pro reportando precio glorie ſe q̃diu vixerint obligare. Dicunt eñ illud Gẽn. xlvij. Eme nos in ſeruitutẽ ꝛ leti ſeruiemus regi. Uñ de iſta venditione dicit. Deut. xv. Cum venditus fuerit frater tuus hebreus ſex annis ſeruiet tibi ꝛ ſeptimo egredietur liber. Et poſſunt eſſe verba directa ad xp̃m cuius fratres ſumus. cui ſcilꝫ bonus xp̃ianus venditur ꝛ obligatur. vt dictum eſt. veruntamen ſex annis. i. ſex mundi etatibus debet ſeruire. in ſeptimo vero. i. poſt mortem debet cum eo in paradiſo eſſe liber. Eſa. lij. Gratis venundati eſtis ꝛ ſine argento redimemini. Iſta eſt ergo vẽditio hominũ perfectorꝫ

B ¶ Tertio dico ꝙ eſt venditio hominũ proditorũ qui ſcꝫ alios vẽdunt dominis ſuis ꝛ maioribus ipſos falſe accuſando ꝛ ipſos in manibus eorꝫ obligando. vnde in pſ. Uendiderunt pplm meum ſine precio ꝛc. iſti enim vendunt alios ſine precio quia tales detractores ab his quibus detrahunt precium ꝛ lucrum nõ reportant quia ſecrete ꝛ in occulto dicunt peſtifera verba ſua. Iſta eſt ergo venditio hominum proditorum: qui ſcilicet figurantur in iuda qui deũ vendidit Ioelis. iij. Filios iuda ꝛ hieruſalem vendidiſtis filijs grecorum. ¶ Quarto dico ꝙ eſt venditio hominum iniquorum. Et ſic inuenitur

| | |
|---|---|
| Uenditio ſymonie. | Mali eniꝫ eccleſiaſtici vẽ |
| Uenditio luxurie. | dunt ſpũalia per ſymoniã |
| Uenditio blandicie. | ꝛ ſic dr Ioan. ij. ꝙ xp̃s eiecit |
| Uẽditio ſcientie. | de tẽplo vendẽtes ꝛ emen |
| Uenditio nequicie. | tes. ꝛ etiã cathedras ven |

dẽtiũ columbas euertit Lenones vendũt carnalia ad luxuriã. qꝛ. ſ. mala mulier ſeipſam vendit. ꝛ vetula iuuenculam tradit. Ioel. iij. Poſuerunt puerũ in proſtibulo. ꝛ puellã vendiderunt pro vino vt biberẽt. ¶ Itẽ adulatores vendunt pulcra verba per fallaciam Et ſic dicitur Math. xxv. ¶ Itẽ potius ad vendendes ꝛ emite vobis Ubi dicit Grego. Quod oleum vendere nihil aliud eſt ꝙ̃ verba dicere adulatoria. ¶ Item aduocati vendunt ſenſum ſuum per auariciam. Contra quos dr. Prouer. xxiij. Ueritatẽ eme ꝛ noli vendere ſapientiam doctrinã ꝛ intelligentiã. ¶ Item peccatores vendunt animas ſuas per nequiciaꝫ qꝛ qñ homo peccat mortaliter tunc aliquid delectabile pro precio accipit a dyabolo. ꝛ animam ſuam vendit. vñ Roma. vij. Ego aũt carnalis ſum venundatus ſub peccato. ꝛ Eſa. l. dicit peccatoribus. in iniquitatibus veſtris venditi eſtis. iſti eñ vendunt ſemetipſos in ſeruitutẽ dyaboli. qui ipſos tandem ſicut ſuos ſeruos flagellat. lacerat ꝛ occidit. Unde de demonibus poteſt dici illud zach. xj. Paſce pecora occiſionis que qui poſſederant occidebant ꝛ vendebant: ꝛ ſufficit.

**Uenenum.** Cum per diuerſa genera venenorum poſſint accipi varie ſpecies vitiorum. qꝛ tamen autoritates deficiunt ꝛ etiaꝫ in pluribus exemplis dicta ſunt plurima de venenis ideo omitto faciam enim tabulaꝫ deo dante per quã iſta que per librum ſparſa ſunt ad certum ordinem deducentur.

**Uenerabilis. venerari.** Uide vbi Honor.

**Uenia.** Uide ſupra de miſericordia. de Indulgere. de Parcere.

**Uenire.** Nota qđ venire nihil aliud eſt ꝙ̃ ad aliquem terminũ applicare ꝛ de vno A
termino ad alium accedere ꝛ tranſire. Accipitur etiã quandoqꝫ venire pro accidere vel euenire. Et breuiter notare poſſuꝫ ꝙ in ſcriptura venire multiplex inuenitur. Eſt enim venire

| | |
|---|---|
| Perfectorum. | Ueniunt perfecti vt deo pareãt |
| Peccatorum. | Eſa. lx. Filij tui delonge veniẽt. |
| Meritorum. | ꝛ filie tue de latere ſurgẽt ¶ Ue |
| Uitiorum. | niunt peccatores vt bonis noce |
| Tormentorum. | ant. Hiere. vj. veniet repẽte va |
| Premiorum: | ſtator ſuper vos. ¶ Ueniũt me |
| Diuinorum. | rita vt bonos foueant. Sap. vij |
| Malignorum. | Inuocaui ꝛ venit in me ſpũs ſa |

pientie. Sequitur. Uenerunt mihi omnia bona pariter cũ illa. ¶ Ueniunt vitia vt bona tranſeant. Eze. j. Ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone. ¶ Ueniunt tormenta vt alios arceant. Pſ. Ueniat mors ſuper illos ꝛ deſ. in infer. vi. ¶ Ueniunt premia vt boni gaudeant Iob. xiiij. Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. ¶ Ueniunt diuina vt boni valeant. vñ Ioan. xiiij. dicit xp̃s de viro iuſto. Ad eum veniemus ꝛ manſionem apud eum faciemus. ¶ Ueniunt etiam maligna ſcilicet ipſi demones vt mala compleant Math. xiij. Dum dormirent homines venit malus homo ꝛ ſuperſeminauit zizania. Et de omnibus iſtis generibus veniendi multa poſſent dici. ſed ſolum ad preſens intendo dicere de venire iuſti viatoris de venire vani peccatoris ꝛ venire pij ſaluatoris. ¶ Igit pmo dicam⁹ ꝙ eſt vnũ venire iuſti viatoris. Et iſtud eſt illud venire quo iuſti B

Ayuntamiento de Madrid

veniunt ad deum ſcʒ per grām moraliter in preſenti. ⁊ in futuro per gloriam perſonaliter. Videmus enim naturaliter ꝙ omnia veniunt ⁊ accedunt ad illud vbi inueniunt fundamentum. vbi inueniunt nutrimentum. De fundamēto patet. qꝛ lapis ſurſum iactus naturaliter venit ad terrā vbi ſtabilitur. De nutrimento etiam patet ꝙ bos ⁊ porcus venit ſeduliter ad ſtabulum vbi educatur. Sic etiam chariſſimi iuſtus venit ⁊ accedit ad deū qꝛ deus eſt fundamentū defenſatiuū. deus eſt nutrimētū delectatiuū. quia iſte eſt qui ſuſtinet debiles fatigatos. Hebre. j. Portans omnia verbo virtutis ſue. Iſte eſt qui adiuuat miſeros impugnatos. Pſ. Deus adiutor noſter ineternum. Iſte eſt qui reficit pauperes deſolatos. d. Joan. vj. Ego ſuʒ panis viuus qui de celo deſcendi. Et ideo pcerto chariſſimi cum nos indigeamus

Iſto fundamento tanꝗ fatigati.
Iſto iuuamento tanꝗ impugnati.
Iſto nutrimēto tanꝗ depauperati.

Dico qd ad iſtum debemus venire. nos ei conformando, ⁊ ad eum charitatiue appropinquando moraliter accedere ⁊ tranſire. Ad quod etiaʒ ipſe monet. Matth. xj. Venite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiam vos. Vbi aduerte ꝙ ad deum veniendum mentaliter ⁊ moraliter quatuor nos breuiter inducunt.

Primum eſt quo benigniter inducimur.
Secundum eſt quo fideliter recipimur.
Tertium eſt quo ſeueriter incutimur.
Quartum eſt quo ſuauiter attrahimur.
Primum probat clamor attractatiuus venite.
Scdm amor locatiuus cum dicit ad me.
Tertium terror impulſiuus qui la. ⁊ one. eſtis.
Quartum dulcor allectiuus. ⁊ ego reficiam vos.

Dico ergo ꝙ venire debemus ad deū ꝓpter clamorē vocatiuū per quē inducimur benigniter. venit inquit Omnia eīn domeſticata ſolent venire ⁊ ad vocationē ſui magiſtri veniunt ⁊ occurrunt. Cum igit dñs noſter ⁊ magiſter vocaliter nos vocat ad eū venire debemus. Patet etiam in pauonibus. caponibus ⁊ gallinis. qui ad pabula vocati ſtatim veniūt ⁊ accurrunt. ita vocat nos xp̄us in ſcriptura. dicens venite. Ideo nos debemus ꝓculdubio ad ipm venire ⁊ nos ſibi ꝑ verū amorem coniungere ⁊ copulare. venite inquit. Et aduertendū eſt ꝙ xp̄s in ſcriptura per iſtud verbū venite. vocat nos ad omnia que ſunt neceſſaria ad ſalutem. dicit enim venite

Ad preſumptionem dimittendum.
Ad dei operationem admirandum.
Ad eucharistie refectionem manducandum.
Ad dei contemplationem ſpectandum.
Ad diligentem inquiſitionem faciendum.
Ad gratie inſpirationem hauriendum.
Ad verbi predicationem frequentandum.
Ad laudis modulationem decantandum.
Ad xp̄i deſponſationem copulandum.
Ad celi creationem nanciſcendum

Iſta eīn ſunt decem officia ad que per iſtud verbū venite conuocamur ⁊ ad que veniēdo ad ipm deū illi coniungimur ⁊ cū eo copulamur. Dicit eīn venite ad dimittēdū oēm preſumptionē. Et ſic dicit. Job. xvij. Conuertimini ⁊ venite ⁊ nō inueniā in vobis vllum ſapiētem. Itē venite ad admirandum dei operationem Pſ. Venite ⁊ videte opera dñi terribilia in cōſpectu eius ſuper filios hominū. Itē venite ad guſtanduʒ euchariſtie refectionē. Prouerb. ix. Venite comedite panē meum ⁊ bibite vinū qd miſcui vobis. Iteʒ venite ad cōtemplandū celi conditionē. Eſa. ij. Venite aſcendamus in montē domini ⁊ ad domū dei iacob. Itē venite ad faciendū bonaʒ inquiſitionem. Eſa. xxj. Si queritis querite cōuertimini ⁊ venite. Iteʒ venite ad gratie infuſionē vel inſpirationē hauriendū. Eſa. lv. Oēs ſitientes venite ad aquas. Itē venite ad frequentandū predicationē. vn̄ Math. iiij. Venite poſt me faciā vos fieri piſcatores hominū. Itē venite ad decantandū laudis modulationē. pſ. Veni exultemus dño iubilemus deo ſalutari nr̄o. Itē venite ad copulandū xp̄i deſponſationem Matth. xxij Omnia parata ſunt. venite ad nuptias. Itē venite ad obtinendū vite participationē. Matt. xxv. Venite benedicti patris mei percipite paratū vobis regnū. Sic ergo patʒ ꝙ deus dicendo venite ad multa bona nos inducit ⁊ ad veniendū ad ſe multipliciter excitat ⁊ exclamat. venite inquit. Vt eīn noſipſi dicamus illud pſ. Venite ⁊ videte oēs qui timetis deū quanta fecit anime mee. Patet ergo ꝙ veniendū eſt ad deuʒ propter clamorem vocatiuum per quem inducimur.

C Deinde dico ꝙ ad ipm veniendū eſt ꝓpter amorē locatiuū per quē recipimur fideliter. ⁊ hoc oſtendit cuʒ dr ad me. Iſte eīn eſt ſicut amoroſus hoſpes. qui inuitat ⁊ recipit tranſeuntes. ⁊ qui vnicuiqꝫ ſm ꝙ vult expendere parat mēſam ⁊ camerā meliorē. Quia. ſ. iſte eſt ſemꝑ paratus ad hoſpitari ⁊ recipere oēs venientes ad eū ⁊ oēs ad ſe cōuertentes nullū eīn ſcit refutare quinimmo ſm ꝙ quilibet vult de bonis vel de laboribus ꝓ eo expendere ſolet ſibi de gradu ⁊ ſtatu meliori ſpūaliter ꝓuidere. ad me inquit Joā. vj. Omne qd dat mihi pater ad me veniet ⁊ eū qui venit ad me nō eijciā foras. Iſta eīn prepoſitio ad ſignificat terminum ad quē. qui. ſ. recipit ⁊ terminat dependentiaʒ a quo. Et ideo bn̄ dicit ad me. vbi dat nobis intelligere ꝙ ſe offert ad depēdentiā affectuū nr̄orum: ſicut finalis terminus. ad me inqt Joā. vij. Qui ſitit veniat ⁊ accipiat aquā vite gratis. Et nota ꝙ ad iſtū eſt veniendū

Sicut ad doctorē vt informemur.
Sicut ad paſtorē vt recreemur.
Sicut ad medicū vt conſolemur.
Sicut ad dominū vt premiemur.
Sicut ad fontē vt ſatiemur.
Sicut ad hoſpitē vt receptemur.

Dico ergo ꝙ ad ipſum venire debemus ſicut ad doctorē vt informemur Exemplo regine ſaba q venit ad regē ſalomonem audire ſapientiam eius ſicut dicitur. iij. Regū. x. Unde Eſaie. ij. Venite aſcendamus ad montem domini ⁊ docebit nos vias ſuas. Item ad paſtorem vt recreemur. Paſcit eīn ⁊ recreat cor deuotū. Unde ipſe dicit. Johānis. vj. Ego ſum panis vite qui venit ad me nō eſuriet ⁊ qui credit in me nō ſitiet. Itē ad medicū vt cōſolemur vel vt ſanemur. Pſ. Exaudi orationem meā ad te omnis caro veniet. Itē ad dñm vt premiemur. Oſee. vj. Venite ⁊ reuertamur ad dñm qꝛ ipſe cepit ⁊ ſanabit nos ⁊c. Item ad fonteʒ vt ſatiemur Gen̄. xxiiij Veni ad fontē aque Et illud. Joā. vij. Qui ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Item ad hoſpitem vt receptemur ⁊ vt apud eum cōmoremur dicēs illud. Joā. xiiij. Ad eū veniemus ⁊ manſionē apud eum faciemus. Iſtis eīn rationibus eſt ad deū veniendū ⁊ ad ipm per deſiderium eſt fugiendum. Iſte eſt eīn ſicut liberalis dñs qui oēs veniētes ſolet de familia ſua recipere ⁊ ſicut pius teſtator q ſolet etiā extraneos qꝫqꝫ in filios adoptare ad me ergo ſupple venite. Quod eſt cōtra multos qui ad deū nō veniūt. ſed ad mundum. ſimiles auicule q veniēs ad ſibilum aucupis laqueo capitur ⁊ occidit. Quia ſcʒ illi qui veniūt ⁊ accedunt ad ſibilum dyaboli carnis ⁊ mundi: quia ſcʒ nō ceſſant ſibilare ⁊ dicere illum verſum. Ad mea decepti iuuenes precepta venite: laqueis malarū complacentiarū capiunt. ⁊ per peccata mortalia puniunt. Quod figuratū eſt in iabele que ſixare ſeſſo ⁊ calefacto dixit. Ad me intra dñe ne timeas que offerens ſibi lac fecit dormire. ⁊ dum dormiret clauo tabernaculi ipm occidit. vide iſtam figuram ſupra. Nō ſic ergo chariſſimi. ſed ad deum veniamus venite inquit ad me. pſ. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuū ⁊c. Veniendum eſt ergo ad deū ſicut patet ꝓpter amorē locatiuū per quē recipimur.

D Deniqꝫ dico ꝙ veniendum eſt ad deum propter terrorem incuſſiuum. per quem impellimur. ⁊ hoc oſtenditur cum dicit. omnes qui laboratis ⁊ onerati eſtis.

Quia ſcʒ

Quia ſcꝫ laboꝛ ⁊ onus mundanarũ tribulationuꝫ nos cõpellit ad deũ venire ⁊ nos ad ipm cõuerteret redire Quia ſm Grego. Mala q̄ nos hic premũt ad deũ citius nos venire compellunt. De ceruo eñ legimus ꝙ impulſus a canibus ſolet venire ad hominē ſciēs eũ eſſe animal benignũ. Uentus etiã naui ↄtrarius q̄nꝗ ipſam impellit ad melioꝛē poꝛtũ ꝙ al's eſſet ventura. Quia breuiter ⁊ mũdi canes ⁊ tyranni ⁊ moꝛſus eoꝛuꝫ et latratus. necnõ ⁊ vētus contrarius mundanarũ aduerſitatum nos cõpellunt de amoꝛe mundi reſilire et ad ipſum hoiem xp̄m per deuotionē redire. ⁊ ad poꝛtum ſalutis accedere ⁊ venire qui laboꝛatis inq̄t ⁊ onerati eſtis p̄s. Humiliatũ eſt in laboꝛe coꝛ eoꝛũ ⁊ appropinquauerũt. Ueniēdũ eſt ergo ad deũ ꝓpter terroꝛē ↄcuſſiuũ ꝑ quē īpellimur. ¶ Inſupveniēdũ ē ad deũ ꝑ dulcoꝛē allectiuũ ꝑ quē attrahimur q̄ꝛ ego reficiã vos inq̄t. Deꝰ eñ nõ ſolũ infert mũdi verbera vt retrahamur. imo etiaꝫ exponit vbera vt attrahamur. Promittit eñ ad ſe venientibꝰ eternã refectionē ⁊ eterni ſolacij regionē. Et ideo ſicut puer libenter venit ad matrē vt lacte reficiatur ſic vere libenter debemus venire ad deum vt lacte ſue dulcedinis in gloꝛia ſatiemur reficiaꝫ inquit vos. p̄s. Super aquã refectionis educauit me. Quod bñ figuratur. Luce. xiiij. in illo rege qui miſit ſeruum ſuũ hoꝛa cene dicere inuitatis vt venirent. quia parata ſunt oĩa. Quia rex noſter xp̄s prandium ſuum paradiſum parauit. vbi per ſeruos ſuos apoſtolos pꝛophetas ⁊ alios ꝑdicatoꝛes ad veniēdum illuc totũ genus humanũ inuitauit. Paratus eſt eñ oēs reficere ⁊ ſic nulli oſtium denegare dicens Mathe. xxij. Omnia parata ſunt venite ad nuptias. Ueruntamen aduertēdum eſt ꝙ tria genera hoim ſe venire ad illas nuptias excuſarũt vnus. ſ. qui dicebat ſe emiſſe villam alius qui dicebat ſe emiſſe quatuoꝛ iuga boum alius qui dicebat ſe duxiſſe vxoꝛē ſicut totũ patꝫ ibidem Luce. xiiij. Naꝫ chariſſimi emptoꝛ ville ſignificat mũdanos opulētie poſſeſſoꝛes. Ductoꝛ vxoꝛis ſignificat carnalis immundicie dilectoꝛes. Emptoꝛ parium boum ſignificat ſenſuum incontinētie ſectatoꝛes. Quia proculdubio iſta tria genera hoim q̄ ſcꝫ in his tribꝰ mercimonijs occupātur: ad feſtũ paradiſi nõ veniunt nec accedunt ſed inde per peccata potius fugiunt ⁊ recedunt. d. xp̄o illud. Hieremie. ij. Receſſimus non veniemus vltra ad te. Sed non ſic boni quia iſti veniunt ad deum per gratiam in pꝛeſenti ⁊ in futuro per gloꝛiam Iſti enim finaliter veniunt ad paradiſum

Ut milites vt coꝛonentur.
Ut diuites vt ſpacientur.
Ut virgines vt deſponſentur.
Ut pꝛincipes vt honoꝛentur.

Ueniunt dico iuſti vel iuſtoꝛũ aĩe ad paradiſuꝫ vt ibi coꝛonētur. Cañ. iiij. Ueni de libano ſoꝛoꝛ mea ſpõſa veni de lybano ⁊ coꝛonaberis. Ueniũt ibidē ad deũ ſpaciari. Cant. v. Ueni in oꝛtũ meũ ſoꝛoꝛ mea. Ueniũt ibidem a deo ꝑmiari vel honoꝛari. Mathei. xxv. Uenite benedicti patris mei ⁊c. Sed proculdubio chariſſimi eſt impoſſibile venire ad terminũ niſi per viam. Uia autē veniendi ad celum eſt via virtutũ penitētiaruꝫ ⁊ laboꝛũ. Quia ſicut dicit Gregoꝛius. Ad magna ꝑmia ꝑuenire nõ põt niſi per magnos laboꝛes. Et ideo ſi ad paradiſum venire volumus ꝑ viam virtutum incedere debemus. Notabo igiꝉ ꝙ ad iuſtũ terminum allectiuum peruenitur.

Per parcitatem abſtinentie.
Per puritatem innocētie.
Per pietatem amicicie.
Per artitudinē indigētie.
Per meſtitudinē conſciētie.
Per pꝛomptitudinem obedientie.

Dico igiꝉ ꝙ ad veniēdum ad paradiſum opoꝛtꝫ tranſire per iſtam ſcalam in qua ſex iſti gradus requirunꝉ ſcꝫ abſtinētie parcitas ⁊ ſic diciꝉ Mat. xj. Uenit iohānes nõ manducãs neꝗ bibens. ¶ Itē requiriꝉ innocētie puritas. ⁊ ſic diciꝉ. Math. xix. Sinite paruulos ad me venire. ⁊c. ¶ Itē requiriꝉ amicicie pietas Et ſic videtur dñs dicere. Math. xxv. In carcere erã ⁊ veniſtis ad me. ¶ Itē requiriꝉ indigētie artitudo ſcꝫ paupꝑtas ſpũalis: ⁊ ſic diciꝉ diuiti. Math. xix. Uade ⁊ vēde omnia que habes ⁊ da pauperibus ⁊ veni ſequere me. ¶ Item requiriꝉ conſciētie meſtitudo ſcilꝫ cõpunctio lacrymarũ. Et ſicut diciꝉ. Hiere. xxxj. In fletu veniēt ad me per toꝛrētes aquarũ deducã eos in viam rectaꝫ ¶ Itē requiritur obediētie rectitudo vel pꝛõptitudo. et ſic loquitur. Math. xvj. vbi diciꝉ. Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum ⁊ tollat crucē ſuaꝫ ⁊ ſequatur me. Iſtã autoꝛitatē diuiſam ⁊ pꝛoſecutã habes alibi pone eam hic ſi vis. Sic ergo ptꝫ chariſſimi quõ ſunt multe vie veniēdi ad deũ ⁊ ad gloꝛiam paradiſi. naꝫ ſi oēs iſtas vias tenuerimus ibi pꝛocerto veniemꝰ ita ꝙ implebitur illud p̄s. Euntes ibant ⁊ flebant mittentes ſemina ſua veniētes aũt veniēt cuꝫ exultatione poꝛtãtes manipulos ſuos ⁊c. Sic igitur patꝫ ꝙ veniēdum eſt a deum ſpũaliter ⁊ moꝛaliter.

Propter dulcoꝛem allectiuum.
Propter terroꝛē impulſiuum.
Propter amoꝛem receptiuum.
Propter clamoꝛē vocatiuum.

Bene ergo dictũ eſt venite ad me oēs q̄ laboꝛatis ⁊c. Sic ergo patꝫ pꝛimo pꝛincipaliter ꝙ eſt vnũ venire iuſti viatoꝛis. ¶ Adhuc dico ꝙ ē vnũ venire vani pctõꝛis. f Peccatoꝛ venire diciꝉ ad malũ ⁊ non ad bonum. ſicut eñ venit aqua abſꝗ hoc ꝙ voceꝉ. Sic ꝓ̄c vbi mali nocere ſciunt veniunt nõ vocati. Ueniunt etiã demones quotidie ⁊ ad nocēduꝫ accelerãt ⁊ accurrũt. Uñ de ipſis videtur dicere homini illud. ij. Paraꝉ. xx. Nunciauerunt ioſaphat dicētes venit cõtra te multitudo magna. Ipſi etiã hoꝛtãtur ſe ad ↄtra nos veniēdũ. dicētes illud. Mathei. xxj. Hic eſt heres venite occidamꝰ eũ. Uñ Eſaie. lvj. Oēs beſtie agri venite ad deuoꝛandum. ¶ Sed tertio pꝛincipaliter dico ꝙ eſt vnum venire pij ſaluatoꝛis. Chꝛiſtus enim venit in mundũ peccatoꝛes ſaluos facere quoꝛũ primꝰ ego ſuꝫ. j. Thi. j. Iſte enim.

Uenit ad virginē vt incarnaretur.
Uenit ad ſeculũ vt viſitaretur.
Uenit ad hieruſalē vt repararetur.
Uenit ad patibulum vt immolaretur
Uenit ad infernum vt vacuaretur.
Uenit ad ſepulcrũ vt ſuſcitaretur.
Uenit ad celum vt coꝛonaretur.
Uenit ad iudicium vt foꝛmidaretur.
Uenit ad coꝛ humanũ vt fecundaretur.

Dicamus ergo ꝙ iſte venit ad carnē aſſumēdũ. Iohã. xx. Uenit Ieſus ianuis clauſis. ¶ Itē venit ad mundũ viſitãdum. Mathei. xvj. Uenit ieſus in partes ceſaree philippi. ¶ Itē venit ad vꝛbē hierl'm reparãdũ. Ideo ſibi in hierl'm ingrediēti fuit dictũ. Luc. xix. Benedictꝰ qui venit in noie dñi. ¶ Itē venit ad crucē tolerãduꝫ. Iohãnis. ix. Ego in iudiciũ veni in mundũ Et Marc. xiiij. Uenit hoꝛa ⁊ filius hoĩs tradetur. ⁊c. ¶ Itē venit ad infernũ ſpoliandũ. Unde de ipo ad inferos vēturo diciꝉ. Math. xj. Tu es qui vēturus es an aliũ expectamus? Quia ſm Bernardum. Uenit medicus ad egrotos. venit redemptoꝛ ad perditos ⁊c. ¶ Item venit ad coꝛpus reſumēdum. Unde ipſe dixerat. Ioh. xiiij. Uado ⁊ venio ad vos. Iterum Iohannis. xiiij. Ueniaꝫ iterum ad vos et accipiam vos ad meipſum. ¶ Item venit ad celum aſcendendum. Unde Aggei. ij. Uenit deſideratus cunctis gentibus. Unde ſibi poterat dicere deꝰ pater iſtud. ij. Reg. xix. Ueni mecuꝫ vt requieſcas ſecurus in hieruſalē. ¶ Itē veniet ad iudiciũ iudicandum Eſa. iij. Ecce dñs ad iudiciũ veniet. ¶ Itē quotidie venit ad mentē illuſtrãdã. j. Coꝛin. iiij. Ueniet dñs et illuminabit abſcondita tenebꝛarũ ⁊c. His igiꝉ pꝛemiſſis poſſumꝰ breuiter dicere de aduētu xp̄i nõ ſoluꝫ de aduētu in mentē qui eſt ſpũalis. ſꝫ etiã de aduentu carnis qui eſt ꝑſonalis ⁊ etiã ad iudiciũ qui eſt impe

nalis.Sꝫ de oībꝰ iſtis ſupra litera ⁊ titulo de aduentu vide vbi ad plenum inuenies quatuor autoritates diuiſas ⁊ proſecutas de venire ſcꝫ Veniat dilectꝰ meꝰ in ortum ſuuꝫ.Canti.v.Item hucuſqꝫ venies Iob.xxxviij Ego lux veni in mūdum.Ioh.xij.Item ecce ventꝰ turbinis veniebat ab aquilone nubeſqꝫ magna ⁊ ignis in uoluens Ezec.j.De venire inquantū idem eſt ꝙ accidere ꝯtingere vel venire vide.ſ.de aduenire. Et pone hic autoritates notabiles ſi vis qꝛ pauce ſunt, ⁊ ſufficit q̄tum ad preſens.

A **Venter.** Cum venter ſit illa corpis cōcauitas qua cibi recipiuntur.⁊ in qua iecur ⁊ alia inteſtina cū multis alijs mēbris ꝯtinētur ⁊ in qua appetitus carnis generaliter originatᷣ.Poſſumꝰ dicere ꝙ generaliter per ventrē poſſumꝰ intelligere quodcunqꝫ abditum vel ſecretum qđ interior conſciētia et affectio mentis noſtre verſat. Notādum igitur ꝙ in ſcriptura inuenitur venter.

Corporeus, Primus ſignat noſtrā natiuitatē.
Eburneus Secundus matris virginitatem.
Pectoreus, Tertius cordis profunditatem.
Stercoreus. Quartus carnis fragilitatē.
Extraneus. Quintus mundi cupiditatem,
Ethereus. Sextus veram humilitatē,
Tartareus, Septimus inferni voracitatem,

Dico ergo primo ꝙ eſt venter corporeus noſtre natiuitatis.Iſte eſt em̄ venter noſtre matris vbi nouē menſibus hoſpitamur,⁊ tandem in hāc vallē miſerie parturimur ⁊ ideo dicitᷣ Eccl'i,xl. Graue iugum creatuꝫ eſt omnibus a die exitus de vētre matris ipſoruꝫ vſqꝫ in diem ſepulture eorū in matrē oīm. ¶ Dico ſecūdo ꝙ eſt venter eburneus pure virginitatis,⁊ iſte eſt venter virginis glorioſe que eburnea dr̄, pro eo ꝙ caſtitatis nitoribus cādidatur. Iſta eſt em̄ virgo pigmaleonis, Pigmaleon em̄ cuꝫ eſſet ſummus pictor ⁊ ſculptor ⁊ carnalem coniugij copulam ⁊ concubituꝫ abhorreret imaginē virginē pulcerrimā fecit de ebore,quā vidēs ita pulcram,amore ipſius inflāmatus eſt ipſamqꝫ in camera ⁊ in lecto ſuo loco vxoris ſue amplexandā habebat ⁊ oſcula ſibi dabat.Caſus vero accidit ſicut recitat Ouidius fabulator ꝙ ipſa ficta ⁊ mortua imago dum eſſet iuxta dn̄m ſuum in lecto ſuo incepit incaleſcere.⁊ venter eius inſpirare ⁊ ſic vitam recepit humanam ipſamqꝫ pigmaleon accepit vxorem de qua poſtmodum filiū generauit.Reuera chariſſimi talis pigmaleon fuit deus.ipſe em̄ virginem Mariā eburneā fabricauit.Ebur em̄ candidā puritatē caſtitatis deſignat.⁊ q̄uis iſte abhorreret carnalem amplexuꝫ. iſtā tamē imaginē ſuam intātuꝫ dilexit.ꝙ caꝫ mirabiliter in mulierē mutatā,i.in imaginē pregnātem cōuerſaꝫ, ipſam ſibi in vxorem perpetua caſtitate ligauit ⁊ in vētre eius xp̄m deū ⁊ hominē generauit. Ita ꝙ vēter eiꝰ potuit figurari in throno eburneo ſalomōis.iij. Reg. x.ſupra inuenies de throno.Et iō de ipſa ⁊ eius ventre dicitᷣ.Can̄.v.Manꝰ eius tornatiles plene hyacynthis venter eius eburneus diſtinctus ſaphiris venter eniꝫ et manus iſtius hyacinthos ⁊ ſaphiros habuerūt.inquātum p̄cioſis virtutibus ſemꝑ ſplēduerunt.Etiam de cōceptu mirabili huius ventris dicitur. Eccl'es.xj. Ignoras q̄ ſit via ſpūs ⁊c.Ergo fuit bn̄ dictū,Luce.xj. Beatus venter qui te portauit ⁊ vbera q̄ ſuxiſti. Iſte ergo venter eſt eburneus pure virginitatis. ¶ Tertio

B dico ꝙ eſt venter pectoreꝰ cordis ꝓfunditatis.Cor em̄ et cōſciētia viri iuſti dicitᷣ venter qꝛ ibi cōtinetur iecur quod amare facit .i. feruēs amor ⁊ dilectio.vn̄ Canti, v.dicit anima ſponſo.Venter meꝰ intremuit ad tactū eius. ¶ Item ibi eſt ſplen qđ ridere facit.i.virtus ſpei ⁊ virtualis conſolationis.ps,Tu es qui extraxiſti me de ventre.ſpes mea ab vberibꝰ matris mee. ¶ Itē ibi eſt fel quod iraſci facit.i.ſpūalis dolor ⁊ contritio ps. Conturbatus eſt in ira oculus meus. aīa mea et vēter meus.Item ibi ſunt feces.i.materie vilis cogitatiōis meditatio.De quo pōt exponi illud ps.Conglutinatꝰ eſt in terra venter meus ⁊c.Animal ruminans habet duos ventres vel plures.Vn̄ etiam de camelo legimꝰ ꝙ quinqꝫ habꝫ ventres interius.ita ꝙ de vno ad aliuꝫ cibum tranſmittit vt melius decoquatur.Sic homo debet habere plures.i.plura conſcientie receptacula. in quibus ſcꝫ cogitationes decoquātur ⁊ ad ꝑfectionē cōuertātur.Quinqꝫ enim ventres ſunt quinqꝫ conſiderationes que in oībus factis ſunt habende ⁊ dictis .ſ. que in iſto verſu ꝯtinētur.Quis quid cui dicas cur qn̄ quomō queras.Vel.Qui quid facias cui quādo quomodo queras. Iſta em̄ ſunt quinqꝫ diuerticula mētis noſtre vbi oīa dicta ⁊ opera noſtra debemus voluere anteqū exterius operētur.Iſte eſt em̄ venter de quo dr̄ Apoca.x.Qđ cum Iohānes comediſſet librū amaricatus eſt venter eius quia ſcꝫ dum liber ſacre ſcripture attenditur venter conſcientie merito conturbatur.Et ſi in ventre conſcientie de peccatis confitendis agitur per quinqꝫ reuolutiōes primo a prudētibus deuoluūtur.Quia ſcꝫ conſiderari debet.quis.quid.cui.cur.qn̄ quomodo.Quis qui offendiſti ſcꝫ religioſus vel laicꝰ prelatus vel ſubditus ⁊c.Quid de quo fit offenſa ſcilꝫ q̄uile fuerit factum. vel quomodo contra rationem. Cui facta eſt offenſa.Cur ſcꝫ quibus additis vel circūſtantijs delectationibus vel accidentibus.Et quo tp̄e vel quo loco vtrū ſcꝫ in ieiunio vel in feſto.Ita em̄ duo quomō ⁊ qn̄ ſub vno poſſunt optime ꝯprehendi.His enim ventriculis mentis noſtre cibus peccati deducitur,vt per confeſſionem expelli valeat ⁊ educi qꝛ ſicut dicitur Math.xv.Omne quod in os intrat, in ventrē vadit ⁊ in ſeceſſum emittitur. His em̄ conſiderationibus mens cōcutitur.⁊ in contritionis amaritudinem cōmutatur.Vnde anima dicit illud. Treno.j.Venter meus conturbatus eſt.ſubuerſum eſt cor meuꝫ in me metipſa,quoniā amaritudine plena ſuꝫ.Iſte em̄ eſt vēter pectoreus cordis ꝓfunditatis. ¶ Quarto dico qđ eſt venter ſtercoreus qui eſt venter noſtre carnalitatis C

Et ſic dico ꝙ per vētrē intelligitur ſenſualitas carnis noſtre in quo cōtinētur feces oīm peccatorū ⁊ vilitas conditionis humane.Nam qꝛ in ventre puer generatur bene per ventrē natura noſtre vilis conditiōis deſignatur,Vnde Sap.vij.Septē menſibus in ventre matris mee figuratus ſum caro.Venter enim iſte eſt conditio carnis noſtre ⁊ etiā ipſe carnalis appetitus.qui ſcꝫ niſi per prudētiam ab illicitis reſtringatᷣ.totus hō per ipꝫ interius ⁊ exteriꝰ maculatᷣ.Apes em̄ ⁊ formice que animalia ſunt prudentiſſima circa ventrem ſunt valde ſtricta ventrē em̄ habēt magis ſtrictū q̄ pectus cōtra naturā aliorū animaliū.Sic vere chariſſimi aliqui ſunt prudētes viri.qui habēt vt cōiter ventrē ſtrictum.qꝛ ſcꝫ ventrē corporis.⁊ ipam conditionē ſenſualitatis ⁊ carnis pro viribus reſtringūt.Plus em̄ abūdant in pectore vbi eſt animus q̄ in ventre vbi eſt ſtercus.hoc eſt dictu ꝙ magis vigeant in ſpūali bonitate q̄ in carnali voluptate ⁊ ſenſualitate.Quod bn̄ penſabat Sap.Eccl'i.xxiij.cū dicebat.Aufer a me concupiſcētias vētris.⁊c.Qđ eſt cōtra multos qui ventrē ſenſualitatis ⁊ voluptatis.⁊ carnis habēt valde magnuꝫ et latū.Similes locuſte que nō habēt niſi vnū inteſtinum totū em̄ corpus eſt quaſi venter. Serpēs etiaꝫ reſpectu corporis ventrē habet longiſſimū ⁊ maximuꝫ. Vnde etiam plinius narrat ꝙ ſub claudio ceſare ſerpens quidā fuit occiſus in cuius ventre puer integer fuit inuentus ⁊ de noſtris ſerpentibus apparet qđ habent magnum ventrem,quia auiculas ſolent deglutire,Sic vere chariſſimi quidam habēt ventrē carnalis appetitus ⁊ ſenſualitatis valde latum toti em̄ videntur eſſe venter.quia ſcilicet nihil de ſpūalitate videntur ſapere vel habere quod apparet, quia oīa mūdi delectabilia non poſſunt ſuum ventrē.i.ſuū carnaleꝫ appetitū implere.prouer.xiij.Iuſtus comedit ⁊ replet aīam ſuā.Venter aūt impioruꝫ inſaturabilis eſt. Et bn̄ inſaturabilis.quia iſti habēt ventrem.

Cupiditate voracem,

Carnalitate

Carnalitate vomacem
Fatuitate loquacem.
Voracitate capacem. :
Verboſitate mordacem.
Venter em̄ malo inflat per cupiditatē. Iſtud em̄ figu
ratur de filio ꝓdigo qui cupiebat replere ventrē ſuuꝫ
de ſiliquis quos porci māducabāt. ſicut dicit Luc. xv.
Et tamē dicit Ezech. vij. Animā ſuā nō ſaturabunt et
ventres eorū nō implebūtur. ¶ Itē ſpumat ꝑ carnali
tatem. ideo venter ſatur facile ſpumat in libidinem.
¶ Item feruet per loquacitateꝫ. Unde Iob. xxxij. En
venter meus quaſi muſtū ſine ſpiraculo qđ laguncu-
las nouas dirūpit. loquar ⁊ reſpirabo paululū. ¶ Itē
capax eſt per voracitatē. Vñ Eccli. xxxvj. Omnē eſcaꝫ
manducabit venter. ¶ Itē mordet ꝑ detractoriā ver-
boſitatē. Unde Eccli. xl. In ore imprudētis cōculcabit
inopia. ⁊ in ventre eius ignis ardebit. ignis em̄ mor-
daciter vrit. Et breuiter iſte eſt venter vilitatis noſtre
omnia enim vilia ſunt in vētre ⁊ ideo vētrem deus po
ſuit in medio corporis ⁊ etiam a parte ante. vt ſic vili-
tatem ⁊ cōditionem vilitatis noſtre ante oculos et in
cordis medio poneremus vel portaremus. Sic etiam
dico ꝙ vētrem fragilitatis humane cū omībus fecibꝰ
vitiorū pre oculis debemus habere ⁊ in cordis medio
collocare. Quia proculdubio iſte venter eſt pars nr̄a
vilior ⁊ pars noſtra pōderoſior ⁊ pars noſtra fragilior
Animal citius ledit in ventre ꝙ̄ alibi. Et ideo vnicor-
nis ſciens ꝙ elephas habet mollē vētrem. ſemꝑ ſolet
ip̄m in ventre ſi pōt ꝑcutere vt ip̄m citius poſſit occi-
dere. qđ ſciens elephas ſolet ſibi dorſum vertere ⁊ ſic
ſolet pericula declinare. Sic vere chariſſimi ſenſuali-
tas ⁊ caro ſunt partes hominis magis debiles ⁊ mol
les ⁊ ideo vnicornis. i. diabolus libētius nos ꝑcutit in
hoc ventre. in quo. ſ. de peccatis carnis libentius nos
tēptat. Scit enim ꝙ valde ſumꝰ debiles. quia ſicut di-
citur Tytū primo. Cretenſes ſemꝑ mēdaces. male be
ſtie. vētris pigri. Quapropter ſolet ibi libētius ꝑcute
re. vt cōtra nos poſſit facilius preualere. Nos nos pre-
ſentientes dorſum ſibi debemus vertere. ⁊ occaſiones
peccatorum ⁊ temptationū fugere ⁊ vitare ⁊ ſic ab hu
ius vnicornis cornibus poterimus nos ſaluare. maxi
me ſi cum dauid ad dn̄m proclamātes dicamus. Sal-
ua me de ore leonis ⁊ a cornibus vnicorniū humilita-
tem meā. Caueāt aūt illi quorū deus venter eſt Phil.
iij. Quia ſicut dicit. Iob. xx. Diuitias quas deuorauc-
runt euomet ⁊ de ventre eorū extrahet eos deus. Iſte
D eſt ergo vēter ſtercoreus carnalitatis noſtre. ¶ Quin
to dico ꝙ inuenitur venter extraneus mūdi cupidita-
tis. Mundus em̄ eſt venter noſter. qꝛ. ſ. ibi in peccatis
cōcipimur ⁊ nutrimur ⁊ inde in lucē fidei ⁊ gratie. vel
etiam in lucem religionis vel eccleſie a dn̄o parturi-
mur. Puer em̄ in ventre matris non plorat ſed ibi vi-
uendo de matris menſtruis ſe delectat. ſed ſtatim quā
do de matre extrahitur plorare incipit. Sic peccator
exiſtens in mūdo nutritus in immūdicijs ⁊ peccatis
nō plorat nec ad cauſas ſui planctus attendit quando
tamen ad eccleſiam vel religionē perturit. ſtatim inci
pit vite huius miſeriā agnoſcere. ⁊ ad plāctum ⁊ lacry
mas ſe donare. De iſto vētre gaudebat ſe dauid exiſſe
in p̄s. Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre ⁊c.
Multi tamē ſunt qui de iſto ventre. ſ. de mūdi ꝓſperi
tate egrediūtur. ⁊ ſtatū religionis vel eccleſie cōfiten-
tur ⁊ tamē in iſtū vētrem iterū ingrediunt. inquātum
ad mundana negocia reuertunt. Glarea em̄ mōſtruꝫ
eſt marinū que filios ſuos quos peperit vidēs tempe
ſtatem ne ſubmergant. ſolet in vētrem iterū reponere
vt poſſit a fluctibus ipſos liberare. Si vere diabolus
illos quos aliquo caſu de ventre mūdane proſperita-
tis peperit ⁊ euomit vidēs ꝙ fluctus tribulationuꝫ et
inundatio lacrymarum poſſent ipſos ſibi penitus au
ferre ⁊ ad dn̄m conuertere ſolet eos pro viribus in iſtū
vētrem iterum inferre ⁊ reponere ⁊ ipſos ſolet allice-
re ⁊ fouere. ⁊ ſibi eos quos iam perdidiſſe videbat pe
nitus retinere. ſicut ad literā videmus. de clericis mer
catoribus. de prelatis officialibus regum ⁊ de religio
ſis negociatoribus. Iſtud videtur reꝑhendere. Nicho
demus. d. Ioh. iij. Quomodo inquit poteſt homo na-
ſci cum ſit ſenex. ideſt quomodo poteſt homo in mun-
dum ⁊ ad mundana redire cū debeat eſſe perfectus.
Nūquid poteſt in matris ſue vētrem iterato introire
et renaſci: quaſi dicat nō dꝫ. imo ꝓcerto cū Eſaia dꝫ di
cere ⁊ clamare. Eſa. xlix. Dn̄s ab vtero vocauit me de
ventre matris mee recordatus eſt noīs mei: poſuit os
meū dn̄s vt gladiū acutū: ſub vmbra manus ſue prote
xit me ⁊ poſuit me ſicut ſagittā electā: in pharetra ſua
abſcondit me ⁊ dixit mihi ſeruus meus es tu iſrael qꝛ
in te gloriabor. Quia ꝓculdubio chariſſimi deꝰ ex ſpe
ciali priuilegio nos extrahit. ⁊ in eccleſie ⁊ religionis
pharetra nos abſcondit. vbi nos ſagittā vel gladium
facere intendit ⁊ ſic ſeruos ſuos quibus gloriet ſpecia
liter ordinat ⁊ facit. Et ideo iſtū ventrē vn̄ eximimꝰ de
bemus horrere ⁊ illic ampliꝰ per mūdi ꝯcupiſcentias
nō redire. d. domino illud. Eccli. xxiij. aufer a me cōcu
piſcētias vētris. Iſte eſt ergo venter extraneus mūda
ne cupiditatis. ¶ Sexto dico ꝙ eſt vēter ethereus per E
fecte humilitatis ⁊ iſte eſt vēter religionis ⁊ eccleſie.
vbi deus generat cōcipit ⁊ nutrit filios ſuos. ſ. religio
nis clericos. Item in vētre nubis generatur lapis pre
cioſus qui dicit ceraunius. Sic vere in ventre religio
nis generātur viri ꝑcioſi ⁊ perfecti. Vñ de Hieremia
dicitur Eccli. xlix. Qui a ventre matris ſue conſecratꝰ
eſt propheta. Iſtud eſt tn̄ contra multos ſimiles filijs
viperarū qui abhorrētes eſſe in vētre matris ſue volūt
exire. expectare nolētes nature ſolutionē ⁊ ideo corro
dunt latera eius ⁊ ſic exeunt ſine partu. Sic vere mul
ti ſunt quibus diſplicet venter religionis ⁊ ſtatus in-
terioris clauſtri ⁊ ideo ſuā matrē religionē deſtruunt
⁊ corrodūt ⁊ ſic per apoſtaſias vel per appellationes
fugiūt ⁊ recedūt. Multi ſunt in eccleſia vipperei filij q̄
ſunt cauſa corroſionis ⁊ deſtructionis proprie matris
ſue. quibus dr̄ Eſa. xlviij. Scio em̄ ꝙ preuaricās ꝑuari
caberis: ⁊ trāſgreſſorē de vētre vocaui te. Iſte eſt ergo
venter ethereus perfecte humilitatis ⁊c. ¶ Septimo
dico ꝙ eſt venter tartareus eterne calamitatis. et iſte
proculdubio eſt venter inferni vbi diabolus peccato-
res concipit ⁊ recipit: ipſos tamē nunꝙ̄ amplius par-
turit vel emittit. Iſte eſt venter ceti in quo ionas deuo
ratus fuit. Iſta eſt altitudo ventris inferi. De quo di
citur Eccli. lj. Liberaſti me dn̄e ⁊c. De altitudine ven-
tris inferi. ⁊ de leonibus p̄paratis ad eſcam ⁊c.

**Ventus.** Nota ꝙ vētus nihil aliud eſt ꝙ ſpiri A
tus vel flatus. Eſt em̄ proprie ventus
idem ꝙ aer motus cū ſiccis vaporibus intermixtus.
De vento igitur materiam tractare quid ſit: ⁊ quare
ſint. xij. venti ⁊ nunc flat vnus nunc alius. nihil ad pn̄s
pertinet opus. Sed quid vētus poſſit moraliter ſigni-
ficare. hoc ſolum breuiter eſt dicēdum. Dicamus ergo
ꝙ ventus habet aliquos effectus bonos ⁊ aliquos ma
los. et ideo nunc malum ſignificat in ſcriptura. Nota
bo ergo ſecūdum ꝙ inuenio in ſcriptura: quod ventus
naturaliter habet.

Sufflare
Siccare
Pulſare.
Mundare.
Turbare.
Leuare.
Inflare.
Spirare.
Refrigerare.

Sic vero dico ꝙ moraliter lo
quēdo plura genera ventorū
inueniūtur. Eſt igitur vētus
ſufflatiuꝰ qui ſignificat ma-
lam ſuggeſtionē. Multi em̄
ſunt ſicut vētus qui per mala
conſilia ⁊ colloquia non ceſ-
ſant alijs aliq̄d mali ſugge-
rere ⁊ ſufflare. ⁊ ꝑ adulatio-
nem ⁊ ſuggeſtionē aliquid ſibilare. Eccli. xliij. Frigidꝰ
vētus aquilo flabit ⁊ congelabit criſtallus ab aquis.
¶ Item eſt ventus ſiccatiuus qui ſignat hoſtis tenta
tionem. Iſte enim quando fortiter ſufflat. ſolet oēm
virorem gratie deſiccare. Figuratus in illo vento cali-
do ⁊ vrente qui ſiccauit illā viridem ederam. ſub cuiꝰ

vmbra ionas delectabať intãtũ ꝙ̄ ionas incepit eſtua re ſicut diciť Jone.iiij. Quia.ſ.tentatio dyabolica vi rorem ⁊ vmbram gratie deſiccat ⁊ vrit.⁊ eſtum maloꝝ deſiderioꝝ in cordibus introducit.Unde de diabolo diciť Abacuc.j.Quod facies eius ventus vrens.¶ Itẽ eſt ventus pulſatiuus qui ſignat mũdi tribulationeꝫ que pulſat deſtruit ⁊ ſubuertit.Unde Job.j.Repente ventus vehemẽs irruit a regione deſerti qui cõcuſſis angulis dom⁹ ſubuertit eã ⁊ liberos interfecit.¶ Itẽ eſt vẽtus mũdatiuus qui ſignificat violẽtam correctio nem.Uẽtus enim bladũ a palea purgat.Et ſic loquiť. Math.iij.vbi diciť.Cuius ventilabrũ in manu dñi ⁊ mũ dabit aream ſuã.Unde prouerbi.xxv.Uentus aquilo diſ ſipat pluuias.⁊ facies triſtis linguã detrahẽtẽ.¶ Itẽ eſt vẽtus turbatiuus ⁊ ſublatiuus qui ſignat eternam damnationẽ ſicut diciť in ps.Non impij erũt ſicut pul uis quã proijcit vẽtus a facie terre.¶ Itẽ eſt vẽtus le uatiuus:qr vẽtus eleuat paleas qui ſignat proſperam ſucceſſionẽ.de quo.Job.xxx.Eleuaſti me ⁊ quaſi ſuper vẽtum ponens eliſiſti me valide.¶ Itẽ eſt ventus in flatiuus qui ſignat cordis elationẽ ⁊ pſumptionẽ.Uẽ tus enĩ veſicam inflat.⁊ ſic de vanglorioſis elatis ſu perbis ⁊ preſumptuoſis loquiť.Hiere.xiiij.vbi dicit: ꝙ onagri ſteterunt in rupibus ⁊ attraxerunt ventum quaſi dracones.¶ Item eſt ventus inſpiratiuus qui ſi gnificat diuinam reuelationeꝫ.⁊ de iſto dicitur in ps. quõ de⁹ ꝓducit vẽtos de theſauris.¶ Itẽ eſt vẽtus re frigeratiuus qui ſignat ſanctiſpũs inflãmatiõeꝫ:⁊ ſic dr̃.Dan.iij.ꝙ angel⁹ fecit mediũ fornacis quaſi vẽtuꝫ roris flantẽ.¶ His igitur pmiſſis poſſum notare qð vẽtus ſignificat in bono ⁊ in malo.Et ſic dico ꝙ eſt

Uentus gratie qui eſt mirabilis.
Uentus culpe qui eſt damnabilis
Uentus pene qui eſt triſtabilis,
Primus flat ab interiori.
Secundus flat ab inferiori,
Tertius flat a poſteriori.

B Dico ergo primo ꝙ eſt vẽtus gratie qui eſt glorioſus: ⁊ iſte ꝓculdubio nihil aliud eſt ꝙ̄ ſpiritusſanct⁹ ⁊ gra tia que per eum inſpirať.Spiritus enim eſt quaſi ven tus.ſed de hoc vide ad plenum ſupra de ſpiritu in pri mo membro principali.Sicut enim ventus hꝫ

Arbores agitare.
Aerem depurare.
Ignẽ inflãmare.
Eſtum temperare.
Naues tranſportare.
Feces deſiccare.
Paleas eleuare.
Omnia fecundare.

Qr ſicut ventus aquilo cooperať ꝙ maſculi ge nerãtur Sic vere ſpũſ ſanctus agitat ꝑ men tis diſcuſſionẽ.Unde xp̃s vocat beatũ iohãnẽ ha rundinẽ vẽto agitataꝫ. ¶ Itẽ depurat ꝑ vitio rum reſtrictionẽ.Unde Job.xxxvij.Aer cogeť in nubes ⁊ ventus tranſiẽs fugabit eas: qr.ſ.vẽtus purificat aerẽ tollẽdo nubes.¶ Ite inflãmat ꝑ caritatẽ ⁊ dilectionẽ Ezech.j.Ecce vẽtus turbinis veniebat ab aquilone nu beſqꝫ magna ⁊ ignis inuoluens. ¶ Itẽ tẽperat ⁊ refri gerat ꝑ gratie irrorationem.Dan.iij.Fecit mediũ for nacis quaſi vẽtum roris flãtem.Unde de viro iuſto diciť Hiere.ij.Non ipſe ſicut curſor leuis explicãs vias ſuas ⁊ onager aſſuetus in ſolitudine i deſiderio anime ſue attraxit ventum.¶ Itẽ tranſportat.ſ.naues.i.animas ad paradiſum.per ſpũalem deductionẽ.Jaco.iij.Na ues cum magne ſint a ventis validis minẽtur.¶ De ſiccat per omniũ ſcelerũ abſterſionẽ.vñ Exo.xiiij. Ab ſtulit mare dñs vẽto flante vehemẽti ⁊ vrenti tota no cte ⁊ vertit in ſiccũ.Eleuat per celeſtẽ contemplationẽ Johan.vj. Mare auteꝫ magno vẽto flante exurgebat. ¶ Fecundat etiã per bonã operationẽ ⁊ ꝑ gratiarum irrigationẽ.Unde.iij.Regũ.xviij.diciť.Non celi obtene brati ſunt ⁊ nubes ⁊ vẽtus ⁊ facta eſt pluuia magna ⁊ grandis.Iſtis ergo ⁊ multis rationib⁹ põt intelligi ꝑ ventum ſpiritusſanct⁹ ⁊ maxime per vẽtuꝫ ſubſolanũ qui ventus eſt oriẽtalis:dictus ſubſolanus.qr ſub ſo le oritur ⁊ ab ortu ſolis nobis dirigiť.Sic vere ſpũſſan ctus a loco vñ ſol iuſtitie chriſtus .ſ. a paradiſo nobis mittitur.⁊ inde nobis ſpũalis deriuať.Unde ps.A ſum mo celo egreſſio eius ⁊c.vide de iſto ſupra de aduentu in illa autoritate.Ecce vẽtus turbinis ⁊c.Iſte eſt ergo vent⁹ gratie qui eſt glorioſus.¶ Secũdo dico ꝙ eſt vẽ tus culpe qui eſt vitioſus.⁊ iſte eſt vẽtus quẽ diabolus cõtinue ſuſcitat:per quẽ nos ad malũ incitat atqꝫ pul ſat.Uẽtus enim de refractione ⁊ conflictu brachioruꝫ maris in quatuor mundi partibus oritur ⁊ inde eſt ꝙ quatuor venti principales oriuntur et inueniuntur eo ꝙ ſcꝫ mare confligendo mouẽs aereꝫ:incorporatis va poribus ventum alternatim in diuerſis mũdi parti bus operatur.Mare enim chariſſimi ſignificat dia bolum qui continue eſt in labore ⁊ motu. qui ꝑ deſpe rationem eſt turbidus ⁊ amarus.Iſte ergo per ꝯflictũ brachiorum ſuorũ.i.per executionẽ maliciarum ſuaꝝ ventũ peccati generat per queꝫ nos concutit ⁊ pertur bat.Quatuor autem iſti venti ſunt. C

Subſolanus qui eſt orientalis.
Fauonius qui eſt occidẽtalis.
Auſter qui eſt meridionalis.
Aquilo ſeu boreas qui eſt ſeptentrionalis

Orientalis ſignat mundi vanitatẽ ⁊ eleuationẽ.Occi dentalis ſignat mundi prauitatẽ ⁊ tentationẽ.Auſtra lis ſignat mũdi pſperitatẽ ⁊ ſucceſſionẽ.Aquilonaris ſignat mundi aduerſitatem et afflictionem. Iſti ergo ſunt quatuor venti diabolici.quibus quotidie impel limur ⁊ turbamur.Figurati.Daniel.vij.Ubi diciť qð quatuor venti pugnabant in medio maris.Quia pro certo in mari huius mundi ſemper iſti quatuor venti contra nos pugnant ⁊ nunc vnus nũc alius nos impu gnat vt ſic dicatur illud .j. Paral.ix. Per quatuor vẽ tos erant oſtiarij:ideſt demones qui iſtos ventos de ambulant vt eos contra nos flare faciant vt ꝑ eos nos deſtruãt ⁊ ſubuertãt.Figurati Apo.vij. In quatuor an gelis qui habebãt dñium in quatuor vẽtos celi Proſe quamur ergo de iſtis quatuor ventis .

Elationis.
Tentationis.
Proſperitatis.
Aduerſitatis.

D Dico ergo ꝙ eſt vẽtus elationis ⁊ ſuperbie ⁊ iſte eſt vẽtus ſubſola nus ⁊ orientalis : qui ſubſolanus diciť:qr ſub ſole oritur ⁊ ab ortu ſolis deri uatur ad nos:⁊ ſignat ſuperbiam que ſurſum in para diſo vnde ſol iuſtitie chriſtus venit cuꝫ lucifero fuit or ta.Iſte enim eſt ventus qui ipſum luciferum de para diſo ſubuertit. Uẽtus enim ſuperbie inflat per pſum ptionem:eleuat per elationem.ventat per iactantiaꝫ vbiqꝫ intrat per inanem gloriam. Iſti enim ſunt qua tuor venti proprietates.ſcꝫ

Sufflare.
Leuare.
Clamare.
Subintrare.

Quia proculdubio vẽ tus ſupbie:ſeu homo ventoſus ⁊ ſupbus in flatur de ſe pſumẽdo. Eleuatur ſe alijs preferẽdo.Clamat bona ſua verbali ter iactando.Subintrat bona ſua alijs ꝑ inanem glo riam oſtẽdẽdo.⁊ ſe corã hominibus exponẽdo.Quod enĩ iſti per pſumptionẽ inflẽtur.patet Joh.vj.vbi dici tur.Non mare vento magno flante exurgebat.¶ Item ꝙ iſti per elationẽ leuẽtur:patet in ps. vbi diciť.Aſcẽ dit ſuper cherubin ⁊ vo.vo.ſu.pen.ventorũ.¶ Iteꝫ qð iſti per iactantiam loquãtur patet Job.xv.vbi dicitur Nunquid ſapiens reſpondebit quaſi in ventũ loquẽs ¶ Itẽ ꝙ iſti per inanẽ gloriam vndiqꝫ oſtẽduntur ptꝫ in canonica.Jude vbi dicuntur tales nubes inanis glo rie quia vndiqꝫ circumferunt eos venti ad tirocinia:fe ſta:et quelibet loca publica:vbiqꝫ enim volunt diſcur rere:vbiqꝫ volunt quicquid habent de bono oſtendere vt vbiqꝫ poſſint de vana gloria aliquid obtinere . Si miles camelconti:qui de vento dicitur viuere.Simi les dracoui qui attrahendo ventum ſolet ardorem pe ctoris minuere.Similes etiam onagro qui ventũ pro inuenienda vxore ſua:montes aſcendendo ſolet attra here Apes autẽ ventum timent:ne per ipm ꝓijciať.

cuꝫ ipm

Ayuntamiento de Madrid

eum ipſum ſenſerit baſſe volant ⁊ lapillum vt magis
ponderent ſecum portant. Hericij etiam p̄ſentientes
⁊ timētes ventum ad cauernā fugiunt: ⁊ ibidem ſe ſa
gaciter oſtendunt ⁊ abſcondunt. Cameleon ⁊ draco vē
tum diligunt: ⁊ onager ipſum attrahunt et bibunt et
draco eſt vt dicit Plinius animal criſtatuꝫ quibuſdā
ſitulis quibus attrahit vētum ⁊ cuꝫ ſit ardentis natu
re pro vento inueniendo libēter aſcendit ad nauis ma
lum. Sic procerto chariſſimi apes ideſt viri iuſti ⁊ ſan
cti ſolent iſtum ventum fugere per humilitateꝫ baſſe
volare lapillum ideſt pondus diuini timoris portan-
do pericula precauere. Videntes enim ventum validū
ideſt mundi pompas et ſuperbias ventilare. Ipſi mo
re ericij ad cauernam ideſt ad ſepulcrum per mortis
memoriam ſolent recurrere. ⁊ ibi a periculis ſe ſalua
re. Nam ſicut dicitur Math. xiiij. Petrus videns ven
tum venientem timuit ⁊ ad precandum domi ū ſe cō
uertit. Chriſtus vero ipſum miſericorditer liberauit:
quia procerto tales pondus diuini timoris portantes
dum ad deum humiliter recurrunt venti huius impe
tu non ſuccumbunt: immo dicunt cum apoſtolo Eph.
iiij. Non ſimus paruuli fluctuātes vt circumferamur
omni vento. Sed quid? procerto non ſic in eccleſia ⁊ in
mundo quia procerto ibi ſunt cameleontes qui habēt
pellem omniū colorum capacem ideſt ypocrite ⁊ pal
liati. Item ibi ſunt onagri qui ſunt animalia libera et
nulli iugo ſubiecta ideſt homines nobiles ⁊ effrenati.
Ibi ſunt animalia dracones criſtata ⁊ inflāmata. ideſt
homines clerici ⁊ mitrati qui procerto de vento vane
laudis: preſumptionis iactantie. et elationis ſolent vi
uere et ipſum bibere et diligere et corde ſitibundo vt
ipſum ventum hauriant ad alta dignitatuꝫ officia ſe
transferre et per ambitionē aſcendere ⁊ volare. Oſee.
xij. Effraym paſcit ventum. et ſequitur eſtum. Unde
Hieremie. xiiij. Onagri ſteterunt in rupibus ⁊ attra-
xerunt ventum quaſi dracones. Iſte eſt ergo vētus ela
tionis et ſuperbie de quo Hieremie. lj. Cor ſuuꝫ leua
E uerunt quaſi contra ventum peſtilentem. ¶ Deinde
dico ꝙ eſt ventus tentationis et malicie et iſte eſt ven
tus proculdubio occidentalis et dicitur occidentalis.
eo ꝙ vt animam occidat ſemper incipit a blandicijs ⁊
fauore. ſemper enim proponit dulcia vt alliciat ⁊ tan-
dem fortiter impellit vt deijciat. Ventus enim in prin
cipio quando ſurgit valde eſt paruus. ſed per additio
nem vaporum continuam quando venit ſurſum ad ae
rem efficitur valde magnus. intantum ꝙ aliquotiens
per ipſum arbores euelluntur terra etiam quando vē
tus eſt in ipſius viſceribus concutitur ⁊ turres ⁊ edi-
ficia ſubuertūtur. Sic ꝓcerto chariſſimi vētus tenta-
tionis a principio ſurgit paruus ſed paulatim diabo-
lus admiſcet vapores diuerſarū complacentiarū ita
ꝙ ventus iſte continue recipit incremētum ⁊ breuiter
niſi a principio reſiſtatur: intantum creſcit ⁊ augmetatur
ꝙ eius violentie nō faciliter reſiſtitur. quinimmo ar-
bores ⁊ edificia ideſt viri ſancti qui in fide ⁊ moribus
videbantur radicati per eum euelluntur. ⁊ peccando
mortaliter deſtruūtur. j. Mach. vj. Niſi ꝓueneris eos
velociꝰ. maiora his facient ⁊ nō poteris obtinere eos.
Ideo de iſto vento breuiter dicitur Math. vij. Uene-
runt flumina ⁊ flauerunt venti. ⁊ irruerūt ſup domuꝫ
illam ⁊ cecidit. O deus quātum peſtillens eſt iſte ven
tus. vix eniꝫ eſt aliquis qui reſiſtat quinimmo ſicut vē
tus corporalis fortiꝰ impellit ⁊ citius eradicat fortes
arbores ꝙ̄ debiles ⁊ hoc quia magis agit contra reſi-
ſtentes ꝙ̄ contra obedientes. Iuxta illud Hieremie.
xlvj. Fortis impegit in fortem. Sic vere tētatio dyabo
lica fortius impugnat bonos qui ſibi reſiſtunt ꝙ̄ ma-
los qui ſibi faciliter obediunt ⁊ ideo neceſſe eſt ꝙ ſimꝰ
optime radicati. ſi ab iſto vento non volumus euelli.
Teſte Seneca. Inuicti eſſe poſſumꝰ incōcuſſi nequaꝙ̄
Et quia neceſſe eſt ꝙ impulſus tentationum ſuſtinea
mus. ſimus in fide radicati ⁊ perfecti in moribꝰ vt vin
camus. Quia ſicut dicitur ibidem Multi inueniūtur
qui multas habent vrbes ⁊ populos in ſua poteſtate:
pauciſſimi vero ſunt qui ſe habent. Et ſequitur Quod
nulla eſt maior victoria ꝙ̄ vitia deuiciſſe Uerumtamē
cauēdum eſt de iſto vento. quia. ſ. iſte ventus ſolet ince
dere circulariter ⁊ non recte. Ventus etiam aliquādo
cauſatur ab influentia corporuꝫ celeſtiū quia ſcꝫ ſicut
dicūt aſtrologi ſi in principio anni planete fuerint cō
gregati in ſignis aereis ⁊ ventoſis. totus annus ꝓ ma
iori parte erit ventoſus. Quia procerto diabolus non
immediate ſeu directe tentat de peccato enormi. ſcit
enim ꝙ nunꝙ̄ ſubito ratio conſentire immo ſolet ve-
nire circulariter ⁊ indirecte diuerſas imagines ⁊ com
placentias ⁊ circumſtantias ſuggerendo ⁊ tandeꝫ ad
ſuum propoſitum concludendo. Et ideo de iſta circū-
uolutione iſtius venti dicitur in pſ. Domine pone il-
los vt rotam ⁊ ſicut ſtipulam ante faciem venti. Uerū
tamen adhuc eſt potiſſime attendendum procerto qꝛ
iſte ventus tentationis aliquādo venit ex influentia ⁊
ordinatione ſuperiorum. dei. ſ. ⁊ angelorum. quia ſepe
fit ꝙ aliquis quādo de viribus ſuis preſumit nec pro-
priam fragilitatem attendit: deus ipſum vt experiatur
vires proprias tentari permittit ⁊ in manibus hoſtis
tradit. Quapropter bene conſulit apoſtolus ad Gal.
vj. Quod homo de ſuis viribus nō confidat ⁊ ꝙ alios
non cōtemnat. ſed ꝙ fragilitatem propriaꝫ cognoſcat
et ꝙ exinde patiētibus compatiatur. indulgeat delin-
quentibus dicens conſiderans temetipſuꝫ ne ⁊ tu ten
teris. Quia ſepe fit ꝙ deus producit ventos de theſau
ris ſuis. ideſt de ſue ꝓuidentie occultis permittit fla
re tentationes. ⁊ percutit primogenita egypti vſqꝫ ad
pecus ideſt permittit percuti. ideſt tentari perfectos
et imperfectos. Patet igitur ꝙ eſt ventus tentationis
et malicie. ¶ Deniqꝫ dico ꝙ eſt ventus ꝓſperitatis et
affluentie. Diabolus enim videns ꝙ non poteſt preua
lere contra hominem per duos primos ventos. ſ. per
ventum elationis et per flatum tentationis. apponit
quandoqꝫ tertium ventum mundane proſperitatis et
ſucceſſionis que proprie comparatur vento eo ꝙ mo-
re venti nullam habet firmitatem ſed tranſitoria labi
litatem. et quandam tumultuoſam pompoſitatem.
Iſte eſt ventus auſter qui eſt ventus laxatiuus ⁊ mol-
lis impetuoſus ⁊ turbatiuus. nauium a recto itinere
retardatiuus. et ipſarum in mari ſubmerſatiuus. ⁊ ip
ſarum quando non ſperant ad manus piratarum vel
ad aliud periculum deductiuus. Sic vere ventus mū-
dane proſperitatis inſtabilis ⁊ vētoſus valde eſt peri-
culoſus. Ualde enim per mala deſideria nos remollit
et nobis ad nauigandum ad portum paradiſi multi-
pliciter contradicit. ſicut dicitur Math. xiiij. Nauicu
la iactabatur in medijs fluctibus. erat enim ventꝰ con
trarius illis. Quod contrarius ſit ad nauiganduꝫ in
celum ventus mundane proſperitatis patet per illum
qui dicit. ꝙ facilius eſt intrare camelum per foramen
acus ꝙ̄ diuitem in regnum celorum. Math. xix. Naꝫ
proculdubio iſti qui ducūtur iſto vento ꝙ̄uis non ſpe
rent damnari. ſed finaliter ad ſalutem peruenire. iſte
tamen ventus ita eſt impetuoſus ꝙ contra ſpem pro-
priam ipſos ad portum mortis impellit ⁊ in piratarū
infernalium manibus eos ducit vt ſic nauicule anime
dicatur illud Ezech. xxvij. Uentus auſter contriuit te
in corde maris diuitie tue ⁊ theſauri tui multiplex in
ſtrumentum tuum in medio tui cadent in corde ma-
ris. Quid ergo? procerto iſte ventus non eſt ſequēdus
nec eius flatui motus animi eſt laxandus immo eius
impulſui eſt contrariandum ⁊ fortune fauoribus ob-
uiandum. Exemplo prudentis rectoris nauis qui ſen-
tiens ventum contrarium deponit velum. ⁊ ponit an-
choram: in medio figit greſſum. Exemplo etiam lupi
qui vadens ad predam ſolet contra ventum incedere.
ne canes villarum ad quas vadit per ventum poſſint
aduentum ipſius preſentire ⁊ opus ipſius impedire.
Sic vere chariſſimi nos qui in mari huius ſeculi flu-
ctuamus et ad portum celeſtis glorie nauigamus: qꝛ



Ayuntamiento de Madrid

videmus ꝙ ventus mundane proſperitatis nobis obuiat.⁊ canes inferni contra nos excitat greſſus deſideriorum noſtrorū debemus ad eū figere⁊ anchoram fidei noſtre vſqꝫ ad interiora velaminis penetrare ⁊ huius venti impulſui pro viribus obuiare. Ad quod. Seneca libro.iij.dicebat ſic. In ſecūdis nemo confidat.in aduerſis nemo deficiat alterne ſunt vices rerū. Et ſequitur. In melius aduerſa.in deterius optata flectuntur. Quod proculdubio eſt contra multos qui fortune fauoribus nec ventoſis ſuis promiſſionibus non repugnant ſed quantum poteſt flare.tantū velum animi ſibi laxant.quare fit ꝙ dum ad finis periculū nō attendunt.ad aduerſitatem corporis ⁊ animi ſepe vadunt. Oſee.viij. Seminauerunt vētum ⁊ turbinem metent. Quod bene figuratū eſt Exo.x.vbi dicitur ꝙ locuſtas quas vētus auſter adduxerat frigidus vētus aquilo ꝓiecerat,in mare. Sic procerto patꝫ ꝙ illos quos vētus proſperitatis nutrit.finaliter vētus aduerſitatis frigidus confundit Eſaie.lvij. Omnes vos auferet vētus ⁊ tollet aura. Iſte eſt ergo vētus proſperitatis ⁊ opulētie. ¶ Inſuper dico ꝙ inuenitur vētus aduerſitatis ⁊

B pestillētie.⁊ iſte eſt quartus vētus qui dicitur boreas: qui de locis frigidiſſimis veniēs corpus ſtringit ⁊ affligit.flores ⁊ vineas diſſipat ⁊ comburit. Sic proculdubio vētus aduerſitatis eſt multū noxius: flores enī ideſt imperfectos ⁊ inſipiētes ſolet deſtruere ⁊ fruct⁹ bonorum operū in eis impedire. Diabolus enī illos quos non poteſt per illos tres primos ventos deſtruere nec vento elationis.nec vento tentationis.nec vēto ſucceſſionis mouere ſolet vento tribulationis concutere vt ſaltem per iſtum vētum poſſit eos in fide vel in moribus variare. Unde de qualibet perſona debili et inepta dicitur. Ezech.xvij. Ecce plātata eſt ergo ne ꝓſperabitur.nōne cum tetigerit eam vētus vrens ſiccabitur. Iſte ergo ventus eſt debilibus periculoſus:iuſtis tamē⁊ perfectis vtilis eſt ⁊ fructuoſus. Vētus enī aquilo licet corpus affligat.aerem tamē ſerenat ⁊ nubes fugat ⁊c. Vide ſupra de aduētu in vltima autoritate diuiſa in primo membro. Boni enim iſto vēto non debēt ſuccumbere.ſed ei fortiter reſiſtere ⁊ viriliter ꝑualere. Solinus de vēto loquens in libro de mirabilibus mundi dicit ꝙ huic etiam edificia tranſeunti gallici gratias agunt tanqꝫ ſalubritatem celi attribuant ei.qđ credo intelligendum de illa parte gallie Lugdunēſi.que ꝓuincia nuncupaꝛ que vltra modū eſt patria ventoſa. Dicitur enim ꝙ ventus ille depurat aerem ⁊ ꝙ tota patria aere corrupto inficereꝛ niſi aer per venti impetum purgaretur. Iſte vētus chariſſimi pōt ſignare impetum mundane tribulationis qui proculdubio viros perfectos non permittit corrumpi nec in eis aliquid mali generari. In vitis enim patrum de quodā fratre legitur qui cum vltra modum tētaretur de peccato carnis ⁊ nullo modo poſſet tentationē euadere. quinimmo vellet monaſteriū dimittere:cōfeſſus fuit abbati:qui ſicut vir prudēs duos alios fratres ipſo ignorante cōtra ipſum inſtituit qui fortiter eū de adulterio accuſauerūt quare cū de purgatione ſua frater fortiter cōtinue tribularetur tētationē penitus eſt oblitus. Et ſic per vētum aduerſitatis aer ſue conſciētie fuit depuratus⁊ ipſe a periculo liberatus.⁊ ecce ergo de iſto vēto quomodo ſibi profuit. Talis ergo vētus tribulationis ꝗuis a dyabolo poſſit multotiēs introduci debet in patiētia tolerari.⁊ ſic poteſt fructus plurimos ex eo reportari. Iuxta illud. Senece vbi dicit. Quod animus debet eſſe contra calamitates fortis ⁊ contumax:nec auidus periculorū nec fugare. Iſte eſt ergo ventus qui iuſtis⁊ perfectis patienter ſuſtinentibus proficit imperfectis vero ⁊ deſperantibus officit. Et ideo de iſto vento ⁊ de mēte debili per ipſum diſſipata poteſt dici illud. Ezec.xix. Euulſa eſt in ira:in terramqꝫ proiecta eſt.⁊ ventus vrens ſiccauit fontes eius. Iſte eſt ergo ventus aduerſitatis ⁊ peſtilentie ⁊,ſic apparet.quō per iſtos quatuor ventos homines ad peccatum attrahūtur⁊ a bonis opibus retrahūtur. Et ſic dicit diabolus iſtis peccatoribus illud zach.ij. In quatuor vētis celi diſperſi vos. Igitur ſic patet principaliter ſecundo ꝙ eſt vētus culpe qui eſt vitioſus. ¶ Ter D

tio dico principaliter ꝙ eſt vētus pene qui eſt doloroſus. Et ſic dico ꝙ per vētum poteſt intelligi pena eterna.que paleas.ſcꝫ ſuperbos ⁊ vanos importat peccatores.⁊ puluers.ideſt vanos ⁊ auaros⁊ terreſtres diſſipat.⁊ lutum ideſt carnales⁊viles deſiccat. Unde ps. Erunt ſicut puluis ante faciem venti vt ſlu.pla.de.eos. Unde de iſta pena dicit dominus Ezech.xiij. Dabo lapides pregrandes deſuper ⁊ vētum procelle diſſipantem. De chriſto enī in mundū iſtum vētum emittēteꝫ dicitur. Deutero.xxxiij. Quod cornua rinocerōtis cornua eius in ipſis ventilabat gentes. Sic igitur patꝫ ꝙ generaliter loquēdo inuenitur vētus pene qui eſt doloroſus ventus culpe qui eſt vitioſus.ventus gratie q eſt glorioſus. Iſta igitur de vento ſufficiant vide ſupra de ſpiritu et de flare ⁊ ſic ſufficit.

## Verberare. Vide de Percutere.⁊ de Tribulatione. A

## Verbum.

Nota ꝙ verbū proprie loquēdo eſt ille mentis conceptus.qui de voce formāda ⁊ emittēda concipiꝛ anteqꝫ vlterius ad labia producatur. Sepe tamē accipitur pro voce⁊ locutione ⁊ pro predicatione vel pro filio dei qui dicitur verbū patris. Et ideo breuiter notandum eſt ꝙ quintuplex verbum inuenitur.ſ. Verbū

Incarnatum. Primū verbū quod eſt caro factum.
Exaratum. Secundū quod eſt libro ſcriptum.
Predicatum Tertium quod eſt a ſanctis dictum
Moderatum. Quartū qđ eſt a ſanctis datū
Effrenatum. Quintum quod eſt a malis fictum

Primū eſt verbū ſumme diuinitatis de quo Ioh.j. In principio erat verbum.⁊ verbum erat apud deū.⁊ de⁹ erat verbum. ¶ Scđm eſt verbū ſumme veritatis.ſ. verbum ſcripture. Unde Mathei.xxiiij. Celū et terra tranſibunt verba autē mea non tranſibunt. ¶ Tertiū eſt verbum magne ſanctitatis ſcꝫ verbū predicationis de quo Lu.viij. Semē ē verbū dei. ¶ Quartū eſt v̄bū grandis honeſtatis ſcꝫ verbū locutionis iuſtorum. de quo. Eccli.xxviij. Verbis tuis facito ſtateram.et frenos ori tuo rectos. ¶ Quintum eſt verbum magne vanitatis.ſ.loquela fatuorū de quo ꝓuer.xiiij. Ubi verba ſunt plurima ibi frequēter egeſtas. Videamus⁊ dicamus igitur ꝙ inuenitur Verbum.

Eterne generationis.
Diuine predicationis.
Humane prolocutionis.

Dico primo ꝙ eſt verbū generationis eterne et iſtud eſt dei filius qui mēte patris fuit concept⁹ et in eſſe genitus ⁊ productus ⁊ tandeꝫ humanitate ꝑ incarnationem fuit indutus.⁊ exterius ad mundū eductus vbi ꝑ predicationis officiū fuit expoſitus ⁊ auditus. Sicut enim aqua primo in venis terre ſecretiſſimis inuiſibiliter generatur. et tandem in fontem recipitur.a quo viſibiliter diſtillatur.ſic verbū patris ab eterno in ſecreto mentis diuine fuit inuiſibiliter genitū quia ſcꝫ in principio erat verbum,et verbum erat apud deum ⁊ deus erat verbum tandem fuit ad fontem miſericordie ſcilicet ad beatam virgineꝫ per incarnationē emiſſum quia fons ſapientie verbū dei in excelſis. Eccli.j. Sumpta carne humana fuit hominib⁹ viſibiliter publicatum ⁊ tunc fuit verificatū, illud Eſa.ij. De ſyon exibit lex⁊ verbū domini de hieruſalem. Ubi aduerte quod iſtud verbum.

Humiliter ſe inclinauit.
Benigniter nos viſitauit.
Moraliter nos regulauit
Vocaliter nos informauit
Mentaliter nos concordauit.

¶ Primum probat locus alte generationis de ſyon. Secundum actus ſue incarnationis q exibit. Tertiū

ſtatus

ſtatus ſue conuerſationis.qꝛ.ſ.fuit lex.Quartū ſonus
ſue predicatiōis.qꝛ fuit verbū.Quintū modus noſtre
coniunctionis hieruſalē.quia fuit pax. ¶Dico ergo
ꝙ iſtud verbum ſe inclinauit humiliter qꝛ.ſ.ipſe venit
de ſyon.i.de altitudine ſue deitatis. Syon enī qui eſt
mons altus iuxta hieruſalem ſignat ipm deū ⁊ emi-
nētiam paradiſi de quo iſtud verbū originē ſumpſit et
vbi ab eterno habitauit.Juxta illud ps.Dominus in
ſyon magnꝰ ⁊ excel.ſu.om.po.venit.Iterū illud ps.Ex
ſyon ſpecies decoris eiꝰ ⁊c.De ſyon.ideſt de celo venit
illud verbū qđ vtiqꝫ fuit magna humilitas Vñ Eſaie
lv.Quō deſcendit ymber ⁊ ros de celo ſic erit verbum
qđ egredicꝫ de ore meo.De humilitate iſtiꝰ verbi quo
ſcꝫ de celo voluit deſcēdere:poſſumus dicere.Qđ iſte
eſt ſimilis ceraunio lapidi preciſo qui ſurſum in nu-
bibus in loco tonitrui generatꝫ.⁊ tandē cū tonitruo ve
niens contra fulgura plurimū operatꝫ ſignificans ver
bum dei:qđ de profunda paternorū ſecretorūꝫ mente
vbi ab eterno fuit genitꝰ ad nos venit.⁊ pro ſalute no
ſtra multū profuit ⁊ nos cōtra tēpeſtatem dānationis
iuuauit.Et iō in ps.dicitꝫ de deo patre ꝙ miſit verbuꝫ
ſuum ⁊ ſanauit eos ⁊c.Sicut enī dicitꝫ Eſa.ix. Verbuꝫ
miſit dominus in iacob ⁊ cecidit in iſrael. Patꝫ ergo
ꝙ iſtud verbū humiliter ſe inclinauit . de ſyon inquit
Joel.iij.Dominus de ſyon rugiet. de hieruſalē dabit
vocem ſuam.¶Etiā dico ꝙ iſtud verbū nos viſitauit
humaniter qđ oſtēditur cū dicitꝫ:exibit. Exiuit enī ho
mo ad opus ſuū.⁊ ad opera ſu.vſ.ad veſ.Et bene dicit
operationē ideſt redēptionem noſtram.qꝛ .ſ.exiuit de
celo in virginis vterū:de vtero ad mūdum de mundo
ad patibulū:de patibulo ad infernū de inferno ad ſe-
pulcrum de ſepulcro ad celū de celo exibit ad iudiciū.
Unde ille eſt iſte de quo.Joh.xvj.Exiui a patre ⁊ veni
in mundum ⁊ iterum relinquo mūdum ⁊ vado ad pa
trem.Iſtud enim verbum exiuit a patre vt.

Mundum viſitaret.
Mundum habitaret.
Mundum liberaret.
Mundum illuſtraret. .:
Mundum ſuſtentaret.
Mundo ſe manifeſtaret.

Dico ergo ꝙ iſtud verbū incarnatum exiuit ad mun-
dum viſitādū.Ideo dicebāt antiqui illud.Hiere.xvij.
Ubi eſt verbum domini.veniat.Item ad mundum ha
bitandū.ſicut dicitꝫ.Johan.j.Et verbū caro factū eſt ⁊
habitauit in nobis ⁊c.Itē ad mūdum liberandū quia
iſtud verbū liberat atqꝫ ſoluit vñ Jaco.j.In manſuetu
tudine ſuſcipite inſitū verbuꝫ qđ pōt ſaluare animas
veſtras.Item ad mūdum illuſtrāduꝫ ps.Lucerna pe-
dibus meis verbū tuū ⁊ lumē ſemitis meis Itē venit
ad mūdū ſuſtētanduꝫ vt in ps. Suſtinuit anima mea
in verbo eius.ſperauit anima mea in domino.Iteꝫ ad
ſe manifeſtandū.vñ Lu.ij.Tranſeamus in bethleem
⁊ videamus hoc verbū quod factū eſt ⁊c.Dico ergo ꝙ
iſtud verbum viſitauit nos humaniter: exibit inquit.
Eccli.xxiiij.Exiui de paradiſo ⁊ dixi.rigabo hortum
plantationū mearū.¶Deinde dico ꝙ iſtud verbū re
gulauit nos moraliter. Ipſe enim fuit lex ⁊ regula bñ
viuendi.Conuerſatio enim:vita:regula ⁊ doctrina ip
ſius fuerūt lex: quam ſequēdo:ipſi nos in cunctis mo
ribus optime regulamus.Sicut enī in ps dicitur.Re
ctum eſt verbum domini ⁊ oīa opera eius in fide.Iſta
enim eſt lex domini conuertens animas: teſtimoniuꝫ
domini fidele ſapiētiaꝫ preſtans paruulis:vide ſupra
de lege.Dico igitur ꝙ iſtud verbū nos regulauit mo-
raliter.¶Deniqꝫ dico ꝙ iſtud verbū nos informauit
vocaliter ⁊ hoc oſtēditur cū dicitur:verbum.De natu
ra enī verbi ſm ſuam cōmunē acceptionē eſt ꝙ audia
tur ⁊ ꝙ per ipſum homines informātur.Quia procul
dubio iſtud verbū dei filiū maria virgo produxit qui
predicando nos informauit.⁊ in fide ⁊ in moribus in-
ſtruxit.Et inde dicitur Luc.x.Maria ſedens ſecus pe
des domini audiebat verbū illius.Et merito.quia ſi-
cut dicitur.Johan.v.Qui audit verbū meū habet vitā
eternam.Igitur iſtud verbū nos informauit vocaliter
¶Inſuper dico ꝙ iſtud verbū nos concordauit mēta
liter.hieruſalem inquit que interpretatur viſio pacis
Quia ſcꝫ per verbū patris pax fuit in terra inter deuꝫ
et reformata quando per ipſum deum fuit humanita
ti diuinitas copulata.Vide ſupra de hieruſalē Verbū
eſt medium inter mētem et voceꝫ ſic perſona filij me
dia eſt inter deum ⁊ carnem.Et ideo poteſt dici illud.
Actuum.vj.Qđ verbū domini creſcebat ⁊ multiplica
batur in hieruſalem.Et ideo breuiter virtute medita
tiua ⁊ concordatiua iſtius verbi dicitur.Eccli.vj. Ver
bum dulce multiplicat amicos ⁊ mitigat inimicos.
Sic ergo patꝫ quō verbū concordatiuum patris fuit.
et ſuipſius inclinatiuum ⁊ humiliatiuum Si vis di-
latare de incarnatiōe verbi:vide ſupra de chriſti aduē
tu et infra in litera .x. de incarnatione xpi. vide ſupra
de ſyon ⁊ de exire:de lege de hieruſalem: quia tranſeo
gratia breuitatis.Iſtud eſt ergo verbū eterne genera- C
tionis quod eſt primū principale ¶Secūdo principa
liter dico ꝙ inuenitur verbum diuine predicationis.
Scriptura enim ſacra ⁊ doctrina ſanctorū:nec nō pre
dicatio doctorū catholicorū dicitur verbū dei.Deꝰ enī
per iſtud verbū voluntatē ſuā nobis aperit:⁊ nos etiā
de agendis:omittēdis: ⁊ credendis inſtruit et erudit.
Illi enim qui iſtud verbū proferūt non ſunt niſi os ⁊ in
inſtrumētum diuine mētis quia ſcꝫ verba dei ⁊ nō pro
pria dicunt:ſicut dicitur in ps.Dominus dabit verbū
euangelizantibus.⁊c.Et ideo ſicut videmus ꝙ edicta
regum audiuntur reuerentur ⁊ ſeruantꝫ:ſic debꝫ verbū
dei quod nihil aliud eſt ꝙ ſummi imperatoris edictū
reuerenter audiri: ⁊ diligenter perfici ⁊ impleri..Exē
plo animaliū innocētium que timent leonē exemplo
auium rapacium que timent aquile volatum.qꝛ pro
certo clamor diuini predicatoris ab innocentibus et
rapacibus.ideſt a bonis ⁊ malis eſt timendus.⁊ in re
uerentia audiendus : ⁊ executioni debite demandan-
dus.Juxta illud.Luce.viij.Audientes verbum domi-
ni retinent et fructum afferunt in patientia. Ubi ad-
uerte quod verbum dei debet.

Seduliter auſcultari:audientes.
Stabiliter conſeruari:retinent.
Utiliter adimpleri:fructum afferunt. :
Humiliter ſuſtineri in patientia.

Dico ꝙ verbū dei eſt ſeduliter attendendum qđ oſten
ditur cum dicitur.audientes.quia ſcꝫ libēter ⁊ attente
debet audiri.Juxta illud.Luc.x.Maria ſedens ſecus
pedes domini audiebat verbum illius.Vide ſupra de
audire Sicut enim homo libēter recipit bonos cibos
vt nutriatꝫ.ſic anima dꝫ libenter recipere bona verba
vt dei gratia impleatur.Verbum enim dei nutrimen
tum eſt anime ſine quo vita gratie non poteſt, ſeruari
nec diutius retineri.Quamuis animalia viuant aliq̄
diu ſine cibo.nunq̄ tamen ſemper. Sic vere ꝙuis hō
ſine cibo verbi dei poſſit vita gratie aliq̄diu viuere:
non poteſt tamen ſemper immo nec diu ſine cibo vi-
ta gratie permanere.Quia ſicut dicitur Math.iiij.
Non in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo quod
procedit de ore dei.audientes ergo.⁊c.Boues et cerui
delectantur melodiam audiendo. Sic vere nos gau-
dere debemus.quando verbi dei melodiam attendi-
mus et audimus.Actuū.xiij.Audientes gentes gauiſi
ſunt et glorificabant verbum domini. Sed ſcitis qui-
dem ꝙuis ſit generale ꝙ animalia bibāt aquam.⁊ il-
lud tamen fallit in illis animalibus quorū cibus mul
tum eſt humidus:ſicut aues predales que vtuntur cru
dis carnibus.⁊ ſicut cuniculi qui vtuntur herbis virē
tibus.talia animalia raro bibūt. Sic vere chariſſimi
ꝙuis generaliter omnes teneamur bibere.haurire et
audire aquam diuine ſapientie et verbi.Iſtud tamen
non faciunt qui habitant in cauernis terre vſurarij .ſ.
et auari ⁊ predales qui vtuntur carnibus crudis ideſt
crudeles nobiles et tyranni.Quia proculdubio aquaꝫ



Ayuntamiento de Madrid

verbi dei non bibūt libēter nec audiſſit nec ipſum reci piunt aut faciūt quia ſicut dicit de iſtis Joh.viij. Qui ex deo eſt verba dei audit. ꝓpterea vos nō auditis. qꝛ ex deo non eſtis. Eſt igitur verbū dei ſeduliter attendendum. ¶ Itē dico ꝙ iſtud eſt memoꝛiter addiſcendum retinent inquit. Cibus enim ſumptus nec etiam medicina proficiunt niſi retineātur. Sic vere nec verba pꝛedicationis niſi tenaciter memoꝛie cōmēdentur Si enim infirmus medicinā ſumptā ſtatim vomeret. potius noceret ꝙ̄ iuuaret. Litera enim ſcripta in pergameno ſi ſtatim deleretur. illa ſcriptura nō proficeret. ſed pergamum per eam defedaretur. Sic vere neceſſe eſt ꝙ verba pꝛedicationis in coꝛde maneant. ⁊ ꝙ ſtatim non fugiant nec recedant. Luc.ij. Maria autē conſeruabat omnia verba hec conferens ea in coꝛde ſuo. retinēt inquit. Hebr.iij. Initiū ſubſtātie eius vſq̄ in finem firmū retineam⁹: Qđ eſt tamē cōtra multos qui verba ſalutis nō retinēt immo quicquid de bono eis pꝛedicatur obliuioni tradētes pro nihilo totū hñt ſimiles illis petris. ſuper quas ſemē pꝛoiectū non fructificauit eo ꝙ ſe numꝙ̄ interius fundauit ſicut patꝫ ꝙ per vnam aurē intrat. ⁊ per aliā euolat. Contra illud. Deut.iiij. Ne obliuiſcaris verboꝛū que viderūt oculi tui. Patet ergo ꝙ verbū dei memoꝛiter eſt retinendū ¶ Item dico ꝙ iſtud verbū eſt vtiliter adimplendū. fructum inquit afferunt. Non enim ſufficit verbū audire. niſi fructum bonoꝛum operum ſtudeat quiſq̄ dare ⁊ verbum executioni demandare. Ager enim nō bonus diceretur eſſe qui ſemen acciperet et fecunditate fructuū oꝛbaretur Unde Col.j. Spes que vobis repoſita eſt in celis in verbo euangelij fructificat ⁊ creſcit. ¶ Item dico ꝙ iſtud humiliter eſt ſuſtinēdum in patientia inquit. Quia ſcꝫ ſicut ſapiens infirmus libenter ſuſtinet medicinā: ꝙ̄uis aſperā ipſam inueniat et amaram. Sic ꝙ̄uis verbum dei nobis ſit q̄ſiq̄ aſperū correctoꝛiū ⁊ ſeuerū non eſt propter hoc fugiēdū ſed in patiētia ſuſtinēdum quia ſicut dicitur.ij. Thimo. iiij. Pꝛedicans verbū dei debet inſtare opoꝛtune impoꝛtune. arguere ⁊ increpare in omni patiētia ⁊ doctrina. Quod eſt contra multos qui verba correctionū nequeunt ſuſtinere: de quibus Hiere.vj. Ecce verbū dei factū eſt eis in oppꝛobꝛiū ⁊ non ſuſcipiunt illud. Qꝛ ſcilꝫ iſti diligunt verba adulatoꝛia ⁊ nō correctoꝛia. et ideo pꝛedicatoꝛes noſtri ſolent ipis adulatoꝛibus parcere nec audent triſte aliquid immiſcere. Cuius tamē contrarium debet eſſe. ſicut dicitur Eccl'es.xij. Uerba ſapiētium debēt eſſe quaſi ſtimuli vt timoꝛē incutiant auditoꝛi. ps. A verbis tuis foꝛmidauit coꝛ meū. Sic ergo ptꝫ ꝙ verbū eſt humiliter ſuſtinēdū vtiliter adimplendū ⁊ exequēdum. memoꝛiter cōtinēdū ſeduliter attendēdum. ſed vide ſupꝛa de audire ⁊ pꝛedicare. Patet ergo ꝙ eſt verbum diuine ꝑdicationis qđ eſt ſecūdum pꝛincipale ¶ Tertio dico pꝛincipaliter quod eſt
D verbum humane locutionis. Et ſic dico ꝙ inuenitur verbum bonoꝛū ⁊ verbum maloꝛū. Unde de verbis iuſtoꝛum nota ꝙ iſti debent habere verba.

Dulcis benignitatis.
Certe veracitatis.
Pꝛudentis maturitatis.
Aſpere ſeueritatis
Euidentis vtilitatis.
Conſolantis alacritatis
Grate ⁊ accepte ſonoꝛitatis.

Dico ergo ꝙ verba iuſtoꝛū debēt eſſe benigna ⁊ dulcia quia ſicut dicitur. Eccli.vj. Uerbū dulce multiplicat amicos. Unde roboam fuit dictū.ij. Para.x. Si lenieris populum verbis clemētibus ſeruiet tibi omni tēpoꝛe qđ tamē nō fecit. ideo perdidit regnū ei⁹. ¶ Itē debēt eſſe verba certa ⁊ veracia. Uñ Eccli.xxxvij. Ante omnia verbum verax precedat te. Ideo petebat dauid in ps. Ne auferas de oꝛe meo verbum veritatis vſq̄quaq̄. ¶ Itē debēt eſſe matura ⁊ ſagacia. Eccli.xviij. Senſati in verbis ſapiēter egerunt. ¶ Itē debent eſſe aſpera ⁊ pungētia. qꝛ dicitur Eccl'es.xij. Uerba ſapientum quaſi ſtimuli. ¶ Itē debēt eſſe vtilia ⁊ proficua. Uñ de ſalomone dicit Eccl's.xij. Qđ ipſe cōpoſuit parabolas multas que ſunt ꝟba vtilia. ¶ Itē debēt eſſe leta ⁊ conſolatiua. Uñ.j. Theſ.iiij. Itaq̄ conſolamini inuicem in verbis iſtis. Et.ij. Para.xxxij. Confoꝛtat⁹ eſt pp̄ſ verbis Ezechie regis. ¶ Itē debēt eſſe grata ⁊ complacētia. qꝛ ſicut dicit Eccli.xx. Sapiēs in verbis amabilē ſe facit. ¶ Sed nota ꝙ ꝟba maloꝛū hominū ſunt contrarie conditionis. quia iſta Sunt

Uana ⁊ pompoſa.
Falſa et doloſa.
Dulcia ⁊ adulatoꝛia.
Multa et copioſa.
Mendacia ⁊ vitioſa.
Moꝛdacia ⁊ venenoſa.

Dico ꝙ iſta habēt vanam pompoſitatem. Unde Job. xvj. Nunquid finem habebūt verba pompoſa ⁊ ventoſa? Item falſam doloſitatem Unde in ps. dicitur. Uerba oꝛis eius iniquitas ⁊ dolus ⁊c. item blandam falſitatem. vel adulatoꝛiā duplicitatē. Unde de mala muliere dicitur pꝛouerbio.xvj. Quod fauus mellis verba compoſita. Et Pꝛouerbioꝛum.xviij. Uerba bilinguis quaſi ſimplicia. Item habent multā loquacitatem. ⁊ tamen dicitur. pꝛouerbi.xiiij. Ubi verba ſunt plurima ibi frequenter egeſtas. Et Eccli. dicitur.xx. ꝙ qui multis vtitur verbis ledit animā ſuam. Item habēt omnē mendacitatem. Cum tamē dicitur. pꝛouerbio.xxix. qđ princeps qui libenter audit verba mēdacij omnes miniſtros habebit impios. Itē habent detractoꝛiā moꝛdacitatem. pꝛouerb.xxvj. Uerba ſuſurronis quaſi ſimplicia et ipſa perueniūt vſq̄ ad interioꝛa ventris. Iſta ergo ſufficiant. vide ſupꝛa de loqui ⁊ labijs. vbi de iſta materia magis ad planum tractatur.

**Verecundia.** Nota quod verecundia eſt quedā animi paſſio a timo A re oꝛiginaliter generata. Eſt enim verecundia timoꝛ confuſionis et accipitur in ſcriptura in bono et in malo. Unde bꝛeuiter nota quod in ſacra ſcriptura verecundia eſt

Quedam commendabilis.
Quedam deteſtabilis.
Quedam confuſibilis.
Pꝛima eſt perfectoꝛum.
Secunda eſt peccatoꝛum.
Tertia eſt damnatoꝛum.

Dico ꝙ eſt verecundia commendabilis et virtuoſa et iſta eſt illa qua multi iuſti ſunt verecundi ⁊ pudibūdi ⁊ qua verecundātur facere aliquid inhoneſtū. Iſta eſt vna virtus quā ⁊ ſacra ſcriptura ⁊ natura cōmēdant. Natura dico qꝛ etiam animalia aliqua ſunt q̄ de reb⁹ turpib⁹ verecundant. Uñ de elephātibus legimus ꝙ intantū verecundātur vinci ꝙ victoꝛis vocem ſemper ſolent timere ⁊ ad eius pꝛeſentiā erubeſcunt amplius apparere. Uſa etiam erubeſcit videri quando cū ſuo maſculo vult carnaliter copulari quapꝛopter abdita loca ſolet querere vt tunc ſecurius poſſit latitare. De leone legimus ꝙ ſolet verecundari. quādo perſecutus a venatoꝛe in nemoꝛibus occultatur: quapꝛopter tunc de nemoꝛe ſolet velociter decurrere. vt extra nemus in publicum poſſit apparere. Si igitur natura bꝛuta verecundiam habere voluit multo foꝛtius hominibus ratione vtentibus ipſam imperauit. Quapꝛopter verecundiā debem⁹ habere ſi ab hoſtib⁹ vincimur. ſi inſi cimur carnaliter. ⁊ ſi ꝑ ignauiā ab occurſu ꝑſecutoꝛū eccleſie occultamur. ¶ Pꝛima debꝫ eſſe verecūdia penitentie quia pꝛo certo viri penitētes quādo ꝯſiderant ſe a diabolo in tot tentationibus victos fuiſſe erubeſcere debent ⁊ ex indignatiōe ad ꝑlia foꝛtius anhelare Uerecūdia enim ſuccūbendi magna pars eſt victoꝛie vñ Ambꝛo. de moꝛte abel dicit: ꝙ erubeſcere debemus et cōdēnare peccatū non defendere qꝛ peccatū pudoꝛe minuit. ⁊ culpa defenſione auget. ¶ Secūda verecundia eſt

dia eſt prudentie.q2.ſ.ad prudentē ꝑtinet verecundari facere peccatum: ꝗuis a tentatione vincamur, carnalitate ſua tamen ſecurius quod poterit debet, opari confidens de dei auxilio ꝙ etiam natura in radice mandragore indicare voluit que cum formam pretendat humanā. tamen manū tenet dexteram ſuper virilia ⁊ ea operit atqꝫ celat. Ad denotandum ꝙ quicq̇d fit circa illa membra eſt celandum ⁊ cum verecundia occultandum. Exemplo ſenū impiorum et malorum qui turpitudinem cogitationis ⁊ carnalitatis ſue quā in Suſannam habebant erubeſcebāt indicare ſibi inuicem ſicut dr Dan.xiij. Cuius tamen cōtrarium eſt de multis qui non verecundantur ſi eorum carnales turpitudines videantur. ſed in his potius gloriant. ſimiles pueris ⁊ beſtijs: qui nō verecundantur nudi videri. vnde. Gen.ij. dicit de adam ⁊ eua ꝙ erat vterqꝫ nudus ⁊ non erubeſcebāt vnde Hiere.vj. Confuſione nō ſunt confuſi: erubeſcere neſcierūt. Et Hiere.iij. Frōs mulieris meretricis facta eſt tibi ⁊ noluiſti erubeſcere. ¶ Tertia eſt verecundia audacie ⁊ conſtantie que potiſſime ꝑtinet ad prelatos qui debent verecundari ꝑſecutionis tempore latitare: immo ipſi tyrannis et perſecutoribus ſe publice debent opponere ⁊ eis obuiare. Pueri eñ habent fugere ⁊ timere. ſed viri non Et ideo loquitur. Seneca talibus in epiſtola. xxvij. Numera annos tuos ⁊ pudebit eadem velle que volebas puer. Iſta eſt igitur verecūdia virtuoſa quaꝫ viri virtuoſi ſectant. ⁊ per quam a turpibus operibus retrahuntur Nobiles enim caniculi habent aures pendentes. ⁊ etiam elephantes. que animalia ſunt nobiliſſima. ſignantes viros iuſtos qui aures pendentes dicuntur habere: inq̄tum verecundia reuerentia et obedientia faciliter ſuffundūtur Sciunt enim ꝙ ſm Bern. ſuper cantica vbi dicit. Verecundia eſt bone ſpei nuncia: bone indolis indicium virga diſcipline expurgatrix maloruꝫ propugnatrix prauitatis gloria cōſcientie: fame cuſtos: vite decus. virtutuꝫ ſedes: gratiarum primitie: nature laus: totius inſigne honeſtatis. Ecce quomodo commendat verecundiam Et breuiter Seneca dicit epiſtola. xxvj. Quādiu durat in homine verecundia peccandi. tandiu non eſt de corruptione ipſius deſperandum Et ideo ipſe docet epiſtola. xxv. ꝙ ſumme prodeſt ad verecundiam nutriendā. ſi quicquid facimus acſi ſpectaret epicurus prodeſt ſub dubio cuſtodem tibi imponere ⁊ habere in quem reſpicias Patet ꝙ eſt verecundia commendabilis ⁊ virtuoſa. ¶ Secundo dico ꝙ eſt verecundia deteſtabilis et vitioſa ⁊ iſta eſt illa qua homo verecundatur confiteri. ſimiles oui cui lupus ſtringit guttur ne clamet ⁊ liberetur. q2 ſcilicet verecundia ſimilis eſt morbo. qui dicit ſquinantia. quo guttur ita ſtringitur. ꝙ ſpiraculum denegat. Similes ſtrangulo ſuſpenſoruꝫ ⁊c. ſicut dr i ps Tota die verecūdia mea cōtra me ē ⁊ cōfuſio ⁊c. Sicut etiam ſunt aliqui qui verecundant facere que tenētur ſicut ſunt aliqui religioſi ⁊ clerici q̇ verecundātur ⁊ erubeſcunt ſe portare religioſe. ⁊ facere cerimonias regulares: immo econuerſo volunt imitari actus ⁊ habitus ſeculares: dicentes illd Luce. xvj. Fodere non valeo: mendicare erubeſco Non attēdentes qd dn̄s dicit in euāgelio Luce. ix. Qui erubuerit me corā ho. ⁊c. Tales enim ſunt illi qui verecūdātur recognoſcere humilitatem ſui generis et amare pauperem parentelā Similes illi mulo. qui requiſitus de quo genere eſſet: noluit cognoſcere patrē ſuuꝫ aſinum: ſed dixit ſe nepotem equi regis hyſpanie qui frater fuerat matris ſue Totū eſt iſtud hodie quia ſi tales habēt aliquē nobilē i genere ſuo ꝗuis lōginquū ſolent eū preponere: pauperes vero ꝗuis ꝓpinquos ſolēt poſtponere: erubeſcere ⁊ horrere. Cōtra illd Eccle.iiij. Nō verearis proximū tuū in caſu ſuo. Iſta eñ eſt igitur verecūdia deteſtabilis ⁊ vitioſa. ¶ Tertia ē dico ꝙ eſt verecūdia confuſibilis ⁊ damnoſa. ⁊ iſta eſt qua damnati in inferno cōfundunt ⁊ verecūdātur. ſicut hō qui venit de alto ſtatu ad infimū de regno ad patibulū. ⁊ cuius ſcelus venit de occulto ad publicū. Et ideo dr in ps. Erubeſcāt impij ⁊ dedu. in infer. mu. ſi. la. do. Iſti eñ ſunt ſicut lupus qui tunc tempis valde rubeſcit quando ſe in foueam cecidiſſe videt vnde nequit exire. Sunt etiā ſicut latro qui publice ſe dep̄henſum videt ⁊ ſentit. Sic ergo patet ꝙ eſt verecūdia doloroſa vitioſa: ⁊ virtuoſa. vide ſupra de confuſione. A

# Vermis.

Cū vermis ſit animal vile ⁊ modice virtutis. turpiſſimiqꝫ coloris. Poſſum dicere ꝙ moraliter loquendo poteſt accipi multis modis. Sic igitur notabo ꝙ inuenitur vermis.

Deſpectiuus.
Corruptiuus.
Corroſiuus.

Primꝰ ſignat humilitatē chriſti. Iſte eñ in ſcriptura vermis dr q2 ſicut aliqui ſunt vermes qui ſine ſexus cōmixtione naſcuntur: q̇ tacti molliſſimi tāgentes vero duriſſimi inueniunt: inq̄tū ligna duriſſima ꝑ tactuꝫ corū ꝑforant. qui etiā amara fugiūt ⁊ dulcibꝰ delectātur ⁊ qui inſuꝑ nec falſa nec aromatica corrodere dinoſcunt. Sic vere chriſtꝰ ſine ſexu virili genitus ſi per oratione tangit: inuenitur molliſſimus ⁊ pijſſimus: in iudicio vero quando tanget inuenitur duriſſimus qui in hoc mundo vilis apparuit ⁊ deſpectus. Vnde. ps. Ego autem vermis ſum ⁊ nō homo: opprobriū hominum ⁊ abiecto plebis. Nam iſte peccatores fugit: benignos ⁊ dulces diligit: aromaticos vero. id eſt virtuoſos. ⁊ famoſos ⁊ falſos. i. penitētes ⁊ doloroſos nō ledit Ideo dicit de dauid. ij. Regū. xxiij. Mō ipſe ē quaſi tenerrimus ligni vermiculꝰ. ¶ Scd̄s vermis ſignificat culpe malignitatem. ⁊ eſt vermis peccati qui corrumpit ⁊ inficit mentem noſtram. Diuerſa enim ſunt genera vermium Quia.

Quidam generantur in herbis: vt eruce.
Quidam in arboribus: vt teredones.
Quidam in carnibus: vt madones.
Quidam in veſtibus: vt tynee.
Quidam in animalium viſceribus vt lumbrici.
Quidam in aīaliū pilis ⁊ pellibus vt pediculi.
Quidam in hominū capitibus vt lendes.
Quidam in hominum manibus: vt cirones.

Sic vere chariſſimi diuerſa inueniuntur genera peccatorū quia quedā ſunt in herbis id eſt in pauperibꝰ ⁊ depreſſis vt eruca corrodens: hoc eſt impatientia. Vñ Job. xxj. Simul in puluere dormiēt: vermes cooperiēt eos. Alij ſūt i arboribꝰ. i. i altis hōibꝰ hoc ē teredo cōterēs in rapina ⁊ ſeuitia Ecci. vij. Vindicta carnis impij ignis ⁊ vermis Alij ſūt in carnibꝰ. i. in viris carnalibꝰ. ſ. madones: hoc ē gula ⁊ luxuria. ij. Macha ix. De corpore impij vermes ſcaturiunt. Alij ſunt in veſtibus. i. in religioſis qui ꝑ veſtes cognoſcunt hoc eſt inuidia. ſ. tynea occulte conſumens Ecci. x. Cū mortuus id eſt religioſus fuerit homo: hereditabit ſerpētes ⁊ beſtias ⁊ vermes Alij ſunt in viſceribus. hoc eſt ira ⁊ triſtitia. Vnde Actuū. xij. dicitur. de herode. quoniam conſumptus eſt a vermibus ⁊ expirauit Alij ſūt in pilis diuitiarum vt pulices ⁊ pediculi. hoc eſt auaricia. Deutro. xxviij. Vineam plantabis ⁊ non bibes vinum quoniam vaſtabit eam vermis. Alij ſunt in capitibus hoc eſt in intentione cordis. ſicut ſunt lendes id eſt hypocriſis ⁊ inanis gloria Vnde. j. Macha. ij. Gloria eius ſtercus ⁊ vermis Alij vero ſunt in manibus. id eſt in operationibus. ſicut ſunt cyrones. hoc eſt ocium ⁊ pigritia. Vnde negligenti dr Eſaie. xiiij. Subter te ſternetur tynea ⁊ operimentum tuum erit vermis Iſta enim ſunt genera varia vermium. id eſt culparum. quibus vas anime corrodit quibus ne teneat li quorem gratie perforatur Et ſic dico quod vermis ſignificat culpe malignitatem. ¶ Tertio dico ꝙ vermis ſignificat pene acerbitatem. Pena enim ⁊ miſeria tam temporalis q̄ eterna per vermes deſignatur quibꝰ homo corroditur ⁊ vaſtatur Corpꝰ eñ ver

Ayuntamiento de Madrid

mibus corporalibus traditur.ꝛ anima peccatorum
vermibus infernalibus deuoratur De corpore dicit
Job.xvij. Mater mea ꝛ ſoror mea vermibus De ani
ma vero dicitur. Eſaie.lxvj. Vermis eorum non mo-
rietur:ꝛ ignis eorum non extinguetur. Vermis iſte eſt
corroſio conſcientie. vel ipſe diabolus infernalis. Un-
de Judith.xvj. de damnatis dicitur. Quod dabit do-
minus ignem et vermes in carnes eorum vt vran-
tur ꝛ ſentiant vſq; in ſempiternum Patet ergo q̄ eſt
vermis deſpectiuus. corruptiu⁹ ꝛ corroſiuus. Si vis
dic de verme qui inuolutus luto intrat ventrem cro-
codilli; qui ſignat auariciam. Item de verme quem co
medens bos inflatur interius qui ſignificat inuidiaꝫ
Item de verme qui eſt in capite a rictis qui ſignat ſup
biam ꝛ ſtulticiam Vel potes applicare de vermibus
particularibus: ſicut eſt ſerpēs: ſcorpio eruca ꝛ ſic de
alijs. Vide ergo ſup̄ i locis plurib⁹ ꝛ iuenies plura ꝛc.

A **Vertex.** Vertex eſt illud ſummum cacumen
quod in montibus eminet ꝛ apparet
ꝛ accipit vertex pro capite pro eo q̄ caput eſt pars al-
tior in homine ꝛ pro eo q̄ vertex dicit a vertēdo. quia
caput de ſui natura vertibile membrum eſt ꝛ mobile.
Vertex igit p̄ oia pōt ſignificare idem q̄ altitudo No
tare ergo poſſum q̄ in ſcriptura inuenio. ſ. verticem,
Intentionis.
Perfectionis.
Promotionis.
Elationis.
Prim⁹ eſt vertex interior, ꝛ iſte ē vertex intellect⁹ qui
eſt caput mentis Vn̄ Seneca ad Paulū dicit. Cū ſis
altiſſim⁹ vertex oīm mōtiū Dan̄.xiiij. Apprehēdit eū
angelus dn̄i in vertice ei⁹ Et ſic dr̄ de peccatore Eſai.
j. A planta pedis vſq; ad verticē nō ē in eo ſanitas Plā
te em̄ pedis eſt affectus vertex vero intellect⁹. quia. ſ.
peccator infirmat in pedibus affectus per malū deſi-
riū ꝛ amorē, in vertice intellect⁹ per malam opinionē
ꝛ errorē Vn̄ de diabolo dicit Job. ij. q̄ ipſe percuſſit
iob vlcere peſſimo a planta pedis vſq; ad verticē capi
tis ꝛc. ¶ Scd̄s eſt vertex perfectionis eminentie Sta
tus em̄ perfectionis vertici cōparat. eo q̄ alijs ſuper
eminet ꝛ pre alijs i morū celſitudie eleuat. Vn̄ Exod.
xvij. dicitur. Quod moyſes ꝛ aaron et vr. qui fuerunt
viri perfectiſſimi aſcenderunt in verticeꝫ montis. Et
iij. Regū. xviij. Aſcendit helyas in verticem carmeli.
¶ Tertius eſt vertex ſublimioris excellentie. ꝛ iſte p̄
culdubio eſt vertex dignitatum ꝛ prelationū ꝛ ſtatus
eccleſie ꝛ religionis, de quo Eſaie. ij. Erit in nouiſſi-
mis diebus preparat⁹ mons dom⁹ dn̄i in vertice mō
tiū ꝛ fluent ad eū omnes gentes fluere enim debem⁹
ad iſtum verticem,
Ut ibi ſecure habitemus.
Ut ibi mandata predicemus.
Ut ibi animum eleuem⁹.
Ibi em̄ ſecurius habitatur Judith. iiij. Preoccupaue
runt oēs vertices montiū. ꝛ circundederūt muris Ibi
etiā lex dn̄i aptius predicat Vn̄ Prouer. viij. dicit q̄
ſapientia clamitat in plateis dat vocē ſuā ꝛ loquitur
in ſummis excelſiſq; verticibus Ibi inſuper de⁹ ſplē-
didus ſpeculat. Unde Nume. xiiij. Mane ſurgentes
filij iſrael aſcenderunt verticem montis. Iſrael enim
interpretatur vidēs deū. Quartus eſt vertex elatioris
arrogantie ꝛ iſte eſt vertex elationis ꝛ ſuperbie. i. fa-
tuorum qui. ſ. incedunt vertice elato. Unde Eſaie. iij.
Pro eo q̄ eleuate ſunt filie ſyon, ꝛ extento collo ambu
lauerunt, decaluabit dominus verticem filiorū ſyon.
Et ſic breuiter dico q̄ vertex ſumitur quattuor modis
ſed tranſeo qui a ſupra de monte de altitudine ꝛ de ca
pite ſatis dictum eſt.

**Vertere.** Nota q̄ vertere nihil aliud eſt q̄ mo
uere. voluere. ꝛ mutare. ꝛ poteſt acci-
pi in bono ꝛ i malo. Et ideo breuiter notabo q̄ in ſcri
ptura inuenitur verſio.
Penitentium.
Sapientrium,
Peſtilentium,
Fugientium:
Adamantium.
Proſperantium,
Deſperantium.
Indigentium.
Adulantium.
Pereuntium

Dico ergo q̄ vertunt hoïes penitētes. Iſti
em̄ vertunt. q̄n̄ p̄ pe-
nitētiā ad virtutes de
vitijs cōmutāt. ſicut
videmus q̄ per calo
rē ignis mmera terre
conuertit in metallū
vn̄. Job. xxviij. Lapis
ſolut⁹ calore in es ver
titur vt ſic dicat quilibet penitens illud Job. xxx. Ver
ſa eſt in luctum cythara mea, tympanum meum in vo
cem flentium. ¶ Item vertuntur homines ſapientes
ſciunt enim ſe ad plura cōſideranda vertere. ꝛ per diſ
ſimulationem dicta ꝛ opera palliare. Similes ſerpē
tibus quorum totum corpus flexibile eſt ꝛ etiam ver-
tibile. q̄r illi ſūt prudētes ſicut ſerpētes. ſūt nūc ante
nūc retro. i. nunc ad preterita. nunc ad futura. nunc ad
preſentia ſe cōuertunt Unde Eccl. ix. Verti me ad al-
ta ꝛ vidi que ſub celo ſunt Et per diſſimulationem ſe
etiam ſciunt vertere. id eſt ſciunt vna cogitatione et
ſub fictione vnius aliud cogitare. Exemplum de da-
uit qui coram achis linguam in amentiam ſibi cōuer
tit. j. Regū. xxj. Exemplo Joſue qui vertendo vultum
fugere ſimulauit Joſue. viij. Fugiamus ꝛ terga verta-
mus donec perſequentes nos longius ab vrbe per-
trahātur. Unde verſus. Stulticiaꝫ ſimulare loco pru
dentia ſumma eſt. ¶ Item vertuntur homines peſti-
lentes. ſ. obſtinati ꝛ peccatores qui ſimiles ſunt gallo
qui eſt ſupra cāpanile qui ſemper vertit faciem cōtra
ventum. quia iſti in oīnibus factis ſuis: contra ventū
ſpūſancti vertuntur ꝛ contra eum per obſtinationeꝫ
obdurantur figura in vxore loth Gen̄. xix. Que reſpi
ciens retro verſa eſt in ſtatuam ſalis. Unde iſti vertūt
deo ꝛ prelato tergum. ꝛ contra eos ſtomachando. ꝛ de
mandatis eoruꝫ non curando. Hiere. vj. Verterūt ad
me tergum ꝛ non faciem. ¶ Item vertunt homines
fugientes ꝛ iſti ſunt imperſeuerantes ꝛ inconſtantes
qui vbi teneri in aliquo propoſito creduntur. ſtatim
in oppoſitum vertuntur. ſimiles lingue ſtatere que fa
cillima occaſione de vna parte ad aliam partē ſe ver-
tit Sic inconſtantes ꝛ falſi amici et alij proditores.
Prouer. xxvj. Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo.
ſic piger in lecto ſuo. Et tamen iſti deberent attende-
re iſtud, quod dicitur Joſue. vij. Terga vertentes per
cuſſi ſunt a viris vrbis hay. ¶ Item vertuntur homi-
nes diligētes q̄r. ſ. illi qui ſe diligūt lebenter ſe vertūt
mutuo Similes acui tacte ab adamante. que ad ada-
mantem faciliter ſe conuertit. Unde de cherubin di-
citur Exo. xv. Quod reſpiciebant ſe mutuo verſis vul
tibus. ¶ Item vertūtur ſe homines proſperantes q̄r
illi qui proſperitate fruuntur faciliter ad infortunia
conuertuntur ſimiles rote cuius ad infirma altitudo
vertitur. ꝛ ad terram motus eius continuo inclinat.
q̄r ſcilicet iſti de alto vertuntur in baſſum id eſt de p̄-
ſperitate in infortunium ꝛ in caſum. Unde Prouer.
xij. Verte impios et non erunt Unde ipſi dicunt il-
lud Trenorum. iiij. Hereditas noſtra verſa eſt ad alie
nos domus noſtre ad extraneos. ¶ Item vertuntur
homines deſperantes qui ex toto in crudelitatem et
in iniquitatem vertuntur. ſimiles aliquibus homini
bus ſm̄ Iſidorum. qui certis temporibus de homini-
bus conuertuntur in lupos figura in virga moyſi.
Exodi. iiij. Que proiecta in terra verſa eſt in colubruꝫ
¶ Item vertuntur homines indigentes quia ſcilicet
pauperes et indigentes in conſolationem vertuntur
quando de mundi miſeria ad celi gloriam tranſfe-
runtur. ſimiles cineri pallido qui quando igne forti
ſuccenditur. in vitri ſubſtantiam conuertitur ꝛ muta
tur Quia illi qui in igne tribulationis hic vruntur. de
cinere in vitrum clarum. i. de infortunato in proſperū
cōmutāt. Juxta illd̄ Job. xvj. Triſticia veſtra vertetur
in gaudiū Sicut i rota vertēte ps ſupior iferior effici
tur vt dictū eſt. ꝛ inferior efficit ſuperior Vertēte em̄
rotam fortu

Ayuntamiento de Madrid

rotam fortuna ⁊ mutato continue ſtatu rerum diuites fiunt infimi: ⁊ pauperes fiunt ſummi q̄r.ſ.mali diuites ad inferos trahunt boni vero ⁊ pauperes ad ſuperiora extollunt. Unde de iſta verſione dicit Heſter.ix. Nõ iudei q̄b⁹ab aduerſarijs interit⁹pabat. verſa vice ſuperiores eſſe ceperũt ⁊ de ſuis hoſtibus ſe vindicauerunt. ¶ Item vertuntur homines adulantes ⁊ iſti ſimiles ſunt ſitule que vertit faciem ad aquaꝫ quouſqꝫ ſit plena ⁊ ſtatim poſt vertit ei dorſum quia iſti vertunt faciem ad hominẽ blandiendo vt bona ei⁹ hauriant adimplendo Similes etiam ſunt iſti ſerpenti q̄ velociter vertit linguam ſuaꝫ diuerſimode. ſm ꝙ magis ſperant placere. Similes illi vetule que dicit.ij. Regum.xiiij. Joab. precepit mihi figuram ſermonis vertere. ¶ Item vertuntur homines pereuntes.ſ.dãnati quibus fortuna vertitur de proſperis in aduerſa De ipſis eñ facit diabolus ſicut facit latro. de veſte furata quam facit in aliam formam ne cognoſcatur. quia ſcꝫ de tunica facit ſupertunicale ⁊c. Sic diabol⁹ omnia iſta vertit in contrarium.ſ.diuitias in paupertatem: gaudium in triſticiam gloriaꝫ in vilitatẽ Ideo ipſi dicunt illud Treno.v. Cecidit corona de capite noſtra ceſſauit gaudiuꝫ cordis noſtri. verſus eſt in luctũ chorus noſter ve nobis quia peccauimus Sic igit͛ patet quomodo vertere ſumitur multis modis Proſequere de verſione penitentie ⁊ diuine gratie ſed ſupra de reuerſione fuit plane tractatum vide igitur ſupra de mutare ⁊ in alijs titulis ſimilibus.

## a Verus. verax. veritas. vere.

Nota ꝙ veritas eſt illa virtus per quã rerum quidditas demonſtratur. Poſſum ergo notare ꝙ in ſcriptura triplex veritas inuenit͛ ſcilicet.

Veritas eterna.
Veritas interna.
Veritas externa.

Prima eſt veritas diuĩe permanẽtie Scd̃a eſt veritas moralis exiſtentie. Tertia eſt veritas verbalis eloquẽtie. Et hoc diuiſionis mẽbrũ in vltimo.§. huius vocabuli propter auctoritatis conuenientiam expeditur. ¶ Dico ꝙ eſt veritas que eſt exiſtens ⁊ realis ⁊ iſta ẽ veritas diuine eſſentie ⁊ nature que ſ. vere certe ⁊ ꝑfecte eſt: nihil habens cõpoſitũ. fictũ ſeu mixtũ. Vñ ipſa dicit Joh.xiiij. Ego ſum via. veritas ⁊ vita. ¶ Itẽ dico ꝙ eſt quedã veritas permanẽs ⁊ moralis. ⁊ iſta ẽ veritas vite virtutũ ⁊ morũ. quã.ſ. iuſti habẽt qui nihil habẽt hypocriticũ ſeu fictũ De quo. Hiere.ij. Ego plantaui te vineam electã ⁊ omne ſemẽ verũ. ¶ Itẽ dico ꝙ eſt veritas eloquentie verbalis ⁊ iſta ẽ illa quã homo habet in ore q̄n verbis certis ⁊ veris vtitur ⁊ nõ falſis de qua in p̄s. Nõ auferas a me verbũ veritatis vſqꝫ quaqꝫ. q̄r in iudicijs tuis ſperaui. ¶ Hijs p̄miſſis dicam⁹ aliq̄d de veritate moralis ⁊ eterne ꝑmanẽtie.ſ. de ip̄o xp̄o dei filio q̄.ſe vbiqꝫ p̄dicat veritatẽ. Iſte eñ non ſolum fuit verus. imo etiã veritas in abſtracto verũ eñ balſamũ cognoſcitur. q̄r ſemꝑ ad ꝓfundũ aque in q̄ ponit͛ deſcẽdere cõprobat͛ Sic v̾itas ſue charitatis a ꝑparuit ꝑ hoc. q̄r per carnis aſſumptionẽ de celo ad terrã deſcendit. Vñ in p̄s. Veritas de terra orta eſt ⁊ iuſticia de celo proſpexit. Ubi aduerte ꝙ iſte habuit habet ⁊ habebit veritatem.

Qualitatis corporee.
Deitatis etheree.
Bonitatis pectoree

Primũ probat ort⁹ hũanitatis de terra orta eſt. Secũdũ probat ritus equalitatis. iuſticia. Tertium probat
b locus diuinitatis. de celo proſpexit.

Prima ẽ carnalis et exterior.
Secũda eſt moralis ⁊ interior.
Tertia eſt realis ⁊ ſuperior.

Dico igit͛ ꝙ iſte habuit veritatẽ carnalis humanitatis q̄d oſtenditur cũ dicitur de terra orta eſt. nihil eñ pot oriri de terra quin veraciter corporeũ ſit ⁊ terreſtre. Igit͛ iſte d̾ terra.i. de corpore virginis fuit ort⁹ Vñ dico ꝙ ipſe fuit veraciter humiliatus iuxta verbũ eiuſdẽ q̄ dicit Johannis.iij. Qđ natũ eſt de carne caro eſt. Qđ cõtra quoſdã hereticos eſt qui dixerũt chriſtũ carnẽ habuiſſe fucatã aereã ⁊ non verã Cuius contrarium fuit verũ quia ipſe veraciter fuit verus homo. Unde ipſi deo de aſſumpta humana carne poteſt dici illud. P̄s. Domine deus virtutum quis ſimilis tibi ⁊c. In circuitu eñ diuinitatis. fuit veritas humanitatis. veritas inquit de terra orta eſt Unde in p̄s. Lux orta ẽ iuſto Lux dico de qua dicitur Johãnis.j. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ ergo veritas hũanitatis carnalis de terra orta eſt. ¶ Deinde dico ꝙ iſte habuit veritatẽ moralis ſinceritatis ſeu bonitatis. ⁊ hoc oſtendit͛ cũ dicitur iuſtitiã. Juſtitia enim continet omnes virtutes. Quia proculdubio omnia que in chriſto fuerunt ſcilicet dicta ⁊ facta fuerunt iuſta vera ſancta atqꝫ bona. Apoca.xv. Domine deus omnipotens iuſte ⁊ vere ſũt vie tue. Circa quod nota ꝙ iſte habuit. Veram.

Perfectionem.
Compaſſionem.
Protectionem.
Locutionem.
Correctionem.
Durationem.
Ordinationem.
Illuminationem.
Conuerſationem.

¶ Uidet enim benigniter dolorem patientium. Sicut enim dicitur Ezechie.xvj.vbi deus miſeret ciuitati loquitur.o.tranſiens inquit per te vidi cōculcari te in ſanguine tuo.vnde in lib.pe.damiani narratur:ꝙ deus apparuit cuidam barbitonſori qui pauperes amore dei radebat in ſpecie pauperis radi petētis:quem cum vellet radere:vidit ſibi duos oculos in capite.de quo cum miraretur.dicit dominus:illi ſunt oculi cum quibus vidi porcum quē furatus es et ſic euanuit. et alter penituit et ſe correxit.Iſta enim eſt viſio diuine miſericordie qua ipſe videt miſericorditer delinquentes et etiā deſolatos Quod petens anima dicebat.Treñ.j. Uide domine ꝛ cōſidera ꝙ vilis facta ſum.et ſic ſimilis eſt caladrio qui videns infirmum ſanat eum.vnde ps. Uide humilitatē meam et laborem meum et dimitte omnia delicta mea. ¶ Item iſte videt ſeueriter peccata delinquentiuꝫ. Iſte enim diſſimulat ſe non videre:inquantum peccata que fiunt non ſolet ſtatim ad vnguem punire:ſed ac ſi neſciret ipſa ſub diſſimulationis pallio pertrāſire:omnia tamen videt et itelligit et in fine omnia vindicabit atqꝫ puniet.Et de hoc. Deuter.xxxij. Uidit domin⁹ et ad iracūdiam concitatus eſt ꝛc. Et iſte eſt viſus terroris incuſſiuus. Homo enim a peccato ꝛ peccati commiſſione debet ceſſare quando ſcit deum ipſum reſpicere et videre. Exemplo leonis qui videns animalia ipſa terret. Quod eſt contra multos qui non credunt deum iſta inferiora videre.o.Ezechie.viij. Dereliquit dominus terram ꝛ dominus non videt. Item iſte videt vtiliter merita laborātium:quia ſcilicet iſte eſt qui cuſtodit operarios:q optime ſtudet et videt quomodo et quantum operantur:vt ipſos premiet ſm merita ſingulorum. Mathei.vj. Pater tuus qui videt in abſcōdito reddet tibi. Multa poſſent dici de iſto triplici videre diuino.ſed ſupra de oculo.de aſpectu et de aſpicere vide magis. ¶ His igitur premiſſis dicamus ſm apoſtolū.j.Cor.xiij. Uidemus nūc per ſpeculum:et in enigmate:tunc autem facie ad faciē. Ubi ipſe oſtendit duplicem viſionem ſcꝫ vnam temporalem et aliam eternalem.vnam enigmaticam et aliaꝫ claram et veridicam.vnam ſpeculatiuam et aliaꝫ intuitiuam.vnam perfectorum que eſt in via.aliam beatorū
que eſt in patria. ¶ Primo igitur dicamus de iſta viſio- b
ne morali:qua boni et iuſti vident illa que pertinent ad ſalutem Nullum enim animal eſt perfectū niſi videat. Et ideo canes:vrſi:lupi:vulpes imperfecti dicūtur naſci pro eo ꝙ ceci et ſine viſu naſcuntur. Uiſus enim eſt potētia ſenſitiua:ſine iſta nulluꝫ in corde generatur gaudiū Quod bene aduertebat thobias dicens. Thob.v. angelo. Quale gaudiuꝫ mihi eſt qui in tenebris ſedeo ꝛc. Sic vere chariſſimi ille nō pōt dici ſpiritualiter pfectus qui viſu diſcretionis et ſapientie eſt priuatus.oportet enim

illa que ſunt

Ayuntamiento de Madrid

illa que ſunt neceſſaria ad ſalutem videre.et bonū a malo ſcienter diſcernere.et quod eſt bonum et malum clare cognoſcere et ſentire: alˀs ſi ignorātes fuerimus atqꝫ ceci:nec perfecti eſſe poterimꝰ neqꝫ leti.Et ideo dicitur Deuter.xv.Animal quod oculos habebat:deo immolari nō debebat.Leui.etiam.xxi.A ſacerdotali miniſterio repellitur qui cecus vel albuginē habens in oculo reperitur.Sic procuidubio nullus eſt dignꝰ dño immolari vel adˀeius miniſterium in eccleſia dedicari:niſi q̄ oculos clari intellectus habet:et niſi qui per diſcretionem clare intuetur.et videt.Unde Prouerb.xiiij.Acceptus eſt regi miniſter intelligens.Quod eſt hodie contra multos.De quibus dicitur in ps.Oculos habent et non vidēt ꝛc.Sed adhuc inferius dicetur magis plane Uel inuche ſi vis.et pone de aſina balaam. Et Eſa.xlij. Quis cecus niſi ſeruus meus ꝛc.Clare ergo chariſſimi debemus videre ꝛ inquātum proficimus vel deficimus aduertere vel ſentire.Ad qđ monet nos ſcriptura Marci.xiij.d.Uigilate videte et orate.Et bene dicit videte imperando ꝛ excitando.Quia ſcꝫ peccator qui longo tēpore fuit criminibus excecatus in cecitate permanet: niſi ad videndum per diſcretionem et gratiaꝫ fuerit fortiter excitatus.Quod bene ſciebat hieremias qui ciuitati vel anime peccatrici dicebat Hie.iij. Leua oculos tuos i directū et vide vbi nūc proſtrata ſis.Et aduerte ꝙ in iſtis verbis oſtendūtur ſeptem que ſunt videnda et que ſunt cum diligentia meditanda ſcilicet.

Celi dignitatem vt eam habeamus.
Uite veritatem vt eam teneamus.
Fratrum charitateꝫ vt eam foueamus.
Morum prauitatem vt eam horreamus.
Rerum vanitatem vt eam caueamus.
Uite breuitatem vt eam defleamus.
Pene grauitatem vt eam timeamus.

¶ Primum probat mentis erectio.Leua oculos.
Secundum motum directio. In directum.
Tertium ligans coniunctio. Et.
Quartum culpe inſpectio.Uide.
Quintum dubia dictio. Ubi.
Sextum curta duratio. Nunc.
Septimum vilis depreſſio. Proſtrata.

¶ Dico ꝙ videnda eſt ſumma bonitas vt habeatur:et hoc oſtenditur cum dicitur.Leua oc.tu.ſupple ſurſum ad deum: ad celeſtia et ad eternaˀ. Potentia enim viſiua habet locum ſuuꝫ in alto loco corporis ſcilicet in capite:vbi quāto profundius radicatur:tanto clarius videt homo.Exemplo aquile cuius oculi ſunt parui et in capite foſſati:et ideo ad videndum optime ſunt diſpoſiti.Sic vere viſus diſcretionis et cognitionis noſtre:debet eſſe principaliter locatus.ſ.in rebus ſublimibus et eternis.et ſurſum in bonis glorie paradiſi: et potiſſime in capite.i.in deo.quia primo et ante omnia nos videre debemus deum et eius potētiam et largitatem.ꝛ glorie paradiſi claritatem qualitatem et bonitatem.Leua inquit ocu.tu.Unde Gene.xxij.dicitur de abraam.Qđ cū leuaſſet oculos ſuo vidit locum procul.Et maxime iſta pertinēt ad eccleſiaſticos et prelatos qui more contemplatoris in alto ſpeculationis loco conſtituuntur vt ſecreta dei et bonorum eternorum videant et contemplentur.ꝛ alijs enarrare conentur.Eſa.xxi. Pone ſpeculatorem et quodcūqꝫ viderit annūciet. Herodius enim die qua aquilam vidit vel audierit pre timore venari vel predari.hoc eſt dictu volare non audebit.Sic vere homo die qua per contemplationem dñm intuetur.a venatione et comparatione cuiuſcūqꝫ prede male operationis retardatur.Prouer.xv. Per timorem dñi omnis declinat a malo.Quod bene figurat.Exo.xxviij.vbi onichinus quiſ oculos intuētium tremulos facit precipitur in indumēto ſacerdotis poni et ibi precipue contineri.Ad denotāduꝫ ꝙ cōſideratio diuine maieſtatis que oculos mentis facit tremulos.precipue eſt habenda. et a ſacerdotibus et viris eccleſiaſticis poſſidenda:vt ſic quilibet cuꝫ heſter poſſit dicere illud Heſter.xv.Uidi te quaſi angelum dei ſtantem:et conturbatum eſt cor meum pre timore glorie tue.Ualde enī admirabilis es dñe et facies tua plena gratiarum. Hec etiam figurata ſunt in lamina aurea in qua nomē dñi tetragrāmaton ſculptū erat quam in fronte ſuper oculos ſacerdos ponebat.Ad denotādum ꝙ deum et nomen eius pro oculis habere debebat:Et aduerte ꝙ viſus cognitionis et attētionis noſtre debet eſſe eleuatus ad videndum et conſideranduꝫ ea que ſunt procul videlicet.

Dei autoritatem.
Dei benignitatem.
Dei humilitateꝫ.
Dei ſeueritatem.
Dei felicitatem.
Uirginis puritatem.
Angeli bonitatem.
Celorum felicitatem.
Sanctorū ſocietatem.

Hec enim omnia ſunt videnda et diligentius attēdenda. Dico ergo ꝙ attēdēda eſt dei autoritas et potentia Eſa.vj. Uidi dñm ſedētem ſup ſoliuꝫ excelſum et plena erat omnis terra maieſtate eius . Et potiſſime potentia et magnificētia eius que eſt in vnitate deitatis et in trinitate perſonarum debet videri et multipliciter adorari.Gene.xl.Uidebam coram me vitem in quaˀ erant tres propagines. Sicut enim in ſcientia perſpectiua experimentaliter videtur ſi radius ſolis in aqua poſitum ſpeculum percutiat.apparebūt due ſolis imagines:et ſic videtur eſſe ſol triplex.ſ.vnus in celo et duo in aqua ꝛ ſpeculo.et tamen ſm rei veritatem nō ſit niſi vnus.Sic vere chariſſimi ſi radiꝰ diuine gratie nos illuminauerit:et ſpeculo cordis aqua deuotionis fuerit infuſum ſtatim tres ſoles.i.tres perſone apparebūt in ipſa trinitate.cū tamen conſtet ꝙ nō eſt niſi vnus ſol.i. vnus deꝰ i ſua ſimplicitate et quidditate.Ideo de abraā dicitur Gene.xviij.Tres vidit et vnum adorauit.Magnificentia enim qua creauit omnia de nihilo:ꝛ qua cūctis modo preſidet in empyreo eſt videnda.Iuxta illud ps.Uenite et videte opera dñi terribilia ꝛc.Ut ſic dicat quilibet contemplator illud Eſa.vj.Regem dñm exercituum vidi oculis meis.¶ Item videnda eſt dei benignitas quam habuit in carnis aſſumptione: et mundi redēptione.et eius clemētia videnda eſt deuote:et cum fidelibus intuēda.Ps.Guſtate et videte quoniā ſuauis eſt dominus.beatus vir qui ſperat in eo.Iſtud eſt eniꝫ myſterium viſionis rubi qui ardebat et non comburebatur.De quo dicit Moyſes.Exo.iij.Uadam et videbo viſionem hanc magnam quare non comburatur rubus.Quia vere valde fuit vidēda et admiranda viſio ignis qui ardebat et rubus qui non cōburebatur id eſt deitatis apparitio.et rubi.i.virginitatis nō cōſumptio De quo Luc.ij.Uideamus hoc verbuꝫ qđ factuꝫ eſt qđ dñs oſtendit nobis.Et potiſſime illa dulcedo diuina.de qua deus indulget delinquētibꝰ qua ipſe ſubuenit indigentibus:eſt attendēda.De qua in ps.Uenite et videte opera domini et narrate omnes qui timetis deuꝫ quāſ.a.m.¶ Item videnda eſt dei humilitas et patientia. Quia ſcilicet humilitas quam habuit in mūdo conuerſando.patientia quam ſuſtinuit morteꝫ ſuſtinēdo ſumme debet attēdi.De qua Eſa.liij.Uidimus eum et non erat aſpectus.et deſiderauimus eum deſpectum et nouiſſimum virorum.virum dolorum et ſcientem infirmitatem.Ad quem etiam ſpinis coronatum conſiderāduꝫ monet nos ſcriptura diuina.Canti.iij.Egredimini filie ſyon et videte regem Salomonem in dyademate ſuo ꝛc.O inquit filie ſyon.i.anime deuote egredimini et in dyademate ſpinatum regem xp̄m coronatum a ſynagoga matre ſua in cruce intuemini. ¶ Item videnda ē dei ſeueritas atqꝫ iuſticia:et potiſſime illa quam in iudicio pretendit:quādo ſcilicet ipſe veniet cum nubibus et videbit eū omnis oculus.Unde Iob.xix.Et in carne mea videbo deum ſaluatorem meum.Iſte enim ſtatus debꝫ a iuſtis videri et cum formidineˀ intueri et cogitari.Ad quod ipſe etiaꝫ inuitat.Deute.xxxij.Uidete ꝙ ego ſim ſolus et non eſt alius deus preter me.ego occidam ꝛc. ¶ Item videnda eſt dei felicitas et eminentia:quia illa ſumma felicitas et gloria ipſius cuius intuitiua viſio eſt tota merces. debet nunc per fidem in enigmate vi



Ayuntamiento de Madrid

deri ⁊ ſpeculatiue mentaliter intueri De quo in ps Uideant pauperes ⁊ letent̄ que. do. ⁊ vi. aïa veſtra. Et Eſa. xxxiij. Regem in decore ſuo videbit. ¶ Itē videnda eſt virginis puritas ⁊ cōtinentia quia honor ⁊ excellentia beate virginis debet per deuotionē videri: et ꝑ contemplationis ſpeculum intueri. De quo Cant. vj. Uiderunt eam filie ſyon: ⁊ beatiſſimā eam predicauerunt ⁊ regine laudauerūt eā. ¶ Itē videnda eſt angelorum cōmunitas ⁊ conſonantia Unde Gen. xxxij. dicitur. Mō iacob obuiam fuerunt angeli dei: quos cum vidiſſet ait. Caſtra dei ſunt hec. ¶ Item videnda eſt felicitas celorum ⁊ opulentia id eſt felicitas vite eterne ſumme eſt conſideranda. vt ad eam atrahamur. Unde pſal. Uideas bona hieruſalem omnibus diebus vite. Uidendū em̄ eſt quomō iſta gloria eſt leta. lata. alta ⁊ eterna interna. ſuperna pura. ſecura ⁊ non obſcura: ⁊ cōſimilia: vt dicat homo illud pſal. Credo videre bona dn̄i in terra viuentiū. ¶ Itē videnda eſt ſanctorum ſocietas ⁊ amicicia. vide Numeri. xxiiij. Uidit balaā iſrael in tentorijs ⁊ dixit. Ꝙ pulcra tabernacula tua iacob. Sic igitur patet quomodo videnda ſunt bona ſuperiora ſcꝫ deus ⁊ bona eterna Leua inquit oculos tuos Pſ. Leuaui oculos meos in montes. Homines em̄ volentes transfretare primo ſolent altiſſima aſcēdere vt videāt ad quā partē debeāt declinare: ſic ⁊ nos mentaliter ſurſum per contemplationem aſcendamꝰ vt illa bona eterna videamus ⁊ ad ea tranſeamꝰ Nume. xxiij. De ſummis excelſiſqꝫ ſilicibus videbo eum. Patet ergo quomodo videnda eſt bonitas ſumma vt habeat̄ Leua inquit oculos tuos. ¶ Etiā dico ꝙ eſt videnda vite ſanctitas vt teneatur: et hoc oſtendit̄ cuꝫ dicit̄ in directum. Quia ſicut videmus ꝙ artifex libēter videt regulam ⁊ exemplar ſm̄ qḋ debet operari: ⁊ ad ipſum ſepe reſpicit ⁊ attendit Sic vere ⁊ nos debemus ad exemplar ⁊ regulas vite noſtre ſepe videre. ſ. ad virtutes ⁊ ſcientias attendere. ⁊ eas ſequendo poſſumus aliqualiter non errare. In directuꝫ inquit. q. d. in directione morū ſcilicet virtutes debemus attendere ipſaſqꝫ videre ⁊ reſpicere. Unde ps. Pes meus ſtetit in via recta in eccleſijs benedicam dominū Unde Gen. xiij. Leua oculos tuos ⁊ vide. Uidere enim debet ⁊ conſiderare dicta ſanctorum precepta maiorum exempla iuſtorum. opera ſingulorum Sic videbatur videre. Sap. cuꝫ dicebat Eccl's. j. Uidi cuncta que fiūt ſub ſole. Et Prouer. xxiiij. Cum vidiſſem poſui in corde meo ⁊ exemplo didici diſciplinam Quod tamē eſt contra multos qui magis ſunt diligentes ad videndū vilia ꝙ vtilia. curioſa ꝙ virtuoſa exēplo dd̄ cui viſio mulieris ſe in fluuio balneantis fuit cauſa ruine. ſicut dicitur. ij. Reg. xj. Exemplo Dyne que voluit videre mulieres regionis ⁊ oppreſſa eſt Gen. xxxiiij. Ideo dicit̄ Eccli. iij. In ſuperuacuis rebus ne fueris curioſus. Non enim eſt neceſſarium ea que abſcondita ſunt videre Dico igitur ꝙ videnda eſt vite ſanctitas vt teneatur In directum inquit prouerbiorum. iiij. Oculi tui in directum videant: ⁊ palpebre tue precedant greſſus tuos. ¶ Iterū dico ꝙ eſt videnda fratrū charitas vt foueatur. ⁊ hoc oſtenditur cum dicitur Et. Iſta enim ſil'aba ⁊ eſt coniunctio copulatiua. ſignificans illos q̄ ſūt nobis vicinitate. familiaritate. caritate fidei religione ordine vel alia cauſa cōiuncti qui a nobis debēt videri ad defendendum: ſicut moyſes qui egreſſus ad fratres ſuos vidit affectionem eorum: et virum egyptium percutientē quendam de. Hebreis fratribus ſuis occidit Exo. ij. ne forte hebreus frater ab egyptio occideret. Itē debēt videri ad veniā cōcedendā: ſi i nos deliquerūt. vel debēt videri ad fouendū ſi egent. Exēplo ioſeph: qui fratribꝰ de cōmiſſo in eū ſcelere nō ſolū pepercit: ſed etiam eos humaniter tractauit. ⁊ eoꝝ inopiā ſuis operibꝰ leuauit. ſicut clare dz. Gen. xliij. Uideat̄ ergo fratrū charitas vt foueat̄ Et ſi placeet iūge hic illa que ponunt̄ infra in ſermone. Uidete quomodo caute ambuletis ſub. §. Quarto dico. ꝙ videda eſt fraterna charitas ⁊c. ¶ Rurſū dico ꝙ eſt videnda morum prauitas vt horreat̄ ⁊ hoc oſtenditur cū dicit̄ Uide. iuxta illud Hiere. ij. Uide vias tuas i cōualle ſcito quid feceris. Infirmus debet ſepe videre ſua vulnera vt ſaltē ex dolore ⁊ horrore eorū cōpellat̄ remediū adhibere. Unde Oſee. v. Uidit effraym languorem ſuum. Sic vere homo debet videre ⁊ attendere que ⁊ quanta ſunt ſuorum vulnera vitiorum: ex hoc enim mouetur ad penitentiam et dolorem. et ad conſiderandum dei offenſam ⁊ dei iuſtitiam ⁊ ad concipiendum reuerentiam ⁊ timorem. Pauo enim videns turpitudinē pedū ſuorū dicit̄ rotā ſuā deponere: ⁊ de plumarum gloria non curare. Sicut vere cum turpitudo defectuū noſtrorū reſpicit̄ rota ſuperbie deſpicitur. ⁊ ſi quas plumas pulcras id eſt aliquas virtutes ⁊ gratias habuerimus non curat̄. Et ideo ad iſta videnda monet ſcriptura Hiere. ij. Scito. ⁊ vide: qꝛ malum ⁊ amarum eſt dereliquiſſe te dn̄m deum tuū ⁊ nō eſſe timorē eius apud te. Quod eſt tamē cōtra multos ſimiles oculo qui videt alia nō ſe. qꝛ multi ſūt q̄ vidēt aliorū defectꝰ ⁊ nō ſuos quinimo defectꝰ ſuos paruos reputant. viſus tamen qn̄qꝫ decipit̄ quia quod longe eſt maius ab eis reputatur Un̄ ⁊ luna exiſtēs in oriēte maior nobis videtur ꝙ qn̄ eſt in meridie. vbi tamē cōſtat nobis propior eſſe. Et ideo dz Math. vij. Quid inquit vides feſtucā in oculo fratris tui ⁊c. Dyabolꝰ em̄ in principio ante oīa nititur peccatorē excecare vt propriā vilitatē non poſſit videre. Exemplo latronis qui qn̄ ſolet intrare domū ante omnia ſolet extinguere lumen. Unde de Antiocho dz. j. Mach. j. Mō de templo dicit̄ candelabrū abſtuliſſe Sicut enim videmus ꝙ viſus primo excecatur. ⁊ tandem coram domino ſuo ludere docetur Sic dyabolus peccatorem ne peccatum videat excecat: ⁊ ſic ad libitū ſuuꝫ ad mala opera ludit ⁊ ſaltat. Figura de ſanſone qui primo fuit tonſus: ⁊ tandem excecatus: deinde in carcerem ligatus: ⁊ ad ludendum coram philiſtijm eſt locatꝰ Quia ſcꝫ peccator primo virtutum criminibus ſpoliat̄ deinde per obſtinationem ne peccatum ſuum videat excecatur ⁊ ſic funibus male cōſuetudinis ligatur ⁊ ſic coram dyabolo ludos malorūꝫ operū operatur. O deus ſi oculos mentis apertos haberent: culpam ſuam noſcerent ⁊ viderent. Unde de gentibus regis ſyrie dicit̄. iiij. Regum. vj. Domine percute gentem hanc cecitate Et ſequitur. Aperi oculos eorū vt videāt: ⁊ viderūt ſe eſſe in medio ciuitatis ſcilicet inter hoſtes. Ad denotandum ꝙ ſi peccator oculos cordis apertos haberet in medio hoſtium ſe videret Et ideo Auguſtinus dicit ſic O homo ſi te videres: tibi diſpliceres ⁊ mihi placeres. nunc autem quia te non vides tibi places et mihi diſplices: veniet tempus quando tibi ⁊ mihi diſplicebis mihi quando iudicaberis. ⁊ tibi quando ardebis. Uideatur ergo morum prauitas vel horreatur Unde inquit. ¶ Adhuc dico ꝙ eſt videda rerū vanitas vt caueatur. et hoc. oſtenditur cum dicitur. Ubi enim quando ponitur interrogatiue: ſignificat locum dubium ⁊ incertum ſicut dicitur Gene. iiij. Ubi eſt Abel frater tuus. Aliquādo etiam ponitur inheſiue ⁊ poſitiue ⁊ ſic ſignificat conſtructiue ⁊ certitudinaliter locatiue. Sicut dicitur Matthei. vj. Ubi eſt theſaurus tuus ⁊c. Et ideo proprie per iſtud ſignificantur mundi bona q̄ ſunt dubia ⁊ icerta breuia. limitata et arta. Ubi inquit. Iſtud ergo vbi id eſt vanitas rerum temporalium eſt videndum: ⁊ a diſcretis cordibus intueridū Un̄ Matthei. xxviij. Uenite ⁊ videte locū vbi ⁊c. Mō enim qui eſt in nūdinis ſolet libenter videre merces quas vult emere: ⁊ ſecundum quod valent in precio conuenire. Sic vere in nundinis huius vite mundi: neceſſe eſt quod bona temporalia diſcretius videantur ne vltra debitum reputentur. ⁊ ne nimis carum precium ſcilicet anima pro eis expendat̄. Quia ſcꝫ ſicut dicitur. ij. Cor. iiij. Que videntur temporalia ſunt: que autē non vident̄ eterna ſunt. Ideo benedicebat

Ayuntamiento de Madrid

ecbatiſta ſe vidiſſe Sapiēs. Eccles.j.d. Vidi cūcta que ſub ſole fiunt. ⁊ vidi in omnibus vanitatē ⁊ afflictionē ſpiritus. Videatur ergo rerum vanitas vt caueatur. Iuxta illud. Naū.iij. Omnis qui viderit te reſiliet a te. Quod tamen eſt cōtra multos ſimiles illi qui eſt in aere nebuloſo. qui non videt ſe ibi eſſe: ſed ille qui eſt extra aerem: nebuloſitatem ipſius bene videt. Quia illi qui ſunt inuoluti in aere nebuloſo mūdane proſperitatis obſcuritatē ipſius non percipiunt neq̄ vident. Sancti vero qui extra iſtum groſſum aerē poſiti ſunt eius obſcuram turbulentiā bene noſcunt: vt de talibꝯ dicat mundus. Oēs qui viderūt me deriſerūt me. Videat ergo rerū vanitas vt caueat. Vbi inquit. ¶ Deinde dico. ꝙ eſt videnda vite prauitas vt defleatur. Nūc inquit. Nunc enim eſt breuiſſima pars tēporis. qꝛ nūc eſt illud tēpus ⁊ momētum qḋ in preſenti durat quod ſcꝫ multum eſt attendēdum qꝛ de certitudine vite non habemus niſi nunc. Vnde Iob.vij. Ecce nunc in puluere dormiam. Quia pro certo ſumme debemus videre et conſiderare iſtud nunc ſcilꝫ breuitatem vite noſtre ſcilꝫ q̄ vilis ſit in ingreſſu q̄ fragilis in progreſſu q̄ debilis ſit in egreſſu. Ad quod nos monet ſcriptura dicens Marci.xiij. Videte voſmetipſos quia ſcilicꝫ nos debemus nos conſiderare q̄tum ad vanitatem ⁊ q̄tū ad noſtre vite labilitatē: ⁊ q̄tum ad noſtre mortis neceſſitatem. Cattus enim non ſolum videt de die: ſed etiam de nocte. Quod etiā de capra dicit. Sic nos debemus de die videre: ⁊ etiam de nocte id eſt illa que ꝑtinent ad diē preſentis miſerie ⁊ ad noctē future mortis. Vñ Math.xxviij. Venit maria magdalena ⁊ altera maria videre ſepulcrū. Videat igit vite breuitas: vt defleatur. Nūc inqt. Vñ Exo.vj. Dñs dixit moyſi nūc videbis. ¶ Deniq̄ dico. ꝙ videnda eſt pene grauitas vt timeat cū dicit Proſtratu ſis. Humana eñ natura ꝓſtrata fuit a ſtatu ſue prime ꝯditionis per pctm̄ Ade et penis tēporalibus ſubiugata. Quotidie etiā anima proſternitur in inferno per peccatū proprium. ⁊ a ſtatu glorie ⁊ gratie ſupplantatur. Iſta proſtratio eſt videnda ⁊ quotidie meditanda. quia. ſcꝫ vidende ſunt proſtrationes ⁊ miſerie temporales pene ⁊ triſtitie infernales De quo.j. Reg.xiiij. Ecce multitudo proſtrata huc atq̄ illuc diffugiens. Sequitur. Inquirite ⁊ videte: preſentes enim ⁊ futuri caſus ſunt videndi ⁊ diligentius intuendi et ne eueniant metuēdi. Quod maxime verū eſt de penis inferni quas bene attendebat ille qui dicebat Hierem.j. Ollam ſucceuſam ego video. Leo enim timet quando flāmam et ignem videt. Sic vere penas et ignes eternos vitabimus. ſi ipſos per conſiderationem timeamus. Et Iſaie.xxxiij. Ecce vidētes clamabūt foris an.pa.ama.ſle. Sicut enim leo caſtigat ⁊ timet qñ videt catulum verberari. ſic et nos caſtigamur ⁊ peccare timemꝯ: qñ in mūdo vel in inferno peccatores caſtigare videmus zacha.ix. Videbit aſcalon et timebit. Sic ergo patet quomodo ſeptē ſunt in genere que principaliter ſunt videnda et a deuotis cordibus attendenda. Iſta eſt ergo viſio ſpeculatiua q̄ eſt primū principale. ¶ Scdo principaliter dico ꝙ eſt viſio intuitiua. ⁊ iſta eſt viſio beatorū qua ſcilꝫ beati vident in patria intuitiue et intrinſece faciē dei patris: que eſt eis cauſa beatitudinis ſempiterne. De qua. Mathei quinto. Beati mundo corde. qm̄ ipſi deum videbunt. ⁊c. Eſt igitur quedam viſio.

D

Letificatiua.
Deſideratiua
Saluificatiua.
Recreatiua.
Certificatiua

Eſt dico viſio letificatiua Quia ſicut apes dicūtur letari quando vident regē ſuum ſic beati in viſione dei dicuntur ſummopere letari Ioh.xx. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo dño. Nec mirū ſi beati q̄ ſunt amici dei gaudēt in dei viſiōe qꝛ ipē etiā inimicꝯ herodes in eius viſiōe nō beatifica: ſed enigmatica dicebatur gaudere Vñ. Lu.xxiij. dicit. Qḋ herodes viſo Ieſu gauiſus eſt. Erat enim multo tpe videre eum cupiens. et merito. quia ſicut dꝛ Eccl'es.xj. Delectabile eſt oculis videre lumē. ¶ Item eſt viſio deſideratiua quāto enī plus videt: tanto magis deſiderat ſcꝫ videri ſicut pulcritudo caloris ⁊ magnitudo amoris ſolet viſum attrahere ad vidēdum: ⁊ intuēduꝫ aliquod inuitare. Vñ proverbialiter. Vbi amor ibi oculus. vñ de panthera legimus qꝫ eſt animal gratū ⁊ amicabile pulcrum coloratum ⁊ delectabile. ideo ab alijs aīalibus aſpicitur libēter ⁊ videt. ⁊ ab ipſis diligit ac etiam frequētatur Sic vere chariſſimi beati qui perfectiſſime deū diligunt. ⁊ qui infinitā pulcritudinē in eo currūt ipꝫ ſemper videre deſiderāt ⁊ quātovidēt plus tātomagis deſiderant videre ⁊ tenere. Vnde.ij. Para.ix. Oēs reges terrarū deſiderabant videre faciē ſalomonis qꝛ ſicut dicit.j. Pet.j. Iſte eſt in quem deſiderant angeli proſpicere. ¶ Item eſt viſio ſaluificatiua qꝛ eo ipſo quod beati vident deum ſunt ſaluati ⁊ in ſecuritate ſalutis poſiti: et a cunctis malis preſentibus ⁊ futuris expediti. Quod bene ſentiebat iacob quando dicebat. Geneſis.xxxij. Vidi deuꝫ facie ad faciem ⁊ ſalua facta eſt anima mea. ¶ Item eſt viſio recreatiua. Videndo eñ deum omnes anime appetitus ſatiātur et nihil aliud deſiderant: ſed in iſto ſolummodo delectantur. Pš. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Quia eis proprie poteſt dici illud ps. Guſtate et videte quoniam ſuauis eſt dominus. Vnde de iſta opulenta ſaturitate dicitur anime beate Eſaie.lx. Tunc videbis et afflues et mirabitur ⁊c. ¶ Item eſt viſio certificatiua quia ſcilicet videndo deum: etiam omnia alia videntur. et eo beatifice cognito. omnia alia cognoſcuntur. ps. Quoniam apud te eſt fons vite ⁊ in lumine tuo videbimus lumen. Et Greg. in omelia. Quid eſt qḋ nō videāt qui videntem omnia vident. Iſta eſt ergo viſio intuitiua que eſt beatorum. Et ſupra viſum eſt de viſione ſpeculatiua que eſt viatoruꝫ. ¶ Sed adhuc dicere poſſumꝯ quod videre aliquando ſignificat admirationem: attentionē: vel circa aliquid occupationē. Et ideo ſicut videmus ꝙ diuites ⁊ potentes diligunt illos ſeruos q̄ res notabiles ſolent diſcernere ⁊ videre ⁊ ipſas poſtq̄ viderunt recitare. Sic vere apud deum diſcretiores reputantur: qui res mundi notabiles contemplantur: ipſaſq̄ alijs predicando nunciant ⁊ loquuntur. Ideo Apoca.j. cuilibet noſtrū ꝑcipit ⁊ dicit. qḋ vides ſcribe id eſt omnia que videris diligenter retine et attende. Vnde etiā ipſe deus facit ſicut diligens pater qui volens filium ſuum inſtruere. ducit cum ſecum ⁊ oñdit ei ſecreta que poſſint ei eſſe vtilia ⁊ honeſta dicat illud ps. Venite ⁊ videte opera domini. Et ſic videbatur inſtruxiſſe ⁊ ad vidēdum dei mirabilia inuitaſſe beatuꝫ Iohā. euangeliſtam quando ſibi apocalipſim reuelauit. d. Apo.vj. ⁊ in alijs multis locis veni ⁊ vide vbi in iſto ⁊ quolibet alio ſancto oſtenditur ꝙ ipſum

E

Benigniter inuitauit.
Veraciter adamauit.
Subtiliter informauit

Primū probat verbū allectiuum. Veni. Secunduꝫ ſignum coniunctiuū. Et Tertium dictum inſtructiuꝫ Vide De ſua allectiua vocatione que oſtenditur cum dicitur. Veni Vide ſupra de venire. De ſua copulatiua dilectione: que oſtenditur cum dicitur. Et vide ſupra. De ſua vero inſtructiua informatione: que oſtenditur cum dicitur. Vide. Poſſumus aduertere ꝙ deꝯ informauit eum de omnibus abſconditis et ſecretis. Oſtendit enim ſibi.

Que ſunt credenda.
Que ſunt tenenda.
Que ſunt facienda.
Que ſunt reſpicienda.
Que ſunt timenda.
Que ſunt petenda.

Et breuiter de omnibꝯ que ſunt virtuoſa ⁊ que ſunt vitioſa ita quod dominus poterat ſibi dicere illud Ezech.viij. Certe vides fili hominis. et ideo ſicut videmus ꝙ homo narrat libēter mirabilia

Ayuntamiento de Madrid

que vidit vt auditores inciſet ad ſtuporem. Sic beatus ioãnes mirabilia et notabilia que vidit in mũdo nobis narrat et dicit. Igitur ſi queratur ab ipſo: quid vidiſti vel illud Mathei. xi. Quid exiſtis in deſertum videre. ipſe poteſt optime reſpondere. vidi.

Deum cunctis imperantem.
Angelum deo famulantem.
Prelatum digne gubernãtem.
Iuſtum ſancte ſe regentem.
Egenum multa ſuſtinentem.
Celum beatos continentem.

¶ Sed ſi queras: quid vidiſti de malo tam pene ꝙ culpe: ipſe proculdubio reſpondet. vidi

Dyabolum cunctis inſidiantem.
Infernum malos recipientem.
Mundum malos perficientem.
Impium mala perficiẽtem.
Hominem fictum bonũ diſſimulantem.
Iudicem malos exterminantem.

¶ Iſta enim ſunt duodecim mirabilia. que dicit Ioannes ſe vidiſſe et in rerum ordine proſper iſſe. ¶ Primo ergo dicit ꝙ vidit deum cunctis imperãtem: et ſic loquitur Apoca. iiij. vbi dicitur. Vidi et ecce oſtium apertum in celo: et ecce ſedes poſita erat et ĩ circuitu ſedis. xxiiij. ſedilia et ſuper thronos. xxiiij. ſeniores ſedẽtes circũamicti veſtimẽtis albis: et in capitibus eorũ corone auree. et de throno ꝓcedebãt fulgura et voces et tonitrua et ſeptem lampades ardentes ante thronum: que ſunt ſeptẽ ſpiritus dei. Chariſſimi oſtium diuine reuelationis iſti primo fuit apertum. et ideo ante omnes ſuper ſedẽ maieſtatis eterne: ipſe vidit ſedentem et cunctis imperantẽ dominum. ſeniores vero. i. ſanctos in ſuis ſedibus cum coronis aureis eterne dignitatis: et cum veſtibus albis eterne claritatis circa ipſum vidit ſedere. lampades vero ardentes. i. ſpiritus et angelos charitate feruentes circa ipſum vidit lucere. ⁊ yridem ⁊ arcum eterne iuriſditionis in circuitu ſue ſedis vidit manere: et de iſta ſede voces fulgura et tonitrua. i. diuinorum iudiciorum diuerſa genera vidit exire et ad nos inferius peruenire. Unde de iſto vidi dicit Eſa. vi. Vidi dominum ſedentẽ ſuper ſoliũ excelſum: et plena erat omnis terra maieſtate eius. ſeraphin ſtabat ſuper illud ⁊c. Iſtud eſt enim illud quod primo volunt ſancti videre ſcilicet ipſum deum cuius honorem et maieſtatẽ volũt contemplari et ante omnia ſentire. Exẽplo Iacob. Gene. xxxij. qui dixit. Vidi dominũ facie ad faciem et ſalua facta eſt anima mea. Iſte ergo vidit deum cunctis imperantẽ. ¶ Secundo dico ꝙ iſte vidit angelorum cetum deo famulantem. Et ſic loquitur Apoca. viij. vbi dicit. Vidi ſeptem angelos ſtantes in cõſpectu dei. et date ſunt eis ſeptem tube. Septẽ enim vniuerſitatem angelorum deſignat qui in cõſpectu dei ſemper ſtant. et voluntatem dei per occultas inſpirationes: vel per ſuorum iudiciorum excitatiões nobis diuerſimode tubãt. Apoca. xiiij. Vidi alterum angelum volãtem per mediũ celi habentem euangelium ſempiternũ ¶ Tertio dico ꝙ iſte vidit chorũ prelatorum digne gubernantem. Et ſic dicit Apoca. x. Et vidi alium angelũ fortem deſcendentem de celo amictũ nube et yris in capite eius. oculi eius erant vt ſol: et pedes eius vt colũna ignis et habebat in manu eius libellum apertum. Iſte angelus chariſſimi eſt bonus prelatus qui dicitur fortis per conſtantie firmitatem: dicitur de celo deſcẽdere per ſue promiſſionis deriuantem a deo ſublimitatem. dicitur amictus nube per pietatis quam debet habere confluitatẽ dr̃ hr̃e yridẽ in quo ſunt colores multi. i. cõuerſationis honeſtatẽ et virtutũ multiplicitatẽ dicitur habere librũ. i. ſacre ſcripture omnimodam veritatẽ. et iſte liber dicitur apertꝰ. qꝛ ſcilicet ipſum aperire ſolet aliis ꝑ predicationis ⁊ eloquẽtie claritatẽ. Et ideo de aſpectu boni iudicis vel prelati breuiter dicit ipſe. Apoca. xiiij. Vidi et ecce nubem cãdidam ſimilẽ filio hoĩs ſedentẽ in capite ſuo coronã auream. et in manu ſua falcem acutã Quia ſcilicet tales qui perſonis rõnabilibus ſimiles videntur eſſe. et qui coronam dignitatis noſcunt portare debent in nube ronde pietatis ſedere. et tamẽ falcem iuſtitie acute debẽt in manu iugiter tenere ſiue cõtinere. Vidit igitur iſte platorũ chorũ digne gubernantẽ. ¶ Quarto dico. ꝙ ipſe vidit iuſtorum ppl'm ſancte regentem Et ſic loquitur Apocal. vi. Vidi ⁊ ecce equus albus: et qui ſedebat ſuper eum habebat arcũ: et data eſt ei corona ⁊ exiuit vincens vt vinceret. Iuſti enim habẽt equũ album. id eſt corpus mundũ ſuper mundiſſimam caſtitatẽ. habent arcũ. id eſt iuſtitiam ⁊ equitatem. ⁊ ideo qꝛ vincunt peccata per vigorem et probitatem. ipſi ꝓ certo finaliter reportãt coronam. i. gl'iam et claritatẽ. Eccl'. xliij. Vide arcum et benedic qui fecit illum. Iſte ergo vidit iuſtum iuſte ſe regentem. ¶ Quinto dico ꝙ iſte vidit pauperẽ multa ſuſtinentem. Et ſic loquitur Apoca. vi. Vidi cũ aperuiſſetꝰ ſigillũ ſextum. et ecce terremotus factus eſt magnus. et ſol factus eſt niger tanꝙ ſaccus cilicinus: ⁊ luna tota facta eſt tãꝙ ſanguis. ⁊ ſtelle ceciderunt de celo. Terremotus chariſſimi motum tribulationum deſignat qui ſcilicet tantus eſt in hoc mundo. ꝙ ſol et luna et ſtelle id eſt ſuperiores medij et inferiores multas miſerias patiuntur: et nunc nigri per timorem nunc ſanguinei per ruborem cadentes de proprio ſtatu per tribulationis horrorẽ ſepiſſime efficiuntur. Unde ſimile videbatur vidiſſe. Sapien. Eccleſiaſtes. quarto. Verti me inquit ad alia. et vidi calumnias que ſub ſole geruntur. et lachrymas innocentium: et neminem conſolatorem nec poſſe reſiſtere eorũ violentie cunctorũ auxilio deſtitutos: et laudaui magis mortuos ꝙ viuentes. Vidit ergo pauperem multa ſuſtinentẽ. ¶ Sexto dico ꝙ ipſe vidit paradiſum bonos recipientem Et ſic loquitur Apoc. xxi. Vidi celum nouum et terram nouam. et vidi ciuitatem hierl'm nouam deſcendentem de celo a deo paratam. Et audiui vocem magnam dicentẽ. ecce tabernaculum dei cum hominibus. et ipſe cum eis erit eorũ deus. et abſterget deus omẽ lachrymaz ab oculis eorũ Paradiſus enim eſt celum nouum ⁊ terra noua. qꝛ ſcilicet ibi intrantibus omnia noua ⁊ mirabilia videntur. Iſte enim locus deo et hominibus preparatur. et inde omnis luctus et lachryma reſecatur. vt ſic dicat quilibet ibi exiſtens illud predictum. Geneſis. xxxij. Vidi dominum facie ad faciem ⁊c. Iſte enim ſunt ſex viſiones quas vidit iohãnes et quas quilibet poteſt mẽtaliter videre que pertinent ad bonos. de quo Ezechie. octauo. Leuauit me ſpiritus et adduxit me in hieruſalem in viſione dei.

¶ Sed adhuc ſeptimo dico ꝙ ipſe vidit dyabolum cunctis inſidiantem. et ſic dicit Apoca. decimotertio. Vidi de mari beſtiam aſcendentem habentem capita ſeptem et cornua decem. Sequitur et beſtia quam vidi ſimilis erat pardo et pedes eius ſicut pedes vrſi. et os eius ſicut os leonis et dedit illi draco virtutem ſuam et poteſtatẽ magnam et admirata eſt vniuerſa terra: et adorauerũt beſtiam dicentes. Quis ſimilis beſtie. quis poterit pugnare cum beſtia ⁊c. Iſta beſtia chariſſimi eſt diabolus cui draco lucifer dat poteſtatem. et qui de mari inferni contra nos pugnare nititur in hunc mundũ: qꝛ pro certo iſte dicitur.

Pardus propter verſipellitatem.
Urſus propter inſtabilitatem.
Leo propter crudelitatem.

¶ Quis ergo iſti ſimilis? quis contra ipſum pugnare poterit: qui generaliter omnes vincit. Iſte proculdubio a multis adoratur ⁊ eidem quaſi ab omnibus obeditur et ideo de tam mirabili viſione dicitur Apoca. xvi. Vidi de ore draconis exire tres ſpiritus immũdos in modũ ranarum. hi ſunt ſpiritus demoniorũ facientes ſigna. Et no. ꝙ demones dicuntur tres. pro eo ꝙ triplici concupiſcentia tentant. Vidit ergo dyabolum cunctis inſidiantem. ¶ Octauo dico. ꝙ ipſe vidit infernum malos recipientem. Et ſic loquitur Apocalipſis vigeſimo Vidi angelum deſcendentem de celo: et habentem

clauē abyſſi et cathenam in manu ſua: et appꝛehendit
ſerpentem antiquum et miſit eum in abyſſuꝫ clauſitqꝫ
et ſignauit ſuper illum. Quia proculdubio abyſſus id
eſt inſatiabilis infernus per angelum qui habet cla-
uem eius. i. per dyabolum peccatoribus aperitur et ibi
ſerpens antiquus. i. quilibet malicioſus peccator reclu
ditur et ligatur. Unde ipſemet dicit Apoca. xix. Vidi be
ſtiam et reges terre et exercitus eorum congregatos. Et
ſequitur Vidi miſſi ſunt in ſtagnum ignis ardentis et
ſulphuris. Unde iſta eſt illa viſio. de qua dicitur Eſa.
xxj. De terra horribili viſio dura demonſtrata eſt mihi.
Vidit igitur infernuꝫ malos recipientē. ¶ Nono dico
ꝙ ipſe vidit mundum malos pꝛeficientem. Iſtud eſt enī
de maioribus monſtris et mirabilibus huius mūdi. ſ.
ꝙ mundus indignos pꝛeficit et exaltat. Illa enim que
videntur in ſpeculo videntur reuerſa. quia ſcilicet dexte
ra videtur ſiniſtra. Alta videntur baſſa. ſiniſtra videnꝫ
dextra. baſſa videntur alta. Sic hodie in mundo qui de
bent eſſe in alto. ſunt in īfimo ſtatu et depꝛeſſione et illi
qui debent eſſe in dextra et proſperitate ponūtur in ſini
ſtra et aduerſitate. Quia ſcilicet viri perfecti qui debe
rent eſſe in dextera et proſperitate. i. in alto ſtatu et in al
ta pꝛelatiōe ſunt in īfimo ſtatu et depꝛeſſione et ecōuer
ſo illi qui inferius deberent iacere videmus in altis di-
gnitatibus pꝛeſidere: et illi qui digni ſunt ſiniſtra aduer
ſitatis. videmus in dextera pꝛoſperitatis. Iſta viderat
ipſe Ioānes Apoca. decimoquarto. vbi dicit. Vidi īquit
agnum ſtantem ſupꝛa montem ſyon et cum eo centuꝫ
quadragintaquattuor milia habentes nomen eius et
nomen patris ſui. Quia proculdubio agnos inſuffi-
cientes et ignorantes ſuper montem ſyon. id eſt ſuper
omnes dignitates videmus pꝛeſidere. et deportātibus
nomen ſuum. i. de illis de genere ſuo videmus cū ipſis
centum quadragintaquatuor milia. i. infinitam multi
tudinem habitare. Et ideo ad iſtud videbatur attende-
re ſapiēs cū dicebat Eccleſiaſtes. x. Vidi inquit ſub ſole
quaſi per errorem egrediens a facie pꝛincipis poſitum
ſtultum in dignitate ſublimi: et diuites ſedere deorſum
Vidi ſeruos in equis et pꝛincipes ambulātes ſuper ter
ram. Iſte ergo vidit mundum malos pꝛeficientem.
¶ Decimo dico ꝙ iſte vidit impium bonis efficienteꝫ
Unde etiam de magnis mirabilibus que poſſunt fieri
eſt ꝙ iniqui pꝛeſumūt bonos offendere. ꝙ illi qui digni
ſunt omni ſupplicio. malum audent aliqs ex officio in
tentare. Sicut ad lr̄am videmus de iniquis iudicibus ⁊
bailliuis q̄ ꝓprios defectus nō vidēt ſed alienos. Unde
ſiles ſunt oculo qui melius videt diſtantia ꝙ ſibi adhe-
rentia. quinimmo alios videt Et tales iniquos bene vi
dit ioānes. d. Apoca. xvij. Vidi mulierem ſedentem ſuꝑ
beſtiam coccineam plenam nominibus blaſphemie: q̄
habebat capita ſeptem: cornua decē. et erat ornata pur
pura auro et lapide pꝛecioſo et habebat ī manu vas ple
num abhominatiōe fornicationis: et erat ebria ſangui
ne martyrum ieſu. Iſta mulier ſignificat malos iudices
et balliuos: molles femineos et ineptos: qui ſcilicet ſuꝑ
beſtiam portantur coccineam: inquātum beſtialibus
pꝛincipibus. coccineis. ſanguineis et crudelibus cōiun
guntur: et ab eis ſuſtinentur. Iſti enim dicūtur habere
capita id eſt plures capitaneos et magiſtros. plura etiā
habēt cornua. id eſt plura officia: dignitates eminētias
et pꝛebendas. Et ideo iſti ſunt et dicūtur purpura ⁊ au
ro et lapide pꝛecioſo ornati inquantum ſcilicet tam pro
pter magiſtros quos habent ꝙ ꝓpter pꝛelaturas. digni
tates vel officia que tenent pꝛe ceteris diuites ſiunt. Iux
ta illud ps. Ecce ipſi peccatores et abūdantes in ſeculo
ob. di. Quid plura? pro certo iſti habent vas plenū for-
nicatione inquātum ipſi abūdant in luxuria et ſangui
ne martyrum ieſu. id eſt pauperum ſubſtantia. Sicut
ebrij inquantum ipſi abūdant in rapina et ſeuicia. Et
ideo de iſto vidi. i. de impiorū viſione dicitur in ps. Vi-
di impium ſuperexaltatuꝫ ⁊c. Vidit ergo ioānes impiū
bonis efficientem. ¶ Undecimo dico ꝙ iſte vidit hypo
critam bona diſſimulantem. et ſic loquitur Apoca. vj.
v. Vidi et ecce equus pallidus et qui ſedebat ſuper illuꝫ
nomen ei mors et infernus ſequebatur eum. Hypocri-
ta dicitur equus. quia carnalis eſt. realiter dicitur palli
dus: quia abſtinens eſt. ſuperficialiter dicitur mors: q̄
detrahēdo alios occidit. mordaciter dicitur ab inferno
ſequi. quia pro certo infernus appꝛehendit eum finali-
ter. ideo de iſto vidi dicitur Eccle. viij. Vidi impios ſepul
tos: qui cum adhuc viuerent in loco ſancto erant et lau
dabantur in ciuitate quaſi iuſtorum operum. Vidit er
go hypocritam bona diſſimulanteꝫ. ¶ Duodecimo di
co ꝙ iſte vidit iudicem malos exterminātem. poſtꝙ enī
multa in iſto mundo viſa fuerint dies iudicij ſicut vlti-
ma conſpicitur vbi mali recipient quod merentur. Et
ſic loquitur Apoca. xx. vbi dicit. Vidi ſedes ⁊ ſederunt
ſuper eas. et iudicium datuꝫ eſt illis. Sequitur. Et libri
aperti ſunt: et iudicatum eſt de ſingulis ſm̄ opera eorū
Ecce ergo que et quāta mirabilia dicit ſanctus ioānes
ſe vidiſſe. et quomodo diſcretionem legitur ad videndū
mirabilia extēdiſſe. Iſte eſt ergo qui potuit dicere Ioā.
ix. Abij et laui et vidi. Quia exēplo iſtius nos debem⁹.

Dimittere quod officit. Abij.
Abſtergere quod inficit. Laui.
Aſpicere quod proficit. Vidi.

Sic ergo dico ꝙ videre ſignat admirationem vel alicu
ius enarrabilis attentam conſiderationem et narratio
neꝫ. ¶ Sed adhuc dico ꝙ videre in bono ſignificato ſu-
mitur multis modis. Iuſti enim vident.

Diſcutiendo. Primum eſt videre iudicatiuuꝫ.
Inſpiciendo. Scd̄m eſt videre contēplatiuum.
Compatiendo. Tertium eſt videre miſeratiuum.

Dico ergo pꝛimo ꝙ pꝛelati vident diſcrete diſcutiendo.
Sicut enim aquila rex auium dicitur limpidiſſime vi-
dere. ſic illi qui reges ſunt et iudices aliorum debent vi-
ſum diſcretionis et diſcuſſionis habere clarum. et meri
ta ſubditorum promouendorum vel puniendorum diſ-
crete examinare. et cauſas negociorum caute diſcutere.
vt veritate comperta poſſint quod iuſtum eſt iudicare:
vnde apoſtolus Ephe. v. dicit. Videte quomodo caute
ambuletis. Et illud Col. ij. Videte ne quis vos decipiat
Et iſtud etiam. Mar. xiij. Videte vigilate et orate. Ubi
dicit ꝙ iſti debent eſſe.

Per diſcretionem illuſtrati. Videte.
Per attentionem excitati. Vigilate.
Per deuotionem occupati. Orate.

Sic ergo dico ꝙ pꝛelati habent videre diſcrete diſcutiē
do. Pꝛelatus enim debet eſſe ſicut oculus qui non ſolū
pro ſe: ſed pro toto corpore videt: ſicut ſpeculator qui pro
toto caſtro videt: vigilat et attendit. Ideo ipſis dicitur
Marci. xiij. Videte ne quis vos ſeducat. ¶ Secūdo di
co ꝙ attente vident contemplatiui ſcilicet cōſpiciendo
quia contēplatiui ſcilicet morales debent habere viſum
more lincis: qui videt vltra parieteꝫ: q̄ ſcꝫ iſti vidēt iſta
que ſunt in remotis partibus ſcilicet.

Superiora.
Inferiora.
Interiora.
Exteriora.

Superiora dico ſcilicet deū. angelos. beatos. bona eter-
na: et etiam quāta dei bonitas eſt et eius pietas: et qua
ſcilicet voluit carnem ſumere et crucem ſubire. Unde
Matthei. xxiiij. Videbunt filium hominis venientem
in nube quātum ad incarnationem. Luce. xxiiij. Videte
manus meas et pedes meos quantum ad paſſionem.
Et in pſal. Venite et videte opera domini ter. in conſi.
ſu. fi. ho. Unde dicitur Hiere. tertio. Leua oculos tuos
in directum et vide. Inferiora etiam debet videre ſcili-
cet mortem. iudicium et infernum. pſal. Ipſi viderunt
opera domini et mirabilia eius in profundo. ¶ Interio
ra etiam debet videre ſcilicet cor et conſcientiam conſi-
derando quantum proficimus: et quantum deficimus
quot culpas commiſimus quanta bona omiſimus: et
quanta pꝛemia amiſimus. Marci. xiij. Videte voſmet
ipſos ⁊c. ¶ Exteriora etiam debet videre ſcilicet quāta

Ayuntamiento de Madrid

eſt in carne vilitas. quanta eſt in mundo vanitas quã
ta eſt in hoſte fallacitas: vnde in pſal. Uidi preuarican
tes: et tabeſcebam: quia elo. tua non cuſto. Et ſic tales
cum ſuo quadruplici viſu figurabũtur in animalibus
ocularibus que habebant ante et retro totum corpus
plenuꝫ oculis. ſicut dicitur Apoca. iiij. et Ezech. j. et. x.
Contẽplatiui et literales. id eſt ſcolares debent videre
et attendere ⁊ ſtudere. Et ſi vis pone hic illa ſeptem que
pertinent ad ſcolaris viſus inſtructiones que ponunt
in lib. de oculo. vel pone ea que poſita ſunt ſupra de ſtu-
dere vel diſcere. Patet ergo ꝙ contemplatiui vident at-
tente conſpiciendo. Quod bene poteſt dici de ſubditis.
et religioſis qui ſemper debent videre et pre oculis ha-
bere mãdata ſuperiorum et exempla hominum melio-
rum. Ipſis enim dicũt ſuperiores illud Judicũ. vij. Quod
me videritis facere hoc ſtatim facite. quia ſicut diſcipu-
lus nititur facere quod magiſtrum videt feciſſe. ſic ⁊ iſti
debent. Juxta illud Joã. v. Nõ poteſt filius facere ꝗcꝗ̃
niſi quod viderit patrem facientem: quecũqꝫ enim ille fe
cerit hec et filius ſimiliter faciet. Contemplatiui ergo
vident attẽte conſpiciendo. ¶ Tertio dico ꝙ boni acti-
ui vident deuote compatiendo. quia ad bonum virum
pertinet pauperes et deſolatos videre eorũ miſerijs co
dolendo. De proprietate enĩ oculi eſt ꝙ faciliter plorat
multum enim habet de humido: et proprium eſt oculo
ꝙ ſuo cõpari aſſimilatur. et pro eius leſione aliquotiẽs
lachrimatur. Sic vere viri iuſti debẽt ſe pauperibus cõ
formare. ⁊ eis condolere et pro eorũ infortunijs lachry
mas compaſſionis emittere et ſtillare. Ad qḋ inuitant
ipſi pauperes. Tren. j. vbi dicitur. O vos omnes qui trã
ſitis per viam attẽdite et videte ſi eſt dolor ſimilis dolo
ri meo. Quod tamen eſt contra multos qui de viſione pau
perum non curantes ad ipſorum miſeriam non atten
dunt. Sicut enim ille qui eſt in lumine non videt eum
qui eſt in tenebris. ſed bene econuerſo qui eſt in tenebris
videt eũ ꝗ eſt in lumine. Sic vere chariſſimi illi qui ſunt
in lumine ꝓſperitatis non dignant videre homines illos
qui ſunt in tenebris miſerie et aduerſitatis: et ecõtra illi
qui in tenebris et in vmbra mortis ſedent. alios ꝗ ſunt
in proſperitatis lumine bene vidẽt. et ad ipſorum auxi
lium reſpiciunt ⁊ anhelãt. Quod bene figuratum eſt.
Gene. xl. in illo pincerna pharaonis. qui exiſtens i tene
bris carceris bene cognoſcebat ioſeph. ſed tãdẽ ad lumẽ
ꝓſperitatis eductꝰ ſuccedẽtibus ꝓſperis oblitꝰ eſt inter
pretis ſui in carcere remanẽtis. Exemplum audiui de
quodã ſcolari nobili. qui magiſtro ſuo dicere ſolebat et
conſueuerat. ꝙ ſi eps fieret. ipm egregie beneficiaret: ꝗ
tandem epus factus. de magri miſeria non curauit et
ideo quadã die ſibi partibus venienti magiſter in meri-
die cũ multis luminaribus ardẽtibus cereis ei occurrit
cui querenti cur hoc faceret. Reſpondit mgr. dñe nõ vi
detis. et qr vt video compaſſionis oculos perdidiſtis.
Iſti enĩ oculos habẽt ⁊ non vident. aures habent ⁊ non
audiunt ⁊c. Et breuiter iſtud eſt generale ꝙ hoĩes diui-
tes pauperes ꝓpinquos non ſolent libenter cognoſcere
ſi vero ad paupertatem ipos venire contingat. tũc ſolẽt
eos libenter cognoſcere ⁊ videre. Exemplo ſtrutionis
ꝗ oua ſua dum ſunt in ſabulo obliuiſcitur. cũ vero pul-
li creuerũt. ipos libenter recipit ⁊ maternis viſceribus
amplexatur. qr illi qui in ſabulo paupertatis iacent a
ſuis conſanguineis non videntur. ſi vero per proſperi-
tatem creuerunt. vel per dignitatem aliquam. libenter
ab eis cognoſcuntur. ſi vident promoueri in aliquo gra
du. dicunt enĩ nonne fuit filius illius. ⁊ ſic videntes et
dicentes iter ſe pater ſuus ſiue mater erat de genere no-
ſtro propinquo. ⁊ ſic cognoſcũt non in ſabulo pauperta
tis. Sicut enĩ habetur per ſcientiam perſpectiuam quic
ꝗd in aquam ponitur melius vr̃. vnde ponatur ꝙ dena
rius ſit in tanta diſtantia ꝙ non poſſit amplius appa
rere dicitur ſi in ea diſtantia ponatur in aqua. ꝙ ſtatim
clare cognoſcitur ⁊ videtur. Sic vere proculdubio cha-
riſſimi dato ꝙ aliquis a nobis diſtet tantum propter
ſui pauperis ſtatus difformitatem vel per remotam cõ
ſanguinitatem vel familiaritatem. ꝙ ipm nõ videamꝰ
et ꝙ de ipſo penitus non curamus. ſi cõtingat ꝙ iſte in
aqua mundane proſperitatis ponatur ſeu in dignitate
et ꝙ diues et proſper efficiatur. ſtatim ipſum cognoſci-
mus et videmus et non obſtante quacũqꝫ diſtantia ge
neris patrie ſeu ſtatus ipſum diligimus et amamus.
Quod bene figuratum eſt in nabucho. Dan. iiij. Quē
mutatum in beſtiam principes ſui eum de regno ſuo
eiecerunt: ſed cum ipſum viderũt remutatum in homi-
nem ipſum gratiſſime receperunt. Sic ergo ſicut dicitur
Joan. ix. Ut qui non vident videant. et qui vident ceci
fiant. Non ſic ergo ſed egenos pauperes et tribulatos
videamus. Exemplo Matthei. de quo dicitur. j. Ma-
cha. ij. Quod videns miſeriam filiorum iſrael doluit et cõ
tremuerũt renes eius. Juxta illud Abacuc. iij. Uiderũt
et doluerũt montes. Iſta ergo eſt triplex bona viſio cõ-
paſſionis attẽtionis et diſcuſſionis. ¶ Sed adhuc ho
die ꝓculdubio videtur verificatuꝫ illud Ezechie. xij. In
longũ differẽtur dies et ceſſabit omnis viſio. Quia ho
die ceſſauit apud prelatos viſio diſcutionis. Non enim
curant videre vel diſcutere de meritis cauſarum. ſed ꝓ
donatiõe burſarum. nõ de ſufficientijs perſonaruꝫ. ſed
potius de exactione pecuniarum non de iuſticia nego-
ciorum. ſed de receptione munerum vel donoꝝ. Quod
ptꝫ in multis prelatis. indignos ſine deliberatione pro
mouentibus. ⁊ multis iudicibus ſententias ſine debita
cauſe cognitione ꝑcipitantibus. Iſti enĩ videre nõ vidẽt
inquãtum merita ſingulorum nõ diſcutiunt nec rimã
tur. Gene. xxvij. Senuit yſaac et caligauerũt oculi eius
et videre non poterat. Item ceſſauit apud religioſos vi
ſio attentionis ſeu cõtemplationis. Quia proculdubio
iſti libẽtius vident hec terreſtria ꝗ̃ celeſtia temporalia
ꝗ̃ ſpiritualia. mũdi fauores et ſolatia ꝗ̃ celi dulcores et
beneficia. Ezechie. xiij. De prophetis inſpiciẽtibus ꝗ ſe
quũtur ſpiritum ſuum et nihil vident. Item ceſſauit in
actiuis viſio compaſſionis. quia ꝓculdubio nullus vi-
det alium ei compatiẽdo. ſed potius ad eum.

Deridẽdum.
Explorandum.
Contẽnendum.

Ad eum dico deridẽdũ. ps. Uiderunt me et mouerunt
capita ſua. Ad eum etiaꝫ ex
plorandum. Gene. xlij. Ut videatis infirmiora terre ve
niſtis. Ad eum inſuper cõtẽnendum. d. Sap. ij. Grauis
eſt nobis etiam ad videndum quoniã diſſimilis eſt alijs
vita eius. Et breuiter tales bone et ſpirituales viſiones
perierunt. et videntes vidẽda defecerunt. Eccle. xij. Ob
tenebreſcent videntes per foramina. Quibus premiſſis
poſſumus dicere ꝙ multa ſunt que viſuꝫ et diſcretionẽ
mẽtis impediũt ſicut optime ponit autor de oculo mo
rali et accepit de ſcientia perſpectiua ſcilicet Propter.

Digiti impulſionem.
Medij obſcurationem.
Nimiam attentionem.
Medij variationem.
Speculi appoſitionem.
Radij fracti reflexionem.
Diuerſi ſitus diſpoſitionem.
Directam appropinquationem.

Decipitur ergo viſus ꝓpter oculi fortem impulſionem
nam ſicut in ſcientia perſpectiua oſtenditur oculus im
preſſus digito vidit vnam rem eſſe duo. Sic procerto lo
quendo ſpiritualiter quando ab aliquo cõſiliatore ma
lo fortiter inducimur et impellimur. tunc male videre
et iudicare compellimur. Nam duo vnum videntur qñ
per malum conſiliarium aliquid fortiter allegat. Iſtud
patet de conſiliarijs principum et prelatorum qui ſiue
excuſant ſiue accuſant. ſemper de vna re faciunt videre
duo: quia ſcilicet ſi accuſent de feſtuca. ſolent trabem fa
cere et vt pecuniam exigant faciunt vnum defectũ duos
videri et apparere. Ita ꝙ accuſati poſſunt dicere illud.
ps. Uidentes me deriſerunt me. locuti ſunt labijs ⁊ mo.
ca. Si enim aliquem apud dominum commendãt et ex
cuſant: ita fortiter ſolent impellere ꝙ bona eius faciũt
duplicia apparere: ita quod ſufficientiam nõ vnius ſed

duorum

duorum in moribus cõtinere videtur. vt ſic dicat conſi
liarius illi cõmendato illud zacha.ix. Ego autem annũ
cians duplicia reddam tibi. Dicunt enim ipſi domino
ipſius vel magiſtro illud Math.xi. Quid exiſtis in de
ſertum videre prophetam. etiam dico vobis plus q̄ pro
phetã. Et illud Cañ.ſeptimo. Quid videbis in ſunami
te niſi choros caſtrorũ. Et breuiter iſti ſunt magi pha-
raonis qui de ſeipſis poſſunt dicere. Digitus dei eſt hic
Et bene magi: quia illud quod nihil eſt faciũt aliquid:
et quod aliquid eſt faciunt nihil videri. Si enim prin-
ceps vult exactiones facere vel aliquam maliciam exer
cere. ſtatim adeſt Achitofel: cuius cõſilium quaſi ſi q̄s
cõſuleret dominum: ſcꝫ cum alicuius falſe cauſe allega
tione ipſum impellit: et cum male iudicare cõpellit exẽ
plo aliorum tyrannorum. Dicit enim talis prelatus ſic
facit: et talis ſic. ſubditi veſtri tantum deliquerũt. vos
habetis modo talem neceſſitatem ⁊c. Si quis etiaꝫ pre
latus aliquem indignum vult promouere ſtatim adeſt
malus cõſiliarius ad excuſandum. q̄r ſi dicitur puer eſt
reſpõdit hieremiam et precurſorem fuiſſe pueros ⁊ Da
nielem puerum ſenes iudicaſſe. et de iniuſticia condẽ
naſſe. Si ignobilis et illiteratus. reſpondit ignobilia
mundi ſm apoſtolum electa fuiſſe. et apoſtolos ſtudia
nunq̄ frequẽtaſſe. Elinguis eſt. dicet. Aaron qui fuit im
peditioris lingue functus eſt ſacerdotio. Luxurioſus ẽ.
Sed et oſeas ꝓpheta fornicariaꝫ legitur accepiſſe mu
lierem. ⁊ dauid legitur adulterium commiſiſſe. Percuſ
ſor eſt ⁊ vinolẽtus. ſed ⁊ Petrus legitur gladio ꝑcuſſiſſe
dñs vini potator legitur dictus fuiſſe. Obiurgator eſt ⁊
cõtẽtioſus. Sed et paulus legitur petro apoſtolorum
principi in faciem reſtitiſſe. ⁊ ipſi apoſtoli leguntur q̄s
eorum eẽt maior cõtẽdiſſe. Et breuiter nullam cauſam
repulſionis poterit quis allegare: quin ipſam ſciat ma
lus cõſiliari⁹ excuſare quinimmo ſi ex toto inutilis et
ineptus dicit. reſpõdebit ꝙ ſanſon in mandibula aſini
philiſteos expugnauit. et ꝙ potẽs eſt ⁊ deus: ⁊ nunc de
lapidibus filios abrae ſuſcitare. O deus quot et quãti
tales digiti. curiam dominorũ frequẽtãt. ipſoſq̄ ad ma
le iudicãdum ⁊ vidẽduꝫ excecãt ⁊ inclinant. Ideo bene
cõſulitur. Eccle.xxxvij. A malo cõſiliario ſerua aiaꝫ tuã
Unde de talibus dicitur Eſa.lix. Digiti eorũ pleni ſunt
iniquitate. Impeditur ergo viſus per fortem impulſio-
nem: q̄r mali cõſiliarij ſunt illi de quibus dicit Eſa.xxx.
ꝙ ipſi dicunt vidẽtibus nolite videre: ⁊ aſpiciẽtibus no
lite aſpicere nobis ea q̄ recta ſunt. ¶ Scdo dico viſus
decipitur per obſcuram habitationem. q̄r ſcꝫ ex perimẽ
to ꝓbatur: ꝙ oculus exiſtẽs in aere turbulento non vi-
det nec percipit turbulantiam in qua manet: quãdo vo
ad clarum aerem venerit: tũc bene videt turbulentiã in
qua fuit. Talis turbulẽtia chariſſimi ẽ pctm̃: qḋ ſcꝫ ocu
lum ⁊ viſum rõnis intãtum turbat. ꝙ ibideꝫ exiſtens ſe
illic eſſe ignorat. ita ꝙ vilitatem ꝓprij ſtatus nõ videt
nec conſiderat: neq̄ ſpectat. Contra qḋ Hiere.iij. Leua
oculos tuos in directum ⁊ vide vbi nunc ꝓſtrata ſis: q̄ſi
vo ſurrexit de peccati vilitate in qua iacuerat tũc agno
ſcit. Exemplo frenetici q̄ dum eſſet in infirmitate nõ ſe
ſentit infirmuꝫ: q̄ſi vo ſanari incipit. tunc ſe eſſe fractũ
debilem et infirmum fuiſſe ſentit. In figura cuius dicit
Exo.xiiij. Nõ filij iſrael de ſeruitute egypti recedentes
leuauerunt oculos ⁊ viderũt egyptios poſt ſe. Quia pro
certo dum egyptus et egyptius. i. peccatũ et peccati ſta
tus dimittitur: tũc ꝑfecte cognoſcitur ⁊ videtur. Anſel-
mus de ſimilitudinibus dixit. ꝙ conſuetudo vitij eſt. vt
nõ facile videatur ab ipſo: q̄ ipõ premitur. ſed mox vt ceſ
ſauerit videntur ⁊ illa i qua quis iacuerit: et feditas tũc
ſentitur viſus ergo decipitur ꝑ obſcuram habitationeꝫ
¶ Tertio decipitur viſus ꝓpter nimiam mediationem
et attẽtionem. Unde ſicut ſenſibiliter experitur. et in pre
fata ſcientia probatur et monſtratur ad candelam. ꝙ ſi
oculum valde conuerteris ad aliquid. ⁊ virgam vel digi
tum in medio duorum oculorum intra te ⁊ rem viſam
poſueris. tunc duos digitos videbis. et quod mirũ eſt ſi
oculum dextrum clauſeris diſparebit imago ſiniſtra
e conuerſo ſi ſiniſtram dextra. Quod valde mirum repu
tat. Auguſti.x. de trinitate. Iſta deceptio accidit chariſ
ſimi in illis qui nimis attente reſpiciunt. quia carnaleꝫ
affectum habent ad nepotulos et parẽtes. Illud enim
quod vnum eſt videtur duo. quia bona eorum videntur
eis in duplo maiora q̄ ſint. ſicut omnia que vidẽtur in
aqua videntur eſſe maiora: et meliora eſſe creduntur.
Ut de tali viſione dicatur illud Ioan.xx. Inclinauit ſe
et proſpexit in monumentũ et vidit duos angelos. Iſti
enim habent duos oculos ſcilicet oculum dextrum ve-
ri iudicij: et oculum ſiniſtrum carnalis affectus: qui in
re viſa conſiderant dextra. id eſt eorum virtutes et pro-
fectus: quia ergo ſi iſti claudunt oculum dextrum recti
iudicij. ſtatim diſperit imago ſiniſtra: quia nihil vidẽt
in talibus de ſiniſtro et malo. quia ſi oculum ſiniſtrum
carnalis affectus clauderent et oculum dextrum veri iu
dicij apertum tenerent ſtatim dextra pars illorum diſ-
pareret. in quantum ſcilicet in ipſis nullum meritum
appareret. Quia breuiter clauſo carnali affectu et aper
to oculo recti iudicij nihil videtur in iſtis dextrum ſiue
bonum. ſed quia e conuerſo iſti oculum carnalis affe-
ctus aperiunt oculum vero recti iudicij claudunt. idcir
co nihil ſiniſtrum poſſunt videre. Sed cuncta ſolent bo
na et dextera exiſtimare. Unde de multis modernis af-
fectuoſis et carnalibus prelatis. et alijs parentũ ⁊ ami-
corum delectoribus poteſt dici illud Eſa.vj. Exceca cor
populi huius: et aures eius aggraua. ⁊ oculos ei⁹ clau-
de. ne forte videat oculis ſuis. et auribus ſuis audiat: ⁊
corde ſuo intelligat. Unde zacha.ix. oculus eius tenebre
ſcens obſcurabitur. Deluditur ergo viſus ꝓpter nimiã
attentionem ſeu meditationem. ¶ Quarto dico ꝙ de-
luditur viſus propter medij variationem. Res enim q̄
eſt in raro medio. ſicut aer videtur minor et remotior et
res que eſt in groſſo medio. ſicut eſt aqua videtur groſ-
ſior et propinquior. Et inde eſt quod baculus quanuis
ſit rectus. ſi tamen pars ſit in aqua: vel videtur fractus
vel tortus. Et ꝓ certo chariſſimi talis deluſio ſpiritua-
liter intellecta contingit in multis: quia ſcilicet quãuis
aliquis religioſus vel alius ſit rectus et perfectus. ſi ta
men aliquis videt eum in aquis deliciarum in parte ꝓ-
fuſum. vtpote quia laxat ſe ad aliquas mundi conſola
tiones. vel quia habet aliquas temporales diuitias vel
promotiones. ſtatim credunt eum eſſe fractuꝫ: deuium
vel iniuſtuꝫ. Iſtis deberet dici illud Mathei.vij. Quid
vides feſtucam ⁊c. Et ideo religioſi non debent in con-
ſpectu ſecularium conſolationes accipere. ne forte ſcan
dalum poſſint parere: et malas opiniones in eis gene-
rare. facile enim de prelatis et religioſis male iudicatur
et eorum vita magis mala q̄ bona in exemplum trahi
tur et habetur. Et ideo apoſtolus primo Corintio.viij.
Quãuis comedere ydololotita non eſſet peccatum. illa
tamen comedere coram infirmis prohibentur. ne viden
tes ſcandalizentur. et ad gehennam ducantur. Quia
ſicut dicit Claudianus. Regis ad exempluꝫ totus com
ponitur orbis. mobile ſemper cum principe vulgus.
¶ Quinto dico quod deluditur viſus ꝓpter ſpeculi ap-
poſitionem. Conſtat enim q̄ res viſe in ſpeculo viden-
tur euerſe: quia ſcilicet homo videt dextrum ſiniſtrum
et altum baſſum: et quod plus ẽ memoria illorum que
vidẽtur in ſpeculo valde eſt labilis: quod accidit ideo.
quia illa viſio cauſatur per reflexiões et fractos radios
non directos inde eſt ꝙ homo melius recordatur de for
ma alterius quam ſemel aſpexit nude q̄ de forma pro-
prie faciei quaꝫ in ſpeculo ſepe vidit. Chariſſimi per ſpe
culum quod eſt fragile. et tamen ſplendet intelligo mũ
di proſperitatem que fragilis eſt: et de facili frangitur.
ſculptum tamen videtur ſplendens et amabile modo
ſic eſt: ꝙ quicquid mediante iſto ſpeculo cernitur. nec
recte per radios fractos vel reflexos aſpicitur: quia pro
certo illi qui nõ nude vel directe ad hominem aſpiciũt:
ſed ipſum mediante ſpeculo mundane ſue ꝓſperitatis

diligunt.⁊ attendũt non eſt dubiũ ꝙ iſtam viſiones in
ſeipſos reflectant .inquantũ ꝓpriam vtilitatem in vi
ſione huiuſmodi ſemper querũt. Phili.ij. Omnes q̄ ſua ſunt
querunt.non que ſunt Jeſu xpi. Quid ergo procerto il
li vident aliquid in ſpeculo:ideſt illi cum viſum et aſpe
ctum cordis ad ſpeculum proſperitatis mundane ver
tunt deluduntur quia quod vnum eſt aliud credere no
ſcuntur.quod patet quia oīa vident prepoſtera ⁊ euerſa
Quia procerto viros iuſtos ⁊ ſanctos qui ī veritate ſũt
ſublimes et alti in rei reputatione .⁊ nobiles atqꝫ ſum-
mi vident et eſtimant.infimos.ignobiles.viles ⁊ depreſ
ſos econuerſo mali homines ⁊ iniqui.qui apud deum ⁊
in veritate ſunt infimi videntur a ſpeculanter videnti
bus eſſe ſummi.Et quare?certe quia ſpiritualia que in
veritate apud deum ſunt dextera et proſpera ab ipſis re
putantur ſiniſtra et aſpera.temporalia vero que apud
deum ſunt aduerſa ⁊ ſiniſtra precipua :et proſpera eſſe
credunt.Et igitur propter ſpeculum mundane proſpe-
ritatis viſus ⁊ aſpectus veri iudicij deluditur.in tantum
bonũ qḋ malũ ē ⁊ malũ quod bonũ eſt reputatur.Con
tra quos.Eſa.v.Ve qui dicitis bonũ malum ⁊c. Et be
ne iſti ponunt tenebras lucem et econuerſo quia procer
to iſti ſicut dictum eſt dextera reputant ſiniſtra ⁊ ſini-
ſtra reputãt dextera.temporalia exiſtimant proſpera et
ſpiritualia credunt aduerſa. Cuius tamen deus contra
rium facit quia procerto illud quod mundus credit al
tum.de⁹ credit infimũ et illud quod deus credit infimũ
mundus altũ credit .Quia ſicut dicitur.j. Corinthio.
j.Quod infirmũ eſt dei fortius eſt hominibus quia in-
firma mundi elegit deus vt confundat fortia.ſicut dici
tur ibidem:⁊ illa que mũdus dextera reputat ⁊ domin⁹
ſiniſtra predicat ⁊ aduerſa:⁊ econuerſo quod ſiniſtrum
⁊ aduerſum a mundo creditur a deo dextrum et proſpe
rum reputatur . Ita ꝙ deus mundane iudicanti ⁊ ſpe
culariter videnti poteſt dicere illud.Geneſis.xiij. Si ad
ſiniſtram ieris dexteram tenebo.ſi dexterã elegeris.ego
ad ſiniſtram pergo.Quod bene figuratũ fuit in patri
archa iacob.qui ſicut dicitur Geneſis.xlviij.Cum ordi
nati eſſent effraym ad dexterã qui erat primogenitus
Et manaſſes ad ſiniſtram qui erat ſecundogenitus.
Jacob benedictionem daturus cancellauit manus ⁊ de
xteram manum poſuit ſuper ſiniſtram :⁊ ſiniſtram ſup
dexteram. In quo poſſumus videre ꝙ ſummus patri
archa deus dextrum reputat quod mundus ſiniſtrum
et quod mundus ſiniſtrum .ipſe reputat dextrum. Nã
ſuper effraym qui interpretatur augmentũ.i.ſuper di
uites ⁊ opulentos qui modo videntur primogeniti eſſe
et dexteram proſperitatis tenere ſiniſtrã ſue iuſtitie de
us ponit.vt oſtendat eos non eſſe dextros ſed ſiniſtros
⁊ finaliter in ſiniſtra aduerſitatis eterne ponendos qñ
ſcilicet dicet tunc his qui a ſiniſtris ſunt. Ite maledicti
in ignem eternum ⁊c. Super manaſſen vero qui interp̄
tatur obliuio.i.ſuper pauperes qui nunc obliuioni dã
tur.⁊ qui nunc in ſiniſtra aduerſitatis locant̄.Et ſicut
vltimogeniti poſtponitur dexterã ſue gratie collocat
vt ſtatum eorum magis proſperum ꝙ aduerſum oſten
dat.⁊ vt dexteram eterne proſperitatis eis finaliter por
rigat quando ſcilicet his qui a dextris eius ſunt dicet ve
nite benedicti patris mei ⁊c. Pſ. Me ſuſcepit dextera
tua domine. Que etiã figurantur Apo.x. vbi angelus
pedem dextrum ſuper mare.⁊ ſiniſtrum ſuper terram le
gitur poſuiſſe.Et vere angelus teſtamenti chriſtus de
xterã proſperitatis eterne.mari.i.amaris et fluctuoſis
pauperibus extendit.ſiniſtrum vero eterne miſerie ſup
terram.i.ſuper terrenos diuites ponit . Quod inſuper ima
go crucifixi denotatur que dexteram aquiloni. i. illis q
ſunt in frigore aduerſitatis videtur oſtendere et promit
tere.⁊ ſiniſtram pene eterne ad meridiem.i.ad illos qui
nunc ſunt in claritate proſperitatis videtur extendere ⁊
donare.Circa quod eſt aduertendũ ꝙ imago virginis
ad aquilonem ponitur.Ad denotandum ꝙ deus nullũ
habet tam charum quin in mundo iſto aquiloni.i.mũ
di frigoribus et tribulationibus exponat vt ſic ſua diui
ne protectionis dextera ꝓtegatur ⁊ ad eterne proſperita
tis dexteram aſſumat̄.d.illud pſ. Dextera domini fecit
virtutem dextera domini exaltauit me. non moriar ⁊c.
Sic ergo patet quomodo viſus decipitur propter ſpecu
li appoſitionem. Sed quid? procerto talis viſio facta in
ſpeculo non eſt durabilis.q2 vere ſi quis mediante ſpecu
lo ſue proſperitatis ab aliquo aſpicitur diligitur ⁊ vide
tur ſua viſio faciliter obliuioni tradetur .quia deficien
te proſperitatis ſpeculo.nunꝗ amplius de eo recorda
tur.Etiam ſi homo ipſum ſe mediante tali ſpeculo re-
ſpiciat ita ꝙ oculum conſiderationis ſue:primo ad ſpe
culum in quo relucet.i.ad mundũ diuitias quas obti
net principaliter cõuertat.:ſtatim iudicando de ſeipſo
decipitur et ſibiipſi alius ꝗ ſit eſſe videtur. Et ſicut ſu
pra dictum eſt de ſeipſo dextrum ſiniſtrum ⁊ ſiniſtrum
dextrum.ideſt bonum malum.⁊ malum bonũ a ſuo de
cepto oculo eſtimabit. Unde tales dicere poſſunt illud
j.ad Corinthios.xiij. Uidemus nunc per ſpeculum in eni
gmate: nude ergo et non cum ſpeculo:⁊ nos aut alios:
videamus.et non ad fortunam:ſed ad naturam.non ad
proſperitatem.ſed ad perſone ſufficientiam:principali
ter intendamus quia alias ſicut dicitur Jacob.j. Hic cõ
parabitur viro conſideranti vultum ⁊c. Fallitur ergo vi
ſus per ſpeculi appoſitionẽ. ¶ Sexto dico ꝙ viſus fal
litur per radiorum reflexionem Uiſio enim que fit ꝑ ra
dios fractos vel reflexos nunꝗ eſt certa ſicut viſio nu
da et directa ⁊ inde eſt ꝙ ī quantitate rei viſe in ſpeculo
vel in aqua nunꝗ vere iudicat̄. Sic vere chariſſimi quã
do viſus recti iudicij per aliquod delectabile frangitur
tunc veritas cognitionis impeditur. Et inde eſt ꝙ quã
do auaricia.inuidia vel luxuria immiſcetur.nũꝗ de re
veraciter iudicatur. Et iſtud patet de doctoribus q quã
do vident peccatum directe , ſcilicet quando predicant
vel diſputant tunc quantitatis veritatem optime mon
ſtrãt ſi vero veniat tentatio que radios veri iudicij fran
gat.tunc procul dubio male iudicant . in tantum ad illḋ
quod condemnauerunt.ſe inclinant. Trenorũ.ij. Pro-
phete eius non inuenerunt viſionẽ a domino De inui
dis quid dicemus in quibus inuidia ita viſum recti iu-
dicij frãgit et cecat.de homine ꝗꝗ propinquo nihil bo
ni exiſtimant. Sicut.n.dicitur Gene.xxxvij. Uidentes
fratres Joſeph venientẽ dixerunt Ecce ⁊c. Dicunt enĩ
inuidi iſtud. Sapien.ij. Grauis eſt nobis etiã ad vidẽ
dum. Sed quid de auaricia iudicabimus. Iſta enim do
minatur in omni terra egypti.ſcilicet que oculos ſapiẽ
tium et verum iudicium contemplatiuũ ⁊ iudicatiuũ
peruertit:⁊ omnem veri cognitionem confundit. Iſtud
patet de munerum acceptoribus qui a veritate iudicij ex
cecantur. Iſti enim ſunt ſicut vrſus qui videndo peluẽ
candentem excecatur.quia ſcilicet dum iſtis munera ⁊
vaſa vbi ardor auaricie eſt incluſus offeruntur ipſi a ve
ro iudicio excecantur . Unde. Danielis decimotertio.
Auertunt oculos ſuos ne videant celum : et ne remini-
ſcantur iudiciorũ iuſtorum. Quia breuiter apud iſtos
nihil fit ſine muneribus: Sed cum muneribus quic-
quid volunt. Unde de malis iudicibus et eorum cu
rijs et familiaribus pulcre loquitur verſificator qui di
cit. Audito nummo quaſi viſo principe ſummo. So
luuntur value nihil auditur niſi ſalue . Patet ergo ꝙ
viſio deluditur per radij reflexionem . ¶ Septimo
dico ꝙ viſus deluditur propter diuerſi ſitus variatiõẽ
Probatum eſt in dicta ſcientia ſicut ponit dictus actor
de oculo. Quod oculus exiſtens in medio raro . vt pote
in aere.videt illud quod eſt in medio groſſo ſicut eſt aq̃
eſſe maius quam ſit in rei veritate. ⁊ econuerſo : qui eſt
in aere groſſo:videt illud quod eſt in medio raro eſſe mi
nus. Chariſſimi medium rarum et tenue ſignificat pau
pertatem. medium vero groſſum et pingue.ſignat tem
poralium facultatem. Pauperum ergo et diuitũ viſus
et diſcretio taliter deludit̄: ꝙ illi qui ſunt in raro pauꝑ
tatis.diuites ſunt ī groſſo medio terrene facultatis ma
gnos exiſtimãt:diuites vero pauꝑes quos ī raro vidẽt
paruos ⁊ minimos eẽ putãt. Unde breuiter ipſi pauꝑes

videndo

videndo magnos ſtatus diuitū dicūt illud Nume.xiij
Filios enachim vidimus ibi quibus comparati quaſi lo
cuſte videbamur diuites. ꝟo de pauperibus quos con-
temnunt dicunt illud Eſa .liij. Vidimus eum ⁊ nō erat
aſpectus: virum dolorum ⁊ ſcientem infirmitatem. Cō
tra quos dominus dicit Math.xviij. Videte ne contē
natis vnū ex iſtis ⁊c. Angeli eorū ſemper vident faciē pa
tris ⁊c. Deluditur ergo viſus per medij variationem.
❡ Octauo dico ꝙ viſus deluditur propter directam ap
propinquationem. Videmus enim ꝙ ſtella vel luna vi
detur maior quando a nobis eſt remota. ſcilicet in oriē
te. ꝙ quando eſt in pūcto meridionali, vbi conſtat ꝙ eſt
magis prope nos. Et ideo talis proculdubio deluſio in
uenitur quotidie in nobis quia pcerto illi qui ſunt ali-
quantulum a nobis remoti ⁊ minus familiares nobis
videntur nobis maiores ⁊ meliores. Illi vero quotidia-
ni familiares ⁊ propinqui ꝙuis pre ceteris ſint excellen
tes dicuntur reſpectu aliorū eſſe parui. Teſte eni. Oui
dio. Obſequium gratiam ⁊ familiaritas contemptum
parit. Iſtud etiam ad mortuos applicatur. quia cōſtat
ꝙ ꝙ diu aliquis viuit. ⁊ eſt prope nos. ſua quantitas. ſu
us honor: valor et bonitas non videtur quādo vero mo
ritur et a nobis elongatur tunc quantum erat vtilis co
gnoſcitur et eius ſufficientia melius declaratur. Iſtud
inſuper apparet de officialibus . ⁊ alijs maioribus qui
dum ſunt preſentes parui ⁊ mali reputantur. ſi vero re
ceſſerint ⁊ a nobis remoti fuerint tunc alijs deterioribꝰ
ſuccedentibus ipſi meliores eſſe probantur. Iniquitas
enim ſuccedentium auget famam precedentium. Vnde
Ezech.xvj. hieruſalem nequiſſime ciuitati dicitur. Tu
autem iuſtificaſti ſorores tuas ſceleratius agens ab eis
Illa ergo que ſunt remota melius videntur quia etiam
cecutiens melius videt aliquantulum a remotis: ſicut
de Hely dicitur. j. Regū. iij. Quod non poterat videre
lucernam domini donec extingueretur. Sic ergo patet
chariſſimi ꝙ viſus recti iudicij octo cauſis vel caſibus
deluditur ita ꝙ vnum aliud creditur vel videtur ⁊ ſic vi
ſio vana ⁊ falſa perficitur et cauſatur. Vnde de talibus
ſic videntibus dicitur Oſee.x. loquimini verba viſionis
b inutilis De quo tamē iudicio viſionis dauid ſe abſolui
rogabat dicens. in pſ. Auerte oculos meos ne videant
vanitatem. ❡ De videri confuſionis quo ſcilicet repro
borum opera praua que modo abſcondita ſunt ī die iu
dicij videbūtur poſſum dicere ꝙ lapis qui dicitur criſo
praſſus melius videtur de nocte ꝙ de die quia ſicut di-
cit Dyaſcorides. iſtum lux celat et prodit obſcuritas ſic
vitia talium que in die preſentis vite celantur in nocte
futuri iudicij videbuntur quia nihil opertum quod nō
reueletur ⁊ nihil abſconditum quod non ſciatur in die
iudicij. Vnde dominus loquens anime peccatrici dicit
ſic Ezech.xvj. Nudabo ignominiam tuam coram eis. ⁊
videbunt omnem turpitudinem tuam. ⁊ iudicabo te iu
dicio adulterorum. Nota ꝙ luxurioſi. preſumptuoſi in
uidioſi guloſi et curioſi volūt videre. ❡ Luxurioſi ꝯtra
illud Math.v. Qui viderit mulierē ⁊c. Sed de viſu ⁊ aſ
pectu mulierum vide ſupra vbi agitur de oculo luxurio
ſo. ❡ Item preſumptuoſi qui volunt videre ⁊ inquirere
de diuinis ſecretis. Contra quos Nume.iiij. Alij nulla
curioſitate videant que ſunt in ſanctuario. tales enim
per talem viſum incidunt in errorem. figurati in viris
bethſames: qui quia viderunt archam nudam. mortui
ſunt quia ſicut dicit dominus Exo.xxxiij. Non eni vide
bit me homo et viuet. Et ideo ipſe dicit. Moyſi ibidem
Poſteriora mea videbis faciem autem meam nō vide-
bis. Quia preceptum eſt ſimplicibꝰ ne faciem dei ideſt
ſublimia diuinitatis videant aut ſcrutentur ⁊ ꝙ in dor
ſo eius. ideſt ī ſuperficialibus ⁊ magis groſſis ſtudeāt
⁊ meditentur. deū enim nemo vidit vnꝙ ſicut dicitur.
Joannis quarto Quia ſicut dicitur. j. Thym. vj. Ipſe ē
qui lucem habitat, inacceſſibilem quē nemo hominū
vidit. ſed nec videre poteſt ſupple pro tempore vite pre-
ſentis nude ⁊ intime Alias tamen in vita futura ibi eū
videbimus ſicuti eſt. j. Joannis. iij. ❡ Item vident inui
dioſi. de quo in pſalm̄. Peccator videbit et iraſcetur dē
tibus ſuis fremet et tabeſcet etcetera. ❡ Item male vi-
dent guloſi ⁊ curioſi. Vnde Geneſis tertio: dicitꝰ ꝙ mu-
lier vidit lignum etcetera. ❡ Videri vero loquendo paſ
ſiue accipitur in bono ⁊ in malo. In bono qꝫ ſcilicet ma
lus dꝫ velle videri vt corrigatꝰ bonꝰ ꝟo vt eiꝰ exēplo aliꝰ
melior efficiatꝰ. Dico malꝰ vt caſtigetꝰ. Infirmꝰ ēni bene
vult vt medicus eum videat ⁊ vt eius conſulat ſanitati
Sic et peccator debet velle ꝙ peccata eius ſacerdos ī cō
feſſione videat. Prelatus ꝟo in viſitatione videat. ⁊ vt
ſalutis remedium interponāt. Vnde talis debet dicere
correctori vel confeſſori illud Tren. j. vide domine ⁊ con-
ſidera quia facta ſum vilis ❡ Item bonus vt per eum
alius informetur Exemplo boni magiſtri qui bene vult
ꝙ diſcipulus videat opera ſua et adiſcat. Et ſic dicitur
Mathei.v. Sic luceat lux veſtra coram hominibus vt
videant opera bona ⁊c. ❡ Sed verum illud videri paſ-
ſiuum accipitur in malo ⁊ ſic refertꝰ ad vanigloriōs hy
pocritas ⁊ curioſos qui volunt videri ab hominibus
et vt laudentur ab hominibus intueri Math.vj. Faci
unt opera ſua vt videantur ab hominibus. Similes
ſymie que gloriatur quando homines vident catulos
ſuos. Similes etiam pauoni qui gloriari dicitur quan
do cauda et rota ſua ab hominibus inſpicitur ⁊ videtꝰ.
Sic vere hypocrite qui habent pulcram conuerſatio-
nem ⁊ mulieres. Et iuuenes que habent pulcram iuuē
tutem bene vero parati et induti qui habent pulcrum
ornatum et diſpoſitionem ab hominibus videri cupi
unt. Et ideo quicquid habent pulcrum vt videatur
oſtendunt ſi non haberent niſi truncum. Valde bene
oſtendunt: Patet in iſtis armigeris tam in veſtibꝰ ꝙ in
alijs dicentes illud Sapien.viij. In multitudine vide-
bor bonus et in bello fortis. Contra illud Math.vj. At
tendite ne iuſtitiam veſtram faci. Sed de tali videri vi
de lupra de apparere in titulis conſimilibus. Iſta igitꝰ
de videre ſufficiant. Vide de. Aſpicere. Apparere Oſten
dere et ſimilibus titulis. Et ſic ſufficit.

## Videte quomodo caute am

buletis Ephe.v. In lumine tuo videbimꝰ. pſalm̄. Quia
preclariſſimi ad viſionem corporalem non ſolum eſt ne
ceſſaria obiecti preſentatio. nec ſolum neceſſaria eſt or
gani diſpoſitio quinimmo neceſſaria eſt luminis influ
tio. Hinc eſt ꝙ nos qui ſecundum thematis noſtri con
tinentiam de viſu morali locuturi ſumus non ſolum in
digemus obiecto materiarū nobis preſentato: organo
potentiarū bene diſpoſito. quinimmo ſuper omnia in
digemus lumine diuine gratie nobis ſurſum a patre lu
mine deriuato. Et hoc videtur dicere verbum ſuperius
ſecundo dictum. In lumine tuo videbimus lumen. Ac
ſi dicat ꝙ ſine lumie diuine gratie nihil vtiliter videre
vel cognoſcere poſſimus. Iſtud eſt enim lumen qḋ non
ſolum illuminat cognitionem quinimo mouet ⁊ infor
mat rectam et debitam locutionem. ideo indigemꝰ lu
mine diuine gratie vt vtiliter videre vel cognoſcere poſ
ſimus. Quia procerto chariſſimi nec predicator bene vi
det ſeu loquitur. nec auditor bene retinet ſine hoc lumi
ne. Quod probari poteſt.
Naturaliter
Figuraliter.
Exemplariter
Scripturaliter
❡ Naturaliter enim iſtud patet ī iſtis auiculis que ad
ueniente ſolis lumine ſolent dulcius ⁊ letius reſonare.
et voces ſuas altius exaltare et creatorem ſuū modulo
ſuo attentiꝰ collaudare ❡ Figuratr iſtud pꝫ in apoſto
lis q̄ tunc varijs linguis dei magnalia locuti fuerunt
qn̄ lumē celeſte. ſ. ſpm̄ ſanctū in forma luminoſa ignea
receperunt ❡ Exemplariter illud probo ⁊ hoc quidē p
exemplum ſatis mirabile legitur enī ꝙ alexander poſt
ꝙ Indias pagraſſet et ad terminos liberi patris et ad
herculis colūnas attigiſſet īuēit ī deſerto duas arbores

Ayuntamiento de Madrid

ſoli et lune dedicatas. ⁊ ipſis ſpecialiter a gentilibus cõſecratas. que quidem arbores certis temporibus loquebantur ⁊ de omnibus queſitis reſponſa certiſſima querentibus fatebantur. Erat enim error gentiliũ ꝙ ſol et luna in his arboribus eſſabantur. verumtamẽ ſic erat ꝙ iſte non loquebantur: nec reſpondebant. niſi quãdo lumen ab iſtis ſuis numinibus recipiebant. vnde ſic fiebat ꝙ in mane quando ſolares radij tangebant arborẽ ſolis. ipſa arbor querentibus reſpondebat. In ſero ṽo arbor lune querentibus loquebatur. quando lux lunaris ſuper eam influebat. Reuera chariſſimi ſic eſt ꝙ predicatores poſſunt dici apoſtoli. poſſunt dici arbores. Aues quia debent volare celeſtia contemplando. Pſ. Volauit ſuper pennas ventorũ: apoſtoli ſunt et nuncij. quia debent fidei et morum myſteria nunciare auditoribus predicando Eſaie. lxvj. Nunciabũt gentibus fortitudinem meã. Arbores ſunt: quia debent fructificare bona opera faciendo et etiã fructũ doctrine ꝓferre alios erudiẽdo Danielis. iiij. Ecce arbor in medio terre ⁊ fructus eius nimius Et ſpecialiter iſti debent eſſe arbores ſolis ⁊ lune quia ſcilicet ſoli iuſtitie chriſto ⁊ lune perfecte in eternum. ideſt virgini glorioſe debent eſſe dati et dedicati per deuotionem ⁊ confeſſionẽ eiſdem penitus conſecrati. Ita ꝙ de iſtis poteſt dici illud Eſa. lx. Non occidet vltra ſol tuus ⁊ luna non minuetur. iſti etiam ſunt arbores que habent loqui omnimodã ſanctitatem. ⁊ de ſecretis fidei reſpondere querentibus veritatem. Eccleſiaſtici. v. Si tibi eſt intellectus reſponde ꝓximo Et in pſ. Magnificentiam glorie tue loquentur et mirabilia tua narrabũt. Sed quia procerto iſti nunꝙ poſſunt nec bene loqui. nec bene dicere. nec bonũ reſponſum alijs facere niſi celeſtis luminis. ideſt diuine gratie radijs tangantur. ⁊ niſi ſolis ⁊ lune. ideſt chriſti et Marie lumine ſeu gratie perfundantur. Teſte beato Gregorio. Inuanũ laborat lingua predicatoris niſi intus fuerit gratia ſaluatoris. Et hoc etiã ꝓbatur quarto ſcripturaliter. quia mar. vij. de illo muto et ſurdo dicitur ꝙ cum chriſtus ipſum ſputo tetigiſſet: ſolutũ eſt vinculum lingue eius et loquebatur recte Chriſtus enĩ interpretatur vnctus. ⁊ ſignificat celeſtem vnctionem ꝗ ſcilicet mutos ideſt predicatores inſcios et ſurdos. i. tepidos auditores facit diſcere loqui et predicare et attẽte intendere et audire. Et ſequitur Bene omnia fecit. i. ſurdos diuina gratia fecit audire ⁊ mutos loqui. igitur chariſſimi pro iſto lumie celeſti impetrãdo ad iſta duo numina ſolem et lunam ideſt chriſtum ⁊ mariam ſupplex recurramus. et ipſam lunam. i. beatam virginẽ pro obtentu iſtius luminis ſalutando dicẽtes. Aue maria ⁊c. Videte quomodo caute ambuletis Ephe. v. Chariſſimi ſicut ex ſcripturis poſſumus colligere preter viſionẽ corporalem ſenſibilem et communem quatuor ſunt ſpecies mentalium viſionum. Eſt enim. viſio

| | |
|---|---|
| Naturalis vel mathematica. | Vident philoſophi. Mathe |
| Figuralis vel enigmatica. | matice ⁊ natura |
| Moralis atꝙ ſantifica | liter. Contẽ |
| Realis atꝙ beatifica. | platiui enigma |
| Prima eſt viſio demonſtratiua. | tice ⁊ figurali |
| Secunda eſt viſio optatiua. | ter. Viri iuſti ſãc |
| Tertia eſt viſio meditatiua. | tifice vel mora |
| Quarta eſt viſio intuitiua | |

liter. Viri vero beati certifice vel realiter: Eſt ergo quedam viſio Philoſophantium Fidem tenentium. Iuſte
B viuentium. Beate fruẽtium. ¶ Dico ergo primo ꝙ eſt quedam viſio naturalis ⁊ mathematica: ꝗ quandoꝗ ẽ vana ⁊ curioſa et ſub iſta volo comprehendere omnem ſcientiam literalem ſiue ſit phiſica ſiue ſit ciuilis vel canonica. quia procerto tales ſcientie quãto cordi magis approximantur. tanto maiora mala quantum ad animam operantur. Nam ſicut ocul9 corporalis hebetatur quando reſpicit nimiam claritatem. ac etiam viſus excecatur quando reſpicit peluem cãdentẽ Et ſicut claritas exceſſiua ſolet ſpiritum viſualem attrahere ⁊ diſgregare nihilominus vero calor humorem neruorum viſualium deſiccare et ſic neceſſario oculum excecare ſic vere chariſſimi quando oculus mẽtis noſtre nimis curioſe attendit et reſpicit ad claritatem ſubtilitatum ſcientialium ſpiritus interioris affectionis ita quandoꝗ delectatur ⁊ attrahitur ⁊ ita per varias opiniones. ⁊ ꝑ magnas ſciendi affectiones diſgregatur ⁊ diſpergitur ꝙ humor gratie in eo conſumitur ꝙ homo ſiccus ⁊ indeuotus efficitur et ſic ſpiritualiter excecat̃ figurati Act. ix. in apl'o Paulo quẽ primo circunfulſit lux de celo et ſtatim extitit excecatus ita ꝙ apertis oculis nihil videbat Ad denotandũ ꝙ ſplendor ⁊ ſubtilitas ſcientiarũ mentem ſpũaliter excecat ⁊ dato ꝙ homo oculos intellectus habeat apertos ⁊ acutos de his tamen que ad ſalutem pertinent nihil ſpectat. ſicut ad literã videmus de inutilibus clericis in ſpiritualib9 hebetatis atꝗ cecis vñ. Hiere. v. Stultus factus eſt omnis homo ſcientia. Quod etiam figuratum eſt in eua que videns ſcientie lignum contempſit lignum vite. ⁊ dũ ipſi9 fructũ guſtauit. et lignum vite ⁊ paradiſi amenitatem amiſit Sic vere multi ſunt qui plus volunt ſcire ꝙ̃ viuere. ſciẽtiam ꝙ̃ gratiam ſubtilitatem ꝙ̃ ſanctitatẽ. ⁊ ideo dũ ſcientiarum fructum guſtant et colligunt lignum vite ideſt diuinam gratiam et deuotionem negligunt et paradiſum neceſſario perdunt. Et ideo de tali curioſa viſione dicitur Eccleſiaſti. iij. Altiora te ne queſieris. ⁊ in ſuperuacuis rebus ne fueris curioſus. Non enĩ eſt neceſſarium que abſcondita ſunt videre oculis tuis. Iſta eſt ergo viſio ſcientifica ꝗ eſt curioſa Rom. xij. Non pl9 ſapere ꝙ̃ oportet ſapere. Scđo dico ꝙ eſt quedam viſio enigmatica que ẽ caliginoſa et iſta ẽ viſio fidei. Quia ſicut aues nocturne que habent debilem viſum non poſſunt videre lumen ſolis. ideo de nocte in lumine tanꝙ̃ magis contemperato volitant Sic et nos pro tempore huius vite intellectus viſum valde debilem habemus intantũ ꝙ claritatẽ ſolis ideſt myſteria regni dei nude videre et clare cognoſcere non valemus donec lunare. i. obſcurũ fidei lumen. i. lumẽ et cognitionẽ nobis voluerit dominus concedere et ipſum temperato lumine videremus figuratũ in Moyſe cuius vultum ſplendidum et cornutum filij iſrael videre non poterant quaꝓpter velamen ſuꝑ faciem ſuam poſuiſſe legitur. et ſicut legitur filij iſrael vultum ipſius contemperato lumine aſpexiſſe. Sic vere quia ipſius moyſi. i. ipſius dei nõ poſſumus videre diuinitatem aut claritatem. nec faciẽ cornutã. nec maieſtatem vel poteſtatem adhibuit fidei velamentum quo. ſcilicet mediante vultũ ipſius cernim9 et ipſum naturaliter conſpicim9 et videmus. Et de hac tali caliginoſa viſione loquit̃ apl'us j. Cor. xiij. Videm9 nũc per ſpeculũ in enigmate. Iſta eſt ergo viſio enigmatica que eſt caliginoſa. ¶ Tertio dico ꝙ ẽ viſio moral' et ſctifica ꝗ ẽ vtilis ⁊ fructuoſa. ⁊ iſta nihil aliud eſt ꝙ̃ ſpiritualiter meditatio ⁊ cognitio qua nos videm9 ⁊ attẽdimus illa que pertinent ad ſalutem. ſ. vtilia ꝗ ſunt facienda ⁊ nociua que ſunt fugienda ⁊ ꝑcauenda. Exemplo galli qui vnũ oculum ad granũ inueniendũ ad terrã vertit aliũ vero ad accipitrẽ precauendũ ſurſũ erigit ſignificãs. ſ. virũ iuſtũ ꝗ vnũ oculũ. i. conſiderationis ṽtit ad grana virtutũ querẽda alium vero erigit ad nociua omnia precauenda. Et machinamenta accipitris dyaboli euitanda Coloſſen. ij. Videte ne quis vos decipiat Hec eſt ergo viſio ſanctifica ⁊ fructuoſa que eſt vtilis. ¶ Quarto dico ꝙ eſt quedam viſio beatifica que ẽ gaudioſa: et iſta eſt procerto illa qua beati in patria vident intuitiue ⁊ communicatiue eſſentiam deitatis de qua dicitur ꝙ viſio eſt tota merces ſignificati per philoſophos yndorum de quibus dicit Solinus ꝙ indi i orenis feruentibus ſolem irreuerberatis oculis intuentur ⁊ in ipſo orbe candentis luminis quedam ſecreta inceſſanter rimantur. Sic vere ſancti angeli in ipſo deſerto et in loco occulto paradiſi non ceſſant ſolem. i. claritatem diuine ẽntie cõtemplari ⁊ ſecreta deitatis videre cognoſcere ⁊ rimari ⁊ i hoc multipli delectari iuxta illũ eccle xj. delectabile ẽ oculis videre lumẽ ⁊ illũ Geñ. xxxiij. Vidi dñm

Ayuntamiento de Madrid

di dñm facie ad facieꝫ ⁊ ſalua facta eſt anima mea. Et ſicut dicitur .j. Pet. j. Iſte eſt in quem deſiderant angeli proſpicere. Figuratus in ſalomone. de quo dicit. iij. Regum. x. Quod omnes reges terre deſiderauerunt videre faciem ſalomonis ⁊ audire ſapientiaꝫ eius. Quid ergo chariſſimi procerto. ꝙ apoſtolus in themate preaſſumpto non nos monet ad iſtā viſionē beatificā: quia bene ſcit ꝙ iſta non eſt pro tempore huius vite apprehendenda. nec ad viſionē fidei ſeu enigmaticā. quia ſupponit. ꝙ quilibet habeat eā. nec etiā ad viſionē ſcientialē mathematicā: quia iſta quandoq̄ nocet magis q̄ proficit ſed vere ipſe monet nos ad viſionē moralem ſeu ſanctificam: que ſcilicꝫ nos bona docet eligere. mala fugere. recte viuere: ⁊ ad gloriam paradiſi per paſſus bonoꝝ operum ambulare. ⁊ hec facit in themate preaſſumpto. Videte ⁊c. In quibus apoſtolus facit tria. Vidit eñ apoſtolus. ꝙ hō in mūdo generaliter patiebat tria mala. ſ.

In cognitione ignorantiam.
In conuerſatione inſolentiam.
In operatione negligentiam.

In cognitione carebat lumine directiuo. In conuerſatiōe carebat ordine correctiuo. In operatiōe carebat lumine commotiuo. ¶ Contra iſta tria

Ignorantiam monet illuſtrari.
Inſolentiam monet regulari.
Negligentiam monet excitari.

¶ Habeamus ergo in aſpectu mentalis ſapientie ſplē dorem. Videte. Habeamus in affectu moralis moderātie decorē. quomodo caute. Habeamus vitalis operationis progreſſionē ambuletis. Mentalis meditatio ſenſus atq̄ cognitio: nobis iniungitur. Moralis ordinatio modus atq̄ diſcretio. nobis inducit. Vitalis ope-
C ratio motus atq̄ progreſſio nobis precipit. ¶ Habeamus igitur primo ⁊ principaliter in profectu morali diligentie vigorē. ambuletis. ⁊ principaliter ꝙ nos debemus habere in aſpectu mentalis ſplendorē ſapientie videte inquit. primo ſapientiā. prudentiam ⁊ veraꝫ cognitionem. Iſta eſt ergo veritas. quia viſus cordis inter ceteras partes corporis eſt magis nobilis ⁊ magis appetibilis ⁊ commendabilis. Et iſtud patet

Exemplo nature.
Enigmate figure.
Autoritate ſcripture.

¶ Exemplo dico nature: qꝛ viſus inter potētias corporales magis eſt ſpiritualis. ⁊ inde eſt ꝙ phiſonomi magis iudicant de anime paſſionibus. ⁊ de hominis cōditionibus per oculū ⁊ viſum q̄ per alia queq̄ membra. Ad quod etiā ſcriptura Ecclesiaſti. xix. Ex viſu cognoſcitur vir. ⁊ ex occurſo faciei cognoſcitur ſenſatus. Iſte eñ eſt ſenſus qui totum corpus habet regere ⁊ cetera mēbra gubernare: ⁊ ideo natura voluit omne perfectū animal viſu tanq̄ dono nobiliori ⁊ potiori nobilitate dotare ⁊ etiā decorare. ¶ Item patet enigmate figure. Quia ſicut legitur Leuit. xxi. Ipſe deus nature ſeruitores clare videntes, ⁊ ſenſum viſus habentes habere voluit. et omnes cecos et oculis maculatos a ſuo miniſterio repudiauit. ⁊ eos ab ingreſſu interioris tabernaculi reprobauit. ¶ Item iſtud patꝫ autoritate ſcripture. Quia in ſcriptura patet. ꝙ illi qui viſu carebant ſe viles et miſeros reputabant. Sicut patet de thobia Thobie. v. Quale gaudium eſt mihi ⁊c. Illi etiam qui viſum non habent. ipſum tanq̄ donum nature precipuū totis affectibus appetebant: ſicut dicitur de illo ceco Ieſu adducto. cui cum dixiſſet dominus. quid tibi vis faciam? reſpondit. domine vt videam. Si ergo corporalis viſus qui regit totum corpus cōmendatur. ⁊ in ſcriptura ⁊ in figura ⁊ in natura. Multomagis eſt cōmendabilis viſus ſpiritualis ſcilicet prudentia ſeu meditatio et circumſpectio virtualis. quia ſcilicet anima regitur: que inter ceteras virtutes ſpecialior et vtilior iudicat. Iſta eſt eñ quam omnis homo ⁊ omne animal perfectam tenetur habere. Iſta eſt per quaꝫ a brutis. ideſt a peccatoribus diſtinguimur. Iſta eſt ſine qua nullus dignus miniſtrandi in tabernaculo militantis eccleſie iudicatur: ſed potius tanq̄ indignus ab officijs ⁊ beneficijs eccleſiaſticis a domino reprobatur. Iſta eſt ſine qua homo miſer ⁊ flebilis reputatur. Iſta eſt que in ſpeciali viris eccleſiaſticis iniungitur ⁊ mandatur. videte inquit Marci. xiij. Videte vigilate ⁊ orate. Sꝫ heu ꝓh dolor videtur. ꝙ vltima pars prelibate figure hodie tenetur ad vnguem. ⁊ hodie in hoc articulo videtur eccleſia iudaizare. Dicitur eñ Leuiti. xxi. ⁊ ſequenti capitulo. ꝙ dato ꝙ quis propter maculam vel albuginem vel etiam ceſſitatem vel aliam quācunq̄ maculam quam in oculo pateretur. deberet a miniſterio ⁊ ab ingreſſu interioris tabernaculi. vt dictum eſt reprobari. Si tamen erat de genere ſacerdotum non propter hoc a comeſſione panum ⁊ ſacrificioꝝ que offerebantur in tabernaculo repellebantur: immo portionem ſuam ſicut illi qui clare videbant percipere noſcebantur. Sic reuera chariſſimi hodie videmus. ꝙ multi ſunt in eccleſia militante. qui dato ꝙ ipſi ſint ſpiritualiter ceci ⁊ ignorantes. ⁊ diuerſas vitiorum maculas ſuſtinentes. dato ꝙ ipſi bene caueant. ne deo in tabernaculo eccleſie ſeruiant aut miniſtrent. qđ qꝛ vix aut nunq̄ ipſum eccleſie tabernaculū intrent: niſi forte ꝓ fructibus ⁊ diſtributōibus colligendis. Iſtud tamen eſt verum. ꝙ dum ſint de genere ſacerdotum. ideſt conſanguinei prelatorū. nunq̄ propter hoc a perceptione panum ſacrificioꝝ. ideſt beneficiorum eccleſiaſticoꝝ et bonoꝝ que dudum a ſecularibus in tabernaculo eccleſie ſunt oblata repellūtur: ſed potius q̄q̄ cecus ⁊ indignus portionem ſuam pinguē ⁊ lataꝫ inde recipere comprobantur. Quinimmo quod dolendū eſt tales cognati ſacerdotum et ipſoꝝ conſanguinei dato ꝙ ſint ignorantes ⁊ ceci. ⁊ diuerſis vitioruꝫ maculis irretiti. ſunt ipſis clare videntibus. ideſt diſcretis viris ſufficientibus in domo ⁊ tabernaculo eccleſie. ditiores: ⁊ de iſtis panibus ⁊ ſacrificijs pinguiores. Iſta eñ eſt regula ſecundū Pliniū. ꝙ de catulis canuꝫ. ille qui tardius videt eſt pinguior. Pinguedo lactis retardat viſum. Sic vere ſepe fit. ꝙ qui eſt magis cecus ⁊ imbecillis eſt in bonis eccleſie magis pinguis. Quia ſicut videmus multi viri clare videntes. ideſt viri ſcientifici. ⁊ ſufficientes in eccleſia pre paupertate languent: tales vero ſuperfluūt ⁊ abūdant: de quo plangendo poſſunt dicere illud Luce. xv. Quanti mercenarij in domo patris mei ⁊c. Iſtud eñ verum eſt. ꝙ animalia crudelia et guloſa pariunt catulos imperfectos: ſicut patet de leone. qui parit mortuos: de vrſo qui parit in nullo formatos aut figuratos. de vulpe: lupo. ⁊ cane qui pariūt cecos. Et eſt cauſa quare iſti informes pariunt: quia etiam ipſi a ſuis parentibus informes ⁊ ceci parturiti fuerunt. Et ideo ratione ſimilitudinis filios informes parturiunt et emittunt. Sic vere chariſſimi animalia crudelia ⁊ guloſa. ideſt ſuperiores crudeles ⁊ raptores. ambitioſi ⁊ auari: ſolent hodie i ſuis antris ⁊ cubiculis ideſt in ſuis officijs et beneficijs et dignitatibus. filios ideſt ſubditos informes ⁊ male compoſitos. cecos. inſcios et ignaros introducere et parere: ⁊ ipſos indebite promouendo inibi generare. eo ꝙ ipſi ſimili modo. ſcilicet per carnalem affectum et per ſymoniacum ingreſſum fuerūt ceci ⁊ informes. mali ⁊ inſufficientes. in cubilibus eccleſie collocati. Et illud videtur figuratuꝫ Luce. xiiij. In illo patrefamilias qui miſit ſeruuꝫ ſuum. d. Exi inquit per vicos ciuitatis ⁊ quos inueneris debi. cecos ⁊ claudos. introduc huc vt imple. do. me. Quia reuera iſti hodie implent domum eccleſie viris debilibus ⁊ inconſtantibus. viris claudis. ⁊ duplicibus: viris cecis ⁊ ignorantibus ⁊ ad vtranq̄ partem nunc a dextris adulando: nunc a ſiniſtris detrahendo claudicantibus ⁊ vacillantibus. Et tamen iſti deberent attēdere ad illud quod dictū fuit Dauid hieruſalē ingredienti. Non ingredieris inquiunt huc. niſi abſtuleris cecos ⁊ claudos: quia ſcilicet tales debent de hieruſalem. ideſt de eccleſia non introducere: ſed tollere non promouere: ſed remouere non parturire: ſed potius eijcere et bannire. Cuius contrarium faciunt vt dictuꝫ eſt. Et breuiter de



Ayuntamiento de Madrid

Nis qui per malos ſuperiores in eccleſiam introducun
tur poteſt quilibʒ malus introductor dicere illud Hie=
remie.xxj. Ecce ego ducam eos de terra aquilonis. ⁊ cō=
gregabo eos ab extremis terre. inter quos erūt cecus ⁊
claudus. pregnans ⁊ pariens ſimul. Et ſic applica. quo
modo ab extremis terre. ideſt de patria ſua congregant
ad eccleſiam in qua' preſunt ſuos cecos et ignorantes
nepotes ⁊ etiam quomodo quandoqʒ inter eos ſunt cō
cubine pregnantes ⁊ parientes. Non ſic chariſſimi nō
introducantur in eccleſiam homines ignorantes: ſed
potius ſcientifici prudentes videntes et cognoſcentes:
videte inquit. Ut ſic inuitando dicat ſuperior illud p̄s.
Uenite ⁊ videte omnes qui timetis deum: vt etiam ta=
les ſic videntes ſint ſimiles oculis: quorum officiuʒ eſt
videre qui mobilis et vertibilis ſunt nature. Ut ſcilicet
vnam rem ſolūmodo non videant. ſed ad omnia conſi=
deranda ſeſe vertant. Sic vere nos per conſiderationeʒ
debemus nos ad omnem partem vertere. vt poſſimus
non ſolum vnū: ſed vniuerſa vtilia cognoſcere: ⁊ vniuer
ſa nociua precauere. Et hoc eſt quod precipitur Geneſ.
xiij. Leua oculos tuos in directuʒ ⁊ vide de loco in quo
nunc es ad aquilonem ⁊ meridiem. ad orientem ⁊ occi=
D dentem. ¶ In quibus verbis aduerte ꝙ homo debet vi
dere ⁊ conſiderare multa ſcilicet

Deum.
Seipſum.
Proximum.
Mundum.
Egenum.
Impium.
Paradiſum.
Terminum.

Et ſic no=
ta. ꝙ in iſta
autoritate.
oſtenditur
Diuina bo
nitas que
eſt metuen
da. Huma
na vilitas. que eſt intuenda. Fraterna charitas. que eſt
attendenda. Mundana vanitas. que eſt contēnenda.
Egeni paupertas que eſt nutriēda. Impij libertas. que
eſt punienda. Celi felicitas. que eſt appetenda. Finis ne
ceſſitas. que eſt preuidenda. Et ſic dico. ꝙ tu debes vide
re Deum qui eſt ſuperior Le. ocu. tuos. Teipſum. qui es
interior. in directum. Proximum qui eſt exterior. Et vi
de. Mundum. qui eſt inferior. de lo. in. q. n. es. Egenum
qui eſt ſterilior. ad aquilonem. Impiuʒ. qui eſt deterior
ad meridiem. Paradiſum. qui eſt felicior. ad orientem
Finem ſeu terminuʒ. qui eſt aſperior. ad occi. ¶ Iſti em̄
ſunt octo partes conſiderationis ad quas debʒ oculus
mentis noſtre deuolui: ⁊ que debemus videre ⁊ menta=
liter perſcrutari. ¶ Igitur primo dico ꝙ videre debʒ ho
mo dei bonitatem. que eſt ſuperior. quod oſtenditur cū
dicitur. Leua oculos tuos ſupple. ad deum conſideran
dum: ad maieſtatem eius meditandū. ad ipſum timen
dum. amandum ⁊ honorandum. ⁊ ad ipſius miſericor=
diam implorandum p̄s. Ad te leuaui oculos meos. qui
habitas in celis. Quia reuera chariſſimi ſicut oculus
corporalis ſitus eſt in alto loco ſcilicet in capite. Sic ve
re oculus cordis noſtri ſitus debʒ eſſe in capite noſtro
deo. Et iſtud probare poſſumus

Per naturam.
Per figuram.
Per ſcripturam.

Per naturā
dico: quia p=
certo natura
videtur nobis ad hoc formaſſe vnum exemplum ſatis
optimū. ſicut eniʒ dicitur libro de proprietatibus reruʒ
Eſt quidā piſcis qui nominatur granus. qui vnicuʒ ha
bet oculuʒ ⁊ iſtū habet in occipitio capitis ſupra caput
contra naturā omniū alioꝝ piſcium. ita ꝙ iſte poteſt vi
dere ſuperius et nunꝗ inferius. Sic vere homo qui in
mari. ideſt in amaritudinibus mundi vagat ⁊ fluctuat
ſicut piſcis Abach. j. Facies hominis ſicut piſcis maris
debet vnum oculum. ideſt vnicā ad deū affectionē ⁊ in=
tentionem habere quā ſcilicet ſurſum in ſuperiori par=
te rationis debet tenere. Et ſic deū qui eſt ſuperius de=
bet continue meditari ⁊ videre. ⁊ ad iſta. que ſunt infe=
rius mentē ſuam nullatenus inclinare. d. ipſi deo illud
quod ſcribit Job. xlij. Auditu auris audiui te. nunc ocu
lus meus videt te. Per figuraʒ etiam patet: quia ſicut
Exo. xxviij. dicitur. Summus ſacerdos vnam laminaʒ
auream in qua ſcriptū erat nomen domini in fronte in=
ter oculos portabat. quādo in ſanctuario miniſtrabat.
Sic vere nos eccleſiaſtici. qui dei ſumꝰ ſacerdotes: ⁊ qui
diuerſis gradibus in ſanctuario eccleſie vel prelationis
domino miniſtramus. ſemper nomen domini pre ocu=
lis habere debemus. Et hoc etiā patet per ſcripturam.
Quia ſicut dicitur in p̄s. Sicut oculi ancille in ma. do.
ſue. ita oculi noſtri ad dn̄m deū noſtrū donec miſereat
noſtri. Exēplo eſaye qui dicebat Eſa. vj. Regē dominū
exercituū vidi oculis meis. Sed heu proh dolor videtur
hodie ꝙ verificetur vna fabula poetica. Quia antiqui
tus fuerūt in natura monoculi gygantes. qui cyclopes
vocabantur. quoꝝ vnū excecauit vlixes: ideo poete acce
perunt licentiā fabulandi. Finxerunt ergo ꝙ in quadā
inſula fuit gygas vnus monoculus qui poliſemus ap=
pellabatur. qui tante erat fortitudinis. ꝙ montes de lo
co ad locū proijcere dicebatur. Iſte aūt vnum oculū ad
modū clypei in fronte habebat. qđ quando dormiebat
ſolebat iuxta ſe ponere. ⁊ quando vigilare volebat. ipm
iteruʒ in fronte ponebat. Ulixes igitur de deſtructione
troyana rediens ad illā inſulā applicuit ⁊ poliſemū ibi
dormientē inuenit: ⁊ oculū iuxta ſe poſitū. qui caute ac
cedens oculū gygantis eſt furatus: ⁊ eo recedente remā
ſit miſer fatuus excecatus. quando eniʒ euigilauit ocu=
lum ſuū inuenire credidit: ſed q: latro cuʒ ſubripuerat
non inuenit. Chariſſimi iſtud verū eſt hodie in eccleſia
quia eccleſia militās poteſt inſule cōparari pro eo ſcilʒ
ꝙ ſolet ictibus maris. ideſt tribulationū fluctibus ver
berari. In iſta em̄ fuerunt antiquitus gygantes. ideſt vi
ri in quantitate virtutū excellentes alios. ⁊ etiā per do=
ctrinam et exempla montes. ideſt ſuperbos de loco ad
locū mouentes. ideſt de peccato ad virtutes. ad fidē ⁊ pe
nitentiā conuertentes Baruch. iij. Ibi fuerunt gygan
tes nominati: illi qui ab initio fuerunt ſtatura magna
ſcientes bellū. Iſti em̄ vnicū oculū habebant. ideſt vni=
cā in deū affectionē ⁊ meditationē: quia eū ſolū videbāt
⁊ cogitatū ſuū in eo iactabant. Unde in p̄s. Oculi om
niū in te ſperant domine. Sed quid pro certo iſti homi=
nes qui eſſe debebant ⁊ ſolebant ſicut dictū eſt gygan=
tes. eſſe nunc incipiunt in delicijs dormientes: ⁊ in mū=
di proſperis delectari ⁊ requieſcere. Et ideo iam oculuʒ
conſiderationis ſue de capite proprio. ideſt de deo aufe=
runt: ⁊ iſtū iuxta ſe. ideſt ad mundi bona ⁊ ad carnales
conſanguineos recolligunt ⁊ reponunt. Iſtud em̄ eſt vi
tium noſtrū cōmune: quia proculdubio oculū mentis
a deo vidēdo ⁊ conſiderando quaſi penitus auertimus
⁊ ipſum iuxta nos ad parentelas carnales inclinamus
p̄s. Lumen oculoꝝ noſtroruʒ ⁊ ipſum non eſt mecū. Et
ideo Ulixes. ideſt dyabolus oculū noſtruʒ. ideſt cogni=
tionē ⁊ meditationē per diuerſas diſtractiōes ſubripuit
⁊ nos cecos ⁊ ignorātes dimittit. Quia vere pauci ſunt
hodie homines magis ceci in ſpiritualibus ꝗ religioſi
⁊ eccleſiaſtici Eſaie. xlij. Quis cecus niſi ſeruus meus:
quia ſimplices et ſeculares laici deū vident. clerici vero
non conſiderant neqʒ ſtudent. Quod pulcre figuratuʒ
eſt Nūe. xxij. in balaam propheta ⁊ in aſina ſua: que dū
angelus ſtaret econtrario coꝝ in alto loco ⁊ arto duoꝝ
parietū. euaginato gladio aſina vidit angelū ⁊ a ſemi=
ta inclinauit: quē propheta non videbat. Et ideo a ſuo
malo itinere propter angeli gladiū non recedebat. Sic
vere cū angelus teſtamenti chriſtus ſtat aduerſus pec=
catores. habens gladium ſue ſententie contra eos eua=
ginatū ⁊ ad percutiendū paratū: ⁊ tamen ipſos etiā ex=
pectat inter duos parietes. ideſt in foramine mortis. in
diuiſione anime ⁊ corporis. vt eos interficiat. niſi a ſua
mala via diuertant. Iſtud etiaʒ eſt veꝝ. ꝙ aſina melius
videt angelū ꝗ propheta. ideſt ꝙ ſimplices et brutales
laici melius vident deū ⁊ magis pre timore eius a mala
via declinant. ꝗ nos alij clerici. qui prophete. ideſt ſub=
tiles ⁊ literati poſſumus nuncupari. Quia breuiter il=
lud iam videtur impletū Johan. ix. vbi dicitur. Ego in
mundū veni. vt qui non vident videant: ⁊ qui vident ce
ci fiant.

Ayuntamiento de Madrid

ci fiant. Quod videtur exponere Augu. cum dicit: ꝙ et ſimplices ⁊ ydiote rapiunt celos. ⁊ nos cum literis noſtris deſcendimus ad inferos. Quia iam reuera ſimplices in ſpiritualibus ſunt videntes Eccleſiaſtici vero qui tanꝗ prophete melius videre deberent ſunt cecutientes Quapropter iam nos alij prophete maledicimur in ſcriptura Ezechielis. xiij. vbi dicitur. Ue prophetis inſipientibus qui ſequuntur ſpiritū ſuū ⁊ nihil vident. Non ſic chariſſimi ſed videamus deum. Leua inquit oculos tuos. Exemplo Abrae de quo dicitur Geneſis. xxij. Eleuans oculos ſuos Abraam vidit. Et Eſaie. vj. Uidi dominum ſedentē ſuper ſoliū excelſum ⁊ eleuatū. Sic patet. ꝙ videnda eſt diuina bonitas que eſt ſuperior quo eſt primū autoritatis. ¶ Secundo dico. ꝙ videri debet humana vilitas que eſt interior cū dicitur in directū. quia ſcilicet illa ſola viſio dicitur propria ⁊ directa. qua homo conſiderat ſemetipſum. Alie aūt viſiones quibus videmus alios ⁊ alia ſunt improprie viſiones ⁊ reflexe. ps. Pes meus ſtetit in directo. Directe ergo ſe debꝫ homo quid ſit diligenter attendere ⁊ ſtudere. In hoc em̄ eſt differentia inter oculū corporalem ⁊ oculū ſpiritualē ſeu mentalē: quia ſcilicꝫ oculus corporalis non poteſt videre ſeipſum: ſed bene videt aliū. Spiritualis vero ⁊ mentalis oculus ſemper ſeipſum reflectitur ⁊ ſic ſeipſum videt ⁊ intuetur. Sic vere inter carnales viros ⁊ ſpirituales eſt magna differentia: quia oculi corporales. ideſt homines mundani: et terreni ac carnales non vident nec conſiderant ſeipſos. nec defectus proprios. tamen optime aſpiciunt ⁊ iudicant alienos Matthei. vij. Uides feſtucam in oculo fratris tui. trabem aūt que eſt in oculo tuo non conſideras. Unde Tullius ſic ait. Neſcio quomodo magis in alijs cernamus ſi quid delinquit. Quam in nobis. Sed procerto mentalis oculus ideſt homo iuſtus ⁊ ſpiritualis ſupra ſeipſum eleuatur. per conſiderationē ſue vilitatis: ⁊ ſeipſū ⁊ ſuos proprios defectus intuetur. j. Cor. ij. Quis em̄ nouit hominū que ſunt hominis niſi ſpiritus. ideſt ſpiritualis homo. quaſi dicat nullus. Iſte em̄ eſt ſimilis linci: cuius viſus eſt ita acutus ⁊ limpidus ꝙ per parietem penetrat. ⁊ ꝙ vltra modum videt. conſiderat ⁊ attendit. Sic vere conſideratio viri iuſti ⁊ eius viſus in tantū debet eſſe limpidus. ꝙ in accidentibus. ideſt in exterioribus mundi bonis temporalibus non debet ſiſtere. nec ibi officiū ſuū vel animū arreſtare: immo procerto ipſe debet parietē ſui proprij corporis per conſiderationē penetrare: ⁊ quid ſit interius agnoſcere ⁊ videre. Figura habetur ad hoc Ezech. viij. vbi dicitur. Fili hominis fode parietem: ⁊ cū fodiſſem dixit ad me. ingredere ⁊ vide abhominationes. ⁊ ingreſſus vidi ⁊ ecce omnis ſimilitudo reptilium et animalium. abhominatio ⁊ vniuerſa ydola domus iſrael depicta erant in pariete. Chariſſimi paries iſte ſignat corpus noſtrū: quod ſcilicet ad modū parietis conſtat ex lapidibus ⁊ ex terra. ideſt ex oſſibus ⁊ ex carne. ⁊ reptilia ſignant motus carnales ⁊ affectus anime qui ibi ſerpunt. ydola ſignificant vitiorum imagines que iſti ſtrepunt. Quia reuera chariſſimi ſi parietem noſtri corporis perfodimus mentaliter noſtra interiora conſiderādo ⁊ exteriora contemnendo: tunc proprie cognoſcimus quid ſumus. tunc in nobis abhominationis varietatē videmus. ⁊ tunc reptilia motuū carnaliū. animalia affectionū mentaliū. ydola ſeu imagines. ideſt imaginationes preſumptionū cordialiū in nobis habitare cernemus abhominationes etiam videmus in nobis ſcilꝫ quantum ad corpus. Horrorem quantum ad vilem ingreſſū Laborem quantū ad triſtem progreſſum. Dolorē atque fetorem quantum ad turpem egreſſum. ¶ Etiam videbimus abhominationes quantum ad ſpiritum. ideſt

In intellectu ignorantiam.
In affectu concupiſcentiam.
In memoria obliuionem.
In ſtatu dubietatem.

Et ſic poteſt dicere homo illud Hieremie. xij. In agro vidi abhominationes. Et Oſee. vj. In domo iſrael vidi horrendum. Et ꝙ homo debeat videre ⁊ conſiderare ſeipſum poſſum probare multipliciter. videlicet. Ex verbis

Dominicis.
Propheticis.
Sanctificis.
Apoſtolicis.
Philoſophicis.
Dyabolicis.

¶ Ex verbis dico dominicis. Quia ſcilicet ipſe dominus ad hoc monet mar. xiij. d. Uidete voſmetipſos. ¶ Item patet ex verbis propheticis Hierem. ij. Uide vias tuas in conualle ⁊ ſcito quid feceris. ¶ Item ex verbis ſanctificis: iacet ex verbis ſanctorū. vnde Hugo. libro. ix. de clauſtro anime dicit ſic. Melius eſt ꝙ teipſum videas. quam curſus ſyderum. complexiones hominum. naturas animaliū cognoſcas. Multi em̄ multa ſciunt ⁊ ſeipſos neſciunt. cū tamen ſumma philoſophia ſit ſeipſū cognoſcere. Ad quod facit quod dicit idem Hugo. iij. libro capitulo. vj. Non fruſtra videre deū nititur. qui ad videndū ſeipſum inutilis reperitur. ¶ Item probatur ex verbis philoſophicis: quia ille moralis philoſophus Seneca dicit ſic. Interius teipſum conſidera. non qualis ſis alijs credas. ¶ Item probatur ex verbis apoſtolicis Gal. vj. Conſiderans teipſū ne ⁊ tu tenteris. ¶ Item patet ex verbis dyabolicis. ⁊ ad hoc aduerte: quia antiquitus in monte pernaſo fuit templū dei phetōtis appolini dedicatū ſcilicet in ydolo appollinis. ideſt ſolis. dyabolus ita vera reſponſa dabat de quacunque materia: ⁊ ꝙ quaſi totus mundus ad iſtud ydolum confluebat. Et ideo templum illud tanta reuerentia apud orientales antiquitus habebatur. vt ſecundū Tytum liuium iſtud vnicū ⁊ ſingulare humani generis oraculū dicebatur. Philoſophi ergo ab iſto ydolo ⁊ ab iſto dyabolo qui loquebatur in illo. quē ſcilicet dcū ſolem eſſe dicebant. ſemel petierunt quid erat magis neceſſariū pro tempore huius vite. Qui reſpondit tantū duo verba ſcilicet gothos ſolithos. quod nihil aliud eſt grece. quam noſſe teipſum latine. Philoſophi ergo iſtorū verborū vtilitatem viderunt. Et ideo iſta verba intrepide. ideſt in corona ipſius appollinis ad perpetuā rei memoriā deſculpſerunt. Et ſic patet. ꝙ videnda eſt humana vilitas que eſt interior. in directum inquit. Heu prohdolor videtur ꝙ pauciſſimi ſunt hodie qui habent talem viſionē: ⁊ qui conſiderant ⁊ videant ſuam vilem conditionem. Unde breuiter notare poſſū. ꝙ tria ſunt que impediunt. ne homo videat aut conſideret ſeipſum. videlicet

Proſperitas mundialis.
Cupiditas temporalis.
Fatuitas cordialis.

¶ Impediunt ergo ſeipſos quidā cognoſcere ex mundana proſperitate. Uiſio em̄ que fit in ſpeculo. duos habet defectus. Unus eſt. quia iſta eſt debilis ⁊ incerta: ſic patet ꝙ homo melius recordatur de facie alterius quā ſemel vidit cū oculo. quam de ſua propria quā multotiens vidit in ſpeculo. Alius eſt quia iſta viſio dicitur tranſuerſa. ⁊ non directa. quia illud quod videtur in ſpeculo ſi ſit altum videtur infimū. ſi ſit dextrū videtur ſiniſtrum: ſicut videmus ad ſenſū: ⁊ ſic probat ſcientia perſpectiua. Chariſſimi ſpeculum quod eſt candidum ⁊ tamen fragile ſignificat mundi proſperitatē. De qua dicit Sene. ꝙ fortuna vitrea eſt. cum ſplendet frangitur: quia illi qui conſiderāt ⁊ vident ſeipſos non directe: ſed potius ſpeculatiue. vtpote qui non conſiderant ſuam naturam. ſed ſuam fortunam. ita ꝙ oculos mentis ſue ad propriam ſcientiam vel opulentiā vel propriam dignitatem vel autoritatem. ad corporis fortitudinem vel pulcritudinē conuertunt. non poſſunt ſe bene cognoſcere. nec de ſe proprie iudicare. Unde Jacobi. j. dicitur de illo qui conſiderauit vultū natiuitatis ſue in ſpeculo. conſiderauit ſe et abijt et oblitus eſt qualis fuit. Quinimmo procerto tales in ſeipſis vidēt omnia tranſuerſa. Infima vident alta: ⁊ econuerſo: quia ſcilicet ſeipſos dato ꝙ ſunt viles ⁊ infimi. ⁊ de infima plebe nati. ⁊ infima ſcientia dotati. reputant altos ſolennes ⁊ magnos. Altos vero ⁊ nobiles ſcientificos vel perfe



Ayuntamiento de Madrid

ctos reſpectu ſui infimos ⁊ deiectos: quia reuera in ſui
imaginatione ipſi ponunt potentes de ſede ⁊ exaltant
humiles ⁊c. Et illa que ſunt dextera apparent eis ſini-
ſtra. ⁊ econtra. quia tribulationes que eis eueniũt. que
ſecundum veritatem eis eueniunt magis dextre ꝙ ſini-
ſtre. ⁊ magis ſpiritualiter ꝙ temporaliter. ⁊ magis pro
ſpere ꝙ aduerſe. iudicãtur ab eis ſiniſtre. peſtifere ⁊ ob-
lique. Siniſtra vero. ideſt bona temporalia. de quibus
Prouerbiorum. iij. dicitur. Longitudo dierum in dextra
eius: et in ſiniſtra eius diuitie et gloria. que in veritate
ſunt ſiniſtra et damnoſa ac periculoſa videntur ab eis
dextra bona et vtilia: proſpera ⁊ iocunda. Itaqꝫ iſti figu
rari pñt in Iacob Gen. xlix. Qui cancellati manibꝰ ſu-
per filios Ioſeph quorum vnus erat ad dextram. alius
ad ſiniſtram. de dextro fecit ſiniſtrum. ⁊ de ſiniſtro fecit
dextrum. Sic vere iſti iſta mala et periculoſa reputant
bona. et econtra bona mala. Et ideo contra tales dici
tur Eſaie. v. Ue qui dicitis bonum malum ⁊c. Ecce er-
go quomodo viſum illudit viſio ſpecularis. ideſt atten
tio ad propriam proſperitatem. Ideo Bern. in lib. me-
ditationum. vel Innocen. de vilitate conditionis huma
ne. dicit, ſic ponens duos verſus. forma fauor populi fer
uor iuuenilis et opes. Subripuere tibi noſcere quid ſit
homo. Et bene dicit forma contra fatuos iuuenes ⁊ iu-
uenculas: qui in ſua forma corporali taliter delectan-
tur. ꝙ quid ſunt obliuiſcũtur: ⁊ ꝙ per diuerſa vitia ma
xime per ſuperbiam ⁊ inanem gloriam mouentur. Exẽ
plo narciſſi: qui intantũ dilexit imaginem ſuam quam
vidit in aqua. ꝙ pre nimio amore periit ⁊ deceſſit: ⁊ re-
ſpiciebat ad figuram. non ad naturam. attendebat ad
ſpeculum. non ad oculum. videbat pulcritudinem. non
rectitudinem. attendebat vero ad vanitatem non adue
ritatem. Quia breuiter quando quis tali imaginaria.
vel ſpeculari viſione ſe cernit. nec ad ſuam imaginẽ vel
ſtatus ſui figuram attendit. mortem diuerſorum peccato
rum incurrit. Exemplo alexandri qui videns ſe mundi
dominum. ſe deum eſſe ⁊ filium iouis credidit. et ſe eſſe
hominẽ oblitus ſe adorari ⁊ ſibi ſacrificari mandauit:
de quo cum ipſum Caliſtenes philoſophus reprehen-
deret. naſum aures. oculos. labra philoſopho detrun-
cauit: ⁊ ipſum cum cane ligatum per exercitũ duci iuſſit
Quia breuiter ſicut concludit ſapiens Prouerbiorum. j.
Proſperitas ſtultorum perdit eos. ¶ Item quidam impe-
diuntur ſeipſos cognoſcere. ex cupiditate temporali.
ſicut ſunt diuites huius mundi. quibus nihil ſufficit.
Iſti enim impediuntur ſeipſos cognoſcere ex auaricia et
cupiditate. Auaricia enim ſuper omnia cecat mentem in
tantum enim impedit rectum iudicium. ꝙ ipſe auarus
neſcit ſe eſſe auarum: ſicut patet in talibus. qui ſolent
magis contra auaros loqui. ⁊ liberalitatem cõmenda-
re ꝙ alij. dato ꝙ parciſſimi et cupidiſſimi a cunctis de-
prehendantur eſſe. Ideo Seneca vrbane loquendo com
parat tales vxori ſue. que ſcilicet ceca erat. ⁊ tamen bene
ſe videre credebat. quinimmo pedagogum ſuum a ſe fu-
gabat ⁊ domũ tenebroſam dicebat. Unde ipſe in epiſto
la. lj. dicebat. At noſti inquit o Lucille peſtem illã vxo-
ris mee fatuam. onus hereditarium domui mee remã
ſiſſe. hec enim fatua videre ſubito deſijt. Narro tibi rem
incredibilem ſed veram. ſe eſſe cecam neſcit ⁊ pedagogo
dicit ꝙ migret. ⁊ domũ dicit tenebroſam eſſe hoc quod
in hac ridemus: omnibus nobis tibi accidere liquebat
nemo ſe auarum intelligit. nemo cupidũ. ceci ducẽ que
runt. nos ſine duce erramus. Sic ergo patet quomodo
iſti impediuntur ſeipſos cognoſcere ex temporali cupi-
ditate. ¶ Denique quidã impediuntur ſeipſos cognoſce
re ex fatuitate cordiali ſcilicet ex preſumptione: quia pro
certo quidã ſunt ita preſumptuoſi ⁊ elati. ꝙ non conſi-
derant quid eſt homo. Preſumunt enim.

Quidam de iuſtitia.
Quidam de ſciẽtia.
Quidam de opulentia.
Quidam de ſanctimonia.

¶ De iuſti
tia dico: ſi-
cut ſunt iſti
crudeles iu
dices. qui ſine quacũqꝫ iuſtitia effrenantur in delinquẽ
tes. non aduertentes quanta ſit hominis in delinquen
do fragilitas. ⁊ quanta ſit occaſionis ⁊ impulſionis ne
ceſſitas: non attendentes. ꝙ ſecundũ Senecam. Nobi-
le genus vindicte eſt ignoſcere. Et ſcḋm Hug. Culpa eſt
totam culpam proſequi. Ita ꝙ de talibus poteſt proprie
dici illud Danielis. iiij. Cor eius ab humano immute-
tur: ⁊ cor fere detur. De ſcientia vero tam inter theolo-
gos ꝙ inter ciuiles ⁊ etiam canonicos. illi qui aliquid
ſciunt. ſtatim de ſeipſis preſumunt: ⁊ omnes alios con-
temnentes. ſe magnos ⁊ omne credunt: ⁊ ſic conditio-
nem propriam non cognoſcunt. Contra quos Hiere. v.
Stultus factus eſt omnis homo a ſcientia. ¶ De opu
lentia etiã patet. ꝙ ſtatim. quando aliquis ditatur. vel
ad eminentiam eleuatur. de ſeipſo taliter preſumit: ⁊ ſe
alijs taliter anteponit ꝙ clare apparet ꝙ ſe nullatenꝰ
cognoſcit. Unde Inno. de vili. hu. na. Ambitioſus ſta-
tim vt ad ſtatum honoris prouectus eſt. in ſuperbiam
erigitur. ⁊ in iactantiã effrenatur. non curat prodeſſe:
ſed gloriatur preeſſe. preſumit ſe meliorem qui ſe videt ſu
periorem. ¶ De ſanctimonia etiam patet. ꝙ reuera ſunt
quidã qui ſtatim quando ſe prepollere in aliqua virtu-
te ſentiunt. vtpote: quia in continentia vel in abſtinen
tia. vel deuotione. vel oratione. alios antecedunt. ſolent
ſe mirabiliter reputare. ⁊ ſe dignos omni honore repu-
tare Job. xij. Ergo vos ſoli eſtis homines ⁊ vobiſcũ mo
ratur ſapientia. Iſtud potiſſime allegari poteſt contra
quoſdam religioſos. quibus videtur ꝙ in mundo non
ſunt homines niſi ipſi. Ita breuiter ꝙ tantũ preſumere
de ipſis videntur. ꝙ ſe homines minime eſſe recordan-
tur. qḋ patet inquantũ ardua opera ⁊ virtuoſa intantũ
aggrediuntur. ꝙ quandoqꝫ deficientes in via. vſqꝫ ad fi
nem attingere non merentur. Acres enim in principio in
fine franguntur. vt dicit Ariſto. Iſti igitur videntur ſi-
miles quibuſdã melãcolicis: quorum imaginatio ita quã
doqꝫ corrumpitur. ꝙ ſe eſſe non homines ſed volucres
opinantur. De quodã enim tali audiui. ꝙ ſe eſſe gallũ cre
debat et manibus percutiens more galli cantabat. De
alio etiã audiui. ꝙ nudus ſe ſub vepribus abſcondit. et
ſe eſſe philomenã totaliter extimabat vñ dicebat quã
do vidit homines. Thy. thy. taceatis ego ſum philome
na. Sic vere chariſſimi corruptus humor. ideſt corru-
pta preſumptio imaginationẽ multorum hodie inficit. ita
ꝙ ſe eſſe homines neſciunt. immo aues vel angelos. vel
aliquid vltra hoiem ſicut dictũ eſt eſſe ſe credũt. immo
ſemel legi. ꝙ duo fratres germani cũ in vno deſerto vi-
tam heremiticã aſſumpſerunt. ⁊ pro laborando ⁊ operã
do vnũ tuguriũ elegiſſent. vnus eorum de ſeipſo preſumẽs
dixit ſe nolle circa actiua opera laborare. ſed ſolum velle
circa contemplatiua vacare. nec amplius cibo vti: ſed ſi
cut angelus ſpiritualiter viuere. quod cũ recedens a fra
tre aliquot dies feciſſet. ⁊ ſine cibo diu per deſertũ vaga
tus fuiſſet. horrenda fame correptus. propriã fragilita
tem cognouit. ⁊ ad tuguriũ fratris rediens. ſibi aperiri
⁊ cibum dari popoſcit. a quo cũ frater peteret quis eſſet
⁊ ipſe ſe fratrẽ ſuũ diceret. ecõtra frater deridendo dixit.
Nequaꝙ es frater meus. frater enim meus angelus fa
ctus eſt: ⁊ ſic cum vſqꝫ mane in verbis tenens ſibi cellu
lam aperuit. qui operari incipiẽs nequaꝙ de ſeipſo am
plius preſumpſit. Et reuera chariſſimi. quando deus
videt tales preſumptuoſos. ſolet quandoqꝫ ſibi ipſis di
mittere: ⁊ labi in peccatum dimittere vt ex proprio caſu
diſcant fragilitatẽ propriã cogitare. Unde Greg. xxviij.
mor. Sepe inquit pia dei diſpenſatione agitur. vt de ſe
confidens anima tentationis iaculo feriatur. vt infir-
mata quid ſit inueniat. ⁊ de ſeipſa amplius nõ pſumat
Seneca etiam in prouerbijs dicit. ꝙ cautior eſt in reli-
quum lapſus anterior. Ideo chariſſimi non impedia-
mur a preſumptiõis fatuitate. nec auaricie cupiditate.
nec a mundana proſperitate: ſed pro deo videat quilibet
ſemetipſum. Iuxta illud Oſee. v. Uidit effraym languo-
rem ſuum. Unde Criſoſto. de ſymbolo. lib. iij. Eſt prin-
cipium ſapientiam affectantis. cogitare. quid ipſe ſit.
quid intra. quid extra. quid ſupra. hec enim conſideratio
quadruplicẽ

Ayuntamiento de Madrid

quadruplicem fructum parit. videlicet vtilitatem ſibi.
charitatē chriſti contemptū mundi ⁊ amorē proximi.
Igitur videnda eſt humana vilitas. que eſt interior. In
G directuȝ inquit. ¶ Tertio dico ꝙ videnda eſt fraterna
charitas que eſt exterior: ⁊ hoc oſtenditur in illa ſilla-
ba: ⁊: que eſt cōiunctio copulatiua. ſignificās illos qui
nobis ſunt vicinitate ⁊ familiaritate vel charitate con-
iuncti: qua ſcilicet a nobis ſunt videndi benigniter. vti
liter diligendi: ⁊ ſcdm merita promouendi. vide inquit.
Dani. ix. Aperi oculos ⁊ vide. Homo eñ vt cōmuniter
poteſt videre tria ſcilicet. Illa que ſunt clara vt can-
dela. Illa que ſunt propinqua. et non nimis remota
Illa que ſunt ſolida et non nimis rara. Sic vere homo
debet valde videre ⁊ attendere ad res claras. ideſt ad vi
ros iuſtos ſcientificos ⁊ ſanctos vt ipſos promoueat et
honoret. Item ad res propinquas vt familiares ⁊ ſerui
tores. vt eos ſtipendiet ⁊ remuneret. Iteȝ ad res ſolidas
ideſt ad bonos ⁊ fideles amicos. vt eos ſumme diligat ⁊
conſideret. Quod tamē hodie eſt contra multos: quia
proh dolor iam non eſt aliquis qui videat. Uiros ſcien
tificos in paupertate iacentes. Seruitores bonos in do
minoruȝ domibus laborantes. Ueros ⁊ fideles amicos
alioꝝ auxilium implorantes. Reuera chariſſimi vide-
tur eñ de viris ſufficientibus. ꝙ ipſi ſunt ſimiles car-
bunculo. de quo dicit dyaſcordes. ꝙ cum lux eclat ⁊ pro
dit obſcuritas: quia ſcilicet iſte lapis de die non rutilat
ſed de nocte. Sic vere iſte in die preſentis vite in oculis
mundanoꝝ non rutilāt nec apparent: quia ſcilicet iſti
eos nō reputāt nec honorāt: nec eos promouent aut vi-
dēt. ſicut pȝ de democrito. de quo dicit Tulius lib. v. de
tuſculanis queſtionibus. Ueni athenas inquit Demo
critus nec ibi quiſꝗ me agnouit. Uerūtamen de nocte
poſt mortem iſti ſplendebunt ⁊ videbuntur: ⁊ corā deo
⁊ angelis eoꝝ ſufficientie demonſtrabuntur Pſal. Nox
illuminatio mea in delicijs meis. Et ideo videt ꝙ mun
dus ⁊ mundani ſint figurati in Hely. j. Reguȝ. iij. De
quo dicitur. ꝙ nō poterat videre lucernam dei donec ex
tingueretur Unde de iſto videtur ſcriptura ſupponere.
ꝙ melius lucernam extinctam videret ꝙ̄ illuminataȝ.
⁊ melius. eā obſcuram ꝙ̄ claram. Sic vere mundus ⁊
mundani melius vident malos ꝙ̄ bonos. extinctos ꝙ̄
illuminatos. imbecilles et inſcios ꝙ̄ ſufficientes et bo-
nos. Apparet aūt ꝙ tales mali melius a mundo viden
tur: pro eo ꝙ iſti ab eo promouentur. boni vero impro-
moti ab ingratis hominibus dimittunt. Unde de iſtis
bene poteſt dici illud Exod. x. Tribus diebus nemo vi-
dit fratrem ſuum. ¶ Et ſi vis dic ꝙ tres mali dies ſunt
qui impediunt diuites ne videant fratres ſuos. ⁊ ne co-
gnoſcant aut promoueant illos quos videre ⁊ cognoſce
re tenebantur. que ſunt tria vitia quibus diuites hodie
ſunt infecti ſcilicet
Uitium ingrate obliuionis.
Uitium diſtracte intentionis.
Uitium carnalis affectionis.
Et iſtud patet de vitio ingratitudinis. Quia vere nul-
lus eſt qui ſit gratus: nec erga benefactorē. nec erga ſer
uitores. non vident eñ hominē. nec de eius promotione
cogitāt. niſi ꝙ̄diu preſentialiter vel munera vel ſeruitia
ab eo recipiunt ⁊ reportant: quinimmo ſtatiȝ ei dorſuȝ
vertunt et de eo amplius nihil curant. Et ideo ſimiles
ſunt linci. De quo dicit Petrus damiani in quodam
ſermone. Quod ꝙ̄uis limpidiſſimū viſum habeat. me
moriam tamen habet debilem intantū ꝙ quando faciē
ſuam auertit. omne illud quod ante ſe viderat obliuio-
ni tradit. Sic vere ingrati nulli vident niſi preſentem ⁊
eis principaliter obſequentē. Unde Seneca bene dicit.
Quod memoria beneficioꝝ labilis eſt. Iſtis eñ ingra-
tis videtur. ꝙ omnia eis fiant ex debito. Et ideo omnia
beneficia ⁊ ſeruitia: ⁊ omnes labores hominū ſolent ab
ſorbere: ⁊ pauperes ſeruitores irremuneratos dimitte-
re. Similes eñ ſunt duobus fontibus. qui ſecūdū Pli
nium ſunt in agro cannenſi hyſpanie. quoꝝ vnus nihil
recipit: alter eñ omnia abſorbet. Quia ſcilicet vt dictū
eſt pauperes ſeruitores nihil recipiunt. mali vero domi
ni ⁊ diuites omnia ſeruitia ⁊ beneficia abſorbent ⁊ de-
gluttiunt. Job xl. Abſorbebit fluuiuȝ ⁊ non mirabitur.
habet eñ fiduciam ꝙ influat Jordanis in os ſuum. Et
bene dicit non mirabitur: quia iſti ſicut dictum eſt cre-
dunt ſibi cuncta ex debito fieri. Et ideo nō ſolent de mu
neribus aut hominuȝ laboribus admirari. O ingrata
generatio diuitum. vt quid eſt manus tua ad accipien-
dum porrecta. ad tribuenduȝ collecta Eccleſiaſtici. iiij.
Interroga ſupple iumenta ⁊ docebunt te. ⁊ volatilia ⁊
indicabunt tibi Job. xij. Quia reuera vix eſt dare aliqḋ
animal ingratum preter hominē. Audi rogo te quid di-
cit ille autor naturalis hyſtorie libro. viij. in primo ca-
pitulo. vbi agit de gratitudine animalium ⁊ beſtiaruȝ.
dicit eñ democritū narrare. Quod quidam homo di-
ctus Cohans. dum erat puer in affrica dracunculū nu-
triebat: ⁊ ac ſi eſſet parens ſerpentis manualiter educa-
uit. qui dum tandem ad horrendam quantitatem cre-
uiſſet timuit puer ne a dracone huiuſmodi voraretur.
Quia propter ipſum longe in ſolitudinem duxit: ⁊ ibi
eum ſue libertati dimiſit. Accidit ergo lapſu temporis.
ꝙ illuc Cohans per illas ſolitudines tranſiens a latro
nibus inuaderetur. ⁊ ꝙ vox illius clamantis a dracone
illo audiretur ⁊ intelligeretur: qui ſtatim ad locum cur-
rens latrones in fugam vertit ⁊ nutritorem ſuuȝ de coꝝ
manibus liberauit. Hoc ergo aduertat ingratus ho-
mo an non debeat recognoſcere ſuum benefactoreȝ ſeu
etiam ſeruitorem. quando videt ꝙ draco liberat ſuū nu-
tritorem. Ideo beatus Bernardus ſuper Cantica pul-
cre iſtud vitium deteſtatur. Ingratitudo inquit inimi-
ca eſt anime. exinanitio meritoꝝ virtutū diſperſio. bene
ficiorum perditio. ventus vrens ſiccans fontem pieta-
tis. roreȝ miſericordie. fluenta gratie. Iſtud ergo eſt pri
mum quod impedit ne homo cognoſcat proximū ſcili-
cet ingrate obliuionis vitium. ¶ Item dico ꝙ iſtud im
pedit vitium diſtracte attentionis. Sicut eñ ſerpens
dicitur male ante ſe videre pro eo ꝙ oculos in tempori-
bus habeat ſeu in capitis lateribus Sic homo etiā ma
le videt ante ſe homines ſufficiētes. iuſtos ⁊ ſanctos: p
eo ꝙ habent oculos in tēporib9 vel capitis lateribus i.
in rebus collateralib9. ſ. in exterioribus negocijs vel di-
uitijs: quia etiā eoꝝ intentio fertur ad conſanguineos
nepotes vel collaterales amicos ad dexterā: quia ſcilicȝ
ad illos qui filij ſunt fratrū. ⁊ ad ſiniſtrā. ideſt ad illos
qui ſunt filij ſororum: ideo non vident ante ſe ſcilicȝ ſuf
ficientiam hominū beatoꝝ. nec ſuoꝝ miſerias ſeruitoꝝ
Job. xxiij. Si ego me verto ad dextram non videbo euȝ.
ſi ad ſiniſtram non intelligam: ac ſi dicat. ꝙ iſti vertūt
oculos mentis ſue. nunc ad dexterā. nunc ad ſiniſtram
nunc ad negocia. nunc ad officia. nunc ad amicos car-
nales. nunc ad illos qui munera offerunt vel diuitias
temporales. nunc ad eos qui ad dexterā adulātur: nūc
ad illos qui ad ſiniſtrā obloquuntur. Ideo alios reco-
gnoſcere ⁊ videre dedignantur. Hoc ergo eſt ſcdm impe
diens ſcȝ vitiū diſtracte intentionis. ¶ Itē tertia mala
dies. eſt vitiū carnalis affectionis: quia iſti ita attente
vident ⁊ diligunt ſuos carnales nepotulos. ꝙ nō vacat
eis reſpicere alienos. Et circa hoc aduerte. ꝙ carnalis
affectio conſanguineoꝝ ſuoꝝ. non ſolum facit alios ob
liuioni tradere. immo ⁊ iſta facit iſtos plus ꝙ̄ valeant
reputare. Probatur eniȝ in ſcientia perſpectiua in illo
egregio opuſculo de oculo morali per Petruȝ de ſopra
recitato. Quod ſi quis digitū ſuū ad candelam appli
cet: ⁊ attentiſſime oculos figat. vnus digitus videbitur
ſibi duo: ⁊ quod magis eſt mirabile. ⁊ ſi claudit oculuȝ
dextrum diſparet imago digiti ſiniſtri. ſi vero ſiniſtruȝ
clauſerit. diſparebit dextri. cuius rationem difficile eſt
reddere. niſi recurratur ad rationē viſualiū radioꝝ ⁊ ad
doctrinā perſpectiue. Sic vere nos ⁊ alij viri eccleſiaſti-
ci iſta cecitate ſumus percuſſi: quia ad digitos noſtros
ideſt ad nepotes ⁊ ad conſanguineos noſtros ita atten
te. per carnalem affectionē intendimus: ⁊ eos diligim9
ꝙ preter eos nullum reſpicimus ⁊ videmus. ꝙ etiā eñ

videtur nobis eſſe duo inquantuꝫ bonū quod in eis eſt
duplum ꝙ ſit eſſe credimus: inquantū q̄ uelibet eorum
duobus alijs equipollere cenſemus. Unde de iſtis po-
teſt exponi illud Actuū. j. Uidentibus illis eleuatus eſt
⁊ nubes ſuſcepit eum ab oculis eoꝝ: ⁊ ecce duo viri aſti-
terunt. Iſtis inquit eccleſiaſticis viris vel quibuſlibet
alijs affectuoſe videntibus ⁊ corporaliter aſpicientibus
eum ſcilicet amicum ⁊ conſanguineū ſtatim eleuatus
eſt ſcilicet in eoꝝ reputatione. inquantū ſcilicet ab iſtis
eſtimatur aliquid eſſe magis ꝙ eſt. ⁊ nubes ideſt carna-
lis affectio ſuſcepit ⁊ tollit hominē huiuſmodi ab ocu-
lis eoꝝ. ideſt a iudicio euidētis veritatis. Et ideo ſequi-
tur. Ecce duo viri aſtiterunt in veſtibus albis. quia ſci-
licet vt dictum eſt. vnus apparet eſſe duo eis in ſuffici-
entia ⁊ valore: vnum bonū quod in eis eſt videtur tali-
bus maius duplo. Quod etiam figurari poteſt Eccle-
ſiaſtici. xlvj. vbi de Joſue dicitur. In iracundia ſua impe-
ditus eſt ſol. ⁊ facta eſt vna dies quaſi duo. In iracun-
dia em̄. ideſt in carnali affectione: noſtra que ꝯtra nos
prouocat irā dei impeditur ſol. i. claritas veri iudicij no-
ſtri: ⁊ ſic in mente noſtra: fit vna dies: quaſi duo. ideſt
vnus talis a nobis dilectus reputatur valere duos. Sꝫ
aduertamus vltra. dictū eſt em̄. ꝙ clauſo vno oculo ſcili-
cet dextro. diſparet imago ſiniſtra illius digiti. ⁊ econ-
uerſo. clauſo ſiniſtro diſparet dextra. Chariſſimi nos
habemus duos oculos. ideſt duo iudicia ſcilicet dextrū
ideſt iudicium certū quod iudicat veritatē qđ eſt veruꝫ
⁊ ſpirituale. ⁊ ſiniſtruꝫ qđ iudicat falſitatem. qđ eſt fal-
ſum vel carnale. Iſti etiam habent duas imaginatiōes
ſcilicet dextram que ſignat aliqua eoꝝ bona. ⁊ ſiniſtraꝫ
que ſignat ſua mala. Iſta em̄ eſt veritas. ꝙ quando ho-
mo clauſum habet oculuꝫ dextrū. ideſt verum iudiciuꝫ
⁊ ſolum conſiderat tales dilectos cuꝫ ſiniſtro oculo car-
nalis affectionis: tunc diſparet imago ſiniſtra eorū: et
apparet ſolū dextra eoꝝ. quia ſcilicet tunc omnia in eis
videbimus eſſe dextra ⁊ bona. nulla vero ſiniſtra ⁊ ma-
la: ſicut iam in multis apparet: qui quia oculū dextruꝫ
veri iudicij perdiderunt: ⁊ ſolū oculum ſiniſtrū carna-
lis affectus retinuerunt. ideo nulla ſiniſtra ſcilicet ma-
la in talibus conſpiciunt: ſed omnia eis dextra ⁊ vtilia
eſſe credunt ⁊c. figurati in viris iabes galaad. j. Regū
xj. Cum quibus naas qui coluber interpretatur dyabo-
lus ſcilicet princeps filioꝝ amon pactū volebat facere.
ita ꝙ erueret oculos eoꝝ dextros. Sic coluber dyabo-
lus videtur nobiſcum tale pactū feciſſe: ⁊ dextros ocu-
los veri iudicij eruiſſe: ⁊ ſolos oculos ſiniſtros. ideſt af-
fectuoſum iudicū dimiſiſſe: ita ꝙ iam iſti tales a nobis
dilecti poſſunt dicere illud Gal. iiij. Teſtimoniū perhi-
beo vobis: quia ſi fieri poteſt oculos veſtros eruiſſetis.
⁊ dediſſetis nobis. Unde etiaꝫ de nobis iam videtur lo-
qui ſcriptura zacharie. xj. Gladium ſuper brachiū eius
⁊ ſuper oculum eius dextrum. brachiuꝫ eius ariditate
ſiccabitur: ⁊ oculus eius dexter obtenebreſcens obſcu-
rabitur. Brachiuꝫ eſt operatio. oculus dexter eſt vera
cognitio: que ſcilicet quaſi correlatiue ſe habent: quia.
quando oculus dexter veri iudicij obſcurabitur. tunc ⁊
brachium dextrum. ideſt fortitudo bonoꝝ operum exic-
catur. Sed quid: procerto chariſſimi ſi contrariū face-
remus: ⁊ tales digitos. ſcilicet dilectos ſiue tales de qui-
bus nos dicimus vere digitus dei eſt hic Exo. viij. clau-
ſo oculo ſiniſtro carnales affectus. cum dextro oculo ve-
ri iudicij conſideramus. tunc vere contrario modo iudi-
caremus: quia ſcilicet tunc ſola imago ſiniſtra appare-
ret. dextra etiā diſpareret. inquātuꝫ omnia in eis praua
cognoſceremus: ⁊ pauca vtilia in eis viderem⁹. Ideo bre-
uiter tales poſſunt dicere illud Gen. xiij. Si ad dexterā
ieris. ego ſiniſtrā tenebo. ſi ad ſiniſtraꝫ ⁊c. Ac ſi diceret.
talis ſit affectuoſus viſus ſi tu vadas ad dexteram me
directe conſiderando: tunc ego ſiniſtrā tenebo inquan-
tum omnia in me videbis inutilia ⁊ ſiniſtra. Econtra
vero ſi ad ſiniſtrā ieris. ideſt carnali affectione videbis
tunc econtra ego ad dexterā pergā. inquantū omnia in
me apparebunt eſſe virtuoſa ⁊ dextera ⁊ bona. Et ideo
breuiter contra nos ⁊ alios carnales affectuoſos loqui-
tur ſcriptura Job. x. dicens. Nunquid oculi carnei tibi
ſunt. aut ſicut homo videt. et tu videbis quaſi dicat. ꝙ
ſic. ergo patet ꝙ tribus diebus nemo videt fratrē ſuum
⁊ quomodo illa tria vitia ſcilicet carnalis affectio men-
talis diſtractio ⁊ ingratitudinis obliuio impediunt. ne
proximos videam⁹. Quod bene figuratū eſt in illo pin-
cerna pharaonis. qui poſt tres dies ad officium reſtitu-
tus. ſuccedentibus proſperis oblitus eſt interpretis ſui
ſcilicet Joſeph. q̄ in carcere etiā ſibi ſeruierat. Ad deno-
tandū ꝙ illi qui poſt iſtos tres dies. ideſt poſt iſta tria
vitia ad dignitates ⁊ officia promouentur. ſuoꝝ ſeruito-
rum et bonaꝝ perſonarū ſuccedentibus ſibi proſperis
obliuiſcuntur. Non ſic chariſſimi. ſed videamus viros
proximos benemeritos ⁊ prouectos ⁊ vide inquit: vt qui-
libet dicat de tali Johānis. ix. Abij ⁊ laui ⁊ vidi. Idcirco
dico ꝙ videnda eſt fraterna charitas. que eſt exterior. ⁊
vidi inquit. ¶ Quarto dico. ꝙ videnda eſt mūdana va- D
nitas. que eſt inferior. cū dicit. de loco in quo ſtas: quia
ſcilicet locus in quo nunc ſumus ⁊ nūc viuimus eſt mū-
dus. qui reuera debet videri. ⁊ ꝙ plurimū reſpui ⁊ horre-
ri. Eſt em̄ mundus ſicut baſiliſcus qui occidit hominē
ſi primo eum viderit: ſi tamē ab homine preuiſus fuerit
non nocebit. Unde in vitaſpatruꝫ legitur de fratre ſan-
cto. qui caſu in deſerto vidit baſiliſcuꝫ. ⁊ ſtatim territus
clamauit (et non mirū ſi ſerpens hominē interficit vi-
dendo quia ſicut Solinus ponit. In ſchitia fuerūt mu-
lieres cum duplici pupilla in oculo: que viſu ſi quem vi-
derāt irate occidebant. Unde Plini. lib. vj. cicero autor
eſt ꝙ cum deus nature. ferarū morē comedendi carnes
humanas in aliquibus hominibus poſuiſſet. in quorū-
dam etiā oculis venena poſuit vt nullum malū eſſet qđ
homini deeſſet) O deus inquit aut mihi moriendū eſt
aut iſti: ⁊ ſtatim baſiliſcus crepuit. fuerat em̄ preuiſus.
vt ſupra ponitur. Baſiliſcus animal venenoſiſſimū ſi-
gnificat mundū. cuius viſus. ideſt cuius fauor animaſ
ſpiritualiter occidit. ⁊ aues. ideſt contemplatiuos a vo-
latu alte contemplationis peruertit. Uidere iſtius baſi-
liſci ſignificat mundi promotiones: quia tunc aliquē
videre dicit ⁊ reſpicere: quando ſolet eū honorare ⁊ pro-
mouere. Juxta illud ps. Reſpice in me ⁊ miſerere mei. vi-
dere aūt vt iam pluries dixi. diſcretionē ſeu limpidā co-
gnitionē ſignificat: que ſcilicet ſcđm conſiderationē ſi-
gnificat veritatē atqꝫ penſat. Igitur iſta eſt veritas. ꝙ ſi
baſiliſcus. ideſt preſens mūdus viderit primo. ⁊ aliquē
promouerit: vel exaltauerit. ipſum procerto per diuerſa
vitia enecabit. inquantū ſcilicet mediante tali viſu ſu-
perbiā. luxuriā ⁊ auariciam in eo generabit. Iſte em̄ po-
teſt dici mulier cuꝫ pupilla duplici. Mulier dicitur pro-
pter rerum ſuaꝝ inconſtantiā: duplex vero pupilla pro-
pter diuitiaꝝ ⁊ honoꝝ reſplendentiam. Et ideo ſi iſtis
duabus pupillis hominē viderit. ideſt ſi alicui fauendo
honores ⁊ diuitias dederit. reuera facile erit ꝙ ipſuꝫ ſpi-
ritualiter venenabit: quia talis eſt viſus periculoſus: et
his qui ſic viſi ſunt venenoſus. Juxta illud qđ dicitur đ
muliere Prouerbioꝝ. xxiij. Fouea profunda meretrix: ⁊
puteus anguſtus aliena. inſidiatur in via quaſi latro: ⁊
quos incautos viderit interficiet. Mundus em̄ dicitur
meretrix: qua magis dantem prediligere noſcitur. ſolū
propter lucrū hominē ſequitur. Dicitur fouea: quia in
eius pericula facile caditur. Dicitur puteus anguſtus
ꝙ exinde difficiliter exitur. Dicitur quaſi latro inſidia-
ri: quia fallacijs ⁊ inſidijs eſt totus plenus. Dicitur quos
viderit occidere: quia qui ab ipſo viſi et promoti ſi non
ſunt cauti diuerſis inſidijs moriūtur. Sed quid de iſto
proculdubio baſiliſco dico. ſi ab homine diſcreto preui-
deatur: ⁊ ipſius vanitas cognoſcatur: tunc nocere non
poterit. dato ꝙ gloria eius obtineatur. Mundus enim
ſolus interficit qui eum non videt nec vanitatem eius
aut iniquitatem attendit: quia ſi eius vanitas ⁊ iniqui-
tas preuidetur. homo indemnis. et immunis meretur
euadere. Unde. Naū. iij. Omnes qui viderint te reſilient.
Quia procerto qui viderit mundum. ab amore eius re-

ſilietet

filiet ⁊ exibit. Et ſic eũ viderat Sapiēs. q̄ dicebat Eccl. j. Vidi cuncta que ſunt ſub ſole: ⁊ ecce vniuerſa vanitas ⁊ afflictio ſpiritus. Vide ergo de loco in quo nunc es. i. de mũdo Math. xxviij. Venite ⁊ videte locum. Et Gene. xxij. Vidit locum procul. Videri ergo debet munda-
3. na vanitas que eſt reſpuenda. ¶ Quinto dico. ꝙ videnda eſt egeni paupertas. que eſt nutrienda: quia ſcilicet nos debemus videri miſericorditer paupes. ⁊ ipſos miſericorditer confouere. Homo em̄ medicus magis libēter videt membra leſa ꝙ̄ ſana. vel illeſa ⁊ hoc ſm doctrinam chriſti Math. ix. Non eſt opus valentibus medicus: ſed male habentibus. Sic vere pauperes tribulati infirmi vel leſi ſunt libentius a nobis videndi et benigniter recipiendi. ꝙ̄ illi q̄ nullo indigent ſcilꝫ diuites et opulenti. ſeu in proſperitatibus conſtituti. Exemplo ſamaritani. De quo dicitur Luce. x. ꝙ ſauciato appropians videns eum. miſericordia motus eſt. ⁊ lauans vulnera eius adhibuit oleum ⁊ vinũ. Et hoc oſtenditur cū dicitur. ꝙ nos debemus videre ad aquilonem. Quia ſcilicet pars aquilonis que eſt frigida. ſterilis ⁊ nuda pauperes ſignat: qui ſcilꝫ ſunt nudi propter frigiditatē. ſicci propter famē. ſteriles et egeni propter paupertatem. Quia ſicut dicitur Hiere. j. Ab aquilone pandetur omne malum. Et Eccle. j. Ventus aquilo ⁊c. Ad aquilonē ergo. ideſt ad pauperē debemus reſpicere ⁊ ipſis miſericorditer ſubuenire. Exemplo beate virginis imaginis que ad aquilonē ſolet eſſe iuxta imaginem crucifixi filij ſui benedicti. Quia ſcilicet chriſtus dextrā perpetue largitatis pauperibus porrigit: et beata virgo ipſos aſſociat ⁊ cuſtodit. Sic et nos debemus ad ipſos dexteram extendere bona largiēdo Eſa. xliij. Dicam aquiloni da. Et eos debemus aſſociare. et in neceſſitatibus viſitando. ⁊ ad partem aquilonē ſtare deſolatoꝝ pauperũ iuſtitiam confouendo Pſ. Oculi eius in pauperes reſpiciunt. Sed proh dolor videtur hodie ꝙ homines cōtra faciunt: quia pauperem non vident nec reſpiciunt multa genera perſonarum. ſcilicet

Tyranni rapaces.
Auari tenaces.
Judices fallaces.
Amici nugaces.

¶ Dico ꝙ pauperes miſerando non vident tyranni rapaces. ſicut ſunt mali principes officiales. balliui. ⁊ dominoꝝ familiares: qui ſcꝫ pauperibus non miſerant. nec ad eoꝝ paupertatē attendere dignātur. Sed magis cōtra eos ꝙ contra diuites debachant. Figurati in Saul ⁊ in ſocijs ſuis. De quibus dicitur. j. Reg. xv. ꝙ pepercerunt pinguioribus amalech. quicquid aũt vile ⁊ reprobum fuit demoliti ſunt. Quia procerto iſti predicti rex Saul ⁊ ſocij eius. ideſt mundi principes ⁊ eoꝝ balliui. necnon ⁊ quicũꝙ vſurarij ⁊ tyrāni fouent diuites ⁊ pingues: ⁊ depredantur reprobos ⁊ pauperes ⁊ viliores pſ. Inſidiatur vt rapi. pau. ra. dum attra. eum. Et bene dicit dum attrahit: quia ſcilicet balliui ⁊ vſurarij obſequio attrahunt diuitibus blandiendo. occidunt officio pauperes exhereditando. Iſti tamen non deberent auferre ſed conferre. Quia ſicut dicitur Prouer. xj. Alij rapiũt non ſua ſed ſemper in egeſtate ſunt. Alij vero diuidunt propria ⁊ ditiores ſunt. Quia ſicut dicitur Prouerbioꝝ xxviij. Qui dat pauperi non indigebit. Pauperes ergo non videntur a tyrannis rapacibus. ¶ Item adhuc dico. ꝙ non videntur ab auaris tenacibus. quia ſicut pts diuites auari non dignātur pauperes reſpicere. nec aliquid eis errogare. Similes ſitule plene. que vertit dorſum ad puteũ: quia ſcilicet iſti diuites pleni dorſum vertunt inhũaniter ad pauperes: et egenos. Figurati in illo leuita Luce. x. vbi dicitur ꝙ viſo ſautiato pertranſijt eiꝙ munus miſericordie non impendit. Contra illud Thobie. iiij. Ex ſubſtantia tua fac elemoſynam: ⁊ noli auertere faciem tuā ab vllo paupere. vt ſic dicat cū propheta illud Eſaie. lxvj. ca. Ad quem inquit reſpiciam niſi ad pauperem ⁊ contritum corde. Ergo non videntur homines pauperes ab auaris tenacibus. Etiã dico ꝙ non videntur ab iniquis iudicibus qui cauſas paupeꝝ non dignantur reſpicere. ſed magis ſolēt ipſas diſſimulare ⁊ protrahere ⁊ contra eoꝝ inſtantiā diuites ſuſtinere. Ideo contra tales loquitur Innocentius de vili. nature. vbi dicit ſic: Vos non intenditis merita cauſarũ ſed perſonaꝝ. non iura ſed munera. non qd ratio dictet: ſed qd voluntas affectet: nō qd cor ſentiat: ſed qd mens cupiat. non qd liceat: ſed quod libeat. Sequitur. Pauperum cauſas cum mora protrahitis. diuitũ tamen cũ inſtantia promouetis: in illis rigorē oſtenditis. in iſtis cũ manſuetudine diſpenſatis. illos difficulter reſpicitis. iſtos cũ fauore tractatis. illos negligenter auditis. iſtos ſubtiliter auſcultatis. Patet ergo quomodo vidētur miſeri a malignis iudicibus. ¶ Deniꝙ dico. ꝙ iſti non videntur ab amicis nugacibus. Quia ſcilicet mũdani amici ita ſunt ficti ⁊ falſi. ita inconſtantes ⁊ vani. ꝙ ſi quis amicus eoꝝ ad paupertatē venerit. vel aliqd infortunium incurrit. nullus amplius ipſum reſpicere vel videre curabit. Et hoc probo

Exemplo naturali.
Enigmate figurali.
Probleumate fabulari.
Autoritate ſcripturali.

¶ Probando ergo per naturā poſſum eos naturaliter cōparare ſtrutioni: que eſt auis ſũme obliuioſa. intantũ ꝙ poſtꝙ̄ in deſertis ethiopie in ſabulo ouũ ſuum ponit ſtatim obliuiſcitur vbi ipſum poſuerit ⁊ dimiſit. Unde etiā de hoc cōcordat ſcriptura Job. xxxix. vbi dicit de ſtrutione. ꝙ priuauit eũ deus ſapientia. qñ ponit in arena oua ſua obliuiſcit vbi poſuit ea: ſed pcerto iſtud ouũ ſic in harena oblitũ virtute ſolis fouetur: ⁊ in volucrē trāſformat. quā vidēs mater aſſumptis plumis ſibi ſimilem ipſum filium recognoſcit et ipſum recipiens diligens de eo optime recordat. Sic vere faciũt hodie amici mũdani. qui poſtꝙ̄ ouũ ſuũ. ideſt aliquis cōſanguineus ⁊ amicus ad ſabulũ ſterilitatis ⁊ paupertatis peruenit. ipm ſtatim obliuiſcunt ⁊ ꝯtemnunt: ipmꝙ amplius non reſpiciũt ſed procerto ſi contingit ꝙ virtute ſolis. i. miſericordia diuina talis fit diſpectus fit de ſabulo paupertatis auis plumoſa. i. diues efficiatur. ⁊ de ouo in pullũ. i. de paupertate in diuitem cōuertat. plumis. i. diuitijs ⁊ beneficijs induit. tũc ſtatiꝫ ab iſta matre. i. ab iſto fallaci amico. vel parente recolligitur: ⁊ tanꝙ̄ pullus. i. tanꝙ̄ partus vel ꝯſanguineus recipit: qui antea ſpernabat. ¶ Et hoc viterius probo p figurā. Quia Dan. iiij. dicit. ꝙ nabuchodonoſor. rex babylonis mutatus fuit in beſtiā ⁊ ſtatim a principib9 ſuis de ſolio regni ſui fuit eiectus. tandē vero poſt ſeptē tpa de beſtia mutatus fuit in hoiem. ⁊ in ſoliũ regni ſui ſtatiꝫ ab eiſdē principibus eſt erectus. ⁊ reſtitutus. Sic vere chariſſimi hodie ſi cōtingit. ꝙ aliquis amiſſa figura humana. i. exteriori proſperitate ⁊ ſtatu. in beſtiā. i. in pauperē conuertat. procerto principes. i. priores amici ſui ipſum contemnũt. eijciunt ⁊ deteſtantur: ⁊ eũ videre dedignant. Sed procerto ſi contingit eũ de beſtia in hominē. ideſt de paupere in diuitē remutari. ſtatim ipꝫ recipere aduocare ⁊ ad honorē reſtituere comprobant.
¶ Probo etiā hoc per poeticā fabulam vel ficturam. Caliſto em̄ ex ira iunonis fingitur in vrſam mutata: et quis mentē ſemper retineret humanā. humana tamē figura eidem penitus eſt adempta. arcbades aũt filius ſuus ſemel ad venationeꝫ properans matrem inuenit. quam propter mutationeꝫ nature nullatenus recognouit. Ipſa tamen eum videns affectu ducta materno ad eum venit. qui timens eam ſagittare voluit: ſed hec clamans iupiter impediuit. Sic vere chariſſimi. ſi mater. ideſt aliquis amicus: vel benefactor: vel cōſanguineus viſa. ideſt pauper efficitur. amplius non cognoſcitur. ⁊ dato ꝙ ipſa viſa. ideſt ipſe pauper filiũ. ideſt priorē amicum vel conſanguineũ bene cognoſcat: ⁊ ad ipſum petendo auxiliũ reſpiciat. ⁊ ad eum veniat. ipſe tamen fictus ⁊ malus filius ⁊ amicus ipſam non reſpicit: ſed ſagittat: ⁊ ſagittis maloꝝ verboꝝ ipſam quandoꝙ percutit atꝙ grauat. ¶ Et hoc viterius per ſcripturā: patet Gen. xlij. vbi de Joſeph captiuato dicitur. ꝙ fratres ipe cognoſcēs nō eſt agnitus ab eis. Qd etiam proh dolor



Ayuntamiento de Madrid

de pꝛopꝛijs filijs naturalibus habetur: qui ſcilicet pau
peres parentes videre ⁊ reſpicere dedignantur. Juxta il
lud Pꝛouerb. xiiij. Etiam pꝛoximo ſuo pauper odioſus
erit. Et in iſto articulo videntur repꝛehenſibiles multi
qui de paupere ſtatu ad officia ⁊ alta faſtigia veniunt:
qui pꝛocerto conſanguineos pauperes. vel amicos pꝛe
ceteris deſpiciunt ⁊ contemnūt. Contra quos Jnno. vbi
ſupꝛa. Ambitioſus inquit ſtatim vt ad honoꝛē pꝛomo⸗
tus eſt in ſuperbiaꝫ erigitur in iactantiam effrenatur:
non curat pꝛodeſſe ſed gloꝛiaſ pꝛeeſſe. pꝛeſumit ſe melio⸗
rem quo ſe videt ſuperioꝛem. pꝛioꝛes deteſtatur amicos
notos ignoꝛat. externos comites eligit: contēnit anti⸗
quos vultum auertit. ceruicem erigit faſtum pꝛetendit
grandia loquitur. ſubtilia meditatur. ſubeſſe non pati
tur pꝛeeſſe molitur. Et vt bꝛeuiter concludam. tales vi
dentur figurati in Samuele. De quo dicitur. j. Reg. xv.
Poſtꝙ̄ fuit Saul a domino repꝛobatus. ꝙ non vidit
Samuel vltra ſaul. Non ſic chariſſimi. nō ſimus amici
fallaces. nec ſimus iudices ſeu aduocati rapaces. nec
auari tenaces ad egenos. ſed miſericoꝛditer nos habea
mus ad ipſos. ⁊ maxime ad pꝛioꝛes ⁊ familiares pꝛoxi⸗
mos et amicos. Quia ſicut dicitur. Pꝛouerbioꝝ. xiiij.
Qui deſpicit pꝛoximū ſuuꝫ peccat. ⁊ qui miſeretur pau
peri beatus erit. Exo. xiiij. Uiderunt filij iſrael egyptios
moꝛtuos ſuper littus maris. Uide inquit ad aquilonē
ideſt reſpice paupereꝫ Hierem. j. Ollam ſuccenſam ego
video. ⁊ facies eius ad aquilonem. Dico ergo. ꝙ videri
debet egeni paupertas. que eſt nutriēda. ⁊ hoc eſt quin
K tum qđ eſt videndum. ¶ Sexto dico. ꝙ videri debet ma
loꝛuꝫ prauitas que eſt punienda ⁊ fugienda. ⁊ hoc oſtē⸗
ditur cum dicitur. ad meridiem. Pars eñ meridiona⸗
lis. vbi eſt pꝛouincia gaulolie. vbi ſecundū Seruaſium
occeanus ſicut olla pꝛe caloꝛe feruet. vbi eſt pꝛouincia
thoꝛonie que perpetuis incendijs ſemper flammat ⁊ ar
det. Ubi eſt pꝛouincia ethiopie. que monſtris ⁊ ſerpen⸗
tibus abundat ⁊ ſcatet. ⁊ tamen his non obſtantibus a
ſole. plus contingit illuminare. Et amplioꝛi claritate
pollere. peccatoꝛem ſignat. qui ſerpentibus. ideſt vitijs
eſt plenus per carnis concupiſcentiaꝫ. eſt coꝛroſus per
auariciam ⁊ per ſuperbiam et diſcoꝛdiam eſt feruidus.
tamen pꝛe ceteris hominibus ſplendoꝛe humane glo⸗
rie eſt lucidus atq; clarus Eſaie. lvij. Impij quaſi mare
feruens quod quieſcere non valet. Tales enim videndi
ſunt. ideſt excutiendi et examinandi. et ab inferioꝛibus
declinandi ⁊ contemnendi. a ſuperioꝛibus vero caſtigā
di et puniendi. Juxta illđ Phil. iij. Uidete canes videre
malos operarios. ps. Uidi impiū ſuperexaltatuꝫ ⁊c. vt
de tali meridie dicatur illud Amos. viij. Occidit ſol in
meridie. vt nunc etiam pꝛelati in illis duodecim bobus
figurentur. de quibus tres reſpiciebant ad meridieꝫ. iij.
Regū. vij. Quod tamen eſt contra multos malos iudi
ces. qui non vident nec examinant malos et publicos
peccatoꝛes. immo clauſis oculis tranſeunt ⁊ eos facere
permittunt quicquid volunt. ipſoſq; non puniunt nec
arguunt. ſed potius ſuſtinent et defendunt. ſicut patet
ad literam de vſurarijs manifeſtis. Et ſi tu petis cau⸗
ſam quare iſti non vident tales. dico ꝙ duplex pōt eſſe
cauſa ſcilicet munerum excecatio. ⁊ timoꝛis remollitio.
De excecatione eñ patet. ꝙ dona ⁊ munera que mali iu
dices reſpiciunt. oculos eis claudunt. Optalius eñ la⸗
pis pꝛecioſus eſt. qui ſi ab aliquo poꝛtet. ita illudit ocu⸗
los alioꝝ. ꝙ illuꝫ qui poꝛtat non reſpiciunt nec percipi
unt. Et ideo de iſto dicitur in lapidario. ꝙ aſſeritur fur
tis tutiſſimus eſſe patronus. Sic vere chariſſimi quan
do aliquis malus timet a iudicibus videri diſcuti ⁊ pu
niri. ſolet adhibere lapidem optalium pꝛecioſum. ideſt
optabilia ⁊ munera atq; dona. Et ſic pꝛocerto dum iſta
offert iudicibus. atq; pꝛelatis pꝛeſentat. oculos ſui iudi
cij illudit. ⁊ excecat. ita ꝙ ipſum tunc nequeunt perpen
dere nec videre. quinimmo ac ſi non videret ſolet ipſum
impunitum dimittere ⁊ tranſire. ⁊ ſic mali inuiſi ⁊ im⸗
puniti tranſeunt. ⁊ iudicum oculos cum ſuis muneri⸗
bus ſic illudunt Deutero. xvj. Munera excecant ocu⸗
los ſapientum et peruertunt verba iuſtoꝛum. Item iſti
omittunt videre malos remollitione timoꝛis. quod pa
tet. quia ſcilicet mali fallaces ⁊ iniqui quandoq; nitun
tur ſupꝛa ſuum viſoꝛem ⁊ inquiſitoꝛem inſurgere. ⁊ euꝫ
diffamare. ledere ⁊ grauare. Geruaſius enīꝫ narrat eſſe
quoddam ſtagnum in finibus ſcotie iuxta occeanum
quod omni die fluit et refluit. Juxta illud ſtagnum ac⸗
cidit mirabile. quod ſi faciem quis ad ſtagnum vertat
aqua quaſi foꝛtis pluuia diſpergitur. et ipſum ſtagnuꝫ
quaſi indignatum ſupꝛa ſic videntem ⁊ reſpicientem in
ſurgat. ⁊ vix ſine periculo euadat. ſi vero ſtagnum non
reſpiciat aut videat. ſed ſibi potius doꝛſum vertat. tunc
aquis eius non aſpergetur. nec tumoꝛ eius. nec tempe⸗
ſtas aliqua ſentitur. Sic vere in hoc ſunt mali huic ſta
gno ſimiles. quia in ſuis malicijs nolunt videri. quin⸗
immo quando pꝛelatus eos videre ⁊ examinare. ⁊ eoꝛuꝫ
maliciam exploꝛare ⁊ cognoſcere nititur. ſtatim flucti⸗
bus infamiarum ⁊ iniuriaruꝫ ⁊ rixarum. ac appellatio
num ab eis impetitur. qui tamen ſi faciem auerteret. et
diſſimulando tranſiret. in pace dimitteretur. nec ab
ipſis malis ſubditis lederetur Quapꝛopter hodie mul
ti ſuperioꝛes compelluntur ſub diſſimulatione tranſi⸗
re ⁊ maloꝛum culpas nō coꝛrigere vel videre. Sicut eñ
dicitur Pꝛouerbioꝝ. xv. cap. Non amat peſtilens eum
qui ſe coꝛripit. Ideo de tali iudice. qui ſic per malos ſub
ditos diſſimulare cogitur. dicitur Eccleſiaſtici. xix. Eſt
qui declinat faciem ſuam ⁊ fingit ſe non videre qđ igno
ratum eſt. Non ſic chariſſimi. non ſimus diſſimulan⸗
tes malos. ſed aſpicientes ⁊ diſcutientes. ⁊ ſecunduꝫ iu⸗
ſtitiam punientes. Et reuera ſicut dictum eſt videri de⸗
bet maloꝝ prauitas. que eſt puniēda. Ad meridiem in⸗ L
quit. ¶ Septimo dico. ꝙ videri debet felicitas celi que
eſt appetenda. ⁊ hoc oſtenditur cum dicitur ad oꝛienteꝫ
Pars enim oꝛientalis que eſt luminoſioꝛ. et in quo ſol
oꝛitur paradiſum deſignat. vbi lumen eterne gloꝛie con
tinetur. ⁊. Unde ſol iuſtitie chꝛiſtus mundo oꝛitur atq;
datur. Iſte ergo locus debet videri. ⁊ in mente ⁊ deſide⸗
rio ſemper haberi ⁊ totis deſiderijs ſemper affectari. qđ
vtiq; in tabernaculo federis figuratur. quod ab omībꝰ
partibus erat clauſum. ⁊ ſolum ad oꝛientem ⁊ ad lucis
ingreſſum aperiebatur. Ad denotandum ꝙ tabernacu⸗
lum debet eſſe clauſum ad terrena apertum vero ad oꝛi
entem. ideſt ad celeſtia ⁊ ſuperna Geneſis. xxviij. Dila⸗
taberis ad oꝛientem. Et in ps. Aſcendiſti ſuper celum
celoꝛum ad oꝛientem. quia oꝛientalia. ideſt bona eterna
debent videri ⁊ contemplari. deſiderari ⁊ affectari. bona
vero terreſtria reſpui. ſperni. ⁊ abdicari. vnde Eſa. xxxiij
Oculi tui videbunt hieruſalem regionem opulentam.
tabernaculū quod amplius trāſferri non poteſt. Pere⸗
grinus enim qui eſt captiuus in terra aliena. libenter
recoꝛdatur patriam ſuam. ⁊ multum appetit reditum.
ad eandeꝫ. Unde in perſona captiuoꝛum dicitur in ps.
Super flumina babylonis illic ſedi. ⁊ fle. duꝫ recoꝛ. tui
ſyon. Sic vere nos qui ſumus peregrini ⁊ hoſpites ſu⸗
per terram. ⁊ qui non habemus hic manentem ciuita⸗
tem. ſed futuram inquirimus Hebꝛ. xiij. Debemus pa
triam noſtram de qua cecidimus paradiſum ſcilicꝫ mē⸗
taliter videre. et ad eandem totis affectibus anhelare.
Unde pſal. dicit. vt videas bona hieruſalem omnibus
diebus vite tue. Quod tamen eſt hodie pꝛohdoloꝛ con⸗
tra multos. qui ſcilicet oꝛientem. ideſt paradiſum non
vident. nec qui ⁊ quāta ſint illa bona conſiderant quin⸗
immo intantum ſunt allecti bonis moꝛtalibus ⁊ cadu
cis huius mundi. ꝙ nunꝙ̄ moꝛi vellent. ⁊ ꝙ ſemper bo
na terrena poſſiderent. Sic enim ponit Plini. In affri
ca eſt quedam arboꝛ que dicitur lechos. quod interpꝛe⸗
tatur obliuio. ⁊ hoc. quia facit peregrinos obliuiſci pa⸗
triam. ⁊ hoc pꝛotanto dicitur. ꝙ fructus iſtius arboꝛis
eſt opulentiſſimus. et vere loco panis eſt eius fructus
dulciſſimus. ⁊ bibitur ab eis loco vini. quapꝛopter cum
incole ⁊ aduene inueniunt in iſta arboꝛe. vnde ſine labo
re poſſunt viuere non querunt amplius patriam ſuam
ingredi. nec videre. ſicut ponit Plinius. xxx. libꝛ. iij. Na

turalis

turalis mūdi hyſtorie. In illis eñ partibus affrice eſt qdam fluuius dictus leches qui obliuionem inducit. quapropter leches .i. obliuio dictus fuit. quez .ſ. ꝓpter hoc garrulitas poetica ſecundū infernalē fluuiū eſſe dixit. Sic vere chariſſimi arbor mūdane vite ⁊ mūdane proſperitatis ⁊ ſtatus cum ſua altitudine eminentiaꝝ cum ſuo ſucco delitiaꝝ ⁊ cū ſuis fructibus diuitiarū. necnon fluuius infernalis mūdialium ſcientiarū. ita hodie alliciunt mentes noſtras. ꝙ dato ꝙ ſimus peregrini et aduene in hoc mundo. Iuxta illud Hebreo. xj. Peregrini ⁊ hoſpites ſunt ſuper terram. nihilominus tantū delectamur ſuꝑ terram. ⁊ in iſtis terrenis ꝙ patriam noſtrā ſcilicet paradiſum obliuiſcimur et ꝙ ab eius viſu ⁊ conſideratione penitus impedimur. Figurati in loth. qui interpretatur declinans. qui vidēs regionem circa iordanem que irrigatur aquis ſicut paradiſus elegit habitare ibidem ⁊ receſſit ab oriente. Sic vere peccator qui facit malum ⁊ declinat a bono. regionē iordanis .i. deſt mundū ⁊ irriguū proſperitatis eligit. ⁊ ab oriente ideſt paradiſi ⁊ eterne lucis amore fugit ⁊ recedit. ſuper quos videtur poſſe dici illud Job. xx. Nō videbit riuulos torrentis mellis ⁊ butyri. Non ſic chariſſimi. ſed videamus ad oriētem. ideſt ad paradiſum. ps. Credo videre bo. do. in ter. vi. Videri ergo debet celi felicitas que eſt appetenda. Ad orientē inquit. Zacha. vj. c. Oriens nomen eius ⁊ cū eo orietur lux eius. Si vis declarare. dic quomodo in oriente ſunt multa nobilia ſcilicet ſpecies: precioſi lapides. elephātes ⁊c. Ac applica ad bona paradiſi. vel ad ipſos beatos. ¶ Octauo dico ꝙ videri debet finis neceſſitas. que eſt ꝓuidenda. et hoc oſtenditur cū dicitur. Ad occidentem. Pars eñ occidentalis ad quam continue currit quam ſol continue reſpicit. ⁊ vbi ſolis claritas deficit ⁊ occidit. finē noſtrum ſignificat ad quem vita noſtra cōmuniter labit in quo claritas vite noſtre ceſſat ⁊ moritur. ad quem q̄libet reſpicere ⁊ ꝑmeditari tenetur. Joſue. j. Uſqꝫ ad ſolis occaſum erūt termini veſtri. dū enim pauo videt pedes ſuos. faſtum rote ⁊ caude ꝓpter cuius pulchritudinem ſuperbierat deponit ⁊ remouet. Sic vere ſi pedes noſtros. ⁊ finem vite noſtre ⁊ affectiones bene conſiderando cernimus nunꝗ̄ proculdubio ſuperbimus. ſed etiam faſtū ⁊ pompam deponimus ⁊ laxamus. Dañ. ij. Tu rex cogitare cepiſti in ſtratu tuo quid futurum eſſet poſt hoc. Et ſic poſſet notari ꝙ circa finem conſideranda et videnda ſunt multa. ſcilicet quia ibi videre debemus

Mortis horrorem.
Judicis terrorem.
Purgatorij ardorem
Inferni dolorem.
Dyaboli furorem.

De morte patet Apoca. vj. vbi dicit. Et ecce equ⁹ pallidus .i. homo mortuus. ⁊ qui ſedet ſuper equū nomen illi⁹ mors. ¶ De iudice patet Apocal. xx. vbi dicit. Vidi mortuos puſillos ⁊ magnos ante thronum. ⁊ libri aperti ſunt. ⁊ mortui iudicati ſunt. de his que ſcripta in libris erāt De purgatorij ardore ꝙ ſit videndus patet Hierem. j. vbi dicitur. Ollam ſuccenſam ego video. De inferni vero dolore videndo ⁊ conſiderando patet Apoca. xx. vbi ait: Vidi angelum deſcendentem de celo habentē clauem abyſſi ⁊ cathenam magnam in manu eius. ⁊ comprehendit draconem. et miſit eum in abyſſum. ¶ Q̄d etiam dyaboli malicia videnda ſit. patet exemplo chriſti qui dicit Luc. x. c. Videbam ſathanam tanꝗ̄ fulgur Et Hierem. j. vbi dicitur. Virgam vigilantem video. De iſtis qnqꝫ poſſet magnus fieri tractatus. ſꝫ quodlibet habet ſuam materiam in inuentorio ſcilicet morali vide ibi. Talia etiam videnda ſunt vt homo etiam timeat. ⁊ territus a malo reſiliat ⁊ recedat. exemplo leonis. qui dicitur timere quando videt ignem. ⁊ quando videt gallum ſcilicet album. ⁊ quando videt verberare catulum. et quādo videt leoceſanum animal leonibus venenoſuꝫ. Sic vere iuſtus timere debet quando videt iſta poſteriora ſcilicet quando videt ignem purgatorij ⁊ gallum ideſt iudicem ſtrepitum mortis verberationem ⁊ damnationem catuli ideſt impij et venenum hoſtis noſtri dyaboli. Unde de iſto viſu poteſt dici iſtud quod de deſtructione damaſci dicitur Zacha. ix. Ecce dominus percutiet in mari fortitudinem eius. ⁊ hec igni deuorabitur. videbit aſcalon ⁊c. Et ſi vis inuehe contra diuites qui non vident ad iſta poſteriora. ſimiles hyene que non poteſt flectere collum vt videat poſt ſe. Similes etiam quibuſdam qui breuem habent viſum qui non vident aliquid niſi prope ſit ⁊c. Contra quos Trenorum. j. Sordes eius in pedibus eius. nec recordata eſt finis ſui. Non ſic chariſſimi. ſed videatur

Finis neceſſitas
Celi felicitas.
Maloꝝ prauitas.
Pauperū egeſtas.
Mundana vanitas
Fraterna charitas.
Humana vilitas.
Diuina maieſtas.

¶ Et ſi ſic ad iſtas octo ꝑtes oclos mētis noſtre vertimus. et circūſpicimus in illis ſancti animalibus que habebant oculos ante ⁊ retro. Apocalyp. iiij. et in illis rotis quorum corpus in circuitu plenum erat oculis. Ezechie. j. figurati erimus. Et ſic procerto nos habebimus in aſpectu mentali ſplendorem. quod eſt primum principale. Videte inquit. ¶ Secundo principaliter dico qd̄ nos debemus habere in affectu morali decorem moderantie. et hoc oſtenditur cum dicitur: quomodo caute. ac ſi diceret ꝙ in omībus actibus noſtris adhiberi debet modus et cautela. quod vtiqꝫ totū facit diſcretio. vnde Petrus Rauen. in ſermo. ꝙ diſcretio modum virtutibus adminiſtrat et ſine diſcretione virtutis vitia reputantur. dicit. Sine iſta enim timor in deſperationem. amor in adulationē. ſpes in preſumptionem. leticia in diſſolutionem. ira in furorem. dolor in amaritudineꝫ commutantur. Notandū ergo ſi volum⁹ de iſto vocabulo qūo. ꝙ multipl̄r ſumit in ſcriptura. tam per modum interrogationis. ꝗ̄ ꝑ modum ſimulationis. Unde aduerte ꝙ ꝗ̄tum ad interrogationem ſumitur

Admiratiue.
Miſeratiue.
Deſolatiue.
Inquiſitiue
Allegatiue.
Reprehenſiue
Charitatiue.
Conſolatiue
Superatiue.
Supperlatiue
Cōparatiue:
Regulatiue.
Ordinatiue

Sumit iſtd̄ vltimum qd̄ ē noſtrū quomodo. quod ſcilicet ordinem et regulam actuum noſtroꝝ deſignat quomodo inqt caute ambuletis j. Theſſa. iiij. Queadmodū accepiſtis qūo vos oporteat ambulare. ita ambuletis ⁊c. De oibus alijs ſi vis ꝯcordātias vide .ſ. in litera Q. ti. qūo: Sꝫ aduerte hic ꝙ nō ſolū ponit qūo. imo ēt caute ambuletis: q̄r .ſ. in nr̄is actib⁹ non ſolū neceſſari⁹ eſt mod⁹ vt meli⁹ fiāt bona. ſꝫ neceſſaria etiam eſt cautela vt ꝓcaueant mala. vñ Sen. li. de mori. dicit ſic. Cunctis inqt eſto benign⁹. nemini blādus. paucis familiaris. oibus equus. ſeuior eſto iudicio ꝗ̄ ſermone. vita ꝗ̄ vultu. clemētie cultor. clemēs vltor. ſeuicie deteſtator. fame bone nec tue ſeminator. nec aliene detractor. ſuſpitionib⁹ minime credulus. ad irā tardus. ad miſericordiā ꝓnus. in aduerſis firm⁹. ⁊ in ꝓſperitate caut⁹. qūo inqt caute ⁊c. j. Mach. vj. Ibant caute ⁊ ordiate. Et ſic patꝫ ſcdm .ſ. ꝙ hr̄e debem⁹ affectu morali decorē tꝑantie ¶ Tertio principal̄r dico ꝙ nos debemus habere in ꝓfectu reali vigorē diligētie. qd̄ oſtēdit cū dicit. ambuletis .i. de vno opere ad aliud procedatis. Quia in via bonorum moꝝ quodlibet bonū opus eſt vnus paſſus. Et ideo ſicut oia animalia vt cōiter ꝓcedūt anterius eundo. non poſterius redeundo. Sic ois homo qui eſt per gratiā animatus. oꝫ anterius per virtutes procedere. ⁊

Ayuntamiento de Madrid

nunꝙ poſterius aduerſa vel tpalia retroire. Exemplo
apoſtoli Phil.iij. Que retro ſunt obliuiſcens.ad ea ve-
ro que ante ſunt extendēs meipm deſtinatū perſequor
ad brauium.ambuletis inquit. Ut ſic poſſimus figu-
rari in ſanctis animalibus.de quibus dicitur Ezech.j.
Q ipſa erāt quatuor:et quodlibet habebat quatuor
facies.habebat quatuor pedes.habebat quatuor alas.
⁊ habebat ſub alis quatuor pennas.⁊ vnumquodlibet
ante faciē ſuam gradiebaꝫ. nec reuertebaꝫ dū ambula
rent. Iſtam vide expoſitam in reductorio meo. lib. xvj.
Ezec.j. Ambuletis ergo. Ad col.j. Ut ambuletis digne
per omnia deo placentes.in omni opere bono fructifi-
cantes ⁊ creſcentes. Et ſic replicando dico ꝙ nos debe-
mus habere. Diligentie vigorem. Ambuletis. Mode-
rantie decorem.quō caute. Sapientie ſplendorem. Ui-
dete. Uidete ergo quō caute ambuletis: vt.ſ. exemplo
helye in fortitudine cibi iſtius ambuletis vſqꝫ ad mon
tem dei oreb.⁊ vt de virtute in virtutē taliter pcedamus
ꝙ deū deorꝫ in ſyon.ſ.videamus. Iuxta illō Ioh.j. Uidi
mus gloriā eius gloriā quaſi vnigeniti a patre plenū
gratia ⁊ veritate. Et ſicut dicit Aug. Ipſe erit finis de-
ſideriorum noſtrorū qui ſine fine videbitur. ſine faſti
dio amabitur.ſine fatigatione laudabitur. qd nobis
concedat xps ⁊c.

A **Vidua.** Nota ꝙ vidua dicitur illa que virū ha
buit.ſed eſt viri ſolatio per mortis infor-
tunium deſtituta. Et ideo breuiter in ſcriptura ſtatū
deſolabilem ⁊ miſerabilem deſignat in bono ꝑiter ⁊
in malo. Et ideo breuiter notare poſſumus ꝙ inuenio
viduitatem

Honorabilem. — Prima eſt bonarꝫ matronarū.
Miſerabilem. — Secūda eſt pauperꝫ perſonarꝫ
Deteſtabilem. — Tertia eſt malarū animarum.

Dico primo ꝙ eſt viduitas matronarꝫ honorabiliū
Et ſic loqtur.j.Thi.v. vbi dicit. Uiduas honora que ve
re vidue ſunt. Uere em vidue honorande ſunt ⁊ in reue-
rentia habēde.harꝫ em ſtatus in turture deſignaꝫ que
ſcꝫ mortuo compare nulli alio copulaꝫ.ſed ſola incedē
do mortem cōparis lamentaꝫ. ſignans vtiqꝫ bonarū vi-
duarū ⁊ honeſtā que mortuo viro nullū aliū querit. ſed
ſola ſine coniuge in viduitate ⁊ caſtitate domino famu
tur ⁊ ſeruit.⁊ propter mortem coniugis ſemper gemit.
inquantū ꝑ ipſo mortuo dño preces fundit.ꝯ. illud.ij.
Regum.xiiij. Heu mulier vidua ego ſum. mortuus eſt
enim vir meus. Unde nota ꝙ que volunt eſſe vere vi-
due debent

Pauperes nutrire.
Infirmis ſeruire.
Caſtitatem ſeruare.
Orationi vacare.
In penitentia laborare.

Dico ꝙ debent pauperes nutrire per pietatē vnde he
lye dicit.iij. Reg.xvij. Uade in ſareptā ſydoniorꝫ. pcepi
enim ibi mulieri vidue vt paſcat te. Item debent in-
firmis ſeruire per ſedulitatē.vnde.j. Thym.v. Uidua
eligatur in bonis operibus teſtimoniū habēs.ſi hoſpi
tio pauperes recipit ſi ſanctorꝫ pedes lauit. ſi retribu-
tionem patiētibus ſubminiſtrauit. Item debent ca
ſtitatē ſeruare. Unde Eſa.xlvij. Uenerūt tibi hec duo
ſimul ſterilitas ⁊ viduitas. Exēplo palme femelle. que
precisa palma maſcula ſibi coniuncta inter triduū ſte
rileſcit. Denotans bonas viduas que mortuo viro ſuo
fructui prolis non dant operam.ſed ꝯtinuā continen
tiā ſeruando ſterileſcunt. Mō eſt tñ cōtra multas que
ꝙtumcunqꝫ ſint vidue vetule vel antique volūt nubere
⁊ non ꝯtinere.ꝯ.illud Eſaie.xlvij. Non ſedebo vidua ⁊
ſterilitatem ignorabo.qnimmo tantū eſſe extra ſtatū
viduitatis delectanꝫ ꝙ videnꝫ dicere illud Apoc.xviij.
Sedeo vt regina ⁊ vidua non ſum. Item debent ora-
tioni vacare.exēplo anne vidue. de qua dicit Luce.ij. ꝙ
hec vidua erat ⁊ non diſcedebat de tēplo ieiunijs ⁊ ora-
tionibus ſeruiens die ac nocte. Itē debent in penitē
tia laborare. Exēplo Iudith de qua dicit Iudith.viij.
Erat aūt Iudith relicta vidua ⁊ in ſupioribus domus
ſue fecit ſibi ſecretū cubiculū.ſ. in quo cū puellis ſuis
clauſa morabaꝫ. ⁊ ſup lumbos habens ciliciū ieiuna-
bat. Quod tamē eſt contra multas que magis vacant
delicijs ꝙ cilicijs.⁊ ideo plus abundant in carnalita-
te ꝙ in caſtitate.de quibus.j.Thy.v. Uidua que eſt in
delicijs viuens mortua eſt. Sequiꝫ. Adoleſcentiores vi
duas deuita.cū luxuriate fuerint volūt nubere.diſcūt
et vt ait circuire domos.ſ.ocioſe.curioſe.⁊ verboſe loqn
tes q̄ nō expedirēt. Nō ſic ꝑcerto:qꝛ bona ⁊ honeſta vi-
duitas eſt viduitas honorabiꝫ. Scdo ē viduitas mi B
ſerabilis ⁊ ſic p ſtatū viduitatis itelligiꝫ ois ſtatꝰ tribu
lationis ⁊ paupertatis.vnde p viduā intelligiꝫ ois per
ſona deſolata ⁊ ſolatio deſtituta cui eſt miſerandum.
⁊ miſericorditer ſuccurrendum:qꝛ ſicut dicitur Iaco.j.
Religio munda et immaculata hec eſt viſitare pupil-
los et viduas in tribulatione eorū. Notabo ergo ꝙ ta
les vidue ſunt

Defendende — Sūt dico
Nutriende. — defendēde ne
Conſolande. — moleſtentur
Uiſitande. — Eſa.j. Queri

te.ſ.iudiciū.ſubuenite oppſſo. iudicate pupillo. defen-
dite viduā. Mō tñ eſt ꝯtra multos q̄ viduas ⁊ pauperes
non defendūt.ſed ipſas depdanꝫ ⁊ rapiūt ac offendūt.
de malis em iudicibꝰ dicit Eſa.j. Pupillo nō iudicant
⁊ cauſa vidue non ingrediꝫ ad eos. De raptoribus dicit
Iob.xxiiij. Ꝙ vim fecerunt pupillo depdantes ⁊ acce
perunt ꝑ pignore bouem vidue.dicūt em illud Sap.ij.
Nō parcamus vidue nec veterano. Itē ſunt nutrien
de ne moriaꝫ. Diuites em debēt nutrire viduas pau-
peres ⁊ egenos.j.Thi.v. Si qs hꝫ viduas ſubminiſtret
eis. Item ſunt ꝯſolande ne cōtriſtenꝫ. Iob.xxix. Be-
nedictio pituri ſup me veniebat.⁊ cor vidue ꝯſolatus
ſū. Mō tñ eſt ꝯtra multos q̄ magis nitunꝫ moleſtare
⁊ contriſtari pſonas miſerabiles ꝙ potentes. Eze.xxij.
Pupillū ⁊ viduā contriſtauerunt apud te. Et Hiere-
mie.xxij. Uiduā nolite cōtriſtari. Item ſunt viſitande
ne deſolenꝫ. Iuxta illud pdictū. Uiſitate pupillū et vi-
duā ⁊c. Iſta eſt ergo viduitas miſerabilis. Tertio di C
co ꝙ eſt viduitas deteſtabilis.⁊ iſta eſt viduitas pecca-
ti. Anima em que xpo in baptiſmo deſponſaꝫ ꝑ fidem.
tunc ſpūaliter viduaꝫ.qñ ꝑ peccatū xpi viri ſui ꝯſugio
deſolaꝫ.vñ de iſta dicit Tren.j. Et facta eſt quaſi vidua
dña gentiū.⁊ princeps puinciarꝫ facta eſt ſub tributo
Dyabolus em eſt ille d quo dicit Eze.xix. Et factus eſt
leo ⁊ didicit pdā capē ⁊ hoies deuorare. didicit viduas
facere.⁊ ciuitates earū in deſertū adducere. Mꝛ pcerto
dyabolus per temptationes ſuas pdam meritorꝫ ſub-
ripit.⁊ homines p peccatū deuorat ⁊ occidit.animas a
xpo viduas facit.⁊ ciuitates eccliarꝫ deſertas a virtutibus
reddit. Et ſi vis dic ꝙ iſta viduitas poteſt intelligi eccle
ſia que.ſ.vidua efficiꝫ.qñ bono paſtore priuaꝫ. ⁊ qñ bo
no plato viduaꝫ.ꝯ.illō pdictū.ij. Reg.xiiij.c. Heu mu-
lier vidua ego ſū ⁊c. Patet ergo ꝙ eſt viduitas deteſta
bilis ⁊ vitioſa.miſerabilis ⁊ doloroſa.honorabilis ⁊ vir
tuoſa. Uide.ſ.de pupillo.

A **Vigilare.** Nota ꝙ cum vigilare ſit vnū de ſex
ſcilicet accidentibus hominē in eſſe
conſeruantibus ⁊ proprie nihil aliud ſit ꝙ libera ſpiri
tuum per organa ſenſus ⁊ motus diffuſio. virtutis na
turalis per corpus peragēs paſſiones. Poſſumus no
tare ꝙ vigilia moraliter loquendo nihil aliud eſt ꝙ vi-
gil et circunſpecta diligentia. Accipitur enim vigilia in
in bono ⁊ in malo. Et ideo breuiter notabo ꝙ inuenio
vigiliam

Summi creatoris. — Dico igiꝫ ꝙ vigilat ſum
Noſtri protectoris. — mus creator ad creatu-
Iuſti viatoris. — rarꝫ gubernationē.qꝛ.ſ.
Beati fruitoris. — iſte videꝫ nunꝙ dormire
Uani peccatoris. — ſed ad punitionē malorꝫ
Hoſtis deceptoris. — ⁊ pmotionē bonorꝫ con-

tinue vigilare.vñ.Hiere.xxxj. Sicut vigilaui ſup eos
vt diſperderem

Ayuntamiento de Madrid

vt diſperderem ⁊ affligerem. ſic vigilabo ſuꝑ eos vt edi-
ficem. euellerem ⁊ demolirer. ⁊ plantem. ⁊ Hiere. j. Vi-
gilabo ego ſuper verbo meo vt impleam iſtud. ¶ Item
vigilat noſter protector angelus. ſ. ad mortaliū cuſto-
ditionem. Angelus enim noſter nunꝙ̄ dormit. ſed ad
cuſtodiendū nos continue intendit. ⁊ teſte ſaluatore
ſemper faciem patris cernit. Et ideo in ſcriptura ange
lus vigil dicitur eo ꝙ advigilandū ſuper cuſtodiā ho-
minis ordinatur. Dan. iiij. Ecce vigil ⁊ ſanctus deſcen-
dit de celo. ⁊ Cant. iij. Inuenerūt me vigiles qui cuſto-
diunt ciuitatē. ¶ Item vigilat iuſtus viator ad bono-
rum operū executionem. Nā iuſti tam ſubditi ꝙ̄ ꝓlati
debent vigilare in ſuis bonis operibus. vnde. j. Thi. v.
Non dormiamus ſicut ceteri. ſed vigilemus ⁊ ſobrij ſi-
mus. ¶ Item vigilat beatus in paradiſo vbi. ſ. ꝑ mortē
perpetuo nō dormiet. d. illud ps. Deus deus meus ad
te de lu. vi. ¶ Item vigilat impius. ſ. in penis peccato-
rū per malicie circunſpectionem. Job. xxiiij. Vigilan-
tes aduſqꝫ predā preparant panē liberis. Et Job. xxj.
In diē perditionis ſeruabit malus. ⁊ ad diē furoris du
cetur. ⁊ ipſe ad ſepulchrū ducet. ⁊ in igne mortuoꝝ vigi
labit. ¶ Itē vigilat hoſtis deceptionis. ſ. dyabolus per
cōtinuā machinationē. Nā. ſ. iſte ſiſis eſt draconi q̄ ra-
ro vel nunꝙ̄ dicit dormire: qꝛ. ſ. ſemꝑ vigilat ad temptā
dū. vnde de dyabolo ⁊ peccatoribus dicit Hiere. v. Per
cuſſit eos leo de ſilua. lupus ad veſperā vaſtauit. leopar
dus vigilans ſuꝑ ciuitates eoꝝ. His ꝓmiſſis dicamus
aliq̄d de vigilia bonoꝝ que eſt vꝛtuoſa. ⁊ de vigilia ma-
B loꝝ que eſt vitioſa. ¶ Et primo ꝙ eſt quedā vigilia que
eſt laudabilis ⁊ vꝛtuoſa. ⁊ iſta eſt vigilia bonoꝝ que. ſ. fa
cit vigiles ⁊ attentos ad ea que pertinent ad ſalutē. Si
cut eñ dicit Ariſto. Omne animal habens ſanguinē
ambulat. vigilat ⁊ dormit. Sic vere ſpūaliter loquēdo
oīs qui ſanguine ⁊ humore diuine gratie vegetat. debꝫ
ambulare bona opera frequentando. debet dormire de
nocte in deo quieſcendo. debet vigilare diſcrete neceſſa-
ria preuidendo. nociua cauendo. ⁊ ꝓſicua. ſ. ꝓcurando
vt ſic de tali vigilia dicat cuilibet illud Math. xiij. Vi-
dete vigilate ⁊ orate. Vigilia eñ diſcretionē deſignat: qꝛ
ille qui vigilat poteſt videre. ⁊ operari ⁊ ſentire. Ille vꝛo
q̄ dormit nec videt: nec operat. nec ſcit q̄d ſit circa ipm.
Sic vere ille qui eſt vigil ꝓuidus ⁊ diſcretus pōt oꝑari
vtilia videre ⁊ cognoſcere neceſſaria. illi vꝛo qui ꝑ igno-
rantiā ⁊ negligentiā dormiūt. nec bona opera faciunt
nec quid debeant facere ſciunt. Et ideo dñs diſcipulos
ſuos de dormire increpat. ⁊ advigilandū ipſos inſtruit
⁊ informat. d. illud Mar. xiiij. Nō potuiſtis vna hora
vigilare mecum. Et addit hortando ſuſtinete hic ⁊ vigi
late mecum. Ubi aduerte ꝙ homo ſolet vigilare ꝓpter
quatuor. ſ. ꝓpter

Commodum. | Sic pro certo
Periculum. | nos advigilā
Preceptum | dū dꝫ mone
Conſortium. | re cōmodum

copioſum quo in fine gaudemus. periculū tedioſum.
qđ ad preſens videmus mandatū vigoroſum qđ taliter
implemus. conſortiū generoſum qđ in iſtis habemus
Advigilandū chariſſimi nos debꝫ incitare fructus ex-
pectatus q̄ eſt copioſus. ſuſtinete. q. d. gaudebitis inde
locus denotatus. qui eſt. l. tedioſus. hic. ſ. mūdo vbi eſt
locus periculi. actus imperatus qui eſt vigoroſus. Vi-
gilate. quod imperatiue dicitur. nexus colligatus qui
eſt amoroſus mecum dicit ipſe ſaluator. ¶ Dico ergo
ꝙ vigilandum eſt ꝓpter fructū copioſum quem conſe-
qui valemus. quod oſtenditur cū dicitur. ſuſtinete. q. d.
non diu. immo breuiſſime durabit. ſed poſt vigiliā ſem
per venit feſtū ⁊ poſt laborem venit quies. ſuſtinere eñ
patiēter expectationem futuri cōmodi deſignat. Juxta
illud Eccleſiaſtici. j. Uſqꝫ ad tempus ſuſtinebit patiēs
et poſtea redditio iocūditatis: quia ſi vigilia in pſenti
ſuſtinetur. commodū eterne glorie ex hoc finaliter re-
portatur. Homo ſanus poſtꝙ̄ vigilauerit dormit. alꝰ
ſi dormire nequit. ſanus et incolumis eſſe nequit. Sic
vere ſi ſanitate gratie ſumus ſani. poſtꝙ̄ in hoc mun-
do in bonis operibꝰ vigilauerimus. finaliter in celi re-
quie dormiemus. ſi vero per peccatum egrotamus. tūc
de vigilia laborū mundi ad inferni vigilias pertranſi-
mus. Ideo de vigilantibus dicitur Luc. xij. Beati ſunt
ſerui illi quos cum venerit dominus ⁊ pul. ia. ⁊c. Ideo
ſancta eccleſia canit. ſurgite vigilemus venite adoremꝰ
quia ꝓmiſit dñs coronā vigilantibus. Et vere chariſſi-
mi multa cōmoda poſſunt euenire ex ſuſtinētia bona
rum vigiliarum

Paſtoribus. | Vigilant eñ
Scholaribus. | paſtores gre-
Curſoribus | gē cuſtodiē-
Seruitoribus. | do. Nā ꝓlatis
Laborantibus. | q̄ ſunt paſto-
Egrotantibus. | res gregis ec

cleſie neceſſaria eſt vigilia ⁊ circūſpectio ſuꝑ gregem ne
forte fierent negligentie. ⁊ dū dormirent lupus inferni
totū gregem deſtrueret ⁊ voraret. Luce. ij. Nā paſtores
erant in regione eadem vigilantes ⁊ cuſt. vi. noc. ſuper
gre. ſu. ¶ Item vigilant ſcholares ſapientiam contem-
plando ⁊ addiſcēdo. Sapientia eñ ſine vigilijs nō acq̄
ritur. ⁊ ſcientia ſine laboribꝰ non habet. Unde de quo-
dam pħo legit ꝙ cū q̄dam ab eo peteret. q̄uo in tantā
ſcientiā perueniſſet. r̄ndit qꝛ plus conſumpſi de oleo in
cruſibulo ꝙ̄ de vino in cypho. vñ ꝙ iſta ſcīa cū vigilijs
acq̄rat inuenit ꝓuer. viij. vbi dꝛ. Ego diligētes me dili-
go. ⁊ q̄ mane vigilauerūt ad me iuenient me. Et bñ dicit
mane: qꝛ vt cōiter melius eſt ſcholari vigilare de mane.
ꝙ̄ de ſero. tunc eñ ꝓpter cibos digeſtos ⁊ ſenſus ſumno
quietatos intellectus reddunt liberiores. ſpūs purio-
res ⁊ ſenſus acutiores. vñ Eſaias ſe dicebat de mane vi
gilare. d. Eſa. xxvj. De mane vigilabo ad te. Moraliter
tñ loquendo ꝑ mane intelligit iuuentus que eſt tp̄us
aptū ad laborandū ⁊ vigilandū. ⁊ ad mores ⁊ ſciētias
acquirendū. Quod eſt contra illos qui in ſero vix volūt
in ſapientia vigilare. d. illud Eccli. xxxiij. Ego nouiſſi-
mus vigilaui. ¶ Itē vigilant curſores iter continuan-
do. Curſor enim ſi nimis dormiret. nunꝙ̄ ad terminū
prefixum bona hora perueniret. Nos igitur qui ꝑ viā
vite preſentis currimus in bonis operibus vigilemus
vt ad paradiſum feliciter attingamus. j. Regū. xj. In-
greſſus eſt ſaul in media caſtra in vigilia matutina.
¶ Item vigilant ſeruitores ꝓpꝛium dñm expectantes
ſollicite famulando. deus enim qui dñs noſter eſt ad
nos in morte veniens quos in bono vigilantes inuene-
rit premiabit. quos vꝛo dormiētes in peccatis inueniet
condemnabit. Math. xxiiij. Vigilate ergo. quia neſci-
tis qua hora dñs veſter ventur' ſit. Iſte enim eſt domi-
nus qui vult habere famulos vigilantes. ⁊ ſeruos attē
tos. dicens cuilibꝫ ſeruitori ſuo illud. ij. Thym̄. iiij. Tu
vero vigila. in omnibus labora. opus fac euangeliſte.
miniſterium tuum imple. ſobrius eſto. ¶ Item vgilāt
ſpeculatores de hoſtibus precauendo. Nos ergo qui
ſumus in militia huius vite vbi hoſtes infiniti inſidiā
tur. debemus vigilare ⁊ ne pereamus ab hoſtibus pre-
cauere: qꝛ ſicut dicit Luce. xij. ꝙ ſi ſciret paterfamilias
qua hora fur veniret. vigi. vti. ⁊ non ſi. perfo. domum
ſuā. ¶ Item vigilant laborantes ⁊ ſua bona opera fre
quentantes. et inde premium eternū expectantes. Ec
cleſiaſtici. xxxviij. Cor ſuum dabit in conſummationē
operum et vigilia ſua ornabit imperfectionem. ¶ Itē
vigilant egrotantes ſuis infirmitatibus obuiando: qꝛ
ſcilicet alique ſunt infirmitates que per vigiliam ſanā
tur. ſicut eſt litargia. Sic vigilia diligētie ꝯtra multas
infirmitates valet. ⁊ maxime ꝯtra litargiā inuidie. acci
die ⁊ luxurie que dormire faciūt peccatorē. Vigilia ⁊ ſol
licitudo etiā auferūt luxū carnis. Eccli. xxxj. Vigilia
honeſtatis tabefaciet carnes. Patet ergo quomodo
vigilia eſt vtilis. et ideo debet in patientia ſuſtineri. ſu-
ſtinete inquit vt ſic dicat quilibet illud ps. Suſtinuit
anima mea in verbo eius. Patet ergo ꝙ vigilandū eſt
propter fructum copioſum quem conſequi valemus.

Ayuntamiento de Madrid

¶ Secũdo dico ꝙ vigilandũ eſt propter locum pericu loſum quo nos eſſe videmus. Hic inq̃t. Sicut em̃ ſenſi biliter videmus ꝙ homo qui eſt in loco periculi liben ter vigilat. ſicut patz in illis qui ſunt in exercitu ⁊ guer ra qui ꝓpter timorem ne hoſtes ſuperueniant ſolent libenter vigilare ⁊ ad vigilandũ alios aliquos ordina re. vnde de gruibus legitur ꝙ inter ſe de ſero quando quieſcũt. ſolent aliquem ad vigilandũ inſtituere. vt ꝑ ipm̃ poſſint hoſtiũ pericula preſentire. Cuȝ igitur nos omnes ſimus in loco periculoſo ſcilȝ in exercitu huius mũdi. vbi hoſtes multiplices nos impugnant: q2 ſicut dicitur Job. vij. Militia eſt vita hominis ſuper terraȝ Neceſſe eſt vt attente ambulemus. ⁊ vt ſic hoſtiũ aduẽ tũ precaueam⁹. ad qđ monet nos ap̃ls petrus. j. Pe. v. Fratres ſobrij eſtote ⁊ vigilate ⁊c. Iſte em̃ locus pericu loſus eſt cũ dicit̃ hic q2 in mũdo locus eſt vbi oportet vi gilarẽ. Non em̃ habemus hic manentẽ ciuitatẽ ſed fu turam inq̃rimus. vt dicit apoſtolus ad Hebreos. xiij. Et ideo bene conſulitur Mich. ij. vbi dicit. Surgite et ite: q2 non habetis hic requiẽ. Surgere ⁊ ire vigiliã re quirũt. Uigilandũ eſt igit̃ ꝓpter locũ periculoſum quo nos eſſe videmus. ¶ Tertio dico ꝙ vigilandũ eſt ꝓpter preceptũ rigoroſum qđ taliter implemus: q2 dicit̃ impe ratiue. Uigilate. Homo em̃ q̃ ex officio ⁊ expreſſo mã dato vigilare intendit. ſolet vigilare. ⁊ a ſomno quanto plus põt nitit̃ abſtinere patet in paſtoribus armento rũ. Speculatoribus caſtroꝝ. Seruitorib⁹ magnoꝝ do minoꝝ. Sic dñs in verbo ſuo dat vigilandi ſpãle man datũ. d. vigilate. Neceſſe eſt ergo vt vigilemus ⁊ ꝙ dili genter in bonis operibus nos occupemus qđ potiſſi me debẽt facere illi q̃bus ex officio incũbit. ſicut paſto res gregis eccl'ie. ſicut boni p̃lati ⁊ vigiles ciuitatis hie ruſalez. ſicut religioſi ⁊ contẽplatiui. ſicut etiã ſerui re gis xp̄i ſcilicet boni actiui. Omnibus em̃ iſtis vigilia ⁊ ſollicitudo precipit̃. ⁊ apud ipſos diligens circũſpectio approbat̃. ⁊. j. Machab. xij. precepit Jonathas ſuis vi gilare. Prelati enim debent vigilare ſuꝑ ſubditoꝝ gu bernatione. Apoc. iij. Eſto vigilans et confirma cetera que moritura erãt. vnde illud p̃dictũ Mar. xiij. Uide te vigilate ⁊ orate. Uidete ꝑ diſcretionẽ. Uigilate per at tentionem. Orate per deuotionem. Prelatus enim q̃ eſt vigil exercitus xp̄iani ⁊ paſtor gregis xp̄i dȝ habere. Quo ad ſe diſcretionẽ ⁊ ſapientiã. videte. Quo ad ꝓxi mũ diligentiã ⁊ attentionẽ vigilate. Quo ad deũ deuo tionẽ ⁊ reuerentiã. orate. Religioſi debent vigilare ſuꝑ celeſtiũ contẽplationẽ. vnde Mat. xxv. Uigilate itaq3. q2 neſcitis diẽ neq3 horã. Et Mar. xiij. Qđ vni dico oĩ bus dico vigilate. Scholares etiã debẽt vigilare ſuper ſuoꝝ defectuũ emendatione ⁊ ſuꝑ criminũ rõne. Et ſic dicit̃ Mat. xxvj. Uigilate ⁊ orate ne intretis in tentatio nem. Omnib⁹ em̃ iſtis ex officio p̃lationis. vel xp̄iane profeſſionis. necnon ex ſpãli mandato diuine ordina tionis incũbit vigilare ⁊ a ſomno corꝑis ⁊ deſidie abſti nere. Exẽplo piſciũ q̃ rariſſime dormire dicunt̃. ⁊ quoꝝ oculi nunq̃ claudi dicunt̃. ⁊ ſi aliquo caſu dormiũt. fa cillime excitant̃. Uigilate ergo. vnde. j. Coꝝ. xvj. Uigi late ⁊ ſtate in fide vi. agi. ꝯfor. ⁊ omnia v. in ca. fi. Uigilã dũ eſt ergo ꝓpter mandatũ rigoroſum qđ taliter iple

D mus. vigilate imꝑatiue. ¶ Quarto dico ꝙ vigilanduȝ eſt ꝓpter conſortiũ gratioſum quod in iſtis habemus mecũ inquit. Homo enim libentius ſolet vigilare q̃n videt gratũ ſociũ vel conſortiũ. Homo em̃ ſolus ſolet li benter dormire. ille vo q̃ gratũ habȝ conſortiũ non ſic. Cum igitur vigilando in bonis operibus habemus ſo cios xp̄m ⁊ angelos q̃ nobiſcũ vigilant ⁊ laborant. dico ꝙ iſta vigilia nõ debet eſſe alicui grauis. ſed libens. fa cilis atq3 leuis. Iſtud autem oſtenditur cũ dicit̃ mecũ. Pauper enim famulus libenter vigilat quando inui tat magnos dominos. Ille enim eſſet reprehenſibilis q̃ dormiret ⁊ ſuũ dominũ vigilantem videret. Sic ⁊ nos ſi vigilante domino dormiamus. Ideo ipſe conquerẽs dicit petro Math. xxvj. Symon dormis. non potuiſti vna hora vigilare mecum. quaſi dicat ꝙ nõ bene factũ eſt. Et vere qui chriſtũ ardenter diligeret. libenter cum eo vigilaret. Ametiſtus em̃ eſt lapis qui ſcintillas igne as emittere videtur. qui ſm̃ Dyaſco. hominem facit vi gilem. bonũ confert intellectũ. valet contra ebrietateȝ ⁊ malam aufert cogitationem. Et ſic ꝓcerto chariſſi mi ſi chriſtum lapidem precioſum ſociũ habuerimus ipſumq3 per amorem nobiſcũ portauerimus. ipſe ꝓcer to facit nos vigiles. et diligentes. ⁊ prudentes. intelligẽ tes. ſobrios. abſtinentes. honeſte cogitantes. ⁊ ebriati ⁊ etiam luxurie reſiſtentes. Bene ergo dicitur iſtud. j. Pet. v. Sobrij eſtote ⁊c. Et bene ſobrij. q2 ſobrietas eſt mater honeſtarũ vigiliaruȝ. ⁊ non dormiamus ergo ſi cut ceteri ſed vigilemus ⁊ ſobrij ſimus. j. Thym. v. Et merito quia dominus ipſis vigilare nolentibus com minatur. d. Apoc. iij. Si aũt non euigilaueris veniã ad te tanq̃ fur. ⁊ neſcies qua hora veniam ad te. Mecum inquit. Mat. xxvj. Uigilate mecũ. Et bene mecũ. quia ꝓcerto ſine iſtius inuocatione ⁊ auxilio nihil valent vi gilie noſtre. q2 ſicut dicitur in p̃s. Niſi dñs cuſtodierit ciuitatẽ fruſtra ⁊c. Patet igit̃ ꝙ vigilandũ eſt propter

Conſortiũ quod habemus.
Mandatũ quod implemus.
Periculum quod timemus.
Commodum quod videmus.

Suſtinete ergo hic ⁊ vigilate mecũ. Et ſic ptȝ ꝙ eſt vigi lia bona ⁊ v̾tuoſa. ⁊ iſtud eſt primũ principale. ¶ Sed E adhuc dico ꝙ eſt mala vigilia ⁊ vitioſa. ⁊ illa eſt vigilia malorũ. qui valde ſunt vigiles. ſolliciti. ⁊ vigilantes. di ligenter ad ſua mala opera facienda. ſicut patet in lu xurioſis. furibus. homicidis ⁊ auaris. qui pro implen dis nequicijs ſuis quantũ vigilãt deus nouit. Similes lupo qui ſm̃ Homerũ dicit̃ animal eſſe vigil. ⁊ ſimiles etiam ſenibus qui ꝓpter frigiditatem cerebri ⁊ ſiccita tem ſolent eſſe vigiles ⁊ inſomnes: quia pro certo impij lupini ⁊ crudeles indeuoti ⁊ in malicia veteres atq3 ſe nes. ſolent eſſe ad optandũ maluȝ vigiles. ⁊ in ſuis ini quitatibus diligẽtes. Sap. xiiij. Obſcura ſacrificia fa cientes aut inſanie plenas vigilias habentes. neq3 vitã neq3 mundas nuptias iam cuſtodiũt. Iſta ergo de bo na ⁊ mala vigilia ſufficiant.

**Uiginti.** ¶ Nota ꝙ numerus vicenarius ſi gnificat in bono et in malo. Eſt enim numerus conſtans ex denario bis ducto. Et ideo in bo no ſignat illos qui cuȝ binario duplicis charitatis ſer uant denarium mandatorum. Et ſic viri perfecti vigin ti eſſe dicuntur inquantum in denario mandatorum cum binario duplicis charitatis dei ſcilicet et proximi viuere dinoſcuntur. Figurati Exodi. xxvj. in tabulis ta bernaculi. vbi ex vtroq3 latere viginti tabule cedrine au ro operte ponebantur quia ſcilicet de illis tabulis ce drinis. ideſt viris perfectis tabernaculum eccleſie con ſtruitur. qui viginti propter cauſam iam dictam eſſe di cuntur. Iſti ſunt viginti illi ꝓpter quos dicit dominus ſe ꝑperſurum ſodome. Geñ. xviij. In malo etiam po teſt ſignificare. ⁊ ſic ſignificat malos qui viginti dicun tur ꝓ eo ꝙ ex quinario reducto conſtituunt̃. inquantũ quinq3 ſenſuũ inordinatis actibus. ⁊ quantũ affectio nũ inordinatis paſſionibus gubernantur. Et ideo iſti ſunt de q̃bus facit encenũ dyabolus. vnde Geñ. xxxij. dicit̃. Qđ iacob parauit munera fratri ſuo Eſau. vigin ti hircos. arietes. viginti. thauros viginti. aſinas vigin ti. Ad denotandũ ꝙ per vicenarium numerum ſignã tur Hirci. ideſt illi qui fetent per luxuriã. Arietes. i. illi q̃ percutiũt ꝑ ſeuiciã. Thauri. i. illi q̃ vadũt elate ꝑ ſup biã. Aſini. i. illi q̃ ſtolidi ſunt ꝑ ſtulticiã. Et ſic de vno quoq3 crimine per vicenarium deſignato põt dici illud Judi. iiij. ꝙ ꝑ viginti annos oppreſſerat filios iſrael ⁊c. Expone. Et ſic ſufficit.

**Villa.** Cum villa nihil aliud ſit q̃ domoꝝ cõgre gatio ad habitationẽ hominũ conſtituta. Poſſum notare ꝙ ſicut inueniũtur diuerſa genera ho minũ. ita diuerſa genera inueniunt̃ villaꝝ. Et ſic dico ꝙ inuenitur villa.

Perfectoꝝ

Ayuntamiento de Madrid

Perfectorū. Villa ꝑfecto
Peccatorū. rum eſt reli-
Beatorum. gio vel ꝯſcien
Damnatoꝝ. tia. Vñ Joſue

xv. dicitur. Hō date ſunt tribui filiorū iuda ville ad ha bitandū. Juda aūt qui interpretatur confitens. Viruꝫ perfectū ſolet ſignificare. Et Neem. xij. dicitur ꝙ cantores edificauerūt villas in circuitu hieruſalem. ¶ Itē villa peccatorum eſt carnalis parentela et mundi patria. ⁊ de hoc dicitur Luc. xv. ꝙ filius prodigus miſſus eſt ad villam vt paſceret porcos. Mundus enim eſt villa. pro qua auarus vidanda de cena ſe excuſat. d. illud Luce. xiiij. c. Villam emi ⁊ neceſſe mihi eſt videre eam. Quia mūdani in tantū delectantur mundi villam videre ꝙ non dignantur paradiſi conuiuium intrare. ¶ Item villa beatorū eſt celi gloria. de qua Marc. xvj. dicitur ꝙ chriſtus in alia effigie oſtenſus eſt duobus diſcipulis euntibꝰ in emaus. Sed non ita beatis oſtēditur quando nō per ſpeculū in enigmate. ſed facie ad faciem contemplabit eternaliter. ¶ Iteꝫ villa damnatorum eſt infernus ⁊ eterna miſeria. de qua. j. Regū. v. dicit ꝙ ville ⁊ agri ebullierūt ⁊c. Vide de ciuitate. de domo. q̄ illud parū iam dictū eſt.

# Vincere.

Victoria. Nota ꝙ victoria nihil aliō eſt ꝙ̄ predominatio quam habet aliquis. vel poteſt habere cōtra aliū prenalendo et ei dominari. Eſt autem vincere idem qō dominari. preualere vel ſuperare. excellere. vel violenter aliquem edomare. Victoria enim non eſt ſine aduerſario repugnante: Nam ſicut dicit Senec. in prouer. Victoria ſine aduerſario breuis eſt laus. Igitur notanduꝫ ꝙ in bono et in malo poteſt multiplex victoria reperiri. Et ſic dico ꝙ eſt laus vel victoria Dei. vincit enim deus mirabiliter. Juſti. vincit iuſtus commendabiliter. Dyaboli. vincit dyabolus deteſtabiliter. ¶ Dicamus ergo primo ꝙ eſt victoria dei que eſt mirabilis. deus enim vincit oīa et ſuperat in bonitate. in poteſtate. in ſapientia ⁊ eminentia. Iſta enim eſt ſicut aquila que vincit alias aues quantum ad viſus limpitudinem. Sicut leo qui vincit alia animalia quantū ad virtutis magnitudineꝫ. ſicut topazion qui vincit alios lapides quantū ad claritatis pulchritudinem. ſicut rinoceros que vincit alias feras. quantū ad roboris fortitudinem. Quia iſte vincit ſicut aquila in viſus et ſapientie limpitudine. Job. xxxvj. Magnus enim deus eſt vincens ſcientiam noſtraꝫ. Sicut enim leo in virtutis et potentie magnitudine. Apocalypſis. v. Vicit leo de tribu iuda radix dauid. Sicut topazion in claritatis ⁊ apparentie pulchritudine. necnon in dignitatis et eminētie celſitudine Abacuc. iij. Super excelſa mea deducet me victor. ſicut rinoceros in poteſtatis et predominij fortitudine. Judith. v. Deus eoꝝ pugnat pro eis et vincit. Et breuiter de ipſo dicitur. ij. Eſdre. iij. Super omnia vincit veritas. Deus enim quandoq; et veritas permittunt ſe vinci vt finaliter fortius vincant more boni militis. qui quandoq; permittit ſe fortiter verberare. et quaſi non defendens ſuperari. et tandem fatigatis aduerſarijs in pugnatione ipſe victus vires ſuas oſtendit et preualet in ſue virtutis oſtenſione. Deus enim et veritas vident in principio ſuis pugnatoribus cedere. et eiſdem victorie palmam dare. finaliter tamen cuꝫ ſatis malas pugnationes et percuſſiones ſuſtinuerunt virtutem ſuaꝫ ſolent oſtendere et contra omnes fortiter preualere. Hec potiſſime de veritate videmus ꝙ multotiens ſupprimitur et in fine vincere reperitur. quando enim non ſperatur victrix omnibus declarat. Similis eſt enim ſicut egyptiace. cuius lignum in aqua poſituꝫ ſtatim mergitur et tamen cū diu ſe occultauerit et humectatum fuerit ex inſperato ſuſcitatur et contra naturam omnium lignorum madefactū ſuperius eleuatur. Sic pro certo veritas aliquando ſe permittit ſupprimi et ſubmergi. et quaſi victa abſcondit ſe ⁊ celat ſubito tamen ⁊ inſperato poſtꝙ̄ diu latuerit ſolet vincere et in conſpectu oīm apparere. Nihil enim opertuꝫ quod non reueletur ⁊c. Math. x. Exemplo nature ſane. que ſubito infirmitatem non vincit. ſed paulatim ſolet contra eam pugnare. et in fine contra eam preualere. ij. Eſdre. iiij. Magna eſt veritas etiam preualet. Idem etiam de fide chriſtiana apparuit. que primo in martyribus ſubmerſa. ideſt in abſcondito fuit. ſed vbi et vnde deficere videbatur. in hoc magis vincere et creſcere noſcebatur. j. Joh. iiij. Nam hec eſt victoria que vincit mundum fides veſtra. Et ideo de deo et ſua fide et veritate certum eſt ꝙ nunꝙ̄ finaliter poſſunt ſuperari. Juxta illud Judith xvj. Adonay domine rex quem ſuperare nemo poteſt. Et ꝙ ipſa ſolent omnia vincere. ⁊ finaliter omnia ſuperare. patet Eſaie. ix. Virgam humeri eius et ſceptrum exactoris eius ſuperaſti ſicut in die madian. Iſta eſt enī victoria chriſti precipue ⁊ facta in prelio paſſionis. vbi ſpinis coronatus ſicut rex dyabolum ſuperauit. Figuratus Apoc vj. Ecce equus albus etiaꝫ qui ſedebat ſuper eum habebat arcū. ⁊ data eſt ei corona. ⁊ exiuit vincens vt vinceret. Xp̄us enim in equo puriſſimi corporis ſedens ⁊ arcum crucis in manibus tenens. coronamq; ſpineam in capite portans. exiuit in mundum. vt dyabolum vincens vinceret. Iſta eſt ergo victoria dei que eſt mirabilis. ¶ Secundo dico ꝙ eſt victoria iuſti que B eſt laudabilis. Juſtus enim cōtra multa habet pugnare ſcilicet contra dyabolū. contra ſe. contra peccatum. ⁊ ideo quando vincit victoria eſt multū laudabilis. Victoria enim tūc laudabilis dicitur. quando de forti aduerſario. vel quando de multis triūphatur. Cum igitur iſti aduerſarij ſint plurimi ſint peſſimi ſint fortiſſimi. bene dico ꝙ victoria laudabilis dicitur. cū per virtutes ⁊ merita triūphatur. Juſtus enim debet eſſe ſicut muſtella que ꝙ̄uis parua ſit beſtiola. armata tamen ruta audacter ſolet baſiliſcuꝫ inuadere et vincere ac de ipſo triumphare. Sic vere ꝙ̄uis homo paruam virtuteꝫ in ſe habeat. tñ ruta armatus. i. penitentia. poterit de baſiliſco ideſt de dyabolo. necnon de fortiſſimo inimico carne et mundo triumphare. ⁊ eas non per naturam. ſed per gratiam vincere ⁊ domare. Berillus ⁊ allectorius lapides ſunt qui portatorem victorem ⁊ immunem ab hoſtibus faciūt ⁊ reddunt: quia pro certo poſſibile eſt ꝙ homo qui ex conditione humana debilis eſt naturaliter. fortis fiat per virtutes accidentaliter. Si enim berillū ⁊ allectorium ideſt virtutem fortitudinis ⁊ patientie habuerimus inuicti eſſe poterimus. et hoſtes anime ſuperabimus et vincemus. Ita qō de nobis poterit dici illud Hebreo. xj. Vicerunt regna ⁊c. Fides enim cum ſuis ſororibus ſcilicet patientia ⁊ fortitudine faciliter vincit ſalutis inimicos. Vbi aduerte ꝙ ad victoriam habendam tria ſunt neceſſaria ſcilicet Cauſa efficiens per fidē. Modus perficiens. ſancti operati ſunt iuſtitiam. Finis alliciens. adepti ſunt promiſſi. Proſequequere ſi vis. Homo enim quatuor inimicos debet vincere. ſcilicet quendam fortiſſimū ſcilicet dyabolum. Duriſſimū ſcilicet mundū. Falſiſſimū ſcilicet carnem. Familiariſſimū ſcilicet propriam voluntatem. Dyabolus enim cum ſuperbia vincitur per humilitatem. j. Johannis. ij. Juuenes fortes eſtis et viciſtis malignum. Mundus cuꝫ auaricia vincitur per contemptū ⁊ ſpiritualē paupertatē. quia ſicut dicitur. j. Joh. v. Omne qō natū eſt ex deo vincit mundū. Caro cū luxuria vincit per continentie puritatē. vnde Apoc. vj. dicitur ꝙ ille q̄ ſedebat in equo albo. ideſt in corpore caſto ⁊ mūdo habebat arcū ſcilicet ad ſagittandū ⁊ ſtimulandū carnē. ⁊ data eſt ei corona ⁊ exiuit vincens vt vinceret. Animus vero ⁊ ꝓpria volūtas vincitur per prudētie maturitatē ⁊ obedientie ſtabilem ⁊ promptam firmitateꝫ de qua Sen. in prouer. dicit ꝙ vincit bis qui ſe vincit. Idem in epiſtolis. Imperare ſibi magnū imperiū eſt. Et vere chariſſimi magnū imperium eſt vincere ſemetipm. Homo em̄ q̄libet eſt inimicus ſibi. qm̄ ipſe habet magnam victoriā facere. ⁊ tñ facilius eſt omnia vincere ꝙ̄ ſeipſum. vnde Sen. dicit alexan. in epiſtola

Quod tot populorum ⁊ tot regnorum victor ire triſti⸗
cieqꝫ ſuccubuit. De hanibale fortiſſimo pugnatore.
De quo dicitur ꝙ armis vicit ſed victus eſt vitijs. vnde
alibi dicit Seneca ꝙ multi ſunt qui gentes ⁊ populos
habuerunt in ſua poteſtate. pauciſſimi autem qui ſe. ⁊
ideo dicitur Prouerbi. xvj. ꝙ melior eſt patiens viro for
ti. ⁊ qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium.
Oportet ergo chariſſimi noſmetipſos vincere. et vitijs
proprijs non ſuccumbere. ſed de ipſis viriliter triumi⸗
phare. vt ſic nos victores q̄s valeat appellare vt de quo⸗
libet noſtrum dicatur illud Apocalyp. v. Ecce vicit leo
de tribu iuda radix dauid. In quibus oſtenduntur q̄n⸗
qꝫ que ad ad habendam victoriam ſuffragantur. ſ.

Dulcor animoꝝ.
Ualor meritorū.
Splendor exēploꝝ.
Timor tormentoꝝ.
Amor premioꝝ.

❡ Primū ꝓbat mētalis prōptitudo. ecce. Secun⸗
dum viriū for
titudo leo. Tertium attenta ſanctitudo. de tribu iuda.
Quartum inferni meſtitudo radix. Quintum ſuper⸗
na pulchritudo. dauid. qui dicitur vultu deſiderabilis.

C ❡ Dico ꝙ ad victoriam ſuffragatur promptitudo bo
norum operum ⁊ animorum. quod oſtenditur cum di
citur ecce. Homo enim qui promptus eſt obediencie et
maioribꝰ parere. melius ſolet vincere q̄ ille qui eſt soli⸗
tus repugnare. Homo enim qui per fortitudinem nō
poteſt leonem vincere. ſolet ſe proſternendo ⁊ humiliā⸗
do iram ipſius ſuperare. Sic vere iras tyrannorum me
lius vincimus. ſi ipſis non reſiſtimus ſed paremus. d⸗
ecce. quod eſt aduerbium promptitudinē ſignans vo⸗
luntatis. Iuxta illud Eſaie. vj. Ecce ego mitte me. De
forti etiam vento videmus ꝙ fortes arbores ſolet eradi
care ⁊ vincere. flexibiles vero debiles ⁊ impetui eius ce⸗
dentes non reſiſtentes ſolet illeſas dimittere. Sic vere
fortis temptatio ⁊ ipſe dyabolus vincit ⁊ ſuperat ipſos
feroces. hoc eſt dictu illos qui ſe fortes reputāt. qui de
ſuis preſumunt viribus et ſperant. A debilibus autem
vincitur ideſt ab humilibus cedentibus temptationi⸗
bus ⁊ fortes flatus fugientibus. et de ſuis viribus non
preſumentibus ſuperatur. Quia breuiter melius ipſi
viri humiles vincunt hoſtes anime qui fragilitatem
ſuam propriam attendunt et cedunt q̄ multi fortes q̄
de ſuis viribus confidentes. reſiſtere volunt et credunt
In ſignū huius dicitur baruch. Iudic. iiij. Uictoria nō
reputabitur tibi. quia in manu femine dabitur ſiſara.
Iuxta illud. j. Regū. ij. Arcus fortiū ſuperatus eſt ⁊ in⸗
fir. acti. ſunt ro. Fatuū eſt enim de proprijs viribus con
fidere. quia victoria non ab homine. ſed a deo ſolet con
tingere. Sicut enim dicitur. j. Mach. iij. Non in mul⸗
titudine exercitus eſt victoria belli. ſed de celo eſt auxi⸗
lium. Quia procerto illi qui de fect mundi adiutorio
confidunt non vincunt ſed vincūtur: non ſuperant ſed
ſuperantur. ij. Paralipomenō. xxv. capi. Si in multitu
dine confidis. ſuperari te faciet dominus ab hoſtibus
tuis. dicat ergo ecce. ideſt ſupponat ſe deo et non ſibi.
Quia procerto multum valet ad victoriam habendam
mentalis promptitudo bonorum animorū. ecce. Iob
xxxvj. Ecce magnus deus et vincens. ❡ Iterum dico
ꝙ ad victoriam operatur ſtabilis fortitudo. cum dicit
Leo. qui ſcilꝫ eſt ita fortis ꝙ omnia animalia ſuperat
atqꝫ vincit. ſic enim vides ꝙ fortitudo virium eſt cauſa
victorie. et inde eſt ꝙ alia aīalia fortia de curſu cōmu
ni vincunt debilia. Sic vere ad vincendum temptatio⸗
nes et vitia. neceſſaria eſt virtutis plenitudo ⁊ conſtan
tie fortitudo. Leo habet multas conditiones. nobiles
et notabiles per quas virtutes morales intelliguntur.
que ad triumphandū de vitijs ſuffragantur. vnde no⸗
tandum ꝙ leo eſt ⁊c. Uide. ſ. titulo de leone. et applica
quicquid volueris. Ideo de iſto leone. ideſt de viro iuſto
poteſt dici illud Prouerbiorū. xxviij. Iuſtus quaſi leo
confidens abſqꝫ vllo timore erit. Et potiſſime leo habꝫ
duas conditiones propter quas melius vincit: quia ve
recundatur fugere. et dedignatur timere. In ſignum
cuius quando vadit per nemus incedit furtiue ⁊ curue
quaſi verecundans abſcondi. quando autem in plano
et in publico non ſic. In ſignuꝫ etiam quando pugnat
non ſolet ſpicula venatorum intueri. ne ipſum contin⸗
gat metuere vel terreri. Sic ⁊ ve chariſſimi duo ſunt que
iuuant hominē ad vincendum ſcilicet verecundia vir⸗
tuoſa. et audacia generoſa. quando enim verecūdatur
et dedignatur timere. tunc ſolet fortius pugnare. et vi⸗
ctoriā obtinere facilius. Uerecundari enim debet ho
mo ſi vincatur. Exemplo elephantis qui intantum ve
recundatur cum vincitur. ꝙ vocem victoris timet. ⁊ ſo⸗
lo barritu ipſius terretur et verecundatur. Sic procer⸗
to iuſtus ſi vinci et ſuperari ſe videat. debet fortiter vere
cūdari. Iuxta illud Hieremie. xlviij. Confuſus eſt mo⸗
ab quoniam victus eſt. Et ideo ad pugnandum et vin⸗
cendum debet fortiter animari. Leo inquit. ideſt au⸗
dax ſtrennuus et vigoroſus. Iuxta illō Ezechielis. xix.
Leo factus eſt et didicit capere predam. Et vt ſibi dica⸗
tur illud Paralipomenon. ix. Uiciſti famam virtuti⸗
bus. Et ideo ſancti inuicti dici potuerunt pro eo ꝙ dya
bolum tyrannos et vitia cum fortitudine vicerunt. Un
de Auguſtinus de vera religione. Nunquam ab homi⸗
ne vinci poteſt qui ſua vitia vicerit. Non enim vincitur
is cui quod amat niſi ab aduerſario eripitur. qui ergo
amat id ſolum quod ab aduerſario auferri non poteſt
ille inuictus eſt. Ualet igitur ad victoriam ſtabilis for
titudo operum perfectorum. ❡ Deinde dico quod va⸗ D
let ad victoriam habendam attenta ſanctitudo noſtro
rum predeceſſorum. ſeu bonorum exemplorum. De tri
bu inquit iuda. Homo enim de nobili proſapia ſeu ge⸗
nere timet degenerare. ⁊ ideo fortius ne vincatur ſolet
pugnare. Et inde eſt ꝙ probitas parentum ad memo⸗
riam reducitur. vt eorum exemplo vincant et fortiter
operentur. Sic vere chariſſimi per ſcripturam ſacram
probitates et merita ſanctorum parentum noſtrorum
ſcilicet chriſti et martyrum. et noſtrorum fundatorū
et inſtitutorum ad memoriam reducuntur: vt eorum
exemplo ad pugnandum et vincenduꝫ quilibet aduer
tat. Dicitur enim eis illud Eſaie. lj. Attendite ad abra⸗
am patrem veſtrum. et Saram que peperit vos. Atten⸗
dite ad petram de qua exciſi eſtis. quaſi dicat. Attendi
te q̄ vos eſtis de tribu iuda. Et ꝙ ſicut dicitur Apoca⸗
lypſis. vij. De tribu iuda duodecim milia ſignati. At⸗
tendite quis locus cui in officio paſtorali ſucceditis:
quia quales fuerunt illi quorum in terris locum tene
tis. et in quorum religionibus et eccleſijs habitatis.
horum exemplo fortiter agatis. et vt victores ſitis pro⸗
uide cogitate. Sicut enim lapis qui dicit panthcron.
ſi de mane reſpicitur. facit hominem inuictum in illa
die. Sic vere ſi chriſtuꝫ ⁊ ſanctos qui nos preceſſerunt
attente reſpiciamus. et per deuotionem et orationem
oculos mentis in eo figamus. nos proculdubio exem⸗
plo et auxilio eorum hoſtes ſpirituales vincimus. ⁊ de
dyabolo ⁊ vitio triumphamus. Unde Senec. in epiſto
la ad exempla perfectorū virorum. qui tribulationes ⁊
temptationes vicerunt volentes nos reducere ſic ait.
De his que terribilia videntur. nihil eſt inuictum. ſin⸗
gula priores vicere. iam multi vincunt. ignem mutius.
crucem regulus. venenum ſocrates. exilium rutilus.
mortem ferro adductā cato. et nos inquit ſuppleiſto⸗
rum vincamus. Uictores ergo chariſſimi nos faciunt
exempla que reſpicimus. orationes quas ad deum fun
dimus. Quia ſicut bonus dominus reſpiciens vaſallū
ad eum recurrentem ne vincatur. Sic dominus homi⸗
nem temptationem timentem et ad dominū fugien⸗
tem. et ſe protectioni ipſius committentem iuuat ne
a dyabolo ſuperetur. Cuius exempluꝫ habemus Exo⸗
di. xvij. vbi dicitur. Quod moyſe leuante manus vin⸗
cebat iſrael. ſi vero manus dependerent vincebatur.
Ad deum ergo et ad ſanctos per deuotionem ⁊ oratio⸗
nem aſpiciamus. ⁊ eorum exempla videamus. quia ſi⸗
cut dictum eſt ad victoriam habendam multum facit
attenta promptitudo. vel ſanctoꝝ ſanctitudo noſtroꝝ
predeceſſoꝝ

Ayuntamiento de Madrid

predeceſſorū. De tribu iuda. ¶ Deniq dico ꝙ ad hoc multum facit retenta meſtitudo inferni tormentoꝝ. cum dicitur radix. Radix enim que ſub terra iacet. ſignat illos qui per conſiderationem ſub terra ideſt inferius in inferno morantur. ⁊ qui ibi dolores ⁊ ſupplicia contemplantur. ⁊ exinde ad pugnandum et triūphandū per bona opera animantur. Sicut enim videmus ꝙ pugil qui pro alio pugnat in ſtadio. non ſolum perdit lucrū quod ſperabat. immo etiam ſuſpenditur aut punitur. quapropter ſi ſit ſapiens pro pena cuitanda quantum poteſt pro victoria habenda decertat. Sic igitur et nos qui contra hoſtes anime in ſtadio mundi pugnamus penā inferni. quam ſi victi fuerimus. incurremus. Attendamus ergo iuxta verbum Senece ex deſperatione etiam animū ſumamus. ⁊ pre tormentoꝝ timore faciamus taliter ꝙ vincamus. Radix inquit. ſ. more radicis ad infernū mētaliter penetremus. Juxta illud Eſa. xxxvij. ꝙ reliquū eſt mittet radicē deorſum. et fructū faciet ſurſum. ⁊ breuiter timor pene ⁊ miſerie eſt cauſa victorie. Unde etiam de quodā imperatore legimus ꝙ fugientes ad bellū ire compulit. ⁊ victores qui victi fuerant eſſe fecit. Ad quod facit fabula poetica q̄ dicit qđ ſtix palus infernalis. que interpretatur triſticia. filiam habuit nomine victoriam que quia dijs pugnantibus cōtra gygātes dicit̄ reſtitiſſe. ideo ipſa ſtix legitur ab ipſis dijs certū priuilegiū accepiſſe. Ex qua quidē fabula poete nihil aliud intellexerūt. niſi ꝙ ſtix infernalis ideſt timor pene inferni victoriaꝫ haberet a mortis ſententia. Qđ bene innuit q̄ dicit Apoc. ij. Qui vicerit non ledet̄ a morte ſecūda. q. d. pre timore illius mortis vincendū eſt. Igitur valet ad victoriam obtinendam retēta meſtitudo inferni tormentoꝝ. ¶ Inſuper dico ꝙ valet ad victoriā preuiſa beatitudo glorie beatorū. cū dicit̄ dauid. q̄ interpretatur vultu deſiderabilis. Quicq̄d enim eſt ibi ſumme eſt deſiderabile ⁊ delectabile. ſ. deus. beata vgo. ⁊ gaudia que ſunt ibi. Iſtud eñ ſumme ſolet conſolari victorē ⁊ ipſum iuuat ad vincendum. Quia ſm Grego. in omel. Conſideratio premij minuit vim flagelli. Unde petitū fuit a quodam philoſopho. quid erat quod non permittebat hominē fieri laſſum q̄ reſpondit. lucrū q: certe quando de celeſti premio qđ promeret̄ attendit̄ infatigabilius pugnat̄. ⁊ ꝑ cōſequens victoria facilius reportat̄. Iſta aūt bona futura que per victoriā habent victores. donantur cuꝫ dicit̄ Dauid vultu deſiderabilis. Quia quicquid eſt deſiderabile per eam obtinetur. De quo Eſa. ix. Exultant victores capta preda quando diuidunt ſpolia. Sequitur ſuper ſolium dauid et ſuper regnū eius ſedebit. Et aduerte ꝙ iſtud premiū qđ victoribus dabit̄ conſiſtit

In delitijs cordialibus. exultant.
In delicijs ſpūalibus. capta preda.
In conſortijs fraternalibus. diuidunt.
In diuitijs eternalibus. ſpolia.

Iſti eñ cordialiter iocunditatē habent et ſunt ſimiles equis qui gaudent cuꝫ vicerint. vnde Judith. xvj. Per tres menſes gaudiū huius victorie celebratū eſt. Tres eñ menſes ſunt viſio. fruitio. ⁊ dilectio. ¶ Itē habent ſpūalem voluptatem. capta inq̄t preda. Canes eñ q vicerunt ⁊ acceperunt predā. de ea delectabiliter delectabantur. Num. xxj. Victor exiſtens duxit ex eo p̄dam. vñ Apoca. ij. Uincenti dabo edere de ligno vite quod eſt in paradiſo dei mei. Et ibidem. Uincēti dabo manna abſconditum. ¶ Item habent fraternalem charitatem diuidunt. ſicut dicitur Actuū. ij. Diuidebat̄ vnicuiq ſicut opus erat. ¶ Item habent eternalem felicitatem. ſpolia. quia ſicut dicitur Apoc. xxj. Qui vicerit poſſidebit hec ⁊ ego ero illi deus. ⁊ ipſe erit mihi filius. Sic ergo patet chariſſimi ꝙ ad victoriam de ſpūalibus hoſtibus obtinendā quīq ſuffragant̄ ⁊ iuuant. ſ.

Amor premiorum.
Timor tormentorum.
Splendor exemplorum.
Fortitudo meritorum.
Ardor animorum.

Per iſta enim quinq iuſtus vitia ſuperat. ⁊ demones viriliter deuincit ⁊ expugnat ita ꝙ cum gaudio poteſt dici illud Hieremie. l. Confuſus eſt bel. victus eſt meradach. Noſq dicamus de eo iſtud. ij. Paralipom. xxvj. Diuulgatū eſt nomen eius per crebras victorias. Patet ergo ꝙ eſt victoria iuſti que eſt laudabilis. ¶ Ter- E
tio dico ꝙ eſt victoria dyaboli que eſt dānabilis. ⁊ iſta eſt victoria qua dyabolus in temptationibus ⁊ tribulationibus vincit iuſtos. Juxta illud. ij. Pet. ij. a quo qs ſuperatus fuerit eius ſeruus efficitur. De quo potes videre. ſ. de pugnare. ⁊ de temptatione. Eſt eñ dyabolus ſicut draco qui tunc vincit elephantem: quando cauda eius pedes ligat ⁊c. vide in ſuis titulis quia tranſeo ⁊ ſufficit.

## Uincire. vinctus.

Uinculū. Nota ꝙ vinculū eſt illud quo q̄d A
tenetur. ſtringitur. vel ligatur. Et quia in ſcriptura inuenitur vinculum gratie. culpe et pene. notabo ꝙ inuenio vinculū Utilitatis. Iniquitatis. Penalitatis. Primū eſt perfectorum. Secundū eſt peccatorū. Tertium eſt damnatorū. Primū eſt vinculum alligandum. Secundū eſt vinculū diſſipandum. Tertiū eſt vinculū formidandum. ¶ Eſt dico primo vinculum perfectorum quod eſt alligandū. ⁊ iſtud procerto nihil aliud eſt ꝙ iſtud quod ipſos ſtringit. ligat ⁊ vincit cū deo ⁊ cū proximo. Et ſic loquitur deus ipſi Hieremie. Hiere. xxvij. Fac tibi vincula et cathenas. et pone eas in collo tuo. Sicut enim Boues vinciūtur ⁊ ligantur vt ſimul operentur. Equi vt ad preſepe paſcantur. Tauri vero vt domiti reddantur. Cerui ne vt fugientes perdantur. Uinee ne ad terram premantur. Dolia vt longius ſeruentur. Symie et fere vt poteſtate teneantur. ¶ Sic proculdubio dico ꝙ iuſti diuerſis vinculis ſolēt ligari. vt deo et proximo adhereāt firmiter. ⁊ vt in fide ⁊ in moribus diutius remaneāt. ⁊ ne a chriſti ſeruitute ⁊ dominio recedant et retranſeant fortiter vinculari ⁊c. vnde de Johanne dicitur q̄ interpretatur gratia dei ꝙ audiuit in vinculis opera xp̄i. Math. xj. Que aūt ſunt iſta vincula perfectoꝝ. Dico ꝙ ſunt vincula

Religionis.
Dilectionis.
Coniunctionis.
Durationis.
Coertionis.

Sūt dico vincula religionis. ⁊ iſta ſūt vincula mandatorū ⁊ ſtatutorum et potiſſime trium votorum. de quibus Eccleſiaſtes. iiij. Funiculus triplex difficile rumpitur. Iſta enim vincula quibus homines dei ſeruituti ligantur ⁊ quibus ne libere fugiant conſtringuntur de quibus Eze. xx. Subijciā vos ſceptro meo ⁊ inducam vos in vinculis federis. iſta dico vincula multi rūpunt ⁊ per trāſgreſſiones obſeruantiarū. mandatorum ⁊ votorum volunt fugere ⁊ recedere. Iſti ſunt ſimiles onagro. qui tātū diligit libertatem ꝙ nulli vinculo ſubiugatur. Job xxxix. Quis dimiſit onagrum liberum. et vincula eius qs ſoluit. Figurato in illo demoniaco Luce. viij. de quo dicit̄ ꝙ funibus multoꝝ vinculis ligatus ⁊ ruptis vinculis agebat̄ a demonijs in deſerto. Iſta ergo ſunt vincula religionis. ¶ Itē dico ꝙ ſunt vincula dilectionis. Amor eñ fortiſſimū eſt vinculū. q̄ ita ſtringit ꝙ de duobus facit vnū. Iſti eñ qui in iſto vinculo vinculantur. vnū inter ſe ⁊ vnū cum deo efficiūtur. vnde Col. iij. Super oīa charitatē habentes qđ eſt vinculū ꝑfectionis. Qđ tñ eſt cōtra multos q̄ nec cū deo. nec cū proximo ſuo veram charitatē habent. qđ apparet qñ modica occaſione rumpit̄ amor ſuus. ⁊ per vanitatē ⁊ inconſtantiā ⁊ falſitatē facile diſſipat̄. Hiere. ij. A ſeculo fregiſti iugū. vincula mea dirupiſti. ¶ Item eſt vinculū coniunctionis. ⁊ iſtud eſt vinculum concordie ⁊ pacis. qđ vagos firmiter debet iungere. ne alter ab altero in aliquā diſcordiā poſſimus diſgregare. Ephe. iiij. Sollicite ſeruate vnitatem ſpūs in vinculo pacis. Quod tamen eſt cōtra multos q̄ motu vel arrogantia. vel inuidia nunq̄

Ayuntamiento de Madrid

poſſunt in pacis ⁊ vnitatis vinculis cõtineri. Siles ſy-mie que vincula ſua nitiꝰ rūpere vt euagãdo poſſit offi-cere ⁊ nocere. Mrvere multi ſunt q̄ non ceſſant querere tendicula occaſionis qua poſſint vincula pacis rūpere ⁊ vnitatis federa violare. ꝺ. illud in ps. Dirūpamꝰ vin-cula eoꝝ ⁊c. ¶ Item eſt vinculū durationis: qua. ſ. iuſti ſub vinculo tēperantie ligantꝰ ita ꝙ a bono ꝓpoſito nū ꝙ varientꝰ. Eccſi. vi. Uincula eius alligantꝰ. De qua pſe-uerantia duratiua põt dici illud Ezec. iiij. Ecce circun-dedi te vinculis. ⁊ nūc cõuertere de latere vno ad aliud. Mõ tñ eſt ꝯtra multos q̄ vincula pſeuerantie cito rum-punt. vñ Hiere. v. de optimatibus dr. Ecce ipſi magis cõfregerunt iugū. ruperūt vincula. ¶ Itē eſt vinculum coertiõis quo. ſ. mali ad opa bona ⁊ ſalutaria exercēda ligantꝰ ⁊ iſta ſunt vincula tribulationū tpaliū infirmi-tatū corpaliuꝫ ⁊ triſticiaꝝ cordialiū. Sicut freneticus vīculis ligatꝰ vt ſanetꝰ. ſic deꝰ iuſtos vinculis tribulatio-num ligat. vt ipſos a malo coerceat. ⁊ ſanitatē reducat. Uñ de eo dicitꝰ in ps. Mõ animā inanem ſatiauit in bo-nis. ſedentes in tenebris ⁊ vmbra mortis vinctos in mē-dicitate ⁊ ferro. Sicut enim bos vinculis ſtringitꝰ. ſti-mulis pungitur. ⁊ ſic arare cogitur et compellitur. ſic ſancti vinculis tribulationū fuerunt ligati ſtimulis in-firmitatū fuerunt artati. ⁊ ſic ad arandum ⁊ ad laborā-dum ⁊ ad benefaciendum. ⁊ ad mala precauendū fue-runt edocti. Exemplo apoſtoli qui quotidie ad literaꝫ in vinculis ponebatꝰ. in quibus exiſtens ſcribebat epi-ſtolas per quas tota eccleſia illuſtratꝰ. vnde Ephe iiij. dicitꝰ. Obſecro vos ego vinctus in dño. ⁊ Ephe. iij. dice-bat. Ego paulus vinctus xpi ieſu. Et ideo breuiter ipſe concludit Hebr. xj. ꝺ. Sancti ludibria ⁊ verbera ⁊c. Ad quorum compaſſionem monet idem. Hebre. xiij. Me-mentote vinctorum tanꝗ ſimul vincti. q. ꝺ. vinctis in carceribus ⁊ ligatis in mundi pugnatorijs cathenis atqꝫ funibus eſt compatiendum: ⁊ eis dulciter ſuccur-renduꝫ. ⁊ eis miſericorditer condolendū. Patet igitur ꝙ ſunt quinqꝫ genera bonoꝝ vinculorum. ſ. religionis dilectionis. coniunctionis. durationis ⁊ cohertionis. Et ſic dico ꝙ ſunt vincula hominū perfectorum qđ eſt

facere voluntatem. Exemplo firmamēti quod poſt ſe
violenter trahit omnes planetas. dato ꝙ naturaliter
contrarios habeāt motus. Quia dato ꝙ nos multos
habeamꝰ motus ⁊ appetitus cōtrarios ipſi deo. Deꝰ
tamen violenter omnia ſecū trahit. ⁊ non ad noſtrā
voluntatem ſed ad ſuā omnia oꝛdinat ⁊ diſponit. Ita
ꝙ dominus poteſt dicere iſtud Job.xxxiiij. Violēta ſa
gitta mea abſqꝫ vllo peccato. ¶ Itē eſt violentia me-
ritoꝛia. ⁊ iſta eſt illa qua homo ad bonum cogit ⁊ vio
lentat pꝛopꝛiam voluntatem. de qua Matth.xj. Re-
gnum celoꝛum vim patitur ⁊ violenti rapiunt illud.
¶ Itē eſt violentia trāſgreſſoꝛia ſeu offenſoꝛia. ⁊ iſta
eſt illa qua mali violant libertatem eccleſie. de qua.j.
Coꝛ.iij. Si quis templum dei violauerit diſperdet il
lū deꝰ. ¶ Itē eſt violentia infectoꝛia: ⁊ iſta eſt illa qua
mali violant ⁊ fedāt mulieres. De qua Eſa.xiij. Vxo-
res eoꝛum violabunt. ¶ Itē eſt violentia ſcilicet affli
ctoꝛia. ⁊ iſta eſt illa qua mali per rapine violentiā au
ferū. alienū. vel qua grauāt alios violenter. Similes
lupis ⁊ leonibꝰ q̄ violēter rapiunt ſibi ꝓdā. Mich.iij.
Violenter tollitis pelles coꝝ deſuꝑ eos. ⁊ carnes coꝝ
deſuꝑ oſſibꝰ eoꝛum ⁊c. Vide ſupꝛa de Potentia.

A **Vir. viri.** Cū vir ſit nomē viriū. hinc eſt ꝙ vir
pōt dici oīs q̄ hꝫ foꝛtitudinē ⁊ virtu
tē. Et ſic poſſum dicere ꝙ ꝑ viꝝ intelligit chriſtꝰ: ꝑla-
tus: amicus: dyabolus ⁊ vir malus. Inuenit ergo.
Vir nobilis ⁊ gloꝛioſus.
Vir ſtabilis ⁊ vigoꝛoſus.
Vir fertilis ⁊ fructuoſus.
Vir damnabilis ⁊ malicioſus.
Vir inutilis ⁊ pernicioſus.
¶ Vir gloꝛioſus ⁊ nubilis eſt xp̄s q̄ vir ⁊ ſponſus eſt
eccleſie matris noſtre. Vñ de foꝛti muliere dꝛ pꝛouer.
xxxj. Nō nobilis i poꝛtis vir eius. Vir vigoꝛoſus ⁊ ſta
bilis eſt bonus pꝛelatus. ⁊ ſic ſibi dꝛ.j. Reg.xviij. Eſto
vir foꝛtis ⁊ ꝑliare ꝑlia dñi. Vir fructuoſus ⁊ fertilis
eſt homo iuſtus. de quo in pſ̄. Beatus vir qui non a.
in cō.im. ⁊c. Et ſequitur. Et erit tanꝙ lignū qd̄ plan.
eſt ſe. ⁊c. Vir malicioſus ⁊ damnabilis eſt dyabolus.
de quo Mich.vij. Vir fratrem ſuum venat ad moꝛtē.
Vir ꝑnicioſus ⁊ iutilis eſt homo iuſtus ⁊ iniquus. de
quo in pſ̄. Virum iniuſtū mala ca. in inte. ¶ Dicamꝰ
ergo pꝛimo ꝙ eſt quidā vir nobilis ⁊ gloꝛioſus ⁊ iſte
eſt xp̄s q̄ eſt vir ⁊ ſponſus eccleſie ⁊ anime noſtre. quā
ſibi ꝑ fidem ſponſat ⁊ ſecū indiuiſibiliter in paradiſi
thalamo collocat atqꝫ poꝛtat. Sicut enim videmꝰ vir
vxoꝛem ſuā miro modo diligit. ⁊ pꝛo eius copula pa
trem ⁊ matrem dimittit. ⁊ pꝛo eius defenſione moꝛti
multotiens ſe exponit. Sic vere Chꝛiſtus eccleſiā ſuā
⁊ animam miro modo dilexit. quod apparuit. quia ꝓ
eo patriam ⁊ parentes dimiſit ideſt paradiſum ⁊ an-
gelos dimiſit ⁊ neglexit. ⁊ huc ad mundum crucis pa
tibulo moꝛiturus perſonaliter ſe trāſuexit. Et iō iſte
eſt ille vir de quo dicitur Pꝛouerbio.xviij. Vir amica
bilis ad ſocietatē magis pꝛoderit ꝙ̄ frater. Ubi ad-
uerte ꝙ ſicut vir.
Debet ſe vxoꝛi inſeparabiliter coniungere.
Debet vxoꝛis negocia gerere.
Debet vxoꝛem amare ⁊ diligere.
¶ Sic dico ꝙ xp̄s bonus vir ſpiritualis anime chri-
ſtiane dꝫ ſe ſtabiliter nobis copulare per vnitatē co-
pulatiuam ſocietatem. Pꝛobitatem operatiuam. ꝓ-
derit. Charitatem inflāmatiuā. frater. Iſte enim no-
bilis ſtabiliter copulatur: vtiliter nobis operatur ve
raciter in nos inflāmatur. ¶ Dico ergo ꝙ iſte nobis
copulatur benigniter ⁊ ſtabiliter. cū dicit ꝙ eſt ama
bilis ad ſocietatem. quaſi dicat. iſte eſt amabilis: tra-
ctabilis: ⁊ ſocialis et iſtud fecit carnem aſſumendo. ⁊
quotidie facit mentem ſpiritualiter viſitando ⁊ ſe aīe
ſponſe ſue per gratiam infundendo. Chꝛiſtus enim ⁊
angeli ſunt illi viri qui anime ſociantur.j. Reg.xiiij.
Viri iſrael ſociati ſunt. Ut ſic de anima dicatur illud
ibidem. vbicūqꝫ videbat virum foꝛtem ſociabat eum
ſibi ⁊c. Vide ſupꝛa de ſocietate. Iſte enim factus eſt ſo
cius noſter carnem aſſumendo. in mundo conuerſan
do. ⁊ nobis in coꝛde per gratiam ſuam adherēdo. Si-
milis enim eſt cyconie que eſt auis hominē diligēs:
⁊ ſocietatem eiꝰ volens. ⁊ iuxta domicilia eius nidos
ſuos faciens ⁊ quaſi indiuiſibiliter nidum eundē cu-
ſtodiens non dimittens: ⁊ licet ſit ipſum in hyeme di
mittens: ad ipſum tamen in eſtate eſt rediens ⁊ reuer
tens ſicut ad ſenſum patet cuilibet intuenti. Sic chri
ſtus ſocialis ⁊ amicabilis. humanam naturam ideſt
eccleſiam ⁊ animam ſicut pꝛopꝛiā vxoꝛem miro mō
dilexit. Coll.iij. Viri diligite vxoꝛes veſtras ſicut xp̄s
eccleſiam. ⁊ iuxta eam in nido pꝛopꝛij coꝛpoꝛis habi-
tauit perſonaliter. nidū paſſionis in hyeme dimiſit.
ſed cito ad eum redijt quando reuixit. Quod ēt quoti
die completur ſpiritualiter cum Chꝛiſtus vxoꝛi ſue.
ſcilicet anime per gratiam ſuam copulatur. ⁊ in eius
ſocietate mirabiliter delectatur. Pꝛouerbio.viij. De-
licie mee cum filijs hominum. Nidū enim humane
conſcientie inhabitat: qui niſi per peccatum expellat
⁊ etiam eijciatur. ad ipſum libenter reuertit ipſumqꝫ
reparat virtutibus atqꝫ oꝛnat. Anima eñ eſt vxoꝛ chri
ſti que ſibi per peccatum aufertur. ⁊ ſibi per peniten-
tiam reſtituitur ⁊ refertur Gen.xx. Redde vxoꝛē vi-
ro ſuo quia pꝛopheta eſt ⁊ oꝛabit pꝛo te. Nō tamē eſt
contra multas animas que a deo viro ſuo per pecca-
tum recedunt: ⁊ per obſtinationem redire ad eū am-
plius nolunt ſed adultero ſuo dyabolo ⁊ mundo irre
uerſibiliter ſe iungunt. Unde mulieri meretrici loq-
tur ſcriptura Hiere.iij. Impleſti malam cogitationē
tuam: oſtendiſti contra virum foꝛtitudinem. Et ideo
Chꝛiſtus ſicut homo nobilis de tali muliere foꝛnica-
ria: que. ſ. i peccato vult viuere. nec redire curat. nihil
curat ſed ſeparatione perpetua tractans ipſā in in-
ferni carcere collocat. inde ſe virum ſuum nō reputat
neqꝫ vocat. Hinc eſt ꝙ deus hodie ⁊ animam ⁊ eccle-
ſiam peccatricem deſerit. ipſamqꝫ ſicut vir nō diligit
nec cuſtodit. d. illud Oſee.ij. Matrem veſtrā iudica
te. quoniam non ipſa vxoꝛ mea ⁊ ego non vir eius. Et
ideo chꝛiſtus eccleſie vxoꝛi ſue videtur libellum repu
dij dediſſe: ⁊ ſe ab ea penitꝰ ſeparaſſe. Iuxta illud ꝓ-
uerbio.vij. Non eſt vir in domo ſua: abijt via longiſſi
ma. Quod tamen nō debet eſſe quia anima a deo foꝛ-
nicata dꝫ ad eum per penitentiam redire: dyabolum
dimittere. ⁊ ſocietati domini ſui ſe vnire dicens illud
Oſee.ij. Reuertar ad virū meū pꝛiē: meliꝰ mihi erat
magis tunc ꝙ̄ nūc. Patet ergo ꝙ xp̄s dꝛ vir q꜄ copu-
latur. ſ. benigniter ⁊ ſtabiliter. ſocietatē inq̄t. ¶ De-
inde chꝛiſtus dꝛ vir. q꜄ oꝑatur nobis viriliter ⁊ vtilr.
quod oſtenditur cum dꝛ. pꝛoderit. Ad virum enim ꝑti
net operari opera pꝛoficua ⁊ vtilia. ⁊ ideo vir a virtu-
te dicitur. pꝛo eo ꝙ virtuoſus ſit in operando. Sic vir
xp̄s dicit pꝛo eo ꝙ virtuoſa ⁊ pꝛoficua operatur. Eſa.
xxvj. Dñe omnia opera noſtra operatꝰ es nobis. Iſte
enim eſt vir ad quem pertinet vxoꝛem ſcilicet animā
vel eccleſiam regere. ⁊ ſine quo nō poſſunt bona ope-
ra generari quod oſtenditur cū dicitur pꝛoderit. Ec-
cleſiaſti.xxix. Pꝛoderit tibi magis ꝙ̄ aurū. Aduerte
tamen ꝙ in multis libꝛis ponitur loco ꝓderit. amic9
erit. Quia ſicut amicus fidelis ꝓdeſt amico. ⁊ pꝛo ipſo
ſe exponit ſupplicio. ſic xp̄us ipſi anime pꝛofuit ⁊ pꝛo
ipſa periculo moꝛtis ſe expoſuit. opꝰ ſue redemptio-
nis fideliter exercuit ⁊ perfecit. Quia ſicut dicit pꝛo-
uerbioꝛum.xij. Qui negligit damnū pꝛopter amicū
ſuum vir iuſtus eſt. Quia ſicut dicit ꝓuerb.xj. Bñfa
cit aīe ſue vir miſericoꝛs. Iſte eſt enim ille vir de quo
zach.vj. Ecce vir oꝛiens nomē eius ⁊ ſub ipſo oꝛietur
lux ⁊c. Et ſic dico ꝙ iſte vir dicitur quia operatur no-



Ayuntamiento de Madrid

bis fideliter ⁊ vtiliter. proderit inquit. vel alter alio
modo amicus erit. ¶ Denique dico ꝙ christus dicitur
vir quia obligatur tenaciter ⁊ voraciter. frater. Frater
fratrem. ⁊ vir vxorem tenentur diligere. ⁊ ideo amor
iſtius viri ad nos in hoc oſtẽditur. ꝙ frater nõ extra-
neus nũcupatur. ij. Reg. j. Frater mi ionatha amabi-
lis valde ſuper amorem mulierum. Uir enim non eſt
vxoris dominus. nõ eſt ſuperior. ſed equalis. In ſignũ
cuius mulier non fuit facta de ade pedibus. ſed de la
tere vel de coſta. Et ideo chriſt⁹ frater eccleſie vel ani
me dicitur. Quia animam tractat vt ſociam vel ſoro
rem. ⁊ diligit vt collateralem ⁊ amicaꝫ. frater inquit.
Gen. xxxvij. Frater enim ⁊ caro noſtra eſt. Iuxta illud
Eph. v. Unuſquiſque diligat ſuam vxorem ſicut ſeipm
vxor autem timeat virum ſuum. Iſte eſt igitur frater.
Sed aduerte ꝙ ſicut frater dolet. quando videt ſoro-
rem ſuam ab amico violari. vir quãdo videt ſponſaꝫ
adulterari publice. pater quando videt filiam ſuam
predilectam notorie fornicari. Sic chriſtus de anima
vel eccleſia vnica ſua ſorore ſponſa ⁊ filia dolet mira-
tur ⁊ triſtatur. quando videt ꝙ cum carne: mundo ⁊
dyabolo fornicatur. In cuius figura. ij. Regum. iij. dr.
Quod nychol filia regis que a viro ſuo violenter tol-
lebatur ipſe vir plorans ⁊ eiulans ſequebatur. Quia
procerto cum anima filia regis chriſtum virum ſuuꝫ
deſerit. ipſe Chriſtus vir ſuus eam per dilectione ſeq-
tur. ⁊ plorans. i. ſibi compatiẽs eam ſibi ſi poteſt reli
gat. ⁊ reiungit. ⁊ ad ſtatum ſalutis reſtituit ⁊ reducit
dicens illud, Hiere. iij. Si vir dimiſerit vxorem ſuam
ſcꝫ recedens ab ea ⁊c. Patet igitur ꝙ xp̃s dicitur vir.
quia per amorẽ magnum ad nos inclinatur. quia per
fortẽ vigorẽ nobis operatur. quia ꝑ firmum tenorem no
bis copulatur. Et ſi vis dilatare materiaꝫ de viro ap-
plica figuram Dan. x. De viro mirabili qui apparuit
danieli. ⁊ Ezech. ix. de viro induto lineis ⁊c. Ptꝫ igit
ꝙ inuenitur vir nobilis ⁊ glorioſus. ¶ Scdo dico prin
B cipaliter ꝙ inuenitur ſtabilis vir ⁊ virtuoſus. Et ſic ꝑ
virum vt dictum eſt intelligitur prelatus qui eſt eccle
ſie vir ⁊ ſponſus. Quia ſcꝫ iſte vir debet pro vxore ſua
demonib⁹ ꝑ orationẽ tyrãnis ꝑ defenſionẽ hereticis ꝑ
ꝑdicationẽ alijs peccatoribus ꝑ correctionẽ ⁊ coher-
tionẽ ſe opponere. ⁊ eam immunẽ ⁊ liberã cõſeruare.
fedus ⁊ iuramentũ ſm ꝓmiſſum tenere: ⁊ in eius ſpe
ciali matrimonio fideliter manere. ⁊ eã ſicut vxorem
legitimam diligere ⁊ fouere. Unde p̃latis poteſt dici
iſtud Col. iij. Uiri diligite vxores veſtras ⁊ nolite eſſe
amari ad illas. Et iõ taꝫ de p̃lato q̃ de alio viro iuſto
põt exponi illa figura Danie. x. Ecce vir vnus indut⁹
lineis. ⁊ renes eius accincti auro obrizo ⁊ corpus eius
ſicut criſolitus. ⁊ facies eius velut ſpecies fulguris. ⁊
oculi ei⁹ vt lampas ardens. brachia ei⁹ ⁊ pedes quaſi
ſpecies eris. ⁊ vox ſermonum eius vt vox multitudi-
nis. Si vis dic hyſtorialiter per modum narrationis
vel literaliter per moduꝫ autoritatis. Igitur chariſſi-
mi conſideremus virum iſtum mirabilem quem da-
niel deſcribit ⁊ videamus ſuas cõditiones quas dꝫt
habere prelati. vel quilibet alij viri iuſti. Debent eñ
habere. In habitu honeſtatis decorem. ecce vir vnus
veſ. li. In corpore caſtitatis pudorem. renes ei⁹ accin.
au. In aĩo firmitatis vigorem. corpus ei⁹ ſi. cri. qui eſt
la. In vultu venuſtatis nitorem. facies eius ſicut ſpe.
ful. In intellectu claritatis ſplendorem. oculi ei⁹ ſicut
lam. ar. In opere probitatis valorem. brachia inquit
eius. In corde charitatis feruoreꝫ. pedes eius vt ſpe.
In verbo vel ſermone veritatis clamorem vox ſermo
num eius vt vox multitudinis. ¶ Dico ergo ꝙ q̃ vult
eſſe vir dꝫ habere in habitu decorem honeſtatis. Ecce
vir vnus indu. li. Ueſtes enim linee ſunt pure ⁊ mun-
de. nec tamẽ ſunt vltra modum ꝑcioſe. ⁊ ꝑ veſtes iſtas
honeſtatis habitus deſcribitur. in quo neceſſariũ eſt
ꝙ honeſtas ⁊ mundicia teneat. ⁊ ꝙ nimia. ſcilicet de-
formitas ⁊ precioſitas caueatur. Deute. xxij. prohibet
ne femineis veſtibus vir vtat. In quo intelligere poſ-
ſumus q̃ viri perfecti non debẽt diſſolutos habitus
diligere nec ornatus ſuperfluos qui ad mulieres ꝑti-
nent. viros non eligere vel portare. quia ſicut Seneca
dicit. loquens de viris religioſis ⁊ virtuoſis. Non fle
uerũt inquit ſicut mulieres circa floſculos occupati.
totus cõtextus illorũ virilis eſt. Sequitur ĩ fine epſe.
Uiros carpere floſculos turpe eſt. Ecce ĩquit vir vn⁹
indutus veſ. li. quaſi dicat. Ecce habitus virilis non
muliebris honeſtus ſobrius non deformis. Cuius ta-
men contrariuꝫ in eccleſia ⁊ religione video: vbi mu-
liebres ⁊ diſſoluti etiam habitus portantur. vbi inho
neſte veſtes ab illis qui viri eſſe debent non horrent.
Non ſic. ſed ecce vir veſtit⁹ lineis. Ezechielis. ix. Ecce
vir qui indutus erat lineis ⁊ attramentariuꝫ ſcripto-
ris ad renes eius. Habeat ergo vir honeſtus honeſta
tis decorem in habitu. ¶ Item debet habere pudorẽ
caſtitatis cum dicitur renes eius ⁊c. Renes enim in
quibus eſt deſiderium nature ⁊ generatiua virtus. vo
luptatem carnis ſignificat. Aurum vero quod eſt me-
tallum imputribile ⁊ quod eſt in pergameno albo: ⁊
nullius ſigni ſeu linee veſtigium derelinquit caſtita-
tem denotat. que imputribilem ⁊ incorruptibileꝫ ho
minem reddit. ⁊ nullius mali exempli veſtigium im-
primit aut dimittit. Quia procerto viri ſpirituales ⁊
maxime religioſi ⁊ prelati debent renes carnalis vo-
luptatis auro imputribilis caſtitatis accingere ⁊ cõ
ſtringere: ⁊ omnem fluxum luxurie per zonaꝫ continẽ
tie coartare. Unde de tali viro dicitur. iiij. Regum. j.
Uir piloſus occurrit nobis: zona pellicea accinctus
lumbis ſeu renibus. Quod eſt contra multos qui ma
gis dici poſſunt pueri q̃ viri quia non munde ſe cuſto
diunt. vnde iſti non vidẽtur viri a virtute. ſed a viro-
re. Uiride enim lignum calefactum ſpumam emittit
⁊ ad quamlibet partem ſe flectit. Sic vere multi ſunt
ita virides ⁊ molles. qui ſpumam immundiciaꝝ car
nalium non ceſſant diffundere. ⁊ cuꝫ calefacti fuerint
per luxuriam vbicũque impulerit dyabolus ſe plicare.
⁊ nunc ad vnum peccatuꝫ nunc ad aliud ſe inclinare.
Et breuiter quilibet talis. videtur eſſe ſicut ſeruus il
le effeminatus. de quo loq̃tur Seneca in epiſtola vbi
dicitur. ꝙ ipſe erat in cubili vir in conuiuio puer. re-
nes ĩquit eius Iob. xxxviij. Accinge lumbos tuos ſi-
cut vir. Habeamus igitur in corpore pudorem caſti-
tatis. ¶ Iteꝫ dico ꝙ debet habere vir idest virtuoſus
in animo vigorem firmitatis. Ad virum eñ pertinet
ꝙ ſit fortis ſtabilis ⁊ conſtans. in temptationib⁹ ⁊ tri
bulationibus non ſuccumbens. ſed in aduerſis ⁊ pro-
ſperis equaliter ſe continens. ⁊ in cunctis immobili-
ter perſeuerans. quod oſtenditur cum dicitur. corpus
eius ⁊c. Quia criſolitus eſt lapis qui demones dicit
terrere. ⁊ contra timores nocturnos ſolet proficere ⁊
valere. ſicut dicit Dyaſco. Ad denotandum ꝙ per vir
tutem conſtantie corpus noſtrum ſit criſolitinũ ideſt
lapideum atque forte. non facile penetrabile atque mol-
le. Conſtantia enim animi eſt virt⁹ que demones ter-
ret: pellit timores ⁊ ſuperat atque tollit. Et hoc eſt qd
dicit Seneca de viro iuſto. Nihil ſapienti viro poteſt
euenire. ſtat rectus ſub quolibet pondere. nulla eum
res minorem facit nihil ei eorum que ferenda ſunt di
plicet. quicquid cadere in hominem poteſt in ſe ceci-
diſſe non queritur: vires ſuas nouit. ſcit hominuꝫ om
nia ferenda. corpus ergo eius criſolitus. Unde de co
poteſt dici Iob. xlj. Corpus ei⁹ ſcuta fuſilia ⁊ compa-
ctum. Et aduerte ꝙ vir debet eſſe conſtans ⁊ fortis ꝓ-
cipue quo ad tria. ſcilicet.
Ad audacem aggreſſionem difficilium.
Ad ſtabilem perpeſſionem terribilium.
Ad durabilem fictionem volubilium.
¶ Debet enim vir perfect⁹ audaciter aggredi ad dif
ficilia. Iuxta illud. j. Regum. xviij. Eſto vir fortis ⁊ ꝓ-
liare prelia domini. ¶ Item debet patienter perpeti
terribilia. Nulla enim pena ⁊ nullus labor debet viꝝ
perfectum frangere. ſed in omnibus patiens eſſe ⁊
immobilis

Ayuntamiento de Madrid

immobilis permanere. Unde Seneca epiſtola.xxxj.
dicit. Quod generoſos animos labor nutrit. Unde
non eſt viri timere ſudorem. Unde etiam Seneca.
conſolans illum qui ſuper mortem vxoris flebat di-
cit ſic. Quare ploras ſi maritum te cogitas: te cogi-
ta virum. Ac ſi diceret: non decet virum flere. Sed
equanimiter etiam omnia ſuſtinere.

¶ Item debet ſtabiliter figere cordialia. Quia non
debet animum ſuum fluctuare permittere: ſicut pu
er: nec modo vnum nec modo aliud deſiderare ſicut
mulier. ſed in vno ꝓpoſito perſiſtere ſicut vir ſolidus
⁊ tenax. Exemplo apl'i. j. Corin. xiij. Cum eſſem paruu-
lus ⁊c. Que tamen ſunt contra multos tam eccleſia-
ſticos ſeu laicos: qui nec in verbis nec i ꝓmiſſionib⁹:
nec in factis: nec in operibus: nec in audacijs: nec in
aggreſſionibus: nec in patientijs: nec etiam in ſuppor-
tationibus. vllam habent penitus firmitatem: nec ali-
quam virilem fortitudinem nec ſtabilitatem: ſed po-
tius puerilem mobilitatem ⁊ muliebrem per omnia
vanitatem. Similes illi tyreſie: qui ſm̄ fabulas poeta-
rum de viro in feminam p ſeptenium eſt mutatus: q2
procerto iſti ita ſunt hodie ⁊ in agendo ⁊ in patiendo
effeminati: ꝙ non viri: ſed femine poſſunt dici. Hier.
xxxj. Virum circundabit femina ⁊c. Figurati in filijs
iſrael: qui viros cunctos contra madian in prelio oc-
ciderunt ⁊ feminas ſeruauerunt: ſicut dicitur Nume.
xxxj. Figurati etiam in pharaone: qui viros ⁊ mares
in flumine fecit ſubmergi ⁊ feminas ſeruari. Quia .ſ.
iſti viros: ideſt virtutem ⁊ virilitatem in ſeipſis occi-
dunt: feminas vero ideſt molliciem ⁊ femineitatem
cuſtodiunt. Quia multi ſunt de quorum moribus pl⁹
apparet de femina ꝙ̄ de viro. Eſai. iiij. Apprehendẽt
ſeptem mulieres virum vnum. Non ſic chariſſimi ſʒ
ſimus viri conſtantes: non femine: nõ deſiſtentes. ſta-
biles non mutabiles. Iuxta illud. j. Regum. iiij. Con-
fortamini ⁊ eſtote viri. Quia ſicut dicitur. j. Thy. ij.
Docere mulieri non permitto nec dominari in virũ
Quod nihil aliud eſt ꝙ̄ ꝙ femina: ideſt ſenſualitas: mol-
licies ⁊ carnalitas non debet contra virilitatem pre-
ualere: nec ipſam ſuis legib⁹ ſubiugare: quinimo muli-
eri: ideſt ſenſualitati ⁊ carnalitati debet vir. ideſt ra-
tio dominari ⁊ penitus principari. Gene. iij. Mulie-
ri quoqꝫ dixit. In dolore paries ⁊ ſub poteſtate viri
eris. Habeat ergo vir in moribus vigorem firmitatis

¶ Item dico ꝙ̄ iſte habere debet in aſpectu nitorem
venuſtatis: quod oſtenditur cum dicitur: ꝙ habebat mi
rabilem faciem ſicut fulgur: facies inquit eius velut
ſpecies fulguris. Quia ad virum perfectum pertinet
ꝙ habeat faciem ⁊ vultum fulguream: nitidam ⁊ ſplẽ-
dentem: iocundam: vrbanam: hylarem ⁊ recentem: ſi
cut etiam dicitur Eccli. xix. Ex viſu cognoſcitur vir: ⁊
ex occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Hylaritas eñ
vultus ⁊ leticia ſunt indicia boni viri ⁊ cordis placidi
benigni ⁊ fidelis. fidelis eñ vir multum laudabitur
ſicut dicitur. Prouer. xviij. Vir amabilis ad ſocieta-
tatem magis amic⁹ erit ꝙ̄ frater. Iſtud potiſſime de-
bet eſſe in prelato: qui ſubditis ſe debet exibere fami-
liarem ⁊ letum: hylarem ⁊ ſocialem: non triſtem aſpe
rum vel crudelem. Quod tamen eſt contra multos: q
amaros ⁊ aſperos alijs ſe oſtendunt: ita ꝙ alicui gra
tiam vel fauorem non pretendunt. Similes illi nabal
de quo dicitur. j. Regum. xxv. Completa eſt malicia
contra virum tuum: nam ipſe eſt filius Belial: ita ꝙ
nullus poteſt ſibi loqui. Nõ ſic chariſſimi: quia ꝓcer-
to talis auſtera conditio reprehenditur: ⁊ maxime in
prelatis: quia ſi faciem leoninam omnibus oſtende-
rent: ſimplices ad iuſtitiam non venire auderent. Et
ideo neceſſaria eſt in viris perfectis: ⁊ maxime in pre
latis hylaritas ⁊ benignitas non auſteritas vel pote-
ſtas. Iuxta illud. Numeri. xij. Erat autem moyſes vir
mitiſſimus ſuper omnes homines qui morabantur i
terra. Ut de talibus intelligatur illud Eccli. xxvj. Di-
uitis ⁊ pauperis cor bonum omni tempore vultus eo
rum hylaris. Habeat ergo vir in aſpectu nitorem ve-
nuſtatis: facies eius inquit quaſi ſpẽs fulguris. Ma
the. xvij. Reſplenduit facies eius ſicut ſol. ¶ Item di
co ꝙ virtuoſus debet habere in intellectu ſplendorem
claritatis ſeu veritatis: cum dicitur. oculi eius ſicut
lampas ardens. Oculi enim anime ſunt virtus intel
lectiua ⁊ diſcretiua: que per claram cognitionem de-
bẽt lucere: ⁊ ꝙ̄tum ad veram boni ⁊ mali noticiam cla-
riſſime reſpondere. Apoca. j. Oculi eius velut flãma
ignis. Vir enim ſcʒ perfectus habet ſenſus corpora-
les: quos tamen non habet puer: q2 ſcʒ nos q̄ veri eſſe
volumus ſenſum ⁊ diſcretionem in agendis ⁊ preca-
uendis habere debem⁹: quia ſicut dicitur. Eccli. xiiij.
Beatus vir qui in ſapientia morabitur ⁊c. Natura-
liter vir habet barbam: que virilis ſapientie ⁊ cõſtan
tie eſt ſignum. Unde de quodam Pho. legitur in libro
phor moralium: ꝙ queſitum fuit ab eo: quare toti-
ens tangebat barbam ſuam. qui reſpondit vt dum tã
go barbam meam. virum me eſſe meminerim. Quod
eſt contra multos: qui per ſapientiam non ſunt viri.
ſed per ignorantiam pueri poſſunt dici. Et circa hoc
applica de puero quid volueris vel de ignorantia. et
vide. s. de oculo. Habeat ergo vir in intellectu ſplen-
dorem veritatis vel claritatis. ¶ Item dico. ꝙ vir de
bet habere in opere vigorẽ probitatis: quod oſtẽditur
cum dr̄: ꝙ ille vir mirabilia habuit brachia: brachia
eius erea inquit ⁊c. Per brachia cum quibus homo
pugnat ⁊ operatur: intelligo fortitudinem in bonum
operando: ⁊ in ſubditos defendendo: et in hoſtes in-
uadendo ⁊ impugnãdo pſalmiſta. Qui docet manus
meas ad pli. ⁊c. Vir enim debet eſſe fortis ⁊ virtuoſ⁹.
Audax ⁊ animoſus. Iuſtus ⁊ rigoroſus. Fortis dico ⁊
virtuoſus. ij. Parali. xvij. Viri bellatores et robuſti
erant in Hieruſalem. Audax ⁊ animoſus. quia nul-
lum debet timere in ſua iuſtitia: ⁊ maxime prelatus.
Unde Iob. xxxiij. Viri cordati audite me. Iuſtus eti
am ⁊ rigoroſus: quia iuſte et rigide debet delinquen-
tes punire: et contra eos fortiter preualere. Ezechie-
lis. xxiij. Viri iuſti ſunt et iudicabunt eos iudicio ad
ulterarum. Quod eſt contra multos: tam laicos quam
clericos: qui ſcilicet penitus non videntur viri: quia
ſcilicet nec bene operando: nec malos impugnando
aliquid viriliter faciunt: ſimiles Lepori qui eſt ani-
mal timidiſſimum: de quo dubitatur vtrum habeat
ſexum maſculinũ vel femininum: quia ſcilicet tales
viri eſtimantur: ⁊ tamen feminaliter operantur. Vi-
ri enim ſunt quãtum ad gradum: femine vero quãtum
ad actuũ: quia ſcilicet iſti locum virorum tenent: et ta-
men opera inutilia et feminea ſemper exercẽt. Et ſic
verificatur illud quod dicit. Seneca. Quod in loco in
quo vir bonus creditur pauciſſimi ſedent. Iſti enim
ſunt imbecilles et inuidi: ita ꝙ quantum ad opera vi
dentur plus femine ꝙ̄ viri. Iſti enim ſunt viri ficti-
les et vani: viles ⁊ fragiles. De quibus Hieremie.
xlviij. Clamabo ad viros muri fictilis lamentantes
Non ſic: ſed ſi volumus eſſe viri: habeamus in ope-
re vigorem probitatis: brachia inquit. Pſalmiſta. Fi-
at manus tua ſuper viros dex. tue. ⁊ cetera. Qua ſcili
cet per brachium. vt dictum eſt intelligimus fortitu-
dinem ad operandum Pſalmiſta. In brachio virtu-
tis tue ⁊ cetera. ¶ Item dico: ꝙ vir debet habere in
corde feruorem Charitatis: cum dicitur quod habe-
bat pedes in ſimilitudine eris candentis. Pedes enim
qui portant cor anime ſunt affectus: qui tunc candẽ-
tes efficiuntur: quando per Caritatis incendium in-
flammãtur. Apocalipſis primo. Pedes eius ſimi-
les auricalco ſicut in camino ardenti. Vir enim de-
bet vere ⁊ charitatiue diligere: non ficte nec mutabi-
liter affectare: pedes debet habere ereos ⁊ ardentes

Ayuntamiento de Madrid

quia affectus amoris ſui debent eſſe.
Pedes per ſtabilitatem.
Erei per durabilitatem.
Ardentes per fortem et feruentem caritatē que omīa
bene pertinent ad virum. Vir ſtatim ⁊ faciliter non de
bet alium diligere immo debet deliberare qđ ſit talis
quod eius amicicia ſibi vtilis poſſit eſſe. ſed poſtꝙ di
lexit non debet ipſum dimittere amplius ſed in eius
amore ſtabiliter perſeuerare. Exemplo ferri quod nō
faciliter caleſit. ſed calorem cum caluerit diu cuſtodit
Habeamus igitur in corde caritatem feruoris. ¶ Itē
dico ꝙ ſi volumus eſſe viri habeamus in ore clamorez
veritatis ſeu autoritatis. cum dicitur vox ſermonum
eius et maxime ad prelatum pertinet autentice loqui
et alte et ſeuere proferre ſermones. Teſte Plinio. Vo
ces virorum ſeu maſculorum ſunt groſſiores gene-
raliter quia ſcilicet illi qui virorum locum habent. de
bent per predicationem ad terrorem deliquentiū nō
molliter ſicut femine. ſed more viri fortiter verbū da-
re. Quia ſicut dicitur Prouerbio. xxij. Doctrina ſua
cognoſcitur vir eſſe. Ut ſic alij poſſint dicere illud Ge
neſis. iij. Vocem tuam domine audiui et timui. vnde
Apoca. j. dicitur. Quod ille qui ſedebat in throno. vox
illius erat ſicut aquarum multarum Eſa. lviij. Clama
ne ceſſes ⁊c. Sed adhuc vide de hoc infra de voce. Qđ
tamen hodie non fit quia multi eccleſiaſtici et alij ſūt
qui nichil viriliter dicunt vel agunt delicijs enim ta-
liter eneruantur quod nihil fortiter fabulātur. Quia
ſicut dicit Seneca. Epiſtola. xxxiij. Quod mirum eſt
aliquid fortiter dici ab homine molliciem profeſ-
ſo. Patet igitur chariſſimi per predictas octo condi-
tiones quod prelati et eccleſiaſtici debent eſſe viri id-
eſt viribus et virtutibus pleni. Et ſic bene patet ꝙ in
ſcriptura inuenitur vir ſtabilis et virtuoſus et hoc eſt
c ſcđm principale. ¶ Tertio dico qđ in ſcriptura inue
nitur vir vtilis et fructuoſus. ⁊ ſic per virum poteſt in
telligi homo ſanctus. non ſolum prelatus. ſed etiam
alius. Vir enim habet complemētum etatis et tūc bñ
poteſt laborare: operari: intelligere: generare ⁊ alios
actus facere ſignans hominem perfectū qui tunc vir
et virtuoſus eſſe dinoſcitur quando diſcrete intelligit
bona opera. generat et producit. et in bonis operibus
ſe exercet. Hic ſi vis ſcilicꝫ illam figuram. Dañ. x. Ec-
ce vir vnus indutus lineis ⁊c. cuꝫ omnibus ſuis mem
bris. Et ponitur immediate ſupra ſub. §. Secundo di-
co principaliter. Quia quicquid ibi eſt pertinet ad vi
rum perfectum. Iuſtus eniꝫ dicitur vir a virtute qr. ſ.
multe vires ⁊ virtutes requirunt ad hoc ꝙ aliqͣs ſpūa
liter vir dicat. Et ſic notabo ꝙ ad hoc ꝙ aliquis ſit vir
iuſtus. neceſſario eſt ꝙ ipſe ſit ſcilicet Vir.
Fortis et bellicoſus.
Sanctus et virtuoſus.
Concors ⁊ non rixoſus.
Rectus et non tortuoſus.
Pius et viſceroſus.
Prudens et ſtudioſus.
Rarus et precioſus.
Pauidus et timoroſus.
Eloquens et ſerioſus.
Penitens et doloroſus
Et ſic fuerit et erit.
Vir beatus et glorioſus.
Dico quod iuſti ſunt viri fortes et bellicoſi Pugnant
enim contra dyabolum contra mundum contra ſeip-
ſum contra peccatum. Unde Geneſis. xxxij. Ecce vir
luctabať cum eo Et. j. Regum. xvij. Hic autem vir bel
lator eſt ab infantia ſua. ¶ Item ſunt viri ſancti et vir
tuoſi. iiij. Regum. iiij. Animaduerte quod vir dei ſan-
ctus eſt. Ita enim ſancti viri debemus eſſe vt alios ſan
ctos faciamus. ps. Cum ſancto ſanctus eris ⁊c. ¶ Itē
ſunt viri concordes et non rixoſi. Et ſic dicitur. j. Eſ
dre. iij. Congregatus eſt populus quaſi vir vnus.

¶ Item ſunt viri recti ⁊ non tortuoſi quia recte ⁊ pla-
ne debent in ſuis actibus procedere. non tortuoſe vel
falſe. Iob. j. Erat ille vir ſimplex et rectus. et timens
deuꝫ ⁊ recedens a malo. ¶ Iteꝫ ſunt viri pij ⁊ viſceroſi
⁊ alijs miſericordes. quia ſicut dicitur. Prouerbiorū.
xj. Bene facit anime ſue vir miſericors. ¶ Item ſunt
viri prudentes et ſtudioſi quia ſicut dicitur Sap. vj.
Melior eſt ſapientia viro forti. ¶ Item ſunt viri rari
⁊ precioſi quia pauci inueniūtur tales Eſaie. xiij. Pre
cioſior erit vir auro ⁊ Eccleſiaſtes. vij. Virū de mille vnū
repperi ⁊ Seneca dicit quod in loco ī quo vir bon⁹ ꝗri
tur. pauci ſedent. ¶ Item ſunt viri pauidi ⁊ timoroſi.
ps. Beatus vir qui timet dñm. ¶ Item ſunt viri elo-
quētes ⁊ ſerioſi Eccleſiaſtici. xxxvij. Vir peritus mul-
tos erudiet. ¶ Item ſunt viri penitentes et doloroſi
Ezech. ix. Signa thau in frontibus virorum dolentiū
⁊ gementium. ¶ Item finaliter erunt viri beati ⁊ glo
rioſi ſcilicet in patria quando verificabitur illud qđ
regina ſaba dixit ſalomoni. ij. Paralip. ix. Beati viri
tui ⁊ beati ſerui tui qui aſſiſtunt ⁊c. His igitur ⁊ alijs
multis modis dicuntur homines ſpiritualiter eſſe vi
ri ⁊ ſpiritualibus viribus eſſe virtuoſi Ut ſic de tali-
bus dicatur illud Exodi. xviij. Prouide tibi ex omni
plebe viros potentes ⁊ timentes deum in quibus ſit
veritas. et qui oderunt auariciam et conſtitue eos tri
bunos. quaſi dicat tales viri debent eſſe in officijs et
conſtitui in beneficijs ⁊ in dignitatibus ordinari Pa
tet igitur ꝙ inuenitur vir vtilis et fructuoſus et iſtud
eſt tertiuꝫ principale. ¶ Quarto dico pricipaliter qđ
inuenitur vir nequam et vitioſus. Et ſic dico ꝙ inue-
niuntur ſcilicet Viri.
Luproſi.
Verboſi.
Rixoſi.
Pompoſi.
Mendoſi.
Inuidi ⁊ odioſi.
Ignari ⁊ tenebroſi.
Auari ⁊ ambitioſi.
Carnales ⁊ luxurioſi.
Crudeles ⁊ pernicioſi.
Sunt dico in mundo viri ſcꝫ leproſi: ideſt viri diuer
ſis vitijs infecti. Unde. iiij. Regum. v. de naaman di-
citur: ꝙ ipſe erat vir fortiſſimus ⁊ diues ſed leproſus
¶ Item ſunt ibi viri verboſi ⁊ doloſi. de quo in Pſal.
Viri ſanguinum ⁊ doloſi. Iſti enim ſunt illi qui ꝑ do-
lum ⁊ fallaciam ſub ſpecie amoris alios decipiunt et
produnt. de quibus. Prouerbio. xvj. dicitur. Iniquus
lactat amicum ſuum ⁊ deducit eum per viam non bo
nam. ¶ Item ſunt viri rixoſi. de quibus Prouerbio.
xxix. ⁊. xv. Vir iracundus ꝓuocat rixas. ¶ Itē ibi ſunt
viri pompoſi ⁊ elati. de quibus Iob. xj. Vir vanus in
ſuperbiam erigitur. ⁊ quaſi pullum onagri natuꝫ li-
berum ſe putat. ¶ Item ibi ſunt ſcꝫ mendoſi. de qb⁹
Prouerbio. xix. Melior eſt pauper ꝙ vir mendax.
¶ Item ſunt ibi viri inuidi ⁊ odioſi. de quibus. Pro-
uerbio. xix Viri ſanguinum oderunt ſimplicez. ¶ Itē
ibi ſunt viri ignari ⁊ tenebroſi. de quibus ps. Vir inſi
piens non cognoſcet ⁊c. ¶ Item ſunt ibi auari ⁊ am-
bitioſi. de quibus Prouerbio. xxix. Rex iuſtus erigit
terram ſuam: ⁊ vir auarus deſtruet eam. ¶ Item ibi
ſunt carnales ⁊ luxurioſi. de quibus Leuit. xv. Vir ꝗ
patitur fluxum ſeminis immundus erit. ¶ Iteꝫ ſunt
ibi viri crudeles ⁊ pernicioſi: de quib⁹ Eſai. ix. Vir fra
tri ſuo non parcet. Iſti enim ſunt mali viri de quibus
extat copia tām magna: qr ſcꝫ mali viri hodie ſuperabū
dauerūt viri vero boni perierūt. Iuxta illud Eſa. lvij.
Viri miſericordie colliguntur ⁊ non eſt ꝗ recogitet. Iſti
enim viri non dicuntur a virtute. ſed a virulentia: qr
iſti non ſunt viri: ideſt rigoroſi vł virtuoſi: immo viri
i. virulenti ⁊ venenoſi de quibus Sopho. j. Viſitabo
ſuper viros defixos in fecibus ſuis. Et Sopho. iij.
Prophete

Ayuntamiento de Madrid

Prophete tui veſani viri infideles. Iſta ergo de viris tam bonis ꝙ malis ſufficiant: quia in alijs locis pluribus eſt tractatum. Vide ergo plures autoritates diuiſas ꝛ pſecutas.

A **Virga.** Nota ꝙ virga ſm ſuas ꝓprietates poteſt variari ꝛ multa deſignare. Unde breuiter notare poſſum ꝙ in ſcriptura inuenio virgam ſcilicet.

Glorioſam ꝛ admirabilem.
Specioſam ꝛ amicabilem.
Uirtuoſam ꝛ venerabilem.
Rigoroſam ꝛ formidabilem.
Amoroſam ꝛ comendabilem.
Furioſam ꝛ deteſtabilem.

Prima eſt virga iperialis dominationis: ꝛ ſic eſt virga dei benedictus filius de quo in pſ. Virgam virtutis tue emittet dominus ex ſyon ꝛc. ideſt ipſam de paradiſo emiſit: ꝛ in medio peccatoꝝ ꝛ inimicoꝝ ſuoꝝ dominari conſtituit ꝛ pfecit. Paſtor enim mediante virga regit oues. ſic pater mediante filio regit mūdū ꝛ ideo iſte eſt virga moyſi: cuꝫ qua ſigna mirabilia fecit coram pharaone: que aquas egypti in ſanguinem mutauit: ꝛ que in draconem mutata virgas magorū deuorauit: ſicut dicitur Exodi.iiij. ꝛ deinceps. Quis vere chariſſimi moyſes dicitur deus pater: qui ꝑ virgam ſuam deum filium hic coram humano genere fecit multa ſigna ꝛ mirabilia: que per beatam incarnationem in draconem ideſt in carnem ſeu hominem ſe mutauit ꝛ conuertit: virgas magorum. ideſt poteſtatem regnorum ꝛ demonum deſtruxit ꝛ deuorauit. inquantum ſcꝫ ſanctam eccleſiam inſtituit: ꝛ errores gentilium eneruauit. Et ideo iſta eſt virga ferrea: de qua dicitur in pſ. Reges eos in virga ferrea ꝛc. Quod potiſſime fiet in iudicio: quando cum iſta virga canes. i. peccatores ꝑcutientur. ꝛ extra domuꝫ eccleſie in infernum expellentur. Exodi. viij. Extende virgam tuam, ꝛ percute puluerem terre. Virga enim in principio ꝺ ſui natura eſt flexibilis: tenera ꝛ mollis: in fine vero fit ſcꝫ dura: groſſa: difficilis atꝙ rudis. Sic nunc xp̄s eſt dulcis: tener: flexibilis ꝛ benignus. In fine tamen ſcilicet in iudicio fiet durus. percutiens ꝛ ſeuerus. Et ideo nunc poteſt figurari in virga aſſueri aurea que i ſignum clementie ad heſter fuit extenta. tunc vero figurabitur in virga ferrea: que ad percuciendum impios eſt extenta. Apoca. xij. Recturus erat omnes gētes in virga ferrea. Iſta eſt virga imperialis domina-
B tionis. ¶ Secundo dico ꝙ eſt virga virginalis propaginationis. Virgo enim beata dicitur virga: eo ꝙ ſine corruptione flos diuinitatis ꝛ fructus humanitatis de ea propagatur. Unde Eſai. xj. Egredietur virga ꝺ radice yeſſe ꝛc. Virga enim flexibilis eſt ꝛ tenera: et quanto in arbore eſt altior. tanto eſt minor gracilior ꝛ flexibilior. Sic iſta dulcis eſt: flexibilis ꝛ pia: ꝛ ad preces noſtras eſt inclinabilis ꝛ prompta: ꝛ quanto fuerit altior: per ſanctitatem ꝛ generis dignitatem. tanto fuit gracilior: per humilitatem: ꝛ tenerior: per maliſluam pietatem. Et ideo iſta fuit figurata in virga aarō que ſicca floruit. Nume. xvij. Inuenit germinaſſe virgam arron in domo leuiꝫ ꝛ gēmis turgentibus eruperant flores. Iſta eſt virga virginalis generationis. ¶ Tertio dico ꝙ eſt virga virtualis ſuſtentationis: ꝛ iſta virga eſt crux chriſti: quia crux eſt illa virga qua canis inferni cum ſuis tēptationibus depellitur ꝛ ſuperatur: per quam regnum eccleſie regitur ꝛ ſpiritualiter gubernatur: cui debilis peccator per ſpem ꝛ fiduciam innititur: cum qua nobis premia eterna menſurantur: ꝛ per quam pauperes ſimplices ꝛ innocentes. ne fiant viri peſtilētes corrigunt. Dico ꝙ crux eſt virga ſcꝫ.

Defenſionis.
Directionis.
Suſtentationis.
Menſurationis.
Correctionis.

Eſt dico virga qua tuemur ꝛ defendimur: quia ſcilicet pueri cum virga ſe defendunt ſcilicet a canibus. Sic cum virga crucis. ideſt cum memoria paſſionis defendimur ab hoſtibus ꝛ peccatis. Iſtam enim virgam timet canis dyabolus ſciens: ꝙ alias per eam in chriſti paſſione fuit virtus. Eſai. xxx. Pauebit aſſur virga precuſſus. ¶ Item eſt virga qua regimur ꝛ dirigimur. Sicut eñ paſtor cum virga regit ꝛ dirigit gregem ſuum: ſic chriſtus mediante virga crucis ſue et memoria paſſionis gregem deuotum gubernat ꝛ regit ꝛ in viaꝫ ſalutis dirigit ꝛ deducit Pſalmiſta. Virga directionis virga regni tui. quia crux eſt ſceptrum ꝛ virga regni xp̄i. ¶ Item iſta eſt virga: per quam ſuſtentamur ꝛ erigimur: quia ſicut debiles ꝛ inſani ꝛ infirmi vtuntur virgis ꝛ baculis ad ſui innixionem ꝛ ſuſtentationem: ſic ꝛ nos qui infirmi ꝛ debiles ſumus: virge ꝛ baculo crucis inniti debemus per ſpem ꝛ fiduciam hic ne cadamus: vt ſic dicamus cum pſ. Virga tua ꝛ baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. ¶ Item iſta eſt virga qua menſurantur noſtra merita. Sicut enim virge ſolent rerum menſure accipi: ꝛ ſm cuius quantitatem aliarum rerum quantitas menſuratur. Sic vere ſm quantitateꝫ virge crucis ſcilicet ſm quātitatem deuotionis quam habemus ad crucem merita noſtra menſurantur: quibus poſtea adequantur p̄mia. Unde zachari. xij. Aſſumpſi duas virgas: vnam vocaui decorem: alteram vero funiculum pſ. Diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis. Due enim virge ſunt ſcilicet duo brachia ſancte crucis: que ſunt decor eccleſie ꝛ funiculus. ideſt menſura etiam celeſtiuꝫ premiorum. ꝛ pena infernalium tormentorum. Sic ergo patet. ꝙ eſt virga virtualis ſuſtentationis. C

¶ Quarto dico ꝙ eſt virga iudicialis iuriſditionis. Virga enim quam portant reges: preſides ꝛ paſtores ſignificat iudiciariam poteſtatem. que in malis eſt impia: ꝛ peruerſa. quia ſcilicet cuꝫ ipſa ledunt impie ſubditos ꝛ affligunt: per eam nudos pauperes ꝛ non indutos diuites dure ledunt. Iſta enim eſt illa virga: quam chriſtus diſcipulis ſuis inhibuit: ne portarent dicens illud. Mathei. x. Nolite poſſidere aurum nec virgam nec peram. Nam tales mali iudices ꝛ eorum male iuriſditiones nihil aliud ſunt: quā quedam virge domini ad diſciplinandum pueros domini. ideſt pauperes ſimplices ꝛ innocentes: ne forte fiant viri peſtilentes. Deus enim vtitur malis ſicut virgis ſuis ad alios affligendum. Eſai. x. Ve aſſur. virga furoris mei ipſe eſt. Veruntamen vnum ſciant tales: ꝙ poſtꝙ hō virga vſus fuerit ꝛ ipſa alios flagellauerit ī ignē aliquando eam proijcit. vel ipſam deſtruit atꝙ frangit. Sic vere deus poſtꝙ tales virgas. ideſt tales iniquos iudices florere diu permiſerit. Iuxta illud Ezechie. vij. Floruit virga: germinauit ſuperbia. ꝛ eorum miniſterio ad alios tribulanduꝫ ꝛ affligendum vſus fuerit iuxta pſalmiſtā. Viſitabo in virga iniquitates eorum. ipſos tamen ſolet finaliter. quandoꝙ temporaliter deſtruere: ꝛ ad miſeriam deducere ꝛ frangere. Hiere. xlviij. Quoniam confracta eſt virga fortis: baculus glorioſus: et in igne perpetuo concremare et eos penitus eneruare. Eſai. xiiij. Comminuta eſt virga percuſſoris tui. Quia ſicut dicit dominus in pſalmiſta. Non relinquet dominus finaliter virgam peccatorū ſuper ſortē iuſtoꝝ. Et ſi tu q̄ris: ſi deus talib⁹ virgis vtitur: quare ex hoc puniunt. ſecuris eñ puniri non dꝫ immo manus. Adhuc reſpondet: ꝙ dato ꝙ iſti ſunt inſtrumentū diuine iuſtitie. ex hoc tñ ſua malicia non minuitur: nec etiam excuſat: qꝛ. ſ. mala q̄ faciunt: ex ſua culpa prouenīūt. ꝛ a ſuo libero arbitrio ſiunt. Deus eñ malis eoꝝ voluntatibus punitiones alioꝝ ꝑ occulta ſua iudicia applicat. ꝛ ꝑ ipſos ꝙuis ignaros executionē ſuoꝝ iudicioꝝ ordinat. Latro eñ in ſilua inſidians: vt primo tranſeuntem ſpoliet ꝛ occidat nō minus punitur. ſi deus volens aliquē occidi

Ayuntamiento de Madrid

⁊ ſpoliari: ipſum in manibus eius tradat. ⁊ ſic ꝑ illã viam occultam iuſticiã diſpenſat. Quis ergo iſta duo occurrant ſil. latronem tamẽ nõ excuſant. De iſtis habemus exẽplum in nabuchodonoſor rege babylonis ⁊ ſedechia rege iuda. Deus em̃ volẽs captiuare ſedechiam ⁊ populũ hirl'm ꝓpter eoꝝ ydololatrias ⁊ peccata. ſicut etiã ante ipſuʒ predixerat ꝑ ps. Sup flumina babylonis ⁊c. vſus fuit ſupbia ⁊ crudelitate nabuchodonoſoꝛ: q̃ predictum ſedechiam captiuauit ⁊ excecauit. Dictus em̃ nabuchodo. erat peſſim⁹ ⁊ dei inimicus: qui ad dei occultam iuſtitiam non attendebat nec ibi a deo aliq̃d fieri ſciebat: imo ꝓ eo ꝙ dictus ſedechias pactum ⁊ iuramentum ſibi fregerat: ⁊ ab ei⁹ obedientia receſſerat. ipſum pſonaliter ĩpugnabat. Cõcurrebãt ergo ſimul dei iuſtitia: ſedechiaʒ de ydololatria puniens: ⁊ nabuchodo. ſeuicia impietatẽ ſuã exercẽs. Et Hier. xxv. ⁊ alijs locis plurimis deus nabuchodo. ſeruũ ſuũ vocat. ꝓ eo ꝙ ipſe fuit virga furoris dñi in filios peſtilẽtes. Vñ etiã cyro regi dicit dñs Eſai. x. Ve aſſur. virga furoris mei ⁊ baculus ipſe eſt in manu eius indignatio mea. Sequit: ipſe aũt nõ ſic arbitrabit. ⁊ coꝛ eius non ita eſtimabit. ſed ad conterẽdum erit coꝛ eius ⁊ ad interfectionem gentiũ nõ paucarum. q. d. iſti non credunt ſe eſſe inſtrm̃ diuine iuſticie: imo ꝓprio corde ad iniquitatẽ mouent. quapropt a deo non minus puniunt. q꞉ ſibi nõ deo imputant et attribuũt facta ſua: ⁊ quaſi de ꝓprijs viribus gloriantur. Unde ſequit ibidẽ. Nunq̃d gloriabit ſecuris ꝯtra illum qui ſecat ⁊c. Patet ergo ꝙ eſt virga mundialis iuriſditionis ſeu tꝑalis afflictionis. ¶ Quinto dico
D ꝙ eſt virga paſtoꝛalis caſtigationis. Et ſic dico ꝙ per virgam intelligitur bonus ꝑlatus: vel etiam iuſta et charitatiua coꝛrectio. ſ. ꝑlatoꝝ. Iſta em̃ eſt virga qua.

Paſtores vtunt oues reducendo.
Rectores vtunt plebi preſidendo.
Magiſtri vtunt pueros docendo.
Genitores vtunt filios caſtigando.
Miniſtri vtunt veſtes expoliando.
Balliui vtunt alijs imperando.
Magi vtunt ſerpentes incantando.
Menſores vtunt ſortes aſſignando.
Mercatores vtunt pannos menſurando.

Quia chariſſimi ꝑlati ⁊ ſuperiores q̃ ſunt ſubditoꝝ balliui. magi. miniſtri. magr̃i ⁊c. ſunt correctionis virga ſiue iuriſditionis. coꝛꝑalis afflictionis ⁊ punitõis ſ. oues ſimplices ⁊ errantes: ſicut paſtoꝛ in viã veritatis reducendo ⁊ dirigendo ps. Virga directionis virga regni tui. ¶ Itẽ plebi. ſ. ſubditoꝝ imꝑando. ⁊ ſicut imꝑatoꝛ maieſtateʒ ſuã eis oſtendẽdo. In cuius ſignũ reges virgã. i. ſceptrum poꝛtant in manu: ad deſignãdum ꝙ iſti ſunt q̃ habent alios ad regendum. i. virga iuriſditionis regere ⁊ virga correctiõis caſtigare. Heſter. v. Virgam aureã tenebat in manu. ¶ Itẽ pueros i. ignoꝛantes carnales: ſicut magiſter inſtruendo ⁊ doctoꝛ erudiendo. Prouer. xxij. Stulticia colligata eſt ĩ corde pueri: ⁊ virga diſcipline fugabit eam. ¶ Item filios ⁊ ſubditos: ſicut patet caſtigando ⁊ coꝛrigẽdo. vñ Prouer. xxiij. Qui parcit virge odit filium. ¶ Iteʒ veſtes cõuerſationis ſubditoꝝ per diſcuſſionẽ viſitationis a puluere excutiendo: ⁊ maculis peccatoꝝ eoꝛum emundando ⁊ depurando. Exo. viij. Extende virgam ⁊ percute puluerẽ. ¶ Iteʒ mandata ſuperioꝛis ſui dei ſicut balliui alijs. ſ. denunciando ⁊ ꝑcipiendo. j. Coꝛi. iiij. In virga veniã ad vos. ¶ Item ſerpentes. i. peccatores incantando: ⁊ ſicut bonus magus domeſticãdo ⁊ conuertendo. Exodi. vij. Proiecerũt magi ſinguli virgas ſuas. Iſta eſt virga ſomnifera cum qua mercuri⁹ ſomniauit argum. ¶ Itẽ ſortes bñficioꝝ ⁊ officioꝛuʒ alijs ſicut menſoꝛ aſſignando: q꞉ mediante virga iudiciarie ꝑtãtis ꝑlati debẽt menſurare ⁊ aſſignare gradũ ſuum cuilibet. Hier. x. Iſrael virga hereditatis eius. ¶ Item pannos. i. peccata que eis vendunt inq̃tuʒ ipſos exinde puniunt virga correctionis meſurãdo. q꞉ virga dꝫ adequari panno. i. correctio ⁊ pena pctõ: quia ſicut dꝛ. Deut. xxv. Iuxta manſuram culpe dꝫ eſſe plagarum modus. Vñ de tali virga taliter peccatis adequata ⁊ menſurata ps. Viſitabo in virga iniquitates eoꝝ. Prelatus em̃ dꝫ ſubditos viſitare ⁊ virga correctiõis iniquitates ⁊ delicta mẽſurare. Et breuiter chariſſimi: ſicut paſtoꝛ ſine virga non põt gregẽ regere ſic prelatus ſine virga aſpere correctiõis nõ poteſt hodie ſubditos gubernare. Exemplo moyſi q̃ ſine virga nõ legitur ſigna feciſſe nec populum iſraeliticum direxiſſe. Unde de ſubdito poteſt dici illud. Eccleſia. xxxiij. Cibaria ⁊ virga ⁊ onus aſino. Ubi aduerte ꝙ ꝑlatus debet aſinum ſuum: ideſt

Subditum recreare. cibaria.
Subditum caſtigare. virga.
Subditum occupare. onus.

Coꝛrectio em̃ eſt illa virga. de qua dr̃ puer. xxix. Virga atqꝫ coꝛrectio tribuit ſapientiã. Ubi etiã oſtendit: ꝙ virga coꝛrectionis eſt Uirtutũ ꝓductiua. virga. Criminum punitiua. coꝛrectio. Coꝛdiũ derectiua tribuit ſapientiam. Iſta enĩ virga.

Uirtutes ꝓducit. Crimina educit. Sapientiam inducit. Dico ergo ꝙ iſta virga virtutes ꝓducit: cũ dicit. virga. Quia ſicut a virga oꝛiunt ramũculi cum floꝛib⁹ ⁊ fructibus ⁊ folijs. Sic ex correctione oriuntur multe virtutes cum bonis verbis affectionibus ⁊ operibus ⁊ de iſta oꝛit in futurum.

Opus perfectionis.
Cibus deuotionis.
Aqua cõpunctionis
Lumen diſcretionis.

Dico ꝙ iſta virga ꝓducit ĩ nobis opus ꝑfectionis. Vñ Gen̄. xxx. dicit. Oues iacob ſolo aſpectu virgarũ ꝓducebat fet⁹ diuerſoꝝ coloꝝ. Exẽplo boni equi: q̃ ſoluʒ aſpectu virge citius curit. ¶ Itẽ cibũ deuotionis. De virga em̃ naſcit fructus dulcis. ſic ſi q̃s virga correctionis ꝑcutitur: citius ad fructũ deuotionis allicit. ⁊ ſic dicit Heb. ix. Nõ in archa cũ virga erant tabule ⁊ manna. Ad denotandum: ꝙ manna gr̃e ⁊ deuotionis virgam coꝛrectionis comitat: ⁊ ꝙ illi q̃ acriter coꝛrigunt. finaliter cibo deuotionis ⁊ gratie ſatiant. Eccli. xxxiij. Cibaria ⁊ virga ⁊ onus aſino. Et Michee. vij. Paſce populuʒ tuũ in virga tua. ¶ Itẽ aquã cõpunctionis. Nã ſcꝫ hõ q̃n coꝛrigitur ad cõpunctionis lachꝛymã inuitatur. Vñ de Moyſe dicit Exod. xvij. Nume. xx. Nõ ipſe ꝑcuſſit virga bis ſilicẽ ⁊ eru. a. la. Et ꝓcerto ſi hõ q̃uis ſit durus ⁊ lapideus. bis. i. pluries a deo vel ꝑlato percutiat: vix at nunq̃ erit quin aqua cõpunctiõis finaliter abundet. ¶ Itẽ lumẽ diſcretiõis. Quia. ſ. hõ virga coꝛrectionis docet: ⁊ qui verbis nõ põt verberib⁹ eruditur. Quod bene figurat. j. Reg. xiiij. vbi extremitas virge in melle ponitur ⁊ comeditur. ⁊ oculi ionathe illuminant. Nã ꝓcerto ſi ionathas. i. ſubditus de melle conſolationis cui adiuncta ſit virga aſpere coꝛrectionis guſtauerit: ſtatim intellectus ſui oculus clarus erit ps. Virga tua coꝛrexit me ⁊c. Aduerte tamen ꝙ virga ⁊ mel coniungunt inuicem: ⁊ ꝙ virga in melle coniungitur: intingit ⁊ locatur. Ad denotanduʒ. ꝙ virga coꝛrectionis melle dulcis monitionis: cõpaſſionis ⁊ conſolationis miſcetur: ⁊ ꝙ mens ꝑ ſapientiam illuſtret ps. Virga tua ⁊ baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Patet tamen ꝙ aqua coꝛrectionis virtutes ſolet ꝓducere virga. ¶ Deinde dico ꝙ iſta virga crimina ſolet educere: coꝛrectio iquit. Eccl's. vij. Per triſtitiã vultus coꝛrigitur amicus delinquentis. Virga cũ vipera vel tyrus verberatur: ⁊ ab ipſis venenuʒ aufertur. et exinde tyriaca fit. Sic vere peccatoꝛ virga coꝛrectionis affligitur: vt veneno vitioꝛum fluẽte ipſe tyriaca. i. ſanctus ⁊ bonus efficitur. Unde Leuit. xxvij dicitur. Quod decima pars ouis ⁊ bouis ⁊ capre que ſub paſtoꝛis virga ſcilicet tranſeũt ſanctificabitur. Et ideo prelatus virgaʒ coꝛrectionis debet in manu habere: q꞉ illa eſt qua.

Carnales

Ayuntamiento de Madrid

Carnales debet ſuperare.
Solide debet impare.
Rigide debet fulminare.
Prouide debet liberare.
Eſt ergo virga correctionis carnalium maceratiua: quia prelatus cum iſta virga debet carnales aliquotiens tangere: ne per laſciuiam inſoleſcant. Unde Judicum.vj. Extendit angelus ſummitatem virge ⁊ tetigit carnes. ¶ Item iſta debet eſſe.ſ. crudelium impugnatiua. Nullus enim debet eſſe ita terribilis tyrannus: quin debeat platus eum aggredi cuȝ hac virga. Exemplo banaie: de quo dicitur: ꝙ cum virga deſcendit ad gygantem egyptium ⁊ abſtulit ei haſtam ⁊ interfecit eum.j. Paralip.xj. ¶ Item debet eſſe ſolide imparatiua. Unde de bonis iudicibꝰ ⁊ iuriſditionibus dr̄. Ezech.xix. Qđ facte ſunt ex eis ſolide virge in ſceptra dominantium. ¶ Item debet eſſe rigide fulminatiua ⁊ cõminatiua. Qr correctio debet habere verba ⁊ verbera. Unde Exodi.ix. Extendit moyſes virgam ⁊ facta ſunt tonitrua magna ⁊ grãdo ⁊ diſcurrentia fulmina. ¶ Item iſta debet eſſe puide liberatiua: quia per correctionem homo de pena ſaluatur. Unde de puero ipſi prelato vel patri. dr̄ Prouer.xxiij. Noli de puero ſubtrahere diſciplinam: ſi enī percuſſeris euȝ cum virga non morietur: tu virga percuties eum ⁊ animaȝ eius liberas de iferno. Sic ergo patet ꝙ iſta virga crimina educit: quia correctio inquit. ¶ Denicꝫ dico: ꝙ iſta prudentiam ſolet inducere: qđ oſtenditur cum dicitur: tribuit ſapientiam: quia virtus dicit eſſe mater diſcipline: ſicut enīȝ dicit. Eſai.xxviij. Afflictio alias vexatio dat intellectum. Unde de virga dicitur. Prouerbiorum.xxij. ꝙ ſtulticia colligata eſt in corde pueri: ⁊ virga diſcipline fugabit eam ſapientiaȝ inquit. Prouerbio.xix. Suſcipe diſciplinam vt ſis ſapiens. Et ſicut premittitur viſuȝ eſt quid ſit virga paſtoralis caſtigationis. ¶ Serto modo dico. qđ eſt virga eternalis indignationis: ⁊ iſta eſt virga ſeueritatis diuine iuſticie qua finaliter flagellabit damnatos de qua quilibet dãnatꝰ poſt dicere illud Tren. iij. Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius Sic ergo patet quomodo virga ſumitur multis modis.

A **Virgo virginitas.** Nota ꝙ virginitas poteſt accipiꝰ in bono ⁊ in malo. In bono enim ſignificat carnis puritatẽ ⁊ integritatem ⁊ ſic poteſtꝰ ſignificare quamlibet virginem ſiue monialem ſiue aliam et maxime beatam Mariam vel quamlibet ſanctã. vel quelibit in anima purum ⁊ mundum. Et ſic loquitur.ij. Cor.xj. Deſpõdi vos vni viro ⁊c. Quia ſm̄ Aug. in hoc ſpiritualis anime virginitas conſiſtit ꝙ.
Fides ſit integra.
Spes ſit ſolida.
Charitas ſit ſincera.
In malo aūt deſignat ſterilitatem ⁊ fructus bonorum operum raritatẽ. Et ſic virgo poteſt dici quilibet peccator. vel quelibet mala anima vel perſona que fructū bonorū operū nõ producit. nec ſponſo xp̄o per charitatis copulam ſe coniungit. ſed in ſterilitate perpetua ſemper cõſiſtit ⁊ ſic accipiuntur ille quincꝫ fatue virgines quarum lampades inuente ſunt vacue. et ideo in nuptijs non fuerunt recepte nec ipſis ianue ſunt aperte: ſicut dicit Matth.xxv. Quia pcerto tales virgines oleū grē nõ portãt ⁊ ideo ad ſponſi nuptias nec ad padiſi ianuas vnꝙ intrant. Et ideo bñter de talibus virginibus per quas hodie eccleſia deformatur dicitur Tren.j. Virgines eius ſqualide. ⁊ ſacerdotes eius gementes. ⁊ ipſa repleta eſt amaritudine. De ſcorpione dicit Pli. ꝙ pungit acrius virgines ꝙ corruptas. Quia procerto tales virgines ſcorpio dyabolus ſteriles in inferno finaliter pungit. ipſaſcꝫ deſtruet ⁊ occidet. Ezech.ix. Non parcat oculus vr̄. necꝫ miſeramini. ſenem adoleſcentulum ⁊ virginem ⁊ mulieres ⁊ paruulos interficite. ¶ Dicamus ergo latius de virginitate tam ſpūali ꝙ corporali. B Virginitas em̄ eſt quedam mẽtis ⁊ carnis integritas. Reges em̄ non ſolẽt ſibi nubere mulieres corruptas ſed pelectas virgines. Sic vere rex xp̄s vult ſibi nubere virgines pulcras et mundas ac ſanctas ⁊ iuſtas. nõ peccatrices fetidas ⁊ corruptas. Et ideo xp̄s ad modū vnicornis in gremio beate Marie requieuit ⁊ extunc virginitateȝ amauit et voluit. In cuius ſignum virginem precurſorem habuit ⁊ diſcipulo virgini matrem virginem cõmendauit. Amore cuius quaſcuncꝫ alias bonas virgines predilexit pſal. Adducentur regi virgines poſt eã ⁊c. Anime igitur noſtre mentis integritatem deo ſeruent et etiam quecuncꝫ bone religioſe deo mundas ⁊ virgines ſe conſeruent. Quia procerto nulla niſi virgo vel mente vel corpore deo deſponſabitur. nec in paradiſo ſuis gratis amplexibus perfruetur. Unde The ſter.ij. Querantur regi puelle ac virgines ſpecioſe. Illi vero qui mente et carne erunt virgines. in paradiſo erunt virginis Marie ſocij et conſortes Apocal. xiiij. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati ⁊c. Sed quia multa requiruntur ad cuſtodiam virginitatis. tã corporalis ꝙ moralis. Hinc eſt quod poſſumꝰ exponere ad virginū documentū illud Eſa.xlvij. Deſcende. ſede in puluere virgo filia babylonis. In quibus verbis aduerte quod ſicut lilium per quod virginitas in ſcriptura oſtenditur et denotatur ſex habet folia quibus granum quod eſt interius circuitur. Sic vere hic oſtenditur quod virginitas ſex habet ſpeciales virtutes quibus in ſuo eſſe ſcilicet perficitur et tenetur. Et iſte proculdubio ſunt.
Humilitas ſubiectionis. deſcende.
Tranquillitas quietionis. ſede.
Aſperitas afflictionis. in puluere.
Sterilitas poſſeſſionis. virgo.
Nobilitas conditionis. filia.
Timiditas confuſionis. babylonis.
Debet ergo primo habere humilitatem et ſubiectionem. deſcende inquit. Quia non debet alte ſapere nec de ſuis viribus preſumere nec per elationeȝ ſup alios ſe efferre ſed potius debet ad ſue fragilitatis conſiderationem deſcendere et virginitatem ſuam deo humiliter commendare. Exemplo illius de quo legitur quod domino humilitatem et virginitatem precibus commendabat. Virginitas enim et caſtitas ex proprijs viribus non habetur. ſed a deo conceditur et donatur. Sapientie.viij. Non ero continens niſi deꝰ det Et ideo neceſſe eſt quod per humilitatem queratur vt ſic in bonum exponatur illud. Trenorum.v. Humiliauerunt virgines in ciuitatibus iuda. deſcende inquit. Eſaie.lv. Deſcendit ymber et nix de celo. Nix enim perſonam candidam et caſtam deſignat vt de tali deſcenſu humilitatis intelligatur illud. Amos.v. Virgo iſrael proiecta eſt in terram. Unde de tali virginitate dicit. Auguſtinus. de virginitate. Non ſoluȝ predicanda eſt virgini humilitas vt augetur immo etiam ammonenda eſt ne infletur. Unde Bernardus ſuper Miſſus eſt de pulcra permixtione virginitatis et humilitatis. Deo inquit placet illa anima in qua virginitatem commendat humilitas. et in qua humilitatem exornat virginitas. Habeat igitur virgo humilitatem et ſubiectionem deſcende inquit. Si vis applica quomodo moniales debent eſſe humiles et maioribus ſubiecte. ¶ Secundo habeat tranquillitatem ⁊ quietionem. ſede inquit. Quia ad virginem pertinet domi ⁊ in clauſtro quieſcere et ſedere. non ad ludibria diſcurrere vel vagari. Vinum ſepe motum in eſtate corrumpitur ſi cum proprijs fecibus nutrietur ſi vero quieſcere dimittitur in puritate conſeruat. Sic vere multe ſunt iuuencule que ſi domi ſederent ⁊ quieſcerent in puritate virgines remanerent

que tamen quando diſcurrunt corrumpuntur ⁊ luxu-
rie fecibus admiſcentur. Exemplum de dyna virgine
filia iacob que vadēs ⁊ volēs videre mulieres regiōis
ab'emor eſt corrupta.Gen.xxxiiij.Sede ergo Treñ.ij.
Sederunt in terrā cōcutierūt ſenes filie ſyon conſper-
ſeruntqꝫ capita ſua cinere filie hierlm.Et bñ dixit cō
ticuerūt.q: ſcꝫ rariloquium ⁊ taciturnitas multū iu
uant.Habeat ergo tranquillitatē ⁊ quietem. ❡Ter-
tio dico ꝙ habeat aſperitatem ⁊ afflictionē. in pulue
re inquit q: ipſa non dꝫ in delicijs viuere ſꝫ corpus per
penitētiam macerare.Periclitaṫ eñ caſtitas in deli-
cijs.caritas in diuitijs ꝟitas in multiloquio.bonitas
in hoc mūdo.ſm Greg. Et ideo ipſa in puluere ⁊ cine
re.i.in aſperitate ⁊ vilitate pñte dꝫ viuere:a carnis de
licijs abſtinere ⁊ potiſſime vilitas ⁊ aſperitas habit⁹
non ornatus ⁊ curioſitas requiritur ad hoc ꝙ caſtitas
teneatur.Intus enim in anima dꝫ ornari ⁊ non extra
Quia ſicut dr̄ in ps.Omnis gloria eius abintus. pul-
uere inquit. Puluis enim cinis ⁊ ſaccus erant arma
penitētium ⁊ plorantiū.Joel.j. Plāge quaſi virgo ac
cincta ſacco.Et Trenorū.ij.Virgines hieruſalem ac-
cincte ſunt cilicijs puluere inquit vt ſic dicatur illud.
Job.vij.Ecce nunc in puluere dormiam.Habeat ergo
aſperitatem et afflictionem.❡Quarto habeat ſteri-
litatem poſſeſſiōis q: neceſſe eſt ꝙ ſit virgo.i. ſterilis
inꝙtum ad bona mundi eſt ⁊ nō fecunda ꝑ diuitias tē
porales vix enim poteſt eſſe diues ⁊ caſta ⁊ virgo. Di
uitie ad cogitandum in mundanis ſolent diuidere et
trahere:paupertas preter deum nō habet vbi debeat
cogitare.j.Corinṫ. vij.Virgo cogitat que domini ſunt
❡Quinto dico quod habeat nobilitatē non deiectio
nem filia inquit non ſerua.Filia enim nobilis generis
non faciliter in viles perſonas conſentit. Cum igitur
anima ⁊ quelibet virgo.ſint dei filie ſpirituales nō de
bet ad luxuriam faciliter accedere.ſed nobilitatem et
ſtatum ſui generis cogitare ⁊ de vili mundo corpore
et diabolo non curare vt ſic deus poſſit dicere illud.
Judicum.xix.Habeo virginem filiam. ❡Sexto ha-
beat timiditatē ⁊ ꝯfuſionem babylonis inqt que inter
pretaṫ confuſio.Cōfuſio eñ bona ⁊ verecunda et timo
roſa ſunt conditiones virginum honeſtarum vñ Tre
no.ij.Abiecerunt in terra capita ſua virgines iuda.vt
ſic de qualibet virgine dicatur illud Eſaie.xxj.Baby
lon dilecta mea facta eſt mihi. ⁊c. Debent etiam vere
cundari ⁊ timere virginitatē amittere. ⁊ maxime pro
eo quod ipſam amplius nullus pōt reparare Amos.
v.Virgo iſrael proiecta eſt in terram.nullus eſt qui ſu
ſcitet eaꝫ.Sic ergo patet ꝙ ſex ſunt ſpeciales virtutes
que virginitati famulantur.Et ſic ſufficit de beata vir
ginitate vide ſupra.

a **Virtus.** Cum virtus nihil aliud eſt ꝙ̄ quedam
mentis diſpoſitio.qua mens rationi
conſentit et deo conſonat et obedit. Poſſumus dice-
re quod virtus ſecundum ſuas diuerſas conditiones
a diuerſis diuerſimode diffinitur. et ſic dicit Phus
quod virtus eſt habitus voluntarius . et declarat di-
cendo.quod virtus conſiſtit in medio duarum mali-
ciarum.Auguſtinus.de ſpiritu ⁊ anima dicit quod vir
tus eſt habitus mentis bene conſtitute. Et libro de li-
bero arbitrio dicit quod virtus eſt bona qualitas mē
tis qua recte viuitur.qua nemo male vtitur.quam de-
us in nobis ſine nobis operatur. Vnuꝫ enim ante om
nia eſt aduertendum quod dicit Tullius.Quod virt⁹
antiquitus ſolum per fortitudinem ſumebatur. Et
ſecundum hoc videtur loqui ſcriptura quia vt com-
muniter vbicunqꝫ agitur de virtute.videtur intellige
re de potentia et fortitudine vel vigore. Ad preſens er
go intendo dicere aliquid de virtute in genere. inꝙtū
nomē virtutis ad fortitudinē principaliter applicaṫ.
❡Dicam⁹ ergo generaliter inꝙtū virtus ſumitur ꝓ
quacunqꝫ bona mētis diſpoſitione.Sicut eñ videm⁹
ꝙ natura generat res informes ſed poſtea per diuer
ſas diſpoſitiones et alterationes ipſas ad perfectum

deducit ſicut patet de corpore quod diuerſis iuuamē-
tis organizatur ⁊ complementis. Sic vere aīa de ſe ī
formis ⁊ ſine virtute ⁊ gratia eſt: ⁊ ideo neceſſe eſt:ꝙ
habitus ⁊ diſpoſitiones virtutis eidem imprimantur
per quas in eſſe ſuo corporali ſiue morali cōpleatur: ⁊
ſic eidem poſſint dicere illud.Ruth.iij. Scit eñ om-
nis populus mulierem te eſſe virtutis.Sicut eñ vide
mus:ꝙ lapides precioſi in venis generanṫ:ſic vere vir
tutes in corpore humano ⁊ terreno per dei influentiā
producuntur.Virtus enim vt dicit Seneca.nudo ho-
mine contenta eſt:non aliquis eſt ita pauper debilis:
vel infirmus:quin multipliciter poteſt eſſe geneross⁹:
⁊ virtuoſus.Vnde dicit apoſtolus.ij. Corin.xij.Virt⁹
in infirmitate perficitur.Virtutes eñ ſunt quidaꝫ ri-
uuli a fonte diuie gratie procedentes.⁊ ſe per terram
anime diffundentes: ipſam ſpiritualiter irrigantes:
atqꝫ bonis operibus fecundantes. Vnde Gene.ij.dr.
Qđ de fonte paradiſi quatuor flumina naſcebantur:
a quibus per diuerſos riuulos tota terra irrigua red-
debatur.Fons enim paradiſi diuinam gratiam signi
ficat qui ſe in terra in quatuor flumina.ideſt in quatu
or cardinales virtutes ramificat: ⁊ que cum illis riuu
lis .ideſt cum alijs ſuis dependentibus animam totā
irigat ⁊ fecundat. Vt ſic anima virtuoſa dicat illud.
Eccleſi.xxiiij.In me gratia oīs vite ⁊ veritatis in me
om.ſpes vi.⁊ vir. Et bñ dicit ſpes vite.q: ſicut videm⁹
ꝙ apes ſolent in ſuis aluearibus mella cōficere: taxi
vero formice ⁊ hericij in cauernis ſuis ſolent poma ⁊
grana reponere: apothecarij ſolēt in ſuis apothecis
herbas ⁊ ſpecies recolligere:vt inde ī hyeme poſſint
viuere ⁊ proficere.Sic vere dum durat eſtas vite pre-
ſentis:mella grana ⁊ ſpecies diuerſaruꝫ virtutuꝫ ag
gregare in cordibus noſtris debemus:vt dum hyemis
mortis aduenerit:inde vitam eternam cum deo ſur-
ſum ⁊ cum angelis habeamus.Virtutes enim nos fa
ciunt poſt mortem viuere: ⁊ deum facie ad faciem cer
nere ⁊ videre Juxta illud ps.Ibunt de virtute in virtu
tem videbitur deus deorum in ſyon.Et merito . Quia
ſicut dicitur.Eccleſiaſti.xl.Facultates ⁊ virtutes exal
tant cor.Vbi aduerte ꝙ virtutes ſunt poſſidende ⁊ ac
quirende multiplici ratione ſcilicet quia ſunt.
Cordium repletiue:facultates.
Virium defenſiue:virtutes.
Mentium erectiue:exaltant cor.
Dico ergo primo ꝙ iſte ſunt cordium repletiue quia
facultates.Quia virtutes ſunt ille facultates ⁊ diui-
tie que replent ditant ⁊ ſatiant cor humanū.Vnde Se
neca dicit Diuitie temporales dum placent tranſeūt.
Ad veras ergo conuertere potius diuitias . Sic vere
dicit ibidē ꝙ vere diuitie ſunt in animo:non in patri-
monio In quibus videtur innuere quod vere diuitie
ſunt virtutes que non burſam ſed mentem locuple-
tant: ⁊ que poſt mortem manēt nec deficiunt faculta-
tes.Vnde de iacob dicitur Gen.xxxj.Quod facultate
ditato factus eſt inclitus.Vnde Seneca dicit:ꝙ nulla
poſſeſſio:nulla vis auri vel argenti plus ꝙ̄ virtus eſti
manda eſt. Diuites enim theſauros ſuos faciunt
non de rebus corruptibilibus ⁊ putridis:ſed durabi-
libus ⁊ ſanis: ⁊ ideo aurum ⁊ argentum ⁊ lapides p̄-
cioſos ſolent in ſuis theſauris ponere que poſſunt lō
ge manere.Sic vere ſapientes non faciunt theſauruꝫ
de tranſitorijs rebus ⁊ diuitijs terrenis ſed poti⁹ de ꝑ
māſuris virtutib⁹ ⁊ eternis Diuitie ei q̄ ſūt exteri⁹ a
fortuna poſſūt interimi virtutes q̄ ſunt interius ab
inimico neq̄unt necari Vñ Stilbō phs Cū capta vrbe
vna cū alijs cōciuib⁹ qui qcqd ſupellectilis haberet in
captiuitate ꝑdidiſſet:q̄reti cur alijs flētib⁹ letareṫ:q:
nihil inqt perdidi .Fortuna eñ diuitias q̄ ſue erant ac
cepit diuitias q̄ mee erāt virtutes malis gratib⁹ dimi
ſit.ac ſi diceret.poſſeſſio virtutum perpetuo durat eo
ꝙ ab initio non tollitur: ⁊ per fortune violentiam non
auferṫ Sūt igiṫ virtutes cordiū repletiue Eccleſiaſti-
ci.xxxvj.Reple ſyon inenarrabilibus virtutibus tuis
facultates

Ayuntamiento de Madrid

facultates inquit:quia Macrobius dicit. Sole virtutes beatum faciunt. ¶ Secūdo dico ꝙ iste sunt virium tuitiue seu defensiue:quod ostenditur cum dicitur:vꝫtutes:quasi vires tenentes. Uirtus enim dicitur:quasi viriuꝫ status.vel quasi vires tuēs:vl' quasi virilis actꝰ quia procerto virtus facit virilem statū: viriliter age re:ꝛ vires suas solet defendere ꝛ tueri. Uir enim virtuosus in virtutum stabilitate formatus concuti pōt sed vinci nunꝙ:nec enim temporalibus mulcetur:nec tribulationibus terret:nec blandicijs fallit:nec violētijs submergitur. Unde Seneca dicit:ꝙ nō plus possunt aduersus virtutem calamitates damna ꝛ iniurie ꝙ aduersus solem nebule. Uir enim virtuosus per sufficiētiam vincit blandicias:per patientiam vincit tristitias ꝛ violentias ꝛc. Unde breuiter quilibet talis potest dicere illud ps̄. In deo faciemꝰ virtutem:ꝛ ipse ad ꝛc. virtutes inquit. Nota ꝙ virtus dicitur a vi:quia scilicet virtuosi vim faciūt sibi ipsis.inꝙtum se subijciunt rationi. Unde Seneca. Uis habere magnum imperium impera tibi. Iste ergo sunt virium tuitiue et iuuatiue:virtutes inquit. Unde Seneca dicit:ꝙ sicut solis claritas ītuitiua lumina obscurat:sic dolores angustias molestias ꝛ iniurias magnitudine sua virtꝰ elidit. Nam vt ait. Acrior est virtus ad occupāda pericula:ꝙ crudelitas ad irroganda. Igitur vꝫtutes sunt virium tuitiue ꝛ iuuatiue. ¶ Tertio dico ꝙ virtutes sunt mentium erectiue cuiꝫ dr̄:exaltant cor. Quia cor quod virtutibus ditatur:ab istis inferioribus segregatur:ꝛ sursum ad deum erigitur ꝛ eleuatur. Uirtutes enim sunt similes aeri: quo si dolium plenum fuerit: nunꝙ descendere sub aqua ipsum pmittit: immo ipsaꝫ aqua eleuare compellit. Cuius simile est de testa oui plena rore interioribus vacuata:que tacta per radios solis per hastam cui innititur solet sursum ascendere ꝛ virtute roris ad solem ascendentis:ꝛ solis roreꝫ attrahētis se ab inferioribꝰ eleuare. Quia proculdubio charissimi si testa ꝛ dolium mentis nostre:aere ꝛ rore grarum ꝛ virtutuꝫ fuerint plena ꝛ interioribus vitijs vacuata. Non enim est dubium cum ista inferiora cōtemnēt ꝛ dimittent:ꝛ sursum ad solem iustitie xp̄m ꝑ desiderium ascendent:ꝛ ad considerationē ꝛ affectionem eternorum superiorum se faciliter conuertent: exaltant inquit. Et sic videtur loqui Dauid in psal. vbi dicit. Dextera domini fecit virtutem.dextera domini exaltauit me. Unde Seneca. Ualidiorem omnium ꝛ felsiorem ꝛ ampliorem facit virtus:nam cetera que cupiditates nostras irritant:animum deprimūt ꝛ labefaciunt. Sic igitur pater: ꝙ virtutes sunt habēde ꝛ acquirende:quia sunt mentium erectiue ꝛ viriuꝫ tuitiue ꝛc. ¶ De virtutibus in genere multa ꝛ infinita alia possunt dici:sed quia in particulari ī diuersis titulis ꝛ locis de virtutibus est tractatum:ideo omit-
B to transeo quo ad presens. ¶ Sed adhuc dicendum est de nomine virtutis in speciali. Et sic dico ꝙ generaliter in scriptura per virtutē intelligitur fortitudo potentia.vis ꝛ vigor. Et sic sumendo dico ꝙ tam ī bono ꝙ in malo significato est.

Dominica ꝛ est eternalis.
Angelica ꝛ est supernalis.
Canonica ꝛ est sp̄ualis.
Pestifera ꝛ est mundialis.
Demoniaca ꝛ est infernalis

Dico ergo ꝙ est virtus dominica: que debet formidari. Et ista est virtus que est potentia dei. de qua in Psalmista. Date gloriam deo super israel et cetera. ¶ Item est virtus angelica:que debet admirari:ꝛ sic angeli certi in scriptura virtutes dicuntur ꝓ eo q̄d deus per eos vires ꝛ mirabilia operatur: ꝛ pro eo q̄d angelorum potentia ꝛ virtus mirabilis inuenitur:et sic virtus sumitur pro ordine angelorum: qui dicuntur virtutes:de quo dicitur Luce.xxj. Uirtutes celorum mouebuntur. Et prima Petri.iij. vbi dicitur:q̄d christus profectus in celum subiectis sibi angelis virtutibus ꝛ potestatibus. ¶ Item est virtus canonica seu catholica:que debet roborari:ꝛ ista est virtus ꝛ fortitudo viri iusti:qua scilicet contra tentationes ꝛ tribulationes efficitur virtuosus: de qua cuilibet iusto dicitur. Naum.ij. Contemplare viam:cōforta scilicet lumbos:robora virtutem valde. ¶ Iteꝫ est virtus pestifera:que debet detestari:ꝛ ista est virtus ꝛ potentia mundialis. Unde.j. Macha.iij. vbi dicitur ꝙ appollonius congregauit contra filios israel gentes et exercitum ꝛ virtutem multam. ¶ Item est virtus demoniaca:que debet subiugari:quia iusti debent virtuteꝫ dyaboli superare ꝛ eum in tentatione fortiter conculcare: sicut Luce.x. dicitur. vbi christus apostolis dicit Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes ꝛ scorpiones ꝛ super virtutem inimici. ¶ His igitur premissis ꝛ pro magna parte omissis:dicamus solum de virtute diuina ꝛ humana. Est enim virtus diuina que est admiranda: ꝛ est humana que est adiuuanda.
¶ Dico igitur ꝙ est virtus superior ꝛ diuina. Deus C
eīn sicut dicitur in psalmista. Magnus dominus et magna vꝫtus eius. In rebus enim corporalibus magnitudo ꝛ virtus non semper adequātur: quia aliquādo erit vnus cōmunis lapis magnus qui nihil habebit de virtute:vbi modicus lapis mirabiliter est preciosus:hoc etiam sepe est in animalibus:quia sepe inuenitur vnum modicum preciosum virtuosum ꝛ forte ꝛ vnum magnum vanum impotens ꝛ debile. Hoc etiam patet in moralibus:quia sepe inuenitur homo magnus ꝙtum ad seculum:qui nihil habet virtutis: ꝛ gratie quo ad deum:ꝛ econtra inuenitur homo modicus in corpore ꝛ facultate:ꝛ tamen in virtutibus et moribus erit magnus. Sed ꝓculdubio non' sic dō deo. Deus eīn magnus ꝛ magna virtus eius:quasi diceret In deo virtutes ꝛ magnitudo adequantur:ꝛ magnitudo sue essentie: ꝛ virtus sue potentie infinita ꝛ pura iudicantur. Unde Sap.xij. Uirtutem enim ostēdis tu qui non' credetis in virtute esse cōsummatus. Et si vellemus de potentia ꝛ virtute diuine: possumus dicere multa: sed quia eius virtutes sunt note ꝛ notabiles: infinite ꝛ inenarrabiles:summe ꝛ incogitabiles:ideo supersedeo ꝛ solum ad virtutis sue gloriam notabo ꝙ vꝫtus diuina apparet.

Carnem assumendo.
Mortem sustinendo.
Morti preualendo.
Celum ascendendo.
Mundum iudicando.
Malos condemnando.
Bonos premiando.
Malos cōuertendo.
Prauos subuertendo.
Bonos ꝓmouendo.
Tristes confortando.
Egros sanando.
Mira operando.
Fracta confirmando.

O charissimi videte que ꝛ quanta apparebit:apparuit ꝛ apparet virtus dei. Dico ergo ꝙ ista virtus apparet in carnis assumptione:ex magna enim virtute processit de virgine posse nasci. Unde de conceptione dictum est. Luce primo. Spiritussanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. ¶ Item apparet illa virtus in mortis collatione ꝛ perpessione. Ex magna enim virtute et fortitudine promeruit mortem non timere:ꝛ mortem velle ꝓati pro alio. Unde de seipso xp̄s sibi ꝛ alijs martyribus videt dicere illud.j. Macha.ix. Moriamur in vꝫtute propter fratres nostros. Unde etiam ipse dixit in psalmista. Aruit tanꝙ testa virtus mea ꝛ in puluerem mortis deduxisti me.

Ayuntamiento de Madrid

¶ Item apparet iſta virtus in carnis reſumptione et reſurrectione ſeu in mortis ſuperatione. Unde ipſe de deo pa ter videtur dicere illud ps. Deus precinxit me virtute ad bellum et poſ. immaculatam viam meam. Qui perfecit pedes meos etc. ¶ Item apparet in aſcenſione eius. Unde de aſcenſione angeli di cebant illud ps. Exaltare in virtute tua can. et pſal. vir. tu. ¶ Item apparebit in mundi iudicatione. vnde Sap. xij. Tu autem dominator virtutis cum tranquilitate iu dicas. ¶ Item in malorum condemnatione. puer. xv. In abu danti iuſtitia virtus maxima eſt. Et in ps. de iſta ſen tentia dicitur. Vox domini in virtute: vox domini in ma gnificentia etc. ¶ Item in iuſtorum premiatione et beati ficatione. de qua in ps. Dominus virtutum dabit populo ſuo. Unde etiam quilibet beatus poteſt dicere illud pſal. Domine domin⁹ virtus ſalutis mee: obumbra caput me um in die belli. ¶ Item apparet quotidie ipſa virtus in malorum conuerſione: in ſue gratie infuſione. Iſta enim eſt virt⁹ ſolis que ſiccas arbores florere facit. Et ideo dr. Iudith. v. Quotiens penituerunt ſe receſſiſſe a cultu ra dei ſui dedit eis virtutem. Nam ſicut dr. Gal. iij. Ipſe qui vobis tribuit ſpiritum: et operatur virtutes in vobis.

¶ Item apparet in nobis iſta virtus in prauorum ſub uerſione et ipſorum punitione. Unde de nequiſſimo an tiocho: a deo oppreſſo et punito dicitur. ij. Mach. ix. Qui humiliatus ad terram in geſtatorio portabatur: ma nifeſtam dei virtutem in ſemetipſo conteſtans. ¶ Item ap paret iſta virtus in bonorum promotione. vnde ps. Dextera domini exaltauit me. ¶ Item apparet in triſtium con ſolatione ps. In virtute tua domine letabitur rex. ¶ Item appa ret in debilium confirmatione. ptz. de apoſtolis infirmis quibus dictum eſt. Luce. xxiiij. Vos expectarent donec induerentur virtutem ex alto ps. Manda deus virtuti tue etc. Item apparet in egrotantis ſanatione. Luc. vj Virtus de illo exibat et ſana. om. ¶ Item apparet in mirabilium operatione. Unde Actuum. xix. Virtutes non modicas faciebat dominus per manum pauli. Et Ma thei. vij. Unde ſapientia huic et virtutes tales que per ma nus eius efficiuntur. Iſte ergo ſunt virtutes dei quibus in nobis mirabiliter vtitur et per quas virtuoſus po tens et mirabilis operatur. Iſtas igitur virtutes debe mus laudare: et ipſis ſuis laudibus commendare dicens illud ps. Exaltare domine in virtute tua etc. Iſta eſt ergo virtus diuina et ſuperior. ¶ Sed adhuc dico: quod eſt vir tus interior et humana: et iſta eſt virtus et fortitudo vi ri iuſti. Sicut enim videm⁹: quod virtus naturalis varios habet actus: quia .ſ. iſta nutrit: viuificat et mouetur: et ſecundum ſuos actus diuerſos iſta virtus dicitur.

Uirtus nutritiua.
Uirtus viuificatiua.
Uirtus motiua.

Sic vere virt⁹ anime et ſua ſpecialis fortitudo ſolet eam nutrire: per deuotionem: viuificare per gratie infuſio nem mouere et agitare: per bonam operationem. Et ſi cut videmus: quod virtus naturalis exercitata ſolet cre ſcere: ſicut patet de igne: qui flatu venti pulſus et aſper ſione aque ſolet augmentari: et in fortitudine roborari Sic vere virtus fortitudinis conſtantie tunc temporis augmentatur cum infortuniorum obice irritatur. Flatus. n. et pulſio tribulationum: ſunt irritatio et occaſio virtu tum et operationum: quia vt communiter nulla virtus in ſuo eſſe perficitur: quando aliquo contrario non pul ſatur. Et ſic dicit apoſtolus. ij. Corin. xij. dicens. Uirt⁹ in infirmitate perficitur. Quia ſancti fortes et virtuo ſi multa contraria infortunia habuerunt. Unde He breo. xj. Conualuerunt infirmitate: for. fa. ſunt in bel lo. Hoc eſt quod dicit Seneca vbi ait: quod non aliter ex igitur virtus cum tacta et impulſa eſt: quam ſcintilla flatu leui adducta ignem ſuum explicat. Unum tamen ad uertendum eſt: quod ſicut virtus corporis principaliter ab interiori ſpiritu prouenit: quod patet. quia deficien te ſpiritu nulla amplius eſt virtus in corpore. Sic pro culdubio virtus fortitudinis noſtre: qua ſcilicet poſ ſumus bona facere: vel mala etiam tollerare: non aliunde poteſt venire: quam in ſpiritu ſancto: a deo: qui quamdiu in no bis per gratiam inhabitat: tandiu nos roborat et confirmat: ſed cum a nobis per peccatum receſſit: ſtatim bene ope randi et malo reſiſtendi virtus et fortitudo tranſiet et pi bit. Iſtud bene apparuit in apoſtolis: qui virtutem re ſiſtendi tentationibus et tribulationibus non habue runt donec ſpiritumſanctum receperunt. Poſtquam vero diuino ſpiritu ſunt repleti: extunc virtute maxima ſunt induti. Unde actuum. iiij. dicitur. Qui virtute magna reddebant apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu chriſti etc. Fatui ſunt igitur qui in ſuis virtutibus et viri bus confidunt: et qui in tribulationibus et in operib⁹ ad deum non recurrunt. Tales enim ſolet deus deſtru ere: et ad proprie virtutis noticiam reducere: et eorum ſup biam eneruare. Iudith. ix. Allide virtutem illorum domine. A deo enim occulte venit virtus et potentia. et ab ipſo p uenit magnificentia et gloria ps. Dabit dominus vir tutem populo ſuo etc. Et ideo ille micheas congratu lando dicebat illud. Mich. iij. Ego autem replet⁹ ſum fortitudine ſpiritus domini iudicio et virtute. et ſi vellem⁹ notare de virtute fortitudinis: poſſum⁹ dicere quod iſta eſt

Boni operatiua.
Mali tolleratiua.
Sui augmentatiua.
Diu perduratiua.

Eſt dico bonorum operatiua. Omnia enim que ſunt ſpe cialem habent virtutem: qua mediante complent et fa ciunt actus ſuos: nihil enim ſine virtute operatur: bra chium enim non operatur inquantum brachium: ſed inquantum virtute fortitudinis eſt repletum. Sic vere chariſſimi in anima debet eſſe virtus fortitudinis: per quam bo na faciat et operetur. et per quam in bonis operibus occupetur. Unde. ij. Thimo. j. Conlabora in euangelio ſecundum virtutem. Eſt etiam virtus malorum tolleratiua. Me tallum enim inquantum eſt fortioris virtutis: tanto meli us reſiſtit ignibus: et tanto magis ſine ſuo detrimento ſuſtinet vires ignis: ſicut de auro patet cuius tanta eſt virtus: quod ſine ſui conſumptione ſuſtinet omnes vio lentias ignis et carbonum. Sic vere quanto quis ma gis habet de virtute conſtantie et patientie et fortitudi nis: tanto de ignibus tentationum et tribulationum me lius reſiſtit: et ſine ſui ſpirituali detrimento eorum vi olentias melius tolerat atque ſuffert: ſine enim virtute vi olentia non portatur nec in patientia ſuſtinetur. Unde in ps. Domine in virtute tua preſtitiſti decori meo vir tutem. Eſt etiam inſuper ſuiipſius augmentatiua. Quam diu enim creſcit corpus: tandiu in eo creſcit virtus. Quanto etiam ad ſeptennium appropinquat ceruus tanto in eius cornibus vnus in anno creſcit ramus. Ad denotandum: quod virtus in perfecto homine et ſem per debet creſcere. et quanto plus homo ſeneſcit: tanto plus debet cornua virtutis ſue plures ramunculos ge nerare: et pullulare ps. Ibunt de virtute in virtutem. Et nihilominus perduratiua eſt iſta virtus longo tem pore: quia virtus fortitudinis noſtre eſt perſeuerantia non enim iſta virtus ſolet tantummodo bene operari ſed etiam cum aduerſitate luctari: et victrix et in meli us perficere et augmentare: immo etiam ad ipſam per tinet perſeuerantiam operis prorogare. Non enim vir tus fortitudinis videretur: ſi ante operis complemen tum finiretur. Unde ſeneca dicit: quod virtutis eſt ire non retroire. Unde Eccleſiaſtici. xlvj. dicitur. Quod Ca leph dedit dominus fortitudinem et permanſit illi virtus vſque in finem. Iſta igitur de virtute ad preſens ſufficiant.

## Uis. vires.

Notaque vis in ſingulari ſigni ficat violentiam: in plurali ve ro ſignat fortitudinem et virtutem. Et ideo poſſum⁹ notare quod inuenio. ſ.

Uires corporales.
Uires temporales.
Uires pectorales.
Uires naturales.

Uires

Vires tyrannales.
Vires ſupernales.
Vires corporales ſunt ſubiugande: de quo Judith.ix. Non in fortitudine ⁊ multitudine eſt virtus tua: nec in viribꝰ equorum voluntas tua Jſte enim ſunt ille vires que defloraverunt thamar.ij.Regum.xiij. Preualens viribꝰ Amō oppſſit thamar. ¶ Vires temporales ſūt diſpenſande. Jſte aūt ſūt vires ſubſtātie tpalis qbꝰ ſūt elemoſyne faciēde. Vñ Eccl xiiij. Secūdū vires tuas porrigens da pauperibꝰ. ¶ Jtem ſunt vires pectorales ſeu ſpirituales que ſūt roborande Et inde dicitur.ij.Regum.vj. Saltauit dauid totis viribꝰ ante dominū. ¶ Jtem vires naturales ſunt attendende: qꝛ ſcʒ homo non debet preſumere de viribus ſuis naturalibus ꝗtum ad excuſationem alicuius operis virtualis. Jſte eñ non ſufficiunt niſi vires gratie ſancti ſpiritus intercedant. Unde moyſi eſt dictum Exodi. xviij. Stulto labore conſumeris: vltra vires tuas eſt negocium: qꝛ dominus ſolus habet dare vires bene operandi ⁊ malo reſiſtendi. Juxta illud Deut.viij. Recordare domini dei tui ꝙ ipſe vires tibi tribuit. ¶ Jtē vires tyrannales ſunt abhorrende: ⁊ iſte ſunt vires et violentie crudeliuʒ impiorum: de quibus Job.xxiiij. Vim fecerunt depredantes pupillos: ⁊ vulguʒ pauperum ſpoliauerunt. Jtem vires ſupernales ſunt metuende ſcʒ vires potentie diuine: quas ipſe deus in diuerſis tribulationibus oſtendit ⁊ quas finaliter in iudicio oſtendet: de quibus dicitur Eſaie.xxxviij. Domine vim patior. Et Abacuc.j. Vſq; quo clamabo ⁊ nō exaudies domine vociferabor ad te vim patiens ⁊ nō ſaluabis Sic ergo patet ꝙ in ſcriptura fit mentio de ſex generibus virium vel virtutū. Vide ſupra de violentia ⁊ fortitudine: ⁊ de virtute in vltimo.

A **Viſcera.** Nota ꝙ viſcera ſm. Jſidorum idem ſunt ꝙ corporis inteſtina Et ideo viſcera ſunt quedaʒ membra interius latentia: cibos digerentia vtilia retinētia: ſuperflua eminentia Poſſumus ergo generaliter dicere ꝙ per viſcera poſſunt intelligi affectus interiores ſiue boni fuerint ſiue mali Et ideo notandum eſt ꝙ in ſcriptura inueniuntur.
Viſcera diuine dilectionis.
Viſcera interne affectionis.
Viſcera humane infectionis.
Dico ergo primo ꝙ ſunt viſcera diuine dilectionis et compaſſionis Deus enim dicitur habere viſcera inꝗtum habet erga nos intima dilectiōis federa Et ſic dicitur Luce.j. Per viſcera miſericordie dei noſtri ⁊c. ¶ Secundo ſunt viſcera interne affectionis: omnia enim que in mente accipiuntur anime viſcera ſpiritualiter eſſe dicuntur.
Et aduerte ꝙ viſcera mētis noſtre.
Per paſſionem debent impinguari.
Per diſcretionem debent illuſtrari.
Per deuotionem debēt renouari.
Per turbationem debent contriſtari.
Dico ergo ꝙ viſcera volūtatis ⁊ mētis nr̄e debēt īpinguari per paſſionem. Viſcera enim ſunt membra valde mollia ⁊ tenera: ad denotandum ꝙ viſcera mētis noſtre ⁊ affectiones cordis noſtri debent habere molliciem benegnitatis. ⁊ erga miſeriam proximorū rectitudinem pietatis Et ſic de ioſeph dicitur. Geñ.xliij. Qō cum vidiſſet fratres ſuos tribulatos ⁊ in pſentia ſua tremebundos: ⁊ fratrem ſuum beniamin quē cōpulſi adduxerāt cepit flere: commota ſunt quippe viſcera eius ſup fratre ſuo Et ſic pcipit apoſtolus Coll. iij. dicēs. Jnduite vos ſicut electi dei viſcera miſericordie. ¶ Jtē viſcera mētis nr̄e debēt illuſtrari p diſcretionē. Diſcretio eñ ⁊ ſapiētia nō ſunt exterius in corpore: ſed interius in mentis ⁊ cordis viſceribꝰ. Et ſic loquit Job.xxviij. Quis poſuit in viſceribꝰ hominis ſapientiā: Et Ezechiel.iij. Fili hominis īplebunt viſcera tua volumine iſto Hieremie.xxxj. Dabo legē meā in viſceribus eorū. ¶ Jtē iſta viſcera debent renouari per deuotionē Deuotio eñ ⁊ gratia ſancti ſpiritus ſunt illa q̄ ſpiritualiter renouāt viſcera mētis noſtre Et ideo petebat dauid ī pſal. Cor mūdū crea ī me deus: et ſpiritū rectum innoua in viſceribꝰ meis. ¶ Jtē iſta ſunt viſcera que debent contriſtari per turbationem id eſt per timoris diuini conceptionem: ⁊ ſic loquitur Trenorum.ij. Conturbata ſunt omnia viſcera mea effuſum eſt in terra iecur meum. Jſta ſunt ergo viſcera interne affectionis ⁊ intentionis. ¶ Tertio dico ꝙ inueniuntur viſcera humane correptionis et infectionis ⁊ iſta ſunt viſcera peruerſe ⁊ infecte mentis hominū peccatorū. Et aduerte ꝙ iſta ſunt ſcilicet. B
Per luxuriam pinguia.
Per inuidiam triſtia.
Per iactantiam patentia.
Per infamiam fetentia.
Per ſeuiciam ardentia.
Sunt dico mētis viſcera malorū pinguia per luxuriā Unde de diuite corporali dicitur Job.xxj. Qō viſcera eius plena ſunt adipe ⁊ medulla oſſa eius irrigantur Viſcera eñ naturaliter ſūt pinguia ⁊ continent omnes feces: ſic mens corporalis ⁊ luxurioſi. ¶ Jtē ſunt triſtia per inuidiam Jn viſceribus enim accidunt colica ⁊ iliaca paſſiones: que nihil ſunt ꝗ viſcerum torſiones. Jſte morbus inuidia que torquet homines ⁊ peruerſorum viſcera: ſicut de peſſimo antiocho dicitur ꝙ apprehendit eum dolor viſcerum. Unde Eſa. xix. Diſrumpetur ſpiritus egypti in viſcera eorum. ¶ Jtem iſta viſcera ſunt patentia per iactantiā. Eſt enim quedam infirmitas viſcerum: qua quādoq; ꝓpter defectum virtutis contentiue viſcera laxantur ⁊ per ſeceſſum exterius emittuntur. Talis eſt infirmitas iactantium ⁊ inaniter gloriantium: nihil eñ poſſunt continere: immo cordis ſui ⁊ ſecreta mentis ſue ſiue bona ſiue bona fuerint ſolent per iactantiam emittere: ⁊ per fatuitatem alijs oſtendere: ⁊ per inanem gloriam omnibus propalare Figura in iuda qui ſuſpenſus crepuit medius ⁊ effuſa ſunt omnia viſcera eius Actuum.j. ¶ Jtem iſta viſcera ſunt fetentia p infamiam. De viſceribus eñ ſtercora emittunt: ſic de malorum cordibus aliorum diffamationes detractiones ⁊ iniurie producuntur. Unde de illo iniquo rege Achab. dicit.ij. Paralip.xxj. Quod longa conſumptꝰ eſt tabe: ita vt egereret inteſtina. ¶ Jtē iſta viſcera ſūt ardentia per ſeuitiam: fel enim vbi manet ibi colera materia ardentiſſima adiacet. Ad denotandum ꝙ fel id eſt ardor ⁊ amaritudo ſeuicie ⁊ iracundie impiorū: in viſceribus mentis ſemper latent. Et ſic dicit Prouer.xij. Viſcera impiorum ⁊ crudelia. Pone ſi vis ꝙ ira ⁊ inuidia ſunt ſicut illa auicula que blande primo ingrediens: poſtremo ſecat et rodit viſcera crocodili. Unde Sapientie.xij. Comeſtores hominum viſcerū: deuoratores ſanguinis Sic ergo patet ꝙ ſunt tria genera viſcerum ſpiritualium.

**Viſitatio. viſitare.** Nota ꝙ. Viſitatio dicitur a video et frequentando: ⁊ ſic viſitatio idem eſt ꝙ viſualis frequētatio vel viſus frequens agitatio. Et poſſumꝰ generaliter loquendo viſitationem duplicem inuenire ſcʒ diuinaʒ ⁊ humanaʒ. ¶ Primo dico ꝙ eſt viſitatio ſuperior ⁊ diuina. Sicut enim principales ⁊ ſuperiores ſolent in ſuis capitibus ordinare viſitatores quos per totū ordinē ſolēt mittere: dantes poteſtatē eiſdē ꝙ viſitare poſſint vndiq;: ⁊ ſi quid reformādū fuerit reformare: dicēs.j. Regū.xvij. Fratres tuos viſitabis ſi recte agant. Sic ſuperior omniū deꝰ pater prelatoruʒ a capitulo ſuo id eſt a curia paradiſi inſtituit filium viſitatorem hominum ⁊ viſitandi: caſtigādi: reformādi poteſtatem plenariaʒ ſibi dedit: dicens ſibi illud.j. Eſdre.vij. Miſſus es vt viſites iudeam. Et poſſumꝰ notare ꝙ iſte viſitator viſitat. A
Veniendo perſonaliter.
Jnfluendo ſpiritualiter.

Succurrendo temporaliter.
Affligendo corporaliter.
Promouendo ſupernaliter.
Puniendo eternaliter.
Dico ergo ꝙ iſta viſitatio dei que fit perſonaliter ve-
niendo fuit viſitatio beate incarnationis. Nō eñ ſuf-
ficit medico infirmū diligere quin ipſuȝ ſoleat pſona
liter viſicare Sic vere medicus noſter xp̄s non ſolum
nos amauit: immo carnē ſumendo perſonaliter nos
viſitauit Quod bene petebat genus humanū: dicens.
Memēto noſtri dñe in beneplacito populi tui: viſita
nos in ſalutari tuo. Iſta eñ fuit viſitatio mirabilis et
vtilis. Mirabilis dico eo ꝙ rex totius vniuerſi in ho-
ſpitali huius mundi dignatus eſt infirmum hominē
viſitare. Quod admirans dauid dicebat Quid eſt ho
mo ꝙ memor es eius. Et vtilis etiā eſt: quia ſcilicet a
cunctis malis voluit nos ſanare Iob. x. Viſitatio tua
cuſtodiuit ſpiritum meum. Viſitat ergo deus perſo-
naliter veniendo. ¶ Item viſitat ſpiritualiter influē-
do Sicut enim amicus viſitat amicum mittēdo ſibi
exenia per nūcios ſuos: ſic deus influendo mun⁹ gra-
tie ⁊ deuotionis viſitat quottidie deuotos ſuos ⁊ ami
cos: mittēdo eis per angelos exenium ſpūalis ſcientie
⁊ reuelationis ⁊ talem viſitationem petebat dauid di
cens in p̄s. Reſpice de celo ⁊ vide ⁊ viſita vineam iſtā
⁊ perfice eam quam plātauit dextera tua. ¶ Itē viſi-
tat temporaliter ſuccurrendo. Sicut eñ bonus domi
nus famulos ſuos obſeſſos ⁊ tribulatos viſitat ⁊ eos
liberans auxilium eis preſtat. Sic deus poſtꝙ hoīem
diu viderit tribulari ſolet eum miſericorditer viſita-
re ⁊ tpaliter conſolari. Ps̄. Probaſti cor meū ⁊ viſita
ſti nocte. ¶ Item viſitat affligēdo corpaliter Paſtor
enim viſitans oues in paſcuis ſolet errantes cum vir-
ga percutere ⁊ ad domū reducere ⁊ a luporū periculo
liberare Sic deus cum virga tpalium tribulationum
oues ſuas viſitat: ⁊ eas reducit ad ſalutem ⁊ a dyabo-
lo eas ſaluat. Ps̄. Viſitabo in virga iniquitates eoꝝ:
⁊ in verbe. pec. eoꝝ: miſericordiā aūt meam ⁊c. Quia
pcerto talis temporalis afflictio et viſitatio ſignum
eſt ſaluationis ⁊ miſericordie ſic econtrario hoīeȝ di-
mittere impunitū ſignū eſt diuine offenſe et eius fu-
ture damnationis. Iuxta illud Oſee. iiij. Non viſita-
bo filias veſtras cum fuerint fornicate. ¶ Item viſi-
tat ſupernaliter promouendo vel premiando: quia ſcȝ
ſicut paterfamilias ſolet in ſero operarios viſitare ⁊
eis mercedem reddere pro labore: ſic de⁹ in ſero mor-
tis bene operantes viſitat ⁊ mercedem eterne glorie
eis preſtat Ideo bene ſolet conſulere. j. Petri. v. Hu-
miliamini ſub potenti manu dei vt vos exaltet in die
viſitatiōis. Iſta eſt viſitatio pacifica ⁊ fructifera. Pa
cifica dico. Unde Eſaie. lx. Ponam viſitationem tuā
pacificam. Fructifica dico. Ps̄. Viſitaſti terram ⁊ ine
briaſti eam multiplicaſti locu. eam. ¶ Item viſitat
eternaliter puniendo Qñ enim rex audit ꝙ ſūt multi
malefactores in vna ciuitate ſolet eam viſitare ⁊ ſce-
leratos occidere ⁊ punire. Sic ⁊ deus finaliter in iudi
cio mundum iſtum vſitabit ⁊ impios perpetue dam-
nabit. Uñ Iudith. xvj. Ue genti inſurgenti contra ge-
nus meum: dominus omnipotens vindicabit in eis:
in die iudicij viſitabit illos. Et Eſa. xxvj. Dñs egredie
tur de loco ſancto ſuo vt viſitet iniquitates habitato-
rum terre Et ſi vis potes notare ꝙ tunc viſitabuntur
punientur ⁊ affligentur in iudicio ſcilicet.
Luxuria fetentes.
Superbia tumentes.
Malicia fallentes.
Seuicia nocentes.
Diſcordia feruentes.
Carnaliter. gaudentes.
Dico ꝙ tunc viſitabuntur fetētes ⁊ luxurioſi Uñ Le-
uitici. xviij. Polluta eſt terra cuius ſcelera viſitabo.
Et zach. x. Super hircos viſitabo. ¶ Item tunc viſita
buntur ſuperbi: preſumptuoſi ⁊ ambitioſi. Unde Eſa.
x. Viſitabo ſuper fructum magnifici cordis regis Aſ-
ſur. Et bene dicit regis: quia null⁹ erit ita altus ⁊ po-
tens qui viſitationem iſtam euadat. vnde Eſaie. xxiiij.
Viſitabit dñs ſuper maliciam celi que eſt in excelſo
¶ Item tunc viſitabuntur fallentes ⁊ malicioſi Eſa.
xxvij. Viſitabit dñs in gladio ſuo duro ⁊ forti ⁊ gran-
di ſuper leuiathan ſerpentem vectem ſuper leuiathā
ſerpentem tortuoſum Et Hiere. xxiij. Viſitabo ſuper
eos maliciam ſtudiorum eorum. ¶ Item tunc viſita-
buntur nocentes ⁊ ſeditioſi ſeu iniurioſi. Unde Hie-
re. xxx. Viſitabo aduerſus oēs qui tribulant eum. ſcȝ
pplȝ iſrl̄. ¶ Itē tūc viſitabūt diſcordes ⁊ litigioſi. Hie
re. xlvj. Uitabo ſuper tumultum alexandrie. ¶ Item
tunc viſitabuntur carnales ⁊ dilicioſi vnde Hiere. ix.
Viſitabo ſuper oēs qui incircūciſum habent prepu-
cium. Omnes enim iſti dure a deo viſitabuntur et a
deo ſeueriter damnabuntur. vnde Eſa. xxix. Repente
confeſtim a dño deo exercituum viſitabuntur in toni
truo ⁊ commotione terre. ⁊ voce magna turbinis et
tempeſtatis ⁊ flāme ignis deuorantis Et ſic patet ꝙ B
eſt vna viſitato ſuperior ⁊ diuina. ¶ Secundo dico ꝙ
eſt viſitatio inferior ⁊ humana. Et iſta eſt viſitatio p-
latorum qui viſitant corrigendo. Et viſitatio perfecto
rum qui viſitant conſolando ⁊ iuuando. Et ſic dico ꝙ
eſt viſitatio.
Conſolatiua.
Correctiua.
Caſtigatiua.
Conſolatiua: qr ſcȝ quilibet tenetur viſitare pauperes
infirmos ⁊ tribulatos: vt ipſos benigniter conſolet:
ſic enȝ dicitur Iacobi. j. Religio munda ⁊ immacula
ta hec eſt viſitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione
earum Unde Eccli. vij. precipitur. Non te pudeat vi-
ſitare infirmum. ex hoc enim in charitate firmaberis
Quam quidem viſitationem ipſe deus reputat i per
ſona tribulatorum ⁊ pauperum ſibi factam Matth.
xxv. Infirmus fui ⁊ in carcere ⁊ viſitaſtis me. ¶ Cor-
rectiua etiam: quia prelati debent viſitare ſubditos ⁊
eos corrigere ⁊ monere ⁊ ſi quid in ipſis reformandū
fuerit reparare: vt ſic ipſis per ſuperiorem qui ipſos
mittit: dicatur illud predictū. j. Regum. xvij. Fratres
tuos viſitabis ſi recte agant vbi oſtenditur quod vi-
ſitator debet.
Odium exterminare.
Subditos examinare.
Diſcrete deliberare.
Pro primo dicitur odium exterminare quando dici-
tur: fratres tuos qr ſcilicet amandi ſunt ⁊ non odien-
di. Pro ſecundo ſubditos examinare cum dicitur: vi-
ſitabis Pro tertio diſcrete deliberare cum dicitur: ſi
recte agant. Debet dico odium eliminare: fratres: qr
ſcilicet ipſe debet ſe habere fraterne ⁊ charitatiue: et
cogitare ꝙ illi cum quibus habet agere ſunt fratres:
non famuli neqȝ extranei: vt ſic ad charitatem magis
ꝙ ad ſeueritatem moueatur. d. Eſaie. lx. Ponam viſi
tationem tuam pacem Et ſic cuilibet dicat illud Ge-
neſ. xiij. Non queſo ſit iurgium inter me ⁊ te: fratres
eñ ſumus vide ſupra de fratre ⁊ adiunge quicquid vo
lueris. ¶ Item debet ſubditos examinare: viſitabis:
qr ſcilicet ipſe debet viſitare id eſt videre ⁊ frequētare
ſtatus ⁊ conditiones ſubditorum ⁊ quod eſt bonū eſt
fouere: quod malum eſt amouere: dicēs illud Ezech.
xxxiiij. Ego ipſe requiram oues meas ⁊ viſitabo eas
ſicut viſitat paſtor gregem ſuum ⁊c. Sequitur. Quod
perierat requiram ⁊ quod abiectum fuerat reducaȝ:
⁊ quod fractum fuerat alligabo: ⁊ quod infirmū fue-
rat conſolidabo: quod pingue ⁊ forte cuſtodiam ⁊ fo-
uebo In iſta auctoritate poteſt videri quicquid debet
facere viſitator: expone eam ſi vis. ¶ Item iſte de-
et diſcrete deliberare: ſi recte agant. Iſta enim dictio
ſi: dubitationem ſignat ⁊ per conſequens deliberatio
nem deſignat: quia iſte debet deliberatiue procedere:
⁊ magis ſub dubio ꝙ ſub certo de nepoſitis negocijs
cogitare: ſi

Ayuntamiento de Madrid

negocijs cogitare: ſi recte agāt ſcꝫ: vt ſic cuilibet dicat illud .iiij. Reg. iiij. Recte ne agiẗ circa te: ac ſi diceret ſi recte omnia tua ſunt: tu es dignus commendatione. Si vero recta nō ſūt: tu es dignꝰ correctiōe ⁊ emēdatione: ita ꝙ tibi dicaẗ illud Oſee. ix. Uenerūt tibi dies viſitationis: venerunt dies tribulationis. Et bene viſitatio dicitur retributio: q2 bona ⁊ mala debent retribui cuiqꝫ Eſa. xv. Secundum magnitudinem operis erit viſitatio eorum Et ideo mali viſitandi ſunt ⁊ puniendi ⁊ ſm̄ demerita caſtigandi. Unde nota ꝙ prelatus debet viſitare luxuria fetentes: ſuperbia tumētes ⁊c. Dic per omnia ſicut ſupra Et ſic patet ꝙ ē viſitatio in
A ferior ⁊ humana: vide ſupra de Correctiōe ⁊ de p̄latis.

**Uitis.** Quia vitis ſiue vites ſunt illa arbuſta ex quibus vinea conſtituitur. Et ideo qui de vite eſt qui voluerit ad vineam redeat. Nota breuiter ꝙ in ſcriptura inuenio ꝙ ꝑ vitē pōt intelligi vicꝫ ſpc.

Deus ſummꝰ ⁊ glorioſus.
Homo iuſtus ⁊ virtuoſus.
Uir iniquus ⁊ vitioſus.
Status bonus ⁊ fructuoſus.
Status malus ⁊ ꝑnicioſus.
Baculus precioſus.

Dico igitur ꝙ vitis poteſt dici deus ſummus ⁊ glorioſus: ⁊ ſic loquitur ipſe deus Joh. xv. Ego ſum vitis vera ⁊ pater meus ⁊c. Et de ipſa trinitate pōt dici illud Gen. xl. Uidebam coram me vitē in qua erāt tres propagines. i. cognoſcebam diuinitatem in qua videbaꝫ perſonarum trinitatem. ¶ Item vitis poteſt dici homo iuſtus ⁊ virtuoſus: ⁊ ſic ſumitur vitis Eccl. xxiiij. vbi dicitur in perſona viri iuſti. Ego quaſi vitis fructificaui: q2 ſcꝫ ad vitem. i. ad virum iuſtum pertinet ꝙ fructum bonorum operum portet. Iſte enim debet eſſe illa vitis: que ſublimari ad regnuꝫ voluit timens propter regnum perdere vinum ſuum. Sicut dicitur Judicum. ix. Quia procerto vir iuſtus: regna ſcꝫ mūdi per dignitatem non ſolet ambire: timens ne ſi ipſa haberet ſuum vinum. i. interiorem gratiam cōtingeret deperire. ¶ Item vitis poteſt dici vir iniquus ⁊ vitioſus: ⁊ ſic ſumitur .iiij. Regū. iiij. vbi dicitur ꝙ famulus heliſei inuenit vitē ſilueſtrem quaſi colloquintidas que ita fuit amara ꝙ manducari non potuit a filijs prophetarum. Uitis enim ſilueſtris eſt peccator cuius fructus. i. opera tanta amaritudine et malicia plena ſunt ꝙ a iuſtis manducari id eſt imitari nō poſſunt. Mali enim ſunt vites ſteriles: debiles: inutiles. Uitis dico ſterilis: q2 ſcꝫ fructum bonorum non portant Et dic ſi vis cauſam ſterilitatis ſicut ſupra de vinea Hieremie. viij. Non eſt vna in vitibus: ⁊ non ficꝰ in ficulnea. Uitis debilis eſt peccator: quia vitis eſt lignum forte: ſed ſatis debile. Sic peccator debilis eſt ad bonum faciendum ⁊ malum dimittendum. Unde Eſa. xxiiij. Luxit vindemia: infirmata eſt vitis. Item vitis eſt ad opus inutilis. Sic etiam peccator. Unde Ezech. xv. Fili hominis quid fiet de ligno vitis. Seqtur. Nunquid vtile erit ad opus etiam cum eſſet integrum non erat vtile. Item vitis poteſt dici bonus ſtatus ⁊ virtuoſus: ⁊ ſic eccleſia vel religio dicitur vitis: q2 ſcilicet viros iuſtos loco vinorum ducit vnde Pſ. Uxor tua ſicut vitis abundās in lateribus domus tue ⁊c. ¶ Item vitis poteſt dici ſtatus malus ⁊ pernicioſus: ⁊ ſic per vitem poteſt intelligi mundus vel etiam malorum ſtatus qui vinum carnalitatis producit Et ideo dominus videtur dicere illud Matth. xxvj. Non bibam ammodo de genimine vitis. ¶ Item vitis pōt dici lapis precioſus ſiue baculus ſcilicet crux chriſti: que crux eſt illa vitis que botrum cypri. i. dei filium portauit. vnde chriſtus eſt iuda qui Gen. xlix. ligauit ad vitem aſinam ſuam id eſt ad crucem corpus ſuum Unde. j. Mach. xiiij. Sedebat vnuſquiſqꝫ ſubtus vitem ſuam. Sufficit de Uite Si vis vide de vinea. quia plerumqꝫ in ſcirptura vitis pro vinea ſumitur ⁊ econuerſo et cetera.

**Uitulus.** Nota quod vitulus eſt filius bouis cum matre adhuc deditus ⁊ lacte ⁊ A
vberibꝰ enutritus. Et eſt vitulus animal quod in aris deorum antiquitus offerebatur Et ideo breuiter dico ſm̄ ꝙ vitulus plures habet conditiones: ſm̄ hoc poteſt ſumi multipliciter in ſcriptura. Notabo ergo ꝙ inuenitur.

Uitulus ſaginatus.
Uitulus immolatus.
Uitulus effrenatus.
Uitulus adoratus.

Uitulus ſaginatus ſignificat noſtram redemptioneꝫ chriſtus enim redemptor noſter vitulus dicitur: qui ſaginatus gratijs ⁊ virtutibus pre ceteris inueniẗ. Figuratus Luce. xv. vbi paterfamilias vitulum ſaginatum in aduentu filij prodigi legitur occidiſſe ⁊ ipſum in conuiuio pre gaudio filij perditi comediſſe: ⁊ ad comedendum alijs obtuliſſe. Quia procerto paterfamilias deus pater: pro recuperatione filij perditi id eſt gentilis populi ⁊ totius generis humani: vitulum ſaginatum chriſtum voluit occidi ⁊ in ſacramento altaris a fidelibus manducari Unde geneſis. xviij. dicitur Quod abraam cū puero ad armentum cucurrit: ⁊ tulit inde vitulum tenerrimum. ¶ Item vitulus immolatus deſignat iuſtum viatorem. Uiri enim dicuntur vituli: eo ꝙ deo per oblationem: ⁊ obedientie dedicationem domino penitꝰ immolantur ⁊ ſibi in ara cordis per deuotionem offeruntur Unde. j. Eſdre. vj. dicitur. Quod in dedicatione domus dei obtulerunt vitulos centum ⁊c. Quia motus cordis noſtri vitulus cordis dicitur inquantum deo dedicatur et offertur. Unde etiam verba laudis confeſſionis ⁊ orationis vituli dicuntur Oſee. xiiij. dicitur. Reddemus vitulos labiorꝫ noſtrorum. Uñ in pſ. Laudabo nomē dei cum cantico ⁊c. ¶ Itē nūc acceptabis ſacrificiū iuſticie ⁊c. ¶ Itē vitulus effrenatus ſignificat ſtultuꝫ peccatorē Uitulꝰ iugo nō ſubijciẗ: lacte paſciẗ: ludit diſcurrit et erigiẗ. Sic vere peccator nō q̄rit niſi ludere ⁊ ſaltare ꝑ inſolentiam Malach. iiij. Saliētes ſicut vituli de armento. Lactare ⁊ paſcere per carnalitatem ⁊ opulentiam Eſa. xxvij. Paſcetur vitulus ⁊ accubabit. Sine iugo diſcipline manet per inobedientiam Hiere. lj. Effuſi eſtis quaſi vituli ſuper herbam.

¶ Item vitulus adoratus ſignficat deceptionem hoſtem ſcilicet dyabolum qui figuratur in vitulo conflatili: quem filij iſrael adorauerunt Exodi. xxxij. Iſte em̄ conflatilis a flatu male ſuggeſtionis dicitur eo ꝙ propter huiuſmodi flatum a fatuis adoratur quod fit qñ ſuis ſuggeſtionibꝰ creditur. Pſ. Fecerunt vitulum in oreb ⁊c. Et quia parum valet Uide de boue.

**Uiuere. vita.** Nota ꝙ vita aliquando accipitur pro ipſa naturali diſ A
poſitione: aliquando acipitur pro morali conuerſatione. Generaliter ergo ſumendo dico ꝙ inuenitur.

Uita naturalis.
Uita virtualis.
Uita triumphalis.
Uita noxialis.
Uita gehennalis.

Uita naturalis eſt vita cunctorum de qua Jacobi. iiij. Quid enim eſt vita noſtra: niſi vapor ad modicum parēs. ¶ Uita virtualis ē vita bonorū: ⁊ de iſta Galẗ. ij. Uiuo ego iam non ego: viuit autem in me chriſtus. Uita triumphalis eſt vita ſanctorum: de qua Sap. v. Juſti autem imperpetuuꝫ viuēt. ¶ Uita noxialis eſt vita malorum. de qua. j. Thi. v. Uidua que in delicijs eſt viuens mortua eſt. ¶ Uita gehennalis eſt vita dānatorum: qui ſcilicet habent vitam cum morte ⁊ mortem cum vita de quo in pſalmo. Ueniet mors ſuper illos ⁊c. ¶ His ergo premiſſis dicamus primo ꝙ eſt vita naturalis que eſt vita cunctorum. Iſta enim eſt illa que ex corpore ⁊ anima conſtituitur que aere ⁊ ſpiritibus perficitur que a ſtellis ⁊ orbibus influitur que



Ayuntamiento de Madrid

cibis ⁊ potibus ſuſtentatur: que pannis et veſtibus refouetur ⁊ iſta chariſſimi eſt fragilis ⁊ defectibilis: ⁊ difficilis: ⁊ ex multis alijs neceſſarijs conſtituitur: et tamen facillime diſſipatur. Iſta ergo eſt quaſi tela aranee.

Cuius conditio laborioſiſſima.
Cuius ſubſtantia debiliſſima.
Cuius deſtructio facillima.
Cuius reparatio impoſſibilis.

Sic vere chariſſimi tela vite noſtre eſt difficilis ad cõſtituendum Que enim homini ſint ad conſtitutionez ⁊ ad conſeruationem vite neceſſaria qui vult ſcire legat illud Eccleſiaſti. xxxix. vbi dicitur. Initium neceſſaria rei vite hominum: aqua ignis: ferrum ⁊ ſal ⁊c. ¶ Item eſt debilis ⁊ fragilis ad durationem. Iſta eñ durare non poteſt: quinimmo ad modum venti ⁊ fluminis ſubito labitur atq; tranſit Job. vij. Memento mei deus quia ventus eſt vita mea. ¶ Item eſt facilis ad deſtructionem: nihil enim facilius ꝙ vita deſtruitur ⁊ nihil triſtabilius diſſoluitur: nihil impoſſibili⁹ reparatur. De quo lamẽtãdo dicebat dauid in ps. Defecit in dolore vita mea ⁊c. Naz ſicut tela per multos dies texitur ⁊ orditur: que tamen ſubito rumpitur et caſſatur Sic vere vita noſtra cũ multos dies et annos durauerit: vno momento ſcindetur: deficiet ⁊ ceſſabit Eſa. xxxviij. Preciſa eſt velut a texẽte vita mea ⁊c. Et ſicut tela ſucciſſa nunꝙ poteſt ad eandem integritatẽ redire ſic nec vita morte ſucciſſa poteſt naturaliter in priſtinum ſtatum redire Unde Eſaie ibidem. Morieris tu ⁊ non viues. Et ideo de conditione huius vite mortalis quantum ſit fragilis ⁊ defectuoſa: vana triſtabilis ⁊ doloroſa dicitur Deut. xxviij. Erit vita tua quaſi pendens ante te: quaſi diceret tota vita noſtra eſt quaſi in pendulo ⁊ incerto Et ideo paucis verbis deſcribitur vita iſta Job. vij. vbi dicitur. Militia eſt vita hominis ſuper terrã. Aduerte ego in verbis iſtis ꝙ vita iſta eſt contemnenda triplici ratione: ſm tres ſtatus ſcꝫ principium: medium: finem: et hoc ꝓpter.

Ingreſſum vilis conditionis.
B Progreſſum acris afflictionis.
Egreſſum triſtis eiectionis.

Primo probat vilẽ ingreſſũ carnalis natura cũ dicitur: vita hominis. ¶ Secundo probat acrem progreſſũ facilis iactura. militia. ¶ Tertio ꝓbat vilẽ egreſſũ mortalis fractura: ſuper terram. ¶ Dico ꝙ humana vita ꝗtum ad initium inchoatur a vili conditione et hoc oſtenditur cum dicitur: hominis. Nullum enim animal habet ita vilem originem: ita fragile pͥcipiũ ſicut homo. Iſte enim in ventre menſtruis nutritur. tãdem nudus de ventre progreditur ⁊ cum naſcitur ita debilis eſt ⁊ impotens quod niſi aliunde iuuetur nullo modo ſuſtentatur. quinimmo propriam miſeriam et vilitatem prefigurans ⁊ lachrymis ⁊ planctibus occupatur. Et ideo de tali vilitate dicebat Job. xiiij. Homo natus de muliere breui viuens tempore ⁊c Et ſi vis potes comparare vanitatem vite noſtre: flori: feno: vitro pleno: aque: glaciei: vento: naui: nubi ⁊ ſimilibus que debilem habent ſubſtantiam ⁊ impoſſibilem reſiſtentiam. vita inquit hominis: quaſi diceret que ceteris eſt vanior atq; vilior. Et ſic dicit illud ps. Ueruntamem vniuerſa vanitas omnis homo viuẽs. Iſta ergo inchoatur a vili conditione vita inquit hominis. ¶ Deinde dico ꝙ mediatur cuz acri turbatione cum dicitur militia eſt. Quia totum vite noſtre nõ eſt niſi quedam laborioſiſſima militia: in qua ꝗdiu viuimus in motu ⁊ labore ſumus: Celum enim duas habet extremitates ſcꝫ polũ articũ ⁊ antarticum: ⁊ iſte ſunt partes celi ſtabiles ⁊ immobiles: totum vero reſiduum celi eſt mobile: ita ꝙ inter iſtos duos polos tota celi ſubſtantia voluitur: ⁊ ſine ceſſatione iugiter circuit ⁊. rotatur Similiter vero chariſſimi cum homo plures habet terminos. ſ. principium medium ⁊ finez a quadam tamen mobilitate ⁊ vite carentia incipimus: ⁊ in mortem vbi eſt immobilis vite carentia terminamus vnus eſt enim omnibus introitus ad vitam ⁊ ſimul exitus Sapientie. vij. Sed quid? procerto inter duos iſtos polos ⁊ terminos eſt vnum medium valde mobile ſcilicet tranſitus vite qui in miſerijs ⁊ tribulationibus ſemper mouetur: ⁊ tam corporis moleſtijs ꝗ anime triſticijs: ꝗ mundi laboribus ⁊ miſerijs: ꝗ hoſtis malicijs ⁊ tentationibus continue agitatur: militia inquit. Unꝰ Job. xiiij. Cunctis dieb⁹ qb⁹ nunc milito ⁊c. Et ideo de laboribus huius vite dicitur. Mõ tantis malis hec vita repleta eſt vt in comparatione eius mors dicatur remedium. Et ideo deus illã breuem fecit: vt moleſtie eius quia proſperitate vinci nõ poterãt ex breuitate temporis finient. Et ſi ad plenum vis videre labores ⁊ miſerias huius vite: vide auctoritatem Augu. de origine: vbi tractat illud Jaco. iiij. Que autem eſt vita noſtra ⁊c: vbi dicit: vitam hãc dubiam: vitam erumnoſaz: hanc dolores exterminãt: honores deſiccant: et aera morbidant: eſce inflant: ieiunia macerant: ioci ſoluunt: triſtitie conſumunt: ſollicitudo coartat: ſecuritas hebetat: diuitie iactãt: paupertas deijcit: iuuent⁹ extollit: ſenectus incuruat: infirmitas frangit: meror deprimit et poſt hec omnia mors interimit. que ita vniuerſis finem ponit: vt cum eſſe deſierit: eſſe nec fuiſſe putetur. Hec Aug. Ecce ergo que miſerie: que anguſtie: qui mortus: quis fluct⁹ vel fluxus inſunt iſte ſcilicet vite noſtre. Et ideo proprie comparatur mari quod continue fluctuat ⁊ mouetur: ⁊ n nuc accedit ⁊ egreditur: nunc recedit ⁊ deprimitur: nunc eſt clarum: nunc obnubilatur: et quod infinitis periculis ſubiugatur. Narra de periculis ſi vis que ſunt in mari ⁊ applica ad miſerias hui⁹ vite: quia vita noſtra mouetur tribulationibus: erigitur elationibus: deprimitur terroribus: obnubilatur erroribus ⁊ tota eſt periculis ⁊ tentationibus: militia eſt ergo. Ideo Eccl. ij. dicitur. Idcirco teduit me vite me videntem mala eſſe vniuerſa ſub ſole ⁊ cunctã vanitatem ⁊ afflictionem ſpiritus. Et bene dicit teduit: qꝛ ſicut in mari deambulanti ⁊ nauiganti duo ſolent accidere. ſcilicet error in imaginatione: ⁊ nauſea in affectione: credit enim qui nauigat ꝙ videtur ſibi ꝙ ſtet cum ipſe continue moueatur ⁊ ecõtra littora que cõtinue ſtant fugiant ⁊ moueantur. Nauſeam vero faciliter patitur: ⁊ pre faſtidio ſtomachi ad vomendum faciliter prouocatur. Sic nauigãtes per mare huius mundi vite contigit error ⁊ horror: quia videtur ſibi ꝙ ipſe ſtat ⁊ tamen currit: quia homo non percipit quãdo labitur vita ſua: nec perpendit ꝗ cito ad terram tẽdit: ſemper enim ſperat viuere: ⁊ nunꝗ videtur ſibi ꝙ debeat deſinere: cum tamen dicat Gregori⁹. moraliũ. xxiiij. Quod quot vite dies peragimus: ꝙ tot paſſibus ad terminum itineris appropinquam⁹. De alijs vero videtur ſibi ꝙ currant ⁊ ꝙ defluunt ⁊ veteraſcũt: dum reuera ipſi magis ꝗ ipſe: nec deficiant aut ſeneſcant. Quia breuiter iſte eſt error vite noſtre ꝙ aliorũ ſemper vitam deficere ⁊ carere opinamur ⁊ credim⁹ nos vero diu victuros ⁊ difficiliter morituros exiſtimamus: ſicut ad litteram patet de illis qui ſperant alijs ſuccedere in officijs ⁊ beneficijs: qui alios mobiles eſſe credunt: ſe autem ſtabiles eſſe volunt Cum reuera ſepe fit ꝙ iſti alij ſũt ſtabiles, ⁊ ſemper viuũt iſti vero ſemper ſunt mobiles. moriuntur defluunt ⁊ recedunt Et iſti ſunt fatui: quia ſicut dicit Seneca. Quilibet debet vitam approbare alijs: ⁊ mortem ſibi: hoc eſt dictu quod quilibet dꝫ exiſtimare qd alij diu viuãt de ſe vero quod moriatur cito Et merito. Quia ſicut dicit idem Seneca. Uiuere noluit qui non vult mori. vita enim cum expectatione mortis data eſt. In iſta ergo nauigatiõe eſt error Sed adhuc dico ꝙ ſolet horror eſſe: quia nauſea tedij ⁊ diſplicentie nos ſolet ibidem inuadere inquantum pro miſerijs quas ibidem videmus vitam iſtam debemus contemnere ⁊ odire ⁊ cum diſplicentie nauſea. eijcere et horrere. ſicut dicit

Ayuntamiento de Madrid

dicit Job.x. Tedet animam meam vite mee ⁊c. Sic patet ꝙ iſta vita mediatur acri turbatione: militia inquit eſt. ¶ Deniqꝫ dico ꝙ iſta terminatur cum forti depreſſione ⁊ triſti: quia ſcilicet vita terminatur ⁊ deprimitur per mortem: ⁊ hoc oſtenditur cuꝫ dicitur: ſuper terram. Mors enim intelligitur per terram pro eo ꝙ homo mortuus terra efficitur: ⁊ pro eo ꝙ terra eſt vltimus terminus ad quē cadendo venitur. Quia res cadens prouenit neceſſario ad terram vbi ſiſtit: nec procedit vlterius aut pertranſit. Mors enim eſt vite noſtre terminus: ad quem dum deſcendimus: vlterius non tranſimꝰ: ſuper terrā inqt. Juxta illō Aperta eſt terra deglutiuit ⁊c. Et Amos.vij. Dicitur. In terra polluta morieris. Et ideo querit ī ps. dauid. Quis eſt homo qui viuit ⁊ non videbit mortem: quaſi diceret nullus. Et quare? procerto: quia mors ē terminus breuis ⁊ grauis: dico quia multis comitatur doloribꝰ ps. Defecit in dolore vita mea. Breuis etiā quia paruis progreſſibus prorogat: quia vita noſtra inquātuꝫ eſt in preſenti: non eſt niſi temporis punctus qui dicitur nunc. Unde Senec. Nulla vita eſt niſi breuis: nam ſi ad naturam rerum reſpexeris. etiam filius fuit vita breuis qui inſcribi in monumento ſuo fecit ſe nonagintanouē annis vixiſſe. Sic igitur patet qō vita nr̄a.

Terminatur cum doloribus.
Mediatur cum laboribus.
Inchoatur cum fetoribus.

Et ſic bene dictum eſt ꝙ militia eſt vita hominis ſuꝑ terrā. Patet ergo ꝙ eſt vita naturalis que eſt cunctorum. ¶ Secundo principaliter dico ꝙ eſt vita virtualis que eſt vita bonorum: ⁊ iſta eſt vita gratie que conſiſtit ex vnione anime cuꝫ deo Sicut enim ſpiritus influit corpori vitam ⁊ cum vita virtutes naturales et actus eorum. ⁊ inde eſt ꝙ homo viuus poteſt loꝗ operari delectari ⁊c. Sic vere deus anime coniunctus per charitatem ſibi influit vitam ⁊ eſſe gratie ⁊ virtutes cū operationibus dependētibus ab eiſdem. Inde eſt ꝙ homo ꝗ viuit per gratiam. poteſt actus ſpirituales exequi per gratiam.

Poteſt loqui per confeſſionem.
Poteſt delectari per deuotionem.
Poteſt ſentire per compaſſionem.
Poteſt videre per diſcretionem.
Poteſt operari per bonorum actuum executionem.

Et quia breuiter deus ⁊ ſpiritus ſunt vita anime. Unde Ezechiel.xxxvij. de oſſibus aridis dicitur. Ingreſſus eſt in ea ſpiritus ⁊ vixerunt: ſteteruntqꝫ ſuper pedes ſuos ⁊ Deuterono.xxx. dicitur de deo. Timeas dominuꝫ ⁊ illi adhereas: ipſe enim eſt vita tua. Uita enī cuiuſlibet animalis nobiliſſima conditio: non a parē tibus producitur: ſed a celeſtibus corporibus influit ⁊ a deo de potētia materie educitur Sic vere vita gratie non poteſt a nobis introduci: immo neceſſe eſt eaꝫ a deo ⁊ celeſti virtute dari: ⁊ in ſubiecta materia. ſcilicet in anima generari. Ipſe eſt inquit vita tua Et propter hoc ſicut videmus ꝙ vita reputatur ſummum bonum inter bona naturalia: ⁊ ideo vt communiter ab omnibus diligitur: ⁊ ab omnibus adipiſcitur ⁊ ſeruatur: attamen ſicut patet ꝙ ſerpens precipue: ſuꝑ omnia ſeruat caput homo: preciſe ſeruat cor: pro eo ꝙ ibi eſt principaliter ſedes anime. Juxta illud Prouerbi. iiij. Omni cuſtodia ſerua cor tuum: quoniam ab ipſo vita procedit Sic vere in moralibus nullum eſt vita gratie maius bonum: ⁊ ideo ſuper omnia a ſapientibus queritur: ⁊ habita cum diligentia cuſtoditur. Et ideo Jacob ſollicitus de acquiſitione huius vite dicebat filijs ſuis. Geneſis.xlij. Emite nobis neceſſaria vt poſſimus viuere. Et aduerte ꝙ circa vitam iſta tria conſiderantur. ſcilicet.

Motus preueniens qui acquiritur.
Uirtus ſubueniens qua perficitur.
Fructus adueniens qui colligitur.

Primum eſt inchoatiuum. Secūduꝫ eſt mediatiuum. tertium eſt terminatiuum. Primum fecit cordiū cōmutatio. emitte Secundum facit virtutum congregatio: nobis neceſſaia Tertium glorie acquiſitio vt poſſimus viuere. ¶ Dico ergo ꝙ circa vitam gratie attēditur motus preueniēs Quia ſcilicet motus bone voluntatis. ⁊ actus gratie preuenientis: ⁊ virtus gratie gratis date primo ⁊ ante omnia requiritur hic ꝙ vita ſpiritualis id eſt gratia gratum faciens acquiratur: ⁊ hoc oſtenditur cuꝫ dicitur Emite. Quia ille qui emit ſolet dare qō ſuū ē vt acꝗrat qō alienū ē. Sic vere prio ⁊ ante oīa homo qō in ſe ē debet facere: ⁊ quod ſuū eſt debet dare ſcilicet bonam voluntatem et promptitudinem mentis: ⁊ ſic quod ſuum non eſt ſcilicet vitam gratie poterit acquirere ⁊ mercari: emere ⁊ habere: inquit. Et ſic loquitur Apocal.iij. Suadeo tibi emere aurum: probatum ignituꝫ: vt locuples fias. Sicut enī videmus ꝙ multiplex alteratio ⁊ diſpoſitio in corpore requiritur ad hoc ꝙ corpori vite infundat quia ſcilicet primo ē neceſſariū ꝙ corpꝰ organizet ⁊ informet ad ſuſceptionem vitalis anime diſponatur. Sic vere ad infuſionem vite gratie: neceſſarium eſt ꝙ diſpoſitio voluntatis ⁊ alteratio morum preueniat: vt ſic deꝰ vitaꝫ hanc influat ⁊ mutet. Iſta autem diſpoſitio habet fieri tribus modis: vidilicet.

Culpam auferendo.
Mentem offerendo.
Deum inquirendo.

Diſponitur dico anima culpam auferendo: neceſſe ē enim ꝙ culpa primo exeat anteꝙ̄ vita gratie introeat Et ſic loquitur Ezech.xviij. Quare moriemini filij iſrael reuertimini: viuite quia ſicut ibideꝫ dicitur. Nō vult deus mortem peccatoris ⁊c. ¶ Item diſponitur mentem offerendo: quia homo debet mentem ⁊ voluntatem. ⁊ ſe humilem ⁊ deuotum ⁊ hylarem deo offerre: vt vitam gratie poſſit recipere ⁊ habere Res enī non acicpitur: niſi vas apertum teneatur. Obedientia enim mentem aperit: ⁊ deus vitam gratie influit et infundit. Et ideo dicit apoſtolus Hebreorum.xij. Obtemperabimus patri ſpiritum ⁊ viuemus. ¶ Itē diſponitur deuꝫ inquirendo Quia ſicut forma ſine artifice non induitur ſic nec gratia ſine deo infunditur. Quia ſicut vita animalis a corde. vita arboris procedit a radice Sic vita anime a deo principaliter exit. Et ideo dicitur in ps. Querite dominum ⁊ viuet anima veſtra. Iſta tamen ſunt contra multos qui ad reſpiciendum vitam non diſponuntur. ſꝫ potius in peccati obduratione ⁊ malicia obdurantur ⁊ ideo nō viuificantur: ſed ſine vita gratie perpetue indurantur. In venis lapidum quandoqꝫ inueniuntur figure animalium ſicut teſtudinum vel ſerpentum. Natura enī inueniens aliquam diſpoſitionem materie vult exinde animal producere: ſed quia preualet frigiditas ī diſpoſitione: ſic vita non introducitur. ſed ſine vita dimittitur Sic vere chariſſimi natura naturans deus licet ſit ſemper paratus vitā gratie infundere quia tamē multos inuenit indiſpoſitos. ⁊ in frigiditate indeuotionis penitus congelatos. ſolet eos ſine vita gratie dimittere ⁊ ſic contingit illos per obſtinationem in lapidis duriciem pertranſire. ꝯ. illud Job.vij. Deſperaui nequaꝙ̄ vltra viuam. O deus quot ſunt tales hodie in mundo qui ꝙ̄tum ad actus morales magis videntur mortui ꝙ̄ viuentes imno multi ſunt qui magis in morte culpe ꝙ̄ in vita gratie gloriantur. Juxta illud Dilexerunt homines mortem magis ꝙ̄ vitam ⁊ multi ſunt qui propter hypocriſim eſſe viui dicunt: ⁊ tamen propter culpam mortui dinoſcuntur Apoca. iij. Nomen habes ꝙ viuas ⁊ tamen mortuus es. In monte autem barbaro qui eſt iuxta neapolim. vbi ſūt ſub terra edificia ꝟgilij. dicūt eſſe theſauri īfiniti: ſed ibi ſūt imagines cupree argēto viuo plene tali diſpoſitiōe facte ꝙ ad leuē tactuꝫ pauimenti quod ereuꝫ eſt ⁊

argentoviuo plenum.propter pondus intrantis mo-
uentur:⁊ cōtra intrātē locū.ꝓpter argēti viui ad locū
impulſum ⁊ calcatum currentis mobilitatem pretē-
dunt ipſumqꝫ percutiunt ⁊ occidunt et ſic imagines
iſte videntur eſſe viue:cum tamē in veritate ſint mor-
tue:quia ſi argentū viuū quod intus eſt deeſſet nun-
ꝗ̄ imago ſe moueret.Reuera tales ſūt hypocrite. iſti
enim nomen habēt ꝙ viuūt ⁊ tamē mortui ſūt. Quia
proculdubio in monte eccleſie quem defendere velle
videntur ipſi contradicunt obuiant ⁊ occurrunt ſicut
quotidie de illis qui impetrantes ⁊ in eccleſias ⁊ in re
ligionem intrare volentes ſub zelo charitatis impu-
gnant ſicut etiam patet de illis qui ſub zelo charita-
tis ⁊ ſpecie alios reprehendunt:⁊ malicioſa eorum vti
litatibus ſe opponunt Iuxta illud Ecci.xix.Eſt corre-
ptio mendax in terra contumelioſi Sed quid procer-
to totum illud facit argentum viuū quod ē in cordibꝰ
eorundem.hoc eſt dictu vitium hypocriſis et fallax
mobilitas ſue mentis que argentum dicitur propter
pulcram eloquentiam viuum propter credite ſancti-
tatis non exiſtentiam mobile tamen eſt ⁊ nō veruꝫ ar
gentum propter fictam duplicitateꝫ ⁊ maliciam Hie-
re.vj.Argentum reprobum vocate eos:quia dominꝰ
proiecit illos Quia proculdubio argentum viuum.ſ.
hypocriſis que ī iſtis latet:⁊ quod iſtos ad opera ſua
mouet.facit eos iuſtos ⁊ ſanctos apparere cum tamē
in veritate ſint mortue imagines . hoc eſt perſone pe-
ſtifere non ſincere.motus enim iſtorum facit eos vi-
uos reputari:quia ſcilicet motus ſuorū laboruꝫ ⁊ ſuo
rum operum facit eos iuſtos credi..Tunc enim dicūt
iſtud Actuum.xvij.In deo viuimus mouemur ⁊ ſumꝰ
Et tamen in veritate mortui ſunt:⁊ per gratiam nuſ-
ꝗ̄ viuūt ita ꝙ ꝓprie iſtud ſolet eis dici Coloſ.iij.Mor-
tui eſtis ⁊ vita veſtra obſcondita eſt.Non ſic chariſſi-
mi:non ſimus ad gratiam recipiendam indiſpoſiti ſꝫ
per mentis promptitudinem ⁊ per gratiam preueniē
tem diſpoſiti ⁊ parati quod oſtenditur cum dicit emi
te id eſt quod veſtrum eſt exhibete ⁊ facite.⁊ vitā gra-
tie accipite et requirite Unde Prouerbiorum.xxiij.
Ueritatem eme et noli vendere ſapientiam . Pa-
tet ergo ꝙ erga vitam gratie habendam attenditur
preueniens motus . emite inquit. ¶ Iterum atten-
D ditur virtꝰ ſubueniens.nobis inquit neceſſaria Mul
te enim cauſe occurunt que ſunt neceſſarie ad vitam
corpori influendam ⁊ habendam . Quedam eñ ſunt
cauſe efficientes ſicut deus ſol ⁊ anima virtus vtriuſ-
qꝫ ſeminis Quedam ſunt cauſe materiales:ſicut vtrū
qꝫ ſemen.ſpiritus.cor ⁊ arterie . Quedam formales
ſicut intreſece conditiones vite.Quedaꝫ finales ſicut
ille ꝓpter quas fit vita . Sic chariſſimi ſpūaliter lo-
quendo ad habendam vitam gratie multe cauſe ſpi-
rituales neceſſarie ſunt nam ſi vna virtus deficit.tota
virtus et tota vite ſubſtantia euaneſcit .Iuxta illud
Iacobi.ij.Ille qui deliquerunt in vno factus eſt om-
nium reus:inmo neceſſarium eſt ꝙ quelibet virtus
aliquid de ſuo influat ad hoc ꝙ vitam gratie habeat.
ſicut aſtrologi de vita corporali dicūt ꝙ neceſſe eſt ꝙ q̄
libet planeta anteꝗ̄ infans poſſit eſſe viuax influat ibi
per vnum menſem ⁊ ſic ſeptimo mēſe poteſt viuere in
lucem exire pro eo ꝙ tunc ibi ſeptem planete per or-
dinē influxerunt.Sic vere neceſſe eſt ꝙ in nobis ſeptē
id eſt vniuerſitas virtutum operetur ⁊ influat ad hoc
ꝙ vitam gratie nobis donet.nobis inquit neceſſaria.
In quibus chariſſimi ſubdiuidendo autoritates poſ-
ſumus videre ꝙ nouem ſunt neceſſaria ad vitam per
fectam ⁊ moralem habendā.Sic loquitur Ecci.xxxix.
vbi dicit.Quod initium neceſſarie rei vite hominis.
aqua.ignis.ferrum.ſal ⁊ lac. panis ſiligineus:⁊ mel.
⁊ botrus vue.⁊ oleum ⁊ veſtimentum. In quibus ſūt.
Humor compunctionis:aqua.
Feruor dilectionis:ignis.
Rigor correctionis.ferrum.
Splendor diſcretionis:ſal.
Candor affectionis:lac.
Sapor refectionis:panis.
Dulcor deuotionis:mel.
Dolor compaſſionis:botrus vue.
Liquor miſerationis.oleum.
Decor conuerſationis:veſtimentum.
Habeat dico qui ſpiritualiter ⁊ moraliter vult viue-
re compunctionis humorem.ſ.aquam lachrymaruꝫ.
aqua inquit:q2 ſicut piſces ſine aqua viuere nō pñt ſic
homo non poteſt ſine lachrymarum irriguo vitā gra-
tie conſeruare.ps.Deus vitam meam annunciaui ti-
bi ⁊c.Pinus enim vrtica.ſcirpus ⁊ carectū herbe ſunt
que ſine aqua non creſcunt vt communiter neqꝫ viuūt
Sic procerto vita gratie in homine non perficitur.ni
ſi aqua lachrymarum radix cordis multotiens irri-
getur Iob.viij.Nūquid virere poteſt ſcirpus ſine hu
more ⁊ carectum ſiue aqua:quaſi diceret non.¶ Item
habeat dilectionis feruorem.Ignis inquit Nihil eñ
ſine beneficio caloris poteſt viuere:ſicut patet ꝙ quia
circa cor vbi eſt ſedes vite ſolet calor ꝓcipuus abun-
dare Sicut patet etiam in vere. vbi propter calorem
temporis regnātē ſolent arbores reuenire ⁊ virere.Ta
lis calor eſt feruor dilectionis ⁊ charitatis.Iſta eſt eñ
vita proprij cordis.Augu.Scito anima mea:q2 amor
eſt vita tua.Quod bene innuitur prima Ioh.iij.vbi di
cit.Qui non diligit manet in morte :ignis inquit.Ut
ſimus ſicut ſalamandra.que in igne ſine conſumptio
ne viuit:ſic iſti viuunt in igne diuine charitatis. figu-
rati in tribus pueris qui in igne fornacis babylonis
vixerunt.Carbo enim viuere nō dicit niſi ꝗ̄diu ignis
preſentia inflāmatur:quia vita gratie ab igne chari-
tatis prouenit in iſto igne permanet ⁊ conſiſtit Tho-
bie.viij.cap.Particulam iecoris poſuit ſuper carbo-
nes viuos.¶ Item neceſſarium eſt ꝙ habeat correcti
onis rigorem cum dicitur ferrum. Per ferrum enim
rigor iuſtitie carnis inquantum eſt culparum percm-
ptiuus intelligitur per quem conſtat ꝙ vita.ſ.gratie
cuſtodit Prouerb.xij.In ſemina iuſtitie vita.Et Sap.
v.Iuſti autem imperpetuum viuent : et apud domi-
num ē merces eorū.Pluuia enim ⁊ eſtas faciunt her
bas virere ⁊ frigus ⁊ intemperies hyemis calorē na-
turalem ad interiora radicum compellens ſolet vitā
in arboribus conſeruare Sic vere vita gratie in ho-
mine conſeruatur ſi per ſui vel ſuperiorum inſtru-
menta iuſtitie flagelletur Tempeſtas eñ tribulatio-
nis:⁊ frigus punitiue correctionis calorem interiorē
id eſt feruorem affectuū non ſinit exterius ad mūda-
na exire.inmo ipſos compellet per timorem interiꝰ
latitare.Et ſic vita gratie in radice cordis fortificatur
Ps.Si ambulauero in medio tribulationis viuifi-
cabis me.Sicut enim acetū ſuperfuſum apibus oleo
mortificatis ſolet eas viuificare.Sic penitētia ⁊ acris
iuſtitie executio.ſolet illos quos tangit ad vitam gra
tie reuocare:Iuxta illud Matthei.vij. Arta eſt via q̄
ducit ad vitam.ferrum inquit.quod duruꝫ eſt et ſcin-
dens.vt ſic dicatur illud Senece in epiſtola. Quod vi
ta humana eſt quaſi ferrum quod ſi exerceas conteri
tur:ſi non exerceas rubigine conſumit Unde iuſticia
tam in nobis ꝗ̄ in alijs facienda dicitur Prouerbio.
xvj.Initium vie bone facere iuſtitiam. Habeat ergo
correctionis rigorem ¶ Item neceſſarium eſt vt ha-
beat diſcretionis ſplendorem:⁊ hoc oſtenditur cū di-
cit ſal.Communiter eñ homo viuere non poteſt ſine
diſcretiōe ſalis Sal eī cōdimētū ⁊ tēperamētū ſapiē
tie ⁊ moderamētū deſignat Et ideo puero tā vitā natu
ralē ꝗ̄ virtualē intrāti qñ baptiſat ſal in ore ponit Ad
denotādū ꝙ tota vita ipſiꝰ ſale prudētie ſaliat Mar-
ci.ix.Habete in vobis ſal.ſicut dicit Sapiēs Sapiētia
filij ſuis vitā inſpirat.Uñ ipſa dicit Prouerbio.viij.
Qui me inuenerit inueniet ⁊ vitā ⁊ hauriet ſalutem a
domino.Unde Seneca.Queris inquit ampliſſimum
ſpacium vſqꝫ ad ſapientiam viuere. Iſta eſt enim lux
ſpiritualis. ſine qua eſt impoſſibile ꝙ viuamus Io-
hannis

hannis.j.Vita erat lux hominum Habeat igitur qui
ſpiritualiter vult diſcretionis ſplendorem. ¶ Item
habeat affectionis candorem .lac inquit.quia neceſſe
eſt ꝙ ſit lacteus et candidus per caſtitatem exterius
corpore ⁊ per innocentie charitatem ⁊ puritatem in-
terius in affectione ⁊ in mente. Lac enim quod eſt cā
didum ⁊ dulce candorem ⁊ puritatem continue inno
centie ſignificat ſine quo quidem lacte nequaꝙ̄ vita
gratie perſeuerat :ſicut nec puer viueret ſi in pͥcipio
lac non haberet Et ſic dicitur Eſaie.lv. Venite ⁊ emi
te abſqꝫ argento vinum ⁊ lac.Et Sequitur. Audite et
viuet anima veſtra.¶ Item habet ſaporem refectio-
nis.panis inquit.Sicut panis cibus corporalis vitaꝫ
continuat corporalem ſic cibus ſpiritualis ⁊ ſacramē
talis.ſ.panis chriſti vitam cauſat ⁊ efficit ſpiritualē.
¶ Item neceſſe eſt ꝙ habeat deuotiōis dulcorē quod
oſtenditur cum dicitur mel .Mel enim quod eſt dul-
ciſſimum ſignificat deuotionem.que.ſ.nobis continu
at vitā Quia ſicut ros de celo veniēs ꝯtinuat vitā aliq̄-
bus piſcibus.ſ.oſtreis ⁊ conchilibus . Sic deuotio et
oratio deo cōmendata.vitam gratie continuat homi-
nibus.mel inquit .Unde de beato Johanne legitur.
Matth.iij.Quod ipſe viuebat de melle ſilueſtri ⁊ lo-
cuſtis Deuotio enim mel ſilueſtre dicitur.eo ꝙ dulce
do eius multis eſt ſilueſtris ⁊ non domeſtica reperi-
tur.Et ideo de iſto melle ⁊ de iſta vita poteſt dici illō
Ezech.xvj.Dixi tibi in ſanguine tuo viue.Sequit̄ .ſi-
milam ⁊ mel ⁊ oleum comediſti.¶ Iteꝫ qui ſpiritua
liter vult viuere habeat compaſſionis doloreꝫ quia.ſ.
dolor compaſſionis ⁊ paſſionis chriſti neceſſarius eſt
ad vitam gratie conſeruādam.quod oſtenditur cum
dicitur botrus vue . Botrus enim fuit chriſtus qui
tres naturas in ſe continuit.ſ.diuinitatis anime ⁊ cor
poris ⁊ qui more botri depreſſus in palo crucis pepē-
dit.de quo Canticorum.j . Botrus cypri dilectꝰ meꝰ
Huius enim botri paſſio.⁊ in torculari crucis depreſ
ſio.⁊vini.ſ.ſui ſanguinis expreſſio deuote conſiderata
⁊ cum doloroſa compaſſione meditata vitam tribuit
⁊ gratiaꝫ continuat ⁊ cuſtodit.Unde ad Gal.ij.dicit̄.
Xp̄o crucifixus ſum cruci.viuo autem ego iā non ego.
viuit vero in me chriſtus.Habeat ergo compaſſionis
dolorem . ¶ Item neceſſe eſt ꝙ habeat miſerationis
liquorem.⁊ hoc oſtenditur cum dicitur.oleum Quia
in ſcriptura clementia ⁊ pietas.miſeratio.elemoſyna
⁊ benignitas per oleū deſignātur.ſicut ſupra de oleo
fuit dictum Math.vj.Tu autem cum ieiunas inun-
ge caput tuum oleo.Et procculdubio ſicut vita cor-
poris in diebus ieiuniorum oleo ſuſtentatur . ſic vita
gratie in ieiunio ⁊ miſeria huius mundi.oleo miſeri
cordie refouetur Quia ſicut dicitur Prouerbiorū.xj.
Clementiam preparat vitam.Quod bene figuratum
eſt.iiij.Reg.iiij.vbi dicitur de oleo ipſi vidue mulie-
ri ꝙ ſatiſfaceret debitoribus ſuis:⁊ ꝙ ipſa ⁊ filij ſui
viuerēt de reliquo Quia breuiter ſicut in Pſ.dicitur
Melior eſt miſericordia ſuper vitas Habeat ergo qui
ſpiritualiter vult viuere miſerationis liquorē . ¶ Itē
vltimo habeat conuerſationis decorem qui oſtendit̄
cum dicitur .veſtimentum Veſtimenta enim ad vitaꝫ
corporis ſunt neceſſaria contra frigoris tempeſtatem.
Sic vere veſtes honeſte apparentie : vite honeſte cō-
uerſationis ſunt vtiles ⁊ neceſſarie.Nam ſicut arbor
non diu viueret:ſi corticem non haberet . Sic nec ho-
mo ſpiritualiter ſi veſtem honeſtatis ⁊ bone conuer
ſationis corticem derelinqueret.ſicut dicit̄ Ecci.xxix.
Initium vite hominis aqua ⁊ panis ⁊ veſtimentum.
Ecce ergo quot ſunt neceſſaria ad vitam moralē ⁊ vir
tuoſam habendam ⁊ conuerſandam. Emite ergo no
bis neceſſaria ⁊c.Et ideo dicitur Geñ.xlij.Cibaria do
mibus veſtris neceſſaria ſumite ⁊ abite . Patet ergo
ꝙ circa vitā moralē attendit̄ virtꝰ ſubueniēs neceſſa-
ria inquit. ¶ Rurſuꝫ dico ꝙ ītenditur fructus proue
niens:⁊ iſte fructus eſt vita eterna que ſequitur vitaꝫ
virtutis:quod oſtenditur cum dicitur poſſumus viue
re.Nulla enim proprie dicitur vita.niſi iſta:qꝛ omnis
alia vita ſiue moralis ſiue naturalis poteſt deficere.
ſed iſta non.quia ſicut dicitur Sap.v.Juſti autem in
perpetuum viuent ⁊c.poſſimus inquit viuere optati-
ue loquitur quia iſta eſt ſola vita optancla:ſicut facie
bat dauid in Pſ.Portio mea in terra viuentiū . Sed
de iſta vita vide infra Pꝫ ergo chariſſimi ꝙ circa vitā
virtuoſam attenditur fructus ſuccedens ⁊ proueniēs
quod eſt ſecundum principale. ¶ Tertio principali- E
ter dico ꝙ eſt vita eternalis que eſt vita ſanctorum Et
iſta proculdubio eſt illa quam angeli ⁊ beati cum deo
poſſident que eterna dicitur.pro eo ꝙ mortem nature
pene ⁊ culpe decetero nunꝙ̄ timent . Sicut in natura
rerum ſunt multa que vitam habent quaſi eternam:ſi
cut eſt palma inter arbores elephas inter beſtias.fe-
nix inter aues quia iſte ſunt res diutiſſime viuentes
et ceteris rebus pereuntibus permaentes . Sic vere
chariſſimi ſunt illi beati qui perpetue viuūt ⁊ nunꝙ̄
āplius deſiſtunt aut deficiunt.Cauſa enim quare res
elementales corrumpuntur eſt imperfectio ſue forme
quod non poteſt replere omnes materie appetitus et
inde eſt ꝙ res celeſtes ſunt perpetue .pro eo ꝙ forma
ſua eſt perfectiſſime nature Et quia beati pro forma
beatifica habent ipſum deum qui eſt perfectiſſimus
⁊ eternus.⁊ qui omnes appetitus eorum cumulat at-
qꝫ replet:neceſſe eſt ꝙ vitam eternam habeant ⁊ nun-
ꝙ̄ deficiant:ſed ꝙ perpetue ſemper viuāt dum ipſe ſal
uator dicit Johannis.x. Oues mee vocem meam ⁊c.
Nec mirum:quia ſicut fons viuus ⁊ eternus perpetu
os riuulos emittit:ſic deus qui eſt fons vite.riuos ꝑ-
petue vite in beatos diffundit.Vñ.j.Johānis.v.Qui
habet filium dei hꝫ vitam eternā.Et de hoc dicebat.
Dauid in Pſ.Domine apud te eſt fons vite:⁊ in lu-
mine tuo videbimus lumen.Unde diligenter aduer-
te ꝙ iſta vita principaliter habet quattuor.ſcilicet.
Dignitatem honoris ⁊ prelationis:apud te.
Voluntatē dulcoris ⁊ refectionis:eſt fons.
Firmitatem vigoris ⁊ durationis.vite.
Claritatem dulcoris ⁊ ſplendoris:lumen.
Habet ergo iſta vita honorem et prelationem:⁊ hoc
oſtenditur:cum dicitur apud te . Eſt autem honor in
iſta ſcilicet in terris ꝙ homo ſit de domo regia vel pa
pe:⁊ ꝙ perſonaliter apud euꝫ commoretur:ſed multo
fortius in beatis qui manent perſonaliter apud deū:
apud te inquit. Ipſi enim manſerunt apud deū men-
taliter dū temporaliter viuerēt.Juxta illō Pſ.Apud
dominum greſſus hominis dirigentur Ipſi etiam bo
na depoſuerūt apud deū dū ipſa pauperibus per ele-
moſynas diſtribuerunt . Juxta illud Pſal.Subſtan-
tia mea apud te:nunc vero apud deuꝫ inueniunt diui
tias quas depoſuerunt Pſ.Apud dominum miſeri-
cordia ⁊ copioſa ⁊c.Et apud ipſū acceperunt mercedē
quā promeruerant.ſcilicet vitam quā affectauerant
Et ſic ſumitur illud Sapieñ.v . Juſti imperpetuum
viuent ⁊ apud dominum eſt merces eorum ⁊c.Sic pa
tet ꝙ illa vita habet honorem ⁊ prelationem :apud te
inquit. ¶ Item dico ꝙ iſta vita habet dulcorem ⁊ refe
ctionem:⁊ hoc oſtenditur cum dicitur:eſt fons.Deus
enim eſt fons a quo plene hauritur.quicquid deſide-
ratur.A quo quidem fonte.
Memoria delectatur.
Intellectus ſpeculatur.
Affectus ſatiatur.
Et ideo ſicut ceruus deſiderat ad fontes aquaruꝫ ⁊c.
ſicut dauid aiebat ⁊ anhelabat:dicens ad iſtum fon-
tē deliciaꝝ pſ.Sitiuit aīa mea ad deū fontem viuum
Et bene viuum.qꝛ nunꝙ̄ deficit:⁊ bene fontem : quia
cuncta reficit ⁊ mentem allicit.fontes em̄ aquas pa-
tenter exponunt Quia pro certo fons.ſ.iſte omnibus
eſt expoſitus:⁊ in loco tuto ⁊ mūdo poſitus:ſi tamē tu
ſis ad hauriendum ex hoc fonte bene diſpoſitꝰ Aqua-



Ayuntamiento de Madrid

enim vite omnibus dignitatibus cõmendatur Apoc. xxij. Qui ſitit veniat ⁊ bibat: ⁊ qui vult accipiat de fonte aque viue gratis. Deus em̃ qui eſt ibi pincerna qui non improperat dat omnibus affluenter dicẽs Apoc. xxj. Sitienti dabo de fonte vite gratis. Et tamen iſte pincerna qui aquam iſtam diuidit eſt ſuauiſſim⁹ ita ꝙ nulli erit exaſperãs ⁊ infeſtus. Agnus enim dicitur in ſcriptura: eo ꝙ benigniſſimus inuenitur Apocal. vij. Agnus qui eſt in medio throni reget eos ⁊ deducet eos ⁊c. Salmo ergo dicitur aquam dulcem diligere ⁊ de mari vſqȝ ad fonteȝ procedere ⁊ ex quo fontẽ inuenerit ad amarã aquã amplius nõ redit. Sic vere chariſſimi ſalmo qui a ſaliendo dicitur pro eo ꝙ volẽs vltra ⁊ contra impetũ aque ſalire incluſis molendinis ⁊ locis ſtrictis: vbi libere non poteſt contra impetuȝ aque currere ⁊ trãſire ſolet caudam in ore ponere ⁊ vltra fortiter proſilire: ita ꝙ qñqȝ inuentus mortuus eſt ⁊ palis caſarũ acutiſſimis infix⁹: ſignificat ſanctos q̇ contra impetum fluxus huius mundi fortiter cucurrerunt: inquantũ ꝑ vitã contrariã ſe cõtra mũdi vitia exercerũt: ⁊ loca ſtricta vbi ſportule tendebantur id eſt dignitates ⁊ officia vbi dyabolus ſportulam tentationum eis parabat tanto contemptu et impetu tranſilierunt: ꝙ ſepe ſe morti expoſuerunt: et tyrannorum gladijs perierũt. j. Regum. xxij. In deo meo tranſiliã murum. Iſti ergo ſalmones poſtꝙ̃ vite id eſt dulce refrigerium paradiſi deguſtauerunt per deuotionẽ. ſtatim aquam mundi procerto amaram ⁊ proſperitateȝ ſeculi dimiſerunt ⁊ horruerunt per cõtemptum ⁊ abhominationem: nec amplius ceſſauerunt currere per bonam operationem: quouſqȝ venerunt ad fonteȝ vite paradiſi ⁊ ad eterne voluptatis refectionẽ. Et ideo dicit chriſtus Johannis. iiij. Aquam quam ego dabo fiet in eo fons ſalientis in vitam eternam. Habet ergo vita iſta dulcorem et refectionẽ: fons inquit. ¶ Item dico ꝙ iſta vita habet vigorem ⁊ durationem: quia ſcilicet nunꝙ̃ amplius deficit: immo perpetuo durat: qđ oſtenditur cum dicitur: vite: quod ethimologiſatur: quaſi vim tenens: vel quaſi virtuoſa vel tenax: quia vita illa virtuoſa eſt et tenens: ⁊ nunꝙ̃ lubricoſa vel fugax. Iſta em̃ beatos videtur quodammodo perpetuo tenere: ⁊ inquantum etiam ſi vellent non permitteret eos mori: deficere vel perire nec mirum ſi illi imperpetuum viuunt qui ſunt in gloria. Quia in hybernia dicitur eſſe quedam inſula vbi nullus moritur quacũqȝ anguſtia. O ꝙ̃ virtuoſus eſt ille locus ⁊ ille fruct⁹ qui habitatus ⁊ deguſtatus tribuit eterne viuere. Iſte eſt enim de quo chriſtus dicit Johannis. vj. Qui manducat panem hunc viuet ineternum. Et merito: quia ſicut dicit᷑ Roma. vj. Gratia dei vita eterna: ¶ Circa hoc notandum ꝙ ſicut ſcriptura videtur ſupponere quattuor ſunt virtutes que iſtam vitam principaliter procurant. ſcilicet.

Elemoſyne diſtributio.
Mandatorum adimpletio.
Sapientie inquiſitio.
Terrenorum deteſtatio.

Elemoſyna a morte liberat ⁊ ipſa purgat peccata. et facit inuenire vitam eternam: ⁊ hoc eſt de primo quãdo dicit elemoſyne diſtributio: ⁊ hoc dicitur Thobie. iiij. ¶ Item mandatorum adimpletio Unde Luce. x. Domine quid faciendo vitam eternã poſſidebo? Cui reſpondit dominus Si vis vitam ingredi ſerua mandata. ¶ Item ſapientie inquiſitio. Unde de ſapientia dicitur Ecci. xxiiij. Qui elucidant me vitam eternam ⁊c. ¶ Item terrenorum deteſtatio. vñ Math. xix. Qđ omnis qui reliquerit patrem vel matrem ⁊c. Iſta eſt ergo vita eterna. Quia ſicut dicit Ariſtoteles. Supra celũ eſt vita permanens ⁊ quieta. Habet ergo illa vita tenorem ⁊ durationem. ¶ Item dico ꝙ illa vita habet ſplendorem ⁊ diſcretionem. quod oſtenditur cuȝ dicitur: in lumine ⁊c. Quia i lumine diuine eſſentie ⁊ in ſpeculo eterno vident, beati lumen et cognitionem omnium cognoſcibiliũ ſecretorum. Beati enim vidẽt lumen diuine eſſentie ⁊ eo mediante vident lumẽ omnium veritatum. Et ſic loq̇tur xp̃s Job. viij. vbi dicit. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris ⁊c. Quia ſicut dicit᷑ Joh. xvij. Hec ẽ vita eterna vt cognoſcant ⁊c. Patet ergo ꝙ iſta vita habet.

Claram cognitionem.
Longam durationem.
Plenam perfectionem.
Dignam promotionem.

Et ſic dico ꝙ eſt vita eternalis que eſt vita ſanctorum. Quarto dico qȝ eſt vita mundialis que ẽ vita malorũ. Mali enim malam vitam ducunt ⁊ vitam ſibi ad bene operandum accomodatam in malis vſibus ducũt ⁊ expendunt. Similes enim videntur iſtis fatuis ſeruitoribus ruſticorum quibus de ſero aliquantulum datur de cãdela vt videant ire ad lectum: qui tamen inde ludendo ⁊ truſando ſuam candelam expendunt ita ꝙ poſtea ſine luminibus in tenebris ad lectum vadunt. Sic procerto paterfamilias deus ſeruitoribus ſuis hominibus modicum de candela vite preſentis accomodauit: quia ſicut dicitur primi. Eſdre. ix. Facta eſt deprecatio apud dominum vt daretur vobis pax ⁊ illuminaret oculos veſtros ⁊ daret vobis vitam modicam in ſeruitute vt cum ipſa ad lectum paradiſi tenderent ordinauerit: qui tamen candelam iſtam in alijs vſibus vilibus ſcilicet in malis operibus ſolent exercere Sapieñ. xv. Eſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram: ⁊ ſic neceſſe eſt eos ſine lumine gratie in tenebris inferni lectũ ſibi querere Job. xvij. In tenebris ſtraui lectulum meum. De vita ergo malorũ poſſum notare breuiter ꝙ eſt vita. ſcilicet.

Preſumptuoſa.
Tumultuoſa.
Faſtidioſa.
Laborioſa.
Obprobrioſa.
Penurioſa.
Defectuoſa.
Malicioſa.
Periculoſa

Eſt dico vita preſumptuoſa: quia iſti dicunt illud Job xxvij. Nec enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. ¶ Item eſt vita tumultuoſa: ſemper iſti faciunt bonas brigas tumultus et litigia Pſ. Inimici multiplicati ſunt ſuper me. Sequitur. Moab ⁊ agareni: gebal ⁊ amon ⁊ amelech. ⁊c. Et de iſtis poſſumus dicere illud. Sap. v. Vitam illorũ eſtimabamus inſaniam: ⁊ finem illorũ ſine honore. Item eſt vita faſtidioſa: Mali em̃ faſtidiũt ⁊ abhorrent omne bonum Job. xxxiij. Abominabilis fit ei in vita ſua panis et cibus deſiderabilis. ¶ Itẽ eſt vita laborioſa Mali em̃ magis laborãt ad ſe dãnandũ: ꝙ̃ iuſti ad ſe ſaluãdũ Pſ. Defecit in dolore vita mea ⁊c. ¶ Item eſt vita opprobrioſa. Mali em̃ ſũt i opprobriũ deo ⁊ angelis ⁊ iuſtis Pſ. Cõculcet in terra vitã mea ⁊c. ¶ Iteȝ eſt vita penurioſa. Nihil põt eis ſufficere: imo ſemꝑ habẽt penuriã i corde ⁊ famẽ auaricie. Uñ ipſi poſſũt dicere illđ Thob. iiij. Pauperẽ vitã gerim⁹. ¶ Itẽ iſta ẽ vita defectuoſa vñ Seneca in ep̃la. xxiij. Quidã aũt viuere deſeceẽt añꝙ̃ iceperũt. ¶ Itẽ ẽ vita malicioſa. Eccleſiaſtes. ix. Filij hoim replent᷑ malicia ⁊ cõtẽptu i vita ſua. ¶ Itẽ ẽ vita ꝑiculoſa ⁊ iſtã vitã ſequit᷑ finaliter periculũ mortis Pſ. Deſcẽdũt i inferrũ viuẽtes. Iſta eſt ergo vita malorũ q̄ nõ eſt vita ꝓprie: ſȝ poti⁹ mors dicẽda vñ Seneca de iſto q̇ diu male vixit dicit: nũꝙ̃ vixit iſte. ſȝ i vita morat⁹ ẽ: nec in ſero mortu⁹: ſȝ diu. Multa poſſũt dici de vitijs hui⁹ vite ſcȝ quomodo ibi abũdãt dolor: labor ⁊ rãcor: inuidia: fallacia: auaricia ſuꝑbia: ⁊ ſic de alijs ſȝ omitto q: in particularib⁹ titulis ẽ tractatũ: hoc igit᷑ de quadruplici vita ſufficit. ſcȝ naturali

Ayuntamiento de Madrid

b Naturali. Uirtuali Supernali. Mundiali. ¶ Aduerte tñ hic ꝙ iſtud verbũ viuo qñq; ſignificat i ſcriptura diſcretionem aliqñ ſignificat ꝯmendationes aliqñ affirmationẽ. Significat eñ affirmationẽ qñ ſumit pro iuramẽto. Antiquitus eñ ad affirmationẽ iuramẽti iurabant per vitam ipſius dei: dicentes: viuit dñs: qđ nihil aliud eſt dicere: ꝙ ſicut verum eſt ꝙ dominus viuit: ſic verum eſt iſtud quod dicitur. Tale etiam iuramẽtum ſolebat domin⁹ facere quando per vitam ſuã ſolebat aſſerere ⁊ iurare dicẽs illud Hiere. xlvij. Uiuo ego dicit dominus deus exercituũ ⁊ cetera ſimilia. Commẽdationẽ etiã ſignificat: ſicut antiquitus: qñ aliqui ꝯmendabãt vitam ſuã loco ſalutationis vitam implorabant ſicut hoc Dan. vj. Rex internũ viue. Et illud. iij. Regum. iij. viuat rex ſalomon. Ad viuificationem vero poteſt notari ꝙ peccator viuificatur. ſcilicet.
Per tormentorũ tolerationem.
Per mandatorum obſeruationem.
Per dei iudiciorum executionẽ.
Per dei eloquiorũ predicationem.
Per dei precordiorũ miſerationes
Per dei preconiorum exaltationem.
Dico ergo ꝙ peccatorem viuificat ⁊ ad vitam gratie reformat toleratio mundi tormẽtorum ps. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me. ¶ Itez viuificat ipm obſeruatio mandatorũ ps. Uiuifica me et cuſtodiam ſermones tuos. ¶ Item viuificat ipſum executio dei iudiciorũ qꝛ deus per occulta ſua iudicia quãdoq; peccatori vitaz tribuit ps. Scđm iudiciũ tuũ viuifica me. ¶ Itẽ ipz viuificat pdicatio dei eloquioꝝ Sepe eñ fit ꝙ cõuertit ⁊ viuificat pctõr qñ audit que loquit pdicator ps. Eloquiũ tuũ viuificabit me ¶ Itẽ ipſuz viuificat miſeratio dei pcordiorũ ps. In miſcdia tua viuifica me. ¶ Item ipſum viuificat exaltatio dei preconiorũ. ps. Deus tu conuerſus viuificabis nos ⁊c. Sufficit de viuere vita et viuificare.

b **Ultio. vlciſci.** Quia ſupra dictum eſt ſatis de vindicta: hinc eſt ꝙ modicuz eſt dicendũ de vltione. Nota ꝙ triplex eſt vltio. ſ.
Deſideranda. Prima eſt vltio zeli iuſtitie.
Uituperanda. Secũda eſt vltio dire nequicie.
Conſideranda. Tertia eſt vltio dei potentie.
¶ Eſt ergo vltio que debet affectari: ⁊ iſta eſt vltio iuſtitie quia boni ⁊ iuſti ſm iudicium iuſtitie vlciſcũtur malos propter impias iniurias iuſtis factas. ⁊ ſic preceptũ eſt. Moyſi Numeri. xxxj. Ulciſcere iſrael de madianitis. ¶ Item eſt vltio que debet deteſtari ⁊ iſta eſt vltio tyrannorum qui non ſm iuſtitiam ſed iracũdiaz et ſeuiciam malos vlciſcuntur propter quod iram ⁊ vltionem a domino promerentur. Unde Ezech. xxv. Tẽpus vltionis eſt domino pro eo ꝙ fecit vltionẽ in ydumea vt ſe vendicaret de filijs iuda Contra illud Leui. xix. Nõ queras vltionem nec memoreris iniurie ciuium tuorum. ¶ Item eſt vltio quedam que debet formidare ⁊ iſta eſt vltio diuine punitionis quam temporaliter ⁊ etiam effundit ⁊ quã precipue in die iudicij publice declarabit de qua Deutero. xxxij. Reddam vltionem hoſtibus meis ⁊c. Unde quaſi in omnibus locis in quibus de vltione fit mentio quia vt cõmuniter ſemper agit de iſta vltima vltione. Eſaie. xxxv. Ecce dominus deus noſter vltionem adducet. Uide ſupra de Uindicta vbi tractaui magis plene.

b **Ultimus. Ultra. Ulterior.**
Uide vbi poſterior ⁊ nouiſſimus. Nota ꝙ vltra ſignificat quandam ſuperabundantiam vt ſuperexcellentiã loci numeri. rei vel temporis: que quandoq; ſumit negatiue: quandoq; etiam ponitur poſitiue: ⁊ quandoq; in bono et quãdoq; in malo. Nota ergo quod inuenio vltra. ſcilicet.
Quod eſt admirandum.
Quod eſt frequentandum
Quod eſt deteſtandum.
Quod eſt formidandum.
Quod eſt affectandum.
Primũ eſt vltra diuine conditionis: deus eñ eſt magnus vltra ꝙ credi poteſt. Quantũcũq; eñ humanus intellectus facit poſſe ſuum de ipſo cognoſcẽdo ſemꝑ tamẽ muenitur vnũ vltra. infinitus eñ eſt: ⁊ ideo non habet numerũ ſiue terminuz prefixum ps. Regnabit domin⁹ ineternũ ⁊ vltra. Ideo iob. xlij. Uidẽs ꝙ multa adeo alta dixerat dixit ſic. Inſipiẽter locutus ſum ⁊ que vltra modum excedunt ſcientiam meaz. ¶ Secũdum eſt vltra perfecte ſucceſſionis: ⁊ iſtud eſt quando homo non eſt contẽtus vnũ ſolũ bonum feciſſe: nec ad gradum perfectionis attigiſſe quinimmo ꝙ diu viuit ſemper vult vltra procedere: ⁊ de virtute in virtutem tranſcẽdere. Non enim eſt notabilis artifex qui vltra alios aliquid non facit ⁊ qui communes mores aliorum alicuius prerogatiue titulo non tranſcendit. Et ideo Sap. ſalomõ dicebat Eccl's. x. Magnificaui opera mea: edificaui domos. plantaui vineas. Sequitur. vltra omnes qui fuerunt ante me in hieruſalẽ. ¶ Ultra etiam ſignificat tertio aliquã tranſgreſſionẽ alicuius termini prefiniti: ⁊ ſic mali ſemper volũt eſſe vltra et extra: ⁊ non infra diuinorũ mandatorum terminos contineri ⁊ ſic de tali vltra exceſſiuo ⁊ trãſgreſſiuo poteſt dici cuilibet illud quod dictum eſt Moyſi Exod. xviij. Stulto labore conſumeris: vltra vires tuas ⁊c. ¶ Quartum eſt vltra eterne damnationis ⁊ tunc ponitur negatiue: ⁊ ſic ſumitur in damnatis: quia vltra non habebunt aliquam conſolationem. Unde anime damnate dicitur. Eſa. xlvij. Ultra non vocaberis mollis ⁊ tenera. Iſti enim non habent vltra.
Diuinam ſocietatem.
Paradiſi iocunditatem.
Mundanam proſperitatem.
Diuinã dico ſocietatẽ. Unñ Joſue. vij. Non enim vltra vobiſcum ero. Supernã iocũditatem. vñ. iiij. Reg. vj. Non venerũt vltra latrones ſyrie in terrã iſrael. Mundanam proſperitatẽ: qꝛ vltra nõ videbunt gaudia hui⁹ mundi. vnde Job. xx. Nec vltra intuebit eũ locus ei⁹ Quia ſicut dicit prouer. xj. Mortuo impio nulla erit vltra ſpes. ⁊c. Quia breuiter tunc nullũ erit ſolatium ipſis damnatis. Unde ipſe deus dicit. zach. xj. Nõ parcam vltra ſuper inhabitantes terram. ¶ Quintũ eſt vltra eterne ſaluationis ⁊ iſtud eſt illud vltra in quo beatis omnes mundi miſerie denegantur: inquãtum beati nullis vltra moleſtijs fatigant: ⁊ hoc erit quãdo erũt vltra mare mortis in terra ꝓmiſſionis paradiſi. ⁊ ſic dico ꝙ beati nõ habebũt vltra. ſ. illic in paradiſo
Litem vel contẽtionem.
Pugnam vel confuſionem.
Malignorum impugnationem.
Tormentorum tribulationem.
Iſti ergo nõ habebũt vltra litẽ vel cõtentionẽ. vñ Michee. iiij. Non diſcent vltra belligerare. ¶ Item nõ habebunt vltra verecundiã vel cõfuſionẽ Joel. ij. Nõ dabo vos vltra opprobriũ gẽtibus. ¶ Itẽ nõ habebũt vltra inimicoꝝ perſecutionẽ. Unde Exo. xiiij. Egyptios quos nunc videtis nequaꝙ vltra videbitis in ſempiternuz. ¶ Itẽ nõ habebũt vltra tormẽtorũ tribulationem. Apocalyp. xxj. Abſterget deus omnẽ lacrimam ab oculis ſanctorum ⁊c. Sic ergo patz quõ vltra ſumitur multis modis. Uide ſupra de trans ⁊ ſuis compoſitis tranſire: tranſcendere: ⁊ ſic ſufficit.

**Ultro.** Nota ꝙ vltro eſt idem ꝙ voluntarie ſeu ſponte. Notabo igitur ꝙ inuenitur. b
Ultro voluntarie ſubiectionis. Eſt dico vltro
Ultro libere collationis. volũtarie ſub
Ultro carnalis infectionis iectionis. ⁊ ſic
Ultro preſumptuoſe ambitionis. dico qđ boni
Ultro fructuoſe operationis. voluntarie ſe
Ultro liberalis ſaluationis. deo ⁊ prelato
ſubijciunt ⁊ eis ſeruiũt ⁊ obediũt de quib⁹. j. Eſdre. iij.

Ayuntamiento de Madrid

Ultro offerebatur munus domini. ¶ Item eſt vltro liberalis collationis. Spōte em̄ ꝛ nō coacte eſt liberalitas facienda. Unde de ſalomone dicit. iij. Reg. x. qḋ ipſe vltro multa obtulit regine ſaba munere regio. ¶ Item eſt vnum vltro carnalis infectionis. Luxuria enim vitium eſt quod vltro diſcretionis magiſtro indigere non dinoſcitur. Teſte Seneca. Uirtutes magiſtro indigēt. vitia per ſe diſcuntur. Unde ſaul vocauit ionathā. j. Reg. xx. filiū mulieris vltro virū rapiētis. ¶ Item eſt vnum vltro amare ambitionis. Ambitioſi em̄ vltro ſe ingerūt nō vocati. vñ. ij. Macha. vj. Mulieres ſe vltro ingerebāt in tēplum. ¶ Itē eſt vnū vltro fructuoſe operationis quia iuſti bona opera faciūt voluntarie per ſeipſos. vñ Marci. iiij. Ultro enim terra fructificabat. ¶ Item eſt vltro eterne ſaluationis q̄ deus nobis vltro ꝛ liberaliter aperit paradiſum vnde Actuum. xij. Uenerunt ad portam ferream que du. ad ciuita. que vltro aperta eſt eis ꝛ ſic ſufficit.

B

## Ululare. Ululatus.

Nota ꝙ vlulatus nihil aliud ē ꝙ̄ planctus cum clamore eductus vel factus: ſeu ſonꝰ clamoroſus ſine verbo. Notabo igitur ꝙ inueniūtur in ſcriptura quatuor genera vlulatuū ſcꝫ

Bonorum ꝛ perfectorum.
Malorum ꝛ peruerſorum.
Miſerorum ꝛ depreſſorum.
Damnatorum ꝛ deſperatorum.

Dico igitur primo ꝙ inuenit vlulatꝰ bonus ꝛ virtuoſus. Boni em̄ in miſeria huiꝰ mūdi nō letant: ſed potius vlulant ꝛ triſtantur. Canis em̄ qui eſt animal fideliſſimum: ex tribus cauſis videt ꝛ ſolet vlulare. ſcꝫ qn̄ ſuum perdit dn̄m: ꝛ maxime qn̄ videt ipm̄ mortuum vel occiſum: ſicut multotiens expertum eſt. Secundo quādo videt ſe ab hominū preſentia ſolum in aliquo loco incluſum. Tertio quando antiquus eſt ꝛ ſentit ſe ad mortis terminū appropinquare. Quarto quādo videt ſibi mortem inſtare. Sic vere iuſtus quando videt xp̄m dominū ſuum mortuū ꝛ quādo cogitat in ipſius paſſionem. Item quādo ſe ſentit incluſum in carcere carnis: corporis ꝛ in mūdi incolatus deſolatione. Itē quando videt ſe antiquatū fuiſſe in vitijs ꝛ culparum infectione. Et quarto quando videt ſibi paratam mortem inferni propter peccati commiſſionem. Et ſic dico ꝙ iuſti habent vlulatum.

Compaſſionis.
Compunctionis.
Deſolationis.
Cōturbationis.

Itē iuſti vlulant ꝓpter mortis xp̄i compaſſionē Et ſic poteſt dici illud Joelis. j. Flete ꝛ vlulate om̄es qui bibitis vinū in dulcedine. Uinū em̄ ſanguinis chriſti qḋ fideles p deuotionis dulcorem bibunt per xp̄i mortis compaſſionem ſuper ipſo vlulant atqꝫ plangunt. Unde ibidem. Ululauerunt vnicornes ſuper frumēto vino ꝛ ordeo qꝛ periīt. hoc eſt dictum ſuper xp̄o mortuo qui dicitur.

Frumentum ꝙ̄tum ad carnem.
Uinum ꝙ̄tum ad ſanguinem.
Ordeū tectū palea ꝙ̄tum ad animam.

¶ Item iſti vlulant ꝓpter culparum compunctioneꝫ pro ſua ſpirituali antiquatione ꝛ ſic dicit illud. Eſa. lxv. Clamabitis propter dolorē cordis: ꝛ ꝓpter ꝯtritioneꝫ ſpiritus vlulabitis. vñ Michee. j. Super hoc plangā ꝛ vlulabo: vadā ſpoliatus ꝛ nudus. Uide eam in tabula. Et Hiere. iij. Uox in rama audita eſt ploratus ꝛ vlulatus ꝛc. ¶ Itē iſti vlulant pro preſentis incolatu prolongatione: ꝛ p̄ſentis carceris deſolatiōe. Et ſic poteſt dici illud. Joelis. j. Confuſum eſt gaudium a filijs hominum: accingite vos ꝛ plangite ſacerdotes: vlulate miniſtri altaris. ¶ Item iſti vlulant pre mortis eterne timore ꝛ turbatione: ꝛ ſic ſumit Ezech. xxx. vbi dicitur. Ululate. ve ve diei quia iuxta eſt dies. Et Eſa. xxiij Ululate naues maris quia deuaſtata eſt fortitudo veſtra quaſi diceret debēt boni vlulare qn̄ ve. i. vaſtitatē eterne mortis ſibi metuūt imminere. Iſte eſt ergo vlulatus bonus ꝛ virtuoſus. ¶ Scḋo dico ꝙ eſt vlulatus malus ꝛ vitioſus. Alique em̄ ſunt aues tam paluſtres ꝙ̄ nocturne ꝙ̄ pro cantu reddūt horribilem vlulatum. ſicut de vlulis ꝛ bubonibus et onocroculis ꝛ noctuis quotidie experitur. Sic ve chariſſimi mali homines non ſolēt ſonū dulcē bonorū verborū emittere ſꝫ p cātu laudis ꝯfeſſionis inſtructiōis ꝛ orationis ſolēt per mala verba quotidie vlulare. Unde nota ꝙ mali vlulant ꝛ clamant.

Inaniter gaudendo.
Mordaciter rodendo.
Loquaciter deridendo.
Jactanter ſuperbiendo.

Ululant dico per inanē exultationē. Unde de filijs iſrael gaudētibus ꝛ ludētibus dictū eſt. Exo. xxxij. Ululatus pugne auditur in caſtris. Sequit. Uocem cantātium ego audio. ¶ Item vlulant per mordacē detractionem. Detractor enim nō ceſſat vlulare: ꝛ verba detractoria ſeminare. vnde Eſa. xiij. dicitur. Mō reſpondebunt ibi vlule in edibus ſuis ſcꝫ deſtructe babylonis: ꝛ ſyrene: in delubris voluptatis. Ulule em̄ ſunt detractores qui vlulādo cum triſticia loquūtur. Syrene vero ſunt adulatores qui vultu femineo blandiūtur: q̄ tamen ſimul hodie in babylone deſtructa. i. cōfuſa eccleſia morantur. ¶ Item vlulant per loquacē deriſionem. Uox em̄ vlularū ꝛ noctuarū videt vox deriſoria qꝛ quādo aliquis deridet: illi libēter dicitur vel clamatur quia deriſores nō ceſſant aliorū facta horrere ꝛ cōtemnere: ꝛ de ipſis iocularē ꝛ vlulare: ita ꝙ eis pōt dici illud. Hiere. xlvj. Ululatus tuus impleuit terram. ¶ Item vlulant per iactantiā ꝛ elationē. vñ Eſa. xvj. Audiuimus ſuperbiam moab ꝙ ſuperbꝰ eſt valde ꝛc. Sequit. Idcirco vlulabit moab. Sic patet ꝙ inuenit vlulatꝰ malꝰ ꝛ vitioſus. ¶ Tertio inuenit vlulatꝰ piusꝰ dulcoroſus ꝛ iſte eſt vlulatꝰ pauperū ꝛ depreſſorū qui in tribulationibꝰ plangere ꝛ vlulare cogūtur: taꝫ pro ſuis ꝙ̄ pro miſerijs alienis. vnde Ezechi. xxj. Plange et vlula fili hominis. Et Hiere. lj. Cecidit babylon et contrita eſt vlulate ſuper eam. ¶ Quarto dico qḋ eſt vlulatus triſtis et doloroſus ꝛ iſte eſt vlulatus damnatorum quia. ſ. ſicut lupus captus in pedica pre deſperatione vlulare incipit: ſic damnati ſcilicꝫ capti in inferno ſolent vlulatum deſperationis emittere Jacobi. v. Plorate ꝛ vlulate in miſerijs veſtris. Iſta igitur de vlulatu ſufficiant. Uide de lugere. flere. plorare: lamentare.

## Umbra.

Nota quod vmbra nihil aliud eſt ꝙ̄ fluxus quidam tenebroſus. Umbra enim et tenebra differunt. B
Quia vmbra requirit luminis preſentiam ſuper aliquod corpus occupatū cadentem. Tenebra vero dicit totalem luminis carentiam aerem penitus occupantem. Notandum igitur ꝙ vmbra ꝙ̄tum ad ſuam ſimilitudinariam apparentiam: ꝛ ꝙ̄tum ad ſuam virtutem et efficaciaꝫ multa ſignat in ſcriptura. Notabo igitur ꝙ inuenio vmbram.

Humane conditionis.
Mundane poſſeſſionis.
Diuine protectionis.
Superne abſconſionis.
Interne deuotionis.
Eterne ſaluationis.
Peruerſe conuerſationis.
Peccati corruptionis.
Obſcure damnationis.

Dico ergo primo quod vmbra ſignat humanam conditionem quia humana vita vmbra dicitur ꝛ vmbre proprie comparatur. Umbra enim non eſt corpus: ſed corporum ſimilitudo: et ideo nihil habet de ſtabilitate: multum autem de mobilitate. Semper enim ſolet vmbra que a ſole cauſatur vel a luna currere et fugere: aut creſcendo aut decreſcendo fluere: et nunꝙ̄ per vnum momentum conſtare: poſſet tamen in eodem ſtatu modicum ſiſtere vel manere ꝙ̄diu corpus cuius vmbra eſt contingit ſupereſſe: quo tamen

ammodo

Ayuntamiento de Madrid

ammodo ſtatim ſolet deficere et ceſſare: et quia motum lune et ſolis ſequitur: ideo tranſit continue et mouetur. Sic vere chariſſimi humana vita mobilis eſt ꝛ non ſtabilis. fugax ꝛ non tenax: tranſiens ꝛ nō manens ex quo incipit nō ceſſat currere amplius: ꝛ ſm motum ſolis ꝛ lune. i. ſm ordinationē dei de etate ad etatem: de ſtatu ad ſtatum cōtinue pertranſire: quouſq; amoto corpore per mortē cōtingat ipm penitus deperire. Et ideo conditionē ſuam mortalē cogitās dauid dicebat. Sicut vmbra declinans ablatus ſum ꝛc. ꝛ ideo ꝙ vmbra vite humane cōparetur. bene patz Eſa. xxxviii. vbi cum Ezechias rex Juda poſtꝙ audiſſet ꝙ eſſet in proximo moriturus: ꝛ quindecim annorū dilationem impetraſſet ſignum dicte prolōgationis vmbram horologij accepiſſe legitur. Ad denotandū ꝙ vita humana vmbra eſt: ꝛ ſicut vmbra fugit ꝛ perit ꝛ vagatur. Pſ. Homo vanitati ſimilis factus eſt ꝛc. Jſta eſt enī vmbra nō corpus nec res firma ſed ſolum ſimilitudo corporum ꝛ valde vana: qḋ patet: qꝛ qui vmbram apprehendere qrit: cū ipſam apprehēdere crediderit: nil tenebit. Quia iſta nō eſt vere vita: ſed ſimilitudo vite: q̄ ſcꝫ vbi habere creditur: ſubito per mortē fugere ꝛ eua neſcere etiam reperitur. pſ. Dies mei ſicut vmbra declinauerunt ꝛc. Et ideo dauid. j. Paral. xix. dicebat de vite vanitate. Peregrini ꝛ aduene ſumus corā te: dies noſtri ſicut vmbra ſuper terrā ꝛ nulla ē mora. Signat ergo vmbra humanam cōditionem. ¶ Secundo dico ꝙ ſignificat mundanam poſſeſſionem. Mundi enim proſperitas vmbra dicitur. eo ꝙ nulla firmitate fulcitur ſed faciliter perit ꝛ deficit: ꝛ defluit ꝛ caſſatur. Quia breuiter oīa mūdi bona vmbra ſunt: ꝛ ſicut vmbra trāſeunt ꝛ recedunt. Sapien. v. Quid nobis profuit ſuperbia aut diuitiarum iactantia: tranſierunt omnia ſicut vmbra ꝛc. Umbra enim habet multas proprietates qꝛ ſcilicet ipſa eſt.

Caloris ſolis repreſſiua.
Luminis obſcuratiua.
Maturitatis fructuum retardatiua.
Melancolie generatiua ꝛ nutritiua.
Serpētum ꝛ colubrū amica ꝛ nutritiua.

Sic vere vmbra mūdane proſperitatis: reprimit calorem caritatis: obſcurat ſplendorē veritatis: retardat maturitatem honeſtatis: generat merorem ꝛ triſtitie ꝛ ſanctitatis: nutrit ꝛ ſuſtentat ſerpentes ꝛ colubres. i. cōmunitatem omnis maligne ſocietatis. Quia ſicut videmus illi qui ſunt in vmbra proſperitatis: carent feruore dilectiōis. Et ſic dicitur ꝙ ionas fecit ſibi vmbraculum propter eſtum. Jone. iiij. ¶ Jtē carent ſplendore cognitionis. Quia ſcꝫ ꝙtuꝫ ad illa que pertinēt ad ſalutem ſunt in obſcuris. Unde Job. iij. Obſcurēt euꝫ tenebre ꝛ vmbra mortis. ꝛ loquitur de die proſperitatis. ¶ Jtem carent maturitate honeſte cōuerſationis. Quia illi q̄ gaudent in vmbra pſperitatis ſunt inſolentes ꝛ leues. Uñ Ezech. xvij. Uniuerſum volatile ſub vmbra frondiū eius nidificabat. ¶ Jtem iſti habent melancoliam timoris ꝛ turbationis. Teſte enī Seneca. Quātum acceſſimus ad ſucceſſum: tantum acceſſimus ad metum. Umbra enī proſperitatis habet timores varios admixtos. Unde in pſ. dicitur. Humiliaſti nos in loco ꝛc. ¶ Jtem iſti habent colubres ꝛ ſerpentes. i. homines oīs peruerſe conditionis. Quia ſepe fit hodie ꝙ illi qui ſunt amplius peruerſi ꝛ ſerpentes: ſunt in vmbra proſperitatis maiores ſcabini ꝛ diuites. Uñ de behemoth Job. xl. Quod in vmbra dormit in ſecreto thalami in locis humentibus. Et ſic dico ꝙ vmbra ſignificat mundanaꝫ poſſeſſionem. Et ſi vis pone quō iſta vmbra fugientes inſequitur: ꝛ inſequētes fugit: et quomodo illos qui vertūt ſibi faciem ſolet fugere: ad illos vero qui vertunt ſibi dorſum ſolet currere. Quia vmbrā pſperitatis mundane ſi ibi per affectū aſpexeris ꝛ per amorē ad eā cōuerteris: ipſamq; ambiēdo et procurādo ſecutus fueris ſolet fugere. Quia vix tales poſſunt ad ea queque cupiunt attingere. Uñ Job. xiij. dicitur: ꝙ iſta quaſi flos egreditur ꝛ conteritur: fugit velut vmbra. Ad illos vero qui ipſos fugiūt et cōtemnunt ꝛ qui dorſum contemptus ꝛ diſplicentie ſibi vertunt: ſolet accedere ꝛ venire ſicut de iona legitur. Jone. iiij. Super cuius caput ex inſperato orta eſt edera faciens ſibi vmbram. Et iſta quotidie videmus de multis qui toto tempore vite ſue ambiunt promotiones. nec ad eas attingunt: ꝛ de multis qui promotiōes contemnunt ꝛ contra ſpem ad eos veniunt ꝛ accedunt Quia ſm Grego. Ad dignitates ambientes depelli debent: ipſas fugientes inuiti compelli. Et ſi vis poteſt adhuc poni qḋ illi qui faciem cordis ad ſolem iuſtitie vertunt per affectionem ſcilicet boni ꝛ iuſti: vmbram et eminētiam ſui ſtatus ꝛ ſtatū mundane glorie retro ponunt. Et econtra qui iſtam vmbram habent pre oculis: ſolem iuſtitie proculdubio contemnunt ꝛ ab eius aſpectu neceſſario ſe diuertunt. Breuiter igitur hoc eſt verum ꝙ iſta vmbra multa mala facit: ꝛ multa vitia introducit. vnde Sapien. xv. Sic in errorem induxit nos mala artis cogitatio ꝛ vmbra picture. Multa poſſunt dici de vmbra proſperitatis: que ſupra in multis titulis ſunt inſerta. Patꝫ ergo ꝙ vmbra ſignat mūdanam poſſeſſionem. ¶ Tertio dico ꝙ ſignificat diuinam protectioneꝫ. Deus enim dicitur habere vmbrā C
ideſt potentiam ꝛ virtutem. Umbra enim ex corpore reſultat: ꝛ vltra corpus ſe extendit: et ſepe accidit qḋ vmbra videtur dato quod corpus minime videatur. Sic deus vmbrā ſue gratie et potentie longe lateq; diffundit: ꝛ quis perſona non appareat: vmbra tamen et reſultatio ſue potentie ꝛ bonitatis ꝛ clementie omnibus innoteſcit. Sub iſta vmbra petebat reponi dauid et a tribulationibus ꝛ tentationibus protegi et tueri pſ. Sub vmbra alarum tuarum protege me ꝛc. Et alibi Jn vmbra alarum tuarum ſperabo. ¶ Quarto ſignificat ſupernam abſconſionem ꝛ diuinam incarnationem. Caro enim et humanitas vt ſupra dictum eſt vmbra ſunt: in qua deus fuit abſconditus: quando fuit in ventre matris incarnatus: Et ideo eius incarnatio obumbratio dicitur. Sicut etiam angelus teſtatur. Luc. j. Spiritusſanctus ſuperueniet in te ꝛc. Ut ſic de deo patre dicat ipſe chriſtus illud Eſaie. xlix. Dominus ab vtero vocauit me. Sequitur. Sub vmbra manus ſue abſcondit me ꝛc. Job. xxvij. Quaſi cuſtos fecit vmbraculum. ¶ Quinto dico quod ſignificat internam gratiā ꝛ deuotionem. Umbra enim refrigerat fatigatos. Sic deus et gratia iuuat et temperat in tentationibus calefactos. Jn cuius ſignum helyas in vmbra iuniperi dicitur obdormiſſe. et ſe ibi pre laboribus et feruoribus recreaſſe. iij. Regum. xix. Unde de gratia diuina et de deuotione poteſt dici illud. Eſaie. xxxij. Quod ipſi ſunt ſicut riui aquarum in ſiti et ſicut vmbra ꝛc. ¶ Sexto dico quod vmbra ſignificat eternam ſaluationem quia gloria paradiſi dicitur vmbra pro eo quod ibi delectatio et refrigerium muenitur. Unde de anima beata poteſt dici illud. Canticorum. ij. Sub vmbra illius quem deſiderabam ſedi et fructus eius dulcis ꝛc. ¶ Septimo dico quod ſignat inanem conuerſationem ſcilicet vitam et conditionem hypocrite et cuiuſlibet peccatoris qui non ſunt res ſed vmbre inꝙtum ſunt ficti et non veri: ſicut ad literam patet de hypocritis: falſis amicis et adulatoribus. Nam ſicut vmbra ſe ſolet conformare corpori cuius eſt vmbra: ita quod eo moto mouetur: et eo ſiſtente ſiſtitur. Sic adulator alijs pro viribus ſe conformat: et ad eorum conditiones ſe variat atq; mutat. Umbra enim nullam habet ſiſtentiam. ſed ſolum quandam imaginariam et falſam apparentiam propter quod poete animas deſcendentes vmbram vocauerunt et appellauerunt pro eo quod ipſas eſſe ſine ſoliditate affirmauerunt: ſic ypocrite in bono non firmantur. quinimmo bonis fictis et imaginatione ſimulantur alij. vnde de eis poteſt dici illud Judicum. ix. Umbram montium vides quaſi hominum capita et hoc errore deciperis. Sicut

Ayuntamiento de Madrid

enim videmus ꝙ vmbra ſemꝑ in parte oppoſita ſoli τ nunꝙ a parte ſolis inuenitur. Sic vere peccator per peccatũ τ obſtinationẽ ſoli iuſtitie opponitur: τ nũꝙ a parte eius per gratiam reperitur Eſaie.xxxviij. Reuerti faciam vmbram in horologio achaz in ſole retrorſum τc. Et ſicut maiores arbores faciunt maiorez vmbram. Sic illi qui ſunt in clauſtro τ in ſtatu maiori: ſunt ꝙtum ad vitia vmbroſiores: τ vitiorũ tenebris depreſſiores. Et ſi vis pone quomodo in vmbra arborum requieſcunt ſerpentes.i.mali familiares. Et pone figuram ſub arbore danielis: ſub cuius vmbra animalia habitabãt. ¶ Octauo dico ꝙ vmbra ſignificat peccati corruptionem. Umbra eñ locum vbi eſt obſcurat τ luce priuat: τ etiam ſterilitatem efficit τ procurat. Loca enim vmbroſa ſolent eſſe ſterilia τ fructibus vacua τ inania. Sic vere vmbra peccati lucem gratie tollit: obſcuritatẽ ignorantie inducit: τ fructũ bonorũ operum impedit τ euellit. Unde peccator de demonibus poteſt dicere illud in ps Poſuerunt me in lacu inferiori τc. ¶ Nono dico ꝙ ſignat inferni habitationẽ Quia ſicut Job dicit illum locum terram tenebroſaz et opertã mortis caligine vbi eſt vmbra mortis τ nullus ordo. Job.x. Sic pz qñ vmbra ſignificat in ſcriptura. Unde ſupra de obſcuritate tenebra caligine et ſilia

B **Unde.** Nota ꝙ vnde quãdoꝙ ponitur poſitiue ſic Johã.iij. dicit de ſpiritu. Neſcit vnde veniat aut quo vadat. Interrogatiue: ſicut vbiꝙ. et ſic dico quod ponitur.

Reprehenſiue.
Inquiſitiue.
Execratiue.
Denegatiue.
Admiratiue.
Dubitatiue.

Ponitur dico reprehenſiue τ ſic reprehẽdebat angelus agar q̃ a ſua domina fugiebat.d. Geñ.xvj. Agar ancilla ſaray: vnde venis aut quo vadis? Sequitur. Reuertere τ humiliare ſub manu dñe tue. ¶ Itẽ ponif inquiſitiue. τ ſic ponif j. Regũ.xxx. vbi dauid inqrens egyptiũ dixit. Qui es tu: τ vñ venis: aut quo vadis? ¶ Itẽ ponif execratiue: τ ſic ponif. iiij. Regũ.v. vbi helyſeus execrandã lepram ſymoniace contractã a giezi: dicit ei. vnde venis giezi: quaſi dicat male feciſti. ¶ Item ponitur denegatiue ſeu deſperatiue: τ ſic ponitur Johãnis.vj. vbi apoſtoli carentes pecunia dixerunt. vnde ememus panes vt manducent hi. et.iiij. Regum.vj. vbi de muliere fame pereunte dicit rex. Unde poſſiz te ſaluare: de area an de torculari: quaſi diceret de nullo. ¶ Item ponitur dubitatiue.iohannis.iiij. vbi mulier dubitando dicebat domine neꝙ cum quo haurias habes vnde ergo aquam habes viuam. ¶ Item ſumitur admiratiue: et ſic ſumitur Luce.j. vbi dicit Eliʒabeth virginis humilitatem admirans. Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? et ſic ſufficit.

B **Undecim.** Cum numerus vndenarius ſit ille qui primo tranſgreditur denarium dico ꝙ poteſt ſignificare in malo: quia ſignificat illos qui tranſgrediuntur decalogum mandatorum. Et ſic poteſt dici illud Mathe.xxviij. Quod vndecim diſcipuli abierunt in galyleã: quia ſcilicet galylea interpretatur tranſgreſſio vel tranſfiguratio. ¶ Itez numerus iſte eſt medius inter denarium τ duodenum: τ ſic ſignat in bono ſcilicet illos qui in bono proficiunt et qui de obſeruantia decem mandatorum: ad fidem mandatorum: ad fidem duodecim articulorum aſcendũt. Et ſic vndecim diſcipulis dicitur dominus appa ruiſſe. Marci.xvj. Unde ſaga vndecim dicuntur in tabernaculo fuiſſe Exodi.xxxvj. Et vndecim ſtelle dicũtur Joſeph in ſomnis adoraſſe Gene.xxxvij. Quia ſcilicet viri iuſti. qui vndecim dicuntur eſſe: ſolent a deo viſitari per ſpecialem dilectionẽ: ſolent ſicut ſaga tabernaculum tegere per diligentem defenſionẽ: ſolent inſuper ſicut ſpirituales ioſeph.i. xpm adorare ꝑ obedientiam τ deuotionẽ τc. ſufficit: ad oſtendendũ ſi contingat ꝙ vndecim in bono ſumitur et in malo.

**Undiqz.** Nota ꝙ vndiꝙ idẽ eſt ꝙ in omni parte. Et nota ꝙ inuenio. B

Undiꝙ bonorum.
Undiꝙ malorum.
Undiꝙ miſerorum.
Undiꝙ damnatorum.
Undiꝙ beatorum.

Dico ꝙ boni vndiꝙ habent victorias vñ de dauid dr. Eccli.xlvij. Qd contriuit inimicos ſuos vndiꝙ. ¶ Itẽ ꝙ mali agunt vndiꝙ nequicias. Uñ Ezech.xvj. loquitur de mala muliere dicẽs. Donabas inqt amatorib⁹ tuis vt intrarent ad te vndiꝙ ad fornicandum tecum ¶ Itẽ ꝙ miſeri portant vndiꝙ moleſtias. vnde Dañ. xiij. Anguſtie mihi ſunt vndiꝙ. ¶ Itẽ damnati habẽt vndiꝙ triſticias.ij. Para.xv. Non erit pax ingredienti τ egredienti: ſed terrores vndiꝙ Job.xv. Quod non credit ꝙ reuerti poſſit de tenebris ad lucem circũſpectans vndiꝙ gladium. ¶ Itẽ beati habent vndiꝙ leticias vnde dauid dicitur.ij. Reg.vij. Quia dñs dedit ei requiem vndiꝙ de inimicis ſuis.

**Ungere. Unctio. Ungẽtum** B

Cum vngentũ ſemper mihi denotet pinguedinez que eſt materia vnctionis. Hinc eſt ꝙ ſm diuerſitatẽ pinguedinum poteſt poni diuerſitas vnctionum. Sic ergo generaliter poſſum dicere quod in ſcriptura inuenitur vnctio. ſcilicet.

Deuotorum.
Prelatorum.
Peccatorum

Prima eſt vnctio fructus et dulcoris ſcꝫ vnctio gratie et deuotionis τ influentie ſpiritusſancti De qua Eſaie.lxj. Spirit⁹ dñi ſuper me eo ꝙ vnxerit me. ¶ Secunda eſt vnctio ſtatus τ honoris De qua.ij. Reg.v. Unxerũt dauid in regem ſup iſrael ¶ Tertia eſt vnctio luxurie. Et iſta eſt vnctio mũdane proſperitatis: τ humane carnalitatis aut adulatorie ſuauitatis de qua dicebant impij. Sap.ij. Uino precioſo τ vngento implemus nos. Igitur per ordinez de iſtis vnctionib⁹ diſſeram⁹. ¶ Primo ergo dicam⁹ qꝺ eſt vnctio deuotionis interioris boni dicunf vncti pro eo ꝙ virtute ſpiritusſancti ſunt pleni qua fiunt mites. dulces. ſuaues τ miſericordes. hũiles τ benigni. Res enim vncta et vnctuoſa.

Eſt ſuauior quando tangitur.
Eſt dulcior quando comeditur.
Eſt plicabilior quando impellitur.

Sicut patet de pannis qui in luminibus ponũtur. qui ſolent inungi. vt ſint ſuauiores. De ficubus τ dactilib⁹ que quantoplus habent vnctuoſitatis. tanto ſunt dulciores. De ſotularibus quando ſunt vncti qui ſunt plicabiliores et ne ledant aptiores et meliores. Sic proculdubio qui gratia ſpiritusſancti ſunt vncti. ſunt ſuaues per benignam conuerſationem ſunt dulces et maxime pauperibus per piam et clementem miſerationem. ſunt molles et plicabiles per humilem obedientiam et ſubiectionem. Et ideo breuiter qui tali vnctione fuerunt inuncti tam deo quam prelato ꝙ proximo ſunt accepti. Unde ſecundi Regum.xij. Surrexit igitur dauid de terra et lotus vnctuſꝙ eſt. Tales ergo a deo ſpiritualiter inunguntur et ſibi ſpecialiter dedicãtur. Figurati in tabernaculo et in vaſis eius qui oleo fuerunt inuncta. quando domino fuerunt conſecrata. Ad denotandum quod ſi deo volumus ſpecialiter conſecrari. neceſſario eſt nos oleo diuine gratie inungi. Numeri.vij. Compleuit moyſes tabernaculum et erexit illud. vnxitꝙ illud et ſanctificauit. Aduerte tamen quod ſicut medicus vtitur quandoꝙ vngentis mordificatiuis quandoꝙ vngentis mitigatiuis quãdoꝙ vngentis reparatiuis. Quia ſcilicet mordificatiua ſolent rodere cruores malos. Mitigatiua ſolent linire graues dolores. Reparatiua ſolent replere deperditos humores et replere plagas profundiores Sic vere chariſſimi medicus ſalutis deus triplici vngento ſolet ſuos inungere et linire: ſcilicet

Ungento

Ayuntamiento de Madrid

Ungẽto mordificatiuo doloroſe tribulatiõis. Ungẽto mitigatiuo mundialis ↄſolatiõis. Ungẽto reparatiuo ſpiritualis inſpiratiõis. Penuria ⁊ tribulatio crimina rodunt atq lacerant. Tẽporalis vero promotio et cõſolatio ſedant atq tẽperant. Gratia vero ⁊ deuotio virtutes augent atq reparant. ¶ Et ſic dico ꝙ deus vngit mordificãdo per aſperas tribulatiões. De myrrha ⁊ aloe que ſunt ſpecies amariſſime fiunt vngenta quibus carnes ſuperflue cõſumũtur: quibus corpora mortuorũ condiũtur quibus mulieres vt redoleant in unguntur. Quia ꝓculdubio chariſſimi vngẽta tribulationis ↄtritionis ⁊ penitẽtie que amaritudine ⁊ difficultate ſunt plena rodunt a nobis omnẽ ſuperfluam carnalitatẽ: condiunt nos ne putreſcamus per iniquitatem: ⁊ nos redolere faciunt per virtutẽ ⁊ famoſitatẽ vnde Cant. iiij. dicitur. Quod in orto ſponſi erat mirrha ⁊ aloe cum vngẽtis pigmẽtariorũ. De iudith etiã dicitur Judit. x. vt melius fragraret ⁊ redoleret. vnxit ſe de myrrha optima. Etiam de maria legitur ꝙ ipſa vnxit pedes Jeſu ⁊ etiam oſculabaẗ. ſicut Luce. vij. dr. Maria eñ. i. amaritudo pn̄ie ⁊ ↄtritionis debꝫ pedes Jeſu. i. ſimplices ⁊ ſubditos qui ſunt pedes Jeſu: ⁊ inferiores corporis eccleſie vngere a qua vnctione nõ dꝫ oſculum caritatis abeſſe: immo ſemꝑ debet vngẽtum iſtud cũ oſculo ⁊ cũ correctiõe, dilectio intereſſe. Joh. xj. Erat autẽ maria que vnxit pedes dñi cum vngento. Ungit ergo deus ſeu ꝓlatus mordificãdo per aſperas tribulationes. ¶ Deinde dico ꝙ ipſe vngit mitigando per mũdanas conſolationes. Sepe enim fit ꝙ deus iuſtis vncturam mũdanorũ cõſolationũ immittit. per quam ne ſuccumbant in laboribus eos lenit. Nota eñ rota quadrige nũꝙ ſine ſtridore onus portaret. ſi ipſum auriga aliquãdo non vngeret vel liniret. Et ideo auriga noſter deus ſub onere tribulationum et laborũ ne per impatiẽtiam murmuremꝰ ⁊ ſtrideamus aliquibus conſolationibus nos ſolet vngere: et ſemper cum tẽtatione prouentum facere: ⁊ rigori dulcedinẽ immiſcere. ps. Unxit te deꝰ deꝰ tuꝰ oleo letitie In quo etiã docet nos ipſe deus ꝙ alios triſtes deſolatos et pauperes oleo miſericordie inungamus ⁊ cũ eorum tribulationibus. oleũ miſericordie ⁊ ↄſolationis miſceamus ⁊ eos qñ indigẽt beneficijs adiutorijs et verbis conſolatorijs mulceamus. Exemplo filiorũ iſrael de quibus. ij. Paraẗ. xxviij. Quod fratres ſuos filios iuda. nudos. captiuos. famelicos. veſtierunt et calciauerunt. cibo ⁊ potu refecerũt ⁊ ꝓpter laborẽ vnxerunt: ⁊ debiles in iumẽtis impoſuerũt ⁊ ad propriã patriam reduxerunt. Ut ſic de quolibet pio ↄſolatiuo dicatur illud Eccli. xxxviij. Curans mitigabit dolorꝫ ⁊ vngẽtarius pigmẽta faciet ſuauitatis ⁊ vngẽta conficiet ſanitatis. ¶ Deniq dico ꝙ deus vngit per gratie inſpirationes ⁊ infuſiones. Medicus eñ poſtꝙ vſus fuit vngẽto corroſiuo ⁊ lenitiuo. videns iam melius ſanitati propinquũ vtitur vngẽto conſolatiuo ſiue conſolidatiuo ⁊ carnis deperdite generatiuo ⁊ cicatricis vulneris repletiuo. Sic vere deus poſtꝙ mentẽ vitijs vulneratam per correctiones ⁊ cõſolationes ſanitati reddit ſolet vngẽtuꝫ gratie adhibere ⁊ virtutes deperditas reparare: ⁊ cycatricem anime. i. vacuitatẽ virtutum ad plenitudinem reſtaurare. Et ſic anime vulnerate videtur dicere illud quod dictum fuit. Ruth. iij. Lauare ⁊ inungere. ⁊ induere cultioribus veſtimẽtis dico Lauare per correctionem ⁊ penitẽtiam. Ungere per deuotionẽ ⁊ gratiã. Induere per virtutũ cumulationem ⁊ abũdãtiaꝫ. Hic anime tria inungũtur principaliter. ſ. Puritatis nuda ſanctitudo. Pietatis fluida mititudo. Honeſtatis florida pulcritudo. ¶ De lauare ⁊ induere potes videre ſupra. De vnctiõe vo pietatis nota ꝙ ſicut arbores que habent vnctuoſum fructum ſiue humorem ſicut pinus ⁊ abies ſolent virere: nunꝙ enim perdunt virorem nec hyeme nec eſtate. Et ideo dico ꝙ pinus et abies ſolent.

Perenniter virere

Faciliter ardere.

Suauiter herere.

Utiliter valere.

Lumen mundo prebere.

Odoris fragrantiã exibere.

Primo dico ꝙ perenniter virere ſolent quia nũꝙ perdunt virorem. nec hyeme nec eſtate. Secũdo ardere qꝛ ratiõe pinguedinis ⁊ humoris faciliter inflammatur. Tertio herere. quia digitus ſtatim adheret arbori ꝓpter gummi tenacitatem. Quarto valere: quia gũmi et fructũ proferũt. Quinto prebere lumẽ quia de talibus gumminis fiunt quãdoq candele. Sexto exhibere odoris fragrãtiam: quia tales quandoq cõſueuerunt eſſe aromatice. Sic vere chariſſimi illi qui ſunt in corde vnctuoſi ⁊ pij ⁊ qui vnctione ſpiritusſancti ſunt pleni ⁊ adipe deuotiõis ⁊ gratie ſunt imbuti Iſti dico perenniter virent per mentis alacritatẽ ps. Unxit te deꝰ tuus oleo leticie. ⁊c. Item faciliter ardẽt per amorem et caritatem. vnde Luc. vij. diciẗ. Quod maria vngẽdo oſculabatur. in quo ardor amoris intimi denotaẗ. Itẽ ſuauiter herent per concordiam ⁊ vnitatẽ vnde. j. Paraẗ. xxix. dicitur ꝙ ſalomon qui interpretatur pacificꝰ inungitur. Item vtiliter valet per elemoſynã ⁊ largitates. Unde de pauperibus poteſt dici illud. Mathe. vj. Ungebant multos egros oleo. i. elemoſynis. ¶ Itẽ lumẽ alijs prebent per ſapiẽtiam ⁊ diſcretionẽ. j. Joh. ij. Unctio eius docet vos de omnibus. Itẽꝫ odorẽ emittunt ⁊ exhibẽt per bone fame fragrantiaꝫ ⁊ diffuſionẽ quia ſicut dicitur Eccles. vij. Melius eſt nomẽ bonuꝫ ꝙ vngentum precioſum. Quia ſicut dicitur. Prouerbiorũ. xxvij. Ungẽtis ⁊ varijs bonis odoribꝰ delectatur cor. De gratie ergo vnctione poſſumus dicere ꝙ figuratur in puero baptizato: qui aqua lauatur ⁊ criſmate inungitur ⁊ lineis veſtitur ⁊c. Et ſi anime per gratiaꝫ inuncte põt dicere illud Ezech. xvj. Laui te aqua vnxi te oleo. veſtiui te diſcoloribus. Sic ergo patet qđ deus tripliciter vngit bonos. Patet ergo ꝙ eſt vnctio deuotionis interioris. ¶ Secũdo dico ꝙ eſt vnctio ꝓmotionis ſuperioris. Et ſic dico ꝙ per vnctionẽ in ſcriptura electio ⁊ promotio deſignãtur. Uidemus ꝙ per dicta ſcripturarum ⁊ antiquorũ quatuor genera perſonarum ſolebant inungi. quando ad aliquem gradũ autoritatis debebant extolli. Et ſic dico ꝙ vngebãtur Rex quãdo coronabatur. Pontifex quãdo ↄſecrabaẗ Athleta quãdo preliabatur. Propheta quãdo inſtituebatur. De rege eñ habemus ꝙ debet inungi. iiij. Regum. ix. vbi dicitur ꝙ dictũ fuit Jeſu. vnxi te regem ſuper populũ domini. De pontifice vo patet. Exo. xxix. vbi de aaron ſummo põtifice vt dictum eſt oleum vnctionis funde ſuper caput eius. De athleta vero dicit Iſidorus quod in ſignum fortitudinis inungebatur. Ad quod dicit ipſa ſcriptura de ſaul in bello occiſo. Secundi. Regum. j. Abiectus eſt clipeus fortium. clipeus ſaul ac ſi non eſſet vnctus. De propheta vero dicitur Tertij. Regum. xix. Ubi dictum eſt helye. Heliſeum autem inunges prophetam pro te. Sic vere chariſſimi dico quod ille debet in prelatum eligi et inungi qui eſt rex ſe et alios regendo. Pontifex pontem ad paradiſum per bona opera faciendo. Athleta contra hoſtes ſpirituales viriliter pugnando. Propheta multa et proficua viriliter preuidendo. Quia procerto chariſſimi quicunq eſt prelatus habet officium regis et pontificis. et imperatoris et paſtoris. athlete et propugnatoris prophete et predicatoris. Et propter hoc qui eſt dignus et ſufficiens ad iſta debet in prelatum eligi et inſtitui in paſtorem et inungi. Secundi Regum. ij. Unxerunt ſibi dauid vt regnaret ſuper domum iuda. ¶ Ubi nota quod tria ſunt neceſſaria cuilibet electo et inuncto. ſcilicet quod ipſe debet eſſe.

Mitis in conuerſatione.

Utilis in adminiſtratione.

Fortis in operatione.

¶ Primum probat ſuauis electura vnxerunt.

Secūdū culminis prefectura vt regnaret Tertium virili ſtatura. dauid. Quia proculdubio chariſſimi p̄latus debet habere in cōuerſatione ſuue in ɔuerſando deb; eſſe pius ſuauis virtuoſus ⁊ mollis. i. dulcis placabilis ⁊ benignus vnxerūt inquit. ¶ Item d; habere in operādo virilitatē. q2 ipſe debet pre ceteris viriliter agere. ⁊ in fortitudine ⁊ viribus abūdare. qđ oſtenditur cū dicitur dauid qui interpretatur manu fortis. ¶ Ite; in gubernando vtilitate; quia ipſe d; exercere officiū ſuum publicum ⁊ ideo iſtud debet ſedule facere ⁊ exercere vtiliter quod oſtenditur cū dicitur regnare. ¶ Dico igitur ꝙ prelatus inungitur quādo eligitur ad ſuauiter conuerſandū qđ oſtenditur cū dicitur vnxerūt. Qr. ſ. prelatus d; eſſe vnctus. i. dulcis ſuauis placabilis et tractabilis ⁊ pius ⁊ benignus. ⁊ pauperibus ſubueniens ⁊ delinquētibus cōdeſcēdēs. vt ſibi dicat illud Ruth. iij. Lauare ⁊ inungere ⁊ induere cultioribus veſtimētis ⁊c. Dic de vnctione per omnia ſicut in tertio membro vbi inuenies de oleo vnctionis. ⁊c. Quod tamē eſt contra multos qui nō videtur eſſe vncti: quia nō ſunt dulces nec pij: nec tractabiles: nec benigni: ſed duri: crudeles ⁊ impij ac maligni: quibus videtur dictu; illud Mich. vj. Calcabis oliua; ⁊ non vngeris oleo. Et bene calcabunt oliuam. quia iſti hodie vere calcant ⁊ vilipēdunt oliuam pietatis ⁊ virtutē: quia ſtudent habere feditatem ⁊ maliciam plus ꝙ̄ benignitatem aut clementiam: vt ſic dicatur illud Deutrono. xxviij. Oliuam habebis in omnibus terminis tuis ⁊ nō vngeris oleo. Non ſic chariſſimi ſed inungamur quilibet ad ſuauiter conuerſandum. ¶ Item dico ꝙ inungitur ad viriliter operandum. dauid inquit idest manu fortis bene operando. ⁊ tentationibus ⁊ tribulationibus viriliter reſiſtendo. Exemplo nauis que contra fluctus maris fortior eſt. quādo ipſa pice ⁊ bitumine eſt inuncta. Quia exquo quis in prelatum eſt inunctus: nunꝙ̄ debet amplius tētationū ⁊ tribulationū fluctibus eſſe victus dauid inquit. in ps. Inueni dauid ſeruum meū oleo ſancto meo vnxi eum ma. eni me. aux. ei nihil proficiet ⁊c. Quod eſt contra multos qui debiliores ⁊ deteriores efficiuntur. quando ad dignitatem ⁊ apicem inungūtur ſimiles cicadibus que oleo ſolent mortificari. Quia multi ſunt qui anteꝙ̄ eligerētur erāt boni et poſtea fiunt mali Unde iſtud predictum. ij. Regū. j. Abiectus eſt clipeꝰ ſaul quaſi nō eſſet vnctꝰ oleo. Nō ſic chariſſimi ſed ſimꝰ dauid manu fortis. ij. Reg. xij. Surrexit dauid de terra ⁊ lotus ⁊ vnctus eſt. Iſte igitur inungitur ad bene operandum. ¶ Item dico ꝙ inungitur ad ſeduliter imperādum quod oſtditur cū dicitur regnaret. Regnare enim eſt officium ſedulitatis. autoritatis. ſeucritatis nobilitatis ⁊c. Uide ſupra de rege ⁊ regnare. Unde. iiij. Regu;. xj. dicitur. Fecerunt eum regem et vnxerunt. Sic igitur patet quomodo ꝓ prelatus inungitur

Ad imperandum.
Ad operandum.
Ad miſerandum.

Et ſic dico ꝙ eſt quedā vnctio ꝓmotionis ſuperioris

C ¶ Tertio dico eſt quedā vnctio corruptionis ⁊ ſic dico quod mali vngūtur tripliciter. ſcilicet malo vngento: ⁊ illud eſt vnguentū.

Inflammatiuum.
Maculatiuum.
Linitiuum.

Primū eſt proſperitas mundialis qđ inflāmat ꝑ auariciam. Unde de peſſimo aza. dicitur. Para. xvj. Poſuerunt eum ſuper lectum plenum aromatibus ⁊ vngentis meretricijs ⁊ combuſſerūt eum ambitione nimia Unde de dyabolo dicitur Job. xlj. Qđ ferueſcere facit quaſi ollam profundū maris. idest cor peccatoris diuitis: ⁊ ponet quaſi cū vngēta ebulliūt. Scđm eſt carnalitas corporalis que maculam contrahit per immundiciam. Nihil enī veſtes magis maculat ꝙ̄. ſ. vngentū Unde mulieri meretrici eſt dictum illud Eſaie. lvij. Dilataſti cubile tuu;. ſequitur. ornaſti te regio vngento et multiplicaſti vngenta tua ⁊c. Tertiū eſt verboſitas norialis. ſ. adulatio que vngit ⁊ lenit auditores ita qđ dolorem non ſentiunt aliorū. Unde Amos. vj. Bibentes vinu; in fialis: ⁊ optimis vngentis delibuti: nihil compatiebantur ſuper contritionem Joſeph. Iſta ergo ſunt vngenta mala que debemus fugere ⁊ horrere ⁊ ab eis totaliter abſtinere. Exēplo heſter de qua legitur Heſter. xiiij. Quod pro vngētis varijs cinere ⁊ cilicio impleuit caput. ⁊c. Et ſic patet ꝙ ſunt tria genera vnctionum vel vngentorum. A

## Uniuerſus Uniuerſitas.

Nota de vniuerſitate inquātum accipitur ciuiliter pro cōmunitate nihil ad preſens verūtamē inquātum ſignat integritatem: totalitatem. ⁊ generalitatem rerum. Nota ꝙ qđ in ſcriptura inuenitur ſc; vniuerſitas.

Uidenda.
Credenda.
Tenenda.
Habenda
Sectanda
Uitanda.
Horrenda.
Timenda
Petenda.
Regenda.
Attēdenda.

Dico ꝙ eſt vidēda vniuerſitas creaturarum: in quibus reſultat potentia. bonitas diuina ⁊ ſapiētia. Iſta enim vniuerſitas deb; videri ⁊ cu; diligentia admirari. vnde Eccl'es. vij. Luſtraui vniuerſa animo meo vt ſcirem: conſiderarē ⁊ quererē ſapientiam et rationem. ¶ Iacm eſt vniuerſitas credenda ⁊ iſta eſt vniuerſitas articulorum. quia ſicut dicitur in pſal. Opera domini vniuerſa bona valde. Opera domini proprie ſunt illa. de quibus duodecim ſunt articuli. ¶ Item eſt vniuerſitas tenenda ⁊ illa eſt vniuerſitas dei mandatorum de qua dicitur Hieremie. j. Ad omnia que mittam te ibis ⁊c. ¶ Item eſt vniuerſitas habenda: et iſta eſt vniuerſitas bonorum operum virtutum ⁊ meritorum: de qua poteſt dici illud. Geneſis. xlj. Uenient ſeptem ſterilitatis anni in vniuerſa terra. ¶ Item eſt vniuerſitas ſectanda. et iſta eſt vniuerſitas hominum iuſtorum. Unde. ij. Regum. v. Uenerunt vniuerſe tribus iſrael ad dauid. ¶ Item eſt vniuerſitas vitanda et iſta eſt vniuerſitas malorum hominum: de qua dicitur iſtud Nume. xxxij. quod dominus circunduxit eos per deſertum donec conſumeretur vniuerſa multitudo que fecerat malū: et iſta eſt vniuerſitas que ſemper ad malum parata eſt. Unde Mathei. xxvij. dicitur. quod ad crucifigendum dominum congregauerunt vniuerſa; cohortem. ¶ Item eſt vniuerſitas horrenda: et iſta eſt vniuerſitas vitiorum de qua in Pſal. Uniuerſum ſtratum eius ver. in infir. eius. Stratus enim in quo iacet peccator: ſunt ipſa peccata. ¶ Item eſt vniuerſitas timenda: et iſta eſt vniuerſitas tormentorum. Unde Luce. xxj. quod preſſura gentium maris fluctus et expectatio ſuperueniet vniuerſo orbi. ¶ Item eſt vniuerſitas petenda et iſta eſt vniuerſitas celeſtium premiorum: de qua poteſt dici illud Pſalm. Domini eſt terra et plenitudo eius orbis terrarum. ⁊c. ¶ Item eſt vniuerſitas regenda: et iſta eſt vniuerſitas ſubditorum de qua. Actuum. xx. Attendite vobis et vniuerſo gregi in quo poſuit vos ſpiritusſanctus regere eccleſiam dei. ¶ Item eſt vniuerſitas attendenda: et iſta eſt vniuerſitas mortis ſingulorum: quia vniuerſi mortales ſumus. Pſalmiſta. Uerumtamen vniuerſa vanitas omnis homo viuēs. Quia ſicut dicit Job. duodecimo In manu domini anima omnis viuentis et ſpiritus vniuerſe carnis hominis. Sufficiat quia ſterilis eſt materia. Uide ſupra vbi omnis et multitudo ⁊c.

## Unitas. Unus.

Nota vnitas in ſcriptura ſumitur multis modis ſed quia iſte numerus diuerſas habet proprietates: ideo etiam hab; diuerſas ſignificationes. Unde nota quod vnus ſumitur. A

Qñq; pro eminenti ſeculari dignitate.
Qñq; pro mentis indiuiſa ſimplicitate.
Qñq; pro populi aggregata communitate.

Accipitur

Ayuntamiento de Madrid

Accipitur dico pro eminenti et ſeculari dignitate. Et ſic ſumitur. Eccli.j. Unus eſt altiſſimus creator oim. Item ſumit pro mētis indiuiſa ſimplicitate. Eccli.xvj. Melior eſt vn⁹ timēs deū ꝙ mille filij impij. ¶ Itē ſumitur ꝓ cōiuncta ꝯmunitate: ⁊ ſic dr. Actū.iiij. ꝙ multitudinis credētium erat cor vnū ⁊ aīa vna. Dicamus igitur ꝙ vnitas ſignat in bono ⁊ in malo. Et primo de vnitate bona dicamus ꝙ inuenitur vnitas. ſcʒ

Superior que debet admirari.
Interior que debet integrari.
Exterior que debet aggregari.
¶ Prima eſt ſumme diuinitatis.
Secunda eſt mentis ſimplicitatis.
Tertia eſt iuncte fraternitatis.

Primam vnitatē facit ſcʒ cōmunitas indiuiſibilis. de qua Joh.x. Ego ⁊ pater vnū ſumus. Scdam vnitatem facit veritas inenarrabilis. de qua Eccles.vij. Uirum reperi vnum de mille. Tertiam vnitatē facit caritas inſeparabilis. de qua.j.Cor.vj. Qui adheret deo vnus ſpirit⁹ eſt. ¶ Dicam⁹ ergo primo ꝙ eſt quedā vnitas diuinitatis ⁊ iſta eſt illa qua deus eſt. Unus ⁊ nō duo ꝗtum ad eſſentie cōitatem. Unus ꝗtum ad potentie ſingularitatem. Unus ꝗtū ad principij ꝓductiuā vniformitatem. Iſte enim numerus vnus eſt principium numerorum. quinimmo ſine iſto nullus numerus poteſt eſſe: ⁊ per iſtius additionem oēs alij numeri multiplicātur ideo breuiter iſte eſt numerus a quo omnes alij numeri originātur ⁊ ad quē alij numeri reſoluuntur. ſignās ꝓprie ipm deū qui eſt vnus ⁊ nō multiplex Quia procerto. Ab ipſo ſunt oīa per dationē. In ipſo ſunt omnia per ꝯuerſationē. Ad ipſuʒ referunt omnia per regis gubernationē. In ipm reſoluūtur omia per finalem concluſionem. Et ideo dicit Deutero.vj. Audi iſrael dominus deus tuus deus vnus eſt. Et ſicut dr. Eph.iiij. Unus deus vna fides. vnum baptiſma: ē ſi ſit vnus deus omnia illuminans refouens ⁊ gubernans vnus deus ⁊ pater omniū. Iſte enī ſimilis eſt ſoli qui cum vnicus ſit in natura omia illuminans refouēs et gubernans. quādoqʒ tamē apparēt tres ſoles. qñ ſcilʒ ſpeculum in aqua ponitur quia ſcʒ apparēt due ſolis imagines in ſpeculo ⁊ in aqua: ⁊ etiam vnus in celo ⁊ tñ licet ꝙ tres appareat. conſtat tñ ꝙ nō eſt niſi vnus Sic ⁊ ſol iuſticie deus vnus eſt ⁊ nō plures. ꝗuis ad enumerationē ꝑſonarū trinitatis q̄ ex ipo reſultat triplex eſt ⁊ ideo plures eſſe videātur. vn⁹ tñ eſt in eſſentia: ⁊ vn⁹ de⁹ ſimplex eſſe dinoſcit ⁊ tenet. Sicut dicit. j.Joh.v. Tres ſunt qui teſtimoniū dant in celo. pater verbū ⁊ ſpūſſanct⁹ ⁊ hi tres vnū ſunt. Et ideo ſicut videmus ꝙ ſol ꝗuis ſit vnus ſolus ſufficit tamē ad totum mūduʒ illuminandū. fouēduʒ ⁊ gubernādū. Sic deus vnus exiſtens oīa pōt per grām illuminare. per ſapiētiam gubernare ⁊ per futurā glīam refouere Uñ breuiter ſibi pōt dici illud Tho.x. Oia in te vno habētes non debuimus te dimittere. Eſt dico vnus.

| | | |
|---|---|---|
| In dignitate. | Dignitatē. | Honorādus. |
| In raritate. | Raritatē. | Seruandus. |
| In pietate. ꝓpter | Pietatem eſt | frequētand⁹. |
| In charitate. | Charitatem. | Amandus. |
| In poteſtate. | Poteſtatem | formidādus. |

Iſte ergo eſt vnus. Unde nota ꝙ deus eſt vnus in dignitate. ⁊ ideo debet honorari qꝛ ille qui vnus ſingularis et ſumm⁹ eſt debet pre ceteris honorari. Unde de ipſo dicitur Ezech.xxxvij. Rex vn⁹ eſt oībus imperās ¶ Item iſte eſt deus vnus in raritate. ⁊ ideo debʒ conſeruari. Qui enī habet niſi vnum oculum diligentius ipſum conſeruat ⁊ tractat: ⁊ ideo vxor thobie de vnico filio ſuo dicit Thobie.x. Omnia in te vno habētes nō te debuimus dimittere ſed conſeruare. Et.ij.Regū.j. Sicut mater vnicum filium amat ita te diligebā. Iſte enī eſt ita rarus ꝙ non eſt alius. ſimilis illi aui q̄ fenix dicit: que in rebus vnica reperitur Eccles.iiij. Un⁹ eſt ⁊ ſecūdum nō habet. ¶ Itē iſte eſt vnus in pietate: ⁊ iō debet frequētari. Qui enī habet niſi vnū beneficium vel benefactorem vel nutritorē diligit ipm ⁊ ſolet libētius frequētare. Sic igitur eſt ꝙ iſtū vnū ⁊ ſolū benefactorem ⁊ gratie collatorē habemus: vnde dico ꝙ ipſum obſequēdo ⁊ deuote ambulādo frequētare debemus. Unde de iſto dicitur Ezechie.xxxvij. Paſtor erit vnus omniū eorū. ¶ Itē iſte eſt vnus in caritate: ⁊ ideo debet adamari iſte enī vnice ⁊ ſingulariter amat oēs iſte eſt enī pater omniū atqʒ mater Eph.iiij. De⁹ vnus et pater omniū. ¶ Item iſte eſt vnus in poteſtate ⁊ iō debet formidari. Homo enim minus timet qui habet plures dominos: quia de vno poteſt ad alium appellare: ſed quando eſt vnus ſolus nō ſic. Et ideo de iſto dicit Eccli.j. Unus eſt altiſſimus creator omniū. omnipotens rex: potens ⁊ metuēdus. Et bene dicit creator quia iſta eſt poteſtas que vni deo ⁊ nulli alij cōmunicatur. Nam ſicut ab vno omnes alij numeri accipiunt principium: ſic a deo omes creature habent initium. Actuū.xvij. Ex vno oīe genus hominū ꝓpagatū eſt. Et ſic dico ꝙ iſte ſingulariter eſt vnus ⁊ ſummus vn⁹ etiam viuens: vigens cōtinuus. Iſta enī vnitas eſt triplex ipſius dei ⁊ potiſſime xpī. ſ. Unitas.

Perſonalis exiſtentie.
Supernalis eminentie.
Eternalis efficacie.

Dico ꝙ ipe eſt vnitas eſſentie perſonalis: ꝗuis ex pluribus entibus in actu nō ſit vnū ſm philoſophum ex vno tamen ente in actu exiſtente ⁊ alijs potentijs manentibus pōt bene fieri vnū. In xpo ergo eſt perſona filij dei vt actus exiſtens: et natura humana vt perſonaliter deſcendens vel dependens. perſona ergo et natura diuina. caro ⁊ anima humana vnum faciunt: ⁊ vnū hominem conſtituunt ſcilicet deum et hominem: Jeſum chriſtum. Quod bene figuratur primi Regum.x. vbi dictum eſt ſauli quod obuiam haberet tres viros ſcilicet vnum portantem tres hedos: et alium portantem tres panes: et alium portantem lagenam vini. Tres enim viri ſunt pater et verbum et ſpirituſſanctus. Pater enim cui attribuitur potentia habet tres panes id eſt tria que in rerum creatione inueniuntur. Unde Eſaie.xl. dicitur quod iſte appendet tribus digitis molem terre. Unus autem portans tres hedos. vnicus eſt filius qui tres naturas vnitas in ſe habuit ſcilicet naturā diuinitatis anime et corporis. Geneſ.xl. Uidebam coram me vitem in qua erant tres propagines. Unus autem qui portabat vinum eſt ſpiritusſanctus qui vino conſolationis inebriat vniuerſa. Canticorum.vij. Guttur tuum ſicut vinum optimum. Iſte eſt igitur vnus. quia ſicut prima ad Thimoth.ij. Un⁹ enim deus. vnus mediator dei et hominuʒ homo chriſtus Jeſus. Unde ſecundum Athanaſium. Sicut anima rationalis et caro vnus eſt homo: ita deus et homo vnus eſt chriſtus. Unus non conuerſione diuinitatis in carnem: ſed aſſumptione humanitatis in deuʒ vnus autem non confuſione ſubſtantie: ſed vnitate perſone. ¶ Item in ipſo eſt vnitas eminentie ſupernalis Quia ſcilicet ſicut ſuperius dictum eſt ille eſt vnus. et illa vnitas a quo vel a qua omnia naturalia et omnia mortalia deriuantur. Unde de ſua vnitate et ſingulari eius virtute et poteſtate dicitur Sapientie.vij. vbi de ſapientia increata dicitur. Cum ſit vna omnia poteſt: et permanens in ſe omnia innouat: et per nationes in animas ſanctas ſe transfert. ¶ Item in ipſo eſt vnitas. ſcilicet efficacie virtualis. Quia ſcilicet ipſe non ſolum eſt vnus ꝗtum ad ſe: immo etiam ꝗtum ad nos: et iſte eſt per quem humana natura diuine vnitur et coniungitur et per quem gentilis et iudaicus populus in fide vnitate ligantur et per cuius gratiam diuerſa corda in veritate amoris et concordie quotidie aggregantur. Unde de ipſo dicitur Eph.ij. Ipſe eſt pax nr̄a qui fecit vtraqʒ vnū. Iſte eſt ſine quo nec vera pax. nec ver⁹ amor. nec vera caritas pōt eſſe: ſed vbicūqʒ per gratiā fuerit. ſolet procerto pax ⁊ vnitas intereſſe. Iſta eſt enī margarita candida. q̄ ſm Iſi

Ayuntamiento de Madrid

dorū vnio dicit eo ꝙ ſemper vna ⁊ nō plures inuenit: que dicit cōfortare ⁊ dolorem cordis tollere ⁊ ſanare Sic iſte qui.ſ.vnus eſt vnicus ⁊ vnigenitus vt dictum eſt corda per amiciciā cōfortat: ⁊ dolorē iracūdie ⁊ triſticie exinde tollit: vnde de ſuis diſcipulis ipſemet rogat patrem.d.vt ſint vnū ſicut ⁊ nos vnum ſumus ⁊c. Patet igit quomodo deꝰ eſt vnꝰ tripliciter. Iſta ergo eſt vnitas ſumme diuinitatis. ¶ Secūdo dico ꝙ inuenitur vnitas ſumme ſimplicitatis. Uir eni iuſtus ⁊ in-
B nocens vnus dicitur eo ꝙ nō duplex vel multiplex inuenitur vnus eſt ergo interius. exteriꝰ in corde ⁊ in opere. Apparētia eni ⁊ exiſtētia vnum ſunt: ⁊ oīa que in eo ſunt. ſiue verba ſiue opera: in vnum tendūt. et nūꝙ per fallaciam aliud ⁊ aliud oſtēdūt. Unitas enim iſta idest mētis ſimplicitas: ⁊ veritatis integritas. identitatis ſtabilitas. in homine iuſto requiritur quia talis vnitas ſummopere cōmēdatur. Et ideo dicitur Eccl'ſ. vij. Uirum de mille vnū repperi. mulierē ex omnibus non inueni. q.d. ille qui eſt vir virilis ⁊ pfectus dꝫ eſſe ſimplex idest integer ⁊ vnus. Mulieres debiles ⁊ effeminati ſunt vnitate ſtabilis conſtantie priuate. Nam omnia que ſunt excellētia in natura vnum ſunt. Quia ſcilicet vnū eſt firmamētum. vnus ſol. vna terra. vnū mare. Ad denotādū ꝙ qui in moribus magnꝰ ⁊ notabilis eſſe voluerit neceſſe vnus erit ⁊ in vnitate firme conſtantie permanebit: vt ſic de ipſo dici poſſit illud Danielis.x. Erat vir vnus veſtitus lineis. Et ideo breuiter de tali vnitate poteſt exponi illud. Eccleſiaſtes. vij. Uirum vnum de mille repperi. Ubi aduerte quod talis vnitas commendatur.
A bonitate virtuoſa: virū.
A raritate precioſa: de mille.
A veritate fructuoſa repperi.
Dico ꝙ talis vnitas eſt magna ⁊ virtuoſa qd oſtēditur cum dicit: virū. quia vir dicitur a virtute eo ꝙ ad virtuoſum pertinet ꝙ ſit vnus ⁊ nō varius nec diuiſus. Res eni diuiſe non ſunt ita magne: nec ita bone ſicut vnite ⁊ coniūcte. Sic vere illi qui ſunt diuiſi duplices et varij: ⁊ nūc ad vnam partem ⁊ nūc ad aliam inclinati nō ſunt cōiter ita Magni in reputatiōis famoſitate. Firmi in fidelitatis ſtabilitate. Boni in virtutū et gratiarum omnimoda ſanctitate. Ideo ad virum virtuoſum pertinet ꝙ ſit vnus. firmus. cōſtans. integer ⁊ perfectus: virum inquit. Unde de tali virili vnitate dr̄ Ezech.ix. Ecce in medio vir veſtitus. Quod eſt contra multos qui nō volunt eſſe vnus vir: quia.ſ. plus diligunt vanam ⁊ variam duplicitatē ꝙ vnā firmitatem virilem. d. illud Eccleſiaſtes.iiij. Melius eſt duo eſſe ꝙ vnum. Et ideo volūt ſimiles eſſe lapidi dicit camaheu qui faciem hominis repreſentat qui tamē non hꝫ faciem vnā: ſed plures. Quia procerto tales ꝙuis faciem humanam ⁊ cōditionē rōnabilem ptēdant: nō tamē ſolent vna facie.i. vniformitate morū ꝯtenti eſſe quinimmo multas facies.i. multas ⁊ varias ſupficies noſcūtur habere ⁊ nūꝙ in vnitate cōſtātie permanere figurati in animali. Ezec. qd habebat quatuor facies vnam deſuper que erat aquile. aliam anterius ꝙ erat hominis aliam a dextris que erat leonis aliam ad ſiniſtrā que erat bouis. ſicut Ezech.j. ⁊.x. Nā pcerto plures facies.i. apparētie inueniūtur in talibus ⁊ nō vna qꝛ iſti anterius in pſētia ſunt hoīes benigne applaudēdo. deſuper vō quādo ſunt in dignitate.i. officio inueniūtur aquile per ſuperbiam volando. In ſiniſtris vō quādo ſunt in aduerſitate ⁊ indigētia tūc inueniūtur boues cōuerſando humiliter ⁊ obſequēdo. In dextera vero proſperitatis quando ſunt diuites tunc inueniūtur leones alios deprimēdo: ⁊ ſuperbe alios contemnendo ⁊ crudeliter ꝯuerſando ⁊ moleſtādo alios. Habent igit iſti facies quatuor ⁊ nō vnā: qꝛ ſicut dr̄ Ezech. j. Quatuor facies vni erāt. Nō ſic chariſſimi ſꝫ ſimꝰ vnū virū inqt ſimꝰ vnū exēplo illiꝰ de quo dr̄. Iohis.j. Erat autem andreas vnus Andreas grece idē eſt virilis latine: quia procerto talis vnitas a deo diligitur duplicitas vero ⁊ varietas a deo reprobat. Uñ Mat. xxiiij. Erunt duo in lecto vno vnus aſſumetur: ⁊ alter relinquet. Patet ergo ꝙ iſta vnitas eſt magna ⁊ virtuoſa. virum inquit.ij. Reg.xvij. Uirum vnum tu queris ⁊ oīs populꝰ erit in pace. ¶ Deinde dico ꝙ iſta eſt rara ⁊ precioſa: ⁊ hoc oſtēditur cum dicitur mille: magna enim raritas eſt de vno reſpectu mille: qꝛ pcerto vir in mille inuenitur vnꝰ: qꝛ aliqñ in maxima multitudine vir inuenitur aliquis vnus conſtans. integer fidelis atꝙ firmus ps. Unus ex eis nō remāſit. Iſta eſt ſicut fenix qui raro inuenit in mūdo: quia de tali ⁊ ſolido hoīe dicitur in ps. Oēs declinauerūt ſimul ⁊c. vnum inquit ex mille. Et ideo Eccli.vj. dicitur. Multi ſunt pacifici tibi. cōſiliarius ſit vnus ex mille Et Eccleſiaſti.xvj. Melior eſt vnus timēs deum ꝙ mille filij impij. Et ps. Quō pſequebat vnus mille ⁊c. Ad denotādum ꝙ plus valet vnitas moralis benedicta. ꝙ varia multiplicitas maledicta. Iſta eſt igit vnitas rara ⁊ pcioſa. Nā ſicut res raro veniētes ſolēt nobiliores ⁊ mirabiliores reputari ⁊ ampliꝰ diligunt: ⁊ diligētius cuſtodiūtur. Sic vō tales qui ſicut dictum eſt ſunt valde rari debent quādo inueniūtur diligēter ſeruari ⁊ teneri. Et ſic dico ꝙ quilibet talis vnus.
A deo diligitur et amatur.
A deo eligitur ⁊ acceptatur.
Cum deo colligitur ⁊ aggregatur
A deo protegitur ⁊ defenſatur.
Per deum erigit ⁊ honoratur.
A deo inſtruit ⁊ informatur.
A deo ſuſcipitur ⁊ premiatur.
Dico ergo ꝙ talis qui eſt vnus ⁊ ſimplex a deo adamatur ⁊ diligitur. Ipſe enim dicit Math.xx. Qō vni ex minimis iſtis feciſtis mihi feciſtis: qꝛ iſte ē vince pcuratorꝫ. mat.xx. dr̄ Ami coꝝ amice. ¶ Itē iſte vnꝰ a deo acceptat ⁊ eligit. vñ mat.xxiiij. Unꝰ.ſ. aſſumet ⁊ alter relinquet. ¶ Itē iſte vnꝰ cū deo aggregat ⁊ colligit.j. Cor. vj. Qui adheret dño vnꝰ ſpūs eſt. ¶ Itē iſte vnus a deo protegitur et defenſatur. Uñ Mathei.xviij. Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis minimis qui in me credunt expedit ⁊c. ¶ Itē iſte vnus a deo acceptatur honoratur et proficitur ⁊ ſic dicit dominus. Mathei. xviij. Uidete ne contemnatis vnum ex his minimis. ¶ Item iſte vnus a deo informatur ⁊ inſtruitur. Unde Mathei.xix. Interrogauit eum vnus ⁊c. Et Marci. xiij. quaſi informando dicit. Quod vni dico ⁊c. ¶ Itē talis vnus a deo premiatur. et ſuſcipitur et ſic dicitur quod mater filiorum zebedei volebat quod vnus de filijs ⁊c. Per dextera beatitudo celeſtis glorie intelligitur. de qua prima. Corinth.ix. Omnes quidem currūt ſed vnus accipit brauiū. ¶ Demū dico quod iſta vnitas eſt vera et fructuoſa: ⁊ hoc oſtenditur cum dicitur repperi. Res enim faciliter annullatur ⁊ immutatur nunꝙ aut difficulter reperitur. et ideo talis qui ſemper vnus eſt et immutabilis. et ad reperiendum certus et ſtabilis quod tamen non eſt ſi ſit de duplicibus et varijs qui quando creduntur reperiri vnus inuenitur et alius non inuenitur. Similes ſcilicet hyene que ſexum mutat ſm Plinium. et ideo quando creditur reperiri maſcula: multotiens reperitur femella quia ſcꝫ hypocrite. falſi amici. et alij duplices ⁊ varij nūꝙ reperiuntur ſub vna forma: quia cum vnum eſſe creduntur: aliud efficiuntur pſalm. Queſiui eum et non eſt inuentus locus eius. Non ſic: ſed ſit quilibet talis vnus: et ita vnus et immutabilis quod in neceſſitate valeat reperiri vt de eo poſſit quilibet dicere illud Prouerbiorum.vij. Egreſſa ſum in occurſum tuum deſiderans te videre et repperi. Et ideo breuiter ad hoc quod iſta vnitas ſit in homine firma et certa. poſſum notare quod ipſe homo debet vnum.

Eligere.
Requirere.
Tenere.
Habere.

Nota ꝙ īuenies mirabilia de vnitate libro Boetij de ꝯſolatōe. et dico primo qd eſt vnū eligendū

ꝛligendū. quod eſt vnica dei celſitudo. de qua Luc. x. porro vnum eſt neceſſarium. Unum quod eſt requirenduꝫ eſt vnica celi beatitudo. de qua in pſ̄. Unā petij a domino ⁊c. Et merito quia ſicut dicitur in pſal. Dies vna in atrijs tuis ſuper milia. Item vnum quod eſt tenenduꝫ eſt vnica vite ſanctitudo. de qua Marci. x. Adhuc vnuꝫ tibi deeſt. Uade et vende omnia que poſſides ⁊c. Item vnum quod eſt habendum eſt vnica mentis rectitudo de qua Coloſ. iij. Uocati eſtis in vno corpore. ¶ Et ſic dico. ꝙ iſta vnitas. hoc eſt dictu. mentis ſimplicitas et integritas habet

Firmitatem:
Karitatem.
Bonitatem.

Patꝫ ꝙ eſt vnitas ſumme ſimplicitatis.

C ¶ Tertio dico. ꝙ eſt vnitas iuncte communitatis. ⁊ iſta eſt vnitas amoris ⁊ concordie ⁊ communitatis et amicicie: et ſic vnitas ⁊ vnanimitas vnum ſunt. Iſta enim duplex eſt ſcilicet aggregatiua ⁊ compoſitiua. vnitas aggregatiua. eſt vnitas religionis vel eccleſie. que vnitas aggregatiua dicitur pro eo ꝙ ex perſonis pluribus aggregatur. Unde Canticoꝝ. vj. Una eſt columba mea. amica mea. Nam ſicut plura membra ſimul iuncta vnuꝫ corpus faciunt. Sic plures perſone ſimul per fidem vel habitationem iuncte. vnaꝫ eccleſiam vel vnū collegiuꝫ conſtituunt. Romanoꝝ. xij. Sicut in vno corpore multa membra habemus. ita multi vnum corpus ſumus in chriſto. Iſtam autē vnitatem facit vna fides que vna eſt. Et ideo vnam eccleſiam conſtituit ⁊ componit. Una eſt em̄ fides. vna ſpes. ⁊ vna etiam charitas in quibus tribus vnitatibus tota eccleſia eſt fundata: ⁊ iſta ſunt tria tabernacula petri. de quibus Matthei: xvij. Si vis faciamus hic tria tabernacula ⁊c. De iſtis tribus chriſtus habet vnum. hoc eſt charitas: petrus paſtor eccleſie vnum. hoc eſt fides. Helyas vero ſcilicet quilibet iuſtus vnum habet hoc eſt ſpes. ex iſtis tribus vnitatibus fundatur vnitas eccleſie. que ita eſt vna et indiuiſibilis. ꝙ proprie dicitur tunica chriſti inconſutilis. pro eo nunꝗ eſt in partes diuiſibilis aut partibilis. Unde iſta vnitas eſt illa ciuitas chriſti. de qua dicitur. Eſaie. xix. Ciuitas ſolis vocabitur vna quod eſt contra grecos. qui vnitateꝫ eccleſie ſemper denegant: ⁊ poteſtatē petri. plus ꝗ aliorum apoſtoloꝝ nullam affirmant Sꝫ de hoc nihil amplius quo ad preſens. ¶ Unitas vero compoſita eſt. quando plura ſimul non ſoluꝫ aggregantur: immo etiam taliter miſcentur. componuntur ⁊ efficiuntur. ꝙ qualitates vnius ab altero participantur. ita ꝙ proprie vnum efficiuntur. Sic fit quando de pluribus elementis fit vnum mixtum. ⁊ de granis pluribus fit vnus panis. Et iſta procul dubio vnitas eſt amoris que diuerſa corda taliter facit vnum. ꝙ confirmant in idem ꝙ qualitates ipſorum inuicē participate nihil extraneum ſapiunt vel diuerſum: ⁊ iſta eſt vnitas ⁊ vnanimitas quam ſumme debemus habere: ⁊ quaꝫ ſemper debemus ſeruare: ⁊ tenere: ⁊ quam non debemus rumpere vel delere. Iuxta illud Gal. iij. Omnes enim vos vnum eſtis. Charitas enim eſt ſicut cementum. quod facit de pluribus lapidibus vnū parietem. qui ſicut dicitur de ſemine piſtillij. qđ diuerſa fruſta carnis in olla bullientia facit ita reiungi ꝙ vnum fruſtum efficiunt. Sic amor diuerſa corda ligat ⁊ integrat. quod in vnitatem perfecte concordie coniungit. vnde vbicunqꝫ ſemen charitatis. vel ipſe chriſtus a ſancto ſpiritu ſeminatus. per charitatem bullierit. neceſſario eſt diuiſionem ⁊ diſcordiam recedere. vnitatem vero ⁊ concordiam aduenire. Quia ſicut dicitur Epheſ. ij. Ipſe eſt pax noſtra qui facit vtraqꝫ vnum. Cum ergo ab vno deo dependeamus vni prelato nos ſubijciamus. in vno grege commaneamus: ⁊ in vna lege regi hereamus. Unde dico ꝙ vnum debemus eſſe: ⁊ vnitatem concordie ſeruare. Iuxta illud quod in pſal. dicitur. Ecce ꝗ bonum ⁊ ꝗ iocundum ⁊c. Quia ſicut dicitur Mal. ij. Pater vnus eſt omniū noſtrum. ¶ Et aduerte ꝙ ſicut iſte numerus vnus eſt principū numerorum: ⁊ eſt numerus omnibus alijs numeris communicatus: quia ſcilicet omnes alij numeri ex vnitatibus aggregatis conſtant. Sic vere dico. ꝙ vnitas concordie ex tribus ſolet conſtare. ſcilicꝫ quando eſt vnus paſtor. vnus animus vnus populus. Et ſic dico ꝙ iſta prouenit

Ex prelati ſingularitate: pater inquit.
Ex animi vnanimitate: vnus inquit.
Ex populi vniformitate: omnium.

¶ Simus ergo vnum. propter prelati ſingularitatem pater inquit filij eiuſdem patris. ꝗdiu paruuli ⁊ innocentes fuerint in vnum ſolēt cōmorari. Sic vere illi qui eiuſdem patris vel prelati ſunt ſubditi: debent eſſe per amorem vniti. ⁊ per concordiam eſſe iuncti. quia membra que ſunt ſub vno capite vnum corpus conſtituunt ⁊ filij qui ſunt ſub eodem patre vnam domuꝫ faciunt: pater inquit. Prelatus enim dicitur pater: quia ſicut a numero vnus alij numeri deriuātur et generantur. a patre vero filij producuntur. Sic a prelato ſubditi dependent ⁊ ad eum referuntur: ⁊ qđ plus eſt ab eo ſpiritualiter generātur. Et ideo dico. ꝙ pater ſicut vnus nomen eſt dignitatis. ſingularitatis. ⁊ autoritatis. In cuius ſignuꝫ tyara pape in modum pyramidis eſt facta. et ſurſum tendit in vnum. Unde dicitur Ezechielis. xxxvij. Rex vnus erit omnibus imperans. Bene ergo dico ꝙ nos debemus eſſe vnum ⁊ in vnitate concordie manere. Habemus enim

Unum deum in celis.
Unum prelatum in terris.
Unam fidem in cordibus.
Unam legem in moribus.
Unū regem in temporalibus.

¶ Et ideo bene dicit Mathei. xxiij. Unus eſt magiſter veſter omnes vos fratres eſtis ⁊c. Prelatus dicit vnus propter ſtatus eminentiam. magiſter propter cordis ſapientiaꝫ. pater propter charitatis amiciciam. dicitur in celis propter contemplationis excellentiam. Dic ſi vis de patre ſicut ſupra. ¶ Et ideo de iſta ſingulari vnitate dicitur Ezechielis. xxxvij. Paſtor em̄ vnus omniū noſtrū ¶ Simus vnum propter animi vnitatē: vnus inquit eſt. Quia ſcilicet animus noſter debet vnus eſſe vt quicquid vnus voluerit debent alij ſimul velle. Multa em̄ mēbra ſunt in vno corpore. ⁊ tamen habent niſi cor vnū Sic ⁊ nos licet multi ſimus. vnum tamen cor ⁊ vnū animuꝫ habeamus. Iuxta illud Actuū. iiij. Multitudinis credentium erat cor vnuꝫ ⁊ anima vna. Gorgone enim tres finguntur fuiſſe pulcerrime ſorores: que ſolū tres vnum oculū habebant: quē cum indigebant altera alteri comodabat: ſicut ponit Ouidius ⁊ poete ad denotandum. ꝙ ꝗuis corporaliter plures ſimus vnū tamen oculum cordis debemus habere. quem inuicem cōmunicemus ⁊ quem alter alteri cōmodemus. vnus inquit ſupple animus. Unde Ezechielis. xj. Dabo eis cor vnuꝫ ⁊ ſpiritum vnū. Simus ergo vnū propter animi vnanimitatē. ¶ Simus vnū propter populi vniformitatem: cum dicitur omniū noſtrū. Omnium vero vniuerſitatem ſimul iunctam ſignat. noſtrū vero cōmunitatē deſignat. Quia ſcilicꝫ nos omnes ⁊ vniuerſi debemus eſſe vniformes. vnanimes ⁊ cōmunes. In nobis em̄ debꝫ apparere cōmunitas ⁊ vnitas. in actibus. in habitibus. in affectibus. in habitationibus. in cōuerſationibus. Unde Ezechielis. j. Una ſimilitudo ipſarū quatuor omniū noſtrū Gal. iij. Omnes em̄ vos vnū in chriſto. Oēs eniꝫ debemus cōmunitatem diligere. cōmunem victū. communē vitā tenere cōmunē habitū portare. ⁊ in cōmunitate viuere ⁊ manere. Exemplo columbarū ⁊ aliorū ſimplicium animaliū. que ſub vno tecto manent ⁊ vnā vitaꝫ ſimul tranſeunt atqꝫ tenent. ⁊ hoc monet Eſa. xxvij. dicens. Congregamini vnus ⁊ vnus filij iſrael: vt ſic poſſimus dicere illud Prouer. j. Marſupiū ſit vnū ſcilicet

Uiuentium communitatem.
Amantium integritatem.
Regentium identitatem.

Bene ergo dicitur in pſ. Ecce ꝗ bonū ⁊ ꝗ iocundū ha-

bitare fratres in vnū. Ubi etiaꝫ poteſt oſtendi. ꝙ talis vnitas ⁊ concorditas eſt habenda. Quia ſcilicet

Melior: ecce ꝙ bonum.
Letior. ⁊ ꝙ iocundum.
Clarior: fratres.
Tutior: habitare in vnū.

Tales eīm qui in vnum concordant ⁊ manent. ſunt meliores. Ecce ꝙ bonū. Quia vir bonus ex bonitate alterius confortatur Geneſis. j. Uidit deus ꝙ eſſet bonū ⁊ factus eſt veſpere ⁊ mane dies vnus. Item ſunt letiores: ⁊ ꝙ iocundū inquit. Nulla eīm poteſt eſſe iocūditas. niſi in vnitate. in ſocietate. in cōmunitate. in charitate. Quia ſecundū Senecā. nullius boni ſine ſocio iocunda poſſeſſio. Item ſunt cariores. quia fratres: qꝛ omnes debent eſſe ſicut fratres ⁊ ſe diligere et amare. j. Cor. xj. Fratres conuenientibus vobis in vnū ⁊c. Itē ſunt tutiores: habitare inquit in vnū. Quia ſcilicꝫ multe virgule in vnuꝫ ligate non faciliter franguntur. que ſtatim ſingulariter poſite frangerentur. Multi etiam milites ſimul vniti non vincuntur: vbi diſperſi vincerentur. Unitas ergo ⁊ cōmunitas eſt tutior. et ſecurior in vnū habitatio: habitare inquit in vnū. Unde in ps. dicit ꝙ deus habitare facit vnius moris in domo. Simus ergo chariſſimi vnum ⁊ vnanimes: Exemplo apoſtoloꝝ. Potiſſime tamen ⁊ principaliter debꝫ eſſe in electionibus. vbi ſumma vnitas ⁊ vnanimitas requiritur Et inde eſt ꝙ cardinales ſimul in electione includunt. vt corde ⁊ corpore vnanimiter operētur. Unde. ij. Eſdre v. Conuenerunt vnanimes in atrium. Ubi oſtenditur ꝙ iſti debent

Simul congregari: conuenerunt
Mentaliter adunari: vnanimes.
Localiter conclauari: in atrium.

Quod tamen eſt contra multos qui non ſunt vnū. per concordiā. immo ſunt multi per diuerſitatē ⁊ diſcordiā quia ſicut videmus ꝙ theca leguminis in qua grana inuicē vnita continebantur in eſtate ſiccatur et aperitur. ⁊ tunc vnitas granoꝝ diſiungitur ⁊ vnū ab altero ſeparatur. Sic vere eſtas tentationis multos per indeuotionē ſiccauit. hinc eſt. ꝙ in vnū nolunt per concordiā manere immo per diuerſa vota ⁊ affectus ſolent ſe alter ab altero ſeparare: ⁊ nunꝙ in idē vnanimiter conuenire. ſicut ad literā patet in electionibus. vbi verificatur illud Eccleſiaſtici. xxxiij. Intuere in omnia opa altiſſimi duo contra duo. vnū contra vnū. Non ſic: ſed ſimus vnanimes. Iuxta illud qđ dicitur Iudic. xx. Conuenit vniuerſus iſrael quaſi homo vnus cadē mente eodēꝗ conſilio Iſta igitur de vnitate concordie ſufficiant. Uide ſupra

D de ſocietate concordia ⁊ ſimilibus. Sed adhuc tamē eſt dicendū. ꝙ vnitas etiā poteſt accipi in malo: ⁊ ſic per vnitatē intelligitur mala ſingularitas: ⁊ etiā mala concorditas. Et primo mala ſingularitas: qꝛ homo partialis ⁊ ſingularis vnus dicitur eo. ꝙ nulli per cōcordiā ⁊ amorē ſociatur. Unde Eccl's. iiij. Unus eſt ⁊ ſcōm non habet. Unde nota ꝙ talis vnitas ⁊ partialitas habet

Incompaſſionem ⁊ cupiditatem.
Indeuotionem ⁊ tepiditatem.
Indiſcretionem ⁊ garrulitatem.
Contradictioneꝫ ⁊ crudelitatem.

Dico ꝙ iſtā partialeꝫ vnitatē cōitatur incōpaſſio et cupiditas. Et ſic dicit. j. Reg. xxx. ꝙ ibi vnus ſcilicꝫ peſſimus voluit impedire ne preda dauid laſſis remanentibus diuideretur. Itē ipſam cōitatur indeuotio ⁊ debilitas. tales eīm faciliter cadunt in peccatis: quia ſicut dicitur in ps. Sicut vnus de prin. cade. Itē ipſaꝫ cōitatur indiſcretio ⁊ garrulitas. Unde Iob dixit vxori ſue Iob. ij. Sicut vna de ſtultis mulierib9 locuta es. Itē ipſam cōitatur contradictio et crudelitas. Unde Eccli. xj. Ab vna ſcintilla augetur ignis: ⁊ ab vno doloſo augetur ſanguis. Et procul dubio chariſſimi ad literā in ſeculo ⁊ in clauſtro probatur ꝙ tales partiales ⁊ ſingulares vitā cōem contēnentes. per hypocryſin ⁊ alis ſingulariter viuentes ſunt vt cōmuniter auariores. indeuotiores. doloſiores. ⁊ garruloſiores ⁊ crudeliores. Iſta eſt vnitas ſingularitatis. Eſt ſecundo vnitas male concorditatis. Mali eīm ligant ⁊ vniunt ſemetipſos ad impugnandū deū ⁊ ſanctos ps. Reges terre ⁊ principes conuenerunt in vnū ⁊c. Iſti qui ſunt ſimiles ſunt faciliꝰ vniti: ⁊ mali ſunt ſimiles. Et ideo concordant ⁊ vniuntur cōtra bonos Ioſue. ix. Congregati ſunt vt pugnarent contra Ioſue vno animo. Et ſic etiā de impijs dicitur Actu. vij. Quod impetū fecerunt in beatū Stephanum vnanimiter. Uide ſupra. De congregatione. ⁊ Societate. ⁊ Coniunctione ⁊c.

## Unicus. vnigenitus.

Nota ꝙ p codē ſupponūt ⁊ poteſt intelligi per vnicum vel vnigenitum. B

Chriſtus.
Anima.
Animus.
Pauper.
Uir iuſtus.

Chriſtus eniꝫ dico iſte eſt vnigenitus a patre et vnigenitus a matre. Unde ipſe dicit Prouer. iiij. Ego filiꝰ fui patris mei ⁊ tenellus ⁊ vnigenitus. Qui pro nobis mittitur. Et ideo diligēdus. Qui pro nobis occiditur: ideo deplangendus. Qui heres cōſtituitur: ideo venerandus. Diligatur. quia pro nobis mittitur. j. Iohā. iiij. In hoc apparuit charitas dei quoniā vnigenitū filiū ſuū miſit. Itē deplangatur: quia pro nobis occiditur Hiere. vj. Luctū vnigeniti fac tibi planctū amarū: Itē honoretur: quia heres conſtituitur Iohā. j. Uidimus gloriā eius gloriā quaſi vnigeniti a patre. Itē vnica dicitur anima: quia ſcilicꝫ homo non habet niſi vnicā Luc. viij. Filia vnica erat illi ⁊ hec moriebatur. Et ideo ipſaꝫ debet ſumme cuſtodire. ne pereat per peccatū: ⁊ ſollicitaꝫ debet vitā gerere ⁊ habere. Exemplo dauid qui dicebat in ps. Erue a framea deus animā meā. Itē vnicus etiā dicitur animus vel ſpiritus hominis. qui ſcilicet debet amari: ⁊ ſi per peccatuꝫ moritur: debet per gratiā ſuſcitari Luce. vij. Ecce defunctus efferebat vnicꝰ filius matris ſue ⁊c. Itē vnicus dicitur pauper. quia ſolus vnicus eſt in mundo nulluꝫ habens adiutoriū preter deū ps. Reſpice in me ⁊ miſerere mei ⁊c. Itē vnicus dicit hō iuſtus. Iuſtū eīm deus quaſi vnicū diligit. ⁊ tanꝙ carū ⁊ pcioſum cuſtodit. ij. Reg. j. Sicut mater vnicū diligit filiū ita te diligebā ⁊c.

## v Obiſcum. Nobiſcum. Mecum Tecum. Secum. B

Nota ꝙ iſte dictiones compoſite. dicunt ſemper ſocietateꝫ preſentiam. vnitatem. aſſiſtentiam. propinquitatem. Et ideo breuiter notabo ꝙ inuenitur ſocietas. ſcilicet

Que debet optari.
Que debet amari.
Que debet vitari.

Dico prio ꝙ eſt ſocietas q̄ debet optari. et iſta eſt ſocietas ipſius dei. que per gratiā incboat ⁊ per gratiam confirmatur. Sicut eīm videmus. ꝙ omnia naturaliter appetunt eſſe ⁊ coniungi ſuo originali principio ⁊ etiā cū illa re que videtur eis vtilis et fructuoſa: ſicut pꝫ de igne. qui ſemper ſurſum aſcendit: ⁊ cū ſpera ignis ſe coniungit: ſicut patet de aqua que ſemper inferius deſcendit: ⁊ cū mari quod eſt principiū ſuū ſe vnit. et ſicut patet. de ferro. qđ cū adamante coniungi nititur. vt exinde aliquā perfectione aquirat. ſicut dicunt aliqui naturales. Sic vere chariſſimi cum chriſto debemus per amorē ⁊ deuotionē coniungi: et eidē per gratiā ſociari. Ab ipſo eīm principiū ⁊ originē accepimus: ⁊ in ipſo omnē perfectionē acquirimus ⁊ habemus. Sicut ergo lucifer ſemper cū ſole dicitur intereſſe. ⁊ retro ⁊ ante ſemp procedere. Sic vere ſemper debemus deū comitari. ⁊ cū ipſo per gratiā ⁊ charitatē cōmorari. ita vt ipſum precedamus deuote orando. vel ſequamur deuote ei famulādo. Et ſic dicamus illud Luce. xxij. Paratus ſum tecuꝫ ⁊ in carcerē ⁊ in morteꝫ ire. Et merito talis ſocietas eſt affectanda: quia ſicut oues diligunt ⁊ debent eſſe cum paſtore a quo a lupis defenduntur. Milites cum duce a quo conducuntur. Pupilli cum tutore a quo gubernantur. Boni diſcipuli cum doctore a quo informantur.

Ayuntamiento de Madrid

tur. Pauperes cū benefactore a quo ſatiantur. Sic vere nos debemus eſſe cū deo a quo bona reportātur. Quia proculdubio chariſſimi ſocietas ipſius inuenitur

Debilium reformatiua. ¶ Dico ergo ꝙ
Flebilium letificatiua. iſta ſocietas eſt
Errantium certificatiua. debiliū fortifi-
Timentium aſſecuratiua. catiua. forte em̄
Egentium refatiatiua. lignū ſuſtinet
Ardentium refrigeratiua. debilē vineam
Laborantium adiuuatiua. quādo cū ipſo
Morientiū viuificatiua. ligat. Sic deus

fragilem hominē qui cū eo per gratiā ſociatur. de quo dicitur Judith. xiij. Aperite portas quia nobiſcum eſt dominus qui fecit virtutem. Et de Gedeone dicitur Judicū. vj. Dominus tecum virorum fortiſſime. ¶ Itē iſta eſt letificatiua flebilium. valde em̄ letificat gentē ſuam preſentia ducis boni. Sicut de apoſtolis dicitur Johā. xx. Quod gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino. Iſte eſt ſemp nobiſcū preſens dicens Math. xxviij. Ecce ego vobiſcū ſum vſqꝫ ad conſummationem ſeculi. ¶ Item iſta eſt certificatiua errantiū. Sol em̄ preſens illuminat ⁊ nō abſens. Sic chriſtus ſi nobiſcum fuerit nos in fide ⁊ in moribus ſpiritualiter reformat ⁊ inſtruit. Unde de ſapientia dicitur Sapiē. ix. Mitte illam de ſede maieſtatis tue vt mecum ſit. ¶ Itē iſta eſt aſſecuratiua timentium. Homo em̄ minus ſolet timere cū alia perſona ꝙ ſolus ⁊ maxime ſi alius ſit fortis. Ideo cum iſte ſit fortiſſimus reſtat ꝙ ſecū per gratiā manens ſit tutiſſimus. Et ideo ipſe dicit Geneſis. xxvj. Noli timere: quia ego tecum ſum. Et Hieremie. xlij. Nolite timere. quia ego vobiſcū ſum vt ſaluos vos faciam dicit dñs. Et Nuceri. xiiij. Dominus vobiſcum nolite metuere. ¶ Itē iſta eſt refatiatiua egentium. preſentia em̄ obiecti delectat. ⁊ ſatiat potētiā. ſic ſocietas chriſti maxime in preſentia. Et ideo dicitur Luc. xv. Fili tu ſemp mecū es ⁊ oīa mea tua ſunt. ¶ Item iſta eſt refrigeratiua ardentium ⁊ per tentationes eſtuantiū. Unde Eſaie. xliij. Cum pertranſieris per ignem tecum ero. ¶ Item iſta eſt coadiuuatiua laborantiū Sapientie. ix. Mitte eam vt mecū laboret. Et. j. Cor. xv. Laboraui et ego non ſolus: ſed gratia dei mecum. ¶ Item iſta eſt ſaluificatiua et liberatiua pereuntiū ⁊ morientium. Unde Hieremie. j. Ego tecum ſum vt eruam te. Iſta eſt ſocietas que eſt affectanda.

¶ Secundo dico. ꝙ eſt vna ſocietas que eſt frequentāda: ⁊ iſta eſt ſocietas bonorum: quia ſcilicet nos debemus eſſe cū bonis vt eos imitemur. cum pauperibus vt eos adiuuemus. Juſtos debemus nobiſcū habere vt corū veſtigijs inhereamus Exodi. xxiiij: habetis aaron ⁊ hur vobiſcum. Pauperes debemus habere nobiſcū vt eos nutriamus Deuteronomij. xv. Aperies manū tuā egeno ⁊ pauperi qui tecū verſatur. ¶ Tertio dico. ꝙ eſt ſocietas que eſt euitanda: ⁊ iſta eſt ſocietas malorum Prouerbiorum. j. Si dixerint veni nobiſcum inſidiemur ſanguini. ſequitur. ſortem mitte nobiſcum marſu. omnium noſtrum ⁊c. Sufficiat. Uide ſupra. de Cum in litera. C. et fac inde tractatum ſi non ſit factus. Et vide ſi vis de ſocietate. ⁊ de mecum.

## Uocare. vocatus.

Nota ꝙ vocare ſumit. quandoqꝫ pro nominare. ſicut Luc. j. Uocabāt eū nomine patris ſui zachariā aliquando vero vt cōmuniter ſumitur pro appellare. ſicut Nūeri. xxiij. Uocaui te vt maledicceres ⁊ tu benedicis. ¶ Igitur dicamus aliquid de appellatione vocatiua ſeu acclamatione. Et ſic notandū generaliter ꝙ eſt vocatio diuina. Uocare enim nihil aliud eſt. ꝙ ad ſe aliquem appellare ⁊ attentum facere. vel ad aliquid audiendum vel aliquid faciendum applicare. Et ideo deus hominē vocare dicitur. quando vno modo vel alio ad ipſum conuerti nititur: ⁊ quando ipſum verbo vel verbere alloquitur vel affatur. Ipſe em̄ eſt ſicut auceps. qui auē quā timet fugere ⁊ a dominio ſuo recedere clamat ⁊ vocat: ⁊ eam illaqueat ⁊ ligat. Sic vere deus ſolet verbis ⁊ verberibus peccatores ad ſe vocare. et a vitiorum deuio ad ſalutis itinera reuocare Geneſis. iij. capitulo. Uocauit dominus Adam. et dixit ei. Adam vbi es? Et ſic dico ꝙ eſt quadruplex vocatio dei. ſcilicet

Spiritualis: vocat ſpiritualiter ad ſtatū perfectionis.
Temporalis: vocat temporaliter ad gradū prelatiōis.
Eternalis: vocat eternaliter ad locū refectionis.
Infernalis: vocat infernaliter ad locū dānationis.

¶ Prima eſt vocatio penitentiū.
Secunda eſt vocatio preſidentiū.
Tertia eſt vocatio bonorum morientiū.
Quarta eſt vocatio malorum pereuntiū.

¶ Dico ergo ꝙ deus vocat penitentes ad ſtatum perfectionis: quia ipſe vocat delinquentes ad penitentiā ⁊ conuerſionem. penitentes vero ad vite ⁊ morum perfectionem Marci. ix. Non veni vocare iuſtos ſed peccatores ad penitentiā Romano. viij. Quos vocauit hos ⁊ iuſtificauit. ¶ Item vocat preſidentes ad ſtatum prelationis. Quia ſicut dicitur Hebreo. v. Nec quiſqꝫ ſibi ſumat honorem: ſed qui vocatus eſt a deo tanqꝫ aaron ¶ Itē vocat iuſtos morientes ad locū refectionis ſcilicet ad gloriam paradiſi. vt. j. Petri. iij. In hoc vocati eſtis vt benedictionem hereditate poſſideatis. ¶ Item vocat etiā malos decedentes. ad locum infectionis ſcilicet ad infernum. Unde de ipſis dicitur Hieremie. xxv. Gladium ego voco ſuper omnes habitatores terre. ¶ His ergo premiſſis dicamus primo ꝙ eſt quedam vocatio interior ⁊ ſpiritualis: ⁊ iſta eſt illa qua deus vocat ſuos ad diuerſas conditiones ⁊ mores: et per ſuam occultam inſpirationem ⁊ ordinationem: ⁊ per ſcripture predicationem et inductionem. Et ſic dei vocatio nihil aliud eſt ꝙ quedā ſecreta dei ordinatio. electio ⁊ predeſtinatio. inductio ⁊ inſpiratio. Deus em̄ eſt ſicut bonus paterfamilias qui ſecrete apd̄ ſe diſponit quid quilibet ſeruorum in ſequenti facturus ſit: ipſis tamen ſeruis ignorantibus facta ſua. In mane enim ſolet eos vocare: ⁊ diuerſis diuerſa officia iniungere. ⁊ diuerſis operibus diuerſos applicare. Sic vere deus apud ſe diſponit de ſeruis ſuis fidelibus ab eterno. ad que et ad qualia opera ſunt vocandi. ⁊ ipſis ignorantibus ante eorū creationem de ipſis tractat. ordinat ⁊ diſponit. Et ideo particulatim ſolet ad diuerſas vias ⁊ varia opera ſalutis ſecundū ſuam ordinationem prudentiſſimā cuilibꝫ opus dare. Et inde eſt ꝙ vnus vocatur ad induſtriam vnam: et ad vnum ſtatum. ⁊ ad vnum exercitium alius vero ad aliud ⁊ ad alia. ſicut enim dicitur Johannis. x. Paſtor oues proprias vocat nominatim. Quia ſcilicet deus qui eſt paſtor omnium ad certos ſtatus conditiones ⁊ mores vocat, ſingulos ſingulatim. Unde Math. xxv. Homo quidam vocauit ſeruos ſuos et tradidit illis bona ſua et vni dedit quinqꝫ talenta. ⁊c. Et Apoſtolus. j. Cor. vij. Unuſquiſqꝫ proprium habet donū a deo alius ſic alius aūt ſic quaſi dicat quidam quinqꝫ talenta. alius vero duo. alius vnum. hoc eſt dictu diuerſimode ſecundū magis ⁊ minus. Et ideo chariſſimi tales vocationes noſtras debemus attendere: ⁊ vnuſquiſqꝫ vocatione ſtatu ⁊ gradu proprio contentus eſſe: ⁊ non ad ampliora redire ⁊ ambire: ſed in codē niſi forte ad aliud a deo vocatus fuerit permanere. Unde. j. Cor. j. Uidete vocationem veſtram fratres quia non multi ſapientes ſecundum carnem ⁊c. Et ſequitur capitulo. vij. Unuſquiſqꝫ in ea vocatione qua vocatus eſt in eadem permanet: niſi ad aliud etiam a deo ſit vocatus. Et ſic breuiter deus hominem vocat.

Ad penitentiam vt lamentetur.
Ad ſapientiam vt contempletur.
Ad amiciciam vt iocundetur.
Ad indulgentiam vt liberetur.
Ad patientiam vt coronetur.
Ad diligentiam vt operetur.
Ad eminentiam vt honoretur.
Ad continentiam vt emundetur.
Ad opulentiam vt ſatietur.

¶ Dico ergo ꝙ deus vocat ſcilicet hominem vt lamen

tetur per penitentiam. Et ſic dicitur Mathei.ix. Non
veni vocare iuſtos ⁊c. Iſta tamen vocatio a multis non
recipitur: ſed in contrarium cõmutatur. Unde Eſaie.
xxij. Uocauit dominus ad fletum ⁊ planctuꝫ ⁊c. ¶ Itẽ
vocat nos vt contemplemur per ſapientiam. vnde Eſa.
xlviij. Audite me Jacob ⁊ iſrael quem ego voco. Iſrael
eñ videns deuꝫ interpretatur. per quem vir contempla
tiuus intelligitur. qui videt deum ⁊ contemplatur. Cõ
tra qđ faciunt multi qui de contemplatione celeſtium
non curant. Contra quos Prouerbioꝝ.j. Uocaui ⁊ ren
nuiſtis: extendi manum meam, ⁊ non fuit qui aſpiceret
¶ Item vocat nos vt iocundemur per amiciciaꝫ: quia
ipſe vocat ad ſocietatem chriſti ⁊ ſanctoꝝ que leta eſt et
iocunda.j. Coꝛ.j. Fidelis autẽ dominus per quem vo-
cati eſtis in ſocietate filij eius. Sed econtra multi ſunt
qui vocati ad iſtam ſocietatem venire dedignantur. de
quibus poteſt dñs dicere illud Trenoꝝ.j. Uocaui ami-
cos meos. ipſi aũt ſpreuerunt me. ¶ Item vocat nos vt
liberemur. per indulgentiã. vt ſic peccati laqueos exca-
mus Hebreo.ix. Repromiſſionem accipiant qui vocati
ſunt. Et Gal.v. Uos autem in libertatem vocati eſtis.
¶ Item vocat nos vt coronemur. per patientiam: ⁊ ſic
vocantur martyres: de quoꝝ patientia dicatur.j. Pet.
v. Qui vocauit nos in eternam gloriã ſuam modicum
paſſos ⁊c. ¶ Item vocat nos vt operemur per diligen-
tiam. Deus eñ pater eſt ille paterfamilias. qui condu-
cit operarios in vineam ſuam: ⁊ tandẽ dicit procurato
ri ſuo. Uoca operarios Mathei.xx. ¶ Item vocat nos
vt honoremur per eminentiaꝫ: ⁊ hoc eſt quando vocat
nos ad eccleſiaſticas dignitates. De quo Eſa. xxij. Uo
cabo ſeruũ meum elyachim ⁊ induã eum tunica. ¶ Itẽ
vocat nos vt emundemur per continentiaꝫ Sophonie.
j. Sanctificauit vocatos ſuos. Uñ.j. Theſſal.iiij. Non
eñ vocauit nos deus in immundiciã ſed in ſanctifica-
tionem. ¶ Item vocat nos vt ſatiemur. per opulentiã:
quia ipſe ſcilicet verbis ⁊ verberibus vocat nos ad cenã
glorie paradiſi Matthei.xxij. Miſit ſeruos ſuos voca
re inuitatos ad nuptias. Ad nuptias enim celi omnes
qui habent fidem vocantur: ſicut dicitur ibidẽ. Illi eñ
qui habent fidem ſine operibus refutantur: nam mul-
ti ſunt vocati pauci vero electi Mathei.xx. Illi vero qui
fidem habent ⁊ miſericordie opera receptantur de qui-
bus Apocalip.xix. Beati qui ad cenam nuptiarũ agni
vocati ſunt et perueniunt. Ecce ergo quomodo diuerſi
ad diuerſa vocantur: ⁊ quomodo ille qui numerat mul
titudinem ſtellarum et omnibus eis nomina vocat in
Pſ. de diuerſis diuerſimode meditatur. Nos ergo cha
riſſimi iſtas vocationes teneamus. Iuxta illud.j. Coꝛ.
vij. Unumquemqꝫ ſicut vocauit dominus ita ambulet.
Uocationes etiam parendo humiliter audiamus. Iu-
xta illud Baruch.iij. Stelle vocate ſunt ⁊ dixerunt aſſu
mus. Et ipſi deo per executionẽ bonoꝝ operum reſpon
ſionem congruã faciamus. ꝯ. illud Job. xiiij. Uocabis
me et ego reſpondebo tibi ⁊c. Sed procerto chariſſimi
multi ſunt ſicut gallina. que in eſtate vbiqꝫ inueniens
grana non vult venire quando vocatur: et ſicut falco et
miluus carnibus repletus: qui non venit ad magiſtrũ
quando acclamatur: ⁊ ſicut ſeruus contumax: qui non
reſpondet domino ſuo quando excitatur: ⁊ ſicut dormi
ens vel in remotis agens. qui non audit quando ab ali
quibus appellatur: quia homines

Granis diuitiarum ditati.
Carnibus deliciarum ſatiati.
Contumacie ſuperbie indignati.
Somno pigricie aggrauati.

¶ A deo per obſtinationem elongati. iſtas vocationes
chriſti non audiunt. nec ad ipſas veniunt nec attendũt
Unde de iſtis poteſt dominus dicere illud Job.xix. Ser
uum meum vocauit non reſpondit mihi. ore proprio de
precabar ⁊c. Non ſic chariſſimi: ſed ſecundũ doctrinaꝫ
apoſtoli Ephes.iiij. Ambuletis digne vocatione qua vo
cati eſtis. Quia cuilibet poteſt dicere illud Johannis.
xj. capitulo. Magiſter adeſt ⁊ vocat te. Aduerte ꝙ iſta
vocatio eſt audienda ⁊ attendenda propter tria. ſcilicet

Propter vocantis honorem.
Propter vocantis amorem.
Propter vocantis clamorem.

¶ Probat honorẽ magiſtralis excellentia. Magiſter
Probat amoreꝫ perſonalis aſſiſtentia. Adeſt. Probat
clamorem virtualis eloquentia. Uocat te. ¶ Iſte enim
ſunt tres cauſe quare vocatio debet attendi ſcilicet pro-
pter ſtatuꝫ honoris: magiſter inquit. Libenter eñ ma-
giſtrum vel dominum quilibet infimus vel ſubiectus
ſequitur quando vocatur. Cuius exemplũ habemus in
ſamuele. qui credens ſe vocari in ſomno ab hely ſacer-
dote ⁊ magiſtro ſuo, ſtatim reſpondit dicens. Ecce ego
quia vocaſti me.j. Regũ.iij. Cum igitur deus ſit paſtor
⁊ magiſter. bene dico. ꝙ vocatio ipſius eſt audienda: ⁊ et
per bona opera reſpõdenda Job.iiij. Uocabis me, ⁊ ego
reſpondebo tibi. Pulli enim a matre vocati ſequuntur
eam: ⁊ agnus quando matrem ſuam intelligit poſt eaꝫ
ambulat ⁊ currit. Cum igitur iſte ſit pater ⁊ mater ⁊ du
ctor. neceſſe eſt ꝙ vocatione ipſius pareamus. ⁊ per bo-
na opera poſt eum ambulemus. Exẽplo petri ⁊ andree
quos reficiẽtes in naui rethia ſua vocauit dominus ⁊ iſta
tim ſecuti ſunt eum. Et ſic poterit cuilibet dicere illud.
Johannis.iij. Uos vocatis me magiſter ⁊ domine. De-
bet igitur audiri propter ſtatum honoris. ¶ Item debꝫ
audiri. propter ſignuꝫ amoris. cum dicitur adeſt: quia
aſſiſtentia ⁊ preſentia vocantis eſt ſignum ꝙ ipſe dili-
git ipſum quem vocat: et ſicut melius auditur preſens
ꝙ abſens: ſic chriſtus cuꝫ ipſe ſe preſentẽ exhibeat in vo
cando Eſaie.lviij. Uocabo ⁊ dices ecce aſſum. ¶ Iteꝫ de
bet audiri. propter ſonũ clamoris: quod oſtenditur cuꝫ
dicitur: vocat te. Uocatio eñ preſupponit altiorẽ ſonũ
ꝙ cõmunis locutio. Sonus vero quanto plus clamat:
tanto plus auditur. Et quia iſte vocat et clamat verbis
ſcripturarum ⁊ verbis predicatorum. verbis inſpiratio
num: ⁊ verbis tribulationuꝫ: bene dico. ꝙ eſt merito au
diendus exemplo ſamuelis.j. Regũ.iij. vbi dicitur. Mõ
venit dominus ⁊ ſtetit ⁊ vocauit. ſamuel ſamuel. Ait ſa
muel. Loquere domine quia audit ſeruus tuus. Patet
ergo. ꝙ eſt quedam vocatio dei interior ⁊ ſpiritualis.
¶ Secundo principaliter dico. ꝙ eſt quedã vocatio dei
exterior ⁊ temporalis: ⁊ iſta eſt illa qua dominus ad di-
gnitates temporales aliquos vocat: nominat et aſſu-
mit. In curiam eñ regis vel pape nullus intrat non vo
catus: qui eñ ibi non vocatus ſe ingereret. forte verba
⁊ verbera ſuſtineret. Iſtud eñ figurabatur in aula regis
aſſueri: vbi nulli licebat ingredi niſi vocato. ꝙ ſi non vo
catus ingrediebatur: ſine remedio occidebatur. ſicut di
citur Heſter.iiij. Sic vere chariſſimi in aulã regis chri
ſti que eſt eccleſia. non debet aliquis intrare: nec ad di-
gnitates ⁊ beneficia eccleſiaſtica ſe inferre: niſi deus per
canonicam promotionem decreuerit hunc vocandum.
Quia enim non vocatus a domino ingreditur: mortis
eterne periculuꝫ. Sicut ſymoniaci ⁊ ambitioſi. qui ſe in
gerunt non vocati: quia proculdubio non gaudent nec
proſperantur: ſed potius in miſerijs ⁊ tribulationibus
moriuntur: quia vt communiter tales male intrantes
in pace non finiunt dies ſuos. Unde Sapiẽtie.xj. Quo
modo poſſit aliquis permanere niſi voluiſſes. aut qui
a te vocatus non eſſet conſeruaretur. quaſi dicat impoſ
ſibile eſt. Aduerte tamen. ꝙ aliqui a ianitoribus per fa-
uores introducũtur. licet a domino nõ vocentur. quin-
immo oſtiarij ſolent illos quos papa plus vellet dimit
tere ⁊ alios introducere nõ vocatos. O deus quot ſunt
hodie tales oſtiarij in eccleſia. ſcilicet mali ⁊ ſymoniaci
prelati qui videlicet bonos ⁊ dignos quos ſummus pon-
tifex deus amplius diligit exterius dimittũt. Malos
vero a deo non vocatos mediantibus pecunijs introdu
cunt. figurati in adonya. qui preter voluntatem patris
ſui dauid ambitioſe regnabat: qui multos alios indi-
gnos ad conuiuium vocauerat. ſalomonem vero a deo
⁊ a dauid vocatum et electum dimiſit. ſicut dicitur. iij.
Reguꝫ.j. Joab vero principẽ militie, abyathar ſummũ
ſacerdotẽ

Ayuntamiento de Madrid

ſacerdotem ſibi pro parte ſua conſiderauerat: quibus fauentibus imperabat. Quia procerto chariſſimi adonyas .i. malꝰ ⁊ ambitioſus ⁊ ſymoniacus platus qui preter voluntatem patris ſui .i. ideſt chriſti dominatur et regnat. ⁊ qui per manum principum ⁊ ſuperiorum prelatorum ſacerdotum promouetur ⁊ imperat. quos de bonis eccleſie paſcit lautius ⁊ impinguat. ad conuiuium eccleſiaſticorum non libenter ſalomonem qui interpretatur pacificꝰ. ideſt bonos. iuſtos. pacificos. maturos ⁊ a deo vocatos et electos non ſolet vocare. quinimmo ſolet tales dimittere ⁊ excludere: ⁊ malos ſibi fauentes introducere ⁊ vocare. Quia ſepe fit hodie. ꝙ mali raptores ⁊ impij a talibus eliguntur. boni vero qui filij ſunt eccleſie impromoti exterius dimittuntur. Unde de talibus poteſt loqui dyabolus .d. illud Eſaie. viij. Uoca nomē eius accelera. ſpolia. detrahe. feſtina. predari. Quia procerto tam principes ꝙ mali prelati non vocant hodie in officijs ⁊ dignitatibꝰ: niſi detractores. predicatores feſtinos. precipites et raptores: tales tamen quandoqꝫ a deo patre ſuo repudiantur ⁊ deponuntur: et alij loco iſtorum inſtituuntur Job. Perdet multos innumerabiles ⁊ regnare faciet alios pro eis. Non ſic chariſſimi non vocemur ab homine. ſed a domino: quia non iuſte introducitur qui a domino non vocatur. Et ideo de quolibet ſic vocato ⁊ electo dicitur Hiere. xj. Oliuā vberem: fructiferam pulcram. ſpecioſam vocauit dominus nomen tuum. vide eam ſupra. de nomine. vbi inuenies eam diuiſam ⁊ proſecutam vt ſic de quolibet vocato dicatur illud. ij. Regum. xiiij. Uocatus eſt abſalon vt intraret ad regem. Uide eam ſupra de intrare. Iſti ergo vocantur ad gradum honoris ⁊ dignitatis. qui per dei ordinationē aſſignantur. Unde Eſaie. lxij. Uocabitur tibi nomen nouum quod os domini nominauit. Uide Et aduerte ꝙ in tali vocatiua nominatione ⁊ electione debet ineſſe.

Maturitas deliberatiua: vocabitur in futuro.
Famoſitas exuberatiua: nomen nouum.
Diuinitas preordinatiua: qđ os dñi nominauit.

¶ Iſta eñ tria per ordinem debent eſſe a parte electoꝝ a parte electi. et a parte ipſius domini: quia electorum prudentia debet deliberare. electi redolentia debet exuberare. diuina potentia preordinatiua debꝫ determinare. ¶ Requiritur electorū prudentia deliberatiua. cuꝫ dicitur vocabitur in futuro. Futurum eñ tempus tarditatem ⁊ deliberationem deſignat: que in iſto opere requiritur: quia neceſſe eſt ꝙ deliberatio in electionibus apponatur. Natura eñ nihil magnū ſubito facit quin immo complementū cuiuſcunqꝫ rei magne per ſucceſſiones ⁊ interualla operatur. conſtruit ⁊ cōponit. ⁊ quāto res debent eſſe melioris conditionis ⁊ longioris durationis. tanto requiritur tempus diuturnioris dilationis. Et ide eſt ꝙ fetus ſcilicet elephantis non minus ꝙ duobus annis in vtero perficitur. qui tandem maximus inuenitur. Palma etiam ad fructificandū centenum annum expectat. que tandē poſtea durat ⁊ fecundiſſime fructificat. Quercus etiā tardiſſime creſcit. que tamen cōpleta diu permanet ⁊ perſiſtit. Natura eñ in rebus durantibus ⁊ notabilibus ſolet deliberare ⁊ tarde proficere ⁊ procedere. ⁊ nihil magnum ſubito facere ⁊ procreare. Cum igitur procreatio ⁊ innouatio vel inſtructio alicuius prelati ſit quoddam valde magnum ⁊ arduum ⁊ durabile atqꝫ firmū. reſtat ꝙ cum deliberatione ⁊ tarditate debet eligi ⁊ euidenti circunſpectione procreari. vocabitur inquit ſcilicet in futuro cum deliberatione: ⁊ non cum precipitatione. vt ſic de ipſo poſſit dici illud zacharie. viij. Uocabitur hieruſalem ciuitas veritatis. Et Eſa. j. Uocabitur ciuitas iuſti ⁊ vrbs beata ⁊ fidelis. Quia prelatus q̄ ſic cū deliberatione eſt vocatus debet eſſe hieruſalem. ideſt viſio pacis. quia ſemper debet querere pacem ⁊ dilectionem: debet eſſe ciuitas iuſti. Quia ſemper debet habere iuſtitiam ⁊ correctionem. ⁊ debet eſſe vrbs fidelis: quia ſemper debet habere fidelitatem et perfectionem. Requiritur igitur in iſta electione ⁊ vocatione electorum prudentia deliberatiua. ¶ Deinde dico. qđ requiritur electi redolentia exuberatiua. nomen inquit nouum. Ad denotandū ꝙ electus debet habere nomen. virtutē ⁊ famam Luce. j. capitulo. Uocabant eum nomine patris ſui zachariā. Uide ſupra. de nomine. ⁊ appellatione: ⁊ pone quod volueris. Requiritur ergo electi redolentia exuberatiua. ¶ Denique requiritur diuina potentia preordinatiua nominauit inquit dominus. Neceſſe eſt enim ꝙ a domino vocetur: ⁊ ꝙ ſua vocatio a deo principaliter ordinetur. Unde Eſaie. xlix. Dominus ab vtero vocauit me de ventre matris mee recordatus eſt nominis mei ⁊c. Humor enim de profundo ſurſum ad ramos ⁊ ſummitatem arboris non erigitur: niſi per ſolis influentiam attractus: preueniens enim virtus ⁊ attractio cauſa eſt quare fit in arbore talis erectio ⁊ eleuatio. Sic vere homo occulte ſuperius eleuetur: ⁊ non per ſuam occultā rationē ſuperius attrahatur. Quia ſicut ipſe chriſtus dicit Johannis. vj. Nemo poteſt venire ad me niſi pater meus attraxerit eum ad me. Unde Eſaie. xlv. Ego dominus qui voco nomen tuum. Aduerte tamen ꝙ talis vocatio. electio. erectio. non continue fit a deo. Sol enīꝫ quandoqꝫ attrahit puriorem aerem. vel etiam humorē qui fit in arbore: ſic deus quādoqꝫ vocat eligit ⁊ preficit meliorem. Quandoqꝫ vero attrahit fediorem ⁊ deteriorem ſic fit. ꝙ multotiens deteriores promouentur. Ecce eñ vinum nouum turbidū ⁊ impurū: ⁊ diuerſis fecibus permixtū. ſolet fortius ebulire ⁊ in dolio in quo eſt moueri. curreret feruere. tunc igitur accidit ꝙ non pars vini purior ſed impurior ſurſum erigitur. ⁊ fex ⁊ ſpuma ad dolij ſuperficiem eleuatur. Sic eſt vere chariſſimi in dolijs. ideſt in collegijs quādo eligitur: tunc non ceſſat ebullitio malaꝝ affectionū. quinimmo ſemper abundat ⁊ motio litium ⁊ turbationū. Et ideo deus videns ꝙ ſuis vocationibus nolunt ſtare. ſolet ipſos ſibi ipſis dimittere: ⁊ ſic ſolent impurā partē dolij. ideſt deteriorem partem collegij aliquādo eligere ⁊ preferre. Iſta eſt ergo vocatio humana ⁊ non diuina. de quibus Hiere. vj. Argentū reprobū vocate eos: quia dominus proiecit illos. Item Oſee. j. vbi dicitur. Uoca nomen eius nō populus meus. Quia tales qui ſic per affectiones vocantur: non populus domini ſunt: ſed potius ſine miſericordia inueniuntur. Non ſic ergo: ſed ſit ibi diuina prouidentia preordinatiua. vocauit inquit dñs. vnde Thobie. iiij. Uocauit Thobias filiū ſuū. j. Reg. iij. Uocauit dñs ſamuelē. Ubi oſtendit ꝙ talis electio deſcribitur

Ut ſupernaliter ordinata: dominus.
Ut actualiter deſponſata: vocauit.
Ut virtualiter conſummata: ſamuelē ſcilicet virū virtuoſum.

Sic dico ꝙ eſt quedā vocatio dei exterior ⁊ temporalis. ¶ Tertio principaliter dico. ꝙ eſt quedā vocatio diuina que eſt ſuperior ⁊ eternalis: ⁊ iſta eſt illa qua quis vocat per mortē ad eternā gloriā paradiſi. C Sicut vero paterfamilias mittit quandoqꝫ famulū ſuū vt vocet homines ad conuiuiū. Sic deus mittit mortē que eſt famula ⁊ oſtiaria ſua vt amicos ſuos vocet ⁊ introducat ad celeſte palaciū. Cuꝫ de ſic vocato dicitur illud ij. Regū. iiij. Uocatus eſt abſalon vt intraret ad regem Mors eñ eſt quedā vocatio ⁊ quedā peremptoria citatio. qua corā deo cōparere cōpellimur: ⁊ qua ſi boni fuerimus ad celeſte palacium adducamur. Aduerte ſi vis ꝙ oſtenditur

Conditio de qua cōmendatur: abſalon.
Citatio per quam excitatur: vocatus eſt.
Promotio ad quā inuitatur: vt intraret ad regē.

Uide ſupra de intrare. vbi ipſam inuenies. Boni enim ſunt ſicut operarij qui in ſero noctis vocantur ad ſalarium: ſicut pauperes qui a diuite vocātur ad conuiuiū ſicut milites qui a rege vocantur ad ſtipendiū. Eterna eñ gloria eſt ſalariū pro laborantibus. vnde Matthei. xx. Uoca operarios ⁊ redde illis mercedē. Eſt etiā conuiuium fameſcentibus Luce. xiiij. Homo quidā fecit cenam magnā ⁊ vocauit multos. Eſt inſuper ſtipendium



Ayuntamiento de Madrid

militantibus Phil.iij. Deſtinatū proſequor ad brauiū eterne vocationis. Et ſi vis dilatare: quomodo citatur per mortem ⁊ compareat vt reſpondeat. vt ſuſtineat. vt obtineat. potes ſi vis dilatare: ſed omitto gratia breuitatis. Patet ergo ꝙ triplex eſt vocatio diuina. De quarta vocatione qua ſcilicet damnati ad infernū vocantur vide in tabula. D
¶ Sed adhuc dico ꝙ eſt vocatio humana. Sicut enī video omnia animalia in species ſuas ſolent ſe mutuo vocare: ⁊ certis ſignis appellare: et ſe vocando affectiones ſuas alterutrū intimare: ſicut patet in bobus. in lupis. gallis. et ſimilibus. Sic vere neceſſe eſt ꝙ alios ad nos vocemus ⁊ appellemus: et ꝙ voce et opere conceptus noſtros vocibus exprimamus. Et ſic notare poſſumus ꝙ nos debemus

Vocare deum vt exaudiat.
Prudentē vt erudiat.
Pauperē vt adueniat.
Amicū vt ſubueniat.
Virtutē vt proficiat.
Errantem vt deſiſtat.
Peccantē vt luctū faciat.

¶ Vocetur deus vt exaudiat. Exēplo auis. que volando vocat matrē ſuam ad ſui lactationem. zacha xiij. Vocabit nomen meū ⁊ ego exaudiā eū. ¶ Item vocetur vir doctus vt erudiat. Exēplo allaude que vocando vocat diem ad ſui illuminationem. j. Reg. xxviij. Vocaui te vt oſtēderes mihi quid faciam. ¶ Item vocetur pauper vt ſe reficiat. Exēplo galli qui grano inuento vocat gallinam ad ipſius communicationē Luce. xiiij. Cum facis conuiuiū voca pauperes ⁊ debiles. ¶ Itē vocetur amicus vt ſubueniat. Exēplo elephantis. qui cadens nec reſurgere valens. barriēdo vocat alios ad ſui releuationem zacha. iij. Vocabit vir amicum ſuū. ¶ Item vocetur virtus vt proficiat. Exēplo infirmi qui vocat ſanitatē ad ſui curationē Prouerbioꝝ. vij. Dic ſapientie ſoror mea es ⁊ prudentiā voca. amicā tuam. ¶ Itē vocetur errantes vt ad viam veritatis redeant. exemplo paſtoris q̄ vocat ouē ad ſui reductionem. Unde Prouerbioꝝ. ix. dicitur. ꝙ ſapientia miſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcē. Sequit. Si quis paruulus eſt veniat ad me. ¶ Item vocetur peccator. vt luctū faciat. Exemplo matrone que vocat ad mortuorum lamentationem: Amos. v. Vocabunt agricolā ad luctum ⁊ ad planctum eos qui ſciunt plangere. Sufficit igitur quod dictum eſt de vocare. vide ſupra de clamare. appellare nominare inuocare. orare. ⁊ ſimilibus. ¶ De mala inuocatione qua dyabolus vocat malos ad delectationem. vel etiam qua ipſi mali vocant alios ad deteſtabilia. dicitur Prouerbioꝝ. ix. ꝙ mulier ſtulta ⁊ clamoſa ſtetit in alto vrbis loco. vt vocaret tranſeuntes. Et dicit Prouerbioꝝ. xv. ꝙ melius eſt vocari ad olera cū charitate. ꝙ ad vitulum ſaginatū cum odio.

A **Vociferari.** Nota ꝙ vociferari idem eſt ꝙ vocem emittere more fere. Et ergo vociferari idem eſt. ꝙ vocare fortiter cum clamore. Et ſic nota ꝙ inuenio vociferationem.

Bonorum.
Malorum.
Miſerorum.
Damnatoꝝ.
Beatorum.

¶ Eſt ergo vociferatio hominū perfectoꝝ. Boni enī ſolent multis modis vociferari etiā cum clamore ſcilicet. Per contritionē peccata plorando. Per orationē dominū rogādo. Per predicationem ſeſe exhortando. Per exultationē deū extollendo Per cōpaſſionem alijs miſerando. ¶ Dico ergo primo ꝙ multi vociferantur per contritionem Numeri. xiiij. Vociferās oīs turba fleuit nocte illa. ¶ Itē p orationē Joſue. vj. Vociferante oī populo muri hiericho corruerunt. ¶ Item per predicationē ⁊ exhortationem Joſue. viij. Vociferantes ⁊ ſe inuicē cohortātes perſecuti ſunt inimicos. ¶ Item per laudem ⁊ exultationē. Pš. Pſallite ei in vociferatione. ¶ Item per compaſſionē ſupple. de penis bonorum. vociferabor ad te vim patiēs ⁊c. Abacuch primo. Iſta eſt igitur vociferatio iuſtorum. ¶ Secundo dico. ꝙ eſt vociferatio maloꝝ qui ſcilicet vociferantur iactando. gaudendo. manifeſtando. alijs iniuriando. Unde Exodi. xxxij. dicitur. Quod Joſue audiuit tumultum populi clamantis et vociferantis in caſtris. ¶ Tertio eſt vociferatio miſerorum Exodi. ij. Ingemiſcentes filij iſrael propter opera vociferati ſunt. ¶ Quarto. eſt vociferatio damnatorum qui deſperant ⁊ vociferantur pre dolore de quibus poteſt dici illud. ij. Paralip. xiij. Illis vociferantibus perterruit dominus hieroboam. ¶ Quinto. eſt vociferatio beatorum. qui pre gaudio vociferant atq̄ cantant. de quo poteſt dici illud. j. Eſdre. iij. Vociferantes in leticia eleuabant vocē Sufficit. vide ſupra de Clamare. ⁊ ſimilibus.

**Vox.** Nota ꝙ vox nihil aliud eſt ꝙ aer a pulmone in canalib⁹ gutturis motus ⁊ ipulſus. et mediantibus naturalibus inſtrumētis in ore articulatus ⁊ formatus. Cū igitur tam ratione ſue formationis. ꝙ ratione ſue operationis vox diuerſas proprietates habeat. hinc eſt ꝙ moraliter accipiendo. vox multipliciter accipitur in ſcriptura. Notabo igitur ꝙ inuenitur vox B

Admirabilis.
Cōmendabilis.
Deteſtabilis.
Refutabilis.
Formidabilis.
Amicabilis.

¶ Vox admirabilis. eſt vox creatoris. Quia ipſe dei filius dicitur vox ⁊ verbū. vt in pš. Ecce dabit voci ſue vocem virtutis. ¶ Item vox cōmendabilis. eſt vox viatoris. ſcilicet vox bona ⁊ moralis. quam iuſtus viator multipliciter profert de qua in pš. Voce mea ad dominum deprecatus ſum ⁊c. ¶ Item vox deteſtabilis eſt vox peccatoris. Peccator enī habet multas voces deteſtabiles atq̄ malas. de qua Soph. ij. Vox cantantis in feneſtra. vox corui inſuper liminari. ¶ Item vox refutabilis. eſt vox deceptoris. ſcilicet vox dyaboli. qui voce male ſuggeſtionis loquitur omne malum. pſal. Dedit abyſſus vocem ſuam al. ma. ſu. le. Dyabolus enim Dicitur abyſſus propter profunditatem malicie. Dicitur altitudo propter varietatem elationis ⁊ ſuperbie. Dicitur dare vocem propter inductionem ſuggeſtionis ⁊ fallacie. ¶ Item vox formidabilis. eſt vox ſummi terroris ſcilicet deſperationis ipſorum damnatorū. dicitur Sopho. j. Vox diei domini amara. tribulabitur ibi fortis. ¶ Item vox amicabilis eſt vox ſummi dulcoris ſcilicet vox leticie beatoꝝ. de qua Hierem. xxxiij. Adhuc audietur in loco ſcilꝫ in paradiſo vox gaudij ⁊ leticie. vox ſponſi ⁊ ſponſe. Sic igitur patet ꝙ inuenitur ſcilicet

Vox audienda.
Vox proferenda.
Vox abhorrenda.
Vox fugienda.
Vox metuenda.
Vox appetenda.

¶ Longū eſſet iſta ſex membra per ordinē explicare. ideo ſtatui ea artare ad tria. Et ſic dico ꝙ eſt. Vox admirabilis. que eſt audienda. Vox commendabilis. que eſt proferenda. Vox deteſtabilis. que eſt abhorrenda. ¶ Igitur primo dico. ꝙ eſt vox admirabilis. que eſt audienda: ⁊ iſta nihil aliud eſt. ꝙ dei filius qui vox ⁊ verbum dicitur eſſe patris. mediāte enī iſto deus pater

Mentem ſuam hominibus declarauit.
Legem vite predicauit.
In fide ⁊ moribus ſeculum informauit.

¶ Dei filius vox fuit: ⁊ tamen iſta vox vocem habuit. Vox dico fuit de mente patris egrediens. Vocem etiā habuit verbum ſalutis manifeſtando. Dico ꝙ vox fuit verbum enī. ſecundū Auguſtinum in omelia ſuper. in principio erat verbum. dicitur conceptus mentis dum adhuc latet interius. vox etiam dicitur dum ſonum induit: et iam in ore procedit exterius. Sic vere dei filius verbum eſt dū habitat mentē. Vox vero eſt dū ſumpto ſono humilitatis ⁊ carnis exterius clamat ⁊ viſitat. Et ideo ipſe chriſtus dicit eſſe vox illa de qua Luce. iij. Vox de celo facta eſt hic eſt filius meus dilectus ⁊c. Ubi huius conditio oſtēditur debiliſſima: vox. Ubi huius productio nobiliſſima: quia de celo. Ubi huius perfectio cōpletiſſima: facta eſt. ¶ Dico ergo ꝙ hic oſtenditur conditio

Ayuntamiento de Madrid

ditio eius debiliſſima. quod oſtenditur carnis humanitas cum dicitur. vox. Quia ſcilicet vox eſt quid aereū quod nullaꝫ habet exiſtentiam firmitatis. Et ideo ipſe chriſtus poterat dicere illud Luce. iij. Et Eſaie. xl. Ego vox clamantis in deſerto. vide in ſermone vox clamantis: ⁊ pone hic tria membra thematis: ⁊ omnia illa que faciunt ꝙ chriſtus ſit vox. ¶ Item oſtenditur ꝙ eius productio eſt nobiliſſima: quod oſtendit loci ſublimitas: quia de celis Mathei. iij. Ecce vox de celis. Celi eñ habent vocem ſuam quam tonitruum nominamus ⁊c. Compara tonitruum ipſi chriſto: ¶ Item oſtenditur huius perfectio completiſſima: quam oſtendit moruꝫ integritas: quia facta eſt Luce. j. facta eſt vox ſalutationis tue in auribus meis. Et Luc. ix. facta eſt vox de nube. chriſtus ergo vox fuit. Dico ꝙ iſte etiam habuit vocem quia iſte ab origine hominibus loqui non ceſſauit ita ꝙ vox eius auditur in ſcripturis. loquitur iſta vox magiſtraliter Apoc. xiiij. Audiui vocē de celo dicentē mihi ſcribe. In ſcripturis loquitur exemplariter. Unde in ps. Vox domini in virtute ⁊c. vſqꝫ vox domini preparantis ceruos. ecce inquit creaturis loquit̃ vox creatoris. In predicando locuta eſt iſta vox amicabiliter Apocal. xiiij. Vocem quam audiſtis ſicut cytharedorum. In iudicando loquitur iſta vox perſonaliter. Unde Amos. j. Dominus de ſyon rugiet: ⁊ hieruſalem dabit voceꝫ ſuā circa hieruſalem in monte ſyon: et monte oliuarum: et valle ioſaphat. Dicatur igitur de voce ſue ꝑdicationis ſicut ſupra in ſermone. vox clamātis vbi exponitur iſta autoritas. Vox turturis audita eſt in terra noſtra: ⁊ ponečā hic. De voce vero ſue iuriſditionis. Nota ꝙ tunc chriſtus deus noſter dabit voceꝫ ſuam terribilem: quia nūc contemnimus vocē eius amicabilē: tūc audiemus loquentē ſupernaturaliter: quia nunc nō audimus loquentē appropinqualiter. O ꝙ̃ magna erit illa vox que

Mortuos ſuſcitabit.
Elementa renouabit.
Omnes iudicabit.
Iuſtos premiabit.
Malos condemnabit.

¶ Tunc enim ſecundum. ps. Dabit voci ſue vocē virtutis Tunc ſicut dicitur Eccleſiaſtes. xij. Conſurgent mortui ad vocem volucris ꝙ̃tū ad corporum reſurrectionem. Tunc enim ſicut dicitur. Dabit terra vocem ſuam et mouebitur terra. mouebitur. ideſt terrena natura. ꝙ̃tum ad elementorum renouationem. Tunc ſicut dicitur. ij. Petri. j. Accipiemus a deo patre honorem ⁊ gloriam voce delapſa. ꝙ̃tum ad premiationem beatorum. Tunc ſicut dicitur Apocalip. xviij. Clamabunt voce forti cecidit babylon ꝙ̃tum ad malorum damnationē. Et vere chariſſimi iſta vox erit mirabilis ⁊ terribilis. Et ideo iſta in ſcriptura innuitur nobis per voces terribiles ⁊ horrēdas. Cōparat̃ eñ iſta vox leonis rugitui. qui omnes beſtias terret Apocalip. x. Clamabit voce magna ⁊c. Aquile roboratui que terret omnes aues Apocalip. viij. Audiui tanꝙ̃ vocem aquile volantis per medium celi. Clamori tonitrui quo ſcilicet turbātur viua Apocalip. xiiij. Audiui vocem tanꝙ̃ tonitrui magni. Tubarū tumultui qui terret illos qui debent ſuſpendi Apocalip. iiij. Vox prima quam audiui tanꝙ̃ vocem tube loquentis. Aquarum impetui qui terret audientes Apocalipſis primo. Vox illius tanꝙ̃ vox aquarum multarum. In his enim omnibus innuitur huius vocis terribilitas: que conſiderata debet omnes homines terrere et impios a malis coercere. Soph. primo. Vox diei domini amara tribulabitur ibi fortis. Et ſic nos dicamus illud Geneſis. iij. Vocem tuaꝫ

B audiui in paradiſo ⁊c. Patet ergo. ꝙ eſt vox que eſt admirabilis que eſt attendenda. ¶ Secundo dico ꝙ eſt vox cōmendabilis que eſt proferēda. Et iſta nihil aliud eſt ꝙ̃ vox bona et honeſta locutio. vtilis atqꝫ ſana. Vir enim ſanus a leproſo cognoſcitur a voce: quia ſcilicet ſi homo ſit ſanus vocem habet claram ⁊ ſanam. leproſus vero turbidam atqꝫ raucam. Virgines eniꝫ ad voces cognoſcunt: quia puer ꝙ̃diu eſt virgo vocem habet dulcē ⁊ claram: quando vero corrūpitur incipit habere voceꝫ groſſam ⁊ raucam turbidam ⁊ obſcuram. Vir etiam a voce a femina diſtinguitur. quia femina habet voceꝫ mollem ⁊ debilem. vir vero habet fortem ſonoram atqꝫ ſtabilē. Sic vere chariſſimi voces. ideſt locutiones hominum diſtinguntur moraliter. Inter illos boni ⁊ iuſti ⁊ ſani: qui virginei et virtuoſi dicuntur. loquella ⁊ voce ſana. vera. clara. vtili. dulci. ⁊ proficua ſemper vtuntur. Quia ſicut dicitur in pſal. Vox exultationis ⁊ ſalutis in tabernaculis iuſtorum. Illi vero qui molles ſunt ⁊ muliebres. leproſi. luxurioſi. corrupti et infecti. ſolent habere molles voces. raucas. mordaces et corroſiuas. Pſal. Laboraui clamās. rauce facte ſunt fauces mee. Et ideo ſicut videmus. ꝙ pulcre voces ⁊ ſuaues libenter audiūtur. ⁊ maxime. quando pulcritudo et aptitudo perſone comitatur. ſicut patet. ꝙ pulcrum ⁊ delectabile eſt videre pulcram perſonam bene cantantem. Sic vere vox ſuauis ⁊ honeſte locutiōis libenter auditur in eccleſia maxime. quando moruꝫ pulcritudo ⁊ vite ſanctitas ſuffragatur. Et ideo ſponſus dicebat ſponſe Cantico. ij. Oſtēde mihi facieꝫ tuam. ſonet vox tua in auribus meis vox enim tua dulcis ⁊ facies tua decora. Teſte eñ Ariſtotele libro de animalibus. Omne animal ſpirans habꝫ vocem. illa vero que non ſpirant. cuiuſmodi ſunt piſces et ſerpentes non habent: ſed carent voce. ſed habent ſcilicet ſibiluꝫ loco ſue vocis. Sic vere chariſſimi illi qui ſpirant per deuotionē: ⁊ illi qui ſpirituꝫ attrahunt per orationem ⁊ gratie ſue acquiſitionem. debent habere vocē ſanam. ⁊ vtilem locutionem. Nam ſi ſpiritu diuine gratie caruerimus. vocē perfectam habere non poterimus ſed loco vocis ſibilū imperfectū et inutile colloquium emittemus. Ideo breuiter de bona voce virorum perfectorum poteſt exponi illud pſal. Vox exultationis ⁊ ſalutis in tabernaculis iuſtoꝝ. In quibus verbis quinqꝫ oſtenduntur genera vocum. que a fidelibus ſunt habēde. Debent eñ habere ſcilicet vocem

Imploratiuam.
Collaudatiuam.
Meditatiuam.
Exhortatiuam.
Iudicatiuam.

Prima eſt vox humilis oratōis quia vox. Secūda eſt vox hylaris loutionis. exultationis. Tertia eſt vox ſalubris confeſſionis. ſalutis. Quarta eſt vox feruentis predicationis in tabernaculis. Quinta eſt vox vrgentis reprehenſionis: iuſtorum. Prima eſt vox hominuꝫ deuotorum. vox inquit que dicitur a voco vel a vocando. Secunda eſt hominū perfectoꝝ. exultationis inquit: quia perfecti letantur in domino ⁊ gratias agunt ⁊ laudant Tertia eſt vox hominum contritorum. ſalutis inquit. quia confeſſio eſt illa que ſanat contritos corde. Quarta eſt vox hominum diſcretorū. in tabernaculis inquit. quia predium et taberna in quo vinum ſcientie emitur ⁊ venditur. Quinta eſt vox hominum prelatorum ⁊ iuſtorum. quia iuſti prelati debent ſubditos voce iuſtitie arguere. reprehendere et arcere. ¶ Habeamus ergo vocem humilis orationis. Et hoc oſtenditur cum dicitur: vox: quia vox dicitur a voto. vel a voco vocas. eo ꝙ per orationem deus vocatur. ⁊ votum ⁊ deſideriuꝫ aliquod impetratur. Videmus eñ ꝙ aliqua animalia ſunt que vocem habent querulam. ſicut bubones. aliqua que habent vocem lugubrem ſicut miluus. aliqua que vocem habent gemebundam ſicut turtur. aliqua que habent vocem repentinam. ſicut cuculus. Iſta eñ animalia ſono proprio videntur plangere. et aliquid petere et querere. vel rogare. Viros vtiqꝫ ſignantes deuotos. quorum vox ⁊ oratio ſemper humiliter vlulat et gemit: ⁊ a deo illa que ſunt neceſſaria voce flebili et querula ſemper querit. ⁊ pro obtinendo illud ſepe repetit atqꝫ dicit vox inquit. Et ideo homini deuoto et humili gemebundo flebili ⁊ oranti videtur loqui ſcriptura Eſa. xxix. vbi dicit. Humiliaberis. de terra loqueris. ⁊ de humo audietur eloquium tuum. Et erit quaſi phitonis de terra vox tua: ⁊ de humo muſitabit eloquium tuum. Phitō erat ille. qui per arteꝫ magicam mortuos ab inferis vo



Ayuntamiento de Madrid

cabat: et ipſos reſpondere compellebat. qui de terra loqui dicebatur pro eo. ꝙ cum illis qui ſub terra ſcilicet iacebant voce ſubmiſſa loquebatur. Cui vtiqꝫ loquendo ſpiritualiter eſt ſimilis vir deuotus. cuius oratio mortuos peccatores ab inferno deſperatiōis īuocat ⁊ extrahit ipſoſqꝫ per confeſſionem loqui ⁊ reſpondere cōpellit. quia ſcilicet vox talis debꝫ eſſe humilis. de terra etiā ſubmiſſa. ideſt de humili mente egrediens ⁊ emiſſa. talis em̄ vox melius a deo auditur. ⁊ quicquid ſic voce humilis orationis petitur melius impetrat̃. Unde Hiere. xxxi. In excelſis audita eſt vox lamentationis. Et bene audita eſt: q2 ſicut in organis canales graciliores etiaꝫ habent voces acutiores ⁊ altiores. Sic ſpiritualiter vox illius apud deum tanto eſt altior. ⁊ oratio validior quāto gracilior eſt et humilior. Sicut de anna legitur. que humiliter orando ⁊ tacite obtinuit quod petebat. i. Regum. i. Et in pſal. Voce mea ad dominum clamaui et exaudiuit me. Habeamus ergo vocem humilis orationis. ¶ Etiam dico. ꝙ habeamus vocem hylaris locutionis. exultationis inquit. Viri enim perfecti debent habere voces letas, ſpiritualiter hylares ⁊ iocundas. letanter enim debent deuꝫ laudare. letanter gratias agere. letanter in domino exultare ps. In voce exultationis ⁊ confeſſionis ſonus epulantis. Aues enim luce incipiente ſentientes ſolis aduentum letantur gaudent ⁊ gratulantur. cantant ⁊ voceꝫ leticie faciunt ⁊ frequentant ſicut patꝫ de alauda ⁊ philomena. que in aurora modulantur letantur ſignantes vtiqꝫ viros iuſtos: qui ad ſolis iuſticie magnitudinem ⁊ claritatem attendentes. in vocem exultationis ⁊ leticie efferuntur. ⁊ magnitudinē eius vocis ſine vocibus iubilo eloquuntur. ij. Paralip. xx. Leuite laudabant dominum deum iſrael voce magna in excelſum. Habeamus igitur vocem hylaris locutionis. ¶ Deinde dico habeamus voceꝫ ſalubus confeſſionis. ſalutis inquit. Confeſſio em̄ dicitur vox ſalutis eo ꝙ quando vox iſta emittitur. homo a dyaboli manibus eripitur. ⁊ ſaluatur. Quando enim quis videt latronem vel ignem in domo ſua. vel vicini ſui etiam clamando ad ignem vel ad latronem a periculo liberatur Sic proculdubio poteſt dici. ꝙ vox huiuſmodi anime domicilium ſaluat ⁊ cuſtodit. ſi ibidem accedentē dyabolum prodiderimus. quia illuꝫ mediante tali voce repellimus ⁊ nosipſos ſaluamus Apocalipſis. vij. Audita eſt vox dicentium ſalus. Quia ſicut dicitur Luce. xix. Hodie huic domuꝫ ſalus facta. Habeamus igitur vocem ſalubris confeſſionis. ¶ Deniqꝫ habeamus voceꝫ vtilis predicationis. in tabernaculis inquit. Tabernaculum enīꝫ dicitur a taberna. quia in tabernis vinum venditur. homines enim ad bibenduꝫ inuitantur. ⁊ ibidem inebriati veſtibus multotiens ſpoliantur. Sic vere officium predicationis ebrietatem ſpiritus vitiorum veſtibus facit denudari. Sic vere de noe dicitur Geneſis. ix. Qui inebriatus eſt ⁊ nudatus eſt in tabernaculo ſuo. Iſta igitur eſt vox predicationis. ⁊ poteſt predicatio dici vox de voce ad vocandum homines ad ſalutem ſicut de doctrina ⁊ predicatione dicitur in pſal. Hodie ſi vocē eius audieritis ⁊c. De predicatore dicitur illud. Mathei. iij. Ego vox clamantis in deſerto. Notabo igitur ꝙ tam predicatio ꝙ̄ predicator poteſt dici vox ſcilicꝫ

Exhortatiua.
Conſolatiua.
Conuocatiua.
Excitatiua.
Modulatiua.
Reprehenſiua.

¶ Dico ergo ꝙ iſta ē vox ꝑ quā exhortamur ad bene operandum. ⁊ ſic dicitur predicator Eſa. lviij. Clama ne ceſſes. quaſi tuba exalta vocem tuam. ¶ Iſta eſt vox per quaꝫ conſolamur. quia vox predicatoris debet eſſe quandoqꝫ conſolatoria et benigna. Canticorum. v. Vox dilecti mei pulſantis aperi mihi ſoror mea. Et eſt verbum predicatoris. animam benigniter alloquentis. ¶ Iteꝫ iſta eſt vox per quam conuocamur. quia per iſtam infideles ad fidem. peccatores ad gratiam. diſcordes ad concordiam conuocantur Actuum. ij. Facta autem hac voce conuenit multitudo ⁊c. Et. i. Eſdre. x. Facta eſt vox in iudea vt congregaretur in hieruſalem. ¶ Item iſta eſt vox per quā excitamur. Iſta em̄ excitat peccatores a ſomno peccati per terrorem diuinorum iudiciorum. ſicut videmus ꝙ litargicus excitatur: vt ſic dicamus illud Hieremie. xxx. Vocem terroris audiuimus. formido et non eſt pax. ¶ Item iſta eſt vox per quā modulamur. Quia peccator interdum debet erumpere in laudes et modulos trinitatis. Iuxta illud. Pſal. Iubilate deo in voce exultationis. Et alibi in pſalmo Iubilate deo in cythara. in cythara. et voce ⁊c. ¶ Item iſta eſt vox. per quaꝫ ſtimulamur Hieremie. xlvi. Stimulator ab aquilone veniet: ⁊ vox eius quaſi es ſonabit. Iſta eſt igitur vox vtilis predicationis. ¶ Inſuper dico ꝙ nos debemus habere vocem autenticam ſcilicet reprehenſionis et redargutionis. que pertinet ad prelatum cū dicitur. Iuſtoꝝ. Quia ad illos qui habent facere iuſtitiam. pertinet ꝙ habeāt vocem autenticam et ſeueram. Quod bene figurabitur in illo filio hominis Apocalipſis primo. Qui habebat in ore gladium bis acutum. De quo dicitur. ꝙ vox eius quaſi vox aquarum multarum. Sic igitur patet quales voces debent iuſti habere: ⁊ quomodo diuerſi debēt diuerſa diuerſimode proclamare. Et ſic dico. ꝙ eſt vox commendabilis que eſt proferenda: quod eſt ſecunduꝫ C
principale. ¶ Tertio dico. ꝙ eſt vox deteſtabilis que eſt abhorrenda: ⁊ iſta eſt vox peccatoris: ⁊ vox etiam dyabolice ſuggeſtionis. Et ſic poſſum notare ꝙ eſt multiplex mala vox ſcilicet vox

Detractionis.
Elationis.
Suggeſtionis.
Adulationis.
Cōminationis.

Vox detractionis eſt nimis rauca. Vox elatiōis ē nimis alta. Vox ſuggeſtiōis eſt nimis falſa. Vox adulatōis ē nimis blāda Vox cōminatiōis eſt nimis dura. Dico igit̃. ꝙ inuenit̃ vox q̄ eſt rauca. ſ. inuidie ⁊ detractiōis. Aues em̄ carnes comedētes habēt voces raucas. terribiles ⁊ graues: ſicut pꝫ in aquila ⁊ in coruo. Sic vere detractores q̄ carnes alioꝝ mordaciter deuorant. voce rauca. triſti ⁊ obſcura: vel etiam diffamatoria ſemper clamant Soph. ij. Vox cantantis in feneſtra. coruus in ſuperliminaribus.

¶ Item ibi inuenitur vox alte iactationis et elationis. communiter femine habent vocem acutiorem ꝙ̄ viri. Sic vere feminei ⁊ imperfecti altius ſe ſolent iactare ꝙ̄ boni pſal. Eleuauerunt flumina vocem ſuam. ¶ Item inuenitur vox falſe malicie ⁊ ſuggeſtionis: ⁊ iſta eſt vox ſyrenarum. quarum vox ⁊ cantus dulcis trahit nauigātes ad interitum. Quia vox falſorum amicorum hypocritarum et malarum ſuggeſtionum ſub ſpecie boni decipit audientes: ⁊ ſubmergit in baratrum per mare ſeculi nauigātes. De tali voce dicitur Geneſis. xxvij. Vox quidem vox iacob ⁊c. ¶ Item inuenitur vox blanda falſe adulationis: quia ſicut ſerpens murenulas voce ſibila ſolet vocare: ſic adulator ſolet verbo adulationis ad ſe alios inclinare. De qua Actuum. xix. Vox facta eſt dicentium: magna dyana epheſiorum. ¶ Item eſt vox dura ſcilicet iniurie ⁊ comminationis ſcilicet vox tyrannoruꝫ: que ſimilis eſt voci leonis. que omnia animalia terret. ⁊ maxime beſtias innocentes. Ideo de iſtis poteſt dici in pſal. Eleuauerunt flumina fluctus ſuos a vocibus aquarum multarum ⁊c. Iſta igitur de voce ſufficiant. Vide ſupra. de vocare. clamare. ⁊ audire. lingua. loqui ⁊ ſimilibus. Et ſi vis pone illam predictam autoritatē. Vox turturis audita eſt. que eſt in ſermone. Vox clamantis in deſerto. ſed non ponas ibi exemplum. qd̄ ibi eſt de panthera. ⁊ dracone ⁊c. B

## Volare. volatus.

Cum volare ideꝫ eſt q̄ alis ſurſum aſcendere ⁊ ſe cito ⁊ faciliter ad ſuperiora transferre. et eſt proprie volare auium que propter hoc volatilia ſeu volucres dicuntur. poſſum notare ꝙ volare ſumitur in bono et in malo. Et ſic dico ꝙ inuenitur volatus

Glorioſus

Ayuntamiento de Madrid

Glorioſus ⁊ admirabilis: Dico igitur
Uirtuoſus ⁊ appetibilis. primo .ꝙ in:
Uitioſus ⁊ deteſtabilis. uenitur vola
tus admirabilis ⁊ glorioſus. ⁊ iſte eſt volatus aſcenſio
nis chriſti. Quia ſicut aquila dicitur altiſſime aſcēdere
⁊ volare: intantum .ꝙ ab humanis obtutibus occulta:
tur; Sic vere chriſtus in aſcenſione ita alte volauit. ꝙ
ſe in interiora velaminis vbi ſurſum intrauit. ab huma
nis obtutibus occultauit. Et de hoc in pſal: Aſcendit
ſuper cherubin ⁊ volauit ſuper pennas ventorum. Sed
de iſto volatu vide ſupra de aſcēſione. quia procerto iſte
eſt admirabilis ⁊ glorioſus ¶ Secundo dico .ꝙ eſt qui B
dam volatus appetibilis ⁊ virtuoſus. quo ſcilicet ſpiri
tuales volucres ſurſum volant ad paradiſum mentali
ter. ⁊ quo etiam angeli ſurſum intendunt in deum per
amorem cordialiter Apocal. xij. Date ſunt mulieri due
ale aquile vt volaret in deſertum. Uide eam ſupra. de ala
De angelis vero ⁊ beatis iam faciem patris contēplan
tibus: poteſt dici illud Apocali. viij. Audiui vocē vnius
aquile volantis per mediū celi. Uide eam ſupra de aqui
la. Siue aūt per volatum intelligatur iſta contempla:
tio. vel mentis eleuatio enigmatica ⁊ figuralis. que eſt
in via. ſiue illa facialis que eſt in patria. Poſſumus di:
cere ꝙ auis ſcꝫ quādo vult volare ſolet plura facere ſcꝫ
Caput inclinat. Sic vere il
Alas extendit. le qui vult
Pedes protendit. in celū mē
taliter vel perſonaliter volare. debet inclinare caput in
tentionis per reuerentiam et timorem. Unde Geneſis.
ix. Terror et tremor veſter ſit ſuper omnes volucres ce
li. Debet etiam extendere et porrigere pauperibus alas
ſuas. ſcilicet bona ſue poſſeſſionis temporalis ſcilꝫ per
elemoſynarum largitionem Ezech. j. Extendebat ſcili
cet cherubin alas ſuas. Debet inſuper protendere ⁊ ex:
tendere vſq; in celum pedes ſue affectionis. per charita
tem ⁊ amorē Eſa. vj. Uolauit ad me vnus de ſeraphin:
qui ſcꝫ interpretatur incendiū. ſignantes illos qui in
cenſi ſunt charitate. Si cū iſta fecerint ſcilicꝫ
Si caput deo ⁊ prelato humiliauerit.
Si manus per elemoſynas extenderit.
Si pedes affectuum vſq; ad celos protenderit. Tunc cō
templando poterit volare: ⁊ ſic volando viam paradiſi
glorie finaliter occupare; vt ſic de iuſtis intelligatur il
lud Eſa. xl. Sancti qui ſperant in domino mutabunt
fortitudinem aſſument pennas. vt aquile volabunt et
non deficient. Uide eam ſupra de ambulare. Et ſic figu
rabuntur Eſaie. vj. In illis ſeraphin. qui ſex alas habe
bant duabus velabant faciem eius ⁊ duabus velabant
pedes eius ⁊ duabus volabant. Et ſic videbantur alas
habere in capite. in medio ⁊ in fine. Seraphin vero qui
eſt ordo ſuperior angelorum: ⁊ qui interpretatur incendiū
viros contemplatiuos ſignificat ⁊ ſeraphicos per amo
rem in deum totaliter accenſos. quia procerto tales ſe:
raphin vocantur. qui ſex alas. i. ſex ſpirituales virtutes
habere debent quibus mediantibus celum poſſunt aſcē
dere et volare. In capite enim et in facie debent habere
duas alas iuſtitie ſcilicet ⁊ timoris. Iuſtitiam ſcilꝫ per
quam regatur: timorem per quem compellatur: quia
iuſtitia eſt intentionis directiua: timor compulſiua et
correctiua. Et ideo Eccleſiaſtici. ij. dicitur. Fili acce:
dens ad ſeruitutem dei ſta in iuſtitia ⁊ timore. Et meri
to: quia ſicut dicitur Eccleſiaſtici. j. Qui ſine timore eſt
non poterit iuſtificari. ¶ Item in pedibus affectionis
qui portant animam: debent habere alas duas ſcilicet
ſpem et charitatem. ſpem que affectiones erigat chari:
tatem vero que ipſos inflammet ⁊ incendat. pſal. Spe
rate in eo omnis congregatio populi ⁊c. Et ſic erit ſi:
cut illud animal quod dicitur pegaſus: et dicitur ani:
mal eſſe maximum et altum. Unde equus perſei mili:
tis pegaſus eſſe fingitur qui alas habebat in pedibus:
per quas volando per aera vehebatur. Quia ale affe:
ctus pedum ſunt ſpes et amor: quibus ad omnia appe
tibilia volamus: et quibus ſub perſeo magiſtro noſtro
chriſto ſcilicet ad aera ideſt ad celum per cōtemplatio
nem ambulamus. Unde anima de ſe pōt dicere ꝙ ipſa
eſt mater pulchre dilectionis ⁊ ſancte ſpei. Eccli. xxiiij.
¶ Item lateribus debet habere duas alas. ſcilicet alā
patientie in ſiniſtra aduerſitatis: alam miſericordie in
dextera proſperitatis. Et ſic ſcilicet anima alam patiē
tie extendat ad mundi aduerſitates ipſas ſuſtinendo.
Alam vero miſericordie extendat ad mundi proſperita:
tes ⁊ facultates ipſas pauperibus erogando. Et ſic di
cit apoſtolus. j. Thy. vj. Sectare iuſtitiā. pietatem. pa:
tientiā. Et ſic ſm eundem. Diriget dominus corda ve
ſtra in charitate et patientia chriſti. ij. Theſſaloñ. iij.
Iuxta illud. Ephe. iiij. Cum patientia ſupportātes in:
uicem. Supportantes inquit. Elemoſynas erogando:
cum patientia aduerſa tolerando. Quid plura: procer
to ſi iſtas ſex alas habuerimus. volare per contempla
tionem ad deum poterimus ita ꝙ ſurſum mentaliter
veniemus: et illuc in fine preſentialiter accedemus ita
ꝙ de nobis proprie dicatur illud Eſaie. vj. Uolauit ad
me vnus d̄ ſeraphin. Ideo breuiter de viris perfectis ita
volantibus admirando poteſt dici illud Eſaie. lx. Qui
ſunt iſti. qui vt nubes volant ⁊ quaſi columbe ad fene:
ſtras ſuas. ¶ Ubi aduerte ꝙ ſicut auis aliquando vo: C
lat ſurſum: aliquando circūcirca deorſum. aliquando
ab inferius introrſum. Sic vere vir ſpūalis ⁊ iuſtus de
bet volare mentaliter
Superius ad celeſtes eminentias.
Exterius ad terreſtres circumſtantias.
Interius ad cordeſtres conſcientias.
Primus volatus eſt contemplationis qui eſt mirabi:
lis. ⁊ ideo dicitur. Qui ſunt iſti. Secundus eſt circun:
ſpectionis: qui eſt perutilis. ideo dicitur nubes. Quia
nubes circucūt omnia. Tertius eſt meditationis: qui
eſt laudabilis: et ideo dicitur. Feneſtras. ¶ Eſt enim
mirabile ꝙ per contemplationē ſuperius aſcēdamus
ideo mirando dicitur. Qui ſunt iſti. Eſt perutile ꝙ per
circūſpectionem exterius vagemur: ⁊ ideo dicitur. Nu
bes. Eſt enim laudabile ꝙ interius per meditationem
pauſamus: et ideo dicitur. Quaſi colūbe ad feneſtras
ſuas. Et ſic breuiter dico ꝙ eſt quidam volatus. Admi
rabilis. Commendabilis. Frequētabilis. Primus eſt
contemplantium ſuperius. Secundus eſt laborantiū
exterius. Tertius eſt meditantium interius. ¶ Dico
igitur ꝙ iuſti volāt ſuperius admirabiliter. ⁊ hoc oſtē:
ditur cum dicitur. Qui ſunt iſti. Si videremus homi:
nes ſicut aues volare. et non immerito miraremur: ⁊ di
ceremus etiam. Qui ſunt iſti. Et procerto non minus
eſt mirandum. ſi videmus in terra natos celum quere:
re: et circa terrena occupatos inferius mentem ſupe:
rius eleuare. Et ideo ſancti ⁊ ſancte admirandi fuerūt
qui contra conditionem carnis mundum quo nati fue:
runt contempſerunt. celum quod nunꝙ intrauerunt
petierunt. et per contemplationem affectu ad patri:
am quam ignorauerunt volauerunt. Qui ſunt igitur
iſti. Et ſic admirando videbatur querere. Apocalyp.
vij. d. Iſti qui ſunt amicti ſtolis albis qui ſunt et vnde
venerunt: Reſpondetur. Iſti ſunt qui ex magna tribu
latione venerunt. Et ideo ad aſpiciendum ⁊ admiran:
dū talia volatilia monet dominꝰ Mat. vj. d. Reſpicite
volatilia celi: quia non ſerunt ⁊c. quaſi dicat iſti q ſunt
volucres celi per celeſtium contemplationem et affe:
ctionem: et per mentalem in celo habitationem: non
querunt temporalia. congregare: ſed potius celeſtia co
gitare. Et ſic dicitur in pſal. Uolucres celi ⁊ piſces ma
ris ⁊c. Piſces enim ⁊ volucres de eadem materia ſcilicet
de aqua ſunt facti ſicut dicitur Geñ. j. Iuxta illud ſum
me deus potētie: q̄ ex aqua ortū genus partim leuat in
aera. partim remittitur gurgiti. et ideo ſimul ponit vo
lucres celi et piſces maris: ad denotandum ꝙ nos de:
bemus eſſe volucres mentaliter ad celum volando. pi:
ſces maris inferni amaritudinem cogitando. Aduer:
te tamen de iſtis volucribus et volatilibus. Quod que
dam habitant in petris et altis rupibus. ſicut aquile.

Ayuntamiento de Madrid

Quedam in ramis et arboribus ſicut pice. Quedaꝫ in glebis ⁊ pulueribus ſicut alaude. Quedam in tectis ⁊ parietibus ſicut columbe Quedaꝫ in aquis ⁊ flumi-nibus: ſicut cigni ⁊ onocrotali. Quedam in luto ſicut vpupa Sic vere chariſſimi de viris ſpiritualibus poſ-ſumus dicere ꝙ quidam nidificãt ⁊ habitant in petris id eſt in fidei ſoliditate. ps. Volucres celi ſuper ea habi-tabunt de medio petrarũ dabũt voces. Quidam in ar-bore id eſt in crucis chriſti acerbitate. Unde d̃ ſynapi di-citur Math. xiij. Quod volucres celi requieuerunt in ra-mis eius. Quidaꝫ in gleba ⁊ terra id eſt in deiectione ⁊ humilitate. ps. Sicut arena maris volatilia pennata. Quidam in tectis id eſt in eccleſia ⁊ religione. ⁊ ſic prece-ptuꝫ eſt noe. Geñ. vj. Quod ipſe poneret in archam. id eſt in eccleſiam de volucribus iuxta genus ſuum. Quidaꝫ in aquis id eſt in deuotiõe ⁊ miſericordia. Geñ. j. Pro-ducant aque reptile anime viuentis: ⁊ volatile. Quidã in lutis id eſt in proprie carnis vilitatis cõſideratione Geñ. xv. Deſcenderunt volucres ſuper cadauera. Ecce igitur quomodo conditiones iſtarum auium ſpiritua-liuꝫ ſunt mirabiles: bene igitur queritur. Qui ſunt iſti Et ſic dico ꝙ iſti volãt ſuperius admirabiliter. ¶ De-inde dico ꝙ iſti volant exterius cõmendabiliter: ⁊ hoc oſtenditur cum dicitur: Nubes. Quia ſicut nubes ha-bent currere circũquaqꝫ lateraliter ⁊ oblique. Sic vere viri ⁊ maxime boni actiui ⁊ prelati habent lateraliter ad negocia temporaliter currere. ⁊ ad vndiqꝫ faciendꝫ circuire: nunc ad bonos promouendũ ⁊ benefaciendũ. ⁊ ſic de alijs. Multos bonos volatus poſſunt boni et actiui facere per quos poſſunt predam celeſtem acqui-rere ⁊ habere. Nubes inquit. Job. xxxvij. Nunquid no-ſti ſemitas nubiuꝫ? Quia breuiter volatus actiui labo-ris nobis a natura iniungitur. et ad hoc ſꝫm magis et minus quilibet vt dicitur Job. v. naſcitur homo ad la-borem ⁊ auis ad volandum. Notabo igiꝉ de bonis acti-uis ꝙ ipſi debent volare

Ad aliorum eruditionem.
Ad liberorum educationem.
Ad vitiorum emendationem.
Ad terrenorum miniſtrationem.
Ad iniquorum caſtigationem.
Ad diuinorum predicationem.

¶ Dico ergo ꝙ quilibet bonus prelatus debet volare ad eruditionem aliorum. Quia ſcilicet augures a vola-tilibus docentur. ⁊ de occultis ſꝫm ſuam ſcientiã et per garritus ⁊ geſtus ſcilicet volucrũ informantur. In quo notatur ꝙ prelati vel doctores debent alios docere. ⁊ tã verbis ꝙ̃ exemplis ipſos in moribus informare. Job. xxxv. Docet nos ſuper iumenta terre ⁊ in volucribus ce-li erudit nos. ¶ Item volare debent ad educationem li-berorũ. Quia ſicut videmus ꝙ volucres diligenter ad hoc vacant. Ad denotandum ꝙ prelati debẽt ſubditos pauperes educare. ⁊ alios filios ⁊ conſanguineos ſuſtẽ-tare. Et ſic dicitur Luce. ix. Vulpes foueas habent ad ſuos catulos ſcilicet nutriendos. ⁊ volucres celi nidos: q2 magna pars volucrũ nõ iacet in nidis niſi ꝙ̃diu ha-bet pullos. ¶ Item volare debent ad emẽdationem vi-tioruꝫ. Vix enim eſt dare volucrem ita fortem quin ab homine dometur. Sic vere nullus debet eſſe ita malus quin conuertatur ad dominum ⁊ mutetur. Jacobi. iij. Omnis natura volucrũ domita eſt a natura humana ¶ Item debent volare ad adminiſtrationeꝫ terrenoꝝ. Quia etiam volucres volant querere cibos ⁊ predas ꝓ ſe ⁊ pro pullis ſuis. ſic licitũ eſt immo neceſſarium acti-uis tam pro ſe ꝙ̃ pro alijs temporalibus cogitare. ⁊ ci-bos ſubditis ſuis ꝓcurare Abacuch. j. Volabũt quaſi aquila feſtinans ad comedendum. ¶ Item volare de-bent ad caſtigationem malignorum. Volucres enim nobiles ad auium fluuialium mortem volant. Sic bo-ni prelati debent volare ad caſtigationem et punitio-nem malorum. Et ſic piſtori dictum eſt Geñ. xl. Lace-rabunt volucres celi carnes tuas. ¶ Item debent vola-re ad predicationem diuinorum: quia etiam volucres voces et ſonos produnt. Apocalyp. viij. Audiui vocem vnius aquile volantis. Patet igitur ꝙ iuſti volant ex-terius commendabiliter. ¶ Deniqꝫ dico ꝙ volãt inte-rius meditabiliter: quod oſtendiꝉ cum dicitur. Quaſi columbe ⁊c. Sicut enim columba que auis eſt medita-trix non garrula: videns accipitrem ſolet ad feneſtras ſeu foramina vbi habitat volare: vt ſic ſe poſſit ab acci-pitre ſaluare. Sic vere cum accipitrem dyabolum. ſci-licet nobis inſidiantem videmus. ſtatim ad feneſtram proprie conſcientie: vel ad feneſtras vulnerum chriſti debemus volare per conſiderationem: et ibi more colũ-be gemere et meditari debemus. ps. Quis dabit mihi pennas ſicut columbe ⁊c. Sic igitur patet ꝙ triplex eſt volatus ſcilicet volatus contemplationis. operationis et meditationis. Et ſic patet ꝙ eſt volatus commenda-bilis et virtuoſus. ¶ Tertio dico ꝙ eſt volatus deteſta- D bilis et vitioſus. ⁊ iſte eſt volatus malorum qui ſimiles ſunt ycaro filio dyaboli qui cum ſꝫm fabulas Ouidij vna cuꝫ patre dedalo alas cum cera ſibi ligaſſet. ⁊ etiã mare tranſiret: et inſulam crete in qua inuitus teneba-tur exiret. pater ſuus docuit ipſum ꝙ volando mediuꝫ teneret. ⁊ ꝙ ſurſum non nimis aſcenderet. ne forte calo-re ſolis ⁊ cera fluente penne caderent. et ꝙ inferius nõ nimis deſcenderet. ne forte terre frigiditate ⁊ aque hu-more graues fierent. ipſe vero mandata patris refutãs et de volatu gaudens etiam ſuperius nimis alte vola-uit. et ideo liqueſcentibus ceris in mare cecidit ⁊ perijt Tales proculdubio ſunt peccatores. cum enim habeãt inſulã huius mundi dimittere. ⁊ ſuper mare multoruꝫ periculorum volando per bona opera ad terram firmã paradiſi tranſire. neceſſe eſt ꝙ dimittant temporalia ⁊ medium teneant. Quod multi tamen non faciunt: im-mo ad terraꝫ facultatum per auariciam ad aquas de-liciarum per luxuriam. ad celi eminentiam per ſuper-biã nimis alte volitant ⁊ accedunt. ⁊ hinc eſt ꝙ ale affe-ctuum ſuorum frigore indeuotionis gelantur ⁊ humo-re carnalis delectationis grauantur. ⁊ ardore ambitio-nis liqueſcunt ⁊ diſſoluuntur ⁊ pennis virtutum caden-tibus in mari vitiorum ⁊ tormentorum merguntur. Etiã ſimiles ſunt locuſte que cum ſe volare credit ſurſum ſe erigit. ⁊ ſubito ꝓpter põdus corporis cadit. quia tales ſunt peccatores ita graues ꝙ dum volunt volare ſuper-biendo ⁊ ſe magnificando. cadunt ſubito dei iudicio tẽ-poraliter ⁊ eternaliter. Et ideo de grauitate talium dici-tur in ps. Quod miſſa ſunt filijs iſrael ſicut harena ma-ris volatilia pennata. Et ſic breuiter de malis volatili-bus. id eſt de vanis ⁊ ſuperbis peccatoribus: ⁊ etiam de demonibus eſt notandũ ꝙ iſti volant diuerſimode ad vitia ⁊ peccata. Unde dico ꝙ iſti volant

Ad proſperitates.
Ad pompoſitates.
Ad carnalitates.
Ad crudelitates.
Ad voracitates.

Volant dico qdã ad ꝓſperitates. Exec. xvij. dicitur. Quod ſub vmbra cedri nidificabant volatilia. Umbra enim mundi trãſitoriam proſperitatem deſignat. Cedrus eñi excel-lentias. ſ. ſtatuũ deſignat. Unde ibidẽ dicitur ꝙ habi-tabãt ſub eo omnes volucres celi: ⁊ omne volatile ſub vmbra ipſius nidificabat. ¶ Itẽ aliq volãt ad põpoſi-tates. ſicut ſunt illi qui ſemꝑ dignitates ambiũt. Eſa. xxx. Ex ipſis leena ⁊ leo: ⁊ vippera ⁊ regulus volans. Et ſi vis compara ambitioſos et ſuperbos iſtis quatuor animalibus. ¶ Item aliqui volant ad carnalitates: ſi-cut ſunt luxurioſi. De quibus dicitur Apocalyp. xviij. Quod babylon facta eſt cuſtodia omnis volucris immũ-de ⁊ odibilis. ¶ Itẽ aliqui volant ad crudelitates ſicut ſunt iudices principes ⁊ raptores crudeles. De quibus diciꝉ Deut. xxviij. Adducet dñs ſuper te gentẽ in ſimi-litudinẽ aquile volantis cũ impetu. ¶ Itẽ aliqui volãt ad voracitates. ſicut ſunt guloſi qui vbicũqꝫ ſentiũt con-uiuia volũt ire. Abacuch. j. Volant quaſi aquila feſti-nans ad comedendũ. Iſta igiꝉ ſufficiant de volare. Vi-de. ꝫ. de ala. penna ⁊ aue ⁊c.

Voluptas

Ayuntamiento de Madrid

A **Voluptas.** Nota ꝙ voluptas nihil aliud eſt ꝙ delectatio. quam in rebus quibus vtimur inuenimus. Accipitur aūt quandoqꝫ pro complacentia bona quandoqꝫ pro mala: ⁊ hoc cōiter. Unde nota ꝙ inuenitur voluptas. ſ.

Virtualis
Eternalis.
Corporalis:
Temporalis.

¶ Voluptas virtualis eſt gloria. et ſic ſumitur illō Ezec. xxxvj. vbi dicitur. ꝙ illa terra inculta facta eſt ortus voluptatis. ¶ Item voluptas eternalis eſt fructuoſa. de qua Geñ. ij. Plantauerat eñ dominus deus paradiſum voluptatis a principio: ⁊ ſic etiam de beatis dicitur in pſal. Torrente voluptatis tue potabis eos.
¶ Item voluptas corporalis eſt lubricoſa. Eccl's. xij. Adoleſcentia ⁊ voluptas vana ſunt. ¶ Item voluptas temporalis eſt luctuoſa: quia iſta eſt que ducit ad luctum inferni. vnde Michee. vj. Ambulaſti in voluptatibus vt darem te in perditionem. In vſu enim cuiuſcūqꝫ rei poteſt homo inuenire improbam voluptatem ⁊c. vide vbicunqꝫ agit de delicijs ⁊c.

A **Vouere. votum.** Nota ꝙ votum quandoqꝫ ſumit pro deſiderio. quandoqꝫ vero vt cōmuniter ꝓ promiſſo. Quando autem votū idem eſt qd̄ deſiderium. tunc videtur ſumere ortum a volo vis. ⁊ ſic ſumitur in pſ. quando dicitur In me ſunt deus vota tua. ⁊ Prouer. xxxj. Quid dilecte votorum meorum. Et eſt cōis locutio quando de aliqua re dicitur ꝙ accidit vel non accidit iuxta votum. ideſt iuxta voluntatem quandoqꝫ vero votum idem eſt qd̄ promiſſum. tunc dicitur a voueo voues. qd̄ idem eſt qd̄ aliquid firmiter promittere. ⁊ ſe ad hoc iuramento vel fide promiſſa cum deliberatione obligare. ¶ De voto igitur ſeu pacto ſeu ꝓmiſſione vel etiam iuramento poſſumus dicere ꝙ votum ⁊ ſimplex verbum ita videtur differre. ſicut glacies ⁊ criſtallus. Glacies fuit primo aqua. ⁊ tamen faciliter reſoluitur ⁊ iterū redit in aquā Criſtallus vero primo eſt aqua ⁊ in principio: ſed iſta in ſubſtantiam criſtalli tanta firmitate conſtringitur. ꝙ nunꝗ̄ amplius in primā conditionem reuertitur. nec amplius in aque ſubſtantiam cōmutatur. Sic procerto ſimplex verbū gelu dicitur quod non fortiter ſed ſuperficialiter confirmatur ⁊ congelatur. Et ideo licite poteſt homo diſſoluere. ⁊ ita ſine magno ꝑiudicio non tenere. Votum vero criſtallus dicitur: quia a principio fuit vt aquarum humor fluxibilis ⁊ ad faciendum habilis. Poſtꝗ̄ vero fuerit congelatum ⁊ firmum: ita fortiter conſtringitur: ꝙ nunꝗ̄ amplius diſſipatur: immo neceſſe eſt ꝙ extunc fortiter teneatur ſicut de fato dicit Senec. li. de naturalibus ꝙ ordinem fati ſeries eterna diſpoſuit. cuius inquit prima lex eſt ſtare de cetero. Qꝛ proculdubio a principio eſt voluntariū: ⁊ poſt factum erit neceſſariū. ſicut dicit in pſ. Vouete et reddite. q. d. ex quo votum eſt: reddendum eſt. Igitur dico ꝙ votum debent quatuor comitari. ſ.

Maturitas.
Libertas.
Neceſſitas.
Celeritas.

Maturitas dico: qꝛ mature prudenter ⁊ cum deliberatione debet fieri votum. Quia ſicut videmus in natura illa que ſunt diuturne durationis. ſunt vt cōmuniter tardi incrementi ⁊ difficilis inſtitutionis. ſicut de homine videmus qui diutius durat ꝙ̄ equus. et ideo in principio ſolet tardius creſcere. ⁊ difficilius ad incrementum venire: quia homo triginta annis complemētum ſuum acquirit. qd̄ equus. vij. annis accipit. ⁊ ſic de alijs infinitis. Sic vero quia votum eſt res perpetua et durabilis. congruum eſt ꝙ eius inſtitutio ſit difficilis ⁊ per deliberationem habitam tarda ⁊ non preceps nec volatilis. Quia ſicut dicit Seneca diu deliberandum eſt qd̄ ſemel ſtatuendum eſt. Quod preſupponit. Hieremie. xliiij. vbi dicit. Faciemus vota noſtra vt ſacrificemus. Faciemus enim et ſacrificemus verba ſunt futura que vtiqꝫ deliberationem deſignant. Deliberare debet homo vtrum illud quod vouetur ſit licitum ⁊ honeſtum: vel vtrum ſit decens vel poſſibile adimpleri contra incepte. Quia ſicut dicitur. Iudicū. xj. propter hoc ꝙ vouerat indiſcrete ſe deo ſacrificaturum. quicquid de domo ſua ſibi victori occurreret. filiam ſuam primo occurrentem ſacrificauerat ⁊ occidit. De quo dicit Hieronymus. Qd̄ ipſe fuit in vouendo fatuus ⁊ in reddendo impius. Patet igitur ꝙ in voto debet eſſe maturitas. ¶ Item ibi debet eſſe libertas: quia ſcilicet votum debet ſponte fieri. non coacte. Cum enim votum fiat ad hoc, quod domino placeat: neceſſe eſt qd̄ a voluntate non a coactione procedat: quia ſi a coactione et non a voluntate fieret: domino non placeret. j. Paralipomenon. xxix. Letatus eſt populus cum propria ſponte promitteret. ¶ Item ibi debet eſſe neceſſitas ſcilicet ex quo prouectum votum fuerit ⁊ promiſſum extunc fiat neceſſarium. quod ante fuit voluntarium ita ꝙ extunc (dumtamen votum ſit a ſe licitum) neceſſe eſt ꝙ reddatur: niſi forte per ſuperiores relaxetur: vel in melius commutetur. Ione. ij. Quecunqꝫ volui reddam pro ſalute mea domino. ¶ Item ibi debet eſſe celeritas: quia ſcilicet ſicut ſapiens qui pecuniam quam debet citius ꝙ̄ poteſt ſoluit timens ſi ipſam perderet non poſſet amplius liberari. Sic vere chariſſimi vota que deo promiſimus: cito et celeriter ſoluere debemus ne forte per mortem ſoluendi poteſtatem perdamus. et obligati in purgatorio maneamus. Unde Deuterō. xxiij. Si votū voueris dño deo tuo non tardabis reddere. Et ſic patet ꝙ votū debet eſſe acceleratum. neceſſarium. voluntariū ⁊ deliberatū ⁊c. Vide ſupra de reddere. ꝓmittere. et ſufficit.

**VRbs.** Nota ꝙ vrbs dicitur ab orbe qd̄ eſt rotundum. eo qd̄ antiquitus vrbes formabantur rotunde. Sed quia ſupra de ciuitate dictum eſt. ideo breuiter pertranſibo. Notabo tamen ꝙ inuenio ꝙ eſt A

Urbs

| | |
|---|---|
| Superior. | Prima eſt opulentiſſima. |
| Inferior | Secunda eſt roboratiſſima |
| Interior. | Tertia eſt gratioſiſſima. |
| Exterior. | Quarta eſt inquietiſſima. |
| Deterior. | Quinta eſt deſperatiſſima. |

¶ Prima eſt hominum perfectorum. ⁊ iſta eſt vrbs paradiſi. vbi beati et angeli ſine fine letantur. Trenorum ij. Heccine eſt vrbs perfecti decoris et gaudium vniuerſe terre. ¶ Item ſecunda eſt vrbs hominum perfectorum ſcilicet eccleſia militans et religio que figuratur in vrbibus fugitiuorum. Numeri. xxxv. eo ſcilicet qd̄ rei qui ad iſtas fugiunt tuti fiunt. Iſte enim ſunt due ciuitates tutiſſime extra quarum alteram non eſt ſalus. ij. Paralipomenon. viij. Edificauit ſalomon vrbes firmiſſimas. ¶ Item eſt vrbs hominum deuotorum: et iſta eſt vrbs conſcientie. vbi intellectus eſt rex. et voluntas regina: ciues vero ſunt boni habitus et virtutes. Hec enim in ſupercilio contemplationis debet eſſe poſita. in quo nulla tempeſtate poſſit eſſe impulſa ſed a cūctis hoſtibus ſemper tuta. ij. Paralipomenon xxiij. Letatus eſt omnis populus et vrbs quieuit.
¶ Item eſt vrbs hominum peccatorum. et iſta eſt ciuitas huius mundi. que ſemper eſt in rebellione et turbatione. j. Eſdre. iiij. Urbs hominum illorum rebellis eſt et regibus nocens et prouincijs. ¶ Item eſt vrbs hominum damnatorum. et iſta eſt vrbs inferni que vna cum omnibus ſuis incendijs perpetuis eſt damnata. Joſue. vj. Urbem et omnia que in ea ſunt inuenta ſuccenderunt. His igitur premiſſis ſiue per vrbem intelligatur conſcientia ſiue anima viri iuſti ſiue etiam eccleſia vel religio: ſeu etiam ciuitas paradiſi. poſſumus dicere ad laudem eius illud Eſaie. xxvj. Urbs fortitudinis noſtre ſyon ⁊c. vbi aduerte ꝙ iſta eſt vrbs
Firmitatis inexpugnabilis. Fortitudinis.
Charitatis indiuiſibilis. Noſtre.

Ayuntamiento de Madrid

Claritatis inextinguibilis. Syon.
¶ Firmitatē ꝓbat ſolida regio. Fortitudinis.
Charitatem ꝓbat cōmunis legio. Noſtre.
Claritatem ꝓbat ꝓfulgens viſio ſyon.

B ¶ Iſta igitur vrbs habet firmitatem inexpugnabilem ⁊ hoc oſtenditur cum dicitur. Fortitudinis. Quia vrbs fortis dicitur quando in forti loco ponitur. quādo forti muro cingitur. quando a fortibus militibus defenſatur. quādo a fortibus ciuibus inhabitatur. Et ideo vrbs; iſta ſcilicet religio vel anima in loco forti ſcilicꝫ in fide xpī eſt fundata. a rege forti ideſt a chriſto eſt occupata. fortibus muris ideſt angeloꝝ cuſtodibus vt cuſtodijs eſt circūſcepta. a fortibus militibus. ideſt a bonis perſonis et virtuoſis viris inhabitata. Unde dico ꝙ fortiſſima: ſtabilis ⁊ ſolida: tuta ⁊ ſecura eſſe dinoſcitur: ⁊ ideo proprie vrbs fortitudinis nominatur. Urbs inquit fortitudinis. Unde iſta eſt illa vrbs diuitis regis chriſti. De qua dicitur Prouerb. x. Subſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius. Quia iſta dicitur vrbs fortis: quia q̄uis ab hoſtibus impugnetur. nunq̄ tamen ab ipſis penitus ſubiugatur. Nauicula enim petri legitur fluctuaſſe: ſed nunq̄ fluctibus periſſe. Mat. viij. et. xiiij. Quia eccleſia vel religio q̄uis tribulationū vel temptationum fluctibus agitetur. nunq̄ tamen perit aut penitus diſſipatur. Luc. xxij. Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua. Uir autem perfectus. conſcientia vel anima ſpiritualiter poteſt impugnari. nūq̄ autem per violētiam intus ſubiugari. Quia ſm Senecā Inuicti eſſe poſſumus incuſſi nequaq̄. Iſta eſt igitur vrbs fortitudinis. Sed q̄ꝛ ꝓcul dubio videmus ꝙ iſte vrbes fortiſſime nunq̄ capiuntur inuite: ſed ſpontanee capiunt̄ non coacte. Accidit enim in vrbibus fortibus: quod populus eſt proditor ipſi regi: et ſic tradit voluntarie inimicis. Sic etiam ſepe fit in iſtis vrbibus: quia ſcilicet in vrbe eccleſie vel religione ſepe cernimus vbi milites et principes. i. ſuperiores et prelati et etiam religioſi clerici et alij ſubditi contra regem chriſtum ideſt contra ſtatum eccleſie coniuraſſe videntur. inq̄tum voluntarie hoſtibus eius ſcilicet carni. mundo et dyabolo ſubiugantur. et ipſi regi chriſto peccatis et criminibus opponuntur. Trenoꝝ. j. Sacerdotes mei ⁊ ſenes mei in vrbe conſumpti ſunt quia queſierunt cibum ſibi. Et ideo de talibus qui ſic dimittunt vrbem tribulari admirando loquitur ſcriptura. dicendo Hiere. xlix. Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabilem: vrbē leticie. q. d. non debuerunt. Item in vrbe anime hoc videmus quotidie enim fit ꝙ ciues huius vrbis ſcilicet habitus ⁊ affectus ⁊ ſenſus. cū ipſa regina vrbis. ſ. voluntate tradunt regem ſuū intellectū: ⁊ rationis iudiciuꝫ produt: ⁊ ab eius dominio fugiunt, ⁊ recedunt. Hoſtes vero iſtam vrbem occupant. ⁊ ipſam capiunt et incendunt. Hierem. xxxij. Urbs data eſt in manus chaldeorum. Et ſic fit ꝙ iſte vrbes non per fortitudinem capiūtur. ſed voluntarie hoſtibus ſubiugantur. Judith. ij. Omnem vrbem ſubiugabis mihi. Unde de tali vrbe fortitudinis videtur dici. Eſa. xxv. Poſuiſti ciuitatem in tumultuꝫ. ⁊ vrbem fortem in ruinam ⁊c. q. d. ꝙ ciuitas anime vel eccleſie deſtruitur pro eo ꝙ domus alienoꝝ ⁊ maloꝝ ciuitas efficitur. ⁊ eo ꝙ tumultibus ⁊ diſcordijs diſſipat̄. Non ſic igitur non tradatur vrbs iſta voluntarie inimicis. quia ipſa procerto ſe quantuꝫ eſt de ſe firmitatem inexpugnabilem ponit vrbs inquit fortitudinis. ¶ Secūdo dico ꝙ iſta habet charitatem indiuiſibilem. ⁊ hoc oſtenditur cum dicitur. Noſtre. Quia iſtud pronomen noſtre cōmunitatem: charitatem ⁊ ſocietatem deſignat. meū ⁊ ſuū ſunt partialia: ⁊ iſta ſunt que lites ⁊ controuerſias introducunt: ⁊ que charitatem ⁊ vnitatem tollunt. Unde Sene. Quietiſſime viuerent homines. ſi hec duo pronomina tollerentur ſcilicꝫ meū ⁊ tuū. Noſtra ⁊ veſtra ſunt cōmunia. ⁊ iſta ſunt q̄ charitatem cuſtodiunt ⁊ faciunt: ⁊ vnitatem ⁊ concordiam introducunt. Noſtre inquit. Hieremie. xl. Manete in vrbibus veſtris. ¶ Tertio dico ꝙ iſta vrbs habꝫ claritatem ſuſtentabilem. cum dicitur. Syon. quod interpretatur ſpeculatio: eo iſta in vrbe per fidem ⁊ contēplationem. ⁊ rationem. ⁊ per verum iudicium ⁊ diſcretionem veritas contempletur vt ſic de iſta dicatur illud Eſa. j. Uocaberis ciuitas iuſti vrbs fidelis. Syon inq̄t. ps. Uidebitur deus deorum in ſyon. Patet ergo quomodo in vrbe eccl̄ie vel anime eſt claritas. charitas ⁊ firmitas. vide ſupra de ciuitate.

## Urere. Uſtio.

Nota ꝙ vſtio ſumit̄ in bono et in malo. Nam ſm ꝙ ſunt diuerſa genera ignium. ſm hoc ſunt varie ſpecies aduſtionum. Et ſic dico ꝙ boni vruntur A

Per dilectionem.
Per correctionem.
Per temptationē.

Dico ꝙ boni vrūtur igne feruentis dilectionis. et ſic dicitur in ps. Ure renes meos ⁊ cor meū Item vruntur igne mordentis correctionis. Uult enim deus ꝙ boni tribulationibus vrātur. ⁊ ꝙ ne inſoleſcāt correctionibus ſtimulētur. Unde Jacob dicebat Geñ. xxxj. Eſtu vrebar ⁊ gelu. Et ſic etiam prelati qui alios habent corrigere dicuntur vrentes. ps. Qui facit miniſtros ſuos ignem vrentem. Item vruntur igne ardentis tribulationis ſeu temptationis: quia deus permittit eos ab hoſtibus temptari. ⁊ etiam temptationū ignibus concremari. ij. Coꝛ. xj. Quis ſcandalizatur et ego non vror. ¶ Item dico ꝙ mali ſuas habent aduſtiones vnde nota ꝙ mali vruntur

Interius. malis affectionibus.
Exterius. mundi tumultibus.
Poſterius. inferni flammatibus.

Uruntur dico interius deſiderijs affectiuis. Unde de peccatore dicitur Hieremie. iiij. Uentus vrens in vijs. ¶ Item vruntur exterius doloribus euiſceratiuis ſcilicet tribulationibus mundi. Quia tyranni ſunt ſicut ignis: qui non ſolum vrit bona ligna: immo etiam mala. Unde de talibus dicit̄ Abachuc. j. Suſcitabo chaldeos ⁊c. Sequitur volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum: facies eorum ventus vrens. ¶ Item vrūtur poſterius. ſcilicet in fine doloribus immitigatiuis. Unde Judith. xvj. dicitur. Dō ſuper impios dabit dominus ignem et vermes vt vrantur et ſentiant vſq̄ in ſempiternum ⁊c. Uide ſupra de Igne. Ardere et Accendere.

## Urgere.

Nota ꝙ vrgere cogere ⁊ compellere ſumuntur in bono ⁊ in malo. Et ideo breuiter notabo ꝙ inuenitur vrgere B

Dilectionis interioris.
Correctionis ſuperioris.
Afflictionis exterioris
Damnationis poſterioris.

¶ Eſt dico vrgere dilectionis. Zelus enim ⁊ feruor diuini amoris vrget nos benefacere. Sicut videmus ꝙ ignis compellit ſcilicet ſcintillas ſurſum aſcendere. vnde. ij. Corinth. v. Charitas chriſti vrget nos. ¶ Iteꝫ eſt vrgere correctionis. Prelati enim inſtituti ſunt ſicut magiſtri operum qui alios compellunt et vrgent. Unde. j. Eſdre. iij. Conſtituerunt leuitas vt vrgerent opus domini. ¶ Iteꝫ eſt vrgere afflictionis ſeu exterioris tribulationis. Quia ſicut fortis ventus cogit aliqueꝫ ire retro vel ante. Sic tribulatio vrget nos vt retrocedamꝰ ⁊ vt declinemus a malo: ⁊ vt ante vadamus bonum faciendo. vnde Exo. xij. dicitur. Dō ipſi egyptij qui erant peſſimi vrgebant filios iſrael egredi de egypto. ¶ Iteꝫ eſt vrgere damnationis. Quia ſicut ſentētia iudicis vrget vt latro ducatur ad patibulum. Sic ſententia chriſti vrget malos ingredi in infernum. Danielis. iij. Miſſi ſunt in fornacem ignis ardentis. nam iuſſio regis vrgebat ⁊c. Uide ſupra in infinitis locis huius operis. vbi fit mentio de iſto quadruplici genere compellendi.

v

## Uſq̄.

Nota ꝙ iſta dictio Uſq̄ ſiue ſumat̄ incluſiue ſiue excluſiue ſemper denotat mihi terminum atq̄ finem. Et ſic breuiter A

Ayuntamiento de Madrid

ſic breuiter notabo ꝙ per vſqꝫ intelliguntur boni ⁊ mali. Et ſic dico ꝙ inuenitur vſqꝫ
Quod eſt appetibile.
Quod eſt deteſtabile.
Quod eſt intranſibile.
Quod eſt formidabile.
Quod eſt admirabile.

¶ Dico primo ꝙ eſt vſqꝫ appetibile. et iſtud eſt ille finis. illa concluſio ad quam boni homines deſiderant peruenire. Omne enim illud quod natura appetit naturaliter eſt ſuum vſqꝫ: ideſt venire vſqꝫ ad terminū quo poſſit appetitus ſuus quieſcere et amplius non fluere nec vacare. patet de lapide ſurſum iacto: qui naturaliter appetit vſqꝫ ad terminum ſcilicet ad terram deſcendere vt ibi vbi locus ſuus eſt proprius poſſit quieſcere ⁊ manere. Sic vere animus humanus qui in terris quietem non inuenit. debet petere ſuum vſqꝫ ideſt terminū concluſionem ⁊ finem in quo quietem inueniat: ⁊ vſqꝫ ad quē perueniat ⁊ intendat. Et ſic dico ꝙ boni debēt attingere
Ad celum eterna contemplando.
Ad finem diu perſeuerando.
Ad deū gratiam impetrando.
Ad paradiſum gloriam occupando.

Dico igitur ꝙ boni attingunt vſqꝫ ad celum per eternorū contemplationem. Unde de quolibet viro iuſto dicitur Sapiētie. xviij. Uſqꝫ ad celos attingebat ſtans in terra. Unde Hebreo. vj. dicitur. Quā nos habemus ſpem ſicut anchoram firmam attingentem vſqꝫ ad interiora velaminis. Et. ij. Corint. xij. dicit ꝙ ipſe ſciebat hominem raptū vſqꝫ ad tertium celū, ⁊ audiuit ibi archana dei que non licet homini loqui. ¶ Item pertingunt vſqꝫ ad finem per perſeuerantie prolongationē. Et ſic videtur implere illud Eccleſiaſtici. iiij. Uſqꝫ ad mortem certa pro iuſtitia. ⁊ illud Apocalyp. ij. Eſto fidelis vſqꝫ ad mortem ⁊ da. ti. co. vi. ¶ Item attingunt vſqꝫ ad deum per deuotionem et orationem. pſ. Tranſibo ad locum tabernaculi vſqꝫ ad domum dei. ¶ Itē accedunt vſqꝫ ad paradiſum per glorie occupationem. figurati in helya. Qui in fortitudine cibi ambulauit vſqꝫ ad montem dei. iij. Regū. xix. Iſtud eſt igitur vſqꝫ

B quod eſt appetibile. ¶ Secundo dico ꝙ eſt vſqꝫ deteſtabile. quod nihil aliud eſt ꝗ ille finis. illa concluſio vſqꝫ ad quam perueniunt mali: de quo Eſa. j. A planta pedis vſqꝫ ad verticem non eſt in eo ſanitas. Et merito: qꝛ ſicut dicitur in pſal. Ipſi aſcendunt vſqꝫ ad celos: ⁊ deſcendūt vſqꝫ ad ab. anima eorꝫ in ma. tabeſ. Et ſic nota ꝙ attingunt vſqꝫ
Ad pompoſitatem.
Ad carnalitatem.
Ad ebrietatem.
Ad mundi pſperitatem.

De pompoſitate enim ⁊ ſuperbia poteſt dici illud predictum in pſ. Aſcendunt vſqꝫ ad celos ⁊c. De carnalitate vero et luxuria ipſorum poteſt intelligi illud Hieremie ij. filij mempheos conſtuprauerūt te vſqꝫ ad verticem. De ebrietate vero ⁊ tumulentia poteſt dici illud Eſaie. lj. Bibiſti vſqꝫ ad fundum calicis ſaporis: ⁊ potaſti vſqꝫ ad feces. De proſperitate vero talium et opulentia poteſt dici illud Ezechielis. xlvij. vbi dicit. Quō ipſe fuit tranſductus per aquam ideſt fluxibilem proſperitatem. primo vſqꝫ ad talos. deinde vſqꝫ ad genua deinde vſqꝫ ad renes: Et notandum ꝙ tales paulatiue et ſucceſſiue veniūt de minimis vſqꝫ ad maxima. Iſtud eſt igitur vnum vſqꝫ quod eſt deteſtabile. ¶ Tertio dico qꝺ eſt vnū vſqꝫ qꝺ eſt intranſibile. et illud eſt iſtō vſqꝫ ideſt terminus mortis. qui ſimilis eſt arene ſcilicet maris: vſqꝫ ad quam poteſt venire mare et non vltra. Sic vita noſtra durat vſqꝫ ad mortem. Job. xxxviij. Circundedi mare terminis meis et dixi hucuſqꝫ venies et hic confringes tumentes fluctus tuos. Et. iiij. Regꝫ xx. dicitur. Quō egrotauit Ezechias vſqꝫ ad mortem. ¶ Quarto dico ꝙ eſt vnum vſqꝫ formidabile. et iſtud eſt proprie infernus. De quo dicit Mathe. xj. Nunqd vſqꝫ ad celos exaltaberis. quaſi dicat nō: ſed vſqꝫ ad infernum deſcendens. ¶ Quinto dico ꝙ eſt vnum vſqꝫ admirabile. ⁊ iſtud eſt vſqꝫ ſcilicet infinitas potentie diuine. De quo in pſal. dicitur. Quō ipſe dominatur a mari vſqꝫ ad mare ⁊c. Et Sapientie. viij. dicitur. Quō ipſe attingit a fine vſqꝫ ad finem fortiter ⁊c. ſ. de aduentu vbi exponitur hucuſqꝫ inuenies ⁊c.

## Uſqꝫquo.

Nota ꝙ vſqꝫquo eſt quedam interrogatiua dictio: que idem ſignificat qꝺ ſcilicꝫ quare vel quo. Ueruntamen vt communiter vſqꝫquo querit de tempore. et eſt ſenſus. vſqꝫquo ideſt vſqꝫ ad quod tempus erit hoc. ſicut Danielis. xij. Uſqꝫquo finis horum mirabiliū. Et ſic nota ꝙ per iſtud aduerbium vſqꝫquo quandoqꝫ deus reprehenditur quandoqꝫ homo. Homo enim videns opera dei, et ipſius iudicia et neſciens cauſas ipſorum quandoqꝫ pſiliit ad diſputandum cum deo. et ad querēdum vſqꝫquo ideſt vſqꝫ ad quod tempus durabit. Et ſic dico ꝙ iſtud vſqꝫquo conqueritur homo de deo ſcilicet A
De perfectis quos grauari permittit.
De malis quos ditari permittit.
De iniuſtis quos non punit.

¶ Conqueritur de iuſtorum grauaminibus. et ſic in perſona tribulati loquitur dauid in Pſalmo. Uſqꝫquo domine obliuiſceris mei in finem: vſqꝫquo auertis faciem a me. Et Abacuch. j. Uſqꝫquo clamabo et non exaudies. Sequitur quare taces deuorante impio iuſtiorem ſe. ¶ Item conqueritur. de malorū ditaminibus de hoc ſcilicet ꝙ videt eos proſperari. vnde in pſal. Uſqꝫquo peccatores domine gloriabuntur. ¶ Item conqueritur de iniuſtitiarum diſſimulatione. de hoc ſcilicet ꝙ deus non punit iniquitates malorum. Et ſic dicitur Apocalypſis. vj. Uſqꝫquo domine iuſtus ⁊ verax non vindicas ſanguinem noſtrum qui effuſus eſt. ¶ Item homo per iſtam dictionem vſqꝫquo reprehenditur
De temulentia.
De negligentia.
De inconſtantia
De immundicia.
De auaricia.
De ignorantia.

¶ Dico ꝙ arguitur homo de temulentia ⁊ ebrietate. j. Regū. j. vſqꝫquo ebriaeris di. pau. vi. quo ma. ¶ Item arguitur de negligentia et tepiditate. Prouerbi. vj. Uſqꝫquo piger dormis: qn̄ cōſurges de ſomno tuo. ¶ Item arguitur de inconſtantia ⁊ varietate. iij. Reg. xviij. Uſqꝫquo claudicatis in duas partes. ¶ Itē arguit de immūdicia ⁊ carnalitate. Hieſ. xxxj. Uſqꝫquo delicijs diſſolueris filia vaga. ¶ Itē arguit de auaricia ⁊ cupiditate. Abacuch. ij. Ue q multiplicat nō ſua. Uſqꝫquo aggrauat contra ſe denſum lutū. ¶ Itē arguit de ignorantia ⁊ fatuitate. Prouer. j. Uſqꝫquo paruuli diligitis infantiam. Et ſic igit patet quomodo iſta dictio Uſqꝫquo eſt quedam arguitiua dictio ⁊c. vide de quare.

## Uſura.

Nota quia ſupra de vſura in locis infinitis eſt dictum. ideo breuiter pertranſeaꝫ de vſura. Nota igitur ꝙ vſurarij ſunt A
Mandatorum tranſgreſſores.
Gaudiorum contemptores.
Proximorum deceptores.
Terrenorum conſumptores.

¶ Dico igit ꝙ ſunt mādatorꝫ dei trāſgreſſores. Quotidie ſemꝑ audiūt ꝙ tā in iure canonico ꝗ in diuino ꝓhibet vſura. Deu. xxiij. Nō fenerabꝛis fratri tuo ad vſuram. Et tñ ꝯtrariū quotidie publice faciūt Exezec. xxij. Uſuram ⁊ ſuꝑabundantiā accepiſti. ¶ Item iſti ſunt ꝯtēptores celi gaudiorꝫ. Iſti em̄ ſunt cōtenti pſentibꝰ. futura non querunt. Quia ſicut dicit Prouerb. xxiiij. Non habent futurorꝫ ſpem mali: ⁊ lucerna impiorum extinguet. ⁊ ideo qꝛ eterna non ſperant quōcunqꝫ habeant temporalia non curant. vnde Pſ. Non defecit de plateis eius vſura et dolus. ¶ Item iſti ſunt fratrū proximorum deceptores. Sub ſpecie em̄ boni decipiūt

Ayuntamiento de Madrid

proximos. ſimiles lupo. qui portare videtur ouem et ſibi benefacere. et hoc inde eſt vt eam deuoret. ſimiles hyene. que poſtquã aliud animal luſtrauerit vix de circulo eius amplius ſe mouebit. que etiam fingendo vocem hominis et canes et paſtores etiam decipit et occidit. Similes etiam arance que primo muſcam alligat. et tandem humorem et ſubſtantiam eius vorat. Quia procerto iſti ſub ſpecie boni et mutui videntur alios portare. ipſos tamen ſolent voce ficta decipere. et in laqueos ſuorum contractuum inuoluere. ita ꝙ vix poteſt de laqueis ſuorum contractuum quis exire. et ſic totam ſubſtantiam deuorant. ſugunt. attrahunt atq; vaſtant. Quia breuiter ſicut dicitur Gen. xxvij. Vox quidem vox Jacob. ſed manus ꝛc. ¶ Item iſti ſunt conſumptores mundi terenorum. Conſumũt enim omnia bona alienorum vt augeant propria. Similes corde lupine que in inſtrumento iuncta corde ouine ipſaz occulte rodit et vaſtat. Similes etiã veneno aſpidis quod primo facit dormire: ſed occulte totum corpus occupat et ſi non aduertitur totum necat. Similes etiam catto q̇ poſtq̃ diu cum mure luſerit. ipſm exterminat et manducat. Similes etiam crocodillo qui poſtq̃ hominẽ deplorauerit: occiſuz ipſum vorat atq; comedit. Quia tales poſtq̃ bene luſerint. ipſum applaudendo exheredabunt. quia venenum vſure dum homo delectatur et nõ cogitat nec aduertit: ſolet totam ſubſtantiam eius rodere. et occulte totũ corpus ideſt totam hereditatem hois occupare. ps. Sicut eius que deuorat in abſcõdito. Vide. ſ. de auaricia.

A Uterus. Quia ſupra de ventre ſatis dictum eſt: ideo breuiter pertranſibo. Notabo igitur ꝙ in ſcriptura inuenitur vterus bonus et malus. ¶ Primo dico ꝙ vterus poteſt accipi in bono. Et ſic eſt Uterus
Eterne preſentie.
Materne pudicicie.
Interne conſcientie.
Fraterne ſubuentie.
Fecunde operationis.
Sapientie et diſcretionis.
¶ Dico igitur ꝙ inuenitur vterus eterne diuinitatis. Et iſte eſt vterus et ſecretum predeſtinationis diuine. vbi deus a principio et eterno omnia que facturus erat compoſuit et concepit: que tandem creando et opere cõplẽdo parturijt et emiſit. In iſto igitur vtero homo ab eterno fuit: ſed ipſuz deus exinde mediantibus cauſis ſecundarijs in lucem huius vite produxit. vnde Hiere. j. Priuſq̃ te formarem in vtero noui te: et anteq̃ exires de vulua ꝛc. Et in pſalmo dicitur. In te protectus ſum ex vtero ideſt ab ipſa occulta predeſtinatione. et ab ipo vtero ſapientie et memorie tue ordinatum eſt de me apud te. Iſte eſt vterus in quo ab eterno genuit filium deus pater. Ex vtero ante luciferuz genui te: vt dicitur in pſalmo. Iſte eſt igitur vterus in quo in imaginibus ſuis creature ſunt concepte et ordinate ſunt ab eterno Job. xxxviij. Quis eſt pluuie pater: aut q̇s genuit ſtillas roris. de cuius vtero egreſſa eſt glacies: et gelu de celo quis genuit. quaſi diceret omnia iſta procedunt de vtero mentis diuine. ¶ Item inuenitur vterus materne virginitatis. Mathei primo. Inuenta eſt Maria in vtero habens. Et Luce primo. Ecce concipies in vtero et paries filium: ¶ Item eſt vterus interne conſcientie et voluntatis. et ſic vterus viri iuſti nihil aliud eſt q̃ cor eius et voluntas. ¶ Item eſt vterus in quo debent eſſe viſcera pietatis et compaſſionis. ſm illud Job. xxxj. Ab infantia creuit mecum miſeratio: et de vtero egreſſa eſt mecum. ¶ Item eſt vterus in quo debemus portare et concipere fetus bone operationis. Deuterono. xxx. Facies omnia que precipio tibi. et abundare faciet te dominus ſobole vteri tui. ¶ Itẽ eſt vterus in quo eſt cor et virtus ſapientie et diſcretionis. Hieremie. j. In vtero noui te. Et ſic dico ꝙ vterus multipliciter poteſt

B ſumi in bono. ¶ Secundo dico ꝙ poteſt ſumi in malo Et ſic dico q̇d caro. mundus. impius et dyabolus habent quilibet ſuum vterum. Unde nota q̇d inuenio vterum.
Carnalis immundicie.
Mentalis iniuſtitie.
Naturalis exiſtentie.
Temporalis opulentie.
¶ Dico igitur ꝙ eſt vterus virilis carnalitatis. Uterus enim in quo latent feces et in quo ſunt omnia vilia et carnea carnalitatem et voluptatem deſignat. a quo feces luxurie egeruntur. et in quo cuncta vilia et fetida eſſe noſcuntur. Et de hoc poteſt dici illud. ij. Paralipomenon. xxj. Tu autem egrotabis languore vteri donec vitalia egrediantur per ſingulos dies. Iſte eſt enim vterus in quo ſe Job querebat fuiſſe. ſ. illud Job x. Qui vtinam conſumptus eſſem ne oculus meus videret: fuiſſem quaſi qui non eſſem de vtero tranſlatus ad tumulum. Et merito quia procerto qui in vtero carnalitatis naſcuntur. et qui ibidem per malas complacentias generantur eternis tribulationibus deputantur. Eſaie. xiij. Suſcitabo ſuper eos medos ideſt demones qui argentum non querant nec aurum velint. qui lactantibus vteris non miſerebuntur: ſed ſagittis interficient impios. ¶ Dico etiam ꝙ eſt vterus iniquitatis. Et iſte eſt vterus voluptatis ſecretum malorum. De quo Job. xx. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidis intrinſecus. Panis enim temporales voluptates deſignat: qui in vtero mentis in fel reuertitur. quando exinde remorſus cõſcientie et amaritudo eterne miſerie generatur. ¶ Dico etiam q̇d eſt vterus natiuitatis. Et ſic dico quod iſte vterus eſt ipſa conditionis humane fragilitas. Nihil enim debilius q̃ puer quando eſt in vtero. ſic nihil defectuoſius q̃ homo in ſuo eſſe naturali et corporeo. Figurari enim poteſt in illo qui claudus erat ab vtero matris ſue. Actuũ. iij. In multis enim defectibꝰ abundamus. et ab ipſo vtero cõtrahimus
Ignorantiam.
Impotentiam.
Indigentiam.
Dico ignorantiam. ps. Errauerunt locuti ſunt falſa. Impotentiam dico. Actuum. iij. Uir quidam erat claudus ab vtero matris ſue. Unde propter debilitatem et impotentiam naturalem indiget quilibet adiutore. Unde pſalm̃. Suſcepiſti me de vtero matris mee. Et alibi. In te confirmatus ſum ex vtero. Dico etiam indigentiam. Unde Job primo. Nudus egreſſus ſum de vtero matris mee nudus reuertar illuc. Et ſic dico ꝙ iſte eſt vterus natiuitatis. ¶ Dico ꝙ eſt vterus proſperitatis. Mundus enim habet vterum ſuum ſcilicet proſperitatem. vbi nutriuntur pueri peccatores. vbi locantur et dormiunt: ſed ſtatim quando inde egrediuntur per mortem ipſi plorant in inferis lamentantur. Iſte eſt vterus ceti. De quo Jone. ij. Q̇d orabat Jonas de vtero piſcis. quia q̇ in vtero mundane proſperitatis detinentur. p peccata ipſi moriũtur. niſi per orationis ſuffragium liberentur. et ad terram penitentie euomantur. Unde Eſa. xlix. Deus ab vtero vocauit me ꝛc. Sic igitur patet ꝙ vterus in bono ſumitur et in malo. Sufficit.

Uti. Uſus. ¶ Cum vſus rerum a deo hominibus ſit cõceſſus: et propter hoc fuerunt facte res vt eis debite quilibet poſſet vti. Poſſumus breuiter notare ꝙ triplex inuenitur vſus reruz ſcilicet A
Virtuoſus.
Fructuoſus
Vitioſus.
¶ Uſus igitur virtuoſus eſt perfectorum: quia boni et virtuoſi omnibus rebus virtuoſe vtuntur. Unde Auguſtinus de vera religione dicit quod iuſtus vtitur amico ad gratiam. vtitur inimico ad patientiam. vti poteſt quolibet ad beneficentiam. vtitur omnibus ad complacentiam. Quia proculdubio chariſſimi iuſtus non ſolum bene vtitur bonis: immo etiam bene vtitur malis. ¶ Utitur dico bene

Ayuntamiento de Madrid

co bene bonis: quia iuſtus bene vtitur gratijs et virtutibus ſpiritualibus que ſimpliciter ſunt bone. Iſtis enim vt ait Auguſtinus de libero arbitrio. nemo male vtitur ceteris ſcilicet medijs vel minimis bene vel male quilibet vti poteſt. Hec Auguſtinus. ¶ Medijs etiam bene vtitur: nature ſcilicet fortitudine. pulchritudine. ingenio ⁊ ſimilibus: ipſa in dei ſeruitio expendendo. Item bonis fortune. ſcilicet potentia. opulentia et eminentia ⁊ ſimilibus. ipſa debite et iuſte miniſtrando. Iſta enim ſunt in differencia: quia eis bene poſſumus vti ⁊ etiam male. Multa enim ſunt vtilia et inutilia: que tamen vtentibus et eis vti ſcientibus ſunt vtilia. Et inde eſt ꝙ coriandrum quod hominibus eſt medicina. canibus eſt venenū. Amigdalū vulpibus dicitur eſſe mors: quod homini eſt medicina et cibus. Etiam mandragora ſi quis diſcrete vtitur dormire facit et patientem iuuat. ſi vero immoderate ſumitur hominem occidit. Etiā tela aranee que etiam inutilis videtur ſi quis ea debite vſus fuerit contra multas infirmitates erit vtilis. Quia breuiter tela mundane proſperitatis ⁊ bona temporalia et corporalia que vulpibus et canibus. ideſt hominibus beſtialibus et malis indebite vtentibus: ⁊ eis vti diſcrete neſcientibus et nolentibus ſunt nociua ⁊ anime damnatiua: que tamen hominibus. ideſt perſonis rationabilibus ipſis moderate ⁊ rationabiliter vtentibus ſuffragantur ad ſalutem. ad ſalutē ſunt vtilia: ⁊ ſpiritualiter adiuuatiua. Boni enim vtuntur rebus mundanis ſcilicet diuitijs. delicijs ⁊ eminentijs. prudenter ⁊ moderate non ſuperflue: nec nimis laute vel diminutiue vel nimis ſtricte. vnde .j. Timo. j. Scimus quoniā lex bona eſt ſi ea legitime quis vtatur. Unde Auguſtinus lib. de doctrina chriſtiana reprehendens nimis ſtrictū vſum rerum et nimis lautū dicit ſic. In omnibus talibus non vſus rerū. ſed libido in culpa eſt: et ideo quid locis ⁊ temporibus perſoniſqꝫ conueniat. diligenter eſt attendendum. ¶ Malis inſuper vtitur bene iuſtus: quia ſcilicet vita mala taliū vtitur ad ſui ipſius caſtigationē. vtitur mala morte eorum ad timoris diuini ſibi ipſi incuſſionem. ⁊ ad diuine iuſtitie cōmendationem: penis ⁊ tribulationibus a talibus malis illatis vtitur ad penitētiam ⁊ patientiā. ⁊ ad virtutū cumulationē. Sicut enim dicit Plyn. Ethyopes vtūtur ſanguine draconū cōtra eſtū vtūtur etiā carnibus eius ad cibū. felle ⁊ cauda et lingua in quibus eſt venenū reiectis. Sic vere chariſſimi caro ideſt vita ⁊ ſanguis ideſt mala mors ⁊ vindicta impiorū. draconū ideſt iniquorum ad vſum ſalutis ſunt neceſſaria. Caro enim ideſt vita ⁊ carnalitas taliū eſt comedenda ⁊ incorporanda per dilectionē ⁊ cōpaſſionē. cuius tamen fel ⁊ lingua venenata. ideſt facta venenoſa ⁊ opera ⁊ verba eijciantur. vt ſic natura non vitia diligatur. Sanguis enim ideſt mala mors eorū vtilis eſt. quando ſcilicet conſideratur. quia timor domini dei ex hoc concipitur ⁊ concutitur. ⁊ ipſius iuſtitia cōmendatur. que contra eſtū ideſt contra dyabolicam tentationem tuetur. pſ. Letabitur iuſtus quando viderit vindictam ⁊c. Et ſic vita ⁊ morte. ⁊ carne ⁊ ſanguine ipſorum malorū iuſti bene vtuntur. ⁊ in omnibus proficiūt ⁊ lucrantur. Exemplo prudentis mercatoris. qui ita bene ſcit lucrari in plūbo et ferro: ſicut in auro ⁊ lapide precioſo. Uaſa enim fictilia ad vſuꝫ ſunt vtilia. non ſolum aurea et argentea. Ad denotandum ꝙ non ſolum boni ſunt vſibus eccleſie ⁊ iuſtorum neceſſarij: immo etiam mali Roma. viij. Diligentibus deū omnia cooperantur in bonum. vnde Leuit. vij. Adipē cadaueris mortui habebitis in varios vſus. Sic igitur patet quomodo homo iuſtus bene vtitur gratijs ⁊ virtutibus: ⁊ medijs ideſt bonis naturalibus ⁊ temporalibus. ⁊ infimis malis ideſt eorū malicijs ⁊ criminibus. Iuxta illud Eccli. xxxj. Utere quaſi homo frugi his q̄ apponuntur tibi. Et ſicut etiam de militibus illis dicitur Judicū. iij. Quod vtraqꝫ manu vtebātur pro dextera quaſi dicat omnia erant eis dextera ⁊ bona: ⁊ nihil inueniebāt ſiniſtrum aut malū. Patet igitur ꝙ eſt vſus virtuoſus qui eſt perfectorum. ¶ Secundo dico ꝙ eſt B
vſus fructuoſus qui eſt beatorum. Quāuis enim vti ⁊ frui differant: quia fruitio eſt vſus rei propter ſe: vti vero ꝓpter aliud. Et ſic proprie vti pertinet ad iuſtos viatores. frui vero ad beatos comprehenſores. Unum tamen quandoqꝫ ſumitur pro alio. Unde etiam poſſumus dicere ꝙ beati in patria vtuntur deo ⁊ bonis perpetuis iuxta votuꝫ. Et ſic loquitur Raphael angelus videbar quidem manducare vobiſcum et bibere. ⁊ ego cibo et potu inuiſibili vtor. Thob. xij. Uſus enim totuꝫ votum et totam vtilitatem importat. Iuxta Auguſti. Utile quicquid eſt totum vtendo eſt vtile: non proficit enim dominiuꝫ ſine vſu. Et ideo minores ſapientiores fuerunt qui vſum in rebus retinuerunt: proprietatem in alijs dimiſerunt. Iuſti enim dū ſunt in hac vita ſunt ſolum proprietarij et domini regni celorum. Mathei v. Quoniam ipſorum eſt regnum celorum. Ueruntamen adhuc nō habent vſum: et ideo parum proficit ad preſens ſed pro certo poſt morteꝫ in patria ipſi habent vtilitatem et vſum ⁊ plenum emolumentum ⁊ fructuꝫ Eccleſiaſtes. ij. Hanc ratus ſum partem meam ſi vterer labore meo. Iſte igitur eſt vſus beatoruꝫ qui eſt fructuoſus: vt ſic de homine ad tantorum bonorum vſum promoto dicatur illud. j. Machabeorum. xiiij. Conſenſerunt ſymonem eſſe ducem et vti fibula aurea. ¶ Tertio dico ꝙ eſt vſus vitioſus qui eſt malignorum: et iſte nihil aliud eſt q̄ abuſus. Uſus enim in bono vt cōmuniter accipitur. quia ſm Auguſtinū vti ab vtilitate dicitur. Deinde libro. lxxxiij. q. dicitur ꝙ vtile quicquid eſt vtendo fit vtile: ita ꝙ nemo vtitur niſi vtili. nō enim vtitur quiſquis aliquo quo male vtitur. Ueruntamen hic accipio malum vſum pro abuſu. Mali enim ſunt ſicut ſerpentes qui quantumcunqꝫ bonos cibos et ſanos comederent: totum in venenum conuerterent et mutarent. Quia mali quibuſcunqꝫ rebus vtantur: propter malum vſum omnia tam bona q̄ mala in venenuꝫ conuertunt et mutant: ⁊ omnia in perniciem anime conuertunt. Unde Senc. dicit Quod malis omnia fiūt mala. Patet de temporalibus rebus que de ſe bona ſunt et vtilia. quando tamen quis bene vtitur eiſdeꝫ veruntamen quia iſti eis non bene vtūtur: immo abutuntur. ideo non in bonum: ſed in malum conuertuntur. vnde Eccleſiaſtici. xxxix. Hec omnia ſanctis in bonum. peccatoribus vero in malum conuertuntur. Dicit enim Plinius Quod quāuis glandes ſint cibus porcorum. porci tamen ſi nimis comedunt faciunt abortiuos. Sic vere bona temporalia quāuis maſculis ⁊ perfectis qui ipſis bene ſciunt vti poſſunt eſſe vtilia. femellis tamen et imperfectis qui ipſis bene vti neſciunt: ſunt mirabiliter nociua. Palme enim boni fructus ſunt et vtiles. et tamen dicit Plinius. Quod quidam milites Alexandri ſe talibus fructibus ſtrangulauerunt pro eo quod ipſos immaturos et virides comedere voluerunt. Iſti igitur quia male vſi ſunt mortui fuerunt: quod tamen non fuiſſent: ſi vſi bene fuiſſent. Quia breuiter mali volunt omnibus etiā bonis male vti. igitur mortem ſpiritualem et eternam ſolent pro premio reportare ad Romanos. j. Immutauerunt naturalē vſum in eum vſum qui eſt contra naturam: dicunt enim illud Sapientie. ij. Uenite et fruamur bonis ⁊c. Et ſequitur Utamur creatura ⁊c. Et tamen iſti ſunt maledicti: quod conſtat: quia his omnibus poſſunt licite vti: dumtamen vellent bene vti. et ſi ſolum quererent neceſſaria: et pauperibus tribuerent et darent ſuperflua. Unde Auguſtinus de verbis domini. capitulo j. dicit ſic. Utantur dantes conſuetudine ſua. ſed doleant aliter non poſſe. Sequitur. Utere cibis electis: precioſis quibus conſueuiſti: quia aliter non potes: quia ſi conſuetudinem mutas egrotas. concurre igitur tibi vtere neceſſarijs et ſuperflua da pauperibus: vtere precioſis. da pauperibus vilia. Patet igitur quomodo inuenitur vſus malus qui eſt vitioſus: vſus ſanctorum qui

Ayuntamiento de Madrid

eſt fructuoſus uſus bonorum qui eſt virtuoſus. Suf‑
ficiat de uſu quantum ad hoc: et inquantum dicit
conſuetudinem. et alicuius rei frequentationẽ. de quo
Baſilius in regula dicit ꝙ mos in longo tempore cõ‑
firmatus tenet et obtinet uſum nature. Et Ambroſius
libro de officiis. Uſus cito inflectat naturam. vide. ſ.
de abuſu et aliis conſimilibus ⁊c. et ſufficiat ad pre‑
ſens ⁊c.

A **Utilis. vtilitas.** Nota ꝙ vtile dicitur ab vti. vnde vtile dicit illud quod advtendum eſt congruum habile. vtile ergo ⁊ bonu͂ equiparantur. quia nihil eſt alicui vtile: niſi quod eſt bonum honeſtum proficuum vel delectabile. Notabo igitur ꝙ ſm differentiam bonorum ſcilicet temporalium. ſpiritualium ⁊ eternorum triplex eſt vtilitas ſcilicet

Utilitas ſpiritualis.
Utilitas eternalis
Utilitas temporalis

¶ Dico igit ꝙ ſunt quedã vtilia homini ſpũaliter. Et ſic dico ꝙ ſibi ſunt vtilia oĩa que valẽt ad obtinendã ſalutẽ. Et ſic dico ꝙ ſicut ſolet apothecarius diuerſas ⁊ multas herbas ⁊ amaras ⁊ dulces tã laxatiuas ⁊c. colligere: vt ſic ꝯtra diuerſos morbos poſſit de remediis vtilibus ꝓuidere. et hoc qꝛ vix eſt dare herbam tam modici ꝑcii vel valoris qñ ſit in aliquo vtilis medicine. Sic & homo q̃ ꝯtra morbos vitiorꝫ vult ꝓuidere. ⁊ de ſanitate anime ꝓcurare. dꝫ vtilia remedia ꝓuidere. ⁊ d̃ diuerſis rebꝰ querere diuerſimode que ad ſalutem animarꝫ tam ſui q̃ aliorꝫ poſſunt ꝓficere ⁊ iuuare. Et ſic videbat loqui angelus. Thob. vi. vbi dicit exentera hunc piſcem. ⁊ cor eius ⁊ fel repone. tibi eñ ſunt hec neceſſaria ad medicandum. Uix enim eſt inuenire aliquam herbam. i. rem ſiue bonam ſiue malam. ſiue dulcem ſiue amarã. qñ exinde poſſit aliqua vtilitas elici. ⁊ qñ ad vtilitatẽ tam ſuã q̃ aliorꝫ poſſit aliqḋ cõmodũ vẽdicari. Eccl'ſ. ii. Cogitaui in corde meo a vino abſtrahere carnẽ meã ⁊ transferre animã meã ad ſapientie lucem et videre quid ſit vtile filiis hominum. Et ſic dico ꝙ multa ſunt vtilia ad ſalutem que aut debent ꝓcurari. aut ſaltem cum patientia tolerari. Ad ſalutem eñ eſt vtile

A deo gubernari
A penis tribulari.
A pꝛelicüs infeſtari.
A delictis flagellari.
A bonis caſtigari.
A proximis ſuffragari.

Dico ꝑmo ꝙ ẽ vtile nobis ꝙ a deo penitus gubernemur. Uidemus enim ꝙ nihil poteſt eſſe vtilius pupillo q̃ ꝙ habeat bonuꝫ tutorem. ceco q̃ habeat bonũ ductorẽ. diſcipulo q̃ ꝙ habeat bonũ doctorẽ. Cũ igit chariſſimi: nos ſumus pupili a patre noſtro xp̄o ꝑ peccatuꝫ multotiẽs viduati. Treñ. iiii. Pupilli facti ſumꝰ abſqꝫ patre. ⁊ matres noſtre quaſi vidue. Ceci diuino lumine gratie per vitia denudati. Eſa. xlii. Quis cecus niſi ſeruus meus. Diſcipuli per ignorantiam obſcurati ⁊ hebetati Math. xv. Adhuc ⁊ vos ſine intellectu eſtis. valde eſt nobis vtile. ꝙ deo nos penitus committamus ⁊ de nobiſipſis nõ preſumentes nec confidentes cauſam ſalutis anime noſtre in eius manus commendemus dicẽtes in pſal. In manus tuas commendo ſpiritum meũ. Iſte eñ eſt

Utilis tutor qui poteſt viriliter nos defendere
Utilis ductor qui ſcit vtiliter ſuos conducere.
Utilis etiam doctor qui vtiliter ſcit ſuos inſtruere.

Et ideo ſibi committere nos debemus qui melius ſcit que nobis ſunt vtilia. q̃ noſipſi ſciamus. ⁊ qui vtilius nobis procurat vtilia q̃ noſipſi credamus. Et ſic loquitur Auguſti. libro ſoliloqui. dicens. Conſtanter crede deo: eiqꝫ te totum committe quantum potes. noli velle eſſe quaſi proprius dominus tui. ſed illius clemẽtiſſimi et vtiliſſimi te ſeruum eſſe profitere: ita enim te a ſe ſubleuare non deſinet. Nihilqꝫ tibi euenire permittet niſi quod tibi proficit etiam ſi neſcias. Iacta cogitatum tuum igitur in domino: quia ſicut dictum eſt

B vtile eſt ꝙ nos deo penitus commendemus. ¶ Secundo dico ꝙ nobis eſt vtile qḋ penis tribulemur. Herbe enim amare vt communiter magis vtiles ſunt medicine q̃ dulces. Unde de abſinthio herba amariſſima ſm platearium legitur ꝙ multipliciter vtilis ſit in medicina. hoc principaliter habet ꝙ materiam duram indurat. ⁊ materiam mollem mollit et relaxat. Quia tribulationis afflictus amaritudo ⁊ vſus materiam duram ⁊ groſſam ſcilicet corpus habet indurare ad patienter ſuſtinendum. materiam vero mollem et leuem ſcilicet animam et voluntatem habet relaxare ad deum diligendum et: ad ſe humiliandum et ad deum conuertendum. quia per tribulationes duriores efficimur vt ſuſtineamus laxiores vero vt flendo ad deum humilius recurramus. Et ideo deus tribulatiões fidelibus ſuis procurat: vt ſcilicet eos a peccando reſeruet: et in bono ipſos humiliet et conſeruet. Unde Auguſtinus ſuper pſal. xlix. Oſtendens qũo ſaul a dauid proſecutũ nunq̃ legitur adulterium proditionem vel homicidiũ commiſiſſe. que tamen in proſperitate commiſit dicit ſic. Res periculoſior eſt anime proſpera habere q̃ aduerſa. dauid ſaulem inimicum fugiens alienam non concupiuit nec adulterari virum non occidit. Erat enim infirmitate tribulationis ſue tanto deo intẽtior. quanto videbatur miſerior. Utilis quidem eſt tribulatio: et vtile medicamentum contra dyaboli temptamentuꝫ. factus eſt dauid ſecurus hoſtibus deuictis preſſura caruit. tumor excreuit. Eſt igitur vtile ꝙ penis ſeculi tribulemur: ſed de hoc vide de tribulatiõe ſupra in tertio membro autoritatis. ¶ Tertio dico ꝙ eſt vtile nobis ꝙ caſu criminis impugnemur. Duo enim ſunt perſonarum genera quibus quandoqꝫ vtile eſt temptari et in temptationibus ſuperari ſcilicet negligentes ⁊ preſumentes. Utile eſt dico negligentibus: quando enim homo eſt negligens et non precauet caute ne cadat: et quia nimis incaute ſe peccati occaſionibus exponit. tunc vtile eſt quandoqꝫ q̃ cadat: vt extunc caute ſe habere addiſcat vt extunc periculum diligentius precaueat. et ſicut facit homo qui ſine aduertentia in lubrico cecidit qui ibi iterum tranſiens melius cauet ne iterum cadat. Et ſic loquitur Seneca in prouerb. Quod cautio eſt in reliquum lapſus anterior. Sicut etiã patet de lupo qui non libenter vadit ad locum vbi ſemel fuit pedicatus. ⁊ de mure qui non libenter intrat muſcipulã in qua prius al's fuit captus: ⁊ ſic de ſimilibus Ergo vtile eſt cadere vt ſimus impoſterum cautiores. Et ſic loquitur Iſidorus de ſententiis ſuis. lib. ii. ca. ix. dicens. Utile eſt dei ſeruo poſt conuerſionem temptari. quatenus a torpore negligentie ſollicitãtibus vitiis excitetur: et ad virtutuꝫ actus per exercitium agitetur Item eſt vtile preſumentibus. Arrogantes enim. et de ſuis virtutibus gloriantes et fragilitatem propriam ignorantes: et propter virtutes ſi quas habent alios quos peccare viderint contemnentes poſt caſum meliores fiunt: quia concepta humilitate vires proprias recognoſcũt. Deus enim facit talibus ſicut mater filio ſuo quem docet ambulare. aliquando enim dimittit ipſum ſibi. vt ſi cadat bis vel ter: non curat dũ tamen ambulare addiſcat. Sic vere tales preſumptuoſos ex induſtria dimittit cadere. et vt cognoſcant vires proprias ſolet eos ſibiipſi dimittere. et cadant in diuerſa peccata diſſimulat: vt ex hoc diſcant humilius ⁊ melius per virtutem ad gloriaꝫ ambulare. Unde Iſidorus ibidẽ ca. xxxiii. Qui dũ plangũt vitiorꝫ impulſum frequẽter de ipſa humilitate vel ĩfirmitate ꝑ humilitateꝫ validius ꝯualeſcunt. pleruñqꝫ vtile eſt arrogantibus a deo deſeri quatenus ſue infirmitatis cõſocii ad humilitatẽ redeant. et humiles poſt caſum exiſtant. Et iſta ſunt que deducit Grego. lib. moraliũ. xxxii. ca. iii. vbi dicit. Nõ peccata ſunt vulnera: virtutes autem medicamenta: ⁊ ideo tales de medicamento vulnus faciunt: inq̃tuꝫ de ipſa virtute ſuperbiũt. ⁊ ideo ecõuerſo vt ait deus de vulnere eis medicamentũ facit: inq̃tum ipſos

cadere

Ayuntamiento de Madrid

cadere per peccatum dimittit.τ per peccatum ad hu-
militatem: ad cautelam τ ad ſanitatem reducit. Vñ
dicit:qui acceptis inqt v̄tutibus extollit: nõ gladio:
ſed vt ita dixerim medicamẽto vulneratur.Quid em̃
eſt virtus niſi medicamentũ:quid em̃ vitium niſi vul
nus:q2 igitur de medicamento facimus vulnus:facit
deus de vulnere medicamentum vt q̃ virtute percuti-
mur vitio curemur. De hoc habemus exemplum de
petro: q̃ nimis de virtute ꝓpria cõfidens p̄ſumptuo-
ſe dixit.Si me oportuerit mori tecum τc. Neſciebat
em̃ quid erat hũana fragilitas:cũ hec dixerat de ſe ni
mis preſumens:τ alios etiam contemnebat:inq̃tum
ſe eis p̄ferebat dicens τ ſi oẽs ſcãdalizati fuerint τ nõ
ego τc.Math.xxvj.Sed q̃d ꝑcerto deus ipſuꝫ ſibiĳpſi
dimiſit τ ſtatim cecidit.τ ſic de fragilitate cognita et
humilitate concepta.flendo amore fortior reſurrexit:
τ medicina ꝓ vulnere:τ vulnꝰ ꝓ medicina ibi ſalubri
ter fuit.De quo in pſ.Imple facies eorum ergo τc.
Quod expones Aug.li.iiij.de ciuita.dei dicit.ca.xiij.
Audeo dicere ſuperbis vtile eſt cadere in aliquod ap
tum manifeſtumqꝫ pctm̃ vt ſibi diſpliceant q̃ ſibi pla
cendo preſumebãt. Salubrius em̃ ſibi petrus diſpli-
cuit qñ fleuit:q̃ ſibi placuit qñ p̄ſumebat.Utile eſt igi
tur nobis:ꝙ caſu criminis ĩpugnemur.¶ Quarto no
bis vtile eſt:ꝙ a viris impĳs flagellemur.Utile em̃ ẽ
herbe:ꝙ ꝯculcetur τ ꝙ vẽtis τ pluuĳs infeſtet. Buſo
etiam q̃uis ſit venenoſus:in multis tamen fit vtilis
medicine:puluis em̃ ipſius combuſti vulnera ſanat:
carnem τ pellem conſolidat τ reſtaurat.De tyro etiã
ſerpente venenoſo fit tyriaca:quo nihil vtilius eſt con
tra venenum.Baſiliſcus eſt alimal inimicũ nature,in
aliquibꝰ tamen vtilis cognoſcitur:τ ad trãſmutatio-
nem metalloꝝ plurimum ſuffragatur. Etiã auiũ ra-
pacium fel ad multum ꝓficit:τ vtiliter oculos clari-
ficat:q2 breuiter vt dicit Plini.ꝙ non eſt dare aliquod
animal q̃n homini ĩ aliquo ſit vtile atqꝫ bonũ.Sic ve-
re chariſſimi:mali q̃ hic nobiſcũ viuunt:q̃uis nobis
venenoſi videantur:tñ in pluribus ſunt vtiles.Iſti.n.
ſuis maledictis τ factis nõ ſicut tyriaca a veneno pec
catoꝝ purgant:τ ſicut metalla in melius nos trãſmu
tant:τ oculos mentis nr̃e occaſionaliter clarificant τ
illuſtrant.Deus em̃ malos cõtra nos dimittit etiã p̄-
ualere:quia videt ꝙ nobis ad cautelã vitioꝝ:τ ad ex
ercitium virtutuꝫ τ ad augmentũ; p̄mioꝝ ſeu merito
rum pñt ꝓficere τ valere. Vñ Greg.in mora.li.xx.ca.
xviij.dicit.Oĩpotẽs deus inq̃t electoꝝ ſuoꝝ aduerſari
os tpaliter ꝑmittit excreſcere:vt ꝑ eoꝝ ſeuiciam pur-
get bonoꝝ nequiciã. Nunq̃ em̃ dñs aduerſarios bo-
nis nocere ꝑmittit:niſi etiã inq̃tum ꝓderunt videat.
Nam dum iniuſti ſeuiũt iuſti purgant: τ vtilitati iu-
ſtoꝝ militat vita prauoꝝ:dum hanc. puniendo humi
liat :τ puniendo ſemꝑ in meliꝰ format:q2 reprobi bo-
nos dum cruciant purgant. τ vtilitati bonoꝝ maloꝝ
poteſtate militant.Quia breuiter iſti mali nõ ſunt ni
ſi firmamentum medici dei nr̃i:cum q̃bus ſolet a no-
bis morbos cruentare: τ ideo ſaluare ſeu ſanare. Vñ
etiaꝫ Aug.li.de laude charitatis ca.viij.dicit.Quodã
modo firmamẽtum dei eſt ipſe inimicus tuus per qd
ſanaris.Sic igit nouerit deus vtile tibi eſſe vt te expo
liet:τ vt per ipſum vapules vel cedaris ꝑmittit.ip̄e de
illo te curat.opta vt ille ſanet.Ideo eſt vtile vt a viris
impĳs flagellemur. ¶ Quinto dico ꝙ eſt vtile vt a p̄
latis ꝓuidis caſtigemur.Diſcretus em̃ medicus ma
gis reſpicit infirmi vtilitatem q̃ voluntatem: τ ideo
qñ videt vtile:percutere ſolet vel ligare q̃uis nouerit
infirmo diſplicere.Sic bonus p̄latus ſubditos q̃uis
inuitos dꝫ corrigere τ curare.i.de vtilitate eoꝝ penſa
re.Sicut enim dicit Auguſtinus in ench.ca.xxvij.bo-
na multa preſtant inuitis:quia eorum conſulitur vti
litati non voluntati quia ipſi ſibiĳpſis inueniũtur ini
mici.Et ideo nihil vtilius q̃ bonus prelatus q̃ ſcit d
ſubditorum vtilitatibꝰ ꝓuidere.Tortura de auro fa-
cta ſcꝫ de inſtrumento aureo vtilior eſt q̃ de alio.Q2

quando prelatus eſt aureus τ virtuoſus:tortura τ cor
rectio quam imp̄mit vtilior inuenitur.Iſte em̃ debet
eſſe vtilis ſibi eccleſie τ ſubditis:q2 magis dꝫ querere
vtilitatem alioꝝ q̃ ꝓpriã.Exẽplo apl̃i q̃ dicit.j.Cor.
xi.Non quero quod mihi vtile eſt.ſed qd multis vtile
Quia p̄latus debet querere publicam vtilitatem nõ
priuatam:τ ſalutem diligere nõ ſolum ꝓpriam:ſꝫ cõ-
munem.Vñ prelato vtili loquit Greg.in paſt.ca.iiij.
d.ſic.Sit paſtor cogitatione mundus. actione p̄cipuꝰ
diſcretus in ſilendo. vtilis in verbo:ſingulis compaſ
ſione ꝓximus:pre cunctis cõtemplatione ſuſpenſus.
bene agentibus per humilitatem ſocius:cõtra delin-
quentium vitia per zelum iuſtitie erectus: interiorũ
curam in exterioꝝ occupatione non minuens.exterio
rum ꝓuidentiam in interioꝝ ſollicitudine non relin-
quens.Utilis ergo debet eſſe p̄latus:τ corrigendo ſe-
ueriter:τ p̄dicando verbaliter:τ gubernando ſagacit
In iſtis ergo debet vigere iuſtitia.que ſm̃ Augu.cõis
eſt v̄tus.Et ideo ſm̃ Ambro.li.de v̄ginibus.Iſta alĳs
nata magis q̃ ſibi:non tam ſuas vtilitates q̃ publica
emolimenta rimatur.Oculi em̃ q̃ ſunt in capite nõ ſi
bi de viſu ꝓuident:ſed mẽbris alĳs vniuerſis.In quo
notatur ꝙ mens τ cõſideracio capitis prelati magis
debet vacare vtilitati aliorum q̃ proprie. Quia ſicut
dicit Ariſto. bonũ quod eſt cõmune eſt diuinum.Vñ
Ambro.ſuꝑ.Beati ĩmaculati.expones illud.Feci iu-
dicium τ iuſtitiam:qd pertinet ad p̄latum dicit.Qꝫ
ſola iuſtitia eſt que oĩbus alĳs potius eſt nata q̃ ſibi:
quotidião vſu τ fructu in publico ſuo damno alienas
cuſtodit vtilitates:q̃ nihil habeat vtilitatis vel lau-
dis.Utile eſt igitur ꝙ a prelatis ꝓuidis caſtigemur
τ etiã gubernemur.¶ Sexto dico:ꝙ eſt vtile ꝙ noſtris
ꝓximis ſuffragemur:quia omnis homo bonꝰ debet
ꝓximos iuuare:τ vtilitatem ꝓximi curare.Exemplo
elephantum . de quo dicit Pli.ꝙ alteri de altero ma
xima eſt cura:τ hoc potiſſime pertinet ad actiuos.q2
ſcꝫ vita actiua que prouidet ꝓximis fructuoſior eſt q̃
cõtemplatiua:τ ideo contẽplatio eſt aliquotiẽs omit
tenda:ꝓ proximi vtilitate facienda:τ hoc eſt qd dicit
Greg.in paſt.ca.iij.Qui ſuam fouens vtilitatem pro
ximorum negligit:quaſi vnius pedis calciamentum
amittit.Sunt inquit nõnulli:qui magis muneribus
ditati:dum ſolius cõtemplationis ſtudĳs inardeſcũt
parere ꝓximoꝝ vtilitati in p̄dicatione refugiũt ſecre
tum quietis diligunt:ſeceſſum ſpeculationis querũt
de quo:ſi diſtrictius iudicentur: ex tantis ꝓculdubio
rei ſunt.quantis venientes ad publicum proficere po
tuerunt.qua inquit mente ille qui ꝓximis ꝓfuturus
eniteſceret:vtilitati ꝓximoꝝ ſecretum ꝓponit ſuum
quando videt ꝙ ipſe patris vnigenitus vt multis pro
deſſet de ſinu patris egreſſus eſt ad publicũ.Hec gre
go.Proficiamus igitur ꝓximo: quia opus eſt pieta-
tis ſm̃ apl̃m.j.Thi.iiij.Pietas ad omnia vtilis eſt ꝓ
miſſionem habens vite: que nunc eſt future. Sic igit
patet:quomodo ſunt ſex que nobis ſumme vtilia iu-
dicantur. Patet ergo:ꝙ quedam ſunt vtilia homini
ſpiritualiter τ hoc eſt primum principale. ¶ Adhuc
dico:ꝙ ſibi ſunt quedaꝫ vtilia eternalia:τ iſta ſunt bo
na paradiſi:vita eterna:gloria:beatitudo. de quibus
in titulis ſuis.¶ Ultimo dico:ꝙ ſibi ſunt vtilia que-
dam temporalia ſiue temporaliter.vt diuitie.ſanitas
gaudiuꝫ τc.de q̃bus nihil ad preſens.Uide de vſu.vti
in ſuis titulis:τ ſufficit ad preſens.

## Uua.

Cum vua ſit fructus:de quo vinum expri- A
mitur τ liquatur:videtur ꝙ per vuam fru
ctus intelligatur.Et ideo ſic de fructibus ſuis poſſu-
mus diſtinguere.Et notabo ꝙ inuenit Uua.

Magni valoris.
Dulcis ſaporis.
Boni liquoris.
Falſi dulcoris.
Grauis horroris.

Inuenitur vua magni valoris:τ iſta eſt Chriſtus:qui

DDD

Ayuntamiento de Madrid

de vite.i.de matre virgine nat⁹ ⁊ in torculari expreſſus
vinum ſcʒ proprij ſanguinis nobis ſtillauit qđ fideles
inebriat atq; potat. vt ſic de quolibet deuoto intelli-
gatur illud Gen.xlix. Lauabit in vino ſtolam ſuam ⁊
in ſanguine vue pallium ſuum. Iſta eſt illa vua: cuius
ſanguinis aſpectu elephantes.i. martyres ad preliuʒ
animãtur.j. Macha.vj. Oſtẽderunt elephãtibus ſan
guinem vue ⁊ mori. Et iſta eſt vua paſſa que in paſſio-
ne fuit ligata ⁊ ad ſolem extra hieruſalem eſt ſicca-
ta. Figurata in ligaturis vue quas abigail preſentãs
dauid ipſum pacificauit ⁊ ſibi coniungi matrimonia
liter procurauit. ſicut dicitur.j. Regũ.xxv. Quia aĩa q̃
per deuotionem iſtam vuam xp̃m in cruce pendẽtem
portat. gratiam dauid ideſt dei patris impetrat: ⁊ ei
per gratiam ſe maritat. Iſta eſt igitur vua magni va-
loris. ¶ Secũdo dico ꝙ eſt vua dulcis saporis ⁊ ſic vua
ſignificat bonorũ operum fructum ⁊ virtutum: qui a
vite ideſt a bono homine colligitur. et ex qua vinum
conſolationis et gratie diſtillatur. De multis tamen
conqueritur deus quod vuas bonorum operum non
portant Hieremie.viij. Non eſt vua in vitibus: et non
eſt ficus in ficulnea et quod plus eſt quia in loco vua
rum ſpinas ideſt in loco bonorum mala portant. Eſa.
v. Expectauit vt faceret vuas ⁊c. ¶ Tertio inuenitur
vua boni liquoris. et iſta eſt vua ſacre ſcripture que vi
num ſcientie nobis propinat. De quo Deutero.xxxij.
dicitur. Quod filij iſrael conſtituti ſunt ſuper excel-
ſam terram ⁊c. ¶ Quarto eſt vua falſi dulcoris: q̃ ſunt
bona tp̃alia q̃ vinũ deliciarũ nobis ſtillãt quo pctõres
inebriant atq; potant. Nõ tamen prohibetur. Nume-
ri.vj. Vbi dicitur. Qui ſe deo volunt conſecrare: quic
quid de vua exprimitur non bibant. ¶ Quinto dico
quod eſt vua grauis horroris et iſta eſt vua malorum
operum quam peccatorum proferunt. de quo vinum
infamie nobis fundunt. de quo Deu.xxxij. Vua corũ
vua fellis et c. Vide de vino. vite. et ſic ſufficit.

**Vulgus.** Vide.ſ̃. de populo. plebe vel gẽte. ⁊c.

a **Vulnus. Vulnerare.** Not quod vul
nus eſt ſolutio
in carne per violentiam introducta. Iſta enim eſt dif-
ferentia inter vulnus et vlcus. Vulnus enim per aliũ
introducitur ſed vlcus per ſe naſcitur. Vnde illatum
vulnus: innatum dicitur vlcus. Cum autem vulnus
propter ſanitatem corporis quandoq; efficiatur intra
corpus infigatur. cum dolore infligatur. infirmitateʒ
corporis operetur. et tandem mors per vulnera gene-
retur. Ita quod ſic poſſunt inueniri quinq; genera vul
nerum. vel quinq; proprietates eorum ſcilicet Vuln⁹.

Sanatiuum.
Transfixiuum.
Afflictiuum.
Ruinatiuum.
Interemptiuum

Notandum quod ſpiritualiter loquendo quinq; ge-
nera ſpiritualium vulnerum poſſunt in ſacra ſcriptu
ra inueniri ſcilicet vulnera que debes videre vulnera
que debes habere vulnera que debes ſuſtinere: vulne
ra que debes precauere vulnera que debes horrere.

Prima ſunt vulnera noſtri redemptoris.
Secũda ſunt vulnera nexus ⁊ amoris.
Tertia ſunt vulnera mundi ⁊ laboris.
Quarta ſunt vulnera culpe ⁊ erroris.
Quinta ſunt vulnera eterni doloris.

¶ Dico igitur primo quod inueniuntur vulnera ca-
ritatiua que debemus videre. et iſta ſunt vulnera chri
ſti que cunctis intuentibus ſunt medela. Sicut enim
videmus quod quando homo minuitur. quod per vul
nus brachij toti corpori medetur. Sic vere per vulne-
ra ipſius brachij chriſti qui eſt brachium dei patris.
Iuxta illud. Eccleſiaſtici.xxxvj. Glorifica manũ ⁊ bra
chium dextrum: totum corpus eccleſie fuit ſanatuʒ.i.
gratia ſanitati reſtitutuʒ Iſte enim fuit ſtrenuiſſim⁹
pugil noſter: qui pro reſtituẽda nobis paradiſi he-
reditate campum intrauit: vbi vulnera ⁊ mortẽ ſuſti-
nuit: dum nobis gloriaʒ acquiſiuit. Eſai.liij. Ipſe vul
neratus eſt ꝓpter iniquitates noſtras ⁊c. Et ideo põt
iſte figurari in illo qui deſcendebat ab hieruſalem in
hierico qui incidit in latrones ⁊c. Luce.x. Quia chri-
ſtus de hieruſaleʒ. ideſt de paradiſo veniens: in hieri
cho mundi noſcitur incidiſſe: ⁊ nudatus ⁊ ſpoliatus
ab ipſis iudeis crucem ⁊ vulnera ſuſcepiſſe. Iſtum er
go ex toto non occiderunt: q2 humanitatem tantum
interfecerunt: qua propter dicuntur ipſum ſemiuiuũ
reliquiſſe Pſ. Super dolorem vulnerum meoruʒ ad
diderunt. Et ideo bene dico: ꝙ iſta vulnera ſunt vidẽ
da: ⁊ a deuotiõis cordibus intuẽda. Iuxta illud Aug.
lib. de virginitate. Inſpice vulnera: ſanguinem morẽ
tis: precium redimentis: cicatrices reſurgentis ⁊c.
Quia ſicut dicit Iſid. lib. de quatuor virtutibus. Fõs
vite aceto potatur. a te ſapientia ceditur: a te ſal⁹ vul
neratur: vita moritur. Iſta igitur ſunt vulnera ſanati
ua: que debemus videre. ¶ Secũdo dico: ꝙ ſunt vul b
nera tranſfixiua: que debemus habere: ⁊ iſta ſunt vul
nera diuini amoris: contritionis ⁊ compaſſionis: qui
bus eſt cor noſtrum trãſfigendum ⁊ intus fortiter vul
nerandum. Et primo dico: ꝙ nos debem⁹ habere vul
nus intime dilectionis: exemplo ſponſi qui ſponſe di
cebat. Cant.iiij. Vulneraſti cor meũ ſoror mea. Amor
enim ⁊ vulnus cordis non tantum eſt bonus: ſed etiaʒ
malus: ſicut de duobus ſenib⁹ ipudicis dicitur. Dan.
xiij. Quod ambo fuerint vulnerati amore Suſanne.
Et ideo de tali vulnere carnalitatis loquitur Grego.
ſuper Ezech. extrema parte omelia.iij. vbi de deuota
anima dicit ſic. Vilis eſt ei ſalus ſui corporis: que trã
fixa eſt vulnere amoris. Mala a uteʒ eſt ſalus: que do
lorem vulneris huius neſcit: cum vero anhelare.i.ce
leſte deſiderium ſentire vuln⁹ amoris cepit. ſit anima
ſalubrior ex vulnere que prius egrotabat ex ſalute.
¶ Item debemus habere vulnus timoris ⁊ contritio
nis Sicut enĩ balena non ſentit vulnus nec capitur
quouſq; vulneratur interius in carne intima Sic pec
cator non capitur nec conuertitur quouſq; per contri-
tioneʒ in corde: ⁊ per timorẽ a deo vulneret Sicut enĩ
ceruus vulnerat⁹ in corde ſolet mugire: ſic homo vul
nere contritionis afflictus ſolet peccata confitendo
clamare ⁊ fortiter rugire: vnde Hiere.lj. In omni ter-
ra mugiet vulneratus. ¶ Item debemus habere vul-
nera doloris ⁊ compaſſionis. Miſeria enim proxi-
morum debet pia corda tranſfigere. et compaſſionis
gladio vulnerare: vt ſic poſſint nobis ipſi miſeri dice-
re illud Eſa.xiiij. Tu vulneratus es ſicut ⁊ nos: noſtri
ſimilis effectus es Sunt igitur vulnera tranſfixiua
que debem⁹ habere. ¶ Tertio dico ꝙ ſunt vulnera af
flictiua que debemus ſuſtinere. ⁊ iſta ſunt vulnera tri-
bulationum huius mundi: ⁊ correctionis prelatorum
⁊ vulnera noſtrarum ex malium paſſionum. Omnia
enim talia vulnera ſunt ſuſtinenda. ⁊ in patientia to-
leranda Sicut enim ſolet medicus atrociter aliquan-
do vulnerare. vt corruptis effluxis humoribus poſſit
a periculo liberare Sic vere deus ⁊ prelatus per cor-
rectiones ⁊ tribulationes vulnerant homineʒ: vt ab in
firmitate peccati liberent ⁊ ſanent Vnde de deo dici-
tur Iob.v. Nõ ipſe vulnerat ⁊ medetur: percutit ⁊ ma
nus eius ſanabunt. De quo dicit Grego.vj. mora.ca.
xiij. Quod dñs vulnerando electos ſuos ad ſalutem
reuocat: ⁊ dum ipſos affligit exterius: ipſos ſanat in-
terius Quod tamen eſt contra multos qui nec vulne-
ribus nec tribulationibus emendantur more incudis
qui quanto amplius percutiuntur: tanto per obſtina
tionem peius indurantur Iob.xlj. Cor eius indurabi-
tur quaſi lapis: ⁊ ſtringitur quaſi malleatoris incus
Silẽs etiã viſo q̃ q̃nq; ita fortiẽ dormit. ꝙ etiã vulne-
rib⁹ vix põt excitari. ſicut dicit Pli. Quia multi ſunt
q̃ in p̃ctis taliter dormiũt ⁊ ita ibi ſopiti ⁊ iuoluti ſũt
ꝙ vulnera quibus ꝑ peccatum adeo vulnerata eſt natu
ra: vulnera

ra: vulnera etiã quibus quotidie vulnerat eos for-
tuna.non ſentiũt nec attendunt:nec ꝓpter ipſa a pec
catis euigilant ⁊ exurgũt.ↄ.illud Prouerbiorũ.xxiij.
Uerberauerunt me ⁊ non dolui:vulnerauerunt me ⁊
non ſenſi:.Iſta igitur ſunt vulnera afflictiua: que de-
C bemus ſuſtinere. ¶Quarto dico ꝙ ſunt vulnera cor
ruptiua.que debemus cauere: ⁊ iſta ſunt vulnera vi-
tiorum.Sicut eñ videmus:ꝙ in vulnere eſt cõtinui-
tatis ſolutio.ſanguis effuſio.debilitatiſ itroductio.do
loris ſtimulatio.⁊ niſi remedium apponatur mortis
ſubſecutio.Sic vere chariſſimi ĩ vulnere peccati mor
talis.continuitas.ſocietas.vnitas que eſt inter nos ⁊
deũ ſoluitur.ſanguis gratie effunditur.virtus reſiſtẽ-
di debilitatur.ſtimulus ⁊ dolor conſcientie introduci
tur.⁊ ſic ſequitur mors eterna:niſi aſſit penitentie re-
medium ⁊ cautela Treñ.ij.Cum deficerent quaſi vul-
nerati ĩ plateis ciuitatis. Iſta eñ ſunt vulnera q̄ dya
bolus mordẽdo per temptationem violenter impri-
mit:quibus nos ſpiritaliter interficit ⁊ occidit.Unde
de demonibus poteſt intelligi illud.Hiere.ix.Sagit-
ta vulnerãs lingua eorum.pacem cum amico loquit:
⁊ occulte ponit ei inſidias.Temptatio enim diaboli:
lingua ⁊ ſagitta dicit eo ꝙ more lingue eſt mollis blã
diendo:more vero ſagitte finaliter acuta eſt ſpũaliter
occidendo.Et ſic poſſum notare:ꝙ demones nos oc-
cidunt ſcꝫ.Uulneribus ſuperbie ⁊ pompoſitatis:Uul
neribus luxurie ⁊ carnalitatis. Uulneribus iracũdie
⁊ crudelitatis.Uulneribus temulentie ⁊ ebrietatis.
Uulneribus inuidie ⁊ obſcuritatis. Uulneribus blaſ
phemie⁊ mordacitatis.et ſic dico:ꝙ ſueniẗ vulnus ho
minum ſupborum.pſal. Tu humiliaſti ſicut vul.ſu.
¶Item vulnus hominum ĩmundorum. Uñ de illis
qui carnem ꝑpucij circunciderãt ⁊ q̄ dynã filiã iacob
corruperant.dr Geñ.xxxiiij.ꝙ die tertia grauiſſimus
vulnerum dolor erat. ¶Item vulnus iracũdorꝫ:q̄ ſi-
miles ſunt iſtis:q̄ ꝓprijs vulneribus ꝑeunt:q: iracũ-
dus citius vulneratur in corde q̄ aliumvulneret ĩ car
ne.⁊ ſic dicitur.ij.Para.xx.In ſeipſis cõuerſi mutuis
concidere vulneribus. ¶Item vulnus ebrioſorꝫ.De
quo Prouerbio.xxiij.Cui ve.cuius patris ve. cui rixe
cui ſouee.cui ſine cauſa vulnera.cui ſuffoſſio oculorꝫ:
nõne his qui morant in vino.¶Item eſt vulnus inui
dorum.Eſai.j.Uulnus ⁊ plaga ⁊ liuor tumens.¶Itẽ
vulnus blaſphemorꝫ.de quo Apoca.xvj.Blaſphema
uerunt deum celi ꝑ doloribus ⁊ vulneribus ſuis.Iſta
igitur ſunt vulnera periculoſa; q̄ debent curari ⁊ per
penitẽtiam medicari.Modus eñ ſanandi hec vulne
ra ſit potiſſime.Per cocturam cõtritionis.Per aper
turam confeſſionis.Per vncturã compaſſionis.Per
ſecturam correctionis. Nam iſta ſanant videlicet.
Contritionis coctura.
Confeſſionis apertura.
Compaſſionis vnctura.
Correctionis ſectura.
Habeamus igitur ꝓ iſtis vulneribus ſanandis cõtri
tionis cocturã.Dolor eñ eſt coctura feruentis contri
tionis:prima huius vulneris medicina. De quo põt
intelligi illud.Hiere.xxx. Obducam cycatricẽ a vul-
neribus tuis ſanabo te. Cycatrix eñ fuiſſe cocturã ꝑ
tendit. ¶Item habeamus aperturam confeſſionis.
De quo Grego.in paſto.ca.xxx. Uulnera clauſa plus
cruciant:nam cum putredo que interius feruet eijci-
tur:ad ſalutem dolor aperitur. ¶Item habeamus
vncturam cõpaſſionis: q: vnguentum elemoſynarũ
ſumme ſanat vulnera peccatorꝫ.ſicut de elephante di
cit Pli.ꝙ vulneratus a ſagitta oleo ſanat. Unde de
Ezechia legitur:ꝙ maſſa ficuum poſita ſuper vulnus
ſanauit eum.Eſai.xxxviij.Ficus autem dulces elemo
ſynas deſignat. ¶Item habeamus ſecturam corre-
ctionis ⁊ laborioſe ſatiſfactionis:q: ſicut dicit lib.viij
moral.ca.vj.Sancte mentes correctiones ſine putre-
dine eſſe conſiderant:libenter ſub manu medici ad ſe
candũ ſeparant:vt aperto vulnere virus exeat:quod
ſub ſanie latebat.Sed quid chariſſimi:ꝓcerto q̄ vul-
nera criminum vult ſanare. debet iſta quatuor reme-
dia accelerare:⁊ in ipſis perſeuerare. In penitente.n.
celeritas cõmendatur. ⁊ tarditas reprobatur. Unde
Iſidorus lib.ij.ſententiarum ca.xxxiij.dicit.ꝙ cito cor
rigitur culpa:que cito agnoſcitur.tarditus vero ſana
tur vulnus:cui putreſcentibus membris longo poſt
tempore curatio adhibetur remediorum. Etiam ꝑſe
uerantia penitentia eſt neceſſaria in talibus vulneri-
bus:deſiſtentia vero penitus eſt nociua. Iuxta illud
Senece:qui dicit:ꝙ non ꝓſint remedia niſi minorent
peccata.Cõtra illos qui ĩ penitẽtia non ꝑſeuerant ſed
ſtatim ad vitia redeunt que frequentant:⁊ ideo ſalutẽ
de ſuis vulneribus non reportant. Unde Iſido.libro
ſoliloquiorũ dicit.Quod inanis eſt penitẽtia quã cul
pa ſequens coinquinat.Uulnus etiam frequenter ite
ratum tardius ſanatur.ſic frequenter peccans eſt tar
dior ad veniam poſcendam vt ſanetur. Sic igitur pa
tet:ꝙ ſunt quedam vulnera corruptiua que debemus
cauere.¶Quinto dico:ꝙ ſunt quedam vulnera per-
emptiua:⁊ iſta ſunt vulnera penarum infernalium:
quibus ipſi dãmati perpetuo damnantur. De quibꝰ
dicitur ĩ pſalmiſta. Sicut vulnerati dormientes in ſe
pulchris ⁊c.Et tales videntur eſſe ſimiles illi lucifero
ad inferos deſcendenti.ↄ.illud.Eſai.xiiij.Et tu vulne
ratus ſicut ⁊ nos noſtri ſimilis effectus es. Et ſic igit
patet :ꝙ tã in bono q̄ in malo ſignificato quinqꝫ ſunt
genera vulnera.Uide .ſ.de Plaga.

## Uultus.

Cum vultꝰ ſit illud qđ ſumme eſt ho- A
mini apparens:⁊ per quod cognoſcit
vnuſquiſqꝫ:in paſſiones animi denotantur. Poſſu-
mus breuiter dicere:ꝙ per vultum poteſt ꝓprie ſigni
ficare ꝑſitia.apparentia ⁊ noticia.Et ſic dico ꝙ eſt vul
tus triplex in natura ſcꝫ.

| | |
|---|---|
| Superioris diuinitatis. | Primꝰ ẽ quẽ debemꝰ orare |
| Interioris voluntatis. | Scđs quẽ đbemꝰ mũdare |
| Exterioris qualitatis. | Tertiꝰ ẽ quẽ đbemꝰ ornare |

¶Dico ergo ꝙ eſt vultus eterne maieſtatis: qui de-
bet adorari pſal.Uultum tuum deprecabũtur omnes
diuites plebis.¶Item eſt vultus interne voluntatis
qui debet mundari.Prouerbio.xxvij.In aqua ſplen-
dent ꝓſpicientiũ vultus. ¶Item eſt vultus externe
qualitatis:que debet adorari ſcilicet vultꝰ exterioris
apparentie:que ſcꝫ virtutibus eſt adoranda. De qua
Dañ.j.dicitur. Nõ vultus puerorꝫ apparuerunt me-
liores ⁊ corpulẽtiores. ¶His igitur ꝑmiſſis dicamꝰ
primo: ꝙ eſt vultꝰ dei.qui eſt honorandus. Uultꝰ eñ
dei nihil aliud eſt:q̄ ſua notificatio:preſentia vel ma-
nifeſtatio:qua diuerſis diuerſimode ſe oſtẽdit.Sicut
enim videmus:animus cognoſcitur per vultum ⁊ in
de eſt ꝙ vultus aliquando eſt triſtis. aliquando hyla
ris:⁊ ſic de alijs. Et ꝓpter hoc poſſumꝰ dicere de vul
tu diuino:ꝙ ipſe dominus quatuor habet vultus.hoc
eſt dictu:quatuor modos notificandi ſe nobis ſcilicet
Uultum.

| | |
|---|---|
| Potentie. | Uultum potentie |
| Clementie. | oſtendit deꝰ ĩ crea |
| Iuſtitie. | turarum guberna |
| Letitie. | tione ⁊ ꝓductiõe. |

Unde Job.xxvj.dicitur.Quod deus extendit aquilo-
nem ſuper vacuum appendit terram ſuꝑ nihil. ligat
aquas in nubibus ſuis:tenet vultum ſolij ſui.¶Itẽ
vultum clementie ſue oſtendit peccatoribus conuer-
ſis:de hoc dicit in pſal.Illuminet vultum ſuum ſuper
nos.¶Item vultum ſue iuſtitie oſtendet in reprobo-
rum punitione:ſcilicet in die iudicij:quando implebi
tur illud pſalmiſte.De vultu tuo iudicium ⁊c.Et illđ
Uultus domini ſuper fa. ⁊c. ¶Item vultum leticie
oſtendit:in beatorum ſaluatione :quando implebit
illud pš.Quoniam dabis eum in benedictionem in
ſeculum ſeculi letificabis eum in gaudio cum vultu
tuo ⁊c. Deus eñ figuratur in dauid : qui interpretat
vultu deſiderabilis ⁊ in ſalomone.de quo.iij.Regũ.x.



Ayuntamiento de Madrid

dicitur. Quod vniuerſa terra deſiderabat videre vultum ſalomonis. Quia vultus eius quanto plus videt tanto plus habitare cum eo delectatur pſ. Veruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo ⁊c. Iſti ſunt quatuor vultus dei. quibus diuerſimode cognoſcitur et dicitur videri. Et ſic bene figuratur in illis cherubin: qui quatuor vultus habebant. ſicut dr. Ezech. x. Quia ſcꝫ cherubin interpretatur plenitudo ſciẽtie: ſignificãs ipſum: qui eſt omni ſcientia ſemper plenus: qui quatuor vultibus vtitur: qñ quatuor modis notificatus apparet. Unde Ezech. x. Ipſi ſunt vultus quos videram iuxta fluuium chobar. Iſte eſt igitur vultus dei: qui eſt honorandus. ¶ Scdo dico ꝙ eſt vultus men-

F tis qui eſt depurandus. Super omnia homo vult habere mundiſſimum vultum: ⁊ hoc qꝛ macula in vultu magis apparet ⁊ turpius fedat. Sic vere nos debemus vultum conſcientie ⁊ volũtatis mundum ſeruare: quia iſte eſt qui a deo principaliter reſpicitur: ⁊ in quo peccati macula turpius tuenitur. Et ideo anima debet eſſe ſicut illa regina Heſter. De qua dicit Heſter. xv. Quod ipſa erat roſeo colore vultum perfuſa: ac gratis ⁊ nitentibus oculis. Iſte eſt vultus.

Quẽ debemus ꝑ amorem ad deum cõuertere.

Quem ꝑ timorem debemus ad terrã deprimere

Quẽ per nitorẽ debemus pre cunctis ſplendere.

Igitur mentis vultum conuertamus ad deum: per veram dilectionem vt ſic ſimus ſicut illi cherubin qui habebant vultus verſos ad ꝓpiciatorium: ⁊ ſe mutuo reſpiciebant: ſicut dicitur Exodi. xxv. ¶ Item vultũ mentis deiiciamus ad terram ꝑ humilitatem ⁊ ſubiectionem: ſicut de berſabee legimus. iij. Regũ. j. Quõ ſubmiſſo in terram vultu adorauit regem. ¶ Iteꝫ vultum mentis illuminemus ꝑ claram diſcretionem: vt ſic quilibet poſſit dicere illud Geñ. xxxiij. Uidi faciẽ tuam quaſi vultum angeli. Job. xxix. Lux vultus mei non cadebat in terram. Patet igitur: ꝙ eſt vultꝰ men-

C tis qui eſt preparandus. ¶ Tertio dico: ꝙ eſt vultus corporis qui eſt regulandus: ⁊ iſte vultus ſignificat exteriorem conuerſationem: ⁊ apparentiam corporaleꝫ Sicut enĩ in mille vultibus non inueniuntur duo ſimiles: ſic nec in quibuſuis conuerſationibꝰ inueniuntur duo pares penitus. In iſta enĩ debẽt relucere omnes virtutes ſpirituales: nam ſicut in vultu hominis omnes ſenſus corporales: ſic ĩ vultu anime oẽs paſſiones apparent. Et inde eſt: ꝙ ſuper omnia mẽbra corporis vultus magis in diuerſa mutatur. qꝛ ſm mẽtis paſſiones de vna qualitate ad aliam mutatur. Iuxta illud Ezech. xxvij. Mutauerunt vultus negociatores populorum. Sic vere vultus conuerſationis noſtre nõ debet ſemꝑ in idem ſubſiſtere: ſed ſm cõditiones tẽporum ⁊ locorũ in qualitates varias ſe mutare: ⁊ nõ vnam virtutem ſolam: ſed plures ⁊ pluries in ſe pretendere ⁊ monſtrare. Luce. ix. Factum eſt dum oraret facta eſt ſpecies vultus eius altera. Unde nota ꝙ in vultu noſtro debet eſſe.

Labor ⁊ diligentia.

Uigor ⁊ permanentia.

Splendor ⁊ ſapientia.

Rigor ⁊ diſplicentia.

Humilitas ⁊ verecundia.

Hylaritas ⁊ complacentia.

Maturitas ⁊ reuerentia.

Habeamus igitur in vultu nře conuerſatiõis diligẽtie laborem Geñ. iij. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. ¶ Item pretendamus ibi ꝑmanentie vigoreꝫ. j. Regum. j. Uultus eius non ſunt amplius in diuerſa mutati. ¶ Item pretendamus ſapientie ſplendorẽ Eccſ. viij. Sapientia hominis lucet in vultu eius. ¶ Item pretendamus ibi diſplicentie rigoreꝫ. Eccſ. vij. Per triſtitiam vultus corrigit animus delinquẽtis. ¶ Item pretendamus humilitatẽ ⁊ verecundiaꝫ. Uñ Eſai. xlix. Uultu in terra demiſſo adorabunt te. Dañ. x. Deieci in terrã vultũ meũ ⁊ tacui. ⁊. iij. Regũ. xix. Operuit helyas vultum ſuum pallio. ¶ Item pretendamus ibi iocunditatẽ ⁊ cõplacentiã. Prouer. xvj In hylaritate vultus regis vita. ⁊ Eccli. xxxv. In omni dato tuo hylarem fac vultum tuũ. ¶ Item pretendamꝰ ibi maturitatem ⁊ reuerentiam. Qꝛ ſicut dicit Eſa. iij. Honorabilem vultu ipſe capit. Et ſic ſi habuerimus tales vultus de nobis poterit dici illud: qđ dr Dañ. j. de pueris tribus abſtinentibus: ꝙ vultus eoꝝ apparuerunt meliores ⁊ corpulentiores ceteris. Et ſic patet: quomodo vultus accipitur in bono tribus mo- D

dis. ¶ Sed quid? ꝓcerto mali non habent tales vultus: nec tales apparentias faciales. quinimmo iſti hodie ĩ omnes qualitates malas cõmutant vultus ſuos videntur enĩ fuiſſe de tẽporibꝰ poetaꝝ: vbi illi dij mutabant vultus hoĩum in vultus beſtiales iuxta votũ ſicut de Circe incantatrice legit in fabulis: ꝙ cũ quodam populo quoſdam nautas ſocios mutauit in porcos. Qꝛ dyabolus hodie. i. incantator mutauit hodie vultus. i. apparentias multoꝝ in beſtias. i. in homies beſtiales: in animales ⁊ noxiales qlitates. Uñ Ezec. xxvij. Mutauerunt vultus omnes populoꝝ negociatores. Et ſic notabo: ꝙ hodie inueniuntur multi mali vultus viꝫ. Uultus.

Mordaces ⁊ irati.

Fallaces ⁊ velati.

Procaces ⁊ obſtinati.

Loquaces ⁊ effrenati.

Dico ꝙ mali habent vultus iratos ⁊ cõcitatos: ⁊ ſicut de inuido Cayn dicitur Geñ. iiij. Iratꝰ eſt cayn vehemẽter ⁊ ꝯcidit vultus eius. ¶ Item habẽt vultus velatos ⁊ palliatos: ⁊ tales ſunt hypocrite: falſi amici: adulatores ⁊ ꝓditores: qui pallio hypocriſis ita operiunt vultus conuerſationis ſue: ꝙ vix poſſunt intelligi vel cognoſci. ſicut de Thamar dicit Geñ. xxxviij. que volens impregnari a iuda ſtetit in biuio induens ſe ⁊c. Quia hypochrite cupiẽtes cũ iuda patriarcha. i. cuꝫ aliquo prelato ſocietatem habere vel cõtrahere: vt ab eo donis ⁊ beneficijs valeant impregnari: ſolent vultus honeſte apparẽtie accipere in biuio. i. in publico coram omnibus ſedere: vt recognoſcant: vultum conuerſationis ſue honeſtatis pallio operire: ⁊ ſic ſocietatem ⁊ impregnationem bñficioꝝ ſolent cõmuniter reportare Uñ ipſi ꝓlati de ipſis poſſunt dicere illud. Job. iiij. Stetit quidã cuius nõ agnoſcebã vultũ imago coram oculis meis. Et bñ dicit imago ⁊ nõ res: vide ſupra: de imagine. ¶ Itẽ habent vultos firmatos ⁊ obſtinatos: qꝛ non confunduntur nec reuerentur: immo deo ⁊ prelato obſtinate opponunt Prouerbio. xxj. Uir impius ꝓcaciter obfirmat vultum ſuũ. ¶ Itẽ habent vultus diſſolutos ⁊ effrenatos: quia non habent compaſſionem honeſte maturitatis nec in habitu nec in geſtu: nec in vultu. Unde de mala muliere dicitur Prouerbio. vij. Quõ apprehenſum oſculabatur iuueneꝫ ⁊ ꝓcaci vultu blandiebatur. Sic igitur patet: quomodo inuenitur multiplex malus vultus: non dilato me: quia ſupra feci mentionem: de facie: vbi exẽpla ⁊ figuras amplius aggregaui.

**Uxor.** Nota ꝙ vxor ꝓprie dicitur mulier que alicui matrimonialiter eſt cõiuncta. Et ideo loquendo moraliter ꝑ vxorem põt intelligi omne illđ qđ alicui ſocialiter cõiungitur: ſiue in bono ſiue ĩ malo. ſignificato fuerit ſumptum. ¶ Et ideo dico ꝙ ĩ bono ſignificato ſm ꝙ vir ſumit multis modis ſic ſumitur ⁊ vxor. Iuxta illud Ephe. v. d. Uiri diligite vxores vřas. Pluraliter enĩ nominat taꝫ viros ꝙ vxores. Et ideo poſſum notare ꝙ inuenitur vxor ſcꝫ. A

| | |
|---|---|
| Intima. | Uxor intima ẽ aĩa q̃ eſt vxor |
| Optima. | xpi: ⁊ vxor etiam debet eſſe |
| Infima. | cuiuſlibet viri iuſti. Et ideo |
| Suprema. | de hac põt intelligi iſtud. j. |
| Extrema | Coꝝ. vij. Uxori vir debitum |

reddat. ¶ Iteꝫ vxor optima eſt in celo meditans. De qua Apocal. xix. Uenerunt nuptie ⁊ vxor preparauit ſe. Iſta

Ayuntamiento de Madrid

ſe.Iſta eſt vxor cui Chriſtus principaliter copulatur.
⁊ cui vir iuſtus mentaliter vxoratur. ¶Item vxor in-
fima eſt eccleſia deorſum militans. Iſta enim eſt vxor
Chriſti ⁊ vxor etiaȝ cuiuſlibet boni prelati. Iuxta illd
Epheſi.v. Viri diligite vxores veſtras ſicut ⁊ Chriſtus
dilexit eccleſiam. ¶Item vxor ſuprema eſt humana
natura in xpo latitans: iſta eſt vxor cui dei filius copu
latus ipſam amplius non relinquit.j.Corin.vij. Alli-
gatus es vxori noli querere ſolutionem. ¶Item vxor
extrema eſt quelibet vtilis ⁊ humilis ⁊ honeſta ma-
trona: que ſcȝ inter omnes iſtas vxores extremuȝ ⁊ mi
nus nobilem tenet locum: de quo dicit Geñ.ij. Quaȝ
obrem relinquet homo patrem ⁊ matrem ⁊c. His igi
tur premiſſis: ſiue loquamur de vxore ſpirituali ſiue
corporali: que eſt eccleſia: ſiue de naturali: que eſt bo-
na femina. exponamus illud pſalmiſte. Vxor tua ſicut
vitis abundans. Hic aduerte: ꝙ in vxore qualibet de
bet eſſe triplex virtus ſcȝ.

Humilitas ⁊ ſubiectio. vxor tua.
Fidelitas ⁊ dilectio. ſicut vitis.
Vtilitas ⁊ perfectio: abundãs
Talis enim debet eſſe vxor.
Humiliter ſubiecta. tua
Fideliter innecta. ſicut vitis.
Vtiliter connecta. abundans.

Dico igitur primo. ꝙ talis vxor debet habere humili
tatem ⁊ ſubiectionem: quod oſtenditur cum dicit tua
quia illud quod tuum eſt: tibi eſt ſubiectum. Tua eñ
eſt pnomen poſſeſſiuuȝ. Ad denotandum: ꝙ vxor eſt
poſſeſſio viri ⁊ ei naturaliter ſubiecta. ſicut Geñ.iij.
dicitur eue. Sub poteſtate viri eris. Quia ⁊ vxor ma-
rito ⁊ eccleſia prelato: ⁊ anima chriſto debet humilit
ſubijci. ⁊ ei ſic ſubiecta cum diligentia famulari. tua
inquit. Geñ.xij. Quare nõ indicaſti mihi ꝙ vxor tua
eſſet. Sequitur. Nunc igitur quia coniunx tua eſt: ac
cipe eam ⁊ vade. Quod tamen eſt contra multos: qui
viris ſuis ſpiritualibus ſunt rebelles ⁊ contradicẽtes
non ſubiecte nec humiles nec cum diligentia ſeruien
tes. Illud patet de anima peccatrice quando viro ſuo
chriſto per peccatuȝ contrariatur. de eccleſia. capitu-
lo. collegio. quando prelato rebellat et opponit. De
matrimonijs etiam modernis. qui viros contemnũt
et deteſtãt. figurate in vxore Iob de qua dicit. Iob.ij.
dicit ei vxor ſua adhuc permanes in inocentia tua. be
nedic deo ⁊ morere. Quia breuiter de viris poſſumus
hodie dicere ꝙ vxores nõ ſue ſȝ magis pprie viri ſui
ſunt. qr iſti hodie nolunt ſubijci viris ſuis. ſed potius
dominari ⁊ rebellare multipliciter ⁊ rixare. Cum ta-
men dicat apl's.j.Thi.ij. Docere mulieri non permi-
to nec dominari virũ. Nõ ſic chariſſimi ſȝ ſit iſta vxor
tua id ẽ hec ſit tibi ſubiecta. et tibi humilis ac deuota
vt tam chriſto de anima. ꝙ prelato de eccleſia. tam eti
am marito de vxore vel matrona poſſit dici illd Geñ.
xxvj. Perſpicuuȝ eſt ꝙ vxor tua ſit. habeat igitur que-
C libet talis vxor humilitatem ⁊ ſubiectionem. ¶Scdo
dico ꝙ iſta debet habere fidelitatem ⁊ dilectioneȝ. vi-
tis inquit Vxor enim debet virum diligere ⁊ ſibi fide
litatẽ tenere ⁊ nulli alij adherere. quod non ſolum de
vxore corporea immo etiam de anima vel eccleſia po-
teſt dici ⁊ hoc oſtenditur cum dicitur: vitis quia ſcili-
cet vitis ſolet arbori cui innittitur. cum quibuſdam te
naculis firmiter adherere ⁊ ſtabiliter ibi ſe tenere. et
ideo dicitur vitis quia tenens vi. Ad denotandum ꝙ
talis vxor habet talibus maritis ſuis fideliter ⁊ firmi
ter deherere ⁊ ipſos diligere ⁊ timere quia vxor iſta
ſcilicet anima non debet frangere coniugium. nec eſſe
infidelis xpo per peccatum nec prelato eccleſia p odiũ
nec coniunx marito per adulterium. vt ſic dicat que
libet talis vitus. illud Ioh.xv. Ego ſum vitis vera id
eſt ego ſuȝ vxor fidelis. quia ſumma fidelitas. ⁊ fidelis
charitas et veritas debet inter virũ ⁊ vxorẽ eſſe que
nunꝗ debet violari aut frangi ſed in amore et vni-
tate fideliter conſeruari Gene.ij. Adherebit vir vxori
ſue et erunt duo in carne vna. Iſtud tamen eſt contra
multos quia nec fidelis eſt vir vxori. nec vxor viro.
Quod viri non ſint fideles vxoribus ad litteram vide-
mus de clericis ⁊ prelatis. Iſti enim non diligunt vxo
res ſuas ſcilȝ eccleſias ſibi commiſſas quinimmo pa
trimonia ipſarum diripiunt. et ipſas viduatas et de-
ſolatas relinquunt. non enim curant niſi fructus reci
pere et alibi recedere et vxorẽ relinquere et abire. ⁊ de
defenſſione et regimine eius amplius non curare. Si
miles elephantibus quibus proprium eſt nunꝗ pro
vxoribus pugnare. quod bene patet in iſtis qui vxores
ſuas vt dictũ eſt dimittunt et tyrannis ipſas deſerunt
qui eas captiuant diripiunt et conſumunt.j.Regum.
xxx. Due vxores dauid captiue fuerant ducte. Et bene
dicit due et non vna. quia hodie clerici verecundantur
habere vnam vxorem ſcilicet vnam eccleſiam vel pre
bendam. immo duas vel plures habere nituntur. ⁊ ſpi
ritualiter bigamiaȝ contrahere non verentur. Quod
etiam de prelatis videmus. quod vna vxor ideſt vna p
latura non ſolet eis ſufficere. imo non ceſſant de vna
ad aliam ſe transferre. cum tamen dicat apoſtolus .j.
Thimothe.iij. quod oportet epiſcopum eſſe irrepre-
henſibilem ⁊ vnius vxoris virum. Et idem de dyaco
no dicit ibidem. Iſti ergo non videntur eſſe homines
ſed tauri. quia ſcilicet vni homini vna data eſt vxor.
Et ideo dictum eſt. Adherebit vxori ſue. et non vxori-
bus. in ſignũ cuius vni homini ade eua vnica eſt crea
ta. Sed de tauro et equo non ſic. quia iſti non habent
vxores determinatas. immo nunc vnam nunc aliam
poſſident atqȝ tenent. quinimmo vnus ſolet vxorem
alterius violenter auferre: et inter ſe ſolent pro vxori-
bus dimicare. Sic vere homines ideſt viri virtuoſi iu
ſti et rationabiles vna vxore ideſt vno ſufficiente bene
ficio ſunt contenti. Iuxta illud.j. Regum.xxx. Suffi-
ciat vnicuiqȝ vxor ſua. Tauri et equi ideſt ambitio-
ſi et ſuperbi. non vnius immo plurium ſunt cupidi. et
inde eſt quod inter ſe lites et controuerſias ſolent ha-
bere pro eo quod vnus vxorem ideſt prebendam alte-
rius nititur occupare ita quod proprie de eis poteſt
dici illud. Hieremie.v. Equi amatores et emiſſarij fa
cti ſunt. vnuſquiſqȝ ad vxorem proximi ſui hinniebat
Unde Prouerbiorum.xix. A domino datur proprie
vxor prudens. Ad denotanduȝ quod nullus debet vxo-
rem ideſt eccleſiam vel beneficium accipere niſi a deo
vel eius vicario canonice ſibi detur. Sed proculdubio
intruſi ſymoniaci non curãt de hoc ſed ſymoniace vel
violenter tales vxores rapiunt et procurant. Iuxta il-
lud ibidem.xix. Rapite ſinguli vxores ſingulas. Pa-
tet igitur quod tales viri non ſunt fideles vxoribus. ſȝ
proculdubio videntur eſſe ſicut garamante, populus
ethiopie qui dicuntur matrimonium nõ ſeruare ſed
pro libito vxores quotiens volunt eligere. ⁊ omnes cõ
munes habere et nulla propriam reputare. ſic iſti. Et
ideo bene figurantur in illis filijs dei qui videntes fi-
lias hominum quod eſſent pulcre elegerunt ſibi vxo-
res de omnibus quas elegerant. ſicut dicitur. Gene-
ſis.vj. Patet igitur chariſſimi quod iſti viri non ſunt
fideles vxoribus ideo iuſto dei iudicio permittitur qꝺ
eorum vxores non ſunt fideles eiſdem. Cuius ſimile
videbatur Iob petere Iob.xxxj. dicens. Si deceptum
eſt cor meum ſuper mulierem et ſi ad oſtium inimici
mei inſidiatus ſum ſcortum ſit vxor mea alterius et ſu
per illam incuruentur alij. Non ſic chariſſimi ſed ſi-
mus fideles vxoribus vt ipſe ſint fideles nobis quia
pro certo vt dictum. quelibet bona vxor debet habere
fidelitatem et dilectionem. ¶Tertio dico quod que-
libet talis vxor debet habere vtilitatem et perfectio-
nem. quod notatur cum dicitur: abundans. Quia iſte
debent abundare in prole bonorum operum et vir-
tutum et maxime in operibus pietatis dic ſicut ſupra
de abundare quicquid volueris. Deutero.xxviij. Abũ
dare te faciat dominus in omnibus bonis. ideo parẽ
tes vxoris thobie iunioris docebant eam in illis virtu

tibus que decerent quamlibet vxorem. Thobie.x.vbi
dicitur. Quod monuerunt eam honorare ſoceros. di
ligere maritum. regere familiam. gubernare domum.
et ſeipſam irreprehenſibilē cuſtodire. Sic igitur patz
quomodo vxor bona ſcz anima vel eccleſia vel matro
na debet eſſe.
Fertilis ꝛ fructuoſa. Abundans.
Fidelis ꝛ amoroſa. quia vitis.
Humilis ꝛ obſequioſa. quia tua.
Igitur vxor tua ſit vitis abundans ꝛ hoc de vxore bo-
na ſufficiat. ¶ Sed adhuc dico ꝙ vxor poteſt accipi in
malo. Et ſic dico ꝙ per vxorē intelligitur quelibet ma
la coniunctio. vel quelibet copula cuiuſlibet vitij vel
peccati. Et ſic notabo ꝙ in ſcriptura inuenitur Uxor.
Luxurioſa.
Litigioſa.
Preſumptuoſa.
Uxor luxurioſa eſt carnalitas. Uxor litigioſa eſt cu-
piditas. Uxor pſumptuoſa eſt pōpoſitas.
Iſte enim ſunt male vxores que ſunt fugiende ꝛ a fide
libus abdicande. ſicut dicitur Deutero. xvij. de rege.
Non habebit vxores plurimas que alliciant animuz
eius. Carnalitas enim allicit ad delicias. Cupiditas
ad diuitias. Pompoſitas ad eminentias. Et iſte ſunt
vxores alienigene q ſalomonē fecerunt apoſtatare ꝛ a
lege domini deuiare. ſicut dicitur. tertij Reguz. xj. Et
ideo neceſſarium eſt quod vxores huiuſmodi relinqua
mus et ab earum oblectationibus caueamus. Iuxta
illud. ij. Eſdre. ix. Diſcedite a gentibus terre ꝛ ab alie
nigenis vxoribus. Sic igitur patet quomodo taz mo
raliter ꝙ realiter vxor in bono ſumitur et in malo. Si
vis dicere de malis ꝛ adulteris vide ſupra de viro. ꝛ de
anima vxore xpi in principio que ibi dixi. Uide etiam
de coniugio. ꝛ de ſponſa ꝛc.

Explicit litera. U.

Incipit litera. X.

A Xpus. Cum ſecunduz
damaſcenum nomen chriſti exprimit
vnitatē perſone in duabus naturis. lon
gum eſſet proſequi de xpo ꝙtum ad pre
ſens de ipſius duabus naturis ſcilicet
de diuina et humana. Ideo breuiter petractemus. In
his enim duobus tota lex pendet et prophete in ſcri-
ptura doctorum ꝛ ſanctorum. In his quatuor libri ſen
tentiarum verſentur. Et ideo non eſt preſentis operis
ſcientialiter pertractare. ſed ſolum moraliter ad deuo
tionem fidelium excitandam aliquid diſſeremus. Eſt
igitur notandum quod in omni genere rerum vnum
prius ponitur quod eſt ceteris illius generis perfe-
ctius et melius vel per quod omnia alia in eſſe debi-
to conſeruantur. conſtituūtur et ordinantur. ſicut ptz
De corde reſpectu membrorum.
De homine reſpectu brutorum.
De igne reſpectu elementorum.
Sic vere dico quod deus voluit vnum principium et
principale principium ſcilicet lapidem angularem ſi
cut primum fundamentum chriſtuz in eccleſia ſua po
nere a quo ſicut ab homine omnia inſtruerentur. a
quo ſicut ab igne omnia per charitatem et amiciciaz
inflammarentur. Ad iſtum igitur ſicut ad originale
principium gratie vite et perfectionis. ſicut ad pri-
mum fundamentum ſapientie et deuotionis. ſicut
ad fontalem originem amoris et dilectionis eſt cur-
rendum. et in ipſo ſolummodo confidendum. Sicut
enim dicit Ambroſius libro de virginitate. Omnia
habemus in chriſto. et omnia in nobis chriſtus. Si
vulnera curare deſideras medicꝰ eſt. Si febribꝰ eſtuas
fons eſt. Si auxilio idiges virtꝰ eſt. Si mortē times vi
ta eſt. Si celū deſideras via ē. Si grauaris iniqtate iu
ſticia eſt. Si tenebras fugis lux eſt. Si cibū qris panis
eſt. Quid plura chariſſimi eſt omnibus omnia: iſto
habito omnia habentur. ꝛ ſine ipſo nihil eſt quicqd.
Sicut enim videmus: ꝙ vnus homo magis diligit
vnum bonum ꝛ pingue beneficium. quā multa modi
ca. Etiam in domo vnum magnum lumen magis illu
minat ꝙ multa minuta: vnus fons magis iuuat quā
multa ſtilicidia. Sic vere iſte eſt vnus in quo eſt fon-
talis redundantia omnium bonorum. Idcirco meli-
us cor humanum iuuat ꝛ ſatiat ꝙ omnia alia. Dimit
tamus igitur modica beneficia diuitiarum. Dimitta
mus etiam ſtillicidia mundi deliciarum. Dimitta-
mus inſuper luminaria mundi eminentiarum: ꝛ ha-
beamus ſolum vnicum chriſtum qui ſolus ſufficit et
ad ipſum veniamus qui nunꝙ deficit. Unde Hieroni.
ad Paulinum. Xps omnibus omnia eſt: qui igitur ꝓ
ipſum omnia relinquit habebit vnum pro omnibus.
Iſtum igitur in auxilium inuocando: ꝛ virtutes eius
in verbis modicis cōprehendendo: dicamus illud di-
ctum Petri. Math. xvj. Tu es xps filius dei viui. In
quibus verbis Chriſtus deſcribitur. vt fundamentuz
ſtabiliſſimum. tu es. Leuamentum ſuauiſſimuz: chri-
ſtus. Firmamentuz ſublimiſſimum: filius dei viui.
¶ Et ſic dico: ꝙ chriſtus eſt ſcilicet fortiſſimus ſu-
ſtentator corruentium. Tu es. Dulciſſimus conſola-
tor deſperantium: chriſtus. Ditiſſimus premiator la-
borantium: filius dei viui. ¶ Dico primo: ꝙ chriſtus
eſt ſuſtētator fortiſſimus: tu inquit es. q. d. tu fortiter
perſeueras non deficis: nec etiam deſinis: ſed ſemper
es. In preſenti enim eſſe diuinum non habet quantuz
ad ſe: nec preterituz: nec futurum. ideo dicitur in pſal
miſta. Tu autem idem ipſe es: et anni tui non defi-
cient. Et ideo ſicut videmus: quod homo libenter
innititur forti et ſtabili rei. Et inde eſt: quod ceruis
fluuium tranſituris. Legimus quod fortior debet pre
cedere: et alij fortiores per ordinem ſolent ſuccede-
re. ꝛ fortiori qui precedit ſolent alij inniti. vt meliꝰ va
leat a fortiori debilis ſuſtentari. Uidemus qđ miles
prelium commiſſurus nō libenter ſe committit equo
debili. ſed quanto plus poteſt durabili. ſtabili atqꝫ
forti. Sic volens in altum aſcendere. non libenter in
nitur ſcale vermiculoſe ꝛ putride. ſed forti ſtabili at-
qꝫ firme. Sic cū chriſtꝰ ſit ſtabilis atqꝫ durabilis ſuſtē
tator. fortis ꝛ indeficiens ſupportator dico ꝙ tranſe-
undo fluuium rapidiſſimum mundi huius. ꝛ cōtra
vitia preliuz continentie cōmittēdo necnon ad para-
diſum qui eſt locus altiſſimus aſcendendo debemꝰ
ſibi per ſpem ꝛ deuotionem ꝛ noſtre ſalutis commiſ-
ſionem inniti ꝛ inſiſtere ꝛ ſuſtentationi eiꝰ nos peni-
tus commendare. Que quidem ſua ſtabilis exiſtentia
oſtenditur cum dicitur: tu es In ps. Tu es rex meus
ꝛ deus meus. Sed ſi faciamus illam queſtionem que
beato Iohanni facta fuit. tu quis es: ipſe ſine dubio
reſpondet. Ego ſum via veritas ꝛ vita Io. xiiij. Quod
exponens beatus Augꝰ. dicit. Si ambulare vis chriſtꝰ
eſt via. falli non vis chriſtus eſt veritas. ſi mori non vis
chriſtus eſt vita. Tu es inquit. Et ideo dicit beatus
Aug. lib. iij. confeſſionum. Tu ſolus es. quia ſimplici
ter es ſolus cui non eſt aliud viuere. ꝛ aliud bene vi-
uere quia tua beatitudo tu es. Berñ. etiam ſuper Cā
tica dicit ꝙ chriſtꝰ eſt.
Sapia. nobis ſapiāt voluptatū horrores.
Ueritas. ne nos ſeducant falſitatū errores.
Uirtus. nos deprimāt prauitatū terrores.
Tu es inquit. vt etiam dicamus illud ps. Tu es refu-
gium meum in tribulatione mea Iohannis. vj. Nos
credimus ꝛ cognouimus quia tu es chriſtus filiꝰ dei
viui. Patet igitur quod chriſtus eſt primum princi-
pale. Sed multi ſunt hodie fatui qui magis innitunt
rebus ꝛ ſolacijs mūdanis ꝙ ipſi deo ꝙ patet qꝛ in tri-
bulationibꝰ ad deū nō recurrūt. ſed omiſſo deo tpalia
ſuffragia

Ayuntamiento de Madrid

ſuffragia ſibi querunt propter qḋ fit ꝙ ſepe verecūde
corruunt atq; cadunt. Similes enim ſunt elephanti q̄
arborem ſciſſam ⁊ debilē pro ſuſtētamēto eligens. dū;
illi innititur ad terram cadit ⁊ proſternitur. Bonum
eſt igitur xp̄m querere pro ſuſtētamēto ⁊ caſum ſalu-
tis ſue ſibi totaliter commendare dicēs illud Hiere.
xvij. Sana me, dn̄e ⁊ ſanabor ſaluū me fac ⁊ ſaluꝰero.
Vn̄ de iſto firmiſſimo fundamēto dr̄. j. Cor. iij. Quod
C alıud fundamētū nemo pt̄ ponere niſi id qḋ poſitū eſt
qḋ eſt xp̄s Jeſus. ¶ Scḋo dico ꝙ xp̄s ē ꝯſolator mitiſ
ſimꝰ: q; xp̄s. xp̄s eī̄ grece idem eſt quod vnctus latine
Res enim vncta pre alijs eſt lenis et mitis et ſuauis.
vnde in ps̄. Vnxit te deus oleo leticie ⁊c. Et ideo bene
alibi in ps̄. dicitur. Quod ipe eſt ſuauis ⁊ mitis ⁊ mul
te miſericordie omnibus inuocantibus eum. xp̄s in-
quit. Vnde xp̄s videtur ſimilis aui illi que auſcula
ſeu auis paradiſi dicitur. de qua neſcitur vbi naſcitur
quia pro certo tempore venit et certo tempore recedit
Iſta auis eſt pulcra varietate diſtincta. nullus enim
color ſibi deeſſe creditur. et iſta tampiam vocem ha-
bere dicitur quod ad deuotionem ⁊ gaudium incitat
audientes ſicut dicit autor de natura rerū. Item xp̄s
auis eſt paradiſi. quia pro certo venit per incarnatio-
nem et certo tempore receſſit per paſſionē. ⁊ eius ha-
bitatio omnibus fuit ignota. quia ipſe ſolus poterat
dicere. Ego ſcio vnde venio et quo vado ⁊ etiā ei nul
lus color virtualis et perfectionis defuit. Iuxta illud
Ezech. xvj. Sumpſiſti veſtimēta tua multicoloria. iſte
vocem piiſſimam habet ⁊ habuit. quia ita pius eſt et
miſericors quod ad deuotionem homines incitat ⁊ in
ducit. Ideo dicit Mathei. xj. Tollite iugum meū ſu-
per vos. quia mitis ſum et humilis corde. Super quo
verbo dicit Hylarius. O inquit quid iugo xp̄i ſuauiꝰ
quid eius onere leuius? probabilem fieri. a ſcelere ab
ſtinere. bonum velle. amare omnes. odiſſe malum cō-
ſequi eterna. preſentibus non capi. nolle inferre alte-
ri quod ſibi ipſi moleſtum ſit. perpeti patienter. Ecce
igitur chariſſimi quomodo xp̄us vnctus. quomō ſua-
uis ⁊ quomodo mitis. Iſte enim fuit vnctus ideſt ſua
uis dulcis ⁊ benignus. ⁊ ideo xp̄s interpretatur vnctꝰ
Sicut enim res vncta ſuauis eſt quando tangitur. pli
catur quo volueris quando impellitur: ſicut patet de
pelle vncta. ⁊ ſine clamore incedit quando trahitur. ſi
cut patet in biga ſeu quadriga. Sic vere xp̄s dulcedi-
ne pietatis et benignitatis vnctus quando tractꝰ fuit
ad paſſionem: nō clamauit per murmurationē. Quā
do fuit tactus ⁊ preſentatus per ſocialem conuerſatio
nem fuit inuentus ſuauis per pietatem ⁊ compaſſio-
nem. Quando inſuper fuit impulſus per orationē ip
ſe ad quamlibet partem fuit plicatus per liberalē cō
ceſſionem quia ad omnem partem ſe inclinauit com-
patiendo conſentiendo ⁊ ſe infirmis coaptando ⁊ con
formando de quo Amb. ſuper Luc. li. iiij. dicit. Xp̄s om
nibus omnia factus eſt. pauper pauperibus diues di-
uitibus. flens flentibus. cibus eſurientibus potus ſi-
tientibus. profluus abundantibus. in carcere cum
paupere eſt. cum maria flet. cum apoſtolis epulatur
cum ſamaritano ſitit in deſerto eſurit. Ecce igitur
quomodo chriſtus vnctus. quomodo ſuauis. quomo
do plicabilis et conuertibilis atq; mitis. In hoc vo-
luit chriſtus docere chriſtianos qui criſmate inun-
guntur vel xp̄ianorū prelatos. vel preſbyteros qui cō
ſecrationis oleo liniuntur qḋ ipſi debent eſſe ſuaues ⁊
mites miſericordes pariter ⁊ conformes. Cuius tamē
D contrarium eſt de multis quere alibi hoc deductum.
¶ Tertio dico ꝙ xp̄s eſt premiator ditiſſimus. ſeu im
perator digniſſimus. qḋ oſtēditur cū dicit̄. Xp̄s filius
dei viui. Et ideo vitā eternā poteſt dare ſuis fidelibus
⁊ eam pro premio demonſtrare. Quia ſicut de ſeipſo
dicit quia omnis qui videt filium ⁊ credit in ipm̄ h; vi
tam eternam. Joh. iij. Et ideo de tali filio qui vitā gra
tie ⁊ glorie multipliciter dat mundo. loquitur Augu.
de agone xp̄iano exponens illud Luce. j. Filius altiſſi
mi vocabitur ita dicēs. O medicinā oīa conſulētē oīa
tumētia premētē;. oīa tabeſcētia reficientē. oīa ſuper
flua reſecantē. oīa neceſſaria cuſtodientem oīa perdi
ta reparantē omnia deprauata corrigētem. quis iam
ſe extollat aduerſus filium dei? quis iam deſperet pro
quo tam humilis voluit eſſe filius dei? quis aduerſita
tibus cadit qui naturam humanā tantis perſecutio-
nibus cuſtoditā; eſſe videt in filio dei? quis etiam ſibi
clauſum aditum ad regnū celorū putet: qui ad publi-
canos ⁊ meretrices inuitatos eſſe videt filū dei. Ecce
igitur chariſſimi de iſto filio quō ⁊ q̄tū proficit fideli
bus: ⁊ quō ſpūaliter ⁊ eternaliter eſt premiator ditiſſi
mus cōſolator dulciſſimus: ⁊ ſuſtētator firmiſſimus
Bene igitur dictū eſt. tu eſt chriſtus filius dei viui ⁊c.
¶ Sed quid? pro certo ad hoc dicēdū eſt de xp̄o in ſpe
ciali q̄tum ad eius quatuor ſtatus. xp̄s enim fuit.
Humilis in incarnatione.
Patiens in paſſione.
Nobilis in reſurrectione.
Agilis in aſcenſione.
Et ideo dico qḋ xp̄s ſm̄ ſanctos fuit figuratus in illo
animali Ezech. j. ꝙ habebat quatuor facies ſc; homi
nis a parte ante. bouis a p̄te ſiniſtra. leonis a parte
te dextera. et faciem aquile deſuper in parte ſuprema
Nam chriſtus.
Vt homo naſcitur.
Vt bos occiditur.
Vt leo excitatur.
Vt aquila eleuatur.
Ad denotādum ſm̄ Greg. in omelia. iij. ꝙ xp̄s homo
fuit naſcēdo. vitulus moriēdo: leo reſurgendo: aquila
aſcēdendo. Et de his quatuor ſc; Quomodo
Xp̄s naſcitur.
Xp̄s patitur. — per ordinem eſt.
Xp̄s reſurrexit. — dicendum.
Xp̄s aſcendit.

## Xpriſti natiuitas.

Cum de cōceptiōe xp̄i in precedētibꝰ A
multa ſint dicta ideo de natiuitate breuiter eſt dicen
dum. Miles volēs intrare cāpū;. ſolet accipere arma
cōgruentia illi generi pugne quā vult facere ⁊ per ali-
quam occultā viam egrediēs in campū armatū ſe ſu
bito oſtēdit. Sic vere filius dei volēs per natiuitatem
campū mundi huius cōtra dyabolū preliaturus ⁊ in
prelio moriturus: ⁊ tandē reſurrecturus intrare: cum
non haberet arma mortalia ſed eterna in quibus mo
ri ⁊ per conſequēs ſurgere non valebat. primo in came
ra vteri v̄ginalis. armis mortalitatis noſtre ſe induit
⁊ ſic per occultam viam intacte virginitatis exiuit. et
in campo huiꝰ mūdi ſe mortalē corā oībus hoſtibus
preſentauit. Et tunc fuit impletum illud quod in ps̄.
dicitur. Intrauit iſrael ī egyptū. Sicut eī̄ teſte dyaſ.
ceraunius lapis precioſus in ventre nubis gignit̄: cū;
choruſcatione ⁊ tonitruo exiens ⁊ deſcendens: contra
tempeſtatem vtilis inuenit̄. Sic vere xp̄s in vētre nu
beo ⁊ virgineo genitus vt tandē tempeſtatē vitiorū ⁊
tormētorum a nobis repelleret: in mūdo cū chorуſca-
tionibus plurīū miraculorū fuit productus atq; natꝰ
et hoc non ſine tonitruo. i. ſine clamore angelorum cā
tantium: gloria in excelſis deo ⁊c. Et etiā nunciātium
iſtā natiuitatē paſtoribꝰ ⁊ dicētiū illud Lu. ij. Natꝰ eſt
vobis hodie ſaluator qui eſt xp̄s dominus in ciuitate
dauid. In quibus verbis iſta natiuitas deſcribitur tri
bus modis ſcilicet.
Tanq̄ humilis ⁊ amoroſa.
Tanq̄ vtilis ⁊ fructuoſa.
Tanq̄ nobilis ⁊ glorioſa.
Probat amoroſa p̄ſentiam regis. Natus eſt. Probat
fructuoſam ſaluationē gregis. Vobis ſaluator. Pro-
bat glorioſam prolationem legis. Qui eſt xp̄s dominꝰ
¶ Dico primo quod iſta natiuitas fuit humilis et
amoroſa. natus inquit. Non enim potuit maiorem
humilitatē ⁊ caritatē oñdere. q̄ in v̄ginis vtero carnē



Ayuntamiento de Madrid

ſumere ꝛ in mundū naſci temporaliter ꝛ venire. Calor enim ꝛ feruor ſolis attrahēs eſt cā quare ſol nubibus operit: calor digerēs quare herba naſcitur: calor reſoluens quare a nubib⁹ pluuia diſtillat. Sic vere chariſſimi calor ꝛ feruor exceſſiui amoris: cauſa fuit ꝙ ille qui eſt ſol refulgēs claritate: pluuia humectās probitate: herba virens honeſtate ſcȝ dei filius vt dictum eſt in nube carnis humane velat⁹: ꝛ in mūdo ortus ꝛ natus fuit de vētre nubis. i. de pure virginis vtero product⁹ et ſeculo deriuatus. natus inquit. Mat. j. Natus eſt ieſus qui vocatur xp̄s. Sicut enim amor trahit vnicornē ad gremiū virginis: ſic amor ꝛ charitas traxit xp̄m ad naturā hominis aſſumēdam ꝛ ad naſcēdū ꝛ habitādū in huius mūdi plagis ꝛ terminis. Et idō Hugo de laude caritatis dicit. Neſcio o charitas inquit quid magis in laude tua dicere poſſumus ꝙ deū de celo traheres et homines de terra leuares. Eſt magna virtus tua vt per te deus vſqȝ ad terram humiliaretur: ꝛ hō vſqȝ ad celū exaltaretur. natus inquit vnde Augu. li. de predeſtinatione ſāc ꝛ ꝛū dicit ſic. Dicimus xp̄m deū natuȝ de deo patre ſine aliquo initio tēporis eundēqȝ hoīeȝ vere natū de virgine matre in plenitudine tēporis: nec eius humanitateȝ qua minor eſt patre minuere aliqd eius deitati qua coequalis eſt patri. Patet igit ꝙ iſta natiuitas fuit humilis ꝛ amoroſa. Circa qđ ſciēnduȝ eſt ꝙ xp̄s natus eſt ad multa. videlȝ. Ad dyabolū ꝛ mūdum confundēdum. Ad populū defendēdum. Ad falſum ſeculū deteſtandū. Ad pacis vinculū ꝯfirmanduȝ Ad ſtatum pauperū cōmendandū. Ad eccleſiam ſanctam conſtruēdū ſeu fundādum. ¶ De primo dicit. j. Joh. v. Omne qđ natū eſt ex deo vincit mundū. De ſecundo Eccli. xlix. Natus eſt homo princeps fratrū: firmamētum gētis: ſtabilimētum ppl'i. De tertio Johā. xviij. Ego in hoc natus ſum. ꝛ in hoc veni in mūdū ꝛc. De quarto. j. Joh. iiij. Omnis qui diligit fratrē ſuum ex deo natus eſt. De quinto ſcȝ ꝙ natus ſit ad ſtatuȝ pauperum cōmēdandum ꝛ ſtatū diuitū ꝯfutandū: et hoc inꝑtum voluit naſci in preſepio inter animalia. ꝛ viſitari a paſtoribus ꝛ etiā inꝑtū voluit naſci puer nudus et paruulus. ſicut beatus Bern. loquitur in ſermone de ephia ita dicēs. Ubi inquit eſt thronus ꝛ aula regia et frequētia curialis. naȝ aula fuit ſtabulū: thron⁹ fuit preſepiū: tota frequentia fuit ioſeph ꝛ maria. De quo etiam iſtud pōt intelligi. Job. xiiij. Hō nat⁹ de muliere breui viuēs tpe replet multis miſerijs. Unū de humilitate iſti⁹ natiuitatis eſt notādū ꝙ ipſe nat⁹ē in ciuitate parua: ne gloriemur de p̄ria. A matre fabro deſpōſata ne gloriemur de parētela. De matre paupe ne gloriemur i diuitijs. Pānis inuolut⁹ ne gloriemur i veſtib⁹ In p̄ſepe poſit⁹ ne gloriemur i lectis. Cū boue ꝛ aſino conuerſatus: ne gloriemur in ꝯſortio. De nocte. ne gloriemur in operibus bonis. Patet igitur ꝙ iſta natiuitas humilis fuit ꝛ amoroſa. ¶ Secundo dico ꝙ iſta
B natiuitas fuit vtilis ꝛ fructuoſa. nobis ſaluator inqt. nobis enī eſt datiui caſus ſignificans acqſitionē ꝛ vtilitatem quia ſine dubio acquiſitioni et vtilitati noſtre non ſue natus eſt xp̄s. vt ſcȝ per natiuitatē ſuam ſaluaremur. Sicut enim videmus ꝙ oīa que naſcūtur. nobis potius ꝙ ſibijpſis naſcūtur. Patet de ſole qui oritur non pro ſe ſed ad mundū illuminanduȝ flumina etiam non fluunt ad ſe ſed ad terrā irrigandū. hoc idē patet in herbis ꝛ fructibus que non naſcunt ad ſe ſed ad mundum paſcendum. Sic xp̄s nobis non ſibi fuit natus. qꝛ natiuitas ſua ad vtilitatē ꝛ neceſſitatē nr̄am facta eſt. Ipſe enim naſci non indigebat. qꝛ ſemp erat. nos vero natiuitate eius indigebamus vt ſalutem per ipſam haberemus. Nobis inquit Eſa. ix. Paruul⁹ natus eſt nobis ꝛ filius datus eſt nobis ꝛc. Et ideo de vtilitate ipſius dicit Bern. in ſermone. O ieſu ſaluator qui in bethleem naſceris. quid tam dignū fuit neceſſario perditis. quid tā optabile miſeris. quid tā vtile deſperatis: q. d. nihil. Iſta natiuitas eſt principiū noſtre redemptionis. Sicut enī dicit Gall. iiij. Miſit deus filium ſuū factū ex muliere ꝛc. Et iſta natiuitas fuit

Ad noſtrā diſcordiā conciliandum.
Ad noſtrā miſeriam auxiliandum.
Ad hoſtis potentiam humiliandum.
Ad noſtram ſciētiam ſubtiliandum.
Ad noſtram naturam nobilitandum.
Ad noſtram ſaluationem perficiendum.

De primo dr. j. Thim. ij. Mediator dei ꝛ hominū ipſe xp̄s deus. De ſecundo in pſ. dicit. Tu vero repuliſti ꝛ deſpexiſti. diſtuliſti xp̄m tuum ꝛc. applica. De tertio Eſaie. xlv. Xp̄o meo cyro cuius deprehendi dexteram vt ſubijciam ante faciem eius gētes. Sequitur. Portas ereas conteram ꝛ vectes ferreos confringā. De quarto in pſ. Illuc producaȝ cornu dauid paraui lucernaȝ xp̄o. De quinto Apocal. xix. dicit ad beatū iohannem angelum adorare volentē. vide ne feceris. conſeru⁹ enī tuus ſum ꝛc. Unde de eadēȝ nobilitate dicitur Rom. xv. Suſcipite inuicē ſicut ſuſcepit vos xp̄s in honorem dei. Unde in vitaſpatrū de quodā ſancto legitur ꝙ ad punctum mortis riſit di. Nollem angelus eſſe. qꝛ xp̄m video in mea natura. quia ſi eſſem angelus nō viderē De ſexto. j. Thimo. j. Jeſus xp̄s venit in hunc munduȝ peccatores ſaluos facere. Bene igitur concluditur ꝙ iſta natiuitas fuit vtilis ꝛ fructuoſa. nobis inqt de quo Malach. iiij. Uobis timētibus deū orietur ſol iuſtitie Et in hymno de corpore xp̄i. Nobis natus nobis dat⁹ ex intacta virgine ꝛc. ¶ Tertio dico ꝙ iſta natiuitas C
fuit nobilis ꝛ glorioſa qđ oſtēditur cum dr. xp̄s dn̄s. q. d. ille qui natus eſt: eſt xp̄s. i. vnctus ꝛ per ꝯſequēs rex ꝛ ſacerdos ꝛ eſt domin⁹ omniū generalis. Treno. iiij. Spiritus oris noſtri xp̄s domin⁹. Quāto enī planeta eſt nobilior. tanto eius ortus ſup noſtruȝ emiſperium nobilior reputatur ꝛ ad ſignificationē ꝑfectionē rerum nobiliū ꝛ notabiliū fortius operat ſicut nobilior reputatur ortus ſolis ꝙ iouis: iouis ꝙ ſaturni ꝛc. Ma igitur iſte fuit ortus et natiuitas. non cuiuſcunqȝ ſed dn̄i noſtri Jeſu xp̄i nobiliſſime prolis nobiliſſime lucis. nobiliſſimi ducis. Bene igit dico ꝙ glioſus ꝛ nobilis oȝ dici dn̄s noſter ieſus xp̄s. Et poſſum⁹ dicere ꝙ nobilitatē iſtam probant cuncta q̄ ibi fuerunt ſcilicet

Nati diuinitas.
Matris virginitas.
Lucis limpiditas.
Regum ſedulitas.
Stelle nouitas.
Paſtorum veritas.
Signorum mirabilitas.

¶ Prima igitur nobilitas apparet ex nati diuinitate. Natus enim iſte non fuit purus homo ſed deus verus. non ſimplex creatura. ſed naturās natura. non fuit homo qui nō poſſit peccare. ſȝ fuit de⁹ qui poſſit ſaluare. Similis enim fuit ꝓm fabulas centhauris q̄ de nube fuerunt generati ꝛ ideo duplici natura. ſ. rōnabili ꝛ animali fuerunt dotati. nam in prima parte fuerūt hoīes ꝛ in poſteriorib⁹ equi vt poete finxerunt ad oſtēdendum cōditionē vni⁹ aīalis qđ eſt centhaur⁹ qđ ex parte hō ꝛ ex parte equ⁹ dr. Talis enī videt xp̄s eſſe. de nube hodie. i. de virgine puer nat⁹. qꝛ ex pte rōnabilis. i. de⁹: ꝛ ex pte aīalis. i. hō corporeus eſt inuentus. Unī Aug. de ꝯ. do. dicit. Iſte due nature vnite ꝛ cōiuncte fuerūt. vt vnus atqȝ idē ieſus deus ꝛ hō. aliquādo aut agat aut loquat diuinitas aliqū humanitas.
¶ Secūda nobilitas patet ex matris virginitate. nobile enī eſt ꝙ virgo concipiat. virgoqȝ pariat virgo añ partū virgo in partu. et virgo poſt partum pmaneat. Similis enī fuit apibus q̄ a perpetuo ſunt virgines ꝛ ſine ſexus coniūctione. ipſe tamē faciūt mel ꝛ prolem. Et ſic loquitur Augu. ſup Joh. d. Quod nobilitas naſcentis fuit in virginitate parentis. Nobilitas etiā parentis fuit in diuinitate naſcētis. ¶ Tertia nobilitas fuit in luminis claritate. de iſto enim dicitur. Luc. ij. Quō lux de celo circūfulſit paſtores i nocte natiuitatis Ad denotandū ꝙ ille qui erat lux vera omnem hoīem illuminans

Ayuntamiento de Madrid

illuminans eſſet natus. ¶ Quarta nobilitas fuit in
angelici agminis iocunditate. Tunc enim vt dicitur
Luce.ij. Facta eſt cū angelo multitudo celeſtis exerci
tus dicentium gloria in excelſis deo ꝛc. Quia vt dicit
Aug. in ſermone. xp̄s habuit ꝓcurſores angelos. nar-
ratores celos. adoratores magos. ¶ Quinta nobili-
tas fuit in ſtelle mirabili nouitate. Nobile enī quid
fuit ꝙ iſta natiuitas ſtellam habuit pro nuncio ange
los pro ſolatio. magos ꝓ obſequio. Stelle enī vt dici
tur. Gen.j. create ſunt a deo in ſigna tempora. ⁊ men
ſes ⁊ annos. Iſta vero illius fuit ſignum qui intēpora
lis venit in tēpore. ⁊ incorporalis in corpore. De iſta
aūt ſtella dr̄. Matt.ij. Ubi eſt qui natus eſt ꝛc. ſequit.
cuius ſtellam vidimus ꝛc. ¶ Sexta nobilitas fuit in
paſtorum mira veritate. Paſtoribus enī ⁊ perſonis
ſimplicibus. cautelis ⁊ falſitate carētibus fuit iſta na
tiuitas reuelata. vt ſic videret vera ⁊ certa. nō per fal
laciā ſimulata Luce.ij. Paſtores erāt in regione ea-
dē ꝛc. ſuper quo dicit Beda. Nō te moueat vilis pa
ſtoris perſona. qꝛ quo rudior ad ſcientiam. quo vilior
ad prouidentiam eo precioſior fuit ad fidem xp̄s enī
non de ſapiētibus ſed de ſimplicibus nō de rectoribꝰ
ſed paſtoribus ꝓcones euangelicos ordinauit. ¶ Se
ptima nobilitas fuit in ſignoꝝ ſeu miraculorum mul
tiplicitate. In ip̄a enī hora natiuitatis multa miracu
la apparuerunt. Nā omnis creatura voluit creatori
ſuo honorē exhibere. ⁊ ei nato veritatis teſtimoniū
perhibere. ⁊ ideo

Paradiſus miſit angelos ad natiuitatē annunciādū.
Celum miſit ſtellam ad viam eius oſtendendum.
Oriens miſit paſtores ad verbum explorandum.
Oriens miſit magos ad ei munera offerendum.

Hec enī ſigna xp̄o nato in iudea apparuerūt. ſed non
minoranter gētiles pp̄los clauerūt. Narrat enī Hie
ro. ꝙ poſt captiuitatē babylonicā cū reliquus pp̄ls
deſcendens in egyptum ſacerdotibus gentiliū ima-
ginē virginis paruulū lactantis fecit. quā adorandū
eis tradidit ⁊ ſic in futuris rebus eos inſtruxit. Tunc
etiā rome. Octauiano imperatori ſibilla in celo cir
culū in cuius medio virgo paruulū lactās videbatur
oſtendit. ⁊ illum puerū eſſe verū dn̄m mūdi dixit. ita
ꝙ imperator in eodē loco altare fecit qđ aram celi vo
cauit. In quo quidē loco fidelis populus eccleſiā fa-
bricauit. dictus imperator ꝓclamari fecit. ne quis ip
ſum orbis dn̄m vocaret. eo ꝙ alius orbis dominus eſ
ſet. Sed quid de fonte qui per diem ⁊ noctem oleum
per orbem manauit dicemus? Quid de templo quod
romani ſummā videntes eſſe pacē in mundo edifica-
uerunt. ⁊ a diis ſuis rn̄ſum acceperāt ꝙ iſtud templū
non caderet. niſi virgo pareret qđ ideo romani perpe
tuum crediderūt qui inde caſum eius in hora natiui-
tatis viderūt omnia enī iſta ſigna ⁊ mirabilia ⁊ mul
ta alia in xp̄i natiuitate fuerūt que xp̄m verum dn̄m
oſtenderunt xp̄us inquit dn̄s. Ita ꝙ humana natura
potuit dicere illud. Danie.iij. Signa ⁊ mirabilia fe-
cit apud me deus. Et ideo beatus Bern̄. in quodam
ſermone in vigilia natiuitatis ſuper illud Matth.ij.
Cum natus eſſet ieſus dicit ſic licet nō eodem ordine
verboꝝ. O inquit natiuitas illibata ſanctitudine. ho
norabilis dignitate amabilis bonitate inueſtigabi-
lis ꝓfunditate ⁊ admirabilis nouitate ꝙ nec primā
ſimilē viſa es nec habere ſequentem hec enim ſunt ve
ſtigia doloris pudoris ⁊ corruptionis. nō reſerās ſed
conſecrans templum vteri virginalis ꝛc.

## Xp̄i paſſio.

A Circa paſſionem xp̄i breuiter eſt
notandum ꝙ ſicut dicit Ambro.
ſuper beati immaculati. Xp̄s ſe morti tradidit ⁊ ſic vi
te te edidit. ſuſcepit ſeruitutem. ⁊ tibi reddidit liber-
tatem. In quibus verbis videtur idem innuere ꝙ ſi-
cut vnum membrum vulneratum ⁊ ſanguine diminu
tum reddit toti corpori ſanitatem. Sic vere xp̄s vul-
neratus priuatus ſanguine ⁊ occiſus. toti corpori. i. ec
cleſie ſanitatem reſtituit ⁊ ſalutem. Nam ſicut dicit
Aug. contra hereſes. Fuſus eſt ſanguis medici ⁊ factū
eſt medicamentum frenetici. Quia certum eſt ꝙ ho-
mo occaſionaliter fuit cauſa mortis chriſti Mors ve
ro xp̄i eſt cauſa vite ⁊ ſalutis hominis. Dicit enī Iſid.
ꝙ Pitagoras aiebat ꝙ anguis qui eſt homini natu-
raliter venenoſus ⁊ mortiferus de medulla hominis
mortui ſolet naſci. Sic vere anguis. i. pcc̄m hominis
venenoſum ⁊ mortiferū. quo quidem homo fuit mor
tuus in peccatis qui quidem anguis fuit cauſa mor-
tis hominis viui ſcʒ xp̄i. de cuiꝰ tn̄ medulla homines
mortui de ſui mortis ſanguine ⁊ a ſue mortis virtute
fuerunt nati ſpūaliter ⁊ vite gratie quam in adā ami
ſerant reſtituti. qꝛ breuiter ſicut venenū anguis occi
dit hominē. ⁊ medulla hominis mortui generat an
guem. Sic venenum pctōrum noſtrorū hominē xp̄m
occidit eius vero mortis gratia ⁊ medulla vitā ⁊ glo
riā nobis dedit. Un̄. j. Chor. xv. Quiquidem per ho
minem mors ꝛc. Utilis enī fuit homini xp̄i paſſio q̄
ſua facta ē reſurrectio. Et ideo breuiter de ſua paſſio
ne ⁊ eius neceſſaria ⁊ vtili conditione poſſumus bre-
uiter exponere illud. Luce. xxiiij. Oportuit xp̄m pati.
Ubi aduerte ꝙ xp̄i paſſio fuit ſcʒ Mirabiliter neceſ-
ſaria qđ probat verbum vtilitatis oportuit. Terribi-
liter afflictoria. qđ probat verbum penalitatis. pati.
Amabiliter voluntaria. qđ probat verbum ſuauita-
tis. xp̄m. Dico primo ꝙ iſta paſſio fuit neceſſaria mi
rabiliter. oportuit inquit. Oportunum enī ⁊ congruū
videbatur ꝙ vnus ꝓ omnibus moreretur. vt nō totus
mundus in precipitium laberetur. Iuxta prophetiā
Cayphe Ioan. xj. dicētis. Expedit vt vnus moriat ho
mo. Et ſicut apparet ꝙ neceſſarium eſt ꝙ nubes rum
patur ad hoc qđ ſtillante pluuia ſubiecta terra debi-
te irrigetur. Sic vere neceſſarium fuit qđ nubes car-
nis xp̄i per paſſionē rumperet. vt pluuia ſui precioſi
ſanguinis emanante. terram. i. animā irrigaret per
gratiam ⁊ per bonam operationem fecundaret. Iſta
enī nubes eſt qua per paſſionē aperta pluuia ſui dul-
cis ſanguinis emanauit tonitruum ipſius dicētis he
ly hely cū emitteret ſpm̄. intonuit. choruſcatio pluri
morum miraculorum tunc temporis choruſcauit. Ip
ſo enim moriente terra mota eſt ſol obſcuratus eſt ꝛc.
Unde in pſ. Illuxerunt choruſcationes tue orbi terre
Et ſicut videmus de nube qđ ꝓpter nimiam aduſtio
nē pluuia efficit rubea ⁊ ſanguinea ⁊ de iſta nube ꝛc.
Applica. Sed chriſtus procerto ſanguinem ſuum fu-
dit ⁊ mori voluit triplici ratione ſcilicet vt

Pater placaretur.
Culpa deleretur.
Homo ſaluaretur.

Per iſtam enī paſſionē ira
patris fuit placata. pater enī
erat offenſus ꝓpter pcc̄m ade
⁊ ideo oportuit placari ⁊ non potuit placari niſi ali-
quis de genere ſuo faceret emendā. Cum aūt in gene
re adam non eſſet qui de tanto reatu poſſet ſatiſface-
re voluit dei filius homo fieri. vt ſic iſtam emendam
poſſet facere qꝛ deus ⁊ homo iſtam teneretur facere.
De leopardo domito legimus qđ qn̄ ad venandum
ducitur ⁊ perdit predam ſuam ita iraſcitur qđ niſi vi
deat ſanguinem non placat. ideo venator ſolet agnū
occidere occiſum ſanguinolentū ſibi oſtendere. ⁊ ſic
placat. Sic vere deus pater preda humani generis ꝑ
dita iratꝰ ⁊ offenſus placari non potuit quouſq; agnū
immaculatum xp̄m occiſum cerneret ⁊ videret. Figu
ratus in angelo qui videns ſanguinē in poſtibus do
morum in ipſis habitantibus pepercit. ⁊ in illa do-
mo primogenita non occidit. ſicut dicitur Exodi. xij.
Sic dn̄s voluit parcere domui generis humani quan
do ſanguinem paſcalis agni chriſti in eius foribus vi
dit eſſe. Unde. j. Ioan. ij. Ipſe eſt propiciatio pro pec-
catis noſtris vt de humano genere agnum offerente
poſſet dici illud Leuit. j. Agnum immaculatum ma-
ſculum offeretis ad placandum dominum. ¶ Item
vt culpa deleretur. Ad hoc enī qđ corpora vel res ma
culis deformes ⁊ deturpate purgentur ⁊ mundentur
neceſſe eſt qđ puro aliquo liquore abſtergantur. ſic

culpe macula que a primo parente noſtro Adam in omnem humani generis poſteritatem defluxit ꝛ ſingulorū animas coinquinauit.non niſi puriſſimo ſanguine xp̄i quem ex puriſſimis virginis viſceribus accepit dilui potuit ꝛ abſtergi.Juxta illud Apoc.j. Xp̄s lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.¶Item vt homo ſaluaretur.ꝛ vt celum humano generi redderetur.Ad hoc enim vt hereditas impignorata vel obligata reſtituatur.neceſſe eſt ꝙ ante omnia preciū ſoluatur.Cum igitur per peccatum hereditas noſtra ſcilicet paradiſus fuiſſet obligata.vendita ꝛ a nobis penitus alienata.oportuit ꝙ anteꝗ̄ reſtitueretur.qd̄ precium redemptionis ſolueretur ſcilicet mors ꝛ ſanguis chriſti.Sicut enim dicitur.j.Petri.j.Non corruptibilibus auro vel argento ꝛc.Nota illud de hyſtoria Apollini de quodam rege turrim edificante ꝙ quicquid fiebat in die.poſt noctem deſtructū in mane reperit ꝛ inuenit ꝛc.Patet igitur ꝙ paſſio chriſti fuit neceſſaria.

Ut deus placaretur.
Ut culpa deleretur.
Ut homo ſaluaretur.

Unde Aug.in ſermone dicit ꝙ xp̄s emit ſibi fratres ſanguine proprio.probauit reprobatos.redemit venditos honorauit iniuriatos.viuificauit occiſos oportuit igitur quaſi diceret neceſſarium fuit.Unde ipſemet dicit.Luce.xvij.Nos primum oportet ipſum multa pati ꝛ reprobari a generatione hac.Patet igitur ꝙ xp̄i paſſio fuit neceſſaria.¶Secundo dico ꝙ iſta
B xp̄i paſſio fuit voluntaria ꝗ̄tum ad xp̄m.Nam ſponte ꝛ non coacte ſupplicium ſuſtinuit xp̄m inquit qui interpretatur vnctus.res enim vncta faciliter ꝛ ſine difficultate flectitur ꝛ plicatur.Ad denotandum qd̄ xp̄s qui interpretatur vnctus nō coacte:ſed ſicut dicitur Philip.ij.factus eſt obediens vſqꝫ ad mortē.d. patri illud pſal.Uoluntarie ſacrificabo tibi ꝛc.Xp̄s enim ſimilis eſt pellicano que eſt voluntaria.que dū pullos a ſerpente morſos inuenit.voluntarie cum roſtro in pectus ſe percutit ꝛ ſic virtute ꝓprij ſanguinis diſtillantis a morte ſuſcitat ꝛ reducit.ꝛ ſic dicit Jaco. de mirabilibus orientalium regionum.Chriſtus etiā ſimilis eſt fenici que eſt auis in ſpeciebus ſui generis vnica.que cum vſqꝫ ad prefinitum tempus vixerit a natura ſuper ſtruem lignorum aromaticorum voluntarie ſe ponit vbi a feruore dici igne ſuccenſo comburitur.ꝛ tandem in auem priſtinam poſt triduū reformatur.Sicut per omnia dicit ph̄us ꝛ Jſido.ꝛ Ambro.in exameron.Reuera chariſſimi talis fuit chriſtus.Jſte em̄ videns filios ſuos homines ab antiquo ſerpente in adam interfectos.condolens eorum miſerie voluntarie ſanguinem ſuum fudit.ꝛ etiam ſuper ligna aromatica ſancte crucis voluntarie ſe immiſit vbi paſſionis ignibus ſe cremauit ꝛ tandem expleto triduo reſurrexit ꝛ ſic virtute ſui ſanguinis humanum genus quod erat mortuum rediit ad vitam ꝛ reuixit.Oſee.vj.Uiuificabit nos poſt duos dies ꝛc. igitur paſſio xp̄i volūtaria.¶Tertio dico ꝙ xp̄i paſſio fuit valde afflictoria pati inquit.Pati enim illationē pene afflictionis deſignat Jn chriſti nanqꝫ paſſione pene omnia fuerunt penalia triſtia ꝛ deſolabilia.ꝛ nihil delectabile fuit ibi.Ubi notare poſſumus. ꝙ loquendo moraliter quatuor habuit partes penales videlicet.

Proditioſum ingreſſum.quia ꝓditioſe inchoata.
Opprobrioſum ꝓgreſſum.q: opprobrioſe meditata.
Flagitioſum egreſſum.quia flagitioſe terminata.
Miraculoſum ſuggreſſum.q: miraculoſe predicata.

C ¶Dico igitur ꝙ paſſio xp̄i fuit proditioſe inchoata quia proprij filij.proprius filius.proprius diſcipulus ipſum occiderunt ꝛ illi pro quibus venerat ipſum ad illudendum ꝛ occidendum gentibus tradiderant.qd̄ vtiqꝫ fuit maior dolor.quia magis eſt doloroſum tradi ab amicis.conſanguineis propinquis.ꝛ ſubditis ꝙ ab extraneis ꝛ remotis.Et ideo in pſ.conqueritur dicens.Amici mei ꝛ proximi mei aduerſum me appropinquauerunt ꝛ ſteterunt.Et ſic dico ꝙ iſte proditioſus ingreſſus apparuit.

Jn principum conciliatione.
Jn iude venditione ꝛ mercatione.
Jn oſculi datione.ꝛ exhibitione.

Erant enim principes proditioſe cōgregati.vt Jeſū dolo tenerent ꝛ occiderent.dicentes illud Joan.xj.qd facimus quia hic homo multa ſigna facit ſi dimittimus eum ſic ꝛc.Cuius ſimile quotidie faciunt proditores qui conſilia habent inuicem contra pauperes innocentes ſicut de balliuis ꝛ officialibus videmus. qui in hoc conueniunt ſimul vt alios dolo teneant et occidant.Jn pſ.Congregati ſunt conuenerunt inuiſi aduerſus dominum ꝛ aduerſus xp̄m eius.Similes vulturibus quorum collegium ꝛ congregatio futuri prelij eſt preſagium.ſm̄ Pli.Quia vt communiter a talibus conuentibus ꝛ conſilijs malignorum non ſequitur niſi mors ꝛ bellum xp̄i.ideſt rapina ꝛ exactio pauperum ſubditorum.j.Macha.v.Gentes congregate ſunt aduerſus iſraelitas.¶Item proditioſe venit iudas ad Jeſum vendendum ꝛ reuelandum ꝛ hoc fuit quando dixit.Quid vultis mihi dare ꝛ ego eum vobis tradam?Dicūt enim quidam ꝙ iudas eorum que domino dabantur procurator decimam partem habebat.propter quod iudas trecentorum denarioꝝ decimam partem que ſunt.xxx.denarij recuperare volens chriſtum pro.xxx.denarijs vendidit.Jn quo poſſumus intelligere multa contra.

Detractores
Mercatores.
Seculares.
Peccatores.
Poſſeſſores.

¶Primum enim notabile eſt contra detractores. Quia quantūcunqꝫ opus ſit bonū quod facimus tamen reprehenſione nō caremus:q: dato qd̄ maria vngendo xp̄m cum ſumma deuotione opus laudabile faceret.ipſam tamen iudas redarguit.Et ideo exemplo iſtius mulieris bona opera ꝓpter detractores nō ſunt omittenda.ſed ſm̄ cōſcientiam frequentanda. Quia ſm̄ Sen.in quadam ep̄la.Nulla tam modeſta felicitas que dentibus careat detractorum.non curemus ergo dum tamen ſint opera bona que facimus: ſed dicamus cum tullio qd̄ in libera ciuitate.libere debent eſſe mentes ꝛ lingue.¶Secundū notabile eſt contra vſurarios balliuos ꝛ malos mercatores.Jſti enim exemplo iude quando aliquid perdunt.per fas vel nephas recuperare volunt.quinimmo vt perdita reſtaurēt multa mala faciunt ꝛ committunt.Judas em̄ qui.xxx.denarios in vngēto perdidit ipſos xp̄m vendendo recuperare.voluit.Nam vſurarij ꝛ alij.falſi mercatores.mercari rapere ꝛ furari non ceſſabunt quouſqꝫ quicquid per ſuperiores ſuos ꝛ alios perdiderunt reſtaurabunt ſimiles nature in infirmitate depauperate que intantū appetit cibum qd̄ mortē quandoqꝫ incurrit.Eccli.xxxvij.Propter crapulam multi obierunt.Cuius exemplum ponit de muſcis quia melius eſt vlceroſas muſcas ꝛ repletas ſanguine non abijcere.pro eo qd̄ tendē vacue redeuntes.ſolent acrius moleſtare.¶Tertium notabile eſt contra ſeculares Quia iudas vngentum perditum dicit.pro eo qd̄ in vſus domini effuſum vidit.Cuius ſimile ſeculares faciunt:ſi aliquem ad clerum.vel religionē.vel dei ſeruitium accedere.vel vitam ſuam emendare cernunt. ip̄m perditum reputant atqꝫ credūt.Similes fatuis qui ſemen in terram iactatum perditum credunt.cū tamen multo amplius profert fructum:vt quid inquiunt ꝓditio hec qui talis ꝛ tātus fuiſſes ſi in ſeculo remanſiſſes.Et ideo tales qui a vexatione malorum infeſtantur

Ayuntamiento de Madrid

infeſtantur debent dicere cū pš. Factus ſum ſicut vas
perditum.q.a.tc. ¶ Quartum notabile eſt cōtra pec
catores:quia iudas de xpo vendito habuit.xxx.dena-
rios.Et tamen hodie ſunt multi qui non pro.xxx.im-
mo pro nihilo vendunt ipſum.ſicut luxurioſi pro mi
nima delectatiōe auari p minimo lucro tc.de quibus
dicitur Hebreo.vj.q isti crucifigunt xpm rurſuz in ſe
metipſis. ¶ Quintum notabile eſt contra tempora-
lium poſſeſſores:quia dictum eſt q burſa τ admini-
ſtratio pecuniarum iude fuit tradita q̄uis fuit fur τ
malus.Adminiſtratio vero ſpiritualium nō iude peſ
ſimo immo Petro iuſto τ ſancto fuit tradita τ data.
Math.xvj.cap.Super hanc petram edificabo eccle-
ſiam meam Joan.xxj.Paſce oues meas.Ad denotan
dum q deus reputat paruū temporalia. multum ve
ro ſpiritualia:quia adminiſtratio temporalium.ali-
quando committitur ipſis malis pš.Ecce ipſi pecca
to.ha.in ſe.De adminiſtratione vero ſpiritualiū nun
q̄ a deo vt communiter committitur.niſi bonis. Cu-
ius contrarium faciunt multi prelati.qui facilius ho
mini ignoranti committunt curam centum animarū
q̄ de temporalibus redditibus committerent vnum
nūmum:quia hodie curant de temporalibus plus q̄
de ſpiritualibus plus de terrenis q̄ eternis.Cuius ta
men contrarium in preſenti articulo fecit xpus τ cu-
ius contrarium docet apls.j.Corinth.vj.di. Contem
ptibiles in ſecularibus eſſe ponendos. τ ſpirituales
in ſpiritualibus occupandos.Patet ergo ſecunda p
D ditio que fuit in paſſionis inchoatione.ſcz quomodo
proditioſe venit iudas ad chriſtum vendendū. ¶ Itē
dico q proditioſe venit ad xpm oſculandum. Dede-
rat eī ſignum proditor eis dicens. Quem oſculatus
fuero.ipſe eſt tenete eum.τ accedens oſculatus eſt cū
acceptis ergo.xxx.denarijs oſculatus eſt eum ex mo-
re dicens.Aue rabi.qui tandem videns q xps morte
damnatus eſſet penituit τ reſtituit pecuniam dicens
peccaui tc.Judei vero dicebant de pecunia.non licet
eam mittere in corbanam.i.in archa cōmuni pro vſi
bus templi:τ ideo iudei agrum pro ſepeliendis pere
grinis emerunt.ex quo poſſumus elicere tria.ſ.
Primum contra blandiciam proditorum.
Scōm contra proteruiam obſtinatorum.
Tertium contra auariciam vſurariorum.
¶ Primum eſt notabile contra blandiciam prodito
rum ſiue verborum.Quia iudas oſculando τ ſalutan
do magiſtrum tradidit occidendum.Cuius ſimile vi
dentur facere deceptores. qui oſculando τ plauden-
do τ ſalutando τ adulando fidelitatem τ amiciciam
fingendo aliorum conſilia ſolent inueſtigare: τ tandez
damna τ preiudicia procurare.Similez falci que pri
us herbas amplexat poſtea ſcindit.Similes barbi-
tonſori qui primo vngit:poſtea pungit. Similes po-
tatori qui oſculando cyphum. vinum ſuum ſubtra-
hit τ emungit.O quot tales ſunt in mundo: qui ſub
ſpecie boni decipiunt proximos τ amicos. Figurati
in Joab.ij.Regum.xx. Qui tenens mentum amaſe
dixit ei.Salue mi frater τ alia manu eduxit gladiuz
τ occidit eum.Contra quos Hieremie.xiiij.Sagitta
vulnerās lingua eoruz dolum locuta eſt in ore ſuo pa
cem cuz amico ſuo loquit:τ occulte ponit ei inſidias.
¶ Scōm notabile eſt contra nequiciā vſurariorum.
Judas eī dicit penituiſſe τ reſtituiſſe.Iſti vero con-
tinue peccāt τ nunq̄ penitēt:τ ſi aliqn remordēte con
ſciētia aliqn peniteāt nunq̄ tn̄ ppter hoc reſtituūt at
q ceſſant.ſz cōtinue.rapinas vſuras τ lucra accumu-
lāt τ augmētāt.Iſti eī ſimiles ſunt iſtis maſtinis ca
nibus antiqs q infeſtati a muſcis nūq̄ ſolēt ſe de loco ſuo
mouere.ſed vibrando caput ipſas aliquantulū excu-
tere.τ propter hoc nō ſolent recedere ſed redire quia
proculdubio tales quandoq caput conſcientie bene
mouent τ concutiūt quando cogitāt de peccatis :ſed
nunq̄ propter hoc locum peccati . vel ſtatum dimit-
tunt.quinimmo male conſuetudinis vinculo detenti
in idem redeunt.Pone hic ſi vis de leone τ allega il-
lud.ij.Pet.ij.Canis ad vomitū reuerſus tc. ¶ Item
ſimiles ſunt illi de quo narratur in vitas patruz. quē
volens quidam ſanctus conuertere duxit ad ſiluam:
τ facta ſtrue lignoruz non potuit portare.aggregā in
quit plus de lignis. minus potuit leuare. pone in-
quit plus τ leua:τ non poterat.quomodo inquit po-
tero modo:quia primo quando multominus erat nō
potui.Talis es tu inquit ſanctus quotidie tētas leua
re τ excutere pondus peccatorum tuorum τ non pote
ris τ nihilominus non ceſſas quotidie peccata aggre
gare τ ſemp tētas penitere τ excutere.quo audito peni
tuit τ toto ergo impetu ſunt onera peccatorū reijciēda.
Juxta Señ.qui dicit.Quod vitia ſunt excutienda nō
defendenda.alſ tantum cumulaſ in fine pondus qd
neceſſario in infernū deſcendunt . ¶ Tertium nota-
bile eſt contra auariciam:quia iudei illam malaz pe
cuniam non in vſus proprios expenderūt:ſed in vſus
pietatis expoſuerunt : τ exinde agrum figuli in ſe-
pulturam peregrinorum emerunt.In quo notatur q
ager figuli qui plaſmauit mundum ſcilz paradiſus p
xpi paſſionem emitur.vt peregrini τ aduene.i.ſancti
de quibus.ij.Cor.xv.Quādiu ſumus in corpore pere
grinamur a domino.ibidem eternaliter ſepeliantur.
Et in quo etiam notaſ q de mammona iniquitatis
debemus nobis amicos facere: τ agrum paradiſi τ
eterna tabernacula cōparare.His ergo ſunt peiores
qui de malis acquiſitis nullum bonum faciunt alijs
ſed ſibi vxoribus τ paruulis retinent τ reponunt.Si-
miles vulturi qui predam ſuā alijs auibus ſicut aqui
la non diuidit:ſed in nido ipſaz reſeruat τ reponit vbi
multotiens putreſcit.Quia iſti nolunt aliquid indi-
gentibus erogare.ſed blada vina τ alia vltra debituz
reſeruare:ita q quandoq ſolet totuz putreſcere τ pe
rire Jaco.v.Agite nunc diuites tc.Diuitie veſtre pu-
trefacte ſunt.veſtimenta veſtra a tynea comeſta ſunt
argentuz tc.Sic patet igitur quomodo paſſio xpi tā
per iudeos q̄ per iudam pditioſe fuit inchoata.τ be
ne pditioſe:qr ipſe venerat ad iudeorū petitionē. tn̄
ipſi procurauerunt mortem τ paſſionem.Dicit enim
phus q elephas animal maximum ſic venatur due
enim puelle cantantes in deſerto ponuntur ad quas
dum venit elephas voce delectatur earuz vnde vnius
lambit mamillas.alia ipſuz pditioſe occidit Ceruus
etiam quaſi modo ſimili venatur.vnus enim venator
ſibilat τ dum ceruus ſibilo ſe delectat.alius ſpiculuz
ſibi parat.Sic vere chariſſimi ceruus τ elephas no-
ſter xps cātibus τ ꝑcibus ſibilis τ iubilibus ipſorū iudeorum
ad deſertum huius mundi fuit tractus τ tam ab vna
puella q̄ ab alia.i.tam a pplō gentili qualis fuit Job
qui dicebat Job.xiij.Quare faciem tuam abſcondis
τ arbitraris me inimicum tuum q̄ de illis a pplō iu
daico multipliciter inuocato.Eſa.lxiiij. Utinam di-
rumperes celos τ deſcenderes.Ueni ad liberandum
nos domine deus virtutum.Sed iſtuz proditioſe vul
nerauerunt tam iudei q̄ gentiles:τ tam pylatus q̄ iu
deorum exercitus illum qui pro ipſis venerat occide-
runt Tob.j.Occiderunt regez filij eius.Fuit ergo paſ
ſio proditioſe inchoata quod eſt primum principale.
¶ Deinde dico q iſta paſſio fuit opprobrioſe medi-
tata.In perſona enim xpi dicit in pš . ipſi deo patri. E
Propter te ſuſtinui opprobriū tc.Quia procerto nul
lus vnq̄ ſuſtinuit maiora opprobria q̄ ipſe . τ maxi-
me habito reſpectu ad perſonā ipſius. Iſta eī oppro
brioſa meditatio τ deductio conſiſtit in quatuor. ſci-
licet In
Captione.
Illuſione.
Petri negatione

Ayuntamiento de Madrid

flagellatione.
Iſte fuit captus ⁊ ligatus. die eñi ſancto iouis facta ce
na paſcali cū diſcipulis intrauit ortum delitioſum.
Ad denotandū ꝙ ad ortū paradiſi intrare volebat. ⁊
ipſū aperire fidelibus diſponebat. ibi poſtq̄ oraſſet
⁊ diſcipulos multipl'r exhortatus eſſet. venit iudas
cū iudeoꝝ multitudine copioſa quibus cū xp̄s dixiſ⸗
ſet quē queritis. omnes ceciderūt retro. diſcipuli ve⸗
